UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor, Coordinatus, Seu Omnes ...

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-76359

Visual Library

Th 57 5a

G IX
5

R.P.D. ANTONINUS

DIANA

PANORMITANUS,

CLERICUS REGULARIS, DOCTOR CELEBERRIMUS,
Coram S.D.N. ALEXANDRO VII. Episcoporum Examinator,
& Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,

COORDINATUS,

SEU OMNES

RESOLUTIONES MORALES,

EIUS IPSISSIMIS VERBIS AD PROPRIA LOCA,
& Materias fideliter dispositæ, ac distributæ.

EDITIO NOVISSIMA, ET AUCTA,
A quamplurimis quibus cæteræ scatebant erroribus purgatissima.
Cui de novo accessit Tomus Decimus, veluti Summa totius Operis, ad commodiorem faciliorémque Theologiæ Moralis Studiosorum usum:

PER V. P. MARTINUM DE ALCOLEA,
Monachum Carthusiensem ex Regali Cœnobio de Paulari.

TOMUS TERTIUS.



LUGDUNI,
Sumptib. JOANNIS-ANTONII HUGUETAN, & Soc.
M. DC. LXXX.
CUM APPROBATIONE ET PERMISSU.

SYLLABUS TRACTATUUM HUJUS TOMI TERTII.

TRACT. I. DE Potestate Pontificis quoad Sacramenta. Et in fine hujus Tractatus adscribuntur duæ Apologeticæ Disceptationes de Primatu solius D. Petri ad differentiam inter ipsum, & D. Paulum.

II. De Dispensationibus.

III. De Potestate Episcopi quoad Dispensandum & Absolvendum vigore c. 6. sess. 24. Concilij Tridentini de reformat. Et aliæ diversæ difficultates, & Resolutiones ad ipsosmet Episcopos specialiter pertinentes, etiam circa provisiones per Concursum ad Beneficia, Canonicatus, Dignitates, &c. & pro admissione resignationis beneficiorum, & impositione pensionis super ea etiam in hoc Tractatu discutiuntur.

IV. De Pœnis, seu Mulctis Episcopo non applicandis.

V. De Potestate Capituli, Sede vacante, ad ornatum cap. si Episcopus, de suppl. negl. Præl. in 6.

VI. De horis Canonicis, atque de restitutione pro omissione, vel defectibus commissis in earum recitatione.



LICEN

LICENTIA.

NOS Frater Joannes Prior Carthusiæ, ac totius Ordinis Carthusiensis Minister Generalis, concedimus facultatem V. P. D. Martino de Alcolea, Monacho Carthusiæ de Paulari, Professo, tradendi Typographo Dianam Coordinatum, seu Resolutiones Morales Reverendi Patris Antonini Dianæ, ad propria loca per eum distributas, & in plures Tomos digestas, ut typis mandentur, ac in lucem edantur, si ita videbitur iis, ad quos ea cura spectat ex sacro Concilio Tridentino, Pontificiisque ac regiis Decretis. Dummodò id fiat absque expensis & gravamine Domus, ac disciplinæ nostræ regularis detrimento. Datum Carthusiæ sub Chirographo ac Sigillo nostro 16. Maij 1658.

FR. JOANNES *Prior Carthusiæ.*

REGII PROCURATORIS CONSENSUS.

PRO Rege assentio, ut liceat JOAN. ANT. HUGUETAN, Bibliopolæ Lugdunensi, typis mandare R. P. ANTONINI DIANÆ Opera Coordinata per R. P. MART. ALCOLEAM, in decem Tomos distributa, concessis impetranti inhibitionibus ad quinquennium computandis, à die finitæ Impressionis. Datum Lugduni 1. Decembris 1674.

VAGINAY.

PERMISSIO.

FIat juxta Conclusiones Procuratoris Regij, anno & die supradictis.

DESEVE.

Desiit excudi 3. Novembris 1679.



INDEX

INDEX
TRACTATUUM, & RESOLUTIONUM
Hujus Tomi Tertij.

Vltimus Numerus Paginam indicat.

TRACTATVS I.

De Potestate Pontificis in Ordine ad Sacramenta.

Et in fine hujus Tractatus adscribuntur duæ Apologeticæ Disceptationes de Primatu solius D. Petri ad differentiam inter ipsum & D. Paulum, p. 1.

Res. 1. AN Pontifex possit suis præceptis ita obligare quoad ministrationem Sacramentorum, ut aliquando excusemur ab obligatione, & observatione præcepti divini? Sed inter alia, quæ in textu hujus Resolutionis explanantur, quatuor diversi casus inseruntur ex doctrina supradictæ quæstionis, quos in promptu debent habere omnes Sacerdotes, & Confessarij, quia sæpè contingere possunt in praxi, & sunt valdè notandi. Ex p. 8. tr. 1. res. 78. ibid.

2. An Pontifex possit aliquibus interdicere usum Sacramentorum? Et pro praxi hujus quæstionis aliqui diversi casus adducuntur in corpore hujus Resolutionis. Ex p. 8. tr. 1. res. 79. p. 2.

3. An Pontifex possit præcipere, ut in articulo mortis deficiente materia certa, ministrentur Sacramenta cum materia dubia? Idem dicendum est, si non occurrat alius certiorem habens potestatem, vel qui certiorem formam adhibeat. Et in casu extremæ necessitatis non solùm possit adhiberi Sacramentum cum materia, forma, & Ministro dubio, sed etiam adesse obligationem charitatis sic ministrandi, seclusa præcepto Pontificio particulari. Et notatur, quod in prædictis casibus contentis in textu hujus Resolutionis, & fidelibus, si recipientes Sacramentum supervixerint, essent denuò eis ministranda dicta Sacramenta sub conditione. Ex p. 8. tr. 1. res. 49. p. 4.

4. An Pontifex suppleat defectum jurisdictionis ministrantibus Sacramentum cum opinione probabili? Et ex doctrina hujus quæstionis patet, quod qui solum habet titulum coloratum generatim peccare usurpatione judicij, quia quantum ex ipsa est, usurpant potestatem, quam non habent. Ex p. 8. tract. 1. res. 93. p. 6.

5. An Pontifex suppleat jurisdictionem in ministratione Sacramentorum, stante errore communi, absque titulo colorato? Et quid est dicendum in casu, quo adest error communis, & titulus coloratus? Et inter alia, quæ ex doctrina superioris quæstionis deducuntur, tandem infertur, an sit falsum, quod si in Pontificem eligeretur fœmina, communi circa sexum concurrente errore valeant per eam velut Pontificem facta; Ex p. 8. tr. 1. res. 94. p. 8.

6. An Pontifex possit præcipere, ut infantes filij Hæreticorum, & Apostatarum baptizentur, invitis Parentibus? Et quid de filiis Infidelium? Et quid, si saltem alter Parens sit fidelis, seu baptizatus; an puer, illis invitis, possit baptizari? Et idem proportionatè dicendum est, si proles sit sub cura plurium tutorum, quorum unus saltem est Christianus. Et idem est sentiendum, quando alter Pater consentit, quamvis uterque sit Ethnicus. Et idem est de parvulo, qui non habet Patrem, sed avum paternum, quod potest baptizari, ipso consentiente, quamvis mater sit invita. Et quid de filiis Infidelium mancipiorum, an possint, illis invitis, baptizari? Et quid de Infidelibus politicè tantum subditis Principibus Christianis, an possint eorum infantes, ipsis invitis, baptizari? Ex p. 8. t. 1. r. 1. p. 10.

7. An Pontifex potuerit determinare tempus præcepti Divini suscipiendi Baptismum? Et an Ecclesia potuerit determinare tempus, in quo Ministri Ecclesiæ, & non in alio deberent exhibere Baptismum, adultis petentibus, scilicet Vigiliam Resurrectionis, & Vigiliam Pentecostes? Et an ex dispensatione Pontificia possit quis etiam laicus solemniter baptizare in casibus, in quibus jure divino potest baptizare; & absque dispensatione id non possint Diaconis inferiores? Ex p. 8. tr. 1. res. 2. p. 12.

8. An Pontifex possit committere laico, ut in casu necessitatis solemniter Sacramentum Baptismi ministret? Et extra casum necessitatis, ut licitè conferant Baptismum, an inter Ministros hujus Sacramenti ordo sit servandus sub peccato mortali? Et etiam quæritur, an Sacerdos ministrans Sacramentum Baptismi in casu necessitatis in peccato mortali peccet mortaliter? Idem quæritur de laico baptizante solemniter ex dispensatione; & de Diacono baptizante solemniter, vel Sacram Eucharistiam porrigente ex commissione Sacerdotis. Et notatur posse in casu necessitatis filium à Patre baptizari, & à propria matre; & ab illis in prædicta necessitate munus Patrini exerceri, atque per hoc non amittunt jus petendi debitum conjugale. Et quid, si supradicta hæc faciant extra casum necessitatis? Ex part. 8. tract. 1. res. 57. ibid.

9. An Pontifex possit præcipere sub peccato sumptionem Sacramenti Confirmationis? Et an sit præceptum Divinum, vel naturale obligans sub mortali ad susceptionem

huius Sacramenti, si commodè potest suscipi? Sed difficultas est quoad præceptum divinum positivum? Et an præceptum Concilij Tridentini de prævia confirmatione ante Tonsuram, & Ordines importet peccatum mortale, aut veniale? Ex p. 8. tr. 1. ref. 47. p. 14.

10. An Pontifex possit dispensare, ut infantes ante usum rationis confirmentur? Et an sine Pontificia dispensatione possint in aliquo casu infantes ante usum rationis confirmari ex justa causa? Et an, si Episcopus confirmaret infantes ante usum rationis absque justa causa, peccet mortaliter, aut venialiter? Et dicitur Sacramentum Confirmationis olim in prima Ecclesia, & postea per multos annos infantibus simul cum Baptismo administratum fuisse. Et an similiter in oriente, & præcipuè in Græcia, & Æthiopia vetus consuetudo perseveret? Ex part. 8. tr. 1. ref. 46. p. 16.

11. An Pontifex possit delegare potestatem ministrandi Sacramentum confirmationis simplici Sacerdoti? Et an sit de Fide Presbyterum posse esse Ministrum confirmationis ex dispensatione? Et utrum Pontifex legitimè electus; sed nondum in Episcopum consecratus possit hanc potestatem simplici Sacerdoti concedere? Et an hæc potestas, & facultas concessa simplici Sacerdoti expiret mortuo Pontifice, vel si concessa est ex causa cessante expiret? Ex p. 8. tr. 1. resol. 3. Ibid.

12. An Pontifex possit dispensare ad ministrandum Sacramentum Confirmationis Sacerdoti solum priori Ordinatione consecratum? Et discutitur, an impositio manuum Episcopi pertineat ad essentiam Ordinis, vel tantum sufficiat porrectio Calicis cum patena, & tota forma in verbis dictæ traditionis correspondentibus; itaut si Episcopus moriatur, postquam contulit Sacerdoti potestatem consecrandi, antequam illi manus imponat, an verè manebit integrè ordinatus, & poterit à peccatis absolvere? Ex p. 8. tr. 1. Ref. 4. p. 18.

13. An hæc potestas concedendi facultatem simplici Sacerdoti ad administrandum Sacramentum Confirmationis pertineat privativè ad Summum Pontificem? Et an verò ex divina institutione, vel ex solo præcepto Ecclesiæ oriatur, quod Episcopus non possit eam facultatem delegare in sua Diœcesi? Ex p. 8. tract. 1. ref. 5. p. 19.

14. An si Pontifex dispensaret sine justa causa, ut simplex Sacerdos conferat Sacramentum Confirmationis, dispensatio sit valida? Imò notatur non cessare hanc facultatem, mortuo Pontifice qui eam concessit; neque etiam cessat talis facultas, cessante ratione, quæ moveat Pontificem ad eam concedendam. Ex p. 8. tr. 1. ref. 6. p. 20.

15. An Pontifex possit variare modum benedictionis Chrismatis? Et ex doctrina prædictæ quæstionis infertur, an possit Pontifex indirectè efficere, ut nullus Episcopus valide hoc Sacramentum conferat, &c. Et an Episcopus benedicens Sacrum Chrisma in statu peccati mortalis peccet mortaliter? Ex p. 8. tr. 1. ref. 7. ibid.

16. An Pontifex possit permittere, ut Græci in Sacramento Confirmationis utantur hac forma: Signaculum doni Spiritus Sancti? Et an in forma Latina hoc Sacramentum perficiatur ante expressionem divinarum personarum? Et an talis expressio in forma hujus Sacramenti sit essentialis? Et quid de cæteris verbis Signo te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis? Ex p. 8. tr. 1. ref. 8. p. 21.

17. Confirmatur supradicta sententia P. Amici authoritate Basilij Pontij, in qua explicantur omnes difficultates, quæ continentur in præterita resolutione. Ex p. 8. t. 1. r. 9. p. 23.

18. Apponitur sententia aliquorum impugnantium opinionem Amici & Pontij, & asserentium ante Schisma Græcos in forma Confirmationis invocasse explicitè Trinitatem. Ex part. 8. tract. 1. ref. 10. p. 29.

19. An Pontifex, si balsami copia deesset, possit dispensare, ut Sacramentum Confirmationis administretur cum solo oleo olivarum? Et latè explanatur, an balsamum in Confirmatione sit de necessitate Sacramenti, vel de necessitate præcepti? Et notatur posse Papam Episcopo prohibere, ne Sacramentum Confirmationis conferat, sed nequit facere, ut non valeat, si illud conferat. Ex p. 8. tract. 1. ref. 11. p. 26.

20. An Pontifex possit committere facultatem simplici Sacerdoti, non solum, ut dictum est, administrandi Sacramentum Confirmationis, sed etiam consecrandi Sanctum Chrisma? Ex p. 8. tr. 1. ref. 12. p. 28.

21. An Pontifex potuisset præcipere confessionem, si non fuisset à Christo præcepta, sed tantum instituta? Ex p. 8. tr. 1. ref. 13. p. 30.

22. An à Pontifice hodie sit latum præceptum de aliquo usu confessionis distinctum à præcepto annuæ Communionis? Et an hoc præceptum sit juris divini quoad substantiam rei præceptæ, itaut Ecclesia solum determinaverit tempus, quo divinum præceptum esset executioni mandandum? Ex p. 8. tr. 1. ref. 14. p. 31

23. An Pontifex possit præcipere confessionem venialium? Ex part. 8. tract. 1. ref. 15. p. 32.

24. An de facto Pontifex præceperit aliquibus confessionem venialium? Et an Clementina. Ne in agro Dominico de stat. Monach. obliget ad confessionem venialium sub peccato mortali? Ex p. 8. tr. 1. ref. 16. ibid.

25. An Pontifex possit abrogare, seu dispensare in præcepto confessionis, ut quisquam nunquam teneatur confiteri? Et quid, si quæratur, qua ratione cum Papa sapius dispenset in votis, quorum obligatio est de jure divino, & naturali ratione promissionis Deo factæ, quam quilibet ex dictis juribus tenetur adimplere? & tamen non possit dispensare in præcepto confessionis, quod de jure Divino ortum habet? Ex p. 8. tr. 1. ref. 17. p. 33.

26. An Pontifex possit abrogare, seu dispensare in præcepto confessionis, ut aliquando quis non confiteatur? Ex p. 8. tr. 1. ref. 18. p. 34.

27. Quod peccatum committat Pontifex dispensando in hoc præcepto sine causa cum aliquo? Idem est de illo, qui sciens nullam causam subsistere, inducit Pontificem ad dispensandum in impedimentis dirimentibus. Et hoc pendet ex illa quæstione, an peccet Pontifex dispensando in suis legibus sine causa? Ex p. 8. tr. 1. ref. 19. pag. 35.

28. An Pontifex teneatur ad præceptum annuæ confessionis? Et quamvis Pontifex peccet mortaliter, si non adimpleat præceptum annuæ confessionis, non tamen incurrat excommunicationem propter hoc, nec possit declarari, aut Ecclesiastica sepultura privari. Et explanatur, à quo Papa accipiat facultatem eligendi Confessorem, cum in terra non habeat se superiorem? Et an electo Confessore, teneatur ei parere sicut cæteri fideles? Ex p. 8. tr. 1. ref. 20. ibid.

29. An Pontifex possit censuras punire confessionem annuam sacrilegam ex defectu doloris? Et discutitur, an possit Ecclesia prohibere actum internum? Et an possit illum præcipere? Et ex doctrina hujus Resolutionis infertur aliqui alij diversi casus sapius contingentes in praxi. Ex p. 8. tr. 1. ref. 50. p. 36.

30. An Pontifex possit dispensare, ut aliquis ante Communionem non confiteatur, dummodo eliciat actum contritionis de peccatis mortalibus commissis? Et docetur, an præceptum de præmittenda confessione ante Eucharistiam sit à Christo Domino institutum, vel sit divinum positivum, aut Ecclesiasticum? Ex p. 8. tr. 1. ref. 51. p. 38.

31. An Pontifex possit reservare peccata venialia? Ex quo etiam infertur, an Superior possit reservare excommunicationem minorem? Et decidituir cæteros Superiores, & alios Prælatos inferiores Papæ non posse sibi reservare peccata venialia. Ex p. 8. tr. 1. ref. 52. p. 39.

32. An Pontifex possit reservare peccata mortalia interna? Et quid circa hoc apud Religiosos, & Episcopos? Et an Ecclesia non posset peccata mere interna afficere censuris? Ex p. 8. tr. 1. ref. 53. p. 40.

33. An Pontifex possit reservare omnia peccata mortalia externa? Et an hoc validè, licèt illicitè facere possit? Ex p. 8. tr. 1. ref. 54. p. 41.

34. An Pontifex validè possit sibi reservare absolutionem casus,

casu, & excommunicationis etiam in articulo mortis? Ex quo infertur reservationem factam à Papa absque causa valere respectu omnium Confessorum, non tamen esse licitam. Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. res. 7. alias 9 ibid.

35. An Pontifex possit auferre à simplicibus Sacerdotibus jurisdictionem absolvendi à peccatis venialibus? Idem est dicendum de peccatis mortalibus aliàs confessis, & rectè absolutis. Et an ab ullo alio inferiori Prælato possit talis jurisdictio auferri aut limitari? Et an simplices Sacerdotes habeant potestatem absolvendi à venialibus, & mortalibus aliàs rectè absolutis, nisi sint ab Episcopo approbati? Et quæritur etiam, à quo enim jure hoc habeant, an à jure divino, vel per concessionem Ecclesiæ? Et an Summus Pontifex habeat ordinariam jurisdictionem in foro Pœnitentiæ quoad totam Ecclesiam, idque à jure divino, cum primum est electus? Et ideò, an possit aliquem delegare pro tota Ecclesia, etiam repugnantibus Episcopis, & Parochis? Idem dicendum est de Episcopo pro tota sua Diœcesi repugnantibus Parochis. Ex p. 8. tr. 1. res. 55. p. 42.

36. An Pontifex possit delegare facultatem audiendi confessiones in perpetuum, & an privativè quoad Episcopos? Et an qui jurisdictionem habet à Pontifice, possit confessiones audire ubique terrarum, nulla licentia petita ab Ordinariis locorum; sicut qui delegatam habet ab Episcopo, potest in tota Diœcesi? Et an qui delegavit jurisdictionem suo arbitrio, possit sine alia causa revocare illam non solùm validè, sed etiam licitè? Quæritur etiam, à quo videlicet Confessarius Papæ accipiat potestatem illum absolvendi? Ex part. 8. tract. 1. res. 83. p. 44.

37. An Summus Pontifex potuerit annullare confessionem factam cum Confessario non approbato ab Ordinario, ut patet in Concilio Tridentino, sess. 23. c. 15. de reformat. Quæritur etiam, undè Sacerdos habeat jurisdictionem in foro Pœnitentiæ? Et ex doctrina hujus resolutionis aliqua alia notabilia circa supradicta explanantur. Ex p. 8. tr. 1. res. 84. p. 45.

38. An non obstante decreto supradicto Concilij Tridentini sess. 23. c. 5. de reformat. suppleat hodie Summus Pontifex jurisdictionem in aliquo casu, ut Sacerdos non approbatus ab Episcopo possit excipere confessiones? Et quando Sacerdos excipit Episcopi confessiones, undè habeat jurisdictionem? Et alij quinque diversi casus sæpius contingentes in praxi discutiuntur in textu hujus resolutionis circa jurisdictionem Confessarij Episcoporum, Cardinalium, & familiæ illorum, & etiam Prælatorum Regularium pro eligendis sibimet ipsis Confessarijs. Ex p. 8. tr. 1. res. 85. p. 47.

39. Enumerantur alij casus, in quibus Pontifex supplet jurisdictionem, ut Sacerdos non approbatus audiat confessiones. Ex part. 8. tract. 1. res. 86. p. 49.

40. An Summus Pontifex potuerit, & de facto concesserit regularibus, ut possint excipere alienas confessiones sine licentia Parochi in ordine ad præceptum annuæ confessionis? Et quid de Sacramento Eucharistiæ; an possint Religiosi laicis distribuere eam absque licentia propry pastoris toto anno, excepto Festo Paschæ resurrectionis? Ex part. 8. tractat. 1. res. 88. p. 51.

41. An Pontifex in articulo mortis, saltem dum abest Sacerdos approbatus, suppleat, & conferat jurisdictionem simplici Sacerdoti illam non habenti? Et an Sacerdotes talem jurisdictionem in articulo mortis habeant à jure divino, seu à Deo immediatè, vel à Pontifice, & ab Ecclesia? Et an etiam, præsente Parocho, vel approbato, in articulo mortis Pontifex conferat jurisdictionem simplici Sacerdoti, quam illo præsente possit eligi à pœnitente, & absolvi ab omnibus peccatis, & censuris quomodolibet reservatis? Et an Pontifex, non solùm in articulo mortis, sed etiam in periculo conferat supradictam jurisdictionem? Et an Pontifex possit prohibere, ne quis Sacerdos in extrema necessitate validè absolvat? Ex p. 8. tr. 1. res. 90. p. 53.

42. Respondetur ad omnia argumenta contra sententiam superius positam in ordine ad illam practicandam, & aliqua alia curiosa invenies circa opinionem probabilitatem. Sed ex doctrina hujus resolutionis oritur, an in articulo mortis possit quis cum Sacramento pœnitentiæ supplere præceptum contritionis? Sed adhuc remanet ista difficultas, an sit obligatio habendi contritionem in articulo mortis ex alio capite, scilicet diligendi Deum? Ex part. 8. tract. 1. resol. 91. p. 55.

43. An Pontifex in articulo mortis tribuat facultatem absolvendi Sacerdotibus scismaticis & hæreticis? Et quid de excommunicatis & suspensis, an sit necessarium, ut supradicti sint à peccato mortali contritione, aut aliter justificati in supradicto casu? Et an Summus Pontifex in articulo mortis suppleat jurisdictionem in laico saltem prima Tonsura initiato, ut possit absolvere moribundum à censuris, qui non potuit confiteri? Ex p. 8. tr. 1. res. 92. p. 57.

44. An Summus Pontifex, etiamsi Sacerdos non sit, possit tollere pœnitentias in sacramentali confessione impositas? Et explanatur per Indulgentias non tantum indirectè, & mediatè, sed etiam directè, & immediatè tolli sacramentales pœnitentias. Ex quo etiam infertur non teneri pœnitentem ad servandam pœnitentiam, quam in vindictam suorum peccatorum in foro Sacramentali accepit, si probabiliter Indulgentias lucratus est? Et quia si pœnitentia sit medicinalis? Ex part. 8. tract. 1. res. 80. p. 59.

45. An Pontifex per Indulgentias intendat non solum liberare à pœnitentijs injunctis in confessione, sed etiam à non injunctis? Et discutitur, quid est sentiendum de Indulgentijs antiquitus concessis? Et infertur, quod cum conceditur Indulgentia 40. vel 100. dierum, vel annorum, non intelliguntur dies, vel anni pœnarum, quas in Purgatorio eramus soluturi. Ex part. 8. tract. 1. res. 81. p. 60.

46. An Pontifex possit dispensare, ut aqua vino consecrando non misceatur? Et an necessitas admiscendi aquam vino consecrando proveniat ex præcepto divino, aut Ecclesiastico? Et an permittendus sit Armenis mos consecrandi in solo vino absque aqua, sicut Græcis consecrandi in fermentato? Ex part. 8. tract. 1. res. 22. pag. 62.

47. An Pontifex possit dispensare, ut consecratio Eucharistiæ efficiatur sub una tantum specie? Et an præceptum consecrandi Eucharistiam sub utraque specie sit divinum, vel humanum? Et an sit falsum Innocentium VIII. dispensasse, ut aliquæ nationes consecrassent sub specie tantum panis, & hoc concessisse Norvegis? Ex part. 8. tr. 1. resol. 23. p. 63.

48. An Pontifex possit in aliquo casu facultatem præbere, ut plures Sacerdotes simul conficiant Eucharistiam? Et dubium est, quomodò id licitè possit fieri? Et deciditur, quam intentionem habere debeant Sacerdotes noviter ordinati, quando cum Episcopo in Missarum solemnijs concelebrant. Et notatur, quod Episcopus, qui consecratur, celebrat cum Episcopo consecrante; & olim Presbyteri Cardinales simul cum Pontifice concelebrare consueverunt. Et an in Ecclesia Græca soleat alius Sacerdos simul cum Episcopo celebrare? Ex p. 8. tr. 1. res. 44. p. 64.

49. An Pontifex potuerit prohibere, ne laici sumant Communionem sub utraque specie? Et an jure divino præceptum sit Communio sub utraque specie? & qui sub una sola specie communicat, impleat præceptum, quo dicitur, nisi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis ejus sanguinem, &c. Et notatur, quod hodie Cardinalis Diaconus ministrans Summo Pontifici communicat sub utraque specie; & similiter Rex Franciæ in sua inauguratione. Et tandem quæritur, an aliquando sit licitum laico sanguinem sumere? Ex part. 8. tractat. 1. resol. 24. pag. 65.

50. An Pontifex, sicut potuit præcipere tantum usum panis, potuerit etiam præcipere tantum usum sanguinis? Et notatur olim in Græcia nos fuisse iis infirmis, qui præ ægritudine speciem panis deglutire non poterant, solam speciem vini, argentea cochlea, in os effundere. Et quid de consuetudinibus Græcorum, Æthiopum, Moscovitarum, & Parisiorum in

conventu Cluniacensis & de Diacono Cardinali Romæ in Missa Papali sibi, & aliis Cardinalibus ministrante Eucharistiam sub utraque specie? Ex part. 8. tract. 1. resol. 25. p. 67.

51. An Pontifex possit eximere aliquem à præcepto Communionis annuæ? Et an Pontifex teneatur ad præceptum annuæ Communionis? Et an quamvis Pontifex peccet mortaliter, si illud non observet, non incurrat tamen excommunicationem propter hoc, nec possit declarari, aut Ecclesiastica sepultura privari, nec contra eum sententiam ferri de incursione delicti? Ex part. 8. tractat. 1. resol. 26. p. 68.

52. An Pontifex possit præceptum annuæ Communionis penitus abrogare? Et an Pontifex sine causa abrogaret ex toto, & in solidum prædictum præceptum, quamvis peccaret, valeret tamen prædicta abrogatio? Et an possit Pontifex restringere præceptum ipsius Eucharistiæ? Et an in primitiva Ecclesia fuerit præceptum quotidie communicandi? Et advertitur, quam cautè debeant procedere Confessarij in concedenda licentia laicis de Communione quotidiana? Ex p. 8. tr. 1. res. 27. p. 69.

53. An Pontifex possit concedere facultatem, ut Eucharistia ministretur infantibus ante usum rationis? Et an hoc expediat, & teneatur hoc facere, quando infantes sunt in articulo mortis, quia præceptum sumendi Eucharistiam extat etiam de jure divino? Et quid circa hoc factum sit in diversis locis, & Regionibus, in textu hujus resolutionis explanatur. Et an si infantes casu invenirent Hostiam, vel vinum consecratum, & ex gula, vel levitate puerili Sacras species sumerent, acciperent ne gratiam sacramentalem? Ex part. 8. tractat. 1. resol. 45. pag. 70.

54. An Summus Pontifex possit concedere, ut sæpius in die Eucharistia sumatur? Et an eodem die sæpius communicare non sit prohibitum jure divino? Et an in aliquo casu, non obstante Ecclesiastica prohibitione; possit quis sumere Eucharistiam bis in die, & Sacerdos duas Missas celebrare? Et an Cardinalis in Missa Papali Nativitatis Domini sumens Eucharistiam e manu Pontificis possit antea, vel postea dicere saltem duas Missas? Idem dicendum est de Canonico Basilicæ D. Petri, qui in die Nativitatis Domini cantat Evangelium in Missa & sumit Eucharistiam à Sacerdote celebrante. Et an alij Sacerdotes non possint extra Missam bis, aut ter communicare in illa die Nativitatis Domini? Ex part. 8. tract. 1. resol. 87. p. 71.

55. An Pontifex possit dispensare, ut Sacerdos celebret, vel laicus sumat Eucharistiam non jejunus? Et an in aliquibus casibus licitum sit sumere Eucharistiam fracto jejunio? Et an singulo quoque anno Pontifex dispenset in jejunio saltem tacitè cum Cardinali, qui celebrat coram eo in nocte Nativitatis Domini; vel an pro illa nocte in ejus Capella Pontifex anticipet diem naturalem? Et quid Venetiis de primicerio S. Marci ante mediam noctem in illa die celebrante? Ex part. 8. tract. 1. res. 89. pag. 73.

56. An Pontifex possit dispensare, vel laici, vel etiam fœminæ in articulo mortis ministrent Sacramentum Eucharistiæ sibi, & aliis? Et an purus laicus, & etiam fœmina non egeat dispensatione, ut possit ministrare hoc Sacramentum infirmo, aut sibimet in articulo mortis? Et an peccet mortaliter laicus, qui in peccato mortali defert Eucharistiam ad infirmum ob extremam necessitatem illius? Et ex supradictâ quæstione deducitur, an in casu necessitatis possit Sacerdos seipsum communicare? Et quid devotionis causa, & qualibet diei hora, modo sit jejunus, & absit scandalum? Ex p. 8. tr. 1. res. 48. ibid.

57. An Pontifex possit præcipere usum Sacramenti Extremæ Unctionis, & contra transgressores pœnam imponere? Et an sit præceptum in articulo mortis suscipiendi Sacramentum Extremæ-Unctionis? Et dum tale præceptum non extat, secluso contemptu & scandalo, an omissio hujus Sacramenti non inducat peccatum mortale non solum in infirmis, sed etiam à fortiori in illis, qui curam gerunt de ipsis, ut in conjuge, Domino, patre, tutore, &c? Et an per accidens hoc Sacramentum possit alicui esse ad salutem necessarium? Et discutitur, an sit præceptum divinum sumendi etiam Eucharistiam? Ex part. 8. tract. 1. resol. 58. p. 75.

58. An Pontifex possit præbere facultatem presbyteris benedicendi oleum Extremæ-Unctionis? Et an hæc benedictio necessario debeat fieri per Episcopum? Ex part. 8. tract. 1. res. 30. p. 76.

59. An Pontifex aliquando suppleat jurisdictionem in Ministro Extremæ-Unctionis? Et supponitur, quod solus Sacerdos est Minister Extremæ-Unctionis; quare quævis Unctio à laico, imò à Diacono in quocumque eventu facta non erit Sacramentum. Et an ad hoc Sacramentum ministrandum non requiratur, ut Sacerdos sit expositus, & ad confessiones audiendas approbatus? Et an Parochus publicè excommunicatus possit licentiam concedere Sacerdoti ad hoc Sacramentum ministrandum? Et explanatur, quod & si validè hoc Sacramentum à quovis Sacerdote administrari possit, non tamen licitè nisi in extrema necessitate, vel de proprij pastoris tacita saltem licentia; quare Religiosi, qui sine licentia speciali pastorum personis non religiosis hoc Sacramentum, vel Eucharistiam conferunt, incurrunt pœnam excommunicationis ipso facto. Ex p. 8. tr. 1. resol. 56. p. 77.

60. An Pontifex possit permittere, ut tempore pestis ex penuria Sacerdotum possit ministrari Sacramentum Extremæ-Unctionis unica Unctione? Et an in periculo contagij sufficiat unica Unctio in aliqua corporis parte? Et inter alia, quæ circa hoc explanantur, tandem infertur Parochum tempore pestis non teneri administrare Sacramentum Extremæ-Unctionis cum periculo vitæ, si infirmus saltem confessus fuerit. Et explanatur licitum esse in administratione Sacramenti uti opinione probabili, relicta probabiliori. Ex p. 8. tr. 1. Res. 21. p. 78.

61. An Pontifex in consecratione Episcopi possit dispensare, ut adsit tantum unus Episcopus? Et an ad valorem talis ordinationis requiratur, ut fiat à tribus Episcopis? Ex p. 8. tr. 1. res. 31. p. 81.

62. An Episcopus ordinans in Episcopum infantem ante usum rationis, validè illum ordinet? Et an infantes sint capaces Ordinum ante usum rationis? Ex part. 8. tract. 1. res. 32. p. 83.

63. An Pontifex possit solo verbo Sacerdotes creare? Et simili modo quæritur, an Pontifex possit solo verbo quem in Episcopum creare? Et an Papa possit tollere ab Episcopo facultatem validè confirmandi, & ordinandi, it aut, si ille tentet aliquem ordinare, aut confirmare, nihil efficiat? Ex p. 8. tr. 1. res. 28. p. 84.

64. An Pontifex possit tollere potestatem Episcopis circa Sacramentalia? Et discutitur, an minores Ordines, & Subdiaconatus sint solum Sacramentalia, & non Sacramenta; & ideò possit Pontifex ab Episcopo auferre potestatem conferendi Subdiaconatum, & minores Ordines? Ex p. 8. tr. 1. res. 29. ibid.

65. An Summus Pontifex possit habere invalidas collationes minorum Ordinum factas ab Episcopis excommunicatis, suspensis, &c? Et quid, quoad collationem primæ Tonsuræ? Et explanatur, quod Episcopus hæreticus, schismaticus, aut degradatus validè possit Ordines conferre. Et an Ordines minores sint Sacramenta? Et quid de Tonsura? Ex p. 8. tr. 1. res. 41. ibid.

66. An Pontifex possit dispensare, ne contractus physicus instrumentorum adhibeatur in Sacramento Ordinis? Et discutitur, an contractus instrumentorum in sumendis Ordinibus sit de necessitate Sacramenti? Ex part. 8. tr. 1. res. 40. p. 86.

67. An Summus Pontifex possit permittere, ut Græci administrent

ministrent Sacerdotium sine instrumentorum porrectione? Et multa alia inveniuntur in textu hujus resolutionis circa materias Sacramenti Ordinis. Ex part. 8. tr. 1. res. 42. p. 87.

68. An Pontifex possit dispensare, ut simplex Sacerdos conferat Ordines minores? Et notatur Episcopum non posse non Episcopo committere potestatem conferendi Ordines etiam minores, sique committat, nihil fieri. Et an Cardinales Presbyteri possint conferre Ordines minores? Ex p. 8. tract. 1. res. 33. p. 90.

69. An Pontifex possit dispensare, ut simplex Sacerdos conferat Ordinem Subdiaconatus? Et pro praxi hujus quæstionis adducitur quædam Bulla Papæ, in qua conceditur quibusdam Abbatibus Ordinis Cistercienses, ut possint conferre Ordinem Subdiaconatus, & Diaconatus Religiosis ejusdem Ordinis. Ex part. 8. tract. 1. res. 34. pag. 91.

70. An Pontifex possit dispensare, ut simplex Sacerdos conferat Ordinem Diaconatus? Et privilegia concessa aliquibus Abbatibus conferendi Subdiaconatum & Diaconatum, an hodie sint revocata per Concilium Tridentinum. Ex p. 8. tr. 1. res. 35. ibid.

71. An ex commissione Summi Pontificis possit simplex Sacerdos Ordinem Subdiaconatus, & Diaconatus conferre? Et an de Minoribus Ordinibus non sit difficultas, quia modo ea facultas concessa est Cardinalibus etiam non Episcopis, & Abbatibus exemptis. Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. res. 22. alias 21. p. 92.

72. An Pontifex possit dispensare, ut simplex Sacerdos ex commissione conferat Ordinem Presbyteratus? Et notatur potestatem committendi hoc ministerium, jure divino Pontifici Summo, & Ecclesiæ convenire. Ex p. 8. tr. 1. res. 36. p. 93.

73. An Summus Pontifex ante consecrationem possit concedere simplici Sacerdoti, ut conferat minores, & majores Ordines? Sed notatur, quod licet Minister Ordinarius Sacramenti Confirmationis sit Episcopus, ex commissione tamen Pontificis potest esse simplex Sacerdos. Ex part. 8. tr. 1. res. 37. p. 94.

74. An Pontifex possit dare facultatem, ut Diaconus alium Diaconum, vel saltem Subdiaconum ordinet? Ex p. 8. tr. 1. res. 38. ibid.

75. An Pontifex possit dispensare, ut fœmina prima Tonsura, vel minoribus Ordinibus initietur? Et an fœmina jure divino sit incapax Sacramenti Ordinis? Et explanatur, quod Abbatissæ suas Moniales benedicere, Evangelium legere, aut prædicare non possint. Et quæritur etiam, an Pontifex possit delegare potestatem ferendi censuras fœminæ? Et an Pontifex possit laico infideli etiam eam potestatem ferendi censuras committere? Et an Infidelis possit esse arbiter inter Christianos? Ex p. 8. tr. 1. res. 39. ibid.

76. An Pontifex possit infantem ante usum rationis Sacris Ordinibus initiatum reddere inhabilem ad matrimonium? Et an de facto Pontifices hoc fecerint? Et an possit Ecclesia constituere, ne in posterum ad primam tonsuram, vel ad Ordines minores promoveantur, nisi qui se voto castitatis solemni adstrinxerint, sicut præcepit de Ordinibus sacris? Ex parte octava, tractatu 1. resolut. 43. pag. 97.

77. An Pontifex possit dispensare, ut Sacris Ordinibus initiatus matrimonium contrahat? Et deciditur nullum esse jus divinum prohibens matrimonium, vel usum ejus ordinatis in Sacris; atque adeò non esse in illis de jure divino continentiam perpetuam; tametsi ea sit quid juri divino maximè consentaneum, quod idem dicendum est de Episcopis. Et discutitur, an ea obligatio sit solùm ex Ecclesiæ præcepto directè præcipiente illis castitatem, vel immediatè sit ex voto castitatis in Ordine Sacro tacitè emisso? Ex p. 8. tr. 1. res. 72. p. 98.

78. An Pontifex possit dispensare, ut Religiosus uxorem ducat? Et cursim explanatur, an super habenda proprietate possit etiam Pontifex dispensare cum aliquo Monacho? Ex p. 8. tr. 1. res. 73. p. 99.

79. An Pontifex, ne remaneat extincta quædam Illustris Familia, possit præbere licentiam ut Eques Religionis Jerosolymitanæ transeat ad Religionem Divi Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ, &c. Ex quo infertur, An Pontifex possit dispensare in voto solemni Religionis? Et quid de voto solemni paupertatis? Et supponitur posse, & solere Summos Pontifices præbere licentiam, ut aliquis Religiosus transeat ex una Religione strictiori ad aliam laxiorem justa existente causa. Et quæritur, an prædicti Equites D. Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, &c. sint veri Religiosi, & possint eligere Confessarium ab Ordinario non approbatum, & gaudere privilegio Canonis, fori, & exemptione gabellarum; & in multis aliis comprehendantur ut Religiosi? Et infertur, quod si Capucinus, Minimus, Mercenarius cum licentia Pontificis transiret ad Canonicos Regulares, vel ad Carmelitas Claustrales, &c. non tenerentur ad votum paupertatis tam rigidè, ut antea; nec ad votum quadragesimale; nec ad votum redemptionis captivorum. Et an dissolvatur vinculum prioris professionis, si Religiosus professus legitimè transeat ad alium Ordinem, ut ibi denuo profiteatur? Et docetur, quæ causa sit justa ad dispensandum in voto solemni Religionis? Et an in secundo gradu nunquam dispensetur nisi inter magnos Principes? Ex p. 10. tract. 12. & Misc. 2. resol. 1. p. 101.

80. An Summus Pontifex possit dispensare, ut socer sumat in uxorem nurum suam? Et asseritur jure naturæ nullum esse matrimonium inter novercam, & privignum, inter vitricum & privignam; & inter omnes affines in primo gradu lineæ rectæ, quales sunt etiam gener, & socrus; socer & nurus. Et an non rarò Pontifices dispensent pro foro conscientiæ in dicta affinitate orta ex copula fornicaria? Et an matrimonium inter fratrem & sororem sit irritum jure naturæ? Et an, justa concurrente causa, in eo dispensare Pontifex possit? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. res. 93. p. 105.

81. An Pontifex possit dispensare, ut matrimonium ineatur inter privignum & novercam, vel privignam & vitricum; socrum & nurum, aut socrum & generum? Et an possint Pontifices ex justa causa dispensare, ut affines in primo gradu lineæ rectæ inter se matrimonium contrahant? Et an affinitas dirimat matrimonium ipso jure naturæ? Et explanatur, quod si quis in infidelitate fuisset copulatus matrimonio suæ novercæ validum fuisse matrimonium patre defuncto, nec esse dissolvendum, cum ad Fidem converteretur. Idem dicendum est, si quis duceret eam, quam Parens fornicariè cognovit. Ex p. 8. tract. 1. res. 67. p. 107.

82. An Pontifex possit dispensare, ut quis contrahat matrimonium cum uxore fratris sui, vel ut fœmina nubat viro suæ sororis? Ex quo deducitur, quod nullus affinitatis gradus in linea transversa dirimit matrimonium jure naturæ. Ex part. 8. tractatu primo, resolut. 68. pag. 109.

83. An Pontifex possit dispensare ex justa causa, ut matrimonium ineatur inter avum & nepotem, vel inter aviam, & nepotem? Et docetur matrimonium inter avum & nepotem; & inter nepotem & aviam esse validum jure naturæ. Ex p. 8. tr. 1. res. 69. p. 110.

84. An Pontifex possit dispensare, ut fratres, & sorores contrahant inter se matrimonium? Et explanatur, an matrimonium fratris cum sorore sit jure naturali nullum? Ex p. 8. tr. 1. res. 70. p. 111.

85. An possit dari casus, quod Pontifex possit præcipere Patri, ut sumat in uxorem filiam suam? Et in primis quæritur, an matrimonium inter patrem & filiam sit jure naturæ irritum? Et an, si daretur casus, quod in mundo superessent tantum Pontifex, Pater, & filia, an Summus Pontifex teneretur sumere in uxorem illam fœminam, & dispensare secum in cœlibatu? Et

quid, si in supradicto casu Pontifex fuisset impotens, & inhabilis ad contrahendum? Ex part. 8. tract. 1. resol. 71. p. 112.

86. An Pontifex posset dispensare, ut fidelis matrimonium contrahat cum Infideli, vel hæretica? Et an matrimonium fidelis cum Infideli non sit irritum neque jure divino, neque jure naturali, sed tantum jure Ecclesiastico? Idem dicendum est de matrimonio fidelis cum hæretica. Et an in locis, in quibus consuetudine legitima derogatum est, ne detur dispensatio ad contrahendum matrimonium cum Hæreticis, procedat etiam in Regibus? Ex part. 8. tract. 1. res. 74. p. 115.

87. An Pontifex possit dispensare in radice matrimonij, ita ut legitimatus succedat etiam ad temporalia? Et advertitur Pontificem graviter peccaturum, si sine aliqua magna causa hanc legitimationem, seu dispensationem in radice concederet. Et ex doctrina supradictæ quæstionis infertur, an vocatus ad feudum, Majoratum, fideicommissum, & ideo exclusus, quia professus in approbata Religione, vel in Sacris initiatus, si à Papa dispensetur, ut nubat, an iste sic dispensatus succedat in Majoratu, feudo, & fideicommisso, non obstante, quod substitutus in pacifica maneat possessione? Ex part. 8. tract. 1. resol. 75. p. 116.

88. An potestas statuendi impedimenta matrimonij spectet privative ad Summum Pontificem? & sicut jus integrum est Summo Pontifici in universa Ecclesia impedimenta matrimonium dirimentia statuere, an ita Episcopis in suis Diœcesibus? Ex part. 8. tract. 1. res. 76. p. 118.

89. An Pontifex habeat potestatem eximendi fideles ab impedimentis constitutis à Principibus Ethnicis, si in eorum Provinciis habitent? Et si quis Judæus sit subditus Regis infidelis, an in illis servandis impedimentis subjaceat eidem Regi? Et quid est dicendum, si subditus sit Romani Pontificis, ut Romæ Judæi degentes; an ei subjaceant in statutis impedimentis in Ecclesia pro solis baptizatis? Ex p. 8. tr. 1. res. 77. p. 119.

90. An Pontifex possit supplere consensum in matrimonio, vel saltem præcipere, ut ab aliquibus contrahatur? Et an Deus aliquando conjunxerit matrimonium inter aliquos sine illorum consensu? Ex part. 8. tract. 1. res. 82. p. 120.

91. An Pontifex possit constituere impedimenta dirimentia, & potuerit irritare matrimonia clandestina, ut patet in Concilio Tridentino sess. 24. c. 1. de Matrimonio? Et an sit licitum contrahere clandestinum matrimonium, ita ut sit ratum? Et notatur Ecclesiam habere potestatem ad irritandos contractus immediatè, & directè ad reddendos eos nullos, & habere etiam potestatem ad irritandas personas ad tales contractus, quod est irritare ipsos contractus indirectè. Ex p. 8. tr. 1. res. 59. p. 121.

92. An possit Pontifex aliquos privatos reddere inhabiles ad contrahendum matrimonium? Ex part. 8. tract. 1. resol. 60. p. 123.

93. An Pontifex sine justa causa irritando aliqua matrimonia sint invalida? Ex part. 8. tractat. 1. resolut. 61. p. 124.

94. An Pontifex habeat potestatem solvendi matrimonium ratum, sed nondum consummatum? Et an etiam possit in dicto casu dispensare ob communem pacem, altero ex contrahentibus invito? Et an non sit de jure divino, nec naturali vinculum, seu separationis prohibitio talis matrimonij rati, & non consummati? Et an Episcopus possit dispensare in matrimonio rato? Et notatur aliquem evectum ad Pontificatum ante matrimonium consummatum posse dispensare in suo matrimonio rato. Et quid in tali casu faciendum est, si matrimonium sit consummatum? Ex p. 8. tr. 1. res. 62. ibid.

95. An Pontifex possit dispensare, seu potius dissolvere matrimonium ratum, & non consummatum? Et quid circa hoc ipsum de Episcopis? Et discutitur, an quidquid potest Papa in tota Ecclesia, possit Episcopus in sua Diœcesi? Et infertur, an Princeps Gentilis possit dissolvere matrimonia rata suorum subditorum? Ex part. 8. tractat. 3. res. 97. p. 126.

96. An Pontifex sine causa possit dissolvere vinculum matrimonij rati? Et notatur, quod posita gravi causa Pontifex non necessario requirat consensum partium ad dissolvendum matrimonium, sed id possit, etiam eis invitis, quamvis non expediat. Et an Pontifex possit legem ferre, ut matrimonium ratum per consequens consummatum dissolvatur? Et notatur, quod matrimonia, seu rata, seu consummata Infidelium non baptizatorum non potest Pontifex sua Pontificia potestate dispensando solvere. Et an sit circa hoc alia ratio Hæreticorum? Et quid, si Pontifex habeat supremam jurisdictionem temporalem in quosdam Infideles? Ex p. 8. tr. 1. res. 63. p. 127.

97. An Pontifex possit dissolvere matrimonium ratum, & non consummatum solum inter magnos Principes? Et explanantur causæ dispensandi in matrimonio rato. Et an Pontifex lege universali statuere possit, ut matrimonium ratum dissolvatur per subsequens matrimonium consummatum? Ex p. 8. tr. 1. res. 65. p. 128.

98. An Episcopus in casu aliquo raro possit dissolvere matrimonium ratum, & non consummatum? Et docetur quod non potest Episcopus dispensare in aliquo eventu in professione solenni Religiosorum. Et adducitur etiam, an Episcopus in sua Diœcesi possit, quidquid Papa potest in tota Ecclesia, nisi ab eo prohibeatur? Ex part. 8. tract. 1. res. 64. p. 129.

99. An possit Pontifex dispensare in matrimonio consummato Infidelium, quando ambo baptizantur? Et an Pontifex ex causa possit dispensare in matrimonio fidelium consummato? Ex p. 8. tr. 1. res. 66. p. 130.

100. An Pontifex possit transferre Episcopum ex una Ecclesia ad aliam ob pinguiores redditus, & quonam jure sit prohibita translatio Episcopi ex una ad alteram Ecclesiam, an jure divino, an Ecclesiastico? Et cur Pontifex hoc matrimonium spirituale per consecrationem consummatum magis dissolvere possit, quam carnale consummatum? Et in textu hujus Resolutionis causæ istæ apponuntur ad hoc faciendum. Et cursim infertur posse Episcopum cogere Parochum dignissimum, ut se apponat concursui alicujus Beneficij curati, aut Canonicatus Magistralis. Et brevissimè deducitur, quod vinculum matrimonij carnalis morte solvitur, itaut non teneatur redire ad uxorem resuscitatus. Ex p. 11. tr. 4. & Misc. 4. res. 40. ibid.

101. An Papa sit Dominus bonorum Ecclesiasticorum & beneficiorum; ita ut de potentia absoluta possit privare quoslibet Prælatos, vel Beneficiarios etiam sine causa; & bona Ecclesiæ arbitratu suo alienare possit? Vel de plenitudine potestatis an possit dare bona Ecclesiæ, Monasterij, &c. cui voluerit; & res unius Ecclesiæ, vel Monasterij in aliam Ecclesiam, vel pium usum transferre? Sed cursim docetur, quod si aliquis aliquid acceperit à Papa sine causa dante, tenetur restituere. Ex p. 11. tract. 3. & Misc. 3. res. 14. p. 132.

102. An Pontifex, si propter tremorem manus dexteræ non potest elevare Calicem, nec fungere Hostiam, possit secum dispensare super hos Ritus, & Cæremonias, ut Missam celebret? Et an habeat justam causam dispensandi super hoc? Et an ad id teneatur? Et quæritur, & discutitur, an fractio, & mistio Hostiæ pertineant ad essentiam Sacrificij? Et an Pontifex possit dispensare cum aliis super supradictos Ritus? Et notatur Regem Gallię ex dispensatione aliquoties in communione sumere utramque speciem; & Carthusienses non elevare sacrum Calicem pro conservatione suarum cæremoniarum. Et asseritur Principem supremum posse licitè dispensare absque causa. Et docetur in sumptione utriusque speciei non concedi abundantiorem gratiam, quam sub una tantum. Et an sit obligatio præcepti Divini celebrandi Missam saltem ter, vel quater in anno? Et discutitur, an habens privilegium Bullæ Cruciatæ audiendi Missam tempore interdicti, & habens breve audiendi Missam in

in privato Oratorio, teneatur illam audire? Et advertitur, quod licet quis ex præcepto divino teneatur integrè confiteri, tamen pro adimpletione talis præcepti non tenetur adhibere medium, etiamsi facilè posset, ut scribere peccata; etiamsi certo sciat, tempore confessionis non omnia in memoriam occurrenda. Item pro adimplendo præcepto annua confessionis, si pœnitens v.g. esset mutus, vel Confessarius surdus, non tenetur pœnitens confiteri per scripturam, etiamsi commodè posset hoc facere. Item similiter excommunicatus, aut interdictus, licet facilè possit absolutionem à censura obtinere, excusatur tamen à præcepto Missæ, si illam non obtineat. Ex part. 12. tr. 3. & Misc. res. 3. p. 134.

DISCEPTATIONES APOLOGETICÆ,

De primatu solius D. Petri ac differentia inter ipsum, & D. Paulum. pag. 138.

AN Divus Paulus fuerit Pontifex, & caput Ecclesiæ cum D. Petro? ibid.

Sectio 1. *An Primatus Ecclesiæ fuerit collatus soli D. Petro privativè quoad alios?* ibid.

2. *An D. Paulus quoad Primatum Ecclesiæ fuerit subditus D. Petro, licèt æqualis quoad Apostolatum.* p. 143.

3. *Continens Responsiones ad argumenta adducta ab Anonymo pro Primatu D. Pauli.* p. 151.

DISCEPTATIO APOL. POSTERIOR,

Continens Responsiones ad plura loca Sanctorum Patrum in manuscripto cujusdam Anonymi pro novo Papatu D. Pauli perperam intellecta. p. 160.

Sect. 1. *RESponsiones ad scripturam cujusdam Anonymi in favorem novi Papatus D. Pauli.* ibid.

2. *Responsiones ad loca Summorum Pontificum.* p. 161.

3. *Responsiones ad loca Sanctorum Patrum.* p. 163.

4. *Responsiones ad loca Eminentissimorum Cardinalium.* pag. 167.

Appendix ad supradictum Tractatum primum hujus Tomi Tertij de Potestate Pontificis quoad Sacramenta, & etiam quoad alia.

AN Pontifex possit mutare Sacramentalem pœnitentiam extra judicium sacramentale per applicationem Indulgentiæ? Et an Pontifex possit alicui de Ecclesia benemerito sine injunctione ullius operis Indulgentiam concedere eo fine, ut alios ad similia merita excitet? Et an valeat Indulgentia, si causa, ob quam data est, non sit omnino sufficiens, modo Pontifex prudenter censeat esse sufficientem? Ex part. 9. tract. 9. ex res. 55. alias 54. & ex part. 10. tract. 16. ex res. 3. *Quæ prima nunc invenietur* in tom. 1. tr. 6. de satisfactione sacramentali res. 9. *Secunda verò reperietur* in tom. 4. tract. 5. de Indulgentiis res. 2.

An Pontifex, si non possit penitus ab Episcopali Ordine potestatem reservandi tollere, possit tamen illam restringere, aut limitare tanquam Supremus jurisdictionis Collator? & ideo si Pontifex Episcoporum potestatem vellet restringere, plusquam par est, restricta, & limitata erit? Et supponitur posse Summum Pontificem reservare peccata pro tota Ecclesia. Et an privilegia à Pontifice concessa, ut à peccatis reservatis Episcopo absolvamur, intelligantur independenter ab ipso Episcopo? Ex p. 10. tract. 12. ex res. 18. *Quæ hic est* in tom. 1. tr. 5. de Reservatis res. 22.

An per alium inferiorem à Papa ob quamcunque necessitatem non possit concedi facultas celebrandi in navi existente in mari, aut flumine? Et an si Sacerdos cæcus consecraret sine Pontificia dispensatione, peccaret mortaliter & graviter? Et an facultas celebrandi, capite cooperto, spectet tantum ad Summum Pontificem? Ex part. 1. tr. 3. ex res. 40. & in tract. 6. ex res. 27. & in part. 2. tr. 14. ex res. 58. *Quæ nunc invenientur* in tom. 2. tract. 1. de Celebrat. Missarum res. 135. 138. & 139.

An Pontifex Altaria privilegiata pro vivis concedere possit? Ex part. 9. tract. 2. ex resol. 18. *Quæ hic reperietur* in tom. 4. tract. 1. de Altaribus privilegiatis resolut. 25.

An si Summus Pontifex ex iniquitate nollet concedere facultatem Diacono, ut in articulo mortis communicet ægrotum, possit in tali casu Diaconus deferre Viaticum moribundo ex voluntate & commissione Christi? Ex part. 9. tract. 6. ex res. 38. alias 39. *Quæ hic est* in tom. 2. tr. 2 de Communione res. 65.

An ex commissione Pontificis possit simplex Sacerdos conferre aliquos Ordines, dummodo illos, quos confert, habeat? Ex part. 8. tract. 2. ex resol. 4. *Quæ nunc invenietur* in tom. 2. tract. 5. de Sacramento Ordinis resol. 27.

An statuere impedimenta matrimonij non ad Episcopum, sed ad Pontificem spectet? Et an si Pontifex prohibeat Parocho, ne assistat tali matrimonio, si aliter factum sit, & Parochus de facto assistat tali matrimonio, validum sit tale matrimonium? Ex part. 10. tract. 11. & res. 23. & in part. 4. tract. 4. ex resol. 85. *Quæ hic reperientur* in tom. 2. tract. 6. de Matrimonio resol. 70. & 95.

An Papa sub mortali teneatur ad recitandum Horas Canonicas, ad jejunandum, &c? Ex part. 6. tract. 7. ex res. 3. *Quæ hic est infra in hoc ipsomet* tom. 3. tract. 6. de Horis Canonicis resolut. 1. vel in tom. 1. tract. 3. res. 48.

An Summus Pontifex possit secum dispensare in omnibus illis in quibus cum subditis possit dispensare? Ex part. 10. tract. 14. ex resol. 17. alias 25. *Quæ hic est in proximo sequenti* tract. de Dispensatione res. 6.

Nota quod prædictus Tractatus proximus & sequens de Dispensatione totus est plenus quæstionibus pro potestate Pontificis circa diversas dispensationes; & quia propè est tractatus, require ibi quidquid supradicta desiderare potes.

An Papa possit imponere irregularitatem aliquam ob peccatum veniale? Ex part. 4. tract. 4. ex res. 41. *Quæ nunc invenietur* in tom. 5. tract. 5. de Irregularitate resol. 1.

An si quis cum Pontifice sciente committeret Symoniam, incidat in pœnas, si Papa expresè cum ipso non dispensaret? Et an Pontifex incurrat crimen, & pœnas Symoniæ juris positivi? Ex part. 10. tract. 16. ex resol. 16. alias 15. *Quæ hic est* in tom. 5. tract. 7. de Symonia resol. 1.

An Inquisitores possint procedere contra Papam in hæresim comprehensum? Et an quando Inquisitores incidunt in excommunicationem latam in Clement. 1. de Hæreticis, si non procedant contra Hæreticos, non possint absolvi, excepto à Romano Pontifice, præter quam in articulo mortis? Ex part. 4. tr. 8. ex res. 58. & 37. *Quæ nunc invenientur* in tom. 5. tr. 10. de Inquisitoribus res. 9. & 32.

Index Tractaturum,

An liceat absque metu excommunicationis C. Si quis suadente, &c. *percutere Pontificem pro defensione necessaria?* Ex p. 5. tr. 5. ex res. 2. *Quæ hic est* in tom. 8. tr. 5. de Homicidio res. 17.

An Summus Pontifex teneatur superflua ex suis redditibus elargiri in eleemosynas? Et an Papa ex causa possit in hoc præcepto dispensare cum Clericis, Episcopis, & Cardinalibus? Et an hoc præceptum sit humanum, & Ecclesiasticum? Ex part. 5. tr. 8. ex res. 28. & in part. 10. tract. 11. ex resol. 35. *Quæ hic reperientur* in tom. 4. tract. 7. de Eleemosyna res. 19. & 20.

An Cardinalatus sit ordo, & possit Papa illum extinguere? Et an Pontifex possit extinguere Patriarchas, & Archiepiscopos? Et an Summus Pontifex addua Ecclesiæ negotia sine consilio Cardinalium definire possit? Ex part. 5. tract. 2. ex res. 2. & 4. *Quæ hic sunt* in tom. 4. tr. 7. de Cardinalibus res. 2. & 3.

Nota quod in prædicto tract. 7. de Cardinalibus tom. 9. *sunt multa aliæ quæstiones omnes mistæ pro electione Pontificis, & aliis diversis casibus pertinentes simul ad Summum Pontificem, & Cardinales, quos ibidem facillimè invenies ita mistos.*

An leges Pontificiæ, ut obligent, necesse sit, ut promulgentur in singulis Diœcesibus, & Provinciis? Et an Pontificiæ leges statim post duos menses à publicatione Romæ factæ totam obligent Ecclesiam, nec sit necessaria publicatio in singulis Provinciis, & Diœcesibus? Ex part. 1. tract. 10. & res. 8. & 9. *Quæ nunc invenientur* in tom. 6. tract. 1. de Legibus res. 10. & 12. & in multis aliis Resolutionibus ibidem pro aliis diversis Decretis, & Bullis Pontificis.

An Summus Pontifex recipiat suam potestatem immediatè à Deo? Et an Summus Pontifex habeat in toto Orbe Christiano temporalem potestatem? Et an Summus Pontifex possit cognoscere, & judex existere competens, ubi lis aliqua, & discordia oritur inter duos Supremos Principes neminem in temporalibus recognoscentes? Et an si Papa faceret aliqua mandata in destructionem Ecclesiæ, possit Princeps sæcularis facto, & vi resistere illis, & impedire excutionem talium mandatorum? Et multa pro potestate Pontificis in Ordine ad exemptionem & Immunitatem Ecclesiasticorum aguntur. Ex part. 1. tract. 2. ex res. 126. 122. 124. 7. *Quæ hic reperientur* in tom. 9. tr. 2. de Immunitate Ecclesiastica res. 20. 17. 19. 110. & in multis aliis Resolutionibus ibidem.

An Pontifex in temporalibus habeat Dominium rectum & ideo Summus Pontifex possit eximere laicos à potestate Principis sæcularis, & per consequens Familiam laicam Episcopi, & Nuntij, & Ministros eorum Curiæ? Ex p. 6. tr. 2. ex res. 7. *Quæ hic est* in tom. 9. tr. 8. de Familia laica Nuntiorum res. etiam 7.

An legitimatus per subsequens matrimonium possit eligi in Papatum? Ex p. 10. tr. 9. ex res. unica. *Quæ nunc invenietur* in tom. 7. tr. 1. de Regularibus res. 287.

An Pontifex possit sibi eligere Successorem? Et an Pontifex possit sibi eligere adjutorem cum futura Successione? Et plura alia circa supradicta demonstrantur. Ex part. 10. tr. 5. à res. 1. usque ad quintam exclusivè. *Quæ hic reperientur* in tom. 9. tr. 6. de Potestate Pontificis eligendi sibi Successorem à res. 1. usque ad 5. exclusivè.

An jure divino electionem Episcoporum ad Summum Pontificem spectare probetur? Et an olim à Summis Pontificibus interdictum fuerit, ne populi, & Principes in electionem Episcoporum se immiscerent? Et an lex, & consuetudo antiqua in modum eligendi Episcopos Romanorum Pontificum authoritate sit abrogata, & jus nominandi, designandi, offerendi, & præsentandi Episcopos dati sit multis Regibus eorundem Romanorum Pontificum nutu, & assensu? Et multa alia circa supradicta discutiuntur? Ex part. 10. tract. 1. ex res. 1. 6. & 7. *Quæ hic sunt* in tom. 9. tract. 9. de Prisco more eligendi Episcopos res. etiam 1. 6. & 7.

An Pontifex Principibus de Ecclesia benemeritis possit titulum, & insignia Regis concedere? Ex quo infertur, an Pontifex habeat potestatem indirectam in temporalibus? Ex part. 10. tract. 6. ex resol. unica. *Quæ nunc invenietur* in tom. 9. tr. 12. de Potestate Pontificis ornandi Principes laicos Titulo Regio res. etiam unica.

An absque assensu Summi Pontificis, septem Germaniæ Electoribus possit octavus addi? Ex quo infertur, an potestas eligendi Imperatorem, sit largita septem Electoribus Germaniæ à Summo Pontifice? Et multa alia circa supradicta adducuntur. Ex part. 10. tract. 4. res. 1. 2. 3. & 4. *Quæ hic sunt* in tom. 9. tr. 10. de Numero Electorum Imperatoris res. 1. & seqq.

An liceat principibus Christianis concedere Hæreticis libertatem conscientiæ sine consensu Summi Pontificis? Et an Principes, inconsulto Summo Pontifice possint dare libertatem Judæis exercendi usuras in suis Regnis? Et multa alia circa supradicta pronunciantur, & discutiuntur. Ex part. 10. tr. 3. à res. 1. usque ad 5. *Quæ nunc invenientur* in tom. 9. tract. 14. de Libertate Conscient. resol. 1. & seqq.

An licitum sit principibus Christianis inire fœdera cum Infidelibus, Turcis, & Hæreticis, inconsulto Summo Pontifice? Et an Summus Pontifex possit sub censuris prohibere principibus ne in bellando supradicta fœdera cum Turcis, vel Hæreticis contrahant? Et multa alia circa supradicta explanantur. Ex part. 10. tract. 2. addit. ex resolut. 8. & 7. *Quæ hic reperientur* in tom. 9. tract. 13. de Fœderibus cum Turcis, & Hæreticis resol. 8. & 7.

An Pontifex ex justa causa possit præbere licentiam, ut Clerici, Episcopi, & Cardinales præsint Exercitibus? Et an in hoc præcepto solus Summus Pontifex possit dispensare ex eo, quod non sit Divinum, sed humanum? Et si Pontifex absque causa rationabili, dispensaret, licet factum teneret, non tamen rectè faceret, sed peccaret? Et an inconsulto Summo Pontifice possint Clerici alicui exercitui præesse? Et an Papa possit prohibere in aliquo casu, ne principes Christiani inter se pugnent? Et an licitè possit inferri bellum Infidelibus propter solam infidelitatem, maximè ex licentia Papæ, & si non permittant in suis Regnis prædicatores Fidei? Et an non possit Papa confluere exercitum ex clericis, & Ecclesiasticis viris ad compescendum infidelem principem, nisi aliter timerentur in Ecclesia damna? Et an potestas impetendi Infidelem principem non sit apud Reges, aut Regna, sed penes Papam tantum? Et an possit Ecclesia & principes Christiani mittere prædicatores cum exercitu ad prædicandum Infidelibus? Et an licitum sit inferre bellum Infidelibus committentes Idololatriam, & violantes jura naturalia, maximè si accedat authoritas Summi Pontificis? Et an licitè indicatur bellum contra Infideles ex titulo donationis obtentæ à Pontifice de eorum provinciis? Ex p. 10. tr. 2. ex res. 6. & 1. & in p. 6. tr. 4. ex res. 2. 15. 16. 18. & 36. *Quæ hic reperientur* in tom. 7. tr. 7. de Bello res. 57. 51. 2. 14. 15. 17. & 61.

An in dubiis opinionibus Pontifex decernere possit, quæ sit verior, & sequenda? Ex part. 6. tr. 2. ex res. 4. *Quæ hic est* in tom. 9. tract. 2. de Familia Nuntiorum resolut. etiam 4.

An Pontifex validè possit privilegiâ Societatis Jesu revocare, non servata forma, quæ ex Bulla Gregorij XIII. in revocatione requiritur? Ex part. 7. tract. 10. ex res. 29. *Quæ nunc invenietur* in tom. 7. tract. 1. de Regularibus res. 262.

An potestas concedendi dilationes pro debitis juratis ad solum Summum Pontificem spectet? Et an dilationes moratoriæ Summi Pontificis generaliter loquentes extendantur ad debitum juratum? Ex part. 7. tract. 8. ex res. 29. & 30. *Quæ hic reperientur* in tom. 6. tract. 5. de Cessione bonorum & dilationibus moratoriis resol. etiam 29. & 30.

Nota,

Nota, quod in tom. 9. tr. 1. de Immunitate ipsius Ecclesiæ, sunt multa difficultates pro potestate Pontificis in Ordine ad immunitatem Ecclesiæ; ideò pro hac materia ibi reperies quidquid cogitare potes.

An Pontifex possit aliquem absolvere à censuris actu solo interiori? Ex p. 11. tract. 5. ex resol. 36. *Quæ nunc invenietur in tom 5. tr. 1. resol. 181.*

An animam, quæ corpore soluta in purgatorio est destinata, possit pontifex ita liberare, ut neutiquam in purgatorium ingrediatur? Ex part. 11. tract. 2. ex resol. 43. *Quæ hic reperietur in tom. 4. tract. 3. de Bulla Cruciatæ resolut. 177.*

An Summus Pontifex teneatur ad beneficia eligere digniores? Ex p. 8. tr. 7. ex resol. 83. *Quæ hic est infra in tr. 3. de Episcopis resol. 105.*

TRACTATVS II.

De Dispensationibus. pag. 173.

1. *QUID sit dispensatio? Et notatur inter dispensationem, & dispensandi potestatem esse quoddam discrimen ex eo, quod dispensatio est strictè interpretanda; potestas verò dispensandi, etiamsi delegata sit, est latè interpretanda, seu intelligenda.* Ex part. 8. tract. 3. resol. 1. ibid.

2. *An possit Pontifex dispensare in jure divino positivo? Et an possit Pontifex authoritate divina dispensare, & relaxare vota, & juramenta?* Ex part. 8. tract. 3. resol. 2. ibid.

3. *An Pontifex possit dispensare in his, quæ statuta sunt à jure Canonico positivo? Et an possit Pontifex dispensare in legibus Episcopi, & aliorum Prælatorum; imò & in Concilio includenti ipsum Pontificem? Et an possit fieri lex in Concilio, qua sub mortali obligetur Pontifex ad non dispensandum ex ulla causa? Et an in lege, & præceptis Apostolorum Papa dispensare possit? Et ex doctrina hujus Resolutionis aliqua alia notabilia inferuntur, & explanantur.* Ex part. 8. tract. 3. resolut. 3. pag. 174.

4. *An Pontifex possit directè secum dispensare in his omnibus, in quibus cum aliis potest? Et an hoc etiam tribuatur Episcopis, Principibus sæcularibus, & Prælatis etiam Regularibus?* Ex p. 8. tr. 3. resol. 5. p. 175.

5. *An qui habet potestatem dispensandi in lege cum aliis, possit secum dispensare? Ita ut non solum Summus Pontifex, & Episcopi, sed etiam omnes Prælati, & Superiores Ecclesiastici tam sæculares, quam Regulares etiam locales; & illis absentibus vice-Rectores, & vice-Priores, &c. habentes jurisdictionem Ordinariam dispensandi, tam in votis & juramentis, quam in aliis rebus possint dispensare secum eodem modo, quo possunt cum aliis subditis. Imo, & habentes jurisdictionem delegatam dispensandi in universum cum aliqua Communitate, cujus ipsi sunt partes; secus verò quando haberent limitatam potestatem dispensandi cum certis personis. Idem dicendum est tam de Supremo Principe sæculari, quam de omnibus aliis Superioribus sæcularibus habentibus potestatem ordinariam, aut universaliter delegatam ad dispensandum in rebus sæcularibus.* Ex part. 8. tract. 3. resolut. 16. ibid.

6. *An Prælati possint secum dispensare in propriis votis, sicut possunt dispensare in votis subditorum? Idem est de irregularitatibus, præceptis Ecclesiæ, atque de cæteris omnibus, quoties id possunt cum subditis dispensare? Ex quibus infertur non solum Summum Pontificem posse secum dispensare in his omnibus, in quibus potest cum subditis, seu idem est de aliis Principibus Supremis sæcularibus, cum habeant plenissimam potestatem in temporalibus, sicut Pontifex in spiritualibus. Idem est de Episcopis, & Prælatis Regularibus sive Generalibus, sive Provincialibus, sive Præpositis localibus, qui toti domui præsunt; & in eorum absentiam vices gerentibus, ut sunt vice-Rectores, vice-Priores, &c. Idem est de habentibus potestatem delegatam ad dispensandum in universum cum aliqua Communitate, cujus ipse est pars, secus verò si haberet limitatam potestatem dispensandi cum certis personis, vel cum determinato numero personarum.* Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. resol. 27. alias 23. p. 177.

7. *An Pontifex possit dispensare sine causa, & dispensatio sit valida?* Ex p. 8. tr. 3. resol. 4. p. 179.

8. *An Pontifex dispensando sine causa peccet mortaliter vel venialiter? Et an Princeps secum dispensans in legibus, quas ipse debet ex honestate observare, peccet mortaliter, vel venialiter? Et infertur subditum petentem dispensationem sine causa peccare eodem genere peccati, quo peccat Superior illam concedens. Contingere autem potest, ut excusetur subditus, si ignorantia invincibili laboret, & non excusetur Superior cognoscens causam non adesse & è contra.* Ex p. 8. tr. 3. resol. 6. ibid.

9. *An si superior dispenset in propria lege sine causa, peccet mortaliter? Idem quæritur de subdito dispensationem petente sine causa, & illa utente.* Ex part. 1. tract. 10. resol. 35. p. 181.

10. *An dispensatio sine causa in lege propria, vel inferioris sit valida? Et an dispensans sine causa peccet mortaliter, vel tantum venialiter? Idem dicendum est de petente dispensationem sine causa.* Ex part. 1. tract. 10. resolut. 32. ibid.

11. *An petens dispensationem à superiore sine causa peccet mortaliter, vel venialiter?* Ex part. 8. tract. 3. resol. 8. ibid.

12. *An utentes dispensatione à superiore facta sine causa peccent? Et an peccet gravius legislator injusta dispensatione secum utendo, quam subditus? Et an legislator in tali casu peccet duplici titulo, uno, eam non revocando dum potest, altero ea utendo?* Ex part. 8. tract. 3. resolut. 9. p. 182.

13. *An si Superior sine causa secum dispensaret, esset licitus usus talis dispensationis, ut de subdito superius diximus?* Ex p. 8. tr. 3. resol. 10. ibid.

14. *Quænam sint causæ justæ ad dispensandum?* Ex p. 8. tr. 3. resol. 7. p. 183.

15. *An quando intercedit justa causa, teneatur Superior dispensare? Et etiam quæritur, quando dispensatio est debita, & quando est gratia? Et explanatur, quod in quatuor casibus dispensatio est debita, extra quos non erit debita, sed gratia. Et infertur, quod tenetur Episcopus dispensare cum Clerico, ne resideat ratione studij, & in denunciationibus matrimonij, & in interstitiis, & aliis similibus.* Ex p. 8. tr. 3. resol. 27. ibid.

16. *An saltem delegatus teneatur dispensare, si adsit causa sufficiens? Et an excusetur Regulares nolentes dispensationes votorum concedere pœnitentibus virtute suorum privilegiorum? Et quid, si privilegium sit concessum in favorem pœnitentis, ut est privilegium Bullæ Cruciatæ, & Jubilæi?* Ex p. 8. tr. 3. resol. 28. p. 184.

17. *An causa dispensationis debeat esse manifestè justa, an potius sufficiat causa justa dubia? Et an idem dici possit, quando Superior dispensat in causa tantum probabili? Et quid, quando dubium est, an causa aliqua dispensandi existat?* Ex p. 8. tr. 3. resol. 29. ibid.

18. *An Superior possit dispensare in dubio, si causa sit justa? Et docetur pro praxi, cum dubitatur an sine dispensatione teneatur quis jejunare, vel aliam legem servare, eo ipso esse sufficientem causam ad dispensandum, nec opus esse aliqua commutatione.* Ex p. 4. tr. 3. resol. 44. ibid.

19. *An licitè possit Prælatus dispensare, quando dubitat, utrum causa dispensationis sit justa?* Ex p. 1. tr. 10. resol. 31. p. 185.

20. *An*

20. *An inferior possit dispensare in lege Superioris, quando dubitat, an casus egeat dispensatione?* Ex part. 8. tr. 3. res. 72. ibid.

21. *An Episcopus, v. g. quando dubitat, an res egeat dispensatione, possit in lege Superioris dispensare?* Ex p. 4. tr. 3. res. 46. ibid.

22. *Quando casus dubius egeat dispensatione? Et an Episcopus possit dispensare in lege Pontificia, quando dubium est, an casus egeat dispensatione? Et an Prælatus inferior possit dispensare in legibus Superioris, si ei interdictum non sit? Et an Episcopus possit in sua Diœcesi, quidquid potest Papa in tota Ecclesia, nisi a Pontifice prohibeatur?* Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. res. 82. ibid.

23. *An possit Episcopus dispensare in lege Pontificia, quando in ea dispensare posse conceditur, non tamen cui concedatur? Et aliqua notabilia circa hoc in textu hujus Resolutionis explanantur.* Ex part. 8. tract. 3. resolut. 18. p. 186.

24. *An Episcopus jure ordinario possit dispensare in lege Concilii, seu Summi Pontificis quoties facultas dispensandi non adimitur? Et notatur, quod quando Concilium, seu Summus Pontifex censuræ absolutionem non reservat, potestatem Episcopis absolvendi ab illa videtur concessisse.* Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. res. 23. p. 187.

25. *An Episcopus sine ea qua delegatione possit dispensare in legibus Summi Pontificis, quando non constat a Pontifice restrictam fuisse potestatem ejus? Et an, quidquid potest Papa in toto orbe potest Episcopus in sua Diœcesi, nisi expressè prohibeatur? Et inter cætera, quæ in corpore hujus Resolutionis explanantur, & inferuntur, tandem notatur Parochos non posse dispensare in legibus, si attendatur jus præcisè, sed consuetudine tamen dispensant in jejuniis, & observatione Festorum, etiam si adiri possit Episcopus.* Ex part. 8. tract. 3. res. 11. ibid.

26. *An sint aliqui casus, in quibus Episcopi possint dispensare in legibus Pontificiis, etiam si non habeant expressam potestatem? Et pro praxi superioris difficultatis in textu hujus Resolutionis aliqui diversi casus enumerantur, & inferuntur, in quibus potestas dispensandi debet dici ordinaria potius quam delegata. Et notatur etiam potestatem, quam habet Legatus, & ex privilegio Superiores Religionum ad dispensandum cum Religiosis, & ad illos absolvendum esse etiam ordinariam, & non delegatam. Ex quo infertur posse hanc potestatem delegare. Et tandem quæritur, an Episcopus possit cum subdito dispensare, ut nunquam in tota vita jejunet, vel ut Sacerdos nunquam recitet?* Ex p. 8. tr. 3. res. 12. p. 189.

27. *An Episcopi habeant tantam potestatem in suis Diœcesibus, quantam habet Summus Pontifex in universo orbe; ubi agitur quæstio, an possit dispensare in legibus Pontificis?* Ex part. 7. tract. 10. & Misc. 1. res. 36. p. 190.

28. *An Episcopus possit dispensare non admonito Summo Pontifice, quem in casu pauperum suis sumptibus admonere potest?* Ex p. 1. tr. 10. res. 57. p. 191.

29. *An Metropolitani possint dispensare cum Episcopis suffraganeis?* Ex p. 8. tr. 3. res. 13. ibid.

30. *An Metropolitani possint dispensare cum subditis suorum suffraganeorum? Et an saltem si Episcopus suffraganeus dispensationem petitam deneget, quando dispensare tenetur, possit Archiepiscopus per appellationem aditus dispensare? Et quid, si adsit causa justa, sed non tenetur, vel non sit subditis debita, sed mere gratuita; aut partim gratuita, & partim debita?* Ex part. 8. tract. 3. resol. 14. p. 192.

31. *An Metropolitanus extra casus supradictos possit saltem tempore visitationis dispensare cum subditis suffraganeorum, sicut potest confessiones audire, & absolvere pœnitentes?* Ex p. 8. tr. 3. res. 15. ibid.

32. *An in extraordinario aliquo eventu possint inferiores dispensare in legibus Superiorum; sive lex sit de matrimonio impediendo, vel de aliqua irregularitate, vel reservatione voti, aut similium? Et an quoties Episcopus potest certiorem facere Pontificem, & pauperiem eorum, cum quibus dispensandum est, supplere, ut negotium ad Pontificem deferatur, dispensare Episcopus non possit?* Ex p. 8. tr. 3. res. 71. p. 193.

33. *An sit valida dispensatio facta ab inferiori in lege Superioris, non præcognita prius causa quando re vera causa erat justa & legitima? Et si subditus utatur tali dispensatione, neque peccet venialiter?* Ex part. 1. tr. 10. res. 34. ibid.

34. *An dispensatio inferioris in lege Superioris, existente justa causa, sed sine ejus cognitione, valida sit? Et in dicto casu, quamvis dispensatio sit valida, an ita dispensatus peccet mortaliter?* Ex p. 8. tract. 3. resolut. 21. ibid.

35. *An inferior possit dispensare sine cognitione causæ, si in potestate dispensandi exprimantur nomina nulla facta mentione cognitionis causæ? Et ex doctrina hujus quæstionis infertur inferiorem dispensantem sine causa in lege Superioris peccare, & subditum ita dispensatum peccare toties, quoties dicta dispensatione utitur.* Ex p. 8. tract. 3. res. 19. p. 194.

36. *An valeat sit dispensatio à Prælato inferiori, bona fide dispensante in causa non justa; & ideo in tali casu, an tutus sit subditus, quamvis postea constet causam non fuisse sufficientem?* Ex p. 1. tract. 10. res. 33. p. 195.

37. *An si Prælatus bona fide judicaverit causam dispensandi esse justam, cum re vera non sit, valeat dispensatio?* Ex p. 8. tr. 3. res. 20. ibid.

38. *An quando inferior dispensat in lege Superioris possit imponere aliquod onus ei, cui dispensatur? Et quid, si Episcopus dispensat super aliqua irregularitate orta ex delicto? Et an quando ipsemet legislator dispensat in lege sua, tunc si dispensatio non est debita sed gratia poterit imponere aliquod onus ei, cum quo dispensat?* Ex p. 8. tract. 3. res. 22. p. 196.

39. *An dispensatio inferioris in propriis legibus absque causa sit valida? Idem dicendum est, quando Superior, vel æqualis Successor dispensat absque causa in lege inferioris, vel æqualis prædecessoris. Et quid, si Episcopus in Synodo Diœcesana, vel Archiepiscopi in Synodo provinciali dispensant sine causa? Et quid de Legato Apostolico, qui plenam habet à Pontifice potestatem, an proinde ejus dispensatio sine causa etiam data sit valida? Et additur Episcopum regulariter loquendo non posse dispensare sine causa in sua lege, quando illa transisset in contractum.* Ex p. 8. tract. 3. res. 26. ibid.

40. *An Episcopus possit dispensare in suis Constitutionibus à Papa confirmatis?* Ex part. 8. tract. 3. resolut. 73. p. 197.

41. *An in aliquo casu dispensatio Episcopi in suis legibus sine causa sit valida? Et quid, si illæ Constitutiones fuerint authoritate Pontificia confirmatæ? Et quid est dicendum, si prædictas Constitutiones Episcopus juramento confirmaverit?* Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. res. 40. alias 41. p. 198.

42. *An Episcopus possit dispensare, quamvis petens prius adierit Pontificem, qui dispensationem negavit, judicans causam propositam non esse justam? Et notatur eum, qui impetravit dispensationem à Pontifice voti, in quo poterat Episcopus dispensare, posse ad ipsum confugere, ut dispenset. Dicendum est etiam posse confugere ad potentem ex privilegio, ut dispenset.* Ex part. 8. tract. 3. res. 49. ibid.

43. *An Episcopus possit cum Regularibus exemptis dispensare, si ipsi cedat exemptioni? Et an hoc intelligatur casu, quo in Prælato Superiore non esset potestas absolvendi, vel dispensandi? Et an in nomine Episcopi in præsenti intelligatur tantum Episcopus loci, in quo Religiosus ortus est, vel habet domicilium, aut saltem commoratur?* Ex part. 8. tract. 3. res. 48. p. 199.

44. *An sola patientia Prælati sufficiat pro dispensatione? Et an si quis ex pacto dederit Papæ pecuniam pro*

pro aliquo beneficio, eo ipso, quod in eum ipsum incurrerit censeri dispensasse super Symoniam? Idem dicendum est de aliis inferioribus Papæ quoad dispensandum in eorum Statuta. Ex part. 8. tract. 3. resol. 17. pag. 200.

45. An v. g. Prælatus Superior possit dispensare circa pœnas impositas à Prælato inferiori, ipso renuente? Et advertitur, si condemnans finierit Officium suum, posse tunc Provincialem, aut Generalem subditum condemnatum à Rectore absolvere, nulla requisita licentia à Rectore moderno, seu ab eo, qui reum condemnavit. Ex part. 8. tract. 3. res. 31. pag. 201.

46. An in dispensationibus locum habeat argumentum ab identitate rationis à majori ad minus? Et pro praxi hujus difficultatis in textu hujus Resolutionis plurimi explanantur casus sæpius contingentes in facto, & tota doctrina ejusdem valde notanda. Ex p. 8. tr. 3. res. 41. ibid.

47. An dispensatio respuat extensionem, & argumentum ex identitate rationis? Et notatur certum esse dispensationem extendi ad connexos, & accessorios, & inclusos sub dispensatis; unde dispensatus ad duo beneficia curata, censetur dispensatus super residentia alterius, &c. Ex p. 8. tr. 3. res. 102. p. 203.

48. An dispensatio sit strictè interpretanda? Ex quo deducitur resolutio aliquorum casuum in particulari. Ex p. 8. tract. 3. res. 32. p. 204.

49. An potestas dispensandi sit latè, vel strictè interpretanda? Et ex doctrina hujus quæstionis resolvendi erunt varij casus. Et tandem quæritur, in dubio an potestas dispensandi extendatur, ut virtute illius possit dispensari in aliquo casu, interpretandum sit extendi? Et quid in dubio, an dispensatio extendatur ad aliquem casum, an nunc interpretandum sit non extendi? Ex p. 8. tr. 3. res. 42. ibid.

50. An privilegia Bullæ Cruciatæ, vel Jubilæi quatenus continent potestatem dispensandi, sint strictè, vel latè interpretanda? Et quid dicendum est de facultate concessa alicui eligendi Confessarium, qui eum absolvat à peccatis & censuris, (loquor extra Jubilæum, & Bullam Cruciatæ,) an sit strictè, vel latè interpretanda? Ex p. 8. tr. 3. res. 45. p. 205.

51. An Pontifex possit dispensare in recitatione Horarum Canonicarum? Et an recitatio Horarum Canonicarum sit de jure divino, vel etiam de jure naturali; & qualitas Officij sit de jure positivo Ecclesiastico? Et an Papa possit dispensare cum quocumque Clerico, vel regulari, ut licitè possit uti Breviario, quod ei libuerit? Et è contra, an non possint Episcopi, & Prælati Regulares cum suis subditis dispensare, ut non recitent Officium divinum juxta Ritum Breviarij Pij V. ad quod tenerentur, sed juxta aliud Breviarium approbatum? Et an ex rationabili causa in hoc possint dispensare, ut aliquando non tamen in perpetuum, nec per modum constitutionis recitent Officium de Sancto die, qua essent recitaturi de Feria? Ex part. 8. tr. 3. res. 101. p. 206.

52. An dispensatio concessa Subdiacono, ut possit uxorem ducere liberet eum à recitatione Officij divini? Et quid est dicendum, si singamus Titium matrimonium ratum cum Catharina contraxisse, & deinde clam ad Diaconi, vel Subdiaconi Ordinem, & gradum esse promotum? Et circa hoc alia notabilia explanantur. Ex part. 8. tr. 3. res. 34. ibid.

53. An illegitimus dispensatus, ut possit recipere Ordines, censeatur dispensatus etiam ad Ordines sacros? Ex p. 8. tr. 3. res. 36. p. 207.

54. An illegitimus dispensatus, ut Clericus fiat, censeatur dispensatus ad omnes Ordines minores, vel tantum ad Primam Tonsuram? Et an dispensatus ad Ordines censeatur dispensatus ad Ordines sacros? Et quid est dicendum, si Pontifex diceret, dispenso tecum ad omnes Ordines? Et notatur dispensatum ad Ordines recipiendos non extendi ad beneficium obtinendum. Et deducitur dispensatum ad Sacerdotium non censeri dispensatum ad beneficium curatum, vel Episcopatum; & dispensatum ad beneficium curatum, non intelligi dispensatum ad Canonicatum; & ideo Regularis illegitimus admissus ad Ordines non potest sine peculiari Summi Pontificis dispensatione admitti ad Prioratum, vel ad aliam Dignitatem. Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. res. 22. p. 208.

55. An dispensatio, ut illegitimus, vel irregularis possit sumere minores Ordines, sit extendenda, ut beneficij simplicis capax sit? Et advertitur, quod si Papa dispenset cum illegitimis ad beneficium, non possunt per hoc, nisi unum obtinere. Ex p. 8. tr. 3. res. 37. ibid.

56. An illegitimus, vel irregularis dispensatus ad Ordines sacros censeatur dispensatus, ut possit obtinere beneficium simplex? Ex quo infertur privilegium, seu dispensationem, quantumvis odiosa sit, extendi debere ad ea, quæ illi sunt necessario connexa, & sine eis non possit; & pro praxi explanantur aliqui casus. Et an dicta in hac, & superiori Resolutione non procedant, quando cum illegitimo dispensaretur absolutè in irregularitate, quia tunc extenderetur dispensatio non solum ad beneficia simplicia, sed ad curata? Et part. 8. tract. 3. res. 38. pag. 209.

57. An illegitimus dispensatus ad Ordines sit capax pensionis? Et discutitur illegitimum dispensatum ad beneficia non censeri dispensatum ad pensionem. Ex part. 8. tr. 3. res. 39. ibid.

58. An dispensatio cum illegitimo ad beneficium, arctanda sit ad primum beneficium? Et notatur dispensationem simpliciter concessam, illegitimo vel irregulari, ut possit obtinere beneficia, intelligendam esse de beneficiis simplicibus, & non extendi ad curata & Dignitates. Et quæritur, an dispensatus ad beneficium Curatum non egeat nova dispensatione pro Episcopatu? Et homicida, si per dispensationem legitimam fuit habilis ad omnes Ordines sacros, & illorum usum, an videatur factus habilis ad beneficium Curatum, & Pontificale? Ex part. 8. tract. 3. res. 40. pag. 210.

59. An valida sit dispensatio circa irregularitatem homicidij, si non fuisset explicata Circunstantia Sacerdotij, si occisus erat Sacerdos? Et an hoc etiam procedat, si Pontifex, non esset dispensationem concessurus, si sciret dictam circunstantiam Sacerdotij? Ex part. 1. tract. 10. resol. 38. ibid.

60. An dispensatio irregularitatis sit subreptitia, si non explicetur occisum fuisse Presbyterum? Ex p. 8. tr. 3. res. 51. ibid.

61. An impedimenta plurium irregularitatum sufficiat separatim exprimere, & de illis dispensationem obtinere? Idem dicendum est de aliis similibus pœnis. Et an qui plura homicidia commisit, si uno tantum narrato velit unius irregularitatis dispensationem obtinere, nihil fiat? Et pro firmanda doctrina supradictæ difficultatis alij diversi casus adducuntur sæpius contingentes in praxi. Ex p. 8. tr. 3. res. 57. p. 211.

62. An committens plura homicidia contrahat diversas irregularitates in dispensatione explicandas? Et pro firmanda doctrina hujus quæstionis alij quatuor diversi casus in exemplum in textu hujus Resolutionis apponuntur. Ex p. 8. tr. 3. resol. 58. Sequitur sub hoc, eodemque numero hujus Resolutionis 62. eadem quæstio, videlicet. An qui plura homicidia commisit, contraxit plures irregularitates in dispensatione manifestandas? Idem est de excommunicato, qui pluries in excommunicatione celebravit. Et explanatur, quod copula sæpius repetita non inducit novum impedimentum; nec est necessarium facere mentionem omnium delictorum in dispensatione. Item qui in Baptismo tenet plures filios alicujus, una est tantum paternitas. Et qui ter, vel quater contraxit nuptias, non est necessarium id exprimere, quando petit dispensationem bigamiæ. Ex part. 4. tract. 2. res. 86. pag. 212.

63. An

63. *An si quis commisit plura homicidia contrahat plures irregularitates necessario in dispensatione manifestandas? Et in exemplum adducuntur alij duo diversi casus in corpore hujus Resolutionis. Sed difficultas supradictæ resolutionis pendet ex ipsa quæstione. An Stylus Curiæ obligat in foro conscientiæ? Et explanatur declarationes Cardinalium editas Romæ authoritate Papæ circa Concilium Tridentinum esse invariabiles, & tamen non facient jus commune eo, quod non sint promulgatæ toti Ecclesiæ.* Ex p. 11. tr. 6. & Misc. 6. ref. 44. ibid.

64. *De dispensatione cujusdam irregularitatis homicidij voluntarij casus curiosus & novus, & positus in principio textus hujus Resolutionis. In quo etiam discutitur, an fuerit in eo quis dispensatus; & an dicta dispensatio prosit ei pro foro externo? Ex quo sequitur, quod in concessione absolvendi à reservatis in Bulla Cænæ non venit facultas absolvendi à casu hæresis. Et tandem æducitur, an absolutio à censuris obtenta vigore facultatis Bullæ Cruciatæ prosit pro foro exteriori? Et an judex, non solum possit, sed teneatur recipere dictam absolutionem in foro exteriori, obtentam in foro interiori. Vbi etiam agitur de Dispensatione cujusdam irregularitatis in causa Toletana.* Ex p. 12. tr. 3. & Misc. ref. 7. & 8. pag. 213.

65. *Quando Pontifex dispensat, ut ante Novitiatus annum emittatur professio, quomodo facienda sit renunciatio bonorum juxta Concilium Tridentinum sess. 25. c. 16. de Regularibus: Idem dicendum est, si minor sit sexdecim annis, atque ita abbreviaretur tempus professionis jure præscriptum.* Ex part. 8. tr. 3. ref. 23. p. 217.

66. *An Pontifex possit dispensare in voto solemni paupertatis, & obedientiæ? Et quid de Religioso facto Episcopo?* Ex p. 8. tr. 3. ref. 100. p 218.

67. *An si quis habeat votum Castitatis, & Religionis, & petat à Pontifice dispensationem unius, teneatur alterum narrare?* Ex p. 8. tr. 3. ref. 56. p. 219.

68. *An qui vovit se perseveraturum in Religione, & explicet se vouisse Religionem, dispensatio sit valida? Et an si voto Religionis superaddas votum illius perseverantiæ ad amplius obligeris?* Ex part. 8. tract. 3. resol. 53. p. 220.

69. *An quando falso exprimitur substantia voti, corruat dispensatio?* Ex p. 8. tr. 3. ref. 66. Ibid.

70. *An facultas delegata dispensandi vota, extendatur etiam ad ea commutanda?* Ex part. 8. tract. 3. resolut. 43. ibid.

71. *An quando absunt expressè simul votum, & iuramentum soli Deo factum, & non explicatur utrumque vinculum, dispensatis sit invalida?* Ex p. 8. tr. 3. ref. 67. p. 221.

72. *An facultas concessa ad dispensanda vota, & commutanda extendatur ad vota, & juramenta ejusdem rei, cum simul duo vincula concurrant? Et pro explanatione prædictæ difficultatis aliqua alia notabilia supponuntur, quæ contingere possunt in supradicto casu, videlicet, quid dicendum sit, si non præstetur iuramentum in voti confirmatione, sed independenter ab illo, ut si quispiam prius iuravit jejunium, & postea vovit idem; vel si prius vovit, & postea juravit, non quasi votum confirmans, sed vel ejus immemor, vel omnino independenter? Et quid in dubio, an juramentum posterius emissum sit præstitum ad solum confirmandum votum? Et tandem quæritur, an facultas delegata ad dispensanda, vel commutanda vota virtute Cruciatæ, vel Iubilæi extendenda sit ad vota emissa post publicationem dicti privilegij?* Ex p. 8. tr. 3. ref. 46. ibid.

73. *An potestas delegata dispensandi, vel commutandi extendatur ad relexanda juramenta soli Deo facta? Et quid è contra? Et an hoc procedat etiam, quamvis juramentum non habeat inclusam promissionem, sed absque ea soli Deo fiat; Et an facultas delegata ad vota extendatur ad juramenta adjecta contractui, in quo est turpitudo, & injustitia in creditore ut juramentum factum homini solvendi usuras, aut metu extortum?* Ex p. 8. tr. 3. ref. 44. p. 222.

74. *Quidam dispensatus à Summo Pontifice in voto Religionis ratione infirmitatis post multos annos convaluit, quæsivit, an ad ingressum Religionis sub mortali teneretur? Et jamquæritur, an Sacerdos Beneficiarius dispensatus ab onere recitandi Horas Canonicas ex infirmitate oculorum, si postea convaluerit, teneatur sub mortali Officium divinum recitare, vel fructus restituere? Ex quibus infertur, quod cessante causa finali dispensationis, adhuc valet dispensatio.* Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. ref. 45. p. 223.

75. *An aliquando Episcopus possit dispensare in voto castitatis absoluto, ac in aliis votis Papæ reservatis? Et notatur in hoc casu, quis censebitur difficilis ad Pontificem aditus, & quæ causa legitima? Et an si occurrat prædicta necessitas, & aditus neque ad Episcopum pateat, possit Parochus dispensare ex præsumpta Pontificis voluntate?* Ex part. 11. tr. 8. & Misc. 8. ref. 5. p. 224.

76. *An Episcopus valeat dispensare, ut contrahens cum voto castitatis possit petere debitum? Et quid circa hoc quoad regulares virtute privilegiorum, assignatos tamen per Provincialem, vel etiam non assignatos virtute alterius privilegij Inj I I? Et quid de Confessario virtute Bullæ Cruciatæ? Et notatur, quod si supradictus vovens castitatem, vel cum voto religionis facto ante matrimonium, vel post matrimonium ratum facto, nondum consummavit matrimonium, in istis casibus neque Episcopus, neque regularis, neque Confessarius virtute Cruciatæ potest dispensare.* Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. ref. 4. ibid.

77. *De quodam voto conditionali postea confirmato an possit per Episcopum dispensari? Verbi gratia, N. febri acuta correptus magno cum vitæ discrimine voluit ingredi Religionem, ad hoc ut pristinam recuperet sanitatem, quod votum postea sanitati restitutus confirmauit, &c.* Ex p. 6. tract. 8. & Misc. 3. ref. 16. p. 225.

78. *An in dubio de valore voti reservati possit Episcopus dispensare? Ex quo colligitur posse Episcopum dispensare in ejusmodi votis reservatis, quando emissa sunt ex metu cadenti in virum constantem. Vnde cum dubiũ sit, an vota pœnalia, & conditionalia sint reservata, sequitur, ratione ejus dubij posse Episcopum in eis dispensare, etiã purificata conditione, & commisso delicto.* Ex p. 4. tract. 3. ref. 59. ibid.

79. *An bona fide dispensatus in voto, existimans adesse causam, cum tamen non sit, valeat dispensatio? Et in textu hujus resolutionis aliqua alia explanantur pro intelligentia supradicti & difficultatis.* Ex part. 6. tr. 7. & Misc. 2. ref. 23. p. 226.

80. *An levitas in vouẽdo præstet sufficientem causam dispensandi, etiamsi vovens non habeat difficultatem in exequendi votum? Et pro intelligentia hujus quæstionis adducitur, quod si in tenera ætate votum emisisti, vel interveniente metu, vel in tristitia, alia ve passione, vel errore circa causam impulsiuam; vel quia causa, ob quam motus fuisti ad vovendum, cessavit; in his casibus justam habes dispensandi causam in voto, etiamsi difficultatem illud exequendi non habeas. Sed in prædictis casibus semper cũ dispensatione admiscenda sit aliqua commutatio. Et quæritur, an votum Religionis intelligatur, attenta forma juris communis, quod annum probationis concedit ad experiendum; & quis satisfaciat voto animo experiendi, & Novitiatus tempore exeat ex justa causa? Et quid, si exeat sine justa causa, & ex levitate, an tunc teneatur iterum ingredi?* Ex p. 6. tract. 7. & Misc. 2. ref. 24. ibid.

81. *An sit credendum dicenti se habere potestatem delegatam dispensandi? Ex quo sequitur credi posse Episcopo promoventi ad Ordines non sibi subditum, dicenti in titulo collationis Ordinũ se illum promovisse ex licentia proprij Episcopi. Etiamque infertur credi posse literis Sumprij Episcopi. Etiamque infertur credi posse literis Sumpmi pœnitentiarij asserentis sibi vivæ vocis oraculo commissum esse, ut dispenset in aliquo casu Pontificio reservato.* Ex p. 8. tr. 3. ref. 30. p. 227.

82. *An dispensatio in voto vel aliquo alio impedimento possit fieri, invito eo, cum quo dispensatur? Et an Superiores possint*

possint irritare vota, & juramenta subditorum, illis non-renibus, & invitis, sicut potest fieri absolutio ab excommunicatione invito? Ex p.8.tr.3.ref.86.ibid.

83. *An dispensatio impetrata pro aliquo prosit, si eo ignorante impetrata est? Et discutitur, an dispensatio impetrata ab altero volentium matrimonium inire, vel qui irritum interrant, prosit utrique, quamvis alter prorsus impedimentum, ac dispensationem ignoret?* Ex part.8. tr.3. resol.87. p.228.

84. *An in dispensatione subreptio circa unam partem vitiet etiam alteram, si partes rescripti sint omnino separatæ? Ex quo sequitur, quod si in eodem rescripto impetret quis dispensationem voti Castitatis, ac peregrinationis Jerosolymitanæ, allegata scienter falsa causa circa alterum votum, vera autem circa alterum, non vitiatur dispensatio circa utrumque, sed tantum circa illud, in quo causa falsa fuit; secus verò si duplicis impedimenti ad matrimonium contrahendum dispensatio in eodem rescripto obtineretur, ut voti castitatis, & consanguinitatis, &c.* Ex p.8. tr.3. ref.90. p.229.

85. *An subreptio dolosa, ut votum rescriptum vitiet, sufficiat, ut sit circa causam etiam impulsivam? Et quid, si subreptio sit circa causam finalem?* Ex part. 8. tract. 3. ref.91. p.230.

86. *An in dubio, utrum causa expressa in narrativa alicujus rescripti sit finalis, vel impulsiva, censenda sit impulsiva, & non finalis? Idem dicendum est, quando dubium est, an satis probetur veritas narratorum, vel quia est dubium, an causa falsa allegata sit finalis?* Ex part. 4. tr.3. ref. 64. ibidem.

87. *An in dubio, si causa tacita in dispensatione sit finalis, vel impulsiva dispensatio sit invalida?* Ex part. 8. tr. 3. ref.62. ibid.

88. *An qui dubitat, num dispensatio obtenta sit valida, possit uti? Et notatur, quod quando dubitatur, an causa in dispensatione, vel gratia, aut privilegio, tacita, vel falsò expressa sit finalis, vel tantum impulsiva, præsumendum sit esse causam impulsivam, & non finalem?* Ex p.4. tr. 3. ref.45. p.231.

89. *An in dubio circa dispensationem matrimonij dispensatio censenda sit valida, v.g. ut si causa tacita, vel falsò inter alias veras expressa sit finalis, vel tantum impulsiva? Idem est quando dubium est, an satis probetur veritas narratorum in supplicatione, &c.* Ex part. 3. tract.6. & Misc 2. resol.9. ibid.

90. *An taciturnitas veri reddat subreptitiam dispensationem, quando tacetur aliquid, quod secundum stylum Curiæ est necessario declarandum?* Ex p.1.tr.10. ref.42. ibid.

91. *An taciturnitas veritatis dispensationem vitiet, quæ sola est causa finalis concessionis, & secus verò quando est solum causa finalis impulsiva? Et docetur, quæ sit causa finalis, & quæ verò impulsiva.* Ex p.8.tr.3.ref. 50.p.232.

92. *An taciturnitas dispensationis primæ petitæ, & non obtentæ vitiet sequentem dispensationem, postea ab eodem Superiore obtentam? Eadem ratio erit, si negata ab uno Superiore obtineatur ab alio, nulla facta mentione negationis ab alio Superiore datæ. Et quid, si Prælatus, qui modo dispensat, sit inferior illo, qui dispensare prius noluit? Imò, qui dispensat, habeat potestatem delegatam, qui verò dispensare noluit habeat potestatem Ordinariam.* Ex part.8. tract.3. resol. 54. pag.233.

93. *An taciturnitas prioris dispensationis obtentæ reddat posteriorem invalidam? Et an si quis obtineat unam dispensationem cum una cognata, & illa mortua, secundam petat pro alia in eodem, vel diverso gradu conjuncta, sit valida secunda, licet obtineatur sine mentione primæ? Et quid, si talis persona non fuerit in a priori dispensatione quacumque ex causa, & petat secundam, non facta mentione prioris?* Ex p.8.tr.3.ref. 55. ibid.

94. *An qui obtinuit dispensationem ad contrahendum cum affine, vel consanguinea, sed ea minimè sit ejus? postea petens aliam dispensationem cum aliqua alia consanguinea, vel affine teneatur in hac secunda petenda mentionem prioris dispensationis facere? Et an idem sit dicendum, licet fœmina resiliat nolens primo consanguineo nubere, ac impetret posteriorem dispensationem ad nubendum aliis?* Ex p.1.tr.10.ref.40.p.234.

95. *An, si quis obtinuit dispensationem contrahendi cum consanguinea, & postea actu contrahat cum alia, dispensatio illa censenda sit renunciata, vel revocata?* Ex p.8. tr.3. ref.74. ibid.

96. *An qui obtinuit dispensationem cum consanguinea, si alteri copuletur, possit ista mortua, uti priori dispensatione?* Ex p.8.tr.3.ref.85.p.235.

97. *An quando prima dispensatio matrimonij fuit irrita, necessarium sit in secunda mentionem facere de nullitate primæ?* Ex p.8.tr.3.ref.59.ibid.

98. *An quando contrahentes sunt in eodem gradu duplicato, v.g. tam ex parte matris, quam Patris, teneantur in petitione dispensationis illum gradum in eodem genere manifestare?* Ex p.8.tr.3.ref.60.ibid.

99. *An possit peti dispensatio super aliquo impedimento matrimonij, tacito alio in posterum dispensando?* Ex p. 1. tr.10.ref.39. p.236.

100. *An dispensatio in suo vinculo absque mentione alterius sit subreptitia? Sed difficultas major est, quando in eadem persona duo sunt impedimenta, quorum alterum occultissimum est, ex cujus revelatione, si sciatur, sequitur personæ eo laboranti magnum detrimentum, & alia gravissima damna; quid in tali casu faciendum est?* Ex part. 8. tract. 3.ref.25. ibid.

101. *Quo tempore in dispensatione debeat verificari causa finalis, an sufficiat causam subfuisse, cum dispensatur? an verò requiratur etiam, ut perseveret, dum initur matrimonium? Et quid, quando committitur inferiori?* Ex p. 8. tr.3.ref.77.pag. 237.

102. *Quæ falsitas vitiet rescriptum in quacumque dispensatione? Et hic apponuntur aliquæ regulæ, ex quibus multos casus Confessarij, & Responsores casuum conscientiæ extricare poterunt.* Ex p.4.tr.4.& Misc.ref.53.p.238.

103. *An expressio falsi vitiet dispensationem? & pro praxi explanantur aliqui casus particulares, & alij deducuntur, & annotantur.* Ex p.8. tr.3. ref.61. ibid.

104. *An si per ignorantiam, vel simplicitatem quis expressit causam falsam, & dispensatus fuit, validè contraxerit? Et notatur, quod dispensatio variis modis potest cessare. Primo per renunciationem, &c.* Ex p. 8. tr.3.ref.69. p.239.

105. *Quid operatur in dispensationibus clausula* Motu proprio, *quando adest vitium subreptionis?* Ex part. 8.tr.3. resol. 70. p240.

106. *An si dispensatus ex falso nomine in rescripto appositio intelligat personam sibi notam, vitietur dispensatio?* Ex part.7. tract.10. & Misc. 1. ref.35. ibid.

107. *An dispensatio sit subreptitia, quando erratur nomine personæ?* Ex p.8. tr.3.ref.63. p.241.

108. *An dispensatio sit subreptitia, quando erratur nomine Diœcesis? Et quid, si erratur nomine personæ?* Ex part.8. tract.3.resol.64 ibid.

109. *An sit valida dispensatio, quando erratur nomine Diœcesis; ut si Petrus sit Diœcesis Panormitanæ, dicatur esse Diœcesis Messanensis? Et quid, si erratur nomine personæ? Et notatur, quod rescriptum non vitiatur, ut à Commissario mandari non possit, si error aliquis incuria scriptoris irrepserit; ut si pro tertio gradu affinitatis positus sit tertius gradus consanguinitatis, &c.* Ex part.1. tract.10. resol.36.pag. 242.

110. *An error commissus circa personam, cui committitur rescriptum expediendum, vitiet illud?* Ex part.7. tract.10. & Misc. 1. resolut. 34. ibid.

111. *An dispensatio inter consanguineos, vel affines sit subreptitia, non facta mentione de copula habita inter eos? Et an in tali casu non teneantur, qui dispensationem petunt ad interrogationem Ordinarij de copula respondere, sed possint sine peccato negare; imo, & quamvis in rescripto*

dicatur, si copula non fuerit? Ex part. 1. tract. 10. resol. 44. pag. 243.

112. An dispensatio inter consanguineos, vel affines sit subreptitia, non facta mentione de copula? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. resol. 35. ibid.

113. An dispensatione impedimentorum matrimonii sit explicanda copula jam habita? Et quid, si Pontifex dispensaverit cum conditione, dummodo copula non intervenerit? Et an in tali casu non teneantur, qui dispensationem petunt ad interrogationem Ordinarij de copula respondere, sed possint sine peccato negare copulam, dummodo sit occulta, & secus si fuerit publica? Et explanatur, quod incestus cum consanguinea non est impedimentum proveniens ex jure naturæ, neque ex jure Divino positivo, nec denique ex jure humano indultum. Ex part. 8. tr. 3. resol. 81. ibid.

114. An saltem copula sit exprimenda, quando habita fuit ad facilius obtinendam dispensationem? Et an si Sponsi habuerint inter se copulam hac spe, & intentione facilius obtinendi dispensationem, necessarium sit non solum exprimere copulam, sed etiam hanc spem, & intentionem? Et quid, si ab uno illorum tantum spes concipiatur? Ex p. 8. tr. 3. resol. 82. p. 245.

115. An qui copulam habuit, ut facilius possit à Summo Pontifice dispensationem obtinere, teneatur hanc intentionem explicare, si ista tantum interius concepta fuerit, & non manifestata? Et quid, quando ita facta fuit ex parte unius tantum? Et notatur, quod quando copula fuit habita post concessionem dispensationis per Pontificem factam, ante tamen quam Ordinarius illam exequatur, dispensatio valida fuit circa impedimentum supra narratum; sed tenentur contrahentes in hoc casu dispensationem ab Episcopo obtinere. Et quid est dicendum, si ea spe, ut facilius Papa dispenset, contrahit matrimonium, vel consummat matrimonium cum impedimentis, de quibus Concilium Tridentinum, sess. 24. c. 3. agit? Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. resol. 36. ibid.

116. Quis habuit copulam cum affine, vel consanguinea, ut facilius obtineret dispensationem, quæritur, an tali intentione Pontifici non explicata, dispensatio sit valida? Et docetur intentionem occultam, & alteri non manifestatam habendi copulam cum spe facilioris dispensationis, non vitiare dispensationem, neque esse fatendam etiam in commissione data in ordine ad forum conscientiæ. Et quæritur, an contrahentes non teneantur copulam fateri nisi casu, quo interrogentur ab Ordinario, precedentibus indiciis, aut infamia? Imo quamvis in dicto casu sit infamia, aut semiplena probatio copulæ, & quamvis contrahentes interrogati negent illicitè, dispensatio ab Ordinario facta erit valida. Et an non sit necessarium in eadem supplica omnia impedimenta ejusdem qualitatis explicare, sed sufficere unum post alterum in diversis supplicationibus, & temporibus explicare, & de illis dispensationem obtinere? Ex part. 10. tract. 11. & miscell. 1. resol. 44. pag. 246.

117. Solet Pontifex dispensare, vel ratione jacturæ famæ, vel ratione copulæ, sed hac sola existente, ut facilius dispensatio impetraretur, quidam apposuerunt in petitione, quod adfuit copula, & quod adest jactura famæ, quæritur, an talis dispensatio sit valida? Ex part. 10. tr. 11. & Misc. 1. resol. 43. p. 247.

118. An si allegata copula, & exinde jactura famæ, & scandali; si verè justa adsint, Papa dispenset, dispensatio sit irrita, copula non sequuta? Et an si in ipsa petitione plures proponantur causæ, debeant omnes ad hoc, ut dispensatio valida sit, verificari? Et an sola expressio causæ falsæ finalis, quæ si verè exprimeretur, non concederetur dispensatio, dispensationem irritet? Et in §. ultimo hujus Resolutionis alius casus valdè notandus adducitur, qui sæpius contingit in praxi, & ex quo etiam deducuntur alij diversi casus. Ex part. 8. tract. 3. resol. 65. pag. 248.

119. An dispensatio super impedimento cognationis, vel publicæ honestatis, non facta mentione de copula habita, sit subreptitia? Ex part. 5. tract. 14. & Misc. 2. resol. 28. pag. 249.

120. An dispensatio obtenta super impedimento publicæ honestatis, seu cognationis spiritualis, tacita copula inter impetrantes, sit valida? Et adveritur, quod etiam quando incestus cum consanguinea est impedimentum, oportet, quod copula sit perfecta, effuso semine viri intra vas, & non sufficit, quod fœmina seminet. Et additur non esse copulam narrandam, quando fuit incestuosa ex parte alterius tantum, nempe quando alter ignorabat consanguinitatis, vel affinitatis nexum. Ex part. 8. tract. 3. resol. 83. pag. 250.

121. An qui ligati sunt impedimento cognationis legalis, spiritualis, vel publicæ honestatis, si inter eos intercessit copula, teneantur illam explicare in dispensationem? Et an ad valorem dispensationis in impedimento consanguinitatis, & affinitatis non sit necessarium mentionem facere de copula, si ea inter consanguineos, vel affines intercesserit? Ex part. 9. tractat. 7. & Misc. 2. resol. 37. ibid.

122. An dispensationes possint revocari ad libitum? Et quid, si gratis dispenset Pontifex, & non per modum contractus? Et docetur in duobus casibus peccare mortaliter Pontificem, si dispensationem revocaret. Et advertitur non posse dispensationes in foro conscientiæ concessas revocari absque causa sufficienti. Ex part. 8. tract. 3. resol. 89. pag. 251.

123. De causis, per quas Pontifex solet in matrimoniis dispensare. Ex p. 8. tr. 3. resol. 93. ibid.

124. An si aliqua fœmina remaneret innupta propter deformitatem, v. g. sed in dispensationis petitione ponitur, quod remaneret innupta ex defectu dotis, quæritur an talis dispensatio sit valida? Idem est, si alios defectus notabiles fœmina patiatur, pro quibus innupta remanebit, si ita non impetrat dispensationem talem cum prædicta narrativa. Ex p. 10. tr. 11. & Misc. 1. rrs. 42. p. 252.

125. An dispensatio in causa matrimoniali sit latè, vel strictè interpretanda? Ex p. 8. tr. 3. resol. 33. p. 253.

126. An in secundo gradu sit dispensandum solum inter magnos Principes, & pro causa publica? Et an Summus Pontifex in omnibus gradibus consanguinitatis lineæ transversæ, excepto primo gradu; dispensare posset, ac proinde soleat? Ex p. 8. tr. 3. resol. 92. ibid.

127. An sit annuendum quibusdam Oratoribus, petentibus secum à Summo Pontifice dispensari in secundo gradu consanguinitatis? Ex part. 8. tract. 7. & Misc. resolut. 8. pag. 254.

128. An Summus Pontifex possit licitè acquiescere petitioni cujusdam Oratoris volentis contrahere cum muliere sibi conjuncta in secundo gradu affinitatis; Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. resol. 36. alias 34. ibid.

129. An Episcopi possint in casu valdè raro aliquando dispensare in impedimentis matrimonij? Et pro praxi prædictæ difficultatis explanantur aliqui casus, in quibus Episcopus potest dispensare. Et quid dicendum, si in casibus prædictis in textu hujus Resolutionis, quando non est facilis recursus ad Pontificem, est tamen ad Apostolicum Legatum? Ex p. 8. tr. 3. resol. 78. p. 255.

130. An in casibus supradictis, ut Episcopus possit dispensare, requiratur, ut matrimonium sit contractum bona fide saltem ex parte unius? Et quid, si mala fide cum supradicto impedimento ambo contraxerint? Et an non sit mala fides, quamvis procedat ex lata culpa, & ignorantia crassa, & culpabili, sed requiratur, ut scienter præsumatur? Et in quibus verò casibus potest Episcopus dispensare, an non leo possit ejus Vicarius generalis, nisi specialiter ab Episcopo id sibi committatur? Ex p. 8. tr. 3. resol. 79. p. 256.

131. An Episcopus possit dispensare in impedimentis dirimentibus matrimonium, quando contractum est mala fide, si

si sequatur periculum, aut scandalum? Ex part. 5. tr. 4. & Misc. 2. res. 18. pag. 257.

132. *An Episcopus ex urgentissima causa, & necessitate possit dispensare in impedimentis dirimentibus matrimonium ante contractum ipsum matrimonium? Et latè examinatur quid in prædictis impedimentis post contractum matrimonium?* Ex Part. 2. tr. 16. & Misc. 2. res. 17. alias 19. pag. 258.

133. *An in aliquo casu Episcopus possit dispensare in impedimento dirimente, ante contractum matrimonium? Et an Episcopus post matrimonium contractum, dispensatione impedimenti subreptitiè obtenta, possit dispensare in eo impedimento, confirmando dispensationem Pontificis? Et an Episcopus possit dispensare in impedimentis dirimentibus supervenientibus matrimoniis jam contractis impedientibus petitionem debiti? Et an Episcopus possit dispensare cum his, qui post votum castitatis simpliciter contraxerunt matrimonium, ut possint licitè petere?* Ex p. 8. tr. 3. res. 80. ibid.

134. *An Episcopus possit aliquando dispensare in impedimentis matrimonia dirimentibus? Sed difficultas est, an si adsit Legatus, aut Nuntius possit tunc dispensare Episcopus: Et notatur Episcopum post matrimonium contractum dispensatione, alioquin impedimenti subreptitiè obtenta, posse dispensare in eo impedimento, confirmando dispensationem Pontificis. Et an bona fides requiratur in contrahentibus, ut possit Episcopus in impedimentis dictis dispensare? Et quid, si mala fides intercessit? Et advertitur tunc nullam fidem dicendam esse, quando conjuges non solum sciunt impedimentum, contrahere volunt, sed etiam sciunt inde oriri impedimentum dirimens matrimonium contrahendum, &c. Et an supradicta extendantur ad forum externum?* Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8 res. 3. pag. 259.

135. *An Episcopus possit in impedimentis dirimentibus ante contractum matrimonium, authoritatem suo Vicario, vel aliis delegare? Et an ipsemet Episcopus in impedimentis dirimentibus ante contractum matrimonium possit dispensare?* Ex part. 9. tract. 7. & Misc. 2. resolut. 39. pag. 261.

136. *An Episcopus post matrimonium contractum dispensatione subreptitia obtenta, possit dispensare in eo impedimento, dispensationem Pontificis confirmando?* Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2 res. 40 pag. 262.

137. *An detur casus, ut Episcopus possit dispensare cum dirimibus super impedimento aliquo dirimente ex illo capite, quod non pateat aditus ad Pontificem?* Ex p. 8. tr. 3. res. 96. p. 263.

138. *An si quis matrimonium contrahat ante dispensationis notitiam, sit validum? Et docetur, quando nempe dispensatio censetur suum effectum operari, an à die suæ concessionis, vel à die notitiæ & acceptionis, & acceptationis?* Ex p. 8. tr. 3. res. 88. ibid.

139. *An dispensationes valeant ante litterarum expeditionem? Et infertur dispensationes, & alias gratias non expirare mortuo Pontifice ante earum expeditionem. Et an sola probabilis conjectura de obtenta dispensatione sufficiat ad validitatem & honestatem actus?* Ex p. 8. tr. 3. res. 84. ibid.

140. *An dispensatio à Pontifice concessa, & signata valeat in foro conscientiæ? Ex quo deducitur, an si lex, vel statutum decrevit, ut testamentum sine solemnitate nullam faciat fidem in judicio, & extra judicium, an censeatur ipso facto, etiam quoad forum conscientiæ irritare testamentum sine tali solemnitate conditum?* Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6 res. 55. p. 264.

141. *An sit valida dispensatio, si fœmina repudiavit legatum ad finem obtinendi dispensationem ob paupertatem? Et quid sentiendum est, si antequam mitteret Romam, vel postquam misit, antequam Pontifex dispensaret, instituta sit in prædicta hæreditate, vel legato? Et an sit valida dispensatio, si fœmina quæ dote sufficienti caret, ut nubat extraneo, ad obtinendam dispensationem alleget se innuptam remansuram ob defectum dotis, si non nubat cum consanguineo, &c.* Ex part. 8. tract. 3. res. 94. pag. 265.

142. *An quis possit liberè contrahere, si dubitet de impedimento ante matrimonium contractum? Et quid, si autem dubitet, an impedimentum habeas eo, quod scias te habuisse verum impedimentum, nescias tamen, an obtinueris veram dispensationem?* Ex part. 8. tractatu 3. resolut. 95. pag. 266.

143. *An dispensatio prima vice, qua illa utimur, extinguatur?* Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. res. 30. ibid.

144. *An commissio dispensandi in impedimentis matrimonij, vel irregularitate, & aliis, quæ in foro externo, vel interno committitur cum clausula, si preces veritate nitantur, expiret morte concedentis re integra?* Ex part. 8. tractatu 3. resolut. 98. p. 267.

145. *An dispensatio, seu potius facultas testandi concessa Episcopis, Monachis, vel aliis, quibus testandi interdictum est, expiret morte concedentis; ubi etiam aliæ curiosæ quæstiones resolvuntur, sæpius contingentes in praxi pro licentiis, gratiis, & privilegiis, an expirent morte concedentis, nec ne? Et advertitur, quod testamentum factum sine licentia convalidatur supervenienti facultate testandi. Idem dicendum est, si Princeps alicui licentiam indulserit ad ædificandum molendinum illicitè jam factum. Idem etiam infertur pro aliis similibus casibus?* Ex p. 8. tract. 3. resol. 99. p. 269.

146. *An cessante causa dispensationis, cesset ipsa dispensatio? Et in exemplum hujus difficultatis adducuntur diversi casus in textu hujus Resolutionis.* Ex p. 1. tr. 10. r. 41. p. 271.

147. *An cesset dispensatio, cessante causa post integrè, & perfectè obtentam dispensationem? Et pro praxi prædictæ quæstionis explicantur aliqui casus, & tota doctrina hujus Resolutionis est valdè notanda.* Ex part. 8. tract. 3. res. 24. ibid.

148. *An si dispensatus circa aliquod impedimentum criminis, postea incidat in aliud simile crimen, teneatur mentionem facere de priori dispensatione; & quid de criminibus diversi generis?* Ex part. 8. tract. 3. res. 75. pag. 273.

149. *An dispensatio obtenta per vim, & metum sit valida?* Ex part. 8. tractatu 3. resolut. 76. p. 274.

150. *An si quis petat facultatem à Superiore ad dispensandum in quodam casu, quem, data opera, non explicat, quia timet de exclusiva Episcopi, impetratio sit valida?* Ex part. 8. tract. 3. res. 52. ibidem.

151. *An forenses, & peregrini possint dispensari ab Episcopis, etiamsi brevi tempore in eorum Diœcesim commorentur? Et quid de Scholaribus, Prætoribus, Medicis, Officialibus, &c.* Ex part. 8. tractat. 3. resolut. 47. ibidem.

152. *An Clericus in Minoribus constitutus possit exercere Medicinam sine alia Pontificia dispensatione? Et quid, si sit Clericus in Sacris, aut Beneficiarius.* Ex part. 6. tr. 7. & Misc. 2. res. 50. p. 276.

153. *Ex pluribus rescriptis à Pontifice impetratis quodnam sit præferendum?* Ex p. 8. tr. 7. & Misc. res. 4. ibid.

154. *De clausulis dispensationum, quæ apponuntur in litteris Pœnitentiariæ, & primo, de prima clausula* Discreto viro Magistro in Theologia, &c. & Confessori ex approbatis, &c. *Et advertitur errorem esse vulgi litteras dispensationis frustrari suo effectu, si aperiantur, &c. Sed difficultas est de Confessore, qui fuit approbatus ab Ordinario ad audiendas Sacramentales confessiones, videlicet virorum dumtaxat, & non mulierum, vel è contra; non tamen ob defectum scientiæ, sed ratione juvenilis ætatis; an iste possit exequi litteras in forma Brevis sacræ Pœnitentiariæ ad favorem mulieris, v.g. obtentas, vel è contra?* Ex p. 8. tr. 3. res. 103. p. 277.

155. *An semel Confessarius electus ex virtute litterarum*

rum dispensationis ; posse vigore ejusdem Bullæ inconsulto Magistri Pœnitentiario, variari ; Et an verò, si supradictæ litteræ ligentur à non habente supradictas qualitates, suo effectu frustrentur, aut priventur ? Et an peccet prædictas literas aperiens, si illis qualitatibus præditus non sit ? Ex part. 8. tractatu 3. resolut. 104. pag. 278.

156. An Confessarius habens facultatem dispensandi super certam materiam, dispensatio sit valida, si in confessione sacramentali interne illam fecerit, putando tam ipse, quam pœnitens non esse necessarium verbis expressis facere ? Vel an sit necessarium iterum expressè dispensare, & proferre verba dispensationis, dicendo Dispenso tecum, &c. Et an hæc dispensatio possit fieri à Sacerdote, etiamsi dispensans sit absens ? Ex part. 4. tract. 4. & Miscell. resol. 118. ibid.

157. An dispensatio in literis Pœnitentiariis fieri debeat in Confessione sacramentali ? Et an Confessarius debeat esse approbatus sine limitatione ? Et an ad valorem dispensationis sufficiat, si confessio sit invalida ? Et an talis delegatus, opus est, ut sit Doctor juris Canonici, vel Magister in Theologia in Academia approbata, & non Licentiatus, nec cateri alij ? Et notatur, quod Regulares, quibus Superiores permiserint, habent privilegium expendendi has literas, etiam si non sint Doctores, vel Magistri. Et alij casus circa supradicta explanantur, & pro cæteris aliis clausulis prædictarum literarum ? Ex part. 4. tract. 4. & Miscell. resol. 71. p. 279.

158. An virtute literarum continentium facultatem dispensandi, dispensatio fieri debeat in Sacramento confessionis ? Ex p. 8. tr. 3. res. 105. p. 280.

159. An si confessio sit sacrilega, dispensationes provt in superiori Resolutione dictum est, sint invalidæ ? Ex p. 8. tr. 3. res. 106. p. 281.

160. De clausula dispensationum propter periculum incontinentiæ. Ex p. 8. tr. 3. res. 107. p. 282.

161. De clausula dispensationum in Ordine ad diligentem Oratoris examinationem. Et pro praxi supradictæ difficultatis aliqua alia annotantur, & explanantur. Ex p. 8. tr. 3. res. 108. ibid.

162. De clausula dispensationum in Ordine ad Confessiones, & alias pœnitentias injungendas. Et adducuntur diversi casus contingentes in praxi pro implendis supradictis pœnitentiis. Ex part. 8. tractatu 3. resolut. 109. ibidem.

163. De clausula apponi solita in dispensationibus, Dummodo copula non intervenerit. Et quid de alia clausula, Dummodo copula non interfuerit sub spe facilioris dispensationis ; an in tali casu, si spes non fuerit exterius significata, sed tantum interius concepta, an in tali casu, si copula taceatur, dispensatio sit valida. Ex part. 11. tractatu 5. & Miscell. 5. res. 36. pag. 283.

164. De clausula dispensationum, Dummodo impedimentum inde proveniens occultum sit. Et notantur, & explanantur illa, quæ in literis Pœnitentiariæ aliquando apponuntur, ut conjux impedimenti ignarus certior fiat de prioris consensu nullitatis. Ex part. 8. tract. 3. res. 110. pag. 284.

165. De clausula literarum dispensationum Sacræ Pœnitentiariæ, nempe Gratis ubique. Ex part. 8. tractat. 3. res. 111. ibid.

166. An pro expediendis dispensationibus recipere quis aliquid possit ? Ex part. 4. tract. 4. & Miscell. resolut. 84. pag. 285.

167. An Curialis, qui ut facilius dispensationem impetret, mutat narrationis substantiam, incurrat excommunicationem ? Ex part. 8. tractatu 3. resolution. 68. ibidem.

168. An beneficij titulus revalidetur per regulam Cancellariæ de triennali possessione, aut aliam præscriptionem, non obstante pœna inhabilitatis, aut privationis imposita proviso, neque alia opus sit dispensatione aut tituli habilitatione ? Et quid de possidente beneficium pacifice per triennium, sed mala fide, vel si quis simoniace fuit institutus in beneficium per ignorantiam ? Et an pensio non revalidetur per regulam de triennali ? Et an obligatio restituendi fructus, v. g. beneficiorum non tollatur per regulam de triennali ? Et aliqua alia circa supradicta docentur, & explanantur. Ex part. 7. tract 10. & Misc. 1. resol. 26. pag. 286.

169. Quis per triennium pacifice possedit beneficium, sed à principio cum mala fide, quæritur, an adjuvetur regula Cancellariæ de triennali possessione ? Et quid, si à principio possedit bona fide ? Et notatur triennalem possessionem juvare, quando provisus beneficij est capax. Ex p. 11. tr. 5. & Misc. 5. res. 3. p. 287.

170. Alia dubia excutiuntur circa regulam Cancellariæ de triennali possessione. Primo, an irregularis possit adjuvari hac triennali possessione ? Secundo, an hæc regula de triennali suffragetur in gratia subreptitia ? Et tandem notatur collationem beneficij factam invalido, vel suspenso non esse ipso jure invalidam, sed irritandam. Ex quibus aliqua alia inferuntur circa supradicta. Ex part. 11. tr. 5 & Misc. 5. res. 4. p. 288.

171. Plura dubia elucidantur ad praxim conducentia pro ornatu regulæ 33. Cancellariæ de possessione triennali. Et notatur validam esse professionem factam eodem die susceptionis habitus, vel complementi sexti decimi anni. Etiamque advertitur annum Novitiatus debere esse continuatum continuatione physica, non morali, itaut si per unam, aut duas horas interrumpatur, non esse validum, etiam si Novitius habitum Religionis obtinuisset. Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. res. 68. alias 67. p. 290.

172. Multa de pluritate beneficiorum scitu digna adnotantur. Et inter alia quæ discutiuntur in textu hujus Resolutionis pro prædicta materia, tandem deducitur, quod Papa licitè dispensare potest in pluralitate beneficiorum, quando justa subest causa, secus graviter delinquit. Et quod nemini suffragatur dispensatio Pontificia ad possidendum simul plura beneficia, nisi ex justa causa fuerint obtenta, & aliter peccat mortaliter, neque tutus est in conscientia per hujusmodi dispensationem, sed tenetur alterum beneficium resignare. Et an quando unum beneficium est sufficiens ad congruam sustentationem, licitum sit absque dispensatione Papæ, vel Episcopi, & nullæ aliæ causa tenere plura beneficia simplicia, residentiam non requirentia, idque saltem ex consuetudine nota, & tolerata ? Et in §. penultimo, & ultimo hujus Resolutionis datur gravis doctrina, & in mente, & promptu à Confessariis tenenda, quomodo se gerere debeant cum supradictis circa absolutionem, nisi superflua erogent in Ecclesiæ utilitatem, & opera pia, &c. Ex p. 10. tr. 13. & Misc. 3. res. 1. pag. 293.

173. An in foro conscientiæ sit licita, & possit retineri pensio obtenta à Pontifice absque justa causa sine obreptione, aut subreptione ? Et aliqua supponuntur pro intelligentia hujus quæstionis. Et quæritur, an sit tutus in foro conscientiæ resignans beneficium, si omnes fructus beneficij, (ut sæpe fit.) assignentur in pensionem ipsi resignanti, vel tanta pars ut resignatarius non possit commodè sustentari ? Ex part. 10. tract. 14. & Misc. 4. res. 72. alias 70. pag. 294.

Appendix ad hunc Tractatum secundum de Dispensationibus.

QVis post partum uxoris statim ob periculum baptizavit infantem, adstantibus tamen multis, qui hoc

hoc facere poterant; quæritur, an Episcopus, Commissa-rius Bullæ Cruciatæ, & Confessarij Regulares ex commissione suorum Provincialium possint dispensare circa supradictum impedimentum ad petendum debitum? Eadem est ratio de uxore. Et an Episcopus non possit dispensare circa numerum assignatum in Concilio Tridentino pro Patrinis in Baptismo? Ex part. 3. tract. 4. ex resol. 3. & in part. 10. tract. 16. ex resolut. 30. alias 29. Quæ nunc invenientur in tom. 1. tractat. 1. de Baptismo rel. 103. & 96.

Quando pœnitentia imposita à Dataria pro aliquo impedimento matrimonij dirimente impleri non potest, quæritur, an possit commutari ab Episcopo, & contrahentes virtute dispensationis matrimonium inire? Et in exemplum prædictæ quæstionis tres casus valdè notandi adducuntur, sæpius contingentes in praxi. Et an, qui per Confessorem vigore literarum alicujus dispensationis habet pœnitentiam, ut in singulis mensibus confiteatur, confessionem in aliquo mense omissam teneatur in sequenti supplere? Ex p. 7. tract. 10. ex resol. 9. & in part. 5. tract. 14. ex rel. 31. Quæ hic reperientur in tom. 1. tract. 6. de satisfactione sacramentali rel. 58. & 43.

An quia præceptum de jejunio Eucharistico est juris communis possit Episcopus dispensare, ut Sacerdos non jejunus possit celebrare pro consecranda particula ad communicandam moribundum, vel in dicto casu bis celebrare? Et an cum Sacerdote cæco possit fieri dispensatio, ut celebret? Et an si Sacerdos cæcus consecret sine Pontificia dispensatione, peccet mortaliter, & graviter? Et an facultatem dispensandi ut quis celebret, capite cooperto pro aliqua infirmitate, spectet tantum ad Summum Pontificem? Et an Generalis Religionum possit dispensare, ut certarum Missarum cum multis collectis celebratione plurium Missarum oneribus subditi regulares satisfaciant? Ex part. 5. tract. 3. ex rel. 35. & in tract. 6. ex resol. 17. & in part. 2. tract. 14. ex resol. 58. & 6. Quæ hic sunt in tom. 2. tract. 1. de Celebratione Missarum resolut. 132. 138. 139. & 10.

An Episcopus quotannis dispenset cum Cardinali celebrante in nocte Nativitatis Domini in Capella Pontificis, ut possit non jejunus celebrare? Ex part. 7. tr. 12. ex rel. 12. Quæ nunc inventur in tom. 2. tr. 3. de audienda Missa in die festo rel. 12.

Nota, quod in tom. 2. tr. 5. de Sacramento Ordinis, sunt multæ difficultates mistæ pro diversis dispensationibus interstitiorum; etiam cum Regularibus familiaribus Episcopi, & aliis; & pro aliis diversis casibus, qui contingere solent in prædicta ordinatione, & Sacramento Ordinis, & quos ibi, si requiris facillimè invenies.

An sponsalia inita inter consanguineos cum conditione, si Papa dispensaverit sint valida, & obligent in conscientia, impetrata dispensatione? Et in prædicto casu, an licitum sit utrique contrahenti ante, & post impetratam dispensationem, altero invito, à sponsalibus resilire, etiamsi promissio fuerit juramento confirmata? Et an consanguinei contrahentes matrimonium per verba de præsenti sub conditione, si Papa dispensaverit, non sit matrimonium absque novo consensu, obtenta dispensatione Papæ, & incurrant in excommunicationem latam in Clementina unica de consang. Et an, quando contrahentes sunt ex diversis Diœcesibus, & Ordinarius unius dispensat in denunciationibus, sufficiat, ut non fiant in Parochia alterius? Et an Ordinarius possit dispensare in denunciationibus, & quid est intelligendum sub nomine Ordinarij in Concilio Tridentino sess. 24. de Matrim. c. 1. Et an saltem Vicarius Episcopi possit dispensare ex justa causa, ne fiant denunciationes? Et an hoc non procedat in Vicariis foraneis? Et in dubio, an res egeat dispensatione, possit Episcopus declarare, vel ad cautelam dispensare? Et an si quis invalidè contraxit ob defectum consensus, vel cum impedimento dirimente, obtenta dispensatione, teneatur iterum consentire antè Parochum, & testes? Et an fœmina, quæ contraxit cum impedimento dirimente, si hoc postea sciat, teneatur reddere debitum tempore, quo petit dispensationem, & adsit periculum vitæ? Et quid est dicendum, si uterque sciat prædictum impedimentum? Et an in casu, quo ad Pontificem non pateat accessus ex inopia, vel alia justa causa impediente, possit Episcopus in dictis impedimentis dispensare? Et an impetrata dispensatione matrimonij nullius, conjux impedimenti conscius teneatur aperire alteri matrimonium contractum fuisse irritum? Et an hoc non procedat, quando revalidatur matrimonium nullum, quia uni defuit ab initio consensus verus? Et an conjux peccet, reddendo debitum incestuoso, qui scilicet peccavit cum ipsius uxoris consanguinea ante dispensationem? Et an quando uterque conjux ex communi consensu castitatem vovit, possit propter periculum incontinentiæ Episcopus dispensare, ut petant, & reddant debitum? Et an Episcopus possit dispensare in votum castitatis emissum post contractum matrimonium ante consummationem? Ex part. 3. tract. 4. ex resol. 289. 238. 236. & 237. alias 290. 239. 237. & 238. & in part. 4. tract. 3. ex resolut. 17. & ex part. 3. tract. 4. ex resol. 290. alias 291. & in part. 2. tract. 15. ex resolut. 5. & in part. 4. tract. 4. ex resol. 48. & 49. & in part. 3. tract. 4. ex resolut. 295. alias 296. & in part. 4. tract. 4. ex resolut. 125. Quæ hic sunt in tom. 2. tract. 6. de Matrimonio resolut. 19. 66. 67. 68. 131. 143. 145. 176. 177. 180. & 219.

An si quis adulteravit cum conjugata cum promissione sumendi illam in uxorem, marito mortuo, possit absque dispensatione Pontificis matrimonium illud inire, si, dum commisit adulterium, nesciebat impedimentum dirimens ex illo proveniens? Idem est, si interfecit maritum ad finem contrahendi matrimonium illud. Et cursim deducitur, quod si quis haberet copulam cum matre, & haberet copulam cum filia ignorando inculpabiliter impedimentum affinitatis, nam si hoc non obstante contraheret sine prævia dispensatione, matrimonium esset nullum. Ex part. 10. tr. 13. ex resol. 51. Quæ nunc invenietur in tom. 2. tract. 6. de Matrimonio rel. 170.

Nota, ubi non erat necessaria nota, quod supra tractatus primus de potestate Pontificis quoad Sacramenta hujus tomi tertij totus est plenus difficultatibus, & quæstionibus etiam pro potestate Pontificis quoad dispensandum in diversis casibus ibi contentis in variis resolutionibus præcitati tractatus, lege illum, & non te pigebit.

An Vicarius Episcopi ex generali commissione habeat potestatem dispensandi in casibus Papalibus, quos potest dispensare Episcopus ratione alicujus impedimenti? Et quid de Regularibus, vel privilegio Bullæ Cruciatæ? Et an Episcopus in aliquo casu possit dispensare cum homicida voluntario ad suscipiendos Sacros Ordines? Et utrum, urgente necessitate, seu scandalo, & non sit facilis recursus ad Summum Pontificem, possit Episcopus dispensare cum homicida voluntario, occulto tamen, ut ministret in susceptis Ordinibus Sacris? Et infertur, quod quando hæc tria concurrunt, nimirum difficilis recursus ad Summum Pontificem; scandalum, si fiat separatio; & periculum incontinentiæ, possunt Episcopi dispensare in matrimonio celebrato cum occulto impedimento dirimente. Ex part. 9. tract. 6. ex resolut. 55. alias 56. & in tract. 8. ex rel. 52. Quæ hic sunt, infra in hoc ipsomet tom. 3. tr. 3. de Potestate Episcopi quoad absolvendum, & dispensandum resolut. 4. & 52. Et nota quod ibi reperies alias varias difficultates pro dispensatione Episcopi in illis, & quia propè est tractatus, require ibi quidquid tibi occurrerit ita mistum.

An Episcopus possit dispensare in lege Pontificia apponendo pœnam pecuniariam? Et quid, si dispensaret in aliqua irregularitate orta ex delicto? Et notatur pecunias impositas pro dispensationibus modo, quo supra satis applicandas esse ab Episcopis piis operibus. Ex part. 10. tract. 8. ex resol. 8. & 9. Quæ hic sunt infrà in tr. 4. de mulctis, seu pœnis rel. 7. & 8.

An nunquam dispensationes matrimoniales dirigantur Capitulo: Sede vacante, quamvis id nominatim petatur, sed Episcopo vicinioribus? Et an Capitulum, Sede vacante, possit dispensare, ut quis ordinetur non servatis temporum interstitiis? Et quid circa hoc de Vicario cap. Sedis vacantis? Et an Capitulum, Sede vacante, possit dispensare cum illegitimis quoad Ordines minores, & beneficium simplex? Et an non possit Vicarius Capitularis concedere hanc dispensationem, nisi habeat speciale mandatum? Et an Capitulum, Sede vacante, possit dispensare super omnibus irregularitatibus, suspensionibus, &c. quibus potest Episcopus vigore Concilij Tridentini sess. 24. Et an Capitulum, Sede vacante possit dispensare in petitione debiti? Idem est de ejus Vicario, aut Provisore. Et an Capitulum, Sede vacante, possit dispensare in casibus Pontificiis, quando non est facilis recursus ad Papam? Et an possit dispensare in omnibus votis, & juramentis, quibus potest Episcopus? & an Capitulum, Sede vacante, possit dispensare, & remittere pœnas per Episcopum mortuum impositas? Et an vicarius Cap. Sedis vacantis non possit dispensare sine speciali licentia, & mandato in casibus, in quibus Episcopus dispensat? Et an Vicarius Cap. Sedis vacantis possit cognoscere de causis delegatis Vicario generali Episcopi, & exequi dispensationes in matrimonij impedimentis, & literas in formam Dignum, *quæ huiusmodi Vicario Episcopi solent committi? Et an Capitulum, Sede vacante, & ejus Vicarius possint dispensare in lege Pontificia, irregularitate, &c. apponendo pœnam pecuniariam?* Ex p.8. tr. 4. ex resol. 5.6.7.9.42.45.19.& 66. & in p.7. tract.2. ex resol.3. & in part.6. tr. 7. ex resol.41. & in part.5. tract.14.ex resol.29. & in part.10. tract.8. ex resol. 10. *Quæ hic sunt infrà* in tract. 5. de Cap. Sede vacante resolut. 2. 16. 17.19.23.26.48.78. 20.73.77.& 59.

An Prælatus Religiosis additis Breviario Romano possit in publica recitatione ex causa justa dispensare in Officio unius diei, una vel altera vice? Et quid circa hoc decrevit Sacra Cardinalium Congregatio? Et an Superior possit cum suis Religiosis dispensare obligationem recitandi officium divinum? Et an si quis in morbo, vel in dubio petat dispensationem à Prælato, & ipse concedat, licet à meridie convaleat, & à febri liberetur, non teneatur Horas persolvere? Et an quando Medicus dubitat, an propter timorem gravis damni teneatur infirmus dicere Horas Canonicas, an inquam, in tali casu recurrendum sit ad Superiorem pro dispensatione? Et an onus, & consuetudo, quam communitas Regularium habet recitandi Horas Canonicas, interdum ex justa causa dispensari possit? Et an Canonicus dispensatus in ætate etiam lucretur distributiones? Ex part.2. tract.12. ex resol. 36. 19. & 28. & in part.7. tract.11. ex res.14. & in part. 10. tract. 14. ex resol.3. & in tract.16. resol.54. *Quæ hic sunt infrà* in tractatu 6. de Horis Canonicis resolut. 108. 109. 44.39.19. & 137.

Explanatur, quando privilegium est odiosum, vel favorabile, & quando strictè est restringendum, vel ampliandum. Et an Prælati habentes jura Episcopalia, præsertim Archimandritæ, Messanenses, Abbas S. Luciæ, &c. possint aliquando dispensare, ut celebretur extra Ecclesiam? Et an saltem Episcopi, non obstante Concilio Tridentino, ac brevibus Pauli V. & Urbani VIII. possint hodie in aliquo casu particulari ex justa causa dispensare, ut celebretur extra Ecclesiam cum altari portatili? Et quæritur, quid concedat privilegium Cruciatæ, quando Commissarius dispensat circa horam celebrandi in privato Oratorio? Ex part. 9. tract. 1. ex res. 37. §. penult. & ult. & ex resol.48.43. & 30. *Quæ nunc invenientur* in tom.4. tr.2. de Oratoriis privatis res.3.10.20. & 47.

An votum non nubendi sit per Bullam Cruciatæ dispensabile, Et an per privilegium Bullæ Cruciatæ dispensatus in esu carnium censeatur dispensatus ad non jejunandum? Et notatur, quod quando per Bullam quis dispensatus est, ut comedat carnes, & lacticinia, possit simul comedere pisces. Et an per Bullam Cruciatæ sit dispensabilis omnis irregularitas, quæ est pœna? Et an aliqua alia species irregularitatis sit dispensabilis per Bullam Cruciatæ; Et an Commissarius Bullæ Cruciatæ possit dispensare in aliquibus irregularitatibus? Et an possit dispensare super irregularitate publica contracta tamen ex delicto? Et quid de irregularitate proveniente ex homicidio casuali licet publica; vel ex injusta mutilatione membrorum? Et an possit dispensare in irregularitate propter Symoniam? Et quid de irregularitate propter hæresim? Et an irregularitas contracta propter malam susceptionem Ordinum, quia suscipiens erat excommunicatus, suspensus, &c. sit per commissarium Cruciatæ dispensabilis? Sed remanet ista difficultas, in qua irregularitate contracta ex bigamia potest Commissarius Cruciatæ dispensare? Et an Commissarius Cruciatæ possit dispensare in aliquo impedimento matrimonij? Et an ille primus gradus, in quo potest Commissarius dispensare intelligendus sit in utraque linea recta, & transversali? Et notatur, quod si denunciationes culpabiliter essent omissæ, etiamsi matrimonium contractum sit ante Parochum, & testes, & non possit in tali casu Commissarius Cruciatæ dispensare. Etiamque quæritur, quando dicitur impedimentum occultum, ut possit Commissarius dispensare? Et an quando Commissarius dispensat in aliquo impedimento, opus sit, ut qui ignorat impedimentum, certior de illo efficiatur? Et enumerantur plures casus, in quibus secundum opinionem aliquorum Doctorum Confessarius virtute Cruciatæ potest tollere irregularitatem, & illam dispensare. Idem est de Prælatis Regularium. Et tandem objicitur, quod in facultate absolvendi contenta in Bulla Cruciatæ non comprehenditur facultas dispensandi; nam aliud est absolvere, & aliud dispensare. Ex p.1. tr.1. 11. ex res. 59.4.& 27. & ex p.4.tr.2. ex res.81. & ex p.1. tr.11. à res.110. usque ad res.119.& in p.10. tr.11. ex res.22. *Quæ hic reperientur* in tom.4.tr.3.de Bulla Cruciatæ res. 112. 170. 130.131. & à res. 134. usque ad res.143. & in res.132.

Nota, quod in prædicto tom.4. & tr.3. de Bulla Cruciatæ, *sunt quamplurimæ difficultates, quas cursim author tangit, vel ex alia principali doctrina cujuslibet resolutionis inferuntur, in quibus quasi per transitum dicitur.* In hoc etiam potest Episcopus dispensare; *Ideò si casus ita occurrerit, require illum* in resol. 80.82.84. 89. 90. 92. 93.94.96.97.98.99. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 119. 120. & 136. *Quas resolutiones intellige pro dispensationibus etiam virtute Cruciatæ.*

An Confessarius vi Jubilæi possit dispensare, vel commutare votum perpetuæ castitatis, vel religionis, quando non est tota materia voti? Idem est dicendum de quovis alio habente privilegium dispensandi in votis. Et an Confessarius virtute Jubilæi habens facultatem dispensandi, & commutandi vota, extendatur hæc facultas ad juramenta promissoria Deo facta; vel ad vota jurata? Et quid, si hæc facultas fuisset limitata ad unicum votum; an tunc possit auferri juramentum de eadem materia illi comitanter adjunctum? Et an qui voluntariè, vel ex oblivione, tempore Jubilæi, non petiit dispensationem alicujus voti, irregularitatis, vel suspensionis, possit deindè transactum Jubilæum, etiam post multos annos, eamdem dispensationem obtinere? Et an vigore Jubilæi, Bullæ Cruciatæ, aut cujusvis alterius privilegij sit dispensabile votum Religionis strictioris in Religionem minus strictam? Et an per generalem dispensationem in irregularitatibus virtute Jubilæi, non sit dubitandum manere pœnitentem dispensatum in irregularitatibus oblitis, & ideo post transactum Jubilæum possit à quolibet Confessario dispensari? Ex p. 5. tr. 12. ex res.60. 57. & 40. & in part. 2. tract. 16. ex res.9. alias 11. & in p.10. tr.14. ex res.29. & 30 alias 27. & 28. *Quæ hic reperientur* in tom. 4. tr. 4. de Jubilæo res.16.19.59.58.15. & 60.

Quid

Quid facere debeat dubitans, an teneatur ad jejunandum, & in tali casu teneatur pro dispensatione ad Superiorem recurrere: & quid est faciendum, si Prælatus etiam dubitet de sufficientia causæ, aut judicet eam minus sufficientem, an debeat tunc jejunium in alia opera pia commutare? Et an quādo Prælatus possit dispensare circa jejunia subditorum, possit etiam circa sua; Et an quando causa fuerit dubia circa comestionem carnium in jejunio, opus sit dispensatione si ageretur de nocumento notabili? Et docetur Prælatos, & Superiores, quando subditi proponunt causam dubiam ad obtinendam dispensationem, non debere esse nimis scrupulosos, ac ambiguos, remittentes id Conscientiæ subditi petentis, cum potius ad ipsos spectet tunc dispensare causam dubiam, per dispensationem faciendo illam justam. Et an dispensatus in esu carnium censeatur dispensatus ad non jejunandum? Et an dispensatus, vt possit edere pisces? Et an dispensatus ad carnes non propter virium debilitatem, sed quia sibi Quadragesimales sunt ei nocivi, si in aliquibus diebus non comedat carnes, teneatur jejunare? Et an dispensatus ad edendas carnes possit simul comedere pisces, si ab Episcopo fuerit hoc prohibitum sub pœna excommunicationis? Et an Medicus in causa dubia possit jejunio dispensare, imo dictis illorum acquiescere dicentium se non posse jejunare absque alia veritatis indagatione; an vero solum possit declarare, si causa sit sufficiens, an non? Et notatur, quod quando causa est evidenter justa, certa, aut probabilis, nulla est opus dispensatione, sed quando dubia est, recurrendum est ad Superiorem. Episcopum, vel Confessarium electum per Bullam, ut dispenset. Et an tempore pestis possit Episcopus dispensare, ut in sua Civitate comedantur carnes in Quadragesima? Et an cum omnibus in domo reclusis propter suspicionem pestis possit Episcopus dispensare in auditione Missæ in die festo, vel quid est agendum? Et notatur, quod dispensatio in jejunio facta ab Episcopo, vel alio Prælato inferiori Papa sine justa causa, non solum est illicita, sed invalida; ideo peccat mortaliter Episcopus, aut Prælatus ex defectu potestatis. Et an Episcopus possit in legē localē jejunij latam in Concilio Provinciali dispensare? Et quid, si fuerit lata in Synodo Diœcesana? Et docetur Pontificem dispensando cum aliquo in jejunio absque causa non peccare, neque venialiter. Ex p.1. tr.9. ex res.15. 25. & 26. & in p.4.tract.3. ex res.56. & ex p.9. tract.6. ex res.11.& 26.alias 27.& in p.10.tract.13.ex res.27.& tract.14. ex res.5.alias 3.& in tr.16.ex res.77. *Quæ hic reperiuntur* in tom.4. tract.6. Jejunio res.3.75.72.73. 77.74.4.69. & 70.

An Pontifex possit dispensare saltem validè si non licitè cum aliquo Cardinali, Episcopo, vel Beneficiario, ne expendant redditus Ecclesiasticos in usus pios? Et an Pontifex non peccet dispensando sine causa, secluso scandalo, quod de quocumque legislatore etiam dicendum est? Ex p.7.tr.10. ex res.13. *Quæ hic est* in tom.4. tr.7.de Eleemosyna res.27.

An stando in opinione, quod requirantur tres Episcopi de jure Divino in consecratione Episcopi possit in casu necessitatis super hoc Papa dispensare? Et exemplis demonstratur Pontifices sæpius super numero Episcoporum in consecratione Episcopi dispensasse. Et an Pontifex, si concedat absque justa causa Episcopo, ut possit consecrari absque aliis Episcopis, sit non solum illicita sed invalida? Idem est dicendum de commissione facta simplice Sacerdori, ut conferat Sacramentum Confirmationis. Et observatur, quod quando antiquitus Subdiaconatus non numerabatur inter sacros Ordines, scilicet ante B. Gregorium, nullus Subdiaconus poterat ad Episcopatum promoveri absque Papæ dispensatione, sed nunc jam potest. Et infertur, quod consecratio Episcopi facta ab uno tantum Episcopo absque dispensatione Pontificis est invalida. Et an si quis ex dispensatione ordinaretur in die Dominica Sacerdos, possit in eadem die consecrari Episcopus? Et notatur, quod dispensatio habita à Papa in pluralitate Ecclesiarum absque justa causa, neque valida est, neque licita. Et an sit illicita multiplicatio beneficiorum in eadem persona, &c. Et an sit illicita facultas testandi sine causa? Et docetur, quod Episcopus non potest Episcopatum desererе, neque ad alium se transferre sine dispensatione Pontificis, neque ad Religionem transire. Ex part. 12. tract. 1. ex res.30. 31.32.53.59.65.72.& 96. *Quæ hic sunt eadem* in tom. 4. tract.8. de Consecratione Episcopi.

An si periculum imminet infamiæ, seu scandali excommunicatus occultus in electione, vel collatione beneficij non teneatur suam excommunicationem prodere, sed possit sine vllo scrupulo acceptare beneficium, & postea quam primum occultè petere dispensationem? Ex part.4. tract.4. ex res. 56. *Quæ nunc invenitur* in tom. 5. tract.1. de Excommunicatione res. 171.

An percutiens Clericum in Sacris, cum quo fuit dispensatum à Pontifice, ut possit contrahere matrimonium, antequam illud contrahat, an, inquam, illum percutiens incidat in censuram? Ex quo infertur, an professus, vel Sacerdos secularis, cum quibus dispensatum est, ad nuptias teneantur ad Officium Divinum recitandum? Ex p.9.tr.4. res.40. *Quæ hic reperiuntur* in tom.5. tr.2. de Percussione Clerici res.36.

An si quis ordinatur ante legitimam ætatem bona fide, & postea adveniente mala fide celebrat sine dispensatione incurrat irregularitatem? Et an talis Ordinatus postquam pervenit ad legitimam ætatem, possit sine vlla dispensatione celebrare, vel exercere actum Ordinis suscepti? Et an suspensus, quia suscepit Ordines sacros extra tempora, ante legitimam ætatem, vel sine dimissoriis, &c. dispensari possit ab Episcopo, vel à Superiore Regulari? Idem est dicendum de irregularitate ob id contracta. Et an in aliquo casu possit Episcopus dispensare, vt quis ordinetur sine patrimonio? Et an ordinatus v.g. sine titulo possit ascendere ad Superiores Ordines sine dispensatione? Et an cum promoto per saltum possit Episcopus dispensare, vt prætermissum Ordinem suscipiat, & vt in ordine malè suscepto ministret, & ad Superiores ascendat? Et an Episcopus possit dispensare etiam post administrationem in male suscepto Ordine, si administratio fuit ex ignorantia? Et an qui ministrat in Ordinibus male susceptis per saltum, indigeat Apostolica dispensatione, vel sufficiat Episcopalis? Et an hoc procedat non solum in majoribus, sed etiam in minoribus Ordinibus? Ex p.3. tract.4. ex res.181. alias 182. & in part.5. tract. 10. ex res.34. 31. 50.27. & 29. *Quæ hic sunt* in tom. 5. tract.3. de Suspensione resolut.41. 43. 44. 49. 58. & 60.

An irregularis possit initiari prima Tonsura sine prævia dispensatione? Et an in irregularitate contracta à solis Clericis, si non Sacerdotes confessiones audiant, &c. ut ascendant ad superiores Ordines solus Papa dispensare possit? Et in susceptis? ut ministret, an proprius Episcopus dispensare possit? Et quid, si delictū occultum sit, an Episcopus dispensare possit ad vlteriores Ordines? Et an per Bullam Cruciatæ quoad utrumque effectum hæc irregularitas tolli possit? Et an in irregularitate exercendi Ordinem, quem non habet, possit Episcopus dispensare, ut utatur Ordine suscepto? Et quid, ut ascendat ad ulteriores ordines, si delictum est occultum, an Episcopus possit dispensare post Concilium Tridentinum? Et an Sacerdos publicus concubinarius, vel adulter possit sine dispensatione celebrare post peractam pœnitentiam, & emendationem publicam vitæ; quia ex infamia facti non oritur irregularitas? Et an expositus sit irregularis propter periculum illegitimitatis, itavt egeat dispensatione, ut ordinari possit; Et an Clericus, qui lapsus est in hæresim, possit post pœnitentiam, & abjurationem exercere susceptos Ordines, dummodo obtineat dispensationem saltem ab Episcopo; Et an prohibitum sit Inquisitori

generali, ut non possit cum Sacerdotibus hæreticis pœnitentibus dispensare, ut Missam celebrent? Et Carnifex super patibulum existimabat jam reum esse mortuum, & expirasse; sed unus ex astantibus dixit, vivit; unde ipse denuo pedibus collum calcavit, & reus mortuus est; quæritur, an in tali casu ille irregularitatem incurrerit, & an per Episcopum sit dispensabilis? Et an Consiliarij Principum, ut v.g. Regentes, & Præsidentes Magistratus, Rationales, &c. sint irregulares, itaut ordinari non possint sine prævia dispensatione? Et quidam mandavit Petro, ut occideret Caium, non præcogitando aliquid de morte Petri; accidit verò, quod Caius occidit Petrum, quæritur, an mandatarius incurrerit irregularitatem, ita ut non possit amplius ministrare Ordines susceptos; & in supradicto casu an possit Episcopus dispensare virtute Concilij Tridentini. sess. 24. c. 6. ref. 88. Ex p. 4. tract. 2. ex resolut. 77. 91. & 93. & in p. 2. tract. 15. resol. 52. & in part. 4. tract. 2. resol. 48. & in part. 8. tract. 7. ex ref. 61. & in part. 4. tract. 2. ex ref. 98. & in part. 2. tr. 15. ex ref. 17. Quæ nunc invenientur in tom. 5 tract. 5. de Irregularitate resol. 12. 22. 26. 39. 41. 50. 80. 90. & 113.

An irregularitas contracta ex homicidio facto in defensionem sui culpabilem non sit moraliter indispensabilis, sed comprehendi possit in Decreto Concilij Tridentini sess. 24. c. 6. Et quidam vir Nobilis occidit Titium cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ, sed potendo fugiendo vitam servare; modo pœnitentia ductus vult Sacros Ordines suscipere; quæritur, an propter illum homicidium incurrerit irregularitatem, ita ut egeat dispensatione? Et quid est dicendum, quando præcessit culpa ex parte ejus, qui fugere cogitur, ut si ille dedit alteri alapam, vel injuriosum verbum dixit, vel cum uxore inventus est, aut pallium tollere est aggressus, &c? Et quidam irregularis, cui jam dispensatum fuit, ut Sacros Ordines susciperet, quæsivit, an sine alia dispensatione possit beneficia accipere, vel retinere sine nova collatione, seu revalidatione collationis factæ? Et quid est dicendum de pensionibus? Et difficultas est, an opinio negativa procedat non solum quoad beneficia Curata, sed etiam quoad beneficia simplicia? Et explanatur, quod si Pontifex dispenset cum illegitimo ad beneficium, non potest nisi unum obtinere; & si unum obtinuit, non potest secundum obtinere etiam si relinquat primum. Et an illegitimus, si saltem sit prima Tonsura initiatus, possit sine dispensatione pensionem obtinere? Et an illegitimus, cui dispensatum est a Papa, ut possit obtinere beneficium Curatum, si postea efficiatur Religiosus, non possit sine nova dispensatione fieri Prælatus Regularis? Et docetur, cui dispensatum est, ut beneficium simplex obtineat, non censeri dispensatum ad Canonicatum Ecclesiæ Cathedralis. Et an ad incurrendam irregularitatem bigamiæ requiratur in copula seminis virilis emissio intra vas fœmineum, vel sufficiat copula absque seminatione; & in tali casu, an quis possit promoveri ad Sacros Ordines, si res sit occulta, sine aliqua dispensatione? Et an, quando tempore Ordinis Episcopi ferunt excommunicationem contra furtim, &c. Ordinationi se ingerentes, dicta irregularitas regulariter sit Papæ reservata, ita ut Episcopus in ea dispensare non possit? Et an, si abscissio integri membri sit occulta, possit Episcopus dispensare? Idem est, si abscissio casu contigerit ex propria culpa, dummodo occulta sit culpa, tametsi abscissio sit notoria. Et an Eunuchus, qui occulte, sed sponte se facit castrari, sit ab Episcopo dispensabilis pro irregularitate, ut ad Sacros Ordines promoveatur? Ex part. 4. tract. 2. resolut. 3. & 37. & in p. 2. tract. 15. ex resolut. 16. & in p. 7. tract. 10. ex ref. 6. & in par. 4. tract. 2. ex ref. 42. & 55. & in p. 10. tract. 13. ex ref. 28. & 11. Quæ hic reperientur in tom. 5. tract. 5. de irregularitate resolut. 127. 140. 128. 143. 152. 15. 68. & 67.

An Episcopi possint hodie dispensare in irregularitate contracta ex abortu? Et an Prælati Regulares possint dispensare in irregularitate suorum subditorum contracta ex abortu animato? Et quid, si homicidium est occultum apud seculares, & manifestum inter Fratres; an possint in illo adhuc Prælati Regulares dispensare? Et an Prælatus possit committere uni Confessario subdito hanc dispensationem? Et an Prælati possint habilitare ad Officia suos Religiosos, etiam pro foro externo? Et an Religiosus indigeat dispensatione super excommunicationem, & irregularitatem, si in Visitatione, aut Capitulo fuerit dispensatus ab irregularitatibus, prout fieri solet in Visitatione à Prælatis, etiam non cogitantibus dispensationem hujus irregularitatis, & etiam si Religiosus crediderit se non indigere dicta Prælatorum dispensatione pro illo tunc? Ex part. 7. tr. 5. ex ref. 21. 22. & 23. & in part. 4. tract. 2. ex resol. 87. Quæ hic sunt in tom. 5. tract. 6. de Abortu ref. 9. 11. 12. & 10.

An si quis cum Pontifice sciente committeret Symoniam incideret in pœnas, si Papa expressè non dispensaret? Et an pro dispensationibus matrimonialibus possit delegatus sumere aliquid ratione laboris? Et an Bulla Gregorij XIII. de Datis & Promissis in Romana Curia sub nomine gratiarum includantur dispensationes? Ex part. 10. tract. 16. ex ref. 16. alias 15. & in part. 5. tract. 13. ex resol. 71. & in p. 6. tract. 7. ex ref. 14. Quæ nunc invenientur in tom. 5. tract. 7. de Symonia & de Datis & Promissis ref. 1. 46. & 47.

An Inquisitores possint se ad invicem super irregularitate dispensare? Et an hoc privilegium, Commissariis Inquisitorum competat? Et an Inquisitores possint dispensare super irregularitate contracta ab Hæreticis? Ex p. 4. tract. 2. ex resol. 102. & in tract. 8. ex resol. 85. Quæ hic reperientur in tom. 5. tract. 10. de Inquisitoribus resolut. 69. & 136.

An hodie Inquisitores in depositione Crucis signatæ, vulgo dictæ S. Benito, minime dispensare possint, sed hoc ad Supremum Inquisitorem spectare? Ex p. 4. tr. 7. ex ref. 37. Quæ hic est in tom. 5. tr. 12. de Pœnis S. Inquisitionis ref. etiam 37.

Asseritur expositos pro legitimis esse habendos ad omnes Ordines, & beneficia, neque ulla Pontificis, aut Episcopi dispensatione indigere. Ex p. 10. tr. 16. ex ref. 96. Quæ nunc invenietur in tom. 6. tr. 1. de Legibus ref. 32.

An qui vovit non ludere sub pœna, ut non possit dispensari nisi à Summo Pontifice, possit adhuc ab Episcopo absolvi? Ex p. 7. tr. 9. ex ref. 59. Sed eam, & alias diversas resolutiones circa votum, & juramentum non ludendi, & circa illorum commutationem, & relaxationem invenies in tom. 6. tr. 4. de Ludo ref. 69. 70. & à ref. 63. usque ad ref. 69.

An in dubio, si fidei commissum expiret, possit ultimus vocatus de bonis libere disponere, & dispensare? Ex p. 4. tract. 3. ex ref. 73. Quæ hic reperietur in tom. 8. tr. 2. de Conscientia dubia ref. 16.

Quidam erat obstrictus vinculo voti Religionis, sed cum haberet sororem in gravi necessitate constitutam, quæsivit, an ex hac causa potuerit differre Religionis ingressum absque dispensatione alia? Et in tali casu, an possit Episcopus dispensare, quia non in substantia voti, sed in sola dilatione dispensat? Et an votum Castitatis, vel non nubendi à proclivi in venerem valeat; & in tali casu an possit Episcopus dispensare, quia tale votum alternativum est? Et quid, si votum non obliget præcisè ad materiam reservatam ex voventis electione, sed quia pars disjunctionis non reservatæ est impossibilis? potest ne in tali casu Episcopus dispensare? Et aliqua alia satis practicabilia circa vota dispensationem explanantur. Et an juramentum Castitatis Religionis, peregrinationis Jerosolymitanæ, &c. possint ab Episcopo dispensari? Ex p. 6 tr. 7. ex ref. 54. & in p. 4. tr. 4. ex ref. 102. & in p. 3. tr. 5. ex ref. 25. & in p. 10. tr. 14. ex ref. 19. alias 17. Quæ hic sunt in tom. 8. tr. 4. de Voto, & Juramento ref. 33. 37. 78. & 79.

An Beneficiarius, si propria manu in bello aliquem occidat, vel mutilet, beneficium resignare debeat, vel dispensationem

tionem super irregularitatem obtinere? Ex part. 6. tr. 4. ex res. 34. Quæ nunc invenietur in tom. 7. tr. 7. de Bello resol. 59.

An impubes, si sit doli capax cum dispensatione Principis possit ad pias causas testari? Ex part. 7. tract. 6. ex res. 7. Quæ hic reperietur in tom. 6. tr. 8. de Testamentis res. etiam 7.

An Superior Religiosus, qui dat aliis licentiam, ut exerceant munus executionis alicujus Testamenti, possit ad hoc secum dispensare? Et an executor Testamentarij possit cum dispensatione Episcopi recedere a voluntate testatoris? Ex part. 8. tract. 5. ex res. 19. & 63. Quæ hic sunt in tom. 6. tr. 9. de Executoribus testamentorum resol. 12. & 65.

An Summus Pontifex non possit dispensare, si non adsit necessitas publica, & bonum commune, cum residentia Episcopi sit alias de jure divino, ut Reges possint detinere Episcopos pro Gubernatione alicujus Regni, vel Consilij? Ex part. 3. tr. 1. ex res. 5. Quæ nunc invenietur in tom. 9. tract. 2. de Immunitate Ecclesiastica resolut. 27.

An Cardinales in suis titulis possint dispensare in voto? Ex part. 5. tract. 2. ex res. 58. Quæ hic reperietur in tom. 9. tract. 7. de Cardinalibus res. 38.

An potestas dispensandi in irregularitate ex occulta hæresi proveniente adempta sit Episcopis per Bullam Cœnæ? Ex part. 4. tract. 4. ex res. 239. Quæ hic est in tom. 5. tr. 8. de Hæresi res. 16.

Nota, quod in tom. 7. tract. 1. de Regularibus, sunt quam plurimæ difficultates, in quibus possunt privati Regulares, & illorum Prælati dispensare cum subditis, etiam Novitiis, & Monialibus, atque etiam cum sæcularibus, quæ ibidem invenies in res. 9. 17. 98. 109. 203. 246. 247. 260. 263. 264. 267. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 300. 301. 328. 329. 330. & 342.

TRACTATUS III.

De Potestate Episcoporum quoad dispensandum, & absolvendum vigore *Cap. VI. sess. XXIV.* Concilij Tridentini de Reformatione, & aliæ diversæ difficultates, & Resolutiones ad ipsosmet Episcopos specialiter pertinentes; etiam quoad provisiones per concursum ad Beneficia, Canonicatus, Dignitates, &c. faciendas per Episcopos, Pontifices, & Reges, & pro admissione resignationis beneficiorum, & impositione pensionis super ea, etiam in hoc Tractatu discutiuntur. pag. 296.

Prologus. Satis ampla potestas. Ex p. 7. tr. 2. ibid.

1. AN Episcopus electus, & confirmatus, quamvis consecratus posset uti hoc privilegio? Et quid est dicendum, si Episcopus tantum sit electus, & non confirmatus? Et an hæc facultas non competat Episcopis extremibus Diœcesi, & Episcopis titularibus? Ex part. 7. tract. 2. res. etiam 1. ibid.

2. *An Episcopi, ubi non est receptum Concilium Tridentinum, possint uti facultate hujus Decreti? Et quid, ubi circa aliquam specialem legem, vel onus non est receptum?* Ex part. 7. tract. 2. res. etiam 2. p. 297.

3. *An Episcopi, ubi Concilium Tridentinum non est usu receptum, possint uti privilegio eis concesso per dictum Concilium* sess. 24. c. 6. *de reformat. Et quid circa hoc declaravit Sacra Congregatio? Et notatur in Gallia Episcopos uti facultate dispensandi per Canonem* licet Concilij Tridentini, *absque ullo ad Summum Pontificem recursu.* Ex part. 6. tract. 8. & Misc. 3. resol. 27. ibid.

4. *An Vicarius Episcopi ex generali commissione habeat potestatem dispensandi in casibus Papalibus, quos potest absolvere, & dispensare Episcopus ratione alicujus impedimenti? Et quid de Regularibus, vel de privilegio Cruciatæ?* Ex part. 9. tr. 6. & Misc. 1. resol. 55. alias 56. pag. 298.

5. *An Abbates, & alij Prælati habentes jurisdictionem quasi Episcopalem includantur sub nomine Episcopi in Decreto Concilij Tridentini,* sess. 24. c. 6. *de reformat. quoad dispensandum, & absolvendum? Et an Eminentissimi Cardinales in Ecclesiis suorum titulorum comprehendantur sub nomine Episcopi in hoc Decreto?* Ex part. 7. tract. 2. res. 4. pag. 299.

6. *An Abbates, & alij Prælati inferiores habentes jurisdictionem Ordinariam, etiam nullius Diœcesis, gaudeant facultate absolvendi, & dispensandi ex Concilio Tridentino* sess. 24. c. 6. *Et an Capitulum, Sede vacante, habeat facultatem dispensandi, & absolvendi concessam Episcopis? Et docetur supradictam facultatem competere etiam Superioribus Regularibus circa suos subditos.* Ex part. 4. tract. 4. & Misc. resolut. 211. p. 300.

7. *An Episcopus ex licentia Superiorum possit uti facultate hujus Decreti cum Regularibus exemptis? Et quid dicendum est, si facultas absolvendi, aut dispensandi, quæ non est in immediato Religionis Prælato, esset in Provinciali, aut alio Superiore Religionis, an tunc Episcopus absolvere non possit de consensu Superioris immediati, nisi accederit etiam consensus Provincialis, aut Superioris? Et si Prælatus Religionis, absolutione aut dispensatione indigeat, an possit Episcopo se subjicere, sicut potest suos subditos?* Ex p. 7. tr. 2. res. 6. ibid.

8. *An Archiepiscopus, dum actu visitat, habeat potestatem concessam in hoc Decreto? Et an extra tempus visitationis possit uti dicta facultate dispensandi, & absolvendi circa suos Episcopos suffraganeos? Et an extra tempus visitationis possit Archiepiscopus uti hac facultate cum subditis suffraganeorum, si malitiosè Suffraganeus differat absolutionem, vel si subditus appellavit ad Metropolitanum?* Ex part. 7. tract. 2. resolut. 7. pag. 301.

9. *An Episcopus extra suam Diœcesim possit uti hac facultate Concilij?* Ex part. 7. tract. 2. resolut. 8. ibid.

10. *An Episcopus possit uti hac facultate Tridentini cum suis subditis existentibus extra Diœcesim? Et an possit Episcopus, sive existens in propria Diœcesi, sive extra illam dispensare super irregularitate subditorum, sive extra Diœcesim, sive intra existentium? Et an sit necessaria sacramentalis confessio ad gaudendum tali facultate?* Ex p. 7. tr. 2. res. 9. pag. 302.

11. *An Episcopus possit dispensare in suspensionibus, & irregularitatibus virtute Concilij Tridentini,* sess. 24. c. 6. *tantum in foro conscientiæ, & intra Diœcesim? Et an dicta facultas possit exerceri ab Episcopo erga suos subditos in absentia; & sive Episcopus, sive subditi sint extra Diœcesim?* Ex part. 4. tr. 4. & Misc. resol. 116. ibid.

12. *An*

12. *An Episcopi vigore dicti decreti Concilij possint absolvere extra Confessionem sacramentalem, & dispensare in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea irregularitate, quæ oritur ex homicidio voluntario? Et an Episcopus possit uti prædicta facultate, ut si tam ipse, quam subditi sint extra Diœcesim? Et an dicta dispensatio valeat pro foro exteriori?* Ex p.7. tr.2. res.10. p.303.

13. *Quinam includantur nomine subditorum in dicto decreto Concilij? Et inter alia docetur Legatum habentem facultatem dispensandi ab irregularitatibus in Provincia sibi subjecta non posse dispensare cum Scholaribus, & alienigenis intra illam ad tempus degentibus, sed cum perpetuo mansuris? Et an Episcopi possint uti prædicta facultate Concilij quoad dispensandum cum forensibus, seu non habentibus firmum domicilium, videlicet cum Scholaribus, mercatoribus, Medicis, Prætoribus, &c. in votis irregularitatibus, & suspensionibus Papalibus?* Ex p.7. tr.2. resol.11. ibid.

14. *An Episcopus possit facultatem dispensandi sibi tributam à Concilio aliis delegare? Et an possit Episcopus etiam alium delegare ad dispensandum, etiam extra Diœcesim? Et an Episcopus solum per se ipsum possit dispensare super irregularitate occulta orta ex hæresi, sicut per se ipsum solum potest ab eadem hæresi absolvere juxta Tridentinum?* Ex p.7. tr.2. res.12. p.304.

15. *An etiam possit Episcopus facultatem absolvendi ex dicto decreto aliis subdelegare? Et quid de absolutione ab hæresi & ab aliis excommunicationibus Papalibus, & casibus reservatis? Et an Episcopus possit committere Confessario Monastrij, ut Monialem absolvat ab hæresi externa simul?* Ex part.7. tract.2. res.13. p.305.

16. *An Episcopus possit committere Confessario Monasterij, ut Monialem absolvat ab hæresi externa?* Ex p.4. tr.4. & Misc. res.89. p.306.

17. *An Episcopus, si incidat in aliquod delictorum de quibus agitur in dicto decreto Concilij, possit ab alio dispensari, vel absolvi cum potestate ab ipso delegata? Et an Prælati Religionum possint committere Confessario ab illis electo, ut cum illo dispenset in omnibus, in quibus ipsi possunt dispensare cum suis subditis? Et docetur Confessarium Papæ ex communi, & veriori sententia non à jure divino, sed ab ipsomet Papa habere jurisdictionem ad illum absolvendum.* Ex p.7. tract.2. res.14. ibid.

18. *An Episcopus habens potestatem dispensandi cum aliis possit secum dispensare? Et quid de absolutione excommunicationis, suspensionis, interdicti, &c. & de dispensatione super irregularitate, vel qualibet alia inhabilitate?* Ex part. 10. tract.14. & Miscel.4. resol.66. alias 64. ibid.

19. *Quinam dicantur casus occulti, in quibus Episcopus vigore Concilij valeat dispensare? Et an possit Episcopus dispensare, quando delictum non est publicum, vel notorium, quamvis sit notum tribus, vel quatuor, nec de illo sit fama in majori parte vicinia, vel collegij?* Ex part.7. tr.2. res.15. p. 307.

20. *An Episcopus vigore Concilij Tridentini* sess.24. c.6. de reformat. *possit dispensare in delictis notoriis, dummodò non sint deducta ad forum contentiosum? Et explanatur, quando delictum dicatur notorium, & quando occultum.* Ex part.11. tr.8. & Misc.7. res.68. p.308.

21. *An delictum publicum in uno loco, & occultum, in quo non sit spes, ut publicetur, possit Episcopus vigore Concilij Tridentini dispensare? Et an possit Episcopus dispensare in irregularitate proveniente ab excommunicato celebrante, quando excommunicatio est occulta, quamvis manifesta sit celebratio?* Ex part. 7. tract. 2. resolut. 16. ibid.

22. *Quandonam delictum dicatur deductum ad forum contentiosum, ut Episcopus non possit uti facultate Concilij? Et an si delictum sit deductum ad forum contentiosum, non possit Episcopus absolvere, neque dispensare etiam alibi, ubi omninò ignoratur?* Ex part. 7. tract.2. resolut. 17. p. 309.

23. *An si reus à delicto deducto ad forum contentiosum fuerit liberatus, possit cum illo Episcopus uti facultate Concilij, etiam si reus mediis depravatis obtinuerit absolutionem? Et quid est dicendum, si accusator per annum tacuerit? Et notatur, quod si post obtentam ab Episcopo absolutionem, & dispensationem, existente crimine occulto, idem crimen deinde detegatur, & ad forum contentiosum deducatur, dispensatio facta non solum proderit in foro conscientiæ, sed etiam in foro externo admittenda est.* Ex p.7. tract 2. res.18. p. 310.

24. *An si delictum fuerit deductum ad forum contentiosum, & probatum, post judicium finitum, & delictum punitum possit Episcopus adhuc uti facultate Concilij; Et si reus non fuit absolutus diffinitivè defectu probationum, sed eductus è carcere cum onere se præsentandi toties, quoties; an tunc Episcopus non possit uti facultate hujus decreti?* Ex part.7. tract.2. res.19. pag.311.

25. *An Episcopus possit dispensare in irregularitate, si delictum fuit deductum ad forum contentiosum, & jam finito judicio punitum? Et quæritur, quando vero dicatur delictum deductum ad forum contentiosum, ut Episcopus non possit dispensare?* Ex part.4. tract.2. res.97. ibid.

26. *An Episcopus vigore Concilij Tridentini* sess.24. c.6. de Reformat. *possit dispensare cum reo, qui accusatus in suo Tribunali transegit cum Fisco, vel cum parte? Et deducitur, quod post sententiam condemnatoriam, finito judicio, & reo punito absque dubio Episcopus potest dispensare, nisi reus sit infamis. Et quid, si reus fuerit absolutus etiam falsis probationibus? Et advertitur, quod etiam si judicium non fuerit per sententiam definitivam, aut interlocutoriam finitum, & determinatum, sed intermissum, & derelictum, eo quod accusator per annum tacuerit, potest Episcopus dispensare. Idem est, si saltem per aliquod tempus constiterit actorem in probatione non progredi.* Ex p.10. tr.12. & Misc.2. res.33. ibid.

27. *An Episcopi possint absolvere à casibus occultis vigore decreti Concilij reservatis Papæ post dictum Concilium per novas Constitutiones?* Ex part.7. tract.2. resolut.20. p.312.

28. *An si quis ex aliquo justo impedimento non possit Romam personaliter adire pro absolutione à Summo Pontifice obtinenda, teneatur per Epistolam recurrere ad Pœnitentiariam, vel possit ab Episcopo absolvi? Et an si impedimentum non sit futurum perpetuum, Episcopus debeat absolvere ad reincidentiam? Et in textu hujus resolutionis explanantur causæ, pro quibus impeditus adire Pontificem possit absolvi ab Episcopo à censuris, suspensionibus, &c.* Ex part.7. tract.10. & Misc.1. res.23. p.313.

29. *An Episcopus vigore dicti decreti possit absolvere ab excommunicatione contracta ob delictum occultum duelli contra Bullam Clementis VIII.* Ex part.7. tract.2. resol. 21. ibid.

30. *An Episcopus vigore hujus decreti possit absolvere à censura occulta contracta ex Bulla Pij V. & Gregorij XIII. ob ingressum Monasterij Monialium? Et an Episcopus vigore Concilij possit absolvere à suspensione, quam incurrunt Religiosi admittentes fœminas intra claustra, si sit occulta; quod idem dicendum est de Prælatis Regularium? Et an fas sit Episcopis, vel Prælato Regulari absolvere Monialem sibi subditam, quæ è suo Monasterio ad malum finem egressa est, dummodo delictum sit occultum?* Ex p.7. tr.2. res.22. pag.414.

31. *An ingredientes septa Monasterij Monialium, & cum Sacra Virgine incestum committentes, si casus sit occultus, possint ab Episcopo absolutionem excommunicationis obtinere? Et an possint supradictam absolutionem obtinere, à quocumque Confessario vigore Bullæ Cruciatæ?* Ex p.2. tr.16. & Misc.2. res.33. alias 35. ibid.

32. *Quidam Hæreticus externus, sed occultus impetravit in foro conscientiæ absolutionem ab hæresi Romæ à quodam Pœnitentiario*

nitentiaria Summi Pontificis; modo vult Sacros Ordines suscipere; quaritur primo, an propter illam hæresim incurrerit irregularitatem? Secundo an possit super illam Episcopus dispensare vigore Concilij Tridentini sess. 24. c. 6. Et notatur, quod non sunt irregulares, & inhabiles ad Officia, qui de hæresi suspecti coguntur per Inquisitores abjurare de vehementi. Ex part. 2. tract. 15. & Misc. 1. resol. 24. ibid.

33. An Episcopus vigore hujus decreti possit dispensare in irregularitate occulta hæresis? Et an non solum possit Episcopus dispensare quantum ad usum Ordinum jam susceptorum, sed ut etiam ad novos Ordines recipiendos possit habiles reddere quoscumque Hæreticos occultos ad Fidem reversos, & ab excommunicatione Summo Pontifici reservata jam absolutos? Ex part. 7. tract. 2. resol. 25. p. 315.

34. An dato & non concesso, quod judex propter sententiam sanguinis, morte etiam non sequuta, incurrat irregularitatem possit obtinere dispensationem ab Episcopo? Et an Episcopus possit dispensare super irregularitate contracta ex homicidio voluntario omnino occulto? Et docetur quod per homicidium omnino occultum, & quod nulla ratione probari possit in judicio, neque in notitiam hominis devenire, nisi ex confessione ipsius occisoris, nulla incurritur irregularitas. Et quæritur, an ignorantia invincibilis excusans ab irregularitate proveniente ex homicidio voluntario? Et an homicidium factum ex repentina rixa, inducat irregularitatem dispensabilem ab Episcopo? Ex quo sequitur, an si aliquis committeret homicidium in Ecclesia ex aliqua rixa repentina, gaudeat ejus Immunitate? Et an Episcopus possit dispensare in irregularitatibus deductis ad forum contentiosum post finitum judicium, reum punitum, & pœnitentia peracta? Ex part. 12. tract. 3. & Miscel. resol. 6. p. 316.

35. An irregularitas contracta ex defectu lenitatis sit dispensabilis ab Episcopo, vel Prælato Regularium? Et an Commissarius Cruciatæ possit in prædicta irregularitate dispensare? Ex p. 4. tr. 2. res. 69. p. 318.

36. An Episcopus vigore Concilij Tridentini possit dispensare in irregularitate contracta à Ministris Justitiæ ex defectu lenitatis? Et notatur posse Prælatos Regulares dispensare in irregularitate contracta ex defectu lenitatis circa suos subditos. Ex p. 7. tr. 2. res. 26. p. 319.

37. Quidam minister justitiæ ex timore cujusdam Magnatis non impedivit homicidium ab illo perpetratum, quare quæsivit ame, an super irregularitatem contractam posset dispensationem obtinere ab Episcopo vigore Concilij Trid. sess. 24. c. 6. Ex quo cursim inferuntur alij diversi casus videlicet pro Medico, Rege, Gubernatore, subditis, custodibus viarum, Domino, Patre, marito, tutore, curatore, pædagogo, Advocato, Procuratore, & teste, & pro quolibet ipsorum est difficultas in textu hujus res. an incurrerunt irregularitatem pro homicidio, vel mutilatione sequuta ex eorum omissione, negligentia, & incuria. Ex part. 10. tr. 11. res. 20. ibid.

38. An irregularitas orta ex homicidio justo sit per Episcopum dispensabilis? Et an Prælati Regulares possint dispensare cum suis subditis super irregularitate proveniente ex bello justo? Ex p. 4. tr. 2. res. 70. p. 320.

39. An Episcopus possit dispensare vigore hujus decreti in irregularitate contracta ex homicidio in bello justo? Et docetur Prælatos Regulares, qui habent privilegium dispensandi, excepta irregularitate orta ex homicidio voluntario, posse etiam dispensare in irregularitate orta ex homicidio in bello justo; & ex alia ex defectu lenitatis incursa à ministris justitiæ. Ex. p. 7. tr. 2. res. 27. p. 321.

40. An irregularitas contracta ex mutilatione alicujus membri sit ab Episcopo dispensabilis; & quid de Prælatis Regularium? Et an qui alium excæcat, sed occultum foras non erruit, non sit mutilator, neque irregularis; neque qui furem, antequam animetur, occidit? Ex part. 4. tract. 2. res. 71. ibid.

41. An Episcopus vigore hujus decreti possit dispensare in irregularitate orta ex mutilatione alicujus membri? Et notatur mutilantem membrum inimici jam mortui non incurrere irregularitatem, cum membrum mortui non dicatur, nec sit simpliciter membrum, ut potè carens anima, & vita. Ex p. 7. tr. 2. res. 28. ibid.

42. An Episcopus possit vigore Concilij dispensare in irregularitate contracta ex excessu in sui defensione? Et advertitur, quod qui ob extremam, & omnino inevitabilem vitæ suæ defensionem alium occidit, nullam incurrit irregularitatem, & ideò neque Episcopi dispensatione eget. Ex p. 7. tr. 2. res. 29. p. 322.

43. An Episcopus ex hoc decreto possit dispensare in irregularitate occulta mandantis, si mandatarius excessit mandatum, itaut mors sequuta sit? Et an si quis percutiat prægnantem in utero sine intentione causandi abortum, etiam si postea iste ex hujusmodi percussione sequatur, non sit homicida voluntarius, undè possit ad Episcopo in irregularitate dispensari? Et an si quis mandans homicidium in persona unius, si committatur in persona alterius non incurrat irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario, & ideò possit Episcopus dispensare? Ex part. 7. tr. 2. res. 30. ibid.

44. An vigore hujus decreti Episcopus possit dispensare in irregularitate contracta ex homicidio casuali, quando est publicum; & non solum ad minores Ordines, sed etiam ad majores, & simplex beneficium, & etiam ad beneficium Curæ? Ex p. 7. tr. 2. res. 31. ibid.

45. Frequens hic casus accidit. In rixa subdita & inopinata contingenti quis occidit alium; quæritur, an hoc homicidium non dicatur voluntarium simpliciter, sed casuale, itaut occidens possit impetrare dispensationem ab Episcopo, qui potest vigore Concilij Tridentini sess. 24. c. 6. dispensare super irregularitatibus occultis contractis ex homicidio casuali? Ex part. 2. tract. 15. & Miscel. 1. resolut. 19. p. 323.

46. An qui in rixa inopinata, & non inito consilio occidit aliquem, incurrat tantum irregularitatem ex homicidio casuali, ut possit ab Episcopo dispensationem obtinere vigore Concilij Tridentini sess. 24. c. 6. Et advertitur irregularitatem contractam ex excessu vitæ, honoris, vel bonorum temporalium, non esse nuncupatam irregularitatem ex homicidio voluntario, sed casuali, etiam si excessus fiat ex proposito, & calore rixæ, & pugnæ; imò etiam, si quis jam fugientem sequatur, & occidat; ideò iste talis possit dispensari ab Episcopo super irregularitate? Et an Episcopus possit cum homicida casuali, etiam notorio dispensare ad Ordines minores, & ad beneficium simplex? Et an cum hujusmodi homicida Episcopus possit dispensare ad retinendum beneficium Curatum antea obtentum? Ex p. 10. tr. 11. & Misc. 1. res. 19. ibid.

47. An Episcopus possit dispensare in irregularitate contracta ex homicidio voluntario ex repentina rixa orto? Ex p. 7. tr. 2. res. 32. p. 324.

48. Quid sit homicidium voluntarium, & casuale, ex quibus irregularitas incurratur? Et doctrina hujus resolutionis est valdè notanda, & menti tenenda, quia deserviet ad explicationem multorum casuum, quando irregularitas sit ab Episcopo dispensabilis, necne, & ex illa Confessarij; & Consultores casuum conscientiæ habent principia satis ampla ad extricandos multos casus circa dispensationem irregularitatum occurrentes. Et notatur, quod est magna differentia inter Episcopos, & Prælatos Regulares quoad potestatem dispensandi, circa irregularitatem homicidij casualis. Nam Episcopi possunt dispensare illam, quando homicidium est occultum; Prælati vero Regulares etiam, quando homicidium casuale est publicum. Ex p. 4. tr. 2. res. 72. ibid.

49. An Episcopus possit dispensare, ut homicida voluntarius minoribus Ordinibus susceptis utatur; imò & Sacris, justa interveniente causa? Et advertitur, quod Concilium Tridentinum non privat ipso jure Clericum homicidam voluntarium

tarium beneficiis antea acquisitis. Et notatur certum esse Episcopum etiam post Concilium Tridentinum posse dispensare ad Sacros Ordines, & ad quodcumque beneficium cum Clerico, qui commisit homicidium casuale, si sit occultum. Imo, si homicidium casuale sit publicum, potest dispensare ad minores Ordines tantum, & ad beneficium simplex. Et pro praxi quod sit homicidium casuale, adducuntur alij diversi casus in §. ultimo hujus resolutionis. Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. res. 22. p. 325.

50. An in aliquo casu Episcopus possit dispensare cum irregulari ex homicidio occulto, ut ministret in Ordinibus susceptis? Et notatur, an Episcopus possit etiam post Concilium Tridentinum dispensare cum homicida voluntario ad usum saltem minorum Ordinum, & ad beneficium simplex? Et asseritur posse Episcopum in irregularitatem incursam ex bello dispensare cum Clericis constitutis in Sacris ne mendicare cogantur, & ad beneficium obtinendum. Ex p. 4. tr. 2. res. 59. p. 326.

51. An irregularitas, quam nemo scit, nisi ipse homicida, sit ab Episcopo dispensabilis, ut ministrare possit in Ordinibus susceptis, licet non possit ad Superiores ascendere? Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. ex res. 51. & Secundum dubium, ibidem.

52. An Episcopus in aliquo casu possit dispensare cum homicida voluntario ad suscipiendos Sacros Ordines? Ex quo infertur, quod urgente necessitate seu scandalo, & non sit facilis recursus ad Summum Pontificem, potest Episcopus dispensare cum homicida voluntario, occulto tamen, ut ministret in susceptis Ordinibus Sacris. Etiamque deducitur, dum hæc tria occurrunt in matrimonio celebrato cum occulto impedimento dirimente, scilicet difficilis recursus ad Summum Pontificem; scandalum si fiat separatio; & periculum incontinentiæ posse Episcopum dispensare in hoc matrimonio. Ex part. 9. tract. 8. & Misc. 3. resolut. 52. ibidem.

53. An Episcopus possit dispensare cum homicida occulto voluntario quoad simplex beneficium retinendum? Ex p. 7. tr. 2. res. 33. pag. 327.

54. An Episcopus possit dispensare cum homicida occulto voluntario quoad retentionem beneficij curati? Idem est dicendum de Canonico homicida occulto, ut possit interesse Choro, & gaudere fructibus Canonicatus. Ex p. 7. tract. 2. resol. 34. p. 328.

55. An irregularitas orta ex bigamia propria, & interpretativa sit aliquando dispensabilis ab Episcopo, etiam ad Sacros Ordines? Idem est dicendum de Prælatis Regularium quoad suos subditos. Et inter alios casus, qui pro praxi supradictæ quæstionis adducuntur, tandem quæritur, an Episcopus possit dispensare in irregularitate occulta, quam contraxit Subdiaconus duxens viduam? Ex p. 4. tr. 2. res. 61. ibid.

56. An Episcopus ex hoc Decreto possit dispensare in irregularitate bigamiæ interpretativæ, si sit occulta, non solum quoad minores Ordines, sed quoad majores? Et an in vera bigamia possit Episcopus dispensare ad minores Ordines, & ad beneficium simplex? Ex p. 7. tr. 2. res. 35. ibidem.

57. An aliquando irregularitas orta ex bigamia vera, & interpretativa sit dispensabilis ab Episcopo? Et pro praxi hujus quæstionis adducitur singularis, & specialis casus. Et an Prælati Regulares in vera bigamia possint cum suis subditis absolvere, ante, & post susceptionem Ordinum dispensare? Ex part. 7. tract. 11. & Miscell. 2. resol. 43. pag. 329.

58. An saltem dicta irregularitas veræ bigamiæ sit dispensabilis ab Episcopo quoad Ordines minores, & simplex beneficium? Et notatur posse Episcopum dispensare in bigamia similitudinaria cum eo, qui contraxit cum virgine; secus si contraxit cum vidua, vel si simplex iniit matrimonium. Ex part. 4. tract. 2. res. 62. ibid.

59. An qui contraxit bigamiam cum vidua, vel accessit ad propriam uxorem, postquam illa adulterium commisit, possit petere dispensationem hujus irregularitatis ab Episcopo? Et quid, si res adultery sit occulta? Et supponitur esse irregularem ex bigamia interpretativa, si contrahas cum vidua, quæ prius matrimonium consummaverat; & idem, si contrahas cum corrupta ab alio; & si accesseris ad propriam uxorem, posteaquam adulterium commisit, tametsi à principio virgo accepta fuerit. Et quid est dicendum, si vir ignorans conjugis adulterium, illam carnaliter bona fide cognovit? Idem est, si à principio existimans ducere virginem duxeris corruptam. Et quid, si metu cogatur per censuras reddere debitum? Et cursim quæritur, an Episcopus possit dispensare in irregularitate, quam contraxit Sacerdos, qui post mortem uxoris legitimæ existens in Sacris tentat aliam uxorem accipere, & quam Subdiaconus contraxit ducens viduam. Et an laicus contrahat irregularitatem ineundo matrimonium cum duabus invalidè; vel cum una validè, & cum alia invalidè, vel invalidè cum vidua? Et breviter docetur posse Episcopum cum bigamis propriis dispensare ad minores Ordines, & ad beneficium simplex? Ex p. 10. tr. 11. & Misc. 1. res. 25. pag. 330.

60. An Episcopus vigore hujus Decreti possit dispensare in inhabilitate contracta per Symoniam occultam? Et an Episcopus, si fuerit complex in Symonia, possit etiam secum dispensare? Et tandem docetur, quod non sit standum Decisionibus Cardinalium, nec Decisionibus Rotæ; neque Decisiones, & Declarationes Rotæ habeant vim legis? Ex p. 7. tr. 2 res. 30. pag. 331.

61. An si quis habeat à suo Episcopo literas dimissorias pro Ordinibus recipiendis, possit absolvi ab irregularitate occulta ab Episcopo, qui eum ordinare debet? Et an peccet Episcopus si alienum Subditum in sua Diœcesi confirmet? Et quid est dicendum, quando Episcopus mittit subditum cum dimissoriis, ad suscipiendos Ordines, & subditus non est confirmatus, an tunc possit illum confirmare? Ex part. 7. tractatu 2. resolut. 37. p. 332.

62. An Episcopus, cui commissum fuit ab alieno Episcopo, vel Prælato Regulari subditum ordinandi, possit cum eo dispensare in irregularitate, aut quovis alio impedimento? Ex part. 8. tract. 3 res. 35. ibid.

63. Utrum illegitimus occultus possit dispensationem super irregularitate obtinere ab Episcopo vigore Concilij Tridentini sess. 24. c. 6. ad recipiendos Sacros Ordines? Ex part. 2. tr. 15. & Misc. 1. res. 21. pag. 333.

64. An irregularitas occulta ex defectu natalium sit ab Episcopo dispensabilis quoad Sacros Ordines? Et notatur posse Episcopum cum illegitimis ex quocumque damnato coitu ad majores Ordines, & ad beneficium simplex dispensare? Et hoc etiam prosedit ad Canonicatus Collegiatarum Ecclesiarum, & in dimidiis portionibus, & inferioribus beneficiis Ecclesiæ Cathedralis. Et an hanc Dispensationem possit etiam Capitulum, Sede vacante, impartire? Et quid, si aliquis bona fide ordinatus fuerit, & postea cognito natalium defectu, an Episcopus possit dispensare, ut in susceptis ministret? Et quid etiam, si mala fide ordinatus fuerit? Ex p. 4. tr. 2. res. 64. ibid.

65. An Episcopus vigore hujus Decreti possit dispensare in illegitimis natalibus occultis ad Ordines majores, & ad beneficia curata? Et quid, si aliquis bona fide ordinatus fuerit, & postea cognito natalium defectu, an Episcopus possit cum eo dispensare, ut in susceptis ministret? Et quid etiam, si mala fide suscepit Ordines? Ex p. 7. tr. 2. res. 24. p. 334.

66. An Episcopus possit dispensare in irregularitate ex defectu natalium, si delictum sit occultum? Et an cum illegitimo occulto quoad Sacros Ordines, Dignitates, & beneficia curata, solus Papa dispensare possit; ad minores verò Ordines, & beneficium simplex possit Episcopus dispensare, & hoc cum limitatione, quod tale beneficium simplex non fuerit possessum a Patre, & quod tale beneficium non requirat Sacrum Ordinem; & ideo cum tali illegitimo non possit dispensare ad Canonicatum Ecclesiæ Cathedralis,

Cathedralis, cum habeat annexum Ordinem sacrum; potuerit tamen ad Canonicatum Ecclesiæ Collegiatæ? Et an possit Episcopus cum prædicto illegitimo dispensare ordinato in Sacris, bona fide, ut in susceptis Ordinibus ministret? Et quid, si mala fide sacros Ordines susceperit? Et hoc totum dicendum est etiam de Capitulo Sede vacante. Et notatur, quod tales illegitimi, causa gradi urgentis, possint promoveri ad sacros Ordines, etiam sine ulla dispensatione, si hæc peti, & obtineri nequeat sine propria infamia, & Parentum. Et tandem docetur expositos non esse irregulares quoad Ordinem, & Religionem. Ex p. 10. tract. 11. & Miscell. 1. resol. 24. ibidem.

67. *An Episcopi possint concedere Bullas cum facultate absolvendi à casibus sibi reservatis, & dispensare & commutare in eis, quæ ipsi jure suo Ordinario possint?* Ex p. 4. tr. 4. & Misc. rel. 60. p. 336.

68. *An ad Episcopatum sit præferendus Theologus Canonista?* Ex part. 7. tract. 12. & Misc. 3. resolut. 1. & ad pedem litteræ in eodem tract. res. 34. Sed una tantum Resol. transcribitur, ibid.

69. *An professio fidei possit fieri per Procuratorem Episcopi? Et de fructuum restitutione in hoc casu etiam agitur. Et notatur, quod omittens infra terminum duorum mensium professionem fidei amittit fructus; non tenetur tamen illos restituere, donec condemnetur; seu sequatur sententia declaratoria. Et an non peccet mortaliter si eam omittere per ignorantiam seu inadvertentiam, neque tenetur fructus restituere in foro conscientiæ, etiamsi in foro externo fuerit condemnatus? Et notatur, quod Episcopus non amittit fructus, si Procurator, cui mandatum est faciendi fidei professionem, non fecit illam, ipso nesciente absque culpa.* Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. res. 23. p. 337.

70. *An residentia Episcoporum sit de jure divino, & quo pacto in illa possit Pontifex dispensare?* Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. resol. 68. alias 66. p. 338.

71. *An Episcopi ultra tempus præscriptum à Concilio Tridentino, videlicet trium mensium, si absunt à Diœcesi per octo, v. g. vel decem dies, peccent mortaliter? Et quæritur, an Episcopi absque justa causa possint à suis Ecclesiis dictis tribus mensibus abesse? Et in prædicto casu, si sine causa Episcopi absunt etiam spatium trium mensium, vel minori tempore, teneantur fructus restituere pro rata temporis? Et an Episcopi non incurrant pœnas residentes propè Diœcesim in loco non distanti ultra unum milliare? Idem est dicendum in omnibus his de Parocho absente supra tempus concessum, nempe ultra duos menses à sua Parochia.* Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. res. 69. alias 67. ibid.

72. *An Episcopi sine aliqua causa possint abesse per trimestre ab eorum Diœcesibus, stante Concilio Tridentino,* sess. 23. c. 1. Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. res. 90. p. 340.

73. *An Episcopus absens à residentia licitè possit continuare trimestrem unius anni cum trimestre alterius anni? Et notatur Episcopum peccare mortaliter non residendo absque causa etiam in tribus mensibus, de quibus loquitur Concilium non tamen tenetur restituere fructus.* Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. res. 22. ibid.

74. *An Episcopus, qui propter bona temporalia, vel ambitum alium pinguiorem Episcopatum procurat, peccet mortaliter?* Ex p. 4. tr. 4. & Misc. res. 100. ibid.

75. *Utrum Episcopi, & alij ratione majores doctrinæ, aut Nobilitatis possint plus ex redditibus Ecclesiasticis in sua sustentatione insumere? Et quid, si filius Regis Episcopus sit?* Ex p. 2. tr. 16. & Misc. 2. res. 24. alias 26. p. 341.

76. *Utrum Archiepiscopus factus Episcopus possit uti pallio? Et docetur Archiepiscopum extra suam Diœcesim non posse uti pallio, etiam de licentia Ordinarij illius Diœcesis, in qua reperitur. Et an si quis semel habuit pallium unius Archiepiscopatus, si ab illo ad alium transferatur, iterumque redeat ad priorem, indigeat novo pallio, & primum non sufficiat? Et an Archiepiscopus ad alium Archiepiscopatum translatus non possit uti pallio priori, sed alio novo indigeat? Et quid, si detur eventus, in quo aliquis Archiepiscopus suum perdat pallium, vel casu igne comburatur, an aliud debeat petere à Summo Pontifice?* Ex part. 3. tract. 6. & Misc. 2. res. 37. ibid.

77. *Utrum Episcopus existens in alterius Diœcesi licitè possit celebrare Missam in Pontificalibus, seu cum baculo, & Mithra absque licentia ejus Ordinarij? Idem est dicendum de locis exemptis intra propriam Diœcesim. Et explanatur, quæ sint signa, & ornamenta Pontificalia.* Ex part. 3. tract. 6. & Misc. 2. resolut. 36. p. 342.

78. *An actualis degradatio debeat fieri à proprio Episcopo, vel possit alteri Episcopo committi? Et an prædicta degradatio necessario fieri debeat ab Episcopo consecrato, & non sufficiat, quod Episcopus sit tantum electus, & confirmatus?* Ex p. 10. tr. 11. & Misc. 1. res. 50. p. 343.

79. *An Episcopus præter casus in jure expressos propter aliud delictum enorme, & qualificatum possit Clericum degradare, & tradere brachio seculari ad puniendum? Et quodnam censeatur delictum enorme? Et docetur homicidium qualificatum Prælati, vel Sacerdotis, fratris, Patris; Item assassinum, furtum, sacrilegium, deperditionem omnium bonorum, & similia; & generaliter omnia delicta, ob quæ pœna mortis jure civili statuta est, si pluries repetita fuerint, enormitatem continere.* Ex p. 10. tr. 11. & Misc. 1. res. 52. ibid.

80. *An Episcopus consecrando Chrisma, vel oleum, seu conferendo Ordines Minores in peccato mortali, peccet mortaliter? Et advertitur Episcopum consecrantem Ecclesiam in peccato mortali non peccare mortaliter. Idem dicendum est, si Virgines, Vestes, Calices, & similia consecret in mortali. Et an prima tonsura, & quatuor minores Ordines sint Sacramentum?* Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. res. 67. p. 345.

81. *An Episcopus consecrans Chrisma, & benedicens oleum ad infirmos in statu peccati mortalis, peccet mortaliter? Et quid dicendum consecrans Aram, Calicem, Ecclesiam, &c. in peccato mortali, an etiam peccet mortaliter?* Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. res. 73. ibid.

82. *An si Episcopus omittat aliquam cæremoniam appositam in Pontificali pro benedictione Chrismatis, dicatur, hoc non obstante, Chrisma benedictum?* Ex p. 6. tr. 8. & Misc. 3. res. 21. p. 346.

83. *An Episcopus possit erigere Collegiatam cum novis Canonicis; vel addere novum numerum Canonicorum aliis antiquis? Et in tali casu, an possit Episcopus insignire supradictos Canonicos signo illo, quod vulgo dicitur* Almutica, *seu* Capuccio, *vel* Zambarda, *sine aliqua Sedis Apostolicæ licentia?* Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. res. 38. ibid.

84. *An Episcopus possit præbere licentiam legendi libros, qui prohibiti sunt, donec corrigantur, non obstante Bulla Gregorij XV. & Vrbani VIII. Idem est de Inquisitoribus. Et notatur libros non omnino prohibitos, sed cum clausula donec expurgentur, posse retineri, donec opportunè eorum correctio, aut expunctio sit indulta. Et advertitur libros de hæresi suspectos, sive propter suspicionem hæresis prohibitos, nisi suspicionem eluerint non licere legere sub peccato mortali; suspicionem autem hæresis incurrunt libri, qui continent propositiones hæresim sapientes, malesonantes, temerarias, vel scandalosas, ex quibus error nasci, aut inferri possit. Et an quis teneatur denunciare S. Officio si sciat, v. g. Titium legere, & retinere libros non ob hæresim, seu ex ejus suspicione prohibitos, sed ob aliam causam, at sunt relationes Antonij Perez, & alij similes? Et advertitur retinentes libros prohibitos contra bonos mores, & continentes res lascivas non esse denunciandos. Et an legens alios libros prohibitos, seu suspensos ex alia causa, quam hæresis, aut ejusdem suspicionis incurrant excommunicationem, aut aliam pœnam? Et tandem docetur, quod observantia, & consuetudo subsequens declarat verba legis, Statuti, &c.* Ex p. 11. tract. 8. & Misc. 8. res. 62. pag. 347.

85. *An Episcopus possit visitare Regularem, ut Parochum,*

vel Vicarium in Ecclesia sui Monasterij inservientem; aut in Ecclesiis aliis Parochialibus exemptis Vicarium agentem? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. ref. 14. p. 348.

86. An Illustrissimus Episcopus Laudensis possit examinare, & visitare Parochum Ecclesiæ oppidi seu loci Hospitalis Ordinis S. Hieronymi de Lombardia ad ornatum Concilij Tridentini sess. 25. c. 11. de reformat. Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. ref. 27. alias 26. p. 350.

87. An Episcopus possit cogere, ut populus in diebus Dominicis, aut solemnioribus Festis ad propriam Parochiam conveniat? Et an si Episcopus ferat excommunicationem in eos, qui non audiunt Sacrum in Parochia dictus festivis & Dominicis excommunicatio sit nulla? Et deducitur quod stante consuetudine & privilegijs, non tenentur fideles audire Missam, & Concionem diebus Dominicis, & Festivis in Templis Parochialibus. Ex part. 40. tr. 13. & Misc. 3. ref. 25. p. 352.

88. An Episcopus possit transferre Festum alicujus Sancti? Et in textu hujus Resolutionis alij casus adducuntur pro praxi hujus difficultatis. Et infertur, quod inferior nullam habet potestatem circa id quod Superior determinavit. Et an quando Vigilia S. Mathiæ occurrit in Feriam tertiam post Dominicam Quinquagesimæ, possit Episcopus eam transferre in Sabbathum præcedens? Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. ref. 7. p. 353.

89. An Episcopus sine populi consensu possit instituere dies festos? Et quid, si in tali casu fulminet Episcopus excommunicationis fulmen? Et si populus absque justa causa contradiceret, tunc contradictione non obstante, an sit servandum Festum? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. ref. 178. p. 354.

90. An Episcopus possit instituere diem Festum alicujus Beati nondum Canonizati? Et notatur, quod quando Pontifex concedit Sacerdotibus certa Religionis, ut certo die dicant Missam de aliquo Sancto Beatificato, tunc non possunt facere Octavam, neque in illa dicere Officium & Missam de dicto Sancto Beatificato. Et quæritur, an liceat S. Beatificatum invocare in publicis Litaniis, vel ping.re Imaginem viri Sancti nondum Beatificati cum radiis, & Diademate? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. ref. 9. p. 355.

91. An Reliquiæ alicujus Sancti noviter inventæ debeant approbari ab Episcopo? Ex quo etiam oriuntur aliæ difficultates; & ideo quæritur primo, an Reliquiæ Sancti nondum Canonizati possint approbari ab Episcopo? Quæritur secundo, quænam certitudo requiratur in approbandis supradictis Reliquiis? Tertio, an acta Theologorum sint in hoc casu consultiva tantum, itaut Episcopus possit decernere adversus eorum placita? Quarto, an si oriatur aliqua gravis quæstio, & ideo convocetur Concilium Provinciale, vota Episcoporum sint decisiva, & non consultiva? Quinto, an Episcopus extra Diœcesim possit approbare Reliquias vigore Concily Tridentini sess. 25. de Reliquiis? Ex part. 2. tr. 15. & Misc. 1. ref. 51. ibid.

92. An Episcopus teneatur constituere Vicarium Generalem? Et an possit Episcopus creare Vicarium ante apprehensionem possessionis Episcopatus? Et an Vicarius habeat potestatem delegatam, vel ordinariam? Idem est dicendum de Vicario Capituli Sede vacante. Et an Episcopus ad expediendas causas possit constituere duos principales Vicarios, dummodo tamen vi sint in loco, ubi sedem habet? Ex quo fit, ut non possit creare duos Vicarios Generales in principalibus locis duarum Diœcesum æque principaliter unitarum. Ex p. 10. tr. 15. & Misc. 5. ref. 31. p. 356.

93. An Vicarius possit ad libitum revocari ab Episcopo? Et ampliatur hoc in quolibet Vicario cujuscumque Superioris? Et quid, si Episcopus juraſſet non revocare Vicarium? Et infertur posse Episcopum causam coram ejus Vicario pendentem ad se advocare, & prohibere illi, ne judicet in ea causa. Et quæritur an per Constitutionem secundi Vicary censeatur primus tacitè revocatus? Et supponitur Episcopum posse constituere duos Vicarios Generales. Ex p. 10. tr. 15. & Misc. 5. ref. 24. p. 358.

94. An Regularis illegitimus absque alia dispensatione possit eligi in Vicarium Episcopi? Et an talis Regularis illegitimus non possit per privilegia Religionis dispensari, ut sit Vicarius Episcopi; quia virtute illorum solum potest dispensari quoad Prælaturas in Religione, non ad Dignitates extra? Et an Monachus possit eligi in Vicarium Episcopi? Idem est de Vicario Capituli Sede vacante. Et docetur quoslibet Religiosos, (exceptis Franciscanis,) esse posse Vicarios Episcopi ex licentia suorum Prælatorum, & non esse obtinendam licentiam à Generali, vel Provinciali, sed sufficere licentiam Prælati immediati. Et quid est dicendum, quando Religiosus non esset exemptus à jurisdictione Episcopi, an tunc requiratur licentia Abbatis & Episcopi? Et quid si discordent? Et an si Monachus constituitur Vicarius Episcopi absque licentia Superioris, teneant gesta, & acta per eum? Et an omnes Religiosi, (exceptis Minoribus,) possint esse judices Arbitri, judices Assessores, judices delegati Episcoporum, accedente tamen licentia Prælati, & Monasterij utilitate? Ex p. 10. tract. 15. & Misc. 5. resol. 30. p. 359.

95. An Vicarius Episcopi sine speciali mandato possit facere Concursum ad beneficium? Et an Vicario in spiritualibus tantum constituto possit committi ab Episcopo potestas conferendi beneficia? Et quid, quando Vicarius constitutus est tantum in temporalibus? Ex p. 10. tr. 15. & Misc. 5. ref. 23. p. 360.

96. An sit nullum examen, in quo intervenerunt Examinatores Synodales designati nomine Dignitatis, v. g. Prior S. Dominici, Lector talis Monasterij, Canonicus Pœnitentiarius, &c. Et quid, si designatio fieret hoc pacto. Eligimus in Synodalem examinatorem Guardianum Capucinorum, & eum, qui pro tempore erit, &c. Et an examinatores Synodales possint ex consuetudine aliquod stipendium intuitu sui Officij accipere absque Symonia tam accipientis, quam dantis? Et notatur Episcopum de suo posse dare aliquid examinatoribus? Ex p. 11. tr. 6. & Misc. 6. r. 33. p. 161.

97. An si eo tempore, quo debet fieri provisio per Concursum, non adsint examinatores Synodales, de quibus loquitur Concil. Trid. sess. 24. c. 18. possit Episcopus deputare alios absque Synodi celebratione? Et an beneficium sic collatum possit ab alio impetrari? Et an existentibus in Synodo Doctoribus, Clerici non Doctores possint eligi in examinatores Synodales? Et quid, si quotannis Synodus non fiat, an examinatores semel deputati munus suum debent exercere, donec nova Synodus habeatur? Et an, si anno autem elapso, aliqui ex eis mortui fuerint, Officium omnium expiret? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. ref. 64. p. 362.

98. An Concursus alicujus beneficij vitietur ex eo, quod cum examinatoribus Synodalibus adhibeantur alij examinatores non Synodales? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. ref. 65. p. 363.

99. An quando examinandi ob timorem examinatorum turbarentur, si verè sint idonei, licitum sit eis præmonere de punctis, de quibus erunt interrogandi? Et an hoc locum habeat tantum in examine Episcoporum, v. g. coram Pontifice, & in examine Confessariorum coram Episcopo, & in examine nostrorum Scholasticorum coram Præposito, & aliis Patribus, &c. secus autem in examine ad aliquod beneficium, quod fieret per oppositionem & concursum? Ex p. 5. tr. 14. ref. 89. ibid.

100. An examinatores Synodales teneantur indicare Episcopo digniorem, licet ipse præcipiat solum, ut ei dicant qui, & quot sunt digni, & idonei? Ex p. 3. tract. 5. & Misc. 1. ref. 112. alias 111. p. 364.

101. An in Canonicatibus, Personalibus, Dignitatibus, & cæteris Præbendis, & dimidijs Præbendis Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum, & in Præstimonijs, & aliis simplicibus beneficijs Curam animarum non habentibus, licitum sit eligere dignum prætermisso digniori? Et quid, si ad Episcopatum, Cardinalatum, Decanatum, eligatur minus dignus? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. ref. 38. ibid.

102. An beneficia Ecclesiastica possint ex natura rei dari dignis, omissis dignioribus? Et docetur, quod doctrina hujus Resolutionis procedit etiam quoad Dominos Proreges,

reges, & quoad suprema Consilia Regum, quando proponunt Regi nella nomina, & vulgo dicitur, aliquem ad Episcopatum, &c. nam in tali casu tenentur proponere digniores. Ex part. 11. tract. 4. & Misc. 4. resolut. 34. pag. 365.

105. *An aliquando sit licitum eligere indignum ad beneficia? Sed major difficultas est. An sit licitum aliquando eligere in Parrochum, vel Episcopum hominem improbum, & pravis moribus notorie indignum, & diffamatum Concubinarium, si alias non reperiatur alius idoneus ad ministranda Sacramenta?* Ex part. 11. tract. 4. & Misc. 4. rel. 38. ibid.

104. *Diximus supra in beneficiis simplicibus non teneri Electores eligere digniores, sed tantum dignos, quaeritur modo, an hac sententia procedat etiam in beneficiis Curatis, ut sunt Episcopatus, &c. quae conferunt Pontifices, & Reges? Et an doctrina supradictae difficultatis non procedat, quando beneficia per concursum competentium, & oppositorum conferuntur?* Ex p. 2. tr. 13. & Misc. 1. rel. 40. p. 367.

105. *An Summus Pontifex, vel Reges teneantur ad beneficia eligere digniores?* Ex part. 8. tract. 7. & Miscell. rel. 8. ibid.

106. *An Proreges debeant ad Episcopatum nominare digniores, dignis postpositis, in* Nomina, *ut vulgo dicitur, quam mittunt ad Regem?* Ex part. 9. tract. 7. & Misc. 2. rel. 7. p. 368.

107. *Quaenam sint causae excusantes à peccato eligentes minus dignum, relicto digniori? Et an in concursu beneficiorum, & Cathedrarum eligendo dignum, praetermisso digniori, teneantur ad restitutionem? Et notatur in dicto casu minus dignum, etiamsi sibi, & Electoribus notum sit dignorem in electione esse praetermissum, posse hoc non obstante, sine peccato beneficium, & Cathedram acceptare? Et an minus dignus possit se offerre ad obtinendum beneficium, &c.* Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. resol. 111. alias 110. ibid.

108. *An qui in concursu, omisso digniori, elegit dignum, teneatur ad restitutionem? Idem est de electione ad Cathedram, & Canonicatum Ecclesiarum, si fiat per Concursum.* Ex part. 11. tract. 4. & Misc. 4. resolut. 35. pag. 369.

109. *An praesentatus à Patrono laico ad Ecclesiam Parrochialem possit ab Episcopo examinari coram Examinatoribus non constitutis in Synodo? Et an in Parrochialibus Jurispatronatus requiratur examen per concursum? Et quid, si Patronus laicus praesentet plures Clericos ad Parrochialem? Et quid, si Parrochialis esset Jurispatronatus mixti, partim Ecclesiae, & partim laici? Et quid si pro duabus partibus pertinet ad laicum, & pro una tantum ad Ecclesiasticum?* Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. resol. 16. ibid.

110. *Quidam Patronus, qui non erat fundator primus beneficij, quaesivit à me, an sub peccato mortali deberet praesentare dignorem? Et docetur, quod Patronus laicus non tenetur praesentare dignorem etiam ad beneficia curata.* Ex part. 2. tract. 15. & Miscell. 1. resolut. 37. pag. 371.

111. *An Archiepiscopus Panormitanus peccet confirmando praesentationem digni, omisso digniori, factam ab Illustrissimo Senatu hujus Urbis in aliquam Parrochiam? Et an Senatus eligendo indignum mittat pro illa vice jus eligendi;* Ex part. 4. tract. 4. & Miscell. resol. 170. ibidem.

112. *An minor quatuordecim annorum possit praesentari ad beneficium Jurispatronatus? Et an sufficiat annum 14. esse coeptum?* Ex part. 3. tract. 6. & Misc. 2. resolut. 64. ibidem.

113. *An si Testator dicat, ut Capellania conferatur Sacerdoti, conferri possit Clerico minorum Ordinum? Et an saltem pro una, vel altera vice possit Episcopus dispensare supradictam qualitatem?* Ex part. 4. tr. 4. & Misc. rel. 227. pag. 372.

114. *An obligatio eligendi dignioren extendatur etiam ad resignantem beneficium suum, in favorem alterius? Et an Collator peccet acquiescendo resignationi minus digno, relicto digniori?* Ex part. 2. tract. 15. & Misc. 1. rel. 41. ibidem.

115. *An Episcopi post resignationem alicujus beneficij factam in eorum manibus possint illud conferre suis, vel resignantis familiaribus, affinibus, &c. Ubi etiam aliqua notabilia invenies circa intelligentiam Bullae Pij V. de resignatione beneficiorum: Et an ubi praedicta Bulla est usu recepta, Patroni possint praesentare ad beneficia hac resignata consanguineos resignantis? Et an resignanti liceat nominare successorem, non deducendo in pactum, ut ipsi dentur, sed significando Collatori, ut si velit, det ipsi?* Ex part. 5. tractat. 14. & Miscell. 2. resol. 26. ibidem.

116. *An Episcopus ex justa causa possit imponere pensiones super beneficia pinguia suae Diocesis?* Ex part. 9. tr. 9. & Misc. 4. rel. 50. alias 49. p. 373.

Appendix ad hunc supradictum Tractatum tertium hujus *tom. 3. de Potestate Episcoporum, quoad dispensandum, & absolvendum, &c.*

AN si invalidè fuisset collatus Ordo Episcopalis teneatur quis manifestare hunc defectum cum periculo vitae & honoris? Et an sit peccatum mortale ministrare Episcopo exercenti Ordines in peccato mortali? Et an Episcopus possit dispensare cum uxorato, qui post partum uxoris statim ob periculum mortis baptizavit infantem, adstantibus multis, qui hoc facere possent, ut petat, & reddat debitum? Et an Episcopus dubius de suo Baptismo teneatur iterum sub conditione illum recipere? Et an Episcopus non possit dispensare in numero assignato in Concilio Tridentino pro Patrino in Sacramento Baptismi? Ex part. 5. tract. 13. ex resolut. 55. & in tract. 7. ex resolut. 4. & in part. 3. tractat. 4. ex resolut. 3. & in part. 10. tractatu 16. ex resolutione 20. & 30. alias 19. & 29. *Quae nunc invenientur* in tomo primo, tract. 1. de Baptismo, rel. 9. 18. 103. 79. & 96.

An Religiosus Episcopus possit esse Patrinus in Sacramento Baptismi, & Confirmationis? Ex parte tertia, tractatu quarto, ex resolutione vigesima prima. *Quae hic reperietur* in tom. 1. tract. 2. de Sacramento Confirmationis rel. 21,

Nota, quod in praedicto tract. 2. de Sacramento confirmationis tom. 1. *sunt multae difficultates pro Episcopis, ut Ministris praedicti Sacramenti Confirmationis; ideo si casus ita mistus occurrerit, require illum ibi, ubi facillimè invenies; quia praecitatus tractatus est brevis.*

An jam Parrochos possint examinare Episcopi aliquoties? Ex p. 4. tract. 4. rel. 59. *Quae hic est* in tom. 1. tr. 3. de Poenitentia rel. 15.

Adverte, quod in praedicto tom. 1. & tract. 3. de Sacramento Poenitentiae, *sunt etiam aliae quaestiones mistae pro licentia Episcopi ad audiendas confessiones quas ibidem reperies* à rel. 2. usque ad rel. 15. inclusivè, & in rel. 20. 23. 26. 27. 31. & 39.

An Confessarius absolvens à casibus Episcopo reservatis sine praetextu alicujus privilegij incidat in excommunicationem, & alias poenas Clem. VIII. Et an Sacerdos, qui in dictam excommunicationem incidit possit absolvi ab Episcopo vigore Concilij Tridentini session. 24. *de Reformation? Et in Tabella casuum reservatorum Diocesis Panormitanae adest peccatum Sodomae, quae-*

stiuntſæpè à me fuit, ab pueri ante annos pubertatis inclusantne in tali reservatione? Et illustrissimus Cardinalis Archiepiscopus reservavit in hac Diœcesi aliquos casus, sed multis Regularium Superioribus dedit potestatem ab illis absolvendi, interrogatus sæpius fui, an dicti Superiores possint istam authoritatem concedere alicui particulari? Idem quæritur de Pœnitentiariis. Et an si Episcopus inciderit in casum reservatum Summo Pontifici, à quo ipse alios possit absolvere, possit etiam hanc potestatem subdelegare, ut valeat ab alio absolvi? Et an mortuo Episcopo, casus ab eo reservati expirent? Et quid, si casus reservati sint per Statutum, vel Synodum Diœcesanam, aut qui jure, vel consuetudine ipsi Episcopo reservantur? Et an si in mandatis Visitationum Episcopi reservent sibi aliqua peccata cum Excommunicatione, sive sine illa expiret reservatio, mortuo Episcopo? Et an omnes, qui vivunt in Collegiis Societatis Jesu, vel aliorum Regularium exemptorum, subdantur casibus Episcopalibus? Et an possit Episcopus absolvere à casibus reservatis ex nova lege, & Constitutionibus post Concilium Tridentinum? Et quid circa hoc Sacra Cardinalium Congregatio declaravit? Ex p. 3. tr. 4. ex ref. 73. & in p. 2. tr. 15. ex ref. 1. & in tr. 17. ex ref. 53. & in p. 3. tr. 4. ex ref. 141. alias 142. & in p. 4. tr. 4. ex ref. 108. & in p. 6. tr. 6. ex ref. 41. & in p. 7. tr. 12. ex ref. 14. & in p. 3. tr. 4. ex ref. 73. *Quæ hic inveniuntur* in tom. 1. tr. 5. de Reservatis ref. 23. 55. 66. 67. 68. 69. 54. & iterum 23.

An potestas, vel facultas absolvendi legitimè impeditos adire Papam pro absolutione à jure Episcopis permissa, se extendat ad omnes culpas, & censuras Sedi Apostolicæ reservatas, itaut nulla sit excipienda; & quid in casu hæresis? Et notatur, quod Episcopus potest subditos impeditos ab excommunicatione Papali absolvere, sive occulta, sive publica excommunicatio sit, non audita confessione sacramentali, & subditus sic absolutus à censura, potest deinde à quocumque Confessario absolvi à culpa? & hoc sive Episcopus intra Diœcesim, vel extra, sive subditi sint absentes; sive intra, sive extra Diœcesim. Et an impeditus adire Romam pro absolutione casus Papalis, si sit etiam impeditus adire Episcopum, possit à Parrocho, vel ab alio quolibet Confessario absolvi? Et an impeditus adire Episcopum pro suis casibus reservatis, possit absolvi à quocumque Confessario exposito cum obligatione comparendi coram Episcopo, &c. Et an Pœnitentiarius Ecclesiæ Cathedralis possit absolvere ab omnibus casibus reservatis ab Episcopo? Et an ubi grassatur pestis debeant Episcopi omnes suos casus reservatos, & omnem suam authoritatem concedere omnibus Confessariis approbatis, &c. Ex p. 9. tr. 7. ex ref. 9. 10. 11. & 12. & in tractat. 8. ex resolut. 11. & 12. *Quæ hic sunt* in tomo primo, tract. 5. de Reservatis resolut. 16. 17. 18. 12. 20. & 21.

An privilegia à Pontifice concessa, ut absolvamur à casibus Episcopo reservatis, intelligantur independenter ab ipso Episcopo? Et advertitur potestatem Episcopis reservandi peccata concessam esse illis à Summo Pontifice, & non à jure Divino. Et docetur, ut si Pontifex non potest penitus ab Episcopali Ordine potestatem reservandi casus tollere, potest tamen illam restringere, aut limitare tanquam Supremus Collator jurisdictionis, ideo, si Pontifex Episcoporum potestatem vellet restringere; & Episcopus vellet potestatem Parrochorum limitare, plusquam par est, restricta, & limitata erit. Et supponitur posse Episcopos pro suo Episcopatu casus reservare. Et docetur, quod casus reservati in aliqua Diœcesi, si committantur in Monasterio Regularium, possint absolvi à quocumque in Monasterio ab Ordinario approbato. Idem est de statuto, vel sententia lata ab Episcopo, quod non incurritur censura, si violatur in locis exemptis. Ex part. 10. tract. 12. ex resol. 18. & in tractat. 14. ex resol. 9. alias 7. *Quæ hic reperiuntur* in tom. 1. tractat. 5. de Reservatis resolut. 22. & 51.

An quando Pœnitentia imposita à Dataria pro aliquo impedimento matrimonij dirimente impleri non potest, quæritur, an possit commutari ab Episcopo, & contrahentes virtute dispensationis matrimonium inire? Ex part. 7. tract. 10. ex resolut. 9. *Quæ nunc invenietur* in tom. 1. tractu sexto de Satisfactione Sacramentali resolutione quinquagesima octava.

An Episcopus, si peccet mortaliter, teneatur hanc circunstantiam Episcopatus in confessione explicare? Et quid, si fornicatio Episcopi admissa ita publica sit, ut scandalum pareret? Et an concubitus viri Christiani cum muliere infideli, Turca, vel hæretica sit circunstantia in confessione aperienda, maximè, si prædictus casus sit ab Episcopo reservatus? Ex part. 1. tract. 7. ex resolut. 6. & in part. 10. tract. 11. ex resolut. 12. & in part. 3. tract. 4. ex resolution. 137. alias 138. *Quæ hic reperientur* in tomo primo, tractatu 7. de Circunstantiis resolut. 72. 74. & 126.

Quidam Confessarius extra confessionem loquutus est cum pœnitente de peccatis confessis, qui eum apud Episcopum accusavit, quæsivit tunc à me Antistes ille, an talis Confessarius tanquam fractor Sigilli confessionis puniendus esset? Ex p. 5. tr. 11. ex resol. 6. *Quæ hic est* in tom. 1. tr. 8. de Sigillo Confessionis ref. 58.

An Episcopi vigore Concilij Tridentini possint reducere Missas in fundatione appositas? Et an possint Episcopi Missas quæ post Concilium Tridentinum relictæ fuerint ad minorem summam redigere? Et an in prohibitione moderandi Missas factæ Episcopis in Decreto de Celebratione Missarum comprehendatur etiam anniversaria? Et an reductio Missarum sit ab Episcopo facienda in Synodo? Et an quando stipendium Missæ fuerit ab Episcopo taxatum, si petens Missam non det stipendium integrum, & justum; an poterit Sacerdos ab uno, vel à diversis tot parva hujusmodi stipendia accipere, quæ justæ eleemosynæ æquivaleant; & unam tantum pro omnibus illis Missam offerre? Et an Episcopus possit ordinare, quod Sacerdotes non dicant Missam pro minori stipendio à lege taxato? Et an cum Sacerdotes ordinantur, & cum Episcopo consecrant, possit unusquisque applicare illud Sacrificium, cui voluerit? Et an Parrochus teneatur pro suis ovibus celebrare, & pro illis Missam applicare, & quoties si hoc non constet ex tabulis Ecclesiæ, vel ex præcepto Episcopi? Et an quia præceptum de jejunio ante celebrationem est juris communis, an inquam, possit Episcopus illud dispensare, & ut Sacerdos non jejunus celebret ad dandum Viaticum moribundo? Et an Episcopus possit compellere Capellanum, ut per seipsum celebret, si in fundatione positum sit, quod Capellani celebrent? Ex part. 2. tractat. 14 ex resolutione prima & secunda, & in part. 6. tractat. 7. ex resolut. 40. & in part. 2. tract. 14. ex resolut. 3. & in part. 6. tractat. 6. ex resolut. 10. & in part. 2. tract. 14. ex resolut. 7. 13. & 26. & in par. 5. tractat. 14. ex resolution. 112. & in tract. 3. resolut. 35. & in parte secunda, tract. 14. ex resolut. 18. *Quæ nunc invenientur* in tom. 2. tract. 1. de Celebratione Missarum resol. 1. 2. 6. 3. 7. 18. 31. 56. 35. 132. & 66.

An Missa incepta possit, superveniente Episcopo aliquo, iterum inchoari? Et an hoc fieri possit dicto Evangelio, imo usque ad oblationem exclusivè? Et an, quando Episcopus celebret Ordines sit licitum incipere Missam post Vesperas, aut Nonam, si actus Ordinis ante meridiem cæptus est? Et an licitum sit celebrare Missam in Altari, in quo Episcopus celebravit ea die absque ejus licentia? Et an Canon, & præceptum circa hoc non sit in usu, & consuetudine contraria sit abrogatum? Et an sit necessaria licentia Episcopi, si adsit, ut quis possit licitè celebrare ante auroram, & post meridiem pro dando Viaticum

ticum moribundo, &c Et cursim docetur, quod Episcopus licitè moderare Missas sicui Ecclesiæ sive ante, sive post Concilium Tridentinum relictas, nondum tamen sive ob tenuitatem eleemosynæ, sive ob aliam causam ab eadem Ecclesia acceptatas? Ex part. 10. tract. 12. ex ref. 11. 22. 24. & 26. & in tract. 16. ex ref. 65. Quæ hic sunt in tom 2. tract. 1. de Celebratione Missarum resol. 95. 108. 89. 103. & 13.

An Episcopus possit cogere Parochum, ut ministret necessaria Presbyteris volentibus celebrare in sua Parochia? Et quando Episcopus celebrat, & deficit, si non adsit alius Episcopus, qui perficiat Sacrificium possit alius Sacerdos supplere simplici, & ordinario modo, quæ desunt? Et quid, si adsit alius Episcopus, sed non est jejunus, & est simplex Sacerdos jejunus tamen? Ex p. 10. tr. 13. ex ref. 53. & 54. Quæ prima invenietur in tom. 2. tr. 2. de Communione resol. 101. secunda verò in prædicto tom. 2. tr. 1. ref. 250.

An necessitate Sacramenti, vel solum ex præcepto requiratur quod oleum Extremæ-Unctionis sit benedictum ab Episcopo? Ex p. 10. tract. 16. ex ref. 81. Quæ hic reperietur in tom. 2. tr. 4. de Extrema-Unctione ref. 1.

An sit semper necessaria professio uxoris in Religione, sive sit juvenis, ut possit vir ad Episcopatum promoveri? Et quid, si ad Cardinalatum? Et an aliquis Episcopus possit Ordines, aliàque Pontificalia exercere in loco exempto ex licentia Ordinarij illius loci nulla ab Episcopo, in cujus Diœcesim ille locus exemptus est, requisita licentia? Et quid est dicendum, si locus exemptus ad nullam Diœcesim pertineat? Ex p. 4. tr. 4. ex ref. 129. & in p. 9. tr. 8. ex ref. 29. Quæ hic sunt in tom. 2. tr. 5. de Sacramento Ordinis ref. 116. & 18.

Nota, quod in prædicto tom. 2. tr. 5. de Sacramento Ordinis, sunt quamplurimæ difficultates pro Episcopis, ut Ministris prædicti Sacramenti, pro quibus invenies 55. Resolutiones omnes consequutivas à Ref. 16. usque ad ref. 71. inclusivè, & aliquid in aliis Resolutionibus pro occurrentibus in supradicta ordinatione, & etiam specialiter ad ipsos Episcopos pertinens, & ad validitatem ordinationis, &c, signanter in ref. 4. 5. 7. 11. 12. 72. 75. 76. 77. 80. 86. 87. 88. 89. 90. 92. 94. 96. 97. 99. 100. 101. 105. 106. 108. 110. 112. & 114.

An cum licentia Episcopi, & interveniente causa possit contrahi matrimonium ante legitimam ætatem? Et an saltem Vicarius Episcopi possit dispensare ne ex justa causa denunciationes ad matrimonium efficiantur? Et an si Parochus ab Episcopo prohibitus sit assistere matrimonio, aut licentiam conferre, si id efficiat, quamvis peccet, an validè tamen efficiat? Et an statuere impedimenta matrimonij non ad Episcopum, sed ad Papam spectet? Et an si uterque conjux scienter contraxerit cum impedimento dirimente, si ad Pontificem non pateat aditus, & accessus ex inopia, vel ex alia justa causa impediente; an possit Episcopus in dicto impedimento dispensare? Et quid, si unus conjux post matrimonium contractum bona fide, sciat adesse impedimentum matrimonium dirimens? Et an, quando uterque conjux ex communi consensu castitatem vovit, possit propter periculum incontinentiæ Episcopus dispensare, ut petant, & reddant debitum? Et an pertineat ad Episcopum despicere, utrum uxor extra periculum incontinentiæ existat, ut vir possit Religionem ingredi? Et an Episcopus possit dispensare in voto Castitatis emisso post contractum matrimonium ante consummationem. Ex p. 3. tr. 4. ex ref. 275. 236. & 237. alias 276. 237. & 238. & in p. 5. tr. 9. ex ref. 79. & in p. 4. tr. 9 ex ref. 85. 48. 125. & 73. Quæ nunc invenientur in tom. 2. tr 6. de Matrimonio ref. 55. 67. 68. 85. 95. 176. 219. & 222.

An si Episcopus non solum intgredicat Parocho, ne alicui matrimonio assistat, sed etiam addat clausulam irritantem tale matrimonium ipso facto, si aliter factum fuerit; an hoc non obstante, si matrimonio Parochus assistat, sit validum tale matrimonium; ex quo infertur, an Episcopus possit prohibere Parocho, ne absolvat ab aliquo peccato, & irritare secus factum? Et quid est dicendum, si Episcopus Sacerdoti potestatem habenti audiendi confessiones, præcipiat ne audiat confessiones fœminarum? an per illam simplicem prohibitionem, si confessiones fœminarum audiat, validæ sint tales confessiones? Ex part. 10. tract. 13. ex ref. 23. Quæ hic reperietur in tom. 2. tr. 6. de Matrimonio ref. 70.

An Episcopi possint prohibere, ne matrimonia domi contrahantur. Ex part. 3. tract. 4. ex resolut. 278. alias 279. Quæ hic est in tomo secundo, tractat. 6. de Matrimonio resol. 111.

An si Episcopus moriatur postquam contulit Sacerdoti potestatem consecrandi, antequam illi manus imponat, verè maneat integrè Ordinatus, & possit à peccatis absolvere? Et an verò ex divina institutione, vel ex solo præcepto Ecclesiæ oriatur, ut Episcopus non possit in sua Diœcesi concedere facultatem simplici Sacerdoti ad ministrandum Sacramentum Confirmationis? Et an possit Pontifex indirectè efficere, ut nullus Episcopus Sacramentum Confirmationis conferat; sed nequit facere ut illud non valeat, si conferat? Et quando Sacerdos excipit Episcopi confessionem, undè habeat jurisdictionem? Et an Episcopus ordinans in Episcopum infantem ante usum rationis, validè illum ordinet? Et an Pontifex in consecratione Episcopi possit dispensare, ut tantum adsit unus Episcopus? Et an ad valorem Ordinationis Episcopi requiratur, ut fiat à tribus Episcopis? Et an Pontifex solo verbo possit quem in Episcopum creare? Et an Papa possit tollere ab Episcopo facultatem validè Ordinandi? Et an Episcopus hæreticus, schismaticus, aut degradatus validè possit Ordines conferre? Et an Episcopus non possit non Episcopo committere potestatem conferendi Ordines, etiam minores, si quæ committat, nihil faciet? Et an Episcopus in casu valde raro possit dissolvere matrimonium ratum, & non consummatum? Et explanatur, quod non potest Episcopus dispensare in aliquo eventu in professione solemni Religiosorum? Et an Episcopus possit in sua Diœcesi, quidquid Papa licitum est in tota Ecclesia, nisi ab eo prohibeatur? Et an Episcopus possit delegare totam suam Jurisdictionem in foro Pœnitentiæ pro tota sua Diœcesi, etiam repugnantibus Parochis, ut potest Papa, etiam repugnantibus Episcopis pro tota Ecclesia? Ex p. 8. tr. 1. ex ref. 4. 5. 7. 11. 85. 31. 32. 28. 41. 33. & 64. & in tract 3. ref. 97. & iterum in tract. 1. resol. 55. Quæ nunc invenientur supra in tom. 3. tract. 1. de Potestate Pontificis resol. 12. 13. 15. 19. 38. 61. 62 63. 65. 68. 98. 95. & 35.

An Episcopus possit reservare peccata venialia? Et an possit reservare peccata mortalia interna? Et an possit Pontifex tollere potestatem Episcopis circa Sacramentalia; & ideo possit Pontifex ab Episcopo tollere, & auferre potestatem conferendi Subdiaconatum, & minores Ordines, ex eo, quod minores Ordines, & Subdiaconatus sint solum Sacramentalia, & non Sacramenta? Et an sicut jus integrum est Summo Pontifici in universa Ecclesia statuere impedimenta matrimonium dirimentia, ita Episcopis in suis Diœcesibus? Ex part. 8. tractat. 1. ex resolut. 52. 53. 29. & 76. Quæ hic sunt supra in tractatu 1. hujus tom. 3. de Potestate Pontificis ref. 31. 32. 64. & 88.

Nota quod supra in hoc ipsomet tom. 3. tract. 2. de Dispensationibus sunt quamplurimæ difficultates, & diversæ quæstiones mistæ pro dispensatione Episcoporum, ideo si ita casus mistus occurrerit, prope est tract. in hoc ipsomet tomo require illum ibi, & hic tibi non assignamus numeros Resolutionum in quibus illum invenire possis, ut ita omnes quæstiones præcisti tractatus legas, & non te pigebit.

An Episcopus possit reservare excommunicationem minorem? Et notatur, quod Episcopus, qui consecratur celebrat cum Episcopo consecrante. Etiamque docetur

nullum esse jus divinum prohibens matrimonium, vel usum ejus Episcopis, atque adeo non esse in illis de jure divino continentiam perpetuam, tametsi ea sit quid juri divino maxime consentaneum. Et an Pontifex possit transferre Episcopum ex una Ecclesia ad aliam ob pinguiores reditus, & quonam jure sit prohibita translatio Episcopi ex una ad alteram Ecclesiam, an jure divino, an Ecclesiastico? Et cur Pontifex hoc matrimonium spirituale per Consecrationem consummatum magis dissolvere possit, quam carnale consummatum? Et in textu hujus Resolutionis apponuntur causæ ad hoc faciendum. Et cursim infertur posse Episcopum cogere Parochum dignissimum, ut se opponat Concursui alicujus beneficij Curati, aut Canonicatus Magistralis. Ex Part. 8. tract. 1. ex res. 52. 44. & 72. & in p. 11. tr. 4. ex res. 40. *Quæ hic reperientur supra in hoc ipsomet* tom. 3. in tr. 1. de Potestate Pontificis res. 31. 48. 77. & 180.

An quando Episcopus possit dispensare in casibus Pontificis, quando non est facilis recursus ad Papam, possit prædictam facultatem delegare in supradictis casibus? Et an Vicarius Episcopi possit esse non Doctor? Et an Vicarius Episcopi electi, & confirmati à Papa, nondum tamen consecrati possit cognoscere de causis delegatis Vicario generali Episcopi, & exequi dispensationes in matrimonij impedimentis, & literas in formam dignum, &c. Et an Capitulum, Sede vacante, non succedat in provisione beneficiorum ad Episcopum spectantia? Et alij diversi casus circa hoc in sequentibus Resolutionibus hic assignandis invenientur. Et an Episcopus superveniens possit visitare Capitulum, Sede vacante? Et an Episcopus superveniens possit sindicare vicarium cap. Sede vacante? Ex p. 8. tr. 4. ex res. 9. & 56. & in p. 5. tr. 14. ex res. 29. & in p. 8. tr. 4. ex res. 52. 25. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 40. & 15. *Quæ hic sunt infra* in tr. 5. de Capitulo Sede vacante res. 14. 65. 77. 47. 50. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. & 81.

An sit probabile, cum Episcopus ordinandis injungit aliquos Psalmos, & Litanias recitare, nolle sub gravi culpa obligare, sed ex quadam honestate, & decentia tantum? Ex part. 4. tract. 4. ex res. 218. *Quæ hic est infra* in tr. 6. de Horis Canonicis res. 23.

An Sacerdos obligatus dicere Missam in Altari privilegiato possit compelli ab Episcopo, ut ipsemet celebret? Ex p. 9. tr. 2. ex res. 14. *Quæ nunc invenientur* in tom. 4. tr. 1. de Altaribus privilegiatis, res. 21.

Nota, quod in prædicto tom. 4. tract. 2. *de Oratoriis privatis sunt multæ quæstiones omnes mistæ pro audienda, & celebranda Missa in Oratoriis privatis Episcoporum sut Palatij, ruris, &c. & circa approbationem Oratorij privati alicujus Sæcularis ab Episcopo faciendam, & etiam pro Oratoriis Episcoporum titularium, quos curiosos casus ibidem invenies* à res. 2. usque ad res. 9. inclusivè, & in resol. 12. 13. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 28. 31. 38. 44. & 52.

An suspensio lata à Pio II. extendatur ad Episcopos ordinatos ante legitimam ætatem? Ex part. 5. tract. 10. ex res. 53. *Quæ hic reperientur* in tom. 4. tract. 3. de Bulla Cruciatæ res. 128.

Nota, quod in prædicto tom. 4. & tr. 3. de Bulla Cruciatæ, *sunt quamplurimæ quæstiones pro diversis difficultatibus, in quibus cursim dicitur.* Et an super hoc possit Episcopus dispensare, absolvere, & commutare? *Et adverte, quod inde non sunt casus misti pro Episcopis, & Bulla Cruciatæ, sed pertinentes ad Episcopos specialiter, & an Episcopus possit concedere Bullam Compositionis per totam suam Diœcesim, & alij diversi misti casus, quos ibidem invenies* in res. 7. 17. 19. 20. 21. 26. 80. 82. 84. 89. 90. 93. 94. 96. 97. 98. 99. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 120. 123. 136. & 174.

An Episcopus possit commutare votum Religionis, vel Castitatis, quando non est tota materia voti? Et an postquam votum Castitatis, aut Religionis fuit à Summo Pontifice commutatum in materiam non reservatam, v. g. in eleemosynas, in confessiones menstruas, &c. an possit Episcopus hanc materiam non reservatam commutare in aliam magetiam? Et in votis perpetuæ Castitatis, & Religionis exissis ex metu levi, in periculo mortis, in naufragio, aut pestis, &c. possit Episcopus dispensare? Et an juramenta pia Religionis, & perpetuæ Castitatis sint reservata Summo Pontifici, vel tantum Episcopis? Et an Confessarius virtute Jubilæi possit absolvere à casibus Episcopo reservatis? Et an hoc extendatur ad casus, & censuras reservatas ab Episcopo etiam post Jubilæi publicationem? Et quot Ecclesiæ in Jubilæo sunt visitandæ, si Episcopus deputaret plures Ecclesias, quam sunt à Papa rescriptæ in Urbe? Et quid, si pauciores, aut unam tantum deputaret? Ex p. 5. tr. 12. ex resol. 61. 62. 60. & 56. aliàs 60. 61. 59. & 55. & in part. 3. tract. 4. ex res. 148. alias 149. *Quæ nunc invenientur* in tom. 4. tr. 4. de Jubilæo res. 16. 17. 18. 69. & 21.

An Episcopus habens facultatem concedendi plenariam Indulgentiam morientibus, cum hoc tamen, ut interdiu id faciat per seipsum, alias potens talem facultatem subdelegare pro tempore noctis, possit sic subdelegare si interdiu vocetur ad morientem, & tunc nolit, aut non possit per se id facere, facta tamen subdelegatione pro tempore noctis? Et an peregrini gaudeant Indulgentiis Episcoporum de quibus plura? Idem est de Regularibus exemptis. Et asseritur posse Episcopum quadraginta dies Indulgentiæ concedere. Nomine autem Episcopi, etiam Archiepiscopi in præsenti intelligitur, qui in tota sua Provincia eos quadraginta dies potest concedere, quamvis eam non visitet; & in sua Diœcesi octoginta dies concedere valet; & si plures dies concedit, valida concessio erit Indulgentiæ, & in dedicatione Ecclesiæ unum annum concedere potest; sed nequeunt plures Episcopi ad Ecclesiæ consecrationem concurrentes plus concedere, quam unus. Nec Successor Episcopi potest illas dies Indulgentiæ concedere propter eamdem causam, propter quam Antecessor quadraginta dies jam concessit. Potest verò quivis eos dies propter diversas causas sæpius concedere, Et tandem quæritur, an possit Successor illos revocare? Et an Imago translata extra Diœcesim, ad quam Episcopus 40. dies Indulgentiarum contulit orantibus, portet illam Indulgentiæ collationem? Ex part. 10. tract. 16. ex res. 5. & in p. 11. tract. 8. ex res. 24. & in p. 10. tr. 16 ex res. 2. *Quæ hic reperientur* in tom. 4. tr. 5. de Indulgentiis res. 5. 29. & 30.

An in hoc anno sequenti 1632. cum Vigilia S. Mathiæ veniat in ultimo die Bacchanalium, possit Episcopus transferre tale jejunium in Sabbathum præcedens? Et an jejunium indictum ab Episcopo pro certa die, & fixa lege, & constitutione obliget Regulares, etiam si in Synodo sit indictum? Et an Episcopi possint punire peregrinos, jejunia, dies festos, & alias constitutiones, & consuetudines non observantes? Idem est de viatoribus, advenis, & vagis? Et an dispensatus edendi carnes in die jejuni possit simul comedere pisces, si ab Episcopo fuerit hoc prohibitum sub pœna excommunicationis? Et an tempore pestis possit Episcopus dispensare, ut in sua Civitate carnes comedantur in diebus quadragesimalibus? Et an cum omnibus in domo reclusis propter suspicionem pestis possit Episcopus dispensare in auditione Missæ in diebus festivis, vel quid est agendum in prædicto casu? Et an dispensatio Episcopi in jejunio absque causa facta non solum sit illicita, sed invalida; ideo peccet mortaliter Episcopus dispensando sine causa? Et an Episcopus possit abrogare legem localem jejunij latam à Concilio Provinciali? Et an saltem possit eam dispensare? Et an possit Episcopus abrogare legem jejunij latam in Synodo Diœcesana, & à fortiori cum aliquibus dispensare, etiam validè, non autem licitè, quamvis hoc faciat sine causa? Et an in causa duby jejunij recurrendum sit ad Episcopum, ut dispenset? Ex part. 3. tr. 6. ex res. 66. & in p. 1. tr. 9. ex res. 36. & in p. 9. tract. 7. ex res. 14. & in part. 1. tract. 9. ex res. 2. & in part. 9. tr. 6. ex resol. 11. & in part. 10. tract. 14. ex resol. 5. aliàs 3. &

& in tr. 13. ex resol. 27. *Quæ hic sunt* in tom. 4. tract. 6. de Jejunio resol. 37. 40. 41. 46. 47. 69. & 4.

Quænam quantitas dicatur notabilis, ut illam expendens Episcopus in usus prophanos, peccet mortaliter? Et an Episcopus Regularis possit testari de patrimonialibus? Et de obligatione Episcoporum ad eleemosynas elargiendas etiam agitur. Et an Pontifex, si non licitè, saltem valè possit dispensare cum Episcopis, ut redditus Ecclesiasticos superfluos non expendant in usus pios? Et quo ordine Episcopi teneantur superflua bonorum Ecclesiasticorum erogare in opera pia? Et an, si inter executores testamenti est contentio super electione pauperum, res volvatur ad Episcopum, ut adhæreat uni executori; & an hoc intelligatur data paritate inter pauperes, non vero alios? Ex p. 7. tr. 11. ex resol. 36. & in part. 5. tract. 3. resol. 31. & 27. & in part. 4. tr. 4. ex resolut. 214. & in part. 8. tr. 7. ex 12. & in part. 7. tract. 10. ex resolut. 13. & in part. 10. tr. 11. ex resol. 35. & 36. *Quæ hic reperiuntur* in tom. 4. tr. 7. de Eleemosyna, resol. 25. 26. 25. 22. 24. 27. 20. & 21.

An Episcopus confirmatus ante consecrationem, & Sacerdotium possit concedere peccatorum condonationes, quas Indulgentias vocamus? Et an Episcopus possit potestatem concedendi Indulgentias delegare simplici Sacerdoti, vel cuicunque Clerico? Et docetur non posse Episcopum Indulgentias concedere pro defunctis. Et advertitur, quod largitio Indulgentiarum est actus jurisdictionis voluntariæ. Et an in loco exempto possit Episcopus concedere Indulgentias? Et notatur Episcopos præter Indulgentias unius anni in dedicatione Ecclesiæ, & pro dierum aliis temporibus non posse in foro Pœnitentiæ plures concedere. Et observatur, quod Episcopus etiam non consecratus, dummodo sit electus potest conferre beneficia. Et notatur, quod Episcopus non consecratus, sed electus, & confirmatus potest absolvere a juramento. Et an sola consecratio Episcopi, vel etiam si tantum sit electus, & confirmatus, tribuat ei privilegium Concilij Tridentini sess. 24. c. 6. de reformat. *circa absolutiones, dispensationes, &c. Et quid de Episcopis titularibus? Et an possint Episcopi uti hac facultate, ubi Concilium quoad totum non fuerit receptum? Et notatur posse Episcopum dispensare super irregularitate homicidij casualis, etiamsi sit publica. Et queritur, à quonam Episcopi habeant potestatem jurisdictionis?* Ex part. 12. tr. 1. ex res. 74. 103. 104. & 75. *Quæ hic sunt* in tom. 4. tract. 8. de consecratione Episcopi, resol. 74. 103. 104. & 75.

Nota, ubi non erat necessaria nota quod in prædicto tom. 4. tractatus 8. *est satis longus pro Consecratione Episcopi, & omnibus occurrentibus in ea, ideo super hoc ibi require, quidquid desiderare potes.*

An aliqua præcepta, & mandata Episcoporum sub pœna excommunicationis obligent semper ad mortale? Et an si Episcopus prohibeat furtum sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, furans incurrat excommunicationem, si invincibiliter istam legem ignoret? Et an cum his, qui in duello uno, aut altero die supervixerint, aut etiam una hora, & confessi sunt, possit Episcopus, si æquum judicaverit, dispensare, ut sepeliant eos in loco sacro; vel an possint in supradicto casu sepelire eos absque ulla Episcopi dispensatione? Et an ligentur excommunicatione accedentes ad monasteria Monialium Regularibus subjecta, si statutum Episcopi inferat censuras contra accedentes ad Monasteria Monialium? Et an non incurrunt in censuram latam per modum statuti contra loquentes cum Monialibus, nam alloquutio fit in loco exempto? Et an cessante excommunicatione Papali super aliquo casu, cesset etiam Episcopalis super eodem casu? Et an Inquisitores possint excommunicare Episcopos, & è contra? Et an Episcopi possint intrare Monasteria Monialium, in aliquo casu electionis Abbatissæ, vel Priorissæ? Et an Episcopi possint excommunicare Reges, & eorum Consiliarios? Et an Episcopi possint excommunicare subditum committentem delictum in Monasterium Regularium existentium in sua Diœcesi? Et an Episcopus possit citare & excommunicare subditum existentem in aliena Diœcesi? Et quid, si delictum est inchoatum in proprio territorio, & consummatum in alieno? Et quid, si res sit adeo manifesta, ut non requiratur cognitio causæ; & alij casus circa supradicta pertractantur? Et an Episcopus possit excommunicare subditum alienum? Et an præsentatio facta à Patrono laico excommunicato sit valida, & teneatur Episcopus eum acceptare, & admittere? Ex part. 5. tr. 9. ex res. 21. & in p. 2. tr. 6. ex res. 41. & in p. 5. tr. 3. ex res. 141. & in tract. 9. ex res. 71. 70. & 51. & in p. 3. tr. 2. ex res. 67. & in p. 5. tr. 9. ex res. 66. 32. 37. 33. 35. & 36. & in p. 3. tr. 5. ex res. 74. & in tract. 8. ex res. 78. *Quæ nunc invenientur* in tom. 5. tr. 1. de Excommunicatione res. 12. 32. 67. 85. 94. 95. 91. 97. 101. 102. 103. 104. 105. 99. & 100.

An contra incendiarios sit lata aliqua censura, vel an sint ab Episcopo excommunicandi; & si postea denuntientur, an tunc talis excommunicatio sit Papæ reservata? Et an dictam excommunicationem sufficiat fieri edicto generali, vel sit necessario facienda ab Episcopo, expressis nominibus incendiariorum? Et difficultas adhuc superest, an Episcopi teneantur sub aliqua pœna contra incendiarios excommunicationem ferre? Et an sit licitum obtinere beneficium animo resignandi illud? Ex p. 9. tr. 8. ex res. 10. & in tract. 7. ex resol. 53. aliàs 52. *Quæ hic reperiuntur* in tom. 5. tract. 1. de Excommunicatione, resolut. 96. & 176.

Nota, quod in prædicto tom. 5. & tract. 1. de Excommunicatione *sunt aliæ multæ quæstiones pro excommunicatis, qui in excommunicatione majori, vel minori accipiunt collationem, & possessionem beneficij, & pensionis; vel faciunt beneficij resignationem; & pro Collatore, Electore, & Patrono excommunicato, qui in prædicta excommunicatione faciunt collationem, præsentationem, electionem, & nominationem, vel recipiunt resignationem alicujus beneficij. De quibus omnibus aliquid agitur in fine hujus principalis tractatus de Episcopis; quas difficultates ubi consequutivas invenies à res. 166. usque ad res. 180. inclusive* præcitati tract. 1. de Excommunicatione, tom. 5.

An Episcopus possit absolvere ab excommunicatione reservata Patæ, quando delictum est occultum, vel quando excommunicatio est publica, sed excommunicatus non potest recurrere ad Papam; & explanantur, quæ sint justa impedimenta? Et an qui absolutus est ab Episcopo, teneatur postea, cessante impedimento, se præsentare per se, vel per Procuratorem? Et an Episcopus reservando aliquam excommunicationem, & ejus absolutionem Summo Pontifici, possit, hoc non obstante? Metropolitanus in casibus sibi permissis eam elargiri? Et an excommunicatus ab uno Episcopo possit ab alio absolvi, etiamsi mutaverit domicilium, vel sit absolvendus ab Episcopo, cui tunc subditus erat? Et an, qui dum versabatur in alieno Episcopatu fuit excommunicatus, rediens in patriam possit absolvi à proprio Episcopo? Et an, qui in articulo mortis fuit absolutus à censuris reservatis ab Episcopo ex vi alicujus Bullæ, vel Jubilæi, vel à delegatis prædictorum, non teneatur, si convaluerit se præsentare, &c? Et an qui impediti sunt, adire queant Nuntium, aut Legatum Pontificis, possint absolvi ab Episcopo? Et docetur, quod si impeditus nequeat Episcopum adire, possit cum onere se præsentandi à Parocho absolvi; eoque deficiente ab alio Confessario. Et an si impedimentum sit brevis temporis, tunc non possit ita impeditus absolvi ab Episcopo ab excommunicatione Papæ reservata? Et quid si ignoratur, quandiu duraturum esse impedimentum? Ex p. 5. tract. 9. ex res. 6. & in p. 4. tr. 4. ex res. 58. & in p. 3. tract. 4. ex res. 157. aliàs 158. & in part. 5. tract. 9. ex res. 8. & 9. & in tract. 14. ex res. 59. & in p. 11. tr. 8. ex res. 1. *Quæ hic sunt* in tom. 5. tr. 1. de Excommunicatione, res. 196. 197. 198. 199. 200. 60. & 195.

Nota, quod in prædicto tom. 5. tr. 2. de Censura ob percussionem Clerici, & de ejus absolutione, *sunt multæ difficul-*

tates pro Episcopis, & explanatur in quibus casibus possint Episcopi à prædicta censura absolvere quos curiosos invenies signanter ibid. in resol. 3. & à resol. 64. usque ad resol. 73. inclusive, & in resol. 77.

Advertè etiam, quod in tom. 5. tract. 3. de Suspensione, *sunt etiam multæ quæstiones pro Suspensione ipsius Episcopi, & pro tollenda aliorum Suspensione per Episcopum in multis, & diversis casibus, quos ibi reperies* in resol. 9. 20. 22. 23. 24. 25. 26. 31. 32. 34. 36. 44. 45. 49. 53. 56. 58. & 60. *Ubi etiam quæritur, an Episcopatus sit Ordo;* ibi in resol. 22. *Et an venatio sit licita Episcopis?* ibid. in resol. 64.

An Episcopus possit suspendere interdictum? Et de pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ apposita ab Urbano VIII. in Bulla contra Episcopos, & alios non residentes agitur. Et clarè, & breviter explicatur, quid importet dicta pœna. Et in prædicto casu quæritur, si quis Episcopus, vel alius interdictus celebrat in Ecclesia, an fiat irregularis? Et quid, si tantum audiat Officia divina? Et an Episcopus interdictus ab ingressu Ecclesiæ possit intra illam recipere Sacramenta? Et an in Ecclesia possit exercere actum jurisdictionis pro foro interiori? Et inter alia, alij decem casus cursim adnotantur, in quibus Episcopis interdicitur ingressus Ecclesiæ. Ex part. 5. tract. 10. ex resol. 70. alias 69. & in part. 10. tract. 13. ex resol. 2. *Quæ nunc invenientur* in tom. 5. tractat. 4. de Interdicto resol. 22. & 15.

Nota quod in tom. 5. tract. 5. de Irregularitate, *sunt plures difficultates omnes mistæ pro irregularitate incursa, vel incurrenda ab ipsomet Episcopo; & pro dispensatione irregularitatum, quam Episcopus concedere potest in multis, & diversis casibus; & pro collatione beneficij, & pensionis facta irregulari, quos casus ita mistos ibi invenies* in resol. 10. 11. 15. 17. 22. 26. 50. 54. 57. 62. 68. 80. 113. 60. 88. 138. 139. 140. 141. & 142.

An Episcopi hodie possint dispensare in irregularitate contracta ex Abortu?

Quam, & alias diversas quæstiones circa dispensationem irregularitatis, & absolutionem excommunicationis ab Episcopo faciendas pro diversis casibus abortus reperies in tom. 5. tr. 6. de Abortu in resol. 9. 6. 26. & 29. & ex consequentiis in multis aliis.

An emens Vicariatum Episcopi teneatur resignare, & Episcopus pretium restituere, velut Symoniace receptum? Et an servire Episcopo intentione, ut conferat beneficium, non tanquam pretium servitij, sed ex gratia & benevolentia causata ex servitio, non sit Symonia? Et an Cancellarius Episcopi possit sumere aliquid ratione laboris pro licentia audiendi confessiones, & prædicandi? Et an Superior sufficiens ad permutationem beneficij sit Episcopus, ad quem collatio beneficij, aut institutio spectat? Idem est de quocumque alio Collatore Ex part. 4. tr. 4. ex resolut. 167. 151. & 168. & in part. 5. tract. 13. ex resol. 70. & in part. 10. tract. 16. ex resol. 17. alias 16. *Quæ nunc invenientur* in tom. 5. tract. 7. de Symonia resolut. 9. 22. 23. 45. & 33.

Nota, quod in prædicto tom. 5. & tract. 7. de Symonia, *sunt multæ quæstiones circa Symoniam in Collatione, receptione, & resignatione beneficij; & pro redemptione vexationis ad illud obtinendum, quæ omnia pertinere possunt ad Episcopum pro Collatione, provisione, &c. prædictorum, & de quibus etiam agitur in fine hujus principalis tractatus, quas difficultates* ibidem *reperies* à resol. 38. usque ad resolut. 43. inclusivè, *& lege etiam* à resol. 28. usque ad res. 33.

An Episcopus possit virtute Concilij Tridentini sess. 24. c. 6. *dispensare in inhabilitate occulta Symoniæ ad alia beneficia? Et an si in statuto Episcopi caveatur, quod ludens ad hazardum sit excommunicatus, ludens cum Episcopo, qui statutum edidit, an sit excommunicatus, etiam si Episcopus non incidat in pœnas statuti?* Ex part. 11. tract. 5. ex resol. 18. & in part. 10. tract. 16. ex res. 16. alias 15. *Quæ hic sunt* in tom. 5. tract. 7. de Symonia, resol. 17. & 1.

An Episcopus possit committere alicui absolutionem ab hæresi saltem in casu particulari, & speciali? Et an Hæreticus occultus possit absolvi in absentia ab Episcopo, si ipsum adire non possit? Et an hodie Episcopi possint absolvere ab occulta hæresi? Et an dictam absolutionem possit Episcopus impartiri extra Sacramentum Confessionis, & in absentia, & hoc etiam si talis subditus sit extra Diœcesim; vel an Episcopi nullo modo hanc absolutionem ab hæresi committere alteri personæ possint? Et an saltem per Bullam Cœnæ sit Episcopis revocata facultas absolvendi ab hæresi, & aliis casibus in ea contentis? Et si Episcopus nolens sequi opinionem affirmativam, & nolens absolvere Hæreticum occultum, quid est faciendum? Et an potestas dispensandi in irregularitate ex occulta hæresi proveniente adempta sit Episcopis per Bullam Cœnæ? Ex p. 3. tr. 6. ex res. 92. & in p. 1. tr. 5. ex res. 2. & in p. 4. tr. 4. ex res. 239. & in p. 5. tr. 13. ex res. 43. & in p. 1. tr. 4. ex res. 4. & in p. 7. tr. 2. ex res. 23. & in p. 1. tr. 5. res. 3. & in p. 5. tr. 12. ex res. 35. & in p. 8. tract. 7. ex res. 67. & in p. 1. tr. 5. ex res. 7. & in p. 6. tract. 7. ex res. 63. & in p. 8. tr. 7. ex res. 50. *Quæ nunc invenientur* in tom. 5. tr. 8. de Hæresi, & ejus absolutione res. 14. 15. 16. 18. 21. 17. 19. 30. 31. 32. 36. & 37.

An si gravamen sit illatum ab Episcopo, possint laici appellare ad Metropolitanum, an autem exempti? Et an Inquisitores possint procedere contra Episcopos? Et quid si Episcopus sit titularis vel electus, & confirmatus, quamvis nondum consecratus? Et an Episcopus possit inquirere contra Inquisitorem de hæresi suspectum? Et an Inquisitores citando reum simul eodem tempore cum Episcopo, sint Episcopo præferendi? Et an Episcopi in recipiendis testibus contra Hæreticos teneantur adhibere duas personas Religiosas? Et an Inquisitores possint sine Episcopo proferre sententiam absolutoriam rei? Et an sit usu receptum Inquisitores judicare abjurationem, & purgationem sine Episcopo? Et an Episcopi possint remittere familiares suos, quando non gaudent privilegio fori; vel sæculares, quando non gaudent immunitate Ecclesiæ judici laico absque metu irregularitatis? Et an, si Inquisitor cogeret reum sine Episcopo ad abjurationem talis sic abjurans maneat subjectus pœna relapsi? Et quid è contra? Et an liceat Inquisitoribus suspectum de hæresi vehementer cogere ad abjurationem sine Episcopo? Et an Inquisitores per Bullam Sixti V. cognoscant de Sortilegiis omnibus privativè quoad Episcopos? Et an Inquisitores simul cum Episcopo in causis Hæreticorum contra lamias, & striges debeant procedere? Et an Episcopi possint legere libros Hæreticorum? Et an Episcopus per se, vel per suos Vicarios debeant assistere Inquisitoribus in causis Fidei? Et an Episcopi per se separatim ab Inquisitoribus possint cognoscere causas hæreticales? Et an in Hispania possint Episcopi citare, & capere reum pro causa hæreticali in aliquo territorio sine literis subsidialibus? Et advertitur ex Concilio Episcopos contra pronunciantes propositiones erroneas, temerarias, &c. procedere debere. Ex part. 4. tr. 8. ex res. 32. 21. 25. 47. 12. & 50. & in p. 4. tr. 2. ex res. 101. & in p. 4. tr. 5. ex res. 49. 119. 120. 46. 2. 7. & 94. *Quæ hic reperientur* in tom. 5. tr. 10. de Inquisitoribus res. 62. 11. 13. 34. 42. 59. 70. 100. 103. 110. 137. 3. 36. & 92.

An edicta Episcoporum non durent per totum annum, sed per duos, vel tres menses; unde si post hoc tempus transactum novit quis esse aliquem concubinarium non teneatur denunciare? Et an Episcopi possint cognoscere de crimine solicitationis, & hoc etiam separatim ab Inquisitoribus ubi adest Inquisitio Hispaniæ? Et quid dicendum de aliis Regnis? Et an Episcopi possint separatim ab Inquisitoribus proferre sententiam contra Confessarios solicitantes, & è contra, etiamsi sola abjuratio eis adjungatur? Et quid est dicendum de sententia absolutoria, an possit dari ab Episcopo sine Inquisitoribus? Et an Inquisitores possint animadvertere in solicita

sollicitationem præteritam, si jam præjudicata fuerit ab Episcopo? Ex part. 4. tract. 5. ex resolut. 27. & in part. 1. tract. 4. ex resolut. 29. & in part. 4. tract. 5. ex resol. 52. 53. & 54. *Quæ hic sunt* in tom. 5. tract. 9. de Denunciationibus resol. 20. 95. 96. 97. & 98.

An Inquisitores possint inferre torturam sine Episcopo, & alias ad hoc subdelegare? Ex part. 4. tract. 6. resolut. 17. *Quæ nunc invenientur* in tom. 5. tr. 11. de Tortura S. Inquisitionis resol. etiam 17.

An Inquisitores sine Episcopo possint reconciliare eos, qui vulgò dicuntur Renegati. *Si sponte ad eos veniunt, & pœnitentiam postulant? De blasphemis hæreticaliter, an debeant cognoscere Inquisitores cumulativè cum judice Ecclesiastico, & laico, itaut possit dari locus præventionis; vel an soli Inquisitores debeant animadvertere? Et an in imponendis pœnis, quando discrepant Inquisitores, & Ordinarij, quid est faciendum?* Ex part. 4. tract. 7. ex resol. 3. 8. & 37. *Quæ nunc invenientur* in tom. 5. tract. 12. de Pœnis Sanctæ Inquisitionis resolut. etiam 3. 8. & 37.

An Archiepiscopus, vel Episcopus possint dispensare, vel revocare leges in Concilio Provinciali latas? Et an prædicti teneantur legibus, & decretis Synodi Provincialis, etiam quoad vim coactivam, itaut incurrant censuras, & alias pœnas impositas contra transgressores earum legum? Et an Episcopi in suis Diœcesibus teneantur leges Pontificias publicari, & observari facere? Et an Episcopi, qui hoc tempore vivunt, & quorum antecessores non receperunt Concilium Tridentinum, aut Bullam Cœnæ Domini liberi sint in conscientia, & multò magis eorum subditi? Et an Regulares teneantur observare Leges Synodales Episcoporum? Et an sint multi casus, in quibus Religiosi etiam exempti teneantur legibus, & sententiis Episcoporum? Ex p. 9. tr. 6. ex res. 39. alias 40. & in p. 4. tr. 4. ex res. 127. & ex p. 6. tr. 6. ex res. 38. & in p. 1. tr. 10. ex res. 5. & 11. *Quæ hic reperientur* in tom. 6. tr. 1. de Legibus res. 17. 14. 15. 16. & 44.

Asseritur expositos pro legitimis esse habendos ad Ordines & beneficia, neque ulla Pontificis, aut Episcopi dispensatione indigere. Et quæritur, an Regulæ Cancellariæ non sint propriæ leges; ideò existirent, mortuo Pontifice, donec à Successore confirmentur, itaut Episcopi, & Ordinarij possint liberè conferre beneficia vacantia etiam in mensibus Pontifici reservatis? Et an cum pro eligendis Episcopis trigesimus annus requiratur, & quæritur, an debeat esse completus? Et an verò in Gallia ex concordatis inter Leonem, & Regem Galliæ sufficiat, ut Episcopus rectè eligi possit, qui in 27. annum constitutus sit? Et in Ecclesiis Cathedralibus solent extare sedilia, & scamna laicorum sæcularium pro audiendis concionibus, quæritur, an Episcopi possint amplius illa non admittere, & ideò removere, vel alia eorum loco apponere, laicis invitis? Et quid de Sedili jure Patronatus? Et quid de jure Sepulchri? Et an Episcopi possint concedere leges Ecclesiasticas in sua Diœcesi? Et an hanc potestatem condendi leges habeant immediatè à Christo, an verò à Pontifice? Ex quibus infertur, à quo jure Episcopi sint Superiores Sacerdotibus? Et quo ad jurisdictionem? Et an Episcopus egeat consensu Capituli, Clerici, aut populi, ut ferat leges? Ex part. 10. tract. 16. ex res. 96. & in tract. 15. ex res. 7. & in tract. 16. ex resol. 86. & 64. & in p. 11. tr. 3. res. 23. *Quæ hic sunt* in tom. 6. tr. 1. de Legibus res. 32. 31. 127. 128. & 18.

An Episcopus, sicut potest tollere legem, ita & tollere consuetudinem suæ Diœcesis propriam? Ex p. 6. tr. 5. ex res. 25. *Quæ nunc invenietur* in tom. 6. tract. 2. de consuetudine res. 32.

An redditus Cancellariæ Episcopalis locari non possint, sed debeant per proprios Episcopi Ministros exerceri? Ex p. 10. tr. 16. ex res. 51. *Quæ hic reperietur* in tom. 6. tr. 3. de contractibus res. 190.

An qui vovit non ludere sub pœna, ut non possit dispensari, nisi à Summo Pontifice, possit adhuc ab Episcopo absolvi? Et an votum, vel juramentum non ludendi possit ab Episcopo commutari in rem meliorem, vel æquiorem, & Deo gratam? Et an saltem Episcopi peccent ludendo ludis prohibitis? Ex part. 7. tract. 9. ex resolut. 59. & 55. *Quæ hic sunt* in tom. 6. tract. 4. de Ludo resolut. 69. 12. & 78.

An si pactum, & renunciatio cessionis bonorum firmetur juramento, possint debitores in tali casu petere ab Episcopo absolutionem à juramento? Ex part. 7. tract. 8. ex res. 15. *Quæ nunc invenietur* in tom. 6. tr. 5. de cessione bonorum res. etiam 15.

An Episcopi valide, & licitè possint donare? Et an consanguinei, vel alij recipientes ab Episcopis redditus, quos ipse tenentur in usus pios insumere peccent mortaliter, & sint obnoxij restitutioni? Et an donatio Episcopi Religiosi ad usus prophanos non solum sit illicita, sed etiam invalida? Et an donatio Episcopi intra viginti dies ante obitum sit valida? Ex part. 8. tract. 6. ex resolut. 13. & 14. & in part. 7. tract. 11. ex resolut. 39. & in part. 8. tr. 6. ex resol. 134. 132. & 88. & in p. 1. tr. 10. ex res. 43. *Quæ hic reperientur* in tom. 6. tr. 7. de donationibus res. 3. 4. §. 7. 9. 75. & 74.

Ad quem judicem pertineat executio testamentorum ad pias causas, & legata pia? Et an negligente intra annum hærede in adimplenda defuncti voluntate, executio testamenti tam ad pias causas, quam ad non pias devolvatur ad Episcopum? Et quæ sit judex competens, si agatur de publicatione testamenti Clerici, sive laici, sive de pia causa, sive de non pia? Et an Episcopi possint testari in fine mortis in usus non pios, si habeant licentiam dispendendi in quoscumque usus voluerint? Et an si relinquatur aliquid Episcopo à propinquo, præsumatur non esse relictum intuitu Ecclesiæ, sed personæ? Ex part. 7. tr. 6. ex res. 32. alias 31. & in part. 5. tr. 3. ex res. 125. & in part. 7. tract. 12. ex res. 11. *Quæ hic sunt* in tom. 6. tr. 8. de Testamentis res. 39. 91. & 49.

Nota, quod in prædicto tom. 6. tract. 9. de Executoribus Testamentorum, *sunt multæ Resolutiones & diversæ difficultates pertinentes etiam ad Episcopos, ut Executores testamentorum, & receptores rationum aliorum Executorum, & hæredum & ideò, si ita casus mistus occurrerit, require illum ibi* in res. 2. 9. 30. 41. 42. & à res. 45. usque ad resolut. 51. inclusivè, & in resolut. 54. 55. 56. 63. 64. 65. 66. 70. & 72.

An illegitimus dispensatus ad omnes, & quascumque dignitates, non censeatur dispensatus ad Episcopatum? Et an legitimatus per subsequens matrimonium possit eligi in Episcopum? Ex p. 10. tr. 9. ex res. unica. *Quæ hic reperietur* in tom. 7. tr. 1. de Regularibus res. 287.

Nota, quod in prædicto tom. 7. & tract. 1. de Regularibus, *sunt quam plurimæ quæstiones inter ipsos Episcopos, & Regulares, & etiam pro Monialibus, itaut ex illis tantum Author potuisset satis longum tractatum formare; ideò si casus ita mistus occurrerit, perquire illum in resolutionibus hic assignandis, & non in aliis præcitati tract. videlicet* in res. 11. 20. 21. 22. & à res. 25. usque ad resolut. 90. inclusivè, & in res. 92. 94. 96. 99. 100. 108. 127. 128. 129. 130. 177. 181. 187. 192. 196. 197. 200. 220. 246. 259. 264. 268. 269. 270. 271. 272. 278. & à res. 309. usque ad res. 317. 322. 323. 325. 328. 334. & à res. 342. usque ad res. 348. inclusivè.

An Episcopus teneatur aliquando sub peccato mortali corrigere peccata venialia? Et advertatur, quod quando Episcopi, & alij Superiores Ecclesiastici præcipiunt sub pœna excommunicationis ipso facto, ut scientes crimina intra certum tempus sibi revelent, semper intelligendum est, servato prius ordine correctionis fraternæ, alias non est eis obediendum; & si expressè præcipiunt contra hunc Ordinem, & ipsi peccabunt præcipientes, & obedientes, &c. Ex part. 7. tract. 3. ex res. 8. & 44. *Quæ nunc invenientur* in tom. 7. tract. 4. de correctione res. 21. & 51.

An Episcopus possit prohibere representationes sacras nullibi

posse

posse fieri absque ejus expressa licentia? Et an Episcopi sub peccato mortali teneantur consuetudinem mulierum incedendi multo pectore extirpare, & tales fœminas à Sacra Synaxi repellere? Ex p.4. tr.4. & res. 184. & in p.10. tr.12. ex res.30. Quæ hic reperientur in tom.7. tr.5. de Scandalo res. 25. & 11.

Verum Episcopi, & Ecclesiastici teneantur vocati accedere ad Parlamentum, itaut contra venientes possint expelli à Regno tanquam inobedientes mandatis Regis? Ex part.1. tr.3. ex res.23. Quæ hic est in tom.7. tract.6. de Parlamento res.14.

An liceat Episcopis esse Duces Supremos in aliquo exercitu terrestri, vel maritimo? Et an Episcopi sine licentia Summi Pontificis in aliquo casu possint bello assistere absque peccato? Et an Episcopis nondum in Sacris sit prohibitum præesse exercitibus? Et quid, si in Sacris constituti sunt? Et quid est dicendum de Episcopis Germaniæ temporalem jurisdictionem obtinentibus; an possint bellum indicere, Exercitum conscribere, Ducem belli præfigere, arma ad pugnandum Militibus dare? Et an quis impunè possit occidere, vulnerare, & expoliare Episcopum in bello militantem, ac proindè nullam incurrat pœnam, & excommunicationem, excepta irregularitate, si illum occidat, aut vulneret? Et docetur, quod abusus Episcoporum procedendi ad bella in Gallia ortum habuerit, & ex Cardinali Baronio probatur. Et defenduntur aliqui Episcopi Hispani, qui ad bella perrexerunt contra Cardinalem Baronium. Et contra Gratianum probatur posse Pontificem ex justa causa præbere licentiam, ut Episcopi præessent Exercitibus; sine qua, quando, & quo pacto irregularitatem incurrant, demonstratur. Ex p.6. tr.4. ex res.33. & 36. & in p.10. tr.2. ex res.2.3.4.5. & 6. Quæ nunc invenientur in tom.7. tr.7. de Bello res.54.61.52.53.55.56. & 57.

An in acceptatione personarum quoad beneficia conferenda detur parvitas materiæ? Ex part.5. tract.5. ex res.13. Quæ nunc invenietur in tom.8.tr.3. de parvitate materiæ res. 10.

An votum castitatis, vel non nubendi factum à proclivi in venerem valeat, & in tali casu possit Episcopus dispensare, quia tale votum alternativum est? Et quid, si votum non obliget præcisè ad materiam reservatam ex voventis electionis sed quia pars disjunctionis non reservatæ est impossibilis; potest ne in tali casu Episcopus dispensare? Et an votum, vel juramentum factum alicui Ecclesiæ, vel pauperi post ejus acceptationem possit Episcopus in melius commutare? Et an votum ingrediendi Religionem possit quis propria authoritate commutare in susceptionem Episcopatus? Et an Episcopus sine licentia Papæ possit transire ad Religionem? Et an qui ante Episcopatum fecit votum Religionis teneatur prius ingredi? Et quidam erat obstrictus voto Religionis, sed cum haberet sororem in gravi necessitate constitutam, quæsivit à me, an ex hac causa possit differre ingressum Religionis, & in supradicto casu Episcopus dispensare, quia non in substantia voti, sed in sola dilatione dispensat? Et an in casu magnæ necessitatis possit Episcopus dispensare in votum Religionis, aut Castitatis perpetuæ? Et an juramenta Castitatis, Religionis, Peregrinationis Jerosolymitanæ, &c. possint ab Episcopo dispensari? Ex part.4. tract.4. ex ref.102. & in part.6. tract 6. ex resol.61. & 62. & in tract.7. ex resol.54. & in part.10. tract.11. ex res.47. & in tract. 14. ex res.19. alias 17. Quæ hic reperientur in com.8. tr.4. de Voto, & Juramento, res.37.70.73.33.48. & 79.

An qui alterum infamavit falsum dicendo si sit Episcopus, teneatur jurare se falsum dixisse, si alia via commodiori fama restitui non possit? Ex part.3. tract.5. ex resol.29. Quæ hic est in tom.8. tract.7. de restitutione famæ, resolut. 62.

Nota, quod in prædicto tom.8. tract.7. de restitutione, sunt aliquæ difficultates, quæ largo modo pertinent ad hunc tr.3. de Episcopis, maximè quando Episcopus confert beneficia per concursum, & collationem in minus dignum suscipiendum per concursum, & collationem in minus dignum sustione, precibus, vi, vel fraude, aut blanditiis, quas ibi reperies, in res.48.49.50.51.53. & 54.

An Episcopus possit tenere Cymbalam piscatoriam pro ejus usu, familiæ Prædicatorum, hospitum, &c. & pisces, qui postea supersunt vendere? Et an Episcopi possint esse fidejussores? Ex part.11. tract.3. ex res. 10. & in tr.4. ex res.31. Quæ nunc invenientur in tom.6. tract.3. de contractibus res.187. & 189.

An violantes Immunitatem Ecclesiarum possint absolvi ab Episcopo; vel an talis excommunicatio sit reservata Papæ? Et an Palatia Episcoporum gaudeant Ecclesiæ Immunitate? Et quid, si existent ultra quadraginta passus ab Ecclesia? Et quid, si non habeant Oratorium, in quo Missa celebretur, vel Episcopus sit absens, aut mortuus? Et an Palatia Episcopi commorantis extra Diœcesim gaudeant prædictæ Immunitate? Et an Palatia Episcopi titularis gaudeant Immunitate? Et an si quis occidat Episcopum gaudeat Immunitate Ecclesiæ? Et an si constaret notoriè reum non gaudere Immunitate Ecclesiæ possit illum judex secularis extrahere ab Ecclesia sine licentia Episcopi? Et an Episcopo debeat certo constare de delicto in Bulla exceptuato, antequam tradat reum Curiæ Seculari? Et an judex secularis teneatur reum restituere Ecclesiæ, licet fuerit extractus cum licentia Episcopi, si constet eum non commisisse delictum in Bulla Gregorii XIV. exceptuatum? Et an detur appellatio à sententia Episcopi declarantis reum non gaudere Immunitate? Et quid, si lata sit sententia in favorem rei? Et an Episcopus, quando cognoscit, si reus gaudeat, necne Immunitate, debeat illum citare? Et an Episcopus non possit tradere reum Curiæ Seculare extractum ab Ecclesia ex præsumptionibus, & conjecturis probabilibus, sed requiratur concludens probatio de delicto in Bulla exceptuato; nec ei tali casu Episcopus debeat stare processui facto à judice laico, & an requiratur plena de delicto probatio? Et an judex laicus, inconsulto Episcopo, possit exhumari corpus defuncti occisi, ut constet de corpore delicti? Et an Episcopi habeant territorium? Ex part.6. tract.1. ex resolut.34. & in part.1. tr.1. res.41. & 27. & in part.4. tract.1. ex res.96. & in part.6. tr.1. ex res.4. & in part.4. tr.1. ex res.40. & in part.6. tract.1. ex resolut. 5. & in p.1. tract.1. ex resolut.20. & 14. & in part.4. tract.1. ex resolut.42. & in part.6. tract.1. ex resolut.28. & in part.4. tract.1. ex resolut.97. & in part.3. tract.1. ex resol.38. & in part.4. tract.1. ex resol.112. & in p.5. tract.1. ex resol.9. & in part.6. tract.1. ex resolut.31. & in part.9. tract.7. ex resolut.64. & in part.4. tract.1. ex res.92. Quæ nunc invenientur in tom.9. tr.1. de Immunitate Ecclesiæ res.2.5.17. 18. 19. 20.16.54.113. 114.115.121.122.123.124.125. 129. & 63.

Nota, quod multa alia reperies in prædicto tom.9. & tract.1. de Immunitate Ecclesiæ pro Episcopis, & pro aliis diversis casibus contentis in resolut. 6. 16. 26. 54. 63. & 108.

An simplex Sacerdos de licentia Episcopi possit Ecclesiam reconciliare violatam per injuriosam effusionem humani sanguinis? Et exponitur differentia in supradicta reconciliatione Ecclesiæ benedictæ vel consecratæ? Et an Ecclesia, quæ stetit in campo per longum tempus absque tecto, & janua, & plena spurcitiis, sit denuo ab Episcopo reconcilianda solemniter? Ex part.2. tract.15. ex resolut.6. & in part.8. tract.7. ex resolut.93. Quæ hic reperientur in tom. 9. tract. 1. de Immunitate Ecclesiæ resolut.141. & 138.

An cognitio, si Religiosus gaudeat Immunitate Ecclesiæ in quocumque casu, & eventu semper pertineat ad Episcopum? Ex part.10. tract.14. ex resolut.32. alias 30. Quæ hic est in tom.9. tract.1. de Immunitate Ecclesiæ, resolut. 37.

Nota, quod in tom.9. tract.2. de Immunitate Ecclesiastica, sunt quamplurimæ difficultates circa Immunitatem Episcoporum, & circa privilegium fori eorum familiarium, & Ministrorum etiam laicorum, & circa alios plures casus

perti

pertinentes ad Episcopos pro defensione Immunitatis Ecclesiasticorum, quas invenies in res. 16. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 45. 46. 47. 48. 96. 135. 136. 137. 144. 155. 177. & à resol. 180. usque ad resolut. 190. inclusive, & in resolut. 199. 207. 216. 226. 249. 277. 285. 293. 302. 312. 332. & 338. & ex consequentiis aliarum multarum quæstionum in aliis quamplurimis resolutionibus præcitati tract. 2. tom. 9.

Adverte etiam, quod in prædicto tom. 9. in tract. 8. de Familia laica Nuntiorum Apostolicorum, *sunt tantum* 10. resolutiones sed omnes plenæ quæstionibus pro privilegio fori, quo gaudet supradicta Familia laica Nuntiorum; & ex doctrina prædictarum resolutionum infertur, quod doctrina illarum applicanda est etiam pro familia laica Episcoporum. De qua ætate debet esse Episcopus: an consecratio alium novum Ordinem conferat Episcopo, quia ante consecrationem à multis prohibetur, quamvis sit electus, si non consecratus? Et an Episcopus in itinere habeat privilegium celebrandi, vel sibi facere celebrare ante auroram, & post meridiem? Et an familiares Episcopi sint testes idonei in ejus causis? Et an Episcopi possint præsentari ad beneficia suis Patronatus? Et an Episcopus possit providere suæ familiæ de Confessario extra Diœcesim? Et an Episcopus Religiosus, si deponat habitum suæ Religionis incurrat in excommunicationem? Et an excommunicatio contracta ex fractione Bullæ Pij IV. & Gregorij XV. de Loquutionibus, & Scriptionibus tempore conclavis, si sit occulta, possit absolvi ab Episcopo vigore Concilij Tridentini sess. 24. c. 6. de reformat. Et proponitur sententia affirmativa, nempè Episcopos à dicta censura posse absolvere, & nova opinio circa intelligentiam Tridentini affertur, sed non approbatur. Sed stante dicta opinione, quæritur, quomodo possint Cardinales Episcopi, vel alij Episcopi absolvere à dicta censura Piana & Gregoriana? Et difficultas est, quid operetur illa particula Concilij Tridentini in Diœcesi suæ: Et concluditur non posse Episcopos vigore Concilij absolvere à censuris, & aliis casibus reservatis extra suam Diœcesim. Et tandem quæritur, an verò possit Cardinalis Episcopus, vel alij Episcopi, si inciderint in censuras de quibus est quæstio, absolvi à suo Confessario virtute Concilij Tridentini? Et an saltem in aliquo casu possit Episcopus absolvere à supradictis censuris? & in §. 1. hujus ultimæ resolutionis proponitur curiosus casus pro praxi prædictæ quæstionis. Ex part. 5. tract. 2. ex resol. 19. 74. 56. 15. 10. & 66. & in part. 12. tract. 2. ex resol. 20. 21. 22. 23. & 24. Quæ nunc invenientur in tom. 9. tract. 7. de Cardinalibus res. 5. 11. 72. 25. 47. 86. & à res. 113. usque ad res. 117. inclusivè.

Adverte, quod in prædicto tom. 9. & tract. 7. de Cardinalibus, *sunt aliquæ aliæ quæstiones pertinentes ad Episcopos tantum, & aliæ sunt mistæ, quando Episcopi sunt Cardinales, quas ibi reperies* in res. 5. 21. 35. 54. 55. 56. 59. 60. 74. 76. 84. 86. & 87.

An ex dispensatione Episcopus possit sibi eligere Successorem? Ex part. 10. tract. 5. ex resolut. 3. *Quæ hic est* in tom. 9. tract. 6. de Potest. Pontificis eligendi sibi Successorem res. etiam 3.

TRACTATUS IV.

De pœnis, seu mulctis pecuniariis Episcopo non applicandis. pag. 375.

1. AN Episcopi possint imponere pœnas pecuniarias etiam laicis ex delictis misti fori? Et affirmativè respondetur. Et cursim docetur Episcopos habere Fiscum saltem ex consuetudine. Ex part. 10. tr. 8. res. 1. ibid.

2. *Episcopos non posse pœnas pecuniarias sibi applicare; sed applicandas esse piis laicis demonstratur, etiam si sint impositæ per sententiam, sive per Statutum. Et quid, si Episcopus sit adeò pauper? Et quid est sentiendum de contraria consuetudine, per quam pars pœnarum applicabatur Vicario, vel Cameræ Episcopi, vel fabricæ Ecclesiæ Cathedralis?* Ex p. 10. tr. 8. res. 2. ibid.

3. *Respondetur ad argumenta, quæ contra superius dicta adduci possunt in favorem Episcoporum, & maximè ratione consuetudinis. Et an hoc intelligatur quoad pœnas, non quoad mulctas pecuniarias, nam differt pœna à mulcta? Et an aliquando mens legis magis quàm verba attendenda sit? Et deducitur, an sit credendum Doctori testanti de consuetudine? Et cursim docetur, an opinio unius excellentis Doctoris faciat rem probabilem in iis, quæ ad jus pertinent, secus verò in illis, quæ ad factum spectant? Et breviter advertitur, quod ubi militat eadem ratio, debet militare eadem juris dispositio.* Ex p. 10. tract. 8. res. 3. p. 377.

4. *Infertur ex superius dictis ad Ornatum Concilij Tridentini* sess. 28. c. 8. *posse Episcopos, relictis aliis pœnis, punire concubinarios mulcta pecuniaria, locis tamen piis applicanda.* Ex part. 10. tr. 8. res. 4. p. 378.

5. *Posse Episcopos compositiones pecuniarias facere super quibusdam delictis, sed piis locis applicandas esse firmatur. Et advertitur, quod ut dictæ compositiones pecuniariæ ad effectum, ut sic dicitæ, plura esse necessaria, quæ in textu hujus resolutionis explicantur.* Ex part. 10. tr. 8. res. 5. ibid.

6. *Aliquæ Declarationes Sacræ Congregationis firmantes superius dicta afferuntur. Et in corpore hujus resolutionis assignantur aliquæ personæ, quibus supradictæ pœnæ pecuniariæ, & mulctæ non possunt applicari.* Ex p. 10. tr. 8. res. 7. p. 379.

7. *An Episcopi possint dispensare in lege Pontificia apponendo pœnam pecuniariam? Et affirmativa sententia adducitur. Pro quo etiam in textu hujus resolutionis afferuntur multi, & diversi casus pro praxi prædictæ difficultatis?* Ex p. 10. tr. 8. res. 8. p. 380.

8. *Negativa sententia Authoris, & aliorum Doctorum proponitur; nempè non posse Episcopos tales pœnas pecuniarias imponere, sed in utraque sententia illas debere locis piis applicare stabiliatur. Et quid, si dispensaret in aliqua irregularitate orta ex delicto? Et notatur pecunias impositas pro dispensationibus, seu commutationibus, modo quo supra, satis applicandas esse ab Episcopis piis operibus, vel pro eleemosynis distribuendis.* Ex part. 10. tr. 8. res. 9. ibid.

Nota, quod resolutio 6. & resolutio 10. quæ desunt huic tract. 4. de Pœnis, seu mulctis pecuniariis hujus tom. 3. *& secundum Ordinem R. P. Diana* in sua part. 10. tract. 8. *supradicta resolutio 6. ut in propriori loco est apposita* in tom. 5. tr. 10. de Inquisitoribus, *& ibi est res. 130. & præcitata res. 10. est adscripta in proximo sequenti* tract. de Capitulo Sede vacante, *& ibidem est res. 59.*

TRACTATUS V.

De Potestate Capituli Sede vacante *ad Ornatum cap. si Episcopus, de supp: negl. Prælat. in 6.* pag. 381.

1. AN Capitulum Sede vacante succedat in jurisdictionem Episcopi ordinariam? Ex part. 8. tr. 4. res. 1. ibid.

2. *An Capitulum Sede vacante succedat in jurisdictionem Episcopi delegatam? Et docetur, quod nunquam dispensationes*

sationes matrimoniales dirigantur Capitulis Sede vacante, quamvis ad nominatim petuntur, sed Episcopis vicinioribus. Ex part. 8. tr. 4. res. 2. p. 382.

3. *An Capitulum Sede vacante succedat in jurisdictione Episcopi voluntaria?* Ex part. 8. tract. 4. resolut. 3. ibid.

4. *An Capitulum Sede vacante succedat in jurisdictione Episcopi competenti ex consuetudine?* Ex part. 8. tr. 4. res. 18. p. 383.

5. *An Capitulum Sede vacante in aliis casibus præter mortem Episcopi succedat in ejus jurisdictionem, sive depositione, sive translatione ad aliam Ecclesiam, sive Episcopus captus sit à paganis, vel schismaticis, aut hæreticis, quousque captivitas perseverat? Et difficultas est, an si, Episcopo existente in remotis, moriatur Vicarius, succedat in tali casu Capitulum in ejus jurisdictionem, itaut possit eligere Vicarium?* Ex p. 8. tr. 4. res. 4. ibid.

6. *An Capitulum Sede vacante possit exercere suam jurisdictionem, si Episcopus ad aliam Ecclesiam translatus, adhuc non acceperit possessionem? Ex quo infertur, quod statim, Episcopo translato, non tenentur gesta Vicarij post translationem, etiam ab eo ignoratam.* Ex part. 8. tr. 4. res. 33. ibid.

7. *An Capitulum Sede vacante possit exercere jurisdictionem in personas seculares, quando Episcopus habeat potestatem temporalem? Et in supradicto casu, an possit exercere per alios jurisdictionem in criminalibus absque metu irregularitatis?* Ex p. 8. tr. 4. res. 16. p. 384.

8. *An Capituli Sede vacante prima instantia censeatur præservata à Concilio Tridentino* sess. 24. c. 20. de Reformat. Ex p. 8. tr. 4. res. 21. ibid.

9. *An Capitulum tempore Sedis vacantis possit judicare de causis pertinentibus ad Episcopum, ut v. g. quando verteretur quæstio super proprietate alicujus juris, seu jurisdictionis, an ad Episcopum pertineat, vel non? vel an aliquis sit subjectus, vel exemptus, an talis locus sit de Diœcesi, an non, aut an aliquod beneficium sit de jure Patronatus, vel pertineat ad meram Episcopi collationem, &c?* Ex p. 8. tr. 4. res. 10. p. 385.

10. *An Capitulum Sede vacante possit revocare licentiam Ordines conferendi, & exercendi Pontificalia concessa alicui Antistiti ab Episcopo defuncto? Et quid, si Capitulum non revocaverit prædictam licentiam? Et aliqua alia inferuntur valdè notanda ex doctrina suprædictarum quæstionum. Et tandem advertitur nullum Episcopum posse Ordines conferre Religiosis virtute privilegiorum in Diœcesi, in qua est Sedes vacans sine licentia expressa Capituli sub pœnis in Concilio fulminatis.* Ex part. 8. tract. 4. resol. 72. ibid.

11. *An Capitulum Sede vacante intra annum possit dare licentiam alicui Episcopo, ut conferat Ordines Regularibus, & Clericis alterius Diœcesis? Et an Regulares sint subjecti Episcopo quoad recipiendos Ordines?* Ex part. 8. tr. 4. res. 73. ibid.

12. *An Capitulum Sede vacante possit concedere dimissorias ad Ordines suscipiendos intra annum à morte Episcopi? Et an Capitulum Sede vacante possit tamen intra annum per alium Episcopum Pontificalia exercentem ordinare Diœcesanos suos, & sic resolutum fuisse à Sacra Congregatione? Et an elapso anno à puncto Sedis vacantis, possit Capitulum eis dimissorias concedere? Et an hæ literæ dimissoriæ per adventum novi Episcopi non expirent? Et an Vicario Papæ non prohibeatur statim post vacantem Sedem dictas dimissorias concedere?* Ex part. 8. tract. 4. resol. 41. p. 386.

13. *An Capitulum Sede vacante possit saltem intra annum concedere literas testimoniales?* Ex part. 8. tr. 4. res. 42. p. 387.

14. *An Capitulum Sede vacante intra annum possit saltem literas dimissorias pro prima Tonsura concedere?* Ex p. 8. tr. 4. res. 43. ibid.

15. *An si Capitulum Sede vacante ordinet intra annum contra formam Concilij Tridentini, ordinatus tamen possit obtinere beneficium?* Ex part. 8. tract. 4. res. 44. p. 388.

16. *An Capitulum Sede vacante possit dispensare, ut quis ordinetur non servatis temporum interstitiis? Et quid quoad hoc de Vicario Capituli Sedis vacantis?* Ex part. 8. tr. 4. res. 5. ibid.

17. *An Capitulum Sede vacante possit dispensare cum illegitimis quoad Ordines minores, & quoad beneficium simplex? Et an etiam possit Vicarius Capitularis concedere hanc dispensationem, nisi habeat speciale mandatum?* Ex p. 8. tr. 4. res. 6. p. 389.

18. *An sententia degradationis possit fieri à Vicario Capituli Sede vacante, & actualis ab Episcopo, cui ipse comiserit? Et notatur Episcopum electum, & confirmatum non tamen consecratum posse cognoscere de criminibus depositione dignis, & deponere Sacerdotem, & verbaliter degradare, & remittere ad Episcopum consecratum, qui illum actualiter degradet. Et an Prælatus Regularis non possit jure communi deponere, nec degradare subditos, nisi competat ei consuetudine, vel privilegio? Et an sit aliquod privilegium, quod extendi possit ad depositionem verbalem tantum?* Ex part. 10. tract. 11. & Miscel. 1. res. 51. ibid.

19. *An Capitulum Sede vacante possit dispensare super omnibus irregularitatibus, suspensionibus, &c. quibus potest Episcopus vigore Concilij Tridentini* sess. 24. c. 6. *Et explanatur, quomodo non succedat Capitulum Sede vacante in his, quæ competunt Episcopo jure speciali gratioso, videlicet privilegio, vel commissione Pontificis, & quomodo succedat in his, quæ spectant jure communi speciali.* Ex p. 8. tr. 4. res. 7. p. 390.

20. *An Capitulo Sede vacante competat privilegium Concilij Tridentini* sess. 24. c. 6. de reformat. *quoad dispensandum, & absolvendum? Et quid, quoad absolvendum ab hæresi? Et an Collegium Cardinalium Sede vacante gaudeat hac facultate Concilij?* Ex p. 7. tr. 2. res. 3. ibid.

21. *An Capitulum Sede vacante possit absolvere ab hæresi? Et an doctrina hujus quæstionis aliqua alia circa illam inferuntur; & tandem explanatur, quod saltem per Bullam Cœnæ Domini hac facultas absolvendi ab hæresi est revocata Capitulo Sede vacante.* Et part. 8. tract. 4. resolut. 8. p. 391.

22. *An Capitulum Sede vacante possit procedere contra Hæreticos? Et an Vicarius Capituli Sede vacante jure Ordinario debeat assistere Inquisitoribus in dictis causis Fidei?* Ex p. 8. tr. 4. res. 37. p. 392.

23. *An Capitulum Sede vacante possit dispensare in petitione debiti, & concedere facultatem absolvendi à reservatis? Idem est dicendum de ejus Vicario, aut Provisore.* Ex p. 8. tr. 4. res. 47. ibid.

24. *An Capitulum Sede vacante possit dispensare in casibus Pontificiis, quando non est facilis recursus ad Papam, vel ad Nuntium Apostolicum, si ad eam dispensationem concedendam potestatem habeat? Et an Episcopus possit prædictam facultatem delegare in suprædictis casibus?* Ex p. 8. tr. 4. res. 9. p. 393.

25. *An Capitulum Sede vacante possit absolvere à juramento?* Ex p. 8. tr. 4. res. 23. ibid.

26. *An Capitulum Sede vacante possit dispensare in omnibus votis & juramentis, quibus possit Episcopus?* Ex part. 8. tr. 4. res. 45. ibid.

27. *An Capitulum possit cognoscere causas matrimoniales? Et Capitulum possit revocare statuta præcedentis Episcopi, si fuerit expediens, & contraria statuere, quæ obligent totam Diœcesim?* Ex p. 8. tr. 4. res. 22. ibid.

28. *An Capitulum Sede vacante, & ejus Vicarius Generalis habeant facultatem dandi licentiam assistendi matrimonio & ingrediendi Monasteria Monialium?* Ex p. 8. tr. 4. res. 49. p. 394.

29. *An Capitulum Sede vacante possit concedere monitoria ad effectum revelandi?* Ex part. 8. tr. 4. res. 17. ibid.

30. *An*

30. *An Capitulum Sede vacante, & ejus Vicarius possit ferre censuras? Et an verò Capitulum Sede vacante possit ponere interdictum tam personale, quam locale, & etiam cessationem à Divinis?* Ex p.8.tr.4. ref.11. ibid.

31. *An Capitulum Sede vacante possit absolvere ab excommunicatione incursa propter percussionem Clerici; & quid de aliis censuris? Et similiter, an possit punire, deponere, suspendere, & privare beneficiis, & alia facere, quæ ad correctionem spectant? Et an possit deputare Pœnitentiarios cum potestate absolvendi ab hujusmodi excommunicationibus, & aliis casibus Episcopo reservatis?* Ex p.8.tr.4 ref.12. ibid.

32. *An Capitulum Sede vacante possit approbare confessarios?* Ex p.8.tr.4.ref.46. p.395.

33. *An Capitulum Sede vacante possit revovare licentias Regularium obtentas ad audiendas confessiones? Idem est de licentiis ad prædicandum?* Ex p.8 tr.4. ref.48. ibid.

34. *An Capitulum Sede vacante possit dare licentiam Monialibus disponendi de eorum bonis temporalibus? Et an possit nunnus Syndicandi exercere?* Ex p.8.tr.4. r.53.p.396.

35. *An Capitulum Sede vacante possit dare licentiam Monialibus exeundi è Monasterio ex causa?* Ex part.8. tr.4. ref.39. ibid.

36. *An Vicarius Sede vacante possit visitare Monasteria Monialium exemptarum, & Sedi Apostolicæ subjectarum? Et explanatur Capitulum Sede vacante non succedere Episcopo in privilegiis concessis cum sint personalia, & odiosa.* Ex p.7.r.12.& Misc.3.r.28.aliàs 26.ibid.

37. *An Capitulum Sede vacante possit visitare Monasteria Monialium exemptarum? Et an Capitulum Sede vacante possit concedere licentiam Monialibus immediatè subjectis Sedi Apostolicæ egrediendi è Monasterio in casibus permissis in Bulla Pij V. quæ incipit*, Decori,& honestati? Ex p.8.tr.4.ref.14.p.397.

38. *An Capitulum Sede vacante possit visitare Diœcesim? Et an Metropolitanus possit mittere Visitatorem Ecclesiæ vacanti, si Capitulum negligens sit in exequenda jurisdictione Episcopali ad se devoluta? Et an Capitulum Sede vacante possit sindicare Vicarium defuncti Episcopi?* Ex p.8.tr.4. ref.13.p.398.

39. *An Capitulum Sede vacante possit dare licentiam erigendi nova Monasteria? Et supponitur Monasterium quorumcunque etiam Mendicantium non posse erigi, & ædificari, quamvis adsit licentia Episcopi, nisi vocatis, & audatis aliorum conventuum Procuratoribus, &c. Et an Vicarius Capitularis Sedis vacantis possit concedere supradictam licentiam? Et an constitutio Clement. VIII. circa hoc habeat locum quoad erigenda Monasteria Monialium; & quid super hoc Sacra Congregatio censuit?* Ex p.8.tr.4. ref.68. p.399.

40. *An Capitulum Sede vacante possit dare licentiam, ut ædificetur Ecclesia, ut acquiratur Iuspatronus? Et an Capitulum Sede vacante possit charitativum subsidium exigere; Et an Canonicarum collegium Sede vacante nequeat statutum condere, quod tale subsidium in futurum ex parte minuatur?* Ex p.8.tr.4.ref.54.ibid.

41. *An Capitulum Sede vacante possit alienare bona Ecclesiæ tam immobilia, quam mobilia? Et an superveniens Episcopus electus, & confirmatus possit rescindere prædictas alienationes factas à Capitulo sine authoritate Papæ; quod idem dicendum est, si quid Episcopus sine Capitulo distraxerit de bonis Ecclesiæ suæ immobilibus?* Ex p.8.tr.4.ref.38. ibid.

42. *An Capitulum Sede vacante possit concedere Indulgentias? Et quid de consuetudine circa hoc? vel an sit tutius, ut Capitulum committat alicui Episcopo, ut Indulgentias concedat in nomine ipsius Capituli?* Ex p.8. tr.4. ref.35. p.400.

43. *An Capitulum Sede vacante possit commutare ultimas voluntates in casibus, in quibus poterat Episcopus?* Ex p.8. tr.4. ref.34.ibid.

44. *An Capitulum Sede vacante possit compellere executores testamentorum ad eorum complementum? Et alij casus circa hoc inferuntur, & explanantur.* Ex p.8.tr.4. ref.24. ibid.

45. *An Capitulum Sede vacante possit supprimere Canonicatum? Et an idem dicendum sit de Prælatis Regularium circa beneficia Regularia suarum Ecclesiarum?* Ex p.8.tr.4. ref.50. p.401.

46. *An Capitulum Sede vacante possit creare Clericos Salvaticos?* Ex p.8.tr.4.ref.51.ibid.

47. *An Capitulum Sede vacante possit providere Pœnitentiariam tunc temporis vacantem? Et an Capitulum Sede vacante succedat in provisione beneficiorum ad Episcopum spectante?* Ex p.8.tr.4. ref.52. ibid.

48. *An Capitulum Sede vacante possit facere gratiam? Et an Capitulum Sede vacante possit dispensare, & remittere pœnas, per Episcopum mortuum impositas?* Ex p. 8. tr.4. ref.19. ibid.

49. *An Capitulum Sede vacante possit dare licentiam clerico transeundi ad Dignitatem Ecclesiasticam in alienam Diœcesim?* Ex p.8.tr.4.ref.20.p.402.

50. *An Capitulum Sede vacante possit conferre beneficia ad Episcopum pertinentia? Et aliæ diversæ difficultates circa hoc annotantur in textu Resolutionis.* Ex p. 8. tr.4. ref.25. ibid.

51. *An Capitulum Sede vacante possit facere collationem beneficiorum necessariam, ut quando, v. g. collatio est debita certis personis?* Ex p.8.tr.4.ref.26.p 403.

52. *An Capitulum Sede vacante possit conferre beneficia, si jure devolutionis spectaret ad Episcopum?* Ex p.8. tr.4. ref.27.p.404.

53. *An Capitulum Sede vacante, si non possit conferre beneficia ad Episcopum spectantia, possit saltem eorum resignationes recipere?* Ex p.8.tr.4.ref.28. ibid.

54. *An Capitulum Sede vacante possit admittere resignationes beneficiorum non simpliciter, sed ex causa permutationis factas? Et notatur non posse etiam Capitulum præsentare ad beneficium Juris patronatus Episcopo competentis.* Ex p.8.tr.4 ref.29.p.405.

55. *An præter casus supradictos possit aliquando Capitulum Sede vacante conferre beneficia?* Ex p.8.t.4. r.30.p.406.

56. *An Capitulum Sede vacante possit unire beneficia.* Ex p.8.tr.4.ref.31.ibid.

57. *An Capitulum Sede vacante possit commendare beneficia ad tempus? Et an hoc intelligatur de beneficiis simplicibus tantum, non autem curatis?* Ex p.8.tr.4. ref.32. ibidem.

58. *An Capitulum Sede vacante possit privare Clericos beneficiis, quorum collatio ad Episcopum pertinebat.* Ex p.8.tr.4. ref.40. ibid.

59. *An ea omnia, quæ dicta sunt de Episcopis pro imponendo pœnas, & mulctas pecuniarias clericis, & laicis in delictis mixti fori, vel pro dispensationibus, aut commutationibus procedant in Capitulo Sede vacante, & ejus Vicario; itaut in quocunque eventu, & casu semper sint applicandæ locis piis? Et an prædicta applicatio statim fieri possit à Vicario Capituli?* Ex p.10.tr.8.ref.10.p.407.

60. *An Capitulum Sede vacante teneatur solvere debita Episcopi defuncti ex fructibus Episcopatus? Et docetur Capitulum Sede vacante teneri eleemosynas impertiri ad quas Episcopi tenentur* Ex p.8.tr.4.ref.74.ibid.

61. *An intra octo dies, in quibus Capitulum Sede vacante cogitat de Vicario eligendo, debeat Archidiaconus jurisdictionem administrare?* Ex p.8.tr.4.ref.36.p.408.

62. *An Capitulum Sede vacante possit restringere tempus octo dierum statutum à Concilio Tridentino pro Vicario eligendo?* Ex p.8.tr.4.ref.65. ibid.

63. *An Capitulum Sede vacante possit post octo dies, antequam Metropolitanus eligat Vicarium, purgare moram, & eligere Vicarium?* Ex part.8. tract.4. ref.71. ibid.

64. *Quid determinat Concilium Tridentinum circa creatio-*

nem Vicarij Capituli Sede vacante: Et an terminus etiam octo dierum currat Capitulo à die scientiæ translationis Episcopi ad aliam Ecclesiam, quando tamen à Summo Pontifice fuerit absolutus vinculo prioris Ecclesiæ? Ex part. 8. tr. 4. ref. 55. p. 409.

65. *An eligendus sit pro Vicario Capituli Sede vacante Doctor Canonum, si haberi potest sub pœna nullitatis? Et in casu, quod non sit Doctor, an possit capitulum in ipso actu deputationis dare ei Consultorem Doctorem si bi bene visum, alioquin an poterit ipse Vicarius eligere Doctorem Consultorem partibus non suspectum, in quibus opus fuerit? Et an Doctor Theologus non possit esse Vicarius Capitularis Sede vacante? Et an Vicarius Episcopi possit esse non Doctor? Et si Episcopus demortuus relinquit Vicarium non Doctorem, Capitulum non debeat illum confirmare?* Ex p. 8. tr. 4. ref. 56. ibid.

66. *An Capitulum Sede vacante debeat eligere Vicarium ex gremio ipsius Capituli? Et an hoc etiam procedat, quando devolvitur electio ad Metropolitanum ob negligentiam Capituli? Et in prædictis casibus, si in Capitulo, in quo non sunt Doctores, vel licentiati in jure Canonico, adesset aliquis juris Canonici peritus & idoneus, debeat eligi, alias electio sit nulla;* Ex p. 8. t. 4. r. 57. p. 410.

67. *An Capitulum Sede vacante possit eligere Parochum in Vicarium?* Ex part. 8. tract. 4. resol. 58. p. 411.

68. *An Capitulum Sede vacante debeat eligere Vicarium, qui sit in Sacris constitutus?* Ex p. 8. tr. 4. ref. 59. ibid.

69. *An Capitulum Sede vacante in creatione Vicarij teneatur servare formam cap. quia propter de electione, & Concilium Tridentinum sess. 25. de Regular. c. 6. Vel non sit necessarium, ut electio Vicarij fiat per vota secreta?* Ex p. 8. tr. 4. ref. 60. ibid.

70. *An Capitulum Sede vacante possit eligere duos Vicarios? Et quid, si esset de consuetudine eligere duos Vicarios?* Ex p. 8. tr. 4. ref. 61. ibid.

71. *An Capitulum Sede vacante, creando Vicarium, possit aliqua sibi reservare? Et notatur, quod Vicarius constitutus à Capitulo non possit alium constituere nisi ad modicum tempus, & ex urgente magna causa. Et quid, si Vicarius infirmitate detentus esset, vel alio legitimo impedimento occupatus?* Ex p. 8. tr. 4. ref. 62. p. 412.

72. *An tota authoritas Capituli Sede vacante transeat in Vicarium etiam in his, quæ requirunt speciale mandatum?* Ex p. 8. tr. 4. ref. 64. ibid.

73. *An electo Vicario possit Capitulum Sede vacante aliquam exercere jurisdictionem? Et an Capitulum possit aliquas causas alteri delegare? Et an Vicarius Capituli Sede vacante possit dispensare sine speciali mandato in casibus, in quibus Episcopus dispensat? Et an possit Capitulum in ipsa deputatione Vicarij, non tamen postea aliqua sibi reservare?* Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. ref. 41. ibid.

74. *An Vicarius Capituli Sedis vacantis possit ad libitum sine justa causa revocari ab eodem Capitulo? Et in dicto casu, an Capitulum Sede vacante teneatur tamen alium Vicarium intra octo dies constituere, alias jus deputandi ad Metropolitanum devolvatur? Et si ipsa fuerit Metropolitana ad antiquiorem Episcopatum devolvatur?* Ex p. 3. tract. 6. & Misc. 2. ref. 27. p. 413.

75. *An Capitulum Sede vacante possit ad libitum Vicarium amovere? Et quid, si in nominatione dictum fuisset, quod possit revocari, quoties Capitulo bene visum fuisset? Et quid est dicendum, si juramentum interpositum fuisset de non revocando? Et in dicto casu, an Capitulum Sede vacante teneatur alium Vicarium intra octo dies constituere, alias jus deputandi ad Metropolitanum devolvatur, & si ipsa fuerit Metropolitana ad antiquiorem Episcopum devolvatur? Et an Capitulum teneatur ad aliquod interesse restituendum, si Vicarium absque justa causa removeat?* Ex p. 8. tr. 4. ref. 63. ibid.

76. *An Vicarius Capituli Sede vacante absens lucretur distributiones, & in processionibus debeat habere primum locum, & honorabiliorem? Idem est dicendum quoad distributiones de electis in Officialibus, & visitatoribus.* Ex p. 8. tr. 4. ref. 67. p. 415.

77. *An Vicarius Sede vacante possit cognoscere de causis delegatis Vicario Generali Episcopi, & exequi dispensationes in matrimonij impedimentis, & literis in formam Dignum. quæ hujusmodi Vicario Episcopi solent committi? Et quid de Vicario Episcopi electi, & confirmati à Papa, nondum tamen consecrati; & de Vicario quorundam Abbatum? Et notatur Vicarium Capituli Sede vacante posse exequi literas directas ad Vicarium Episcopalem sub nomine Vicarij. Etiamque posse executioni mandare literas Episcopo defuncto directas per Sacram Congregationem, & ab eo non executas.* Ex p. 5. tract. 14. & Misc. 2. ref. 29. ibid.

78. *An Vicarius, seu Officialis Capituli Sede vacante possit exequi dispensationes directas Vicario Generali Episcopi? Et quid est dicendum de commissione, seu delegatione facta Episcopo mortuo?* Ex p. 8. tr. 4. ref. 66. p. 416.

79. *Quando expiret jurisdictio Vicarij Capituli Sede vacante?* Ex p. 8. tr. 4. ref. 69. ibid.

80. *An Vicarius Capituli Sede vacante teneatur stare Syndicatui?* Ex p. 8. tr. 4. ref. 70. p. 417.

81. *An Episcopus superveniens possit visitare Capitulum Sede vacante? Et docetur Vicarium Capituli Sede vacante teneri, finito Officio stare Syndicatui, & posse ab Episcopo ad id compelli, & in aliquo comprehensum puniri. Imo, & ipsum Capitulum, facta remotione Vicarij, vel aliorum Officialium à se nominatorum, illos posse statim compellere ad reddendam rationem administrationis, ac pro admissis vulpis punire; & aliqua alia circa supradicta explanantur.* Ex p. 8. tr. 4. ref. 15. ibid.

Appendix ad hunc supradictum *Tractatum 5. de Capitulo Sede vacante hujus Tom. 3.*

An mortuo Episcopo, si casus reservati sint per statutum, & Synodalem Diœcesanam, aut qui jure, vel consuetudine ipsi Episcopo reservantur, an absolutio petenda sit à Capitulo Sede vacante, vel à Successore? Ex p. 4 tr. 4. ex ref. 108. *Quæ nunc invenientur* in tom. 1. tr. 5. de Reservatis ref. 68.

An facultas remittendi interstitia concessa Episcopo ex causis transeat ad Capitulum Sede vacante, seu in ejus Vicarium? Ex p. 4. tr. 4. ex ref. 209. *Quæ hic reperietur* in tom. 2. tr. 5. de Sacramento Ordinis ref. 92.

An Ordinati cum dimissoriis Capituli Sedis vacantis infra annum incurrant in suspensionem? Et alij quatuor casus explanantur pro Capitulo Sede vacante, & pro dimissoriis & ordinibus in tempore Sedis vacantis. Ex part. 5. tract. 10. ex ref. 46. *Quæ hic est* in tom. 5. tr. 3. de Suspens. ref. etiam 46.

An irregularitas ex defectu natalium occulta possit dispensari à Capitulo Sede vacante ad majores Ordines, Beneficium simplex, & ad Canonicatus Collegiatarum Ecclesiarum, & in dimidiis portionibus, & inferioribus beneficiis Ecclesiæ Cathedralis, &c. Et an Monachus, vel Religiosus illegitimus possit elegi in Vicarium Capituli Sede vacante? Et an Vicarius Capituli Sede vacante habeat potestatem delegatam, vel ordinariam? Ex p. 4. tr. 2. ex ref. 64. & in p. 10. tr. 11. ex ref. 24. & in tr. 15. ex reso. 30. & 31. *Quæ hic sunt supra in hoc ipsomet* tom. 3. tr. 3. de Episcopis ref. 64. 66. 94. & 92.

An Capitulum Sede vacante committere possit alteri Episcopo, ut Clericum propriæ Ecclesiæ, vel Diœcesis sacris initiatum Ordinibus consecret? Ex p. 12. tr. 1. ex ref. 68. *Quæ nunc invenietur* in tom. 4. tr. 8. de Consecratione Episcopi ref. etiam 68.

An Capitulum Sede vacante habeat potestatem condendi leges

leges pro tota sua Diœcesi ? Et an possit leges latas ab Episcopo prædecessore abrogare ? Et an Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, etiam vivente Episcopo, possit absque ejus consensu leges & statuta ferre obligantia suos Capitulares in his, quæ pertinent ad rectam, & Ordinariam gubernationem ? Ex p. 11. tr. 3. ex res. 24. Quæ hic reperiuntur in tom. 6. tr. 1. de Legibus res. 19.

An ut Episcopus possit etiam Vicarius cap. Sede vacante punire Regulares prædicantes in Ecclesiis sine licentia & benedictione ? Et an possit suspendere, & ordinare, ne aliquis Religiosus amplius prædicet, vel possit revocare Confessores Regulares, & examinare ? Et notatur, quod in solo casu hæresis possit capitulum Sede vacante suspendere prædicationem Regularibus. Ex part. 7. tract. 12. ex resol. 26. & 27. & in p. 8. tract. 7. ex resol. 94. Quæ hic sunt in tom. 7. tract. 1. de Regularibus res. 62. 63. & 82.

An beneficia simultanea Collationis Episcopi & Capituli, vacantia in mense Apostolico, à Cardinali simul cum Capitulo provideri debeant ; & quid in beneficiis aliàs reservatis ? Ex p. 5. tract. 2. ex res. 26. Quæ nunc invenietur in tom. 9. tr. 7. de Cardinalibus res. 56.

An Vicarius Capituli Sede vacante habeat facultatem, quam habet Episcopus, & judicare, an reus debeat gaudere Immunitate Ecclesiarum, necne ? Ex p. 6. tract. 1. ex resol. 30. §. Quæro primo, Quæ hic reperietur in tom. 9. tr. 1. de Immunitate Ecclesiæ res. 118.

TRACTATUS VI.

De Horis Canonicis ; Atque de aliquibus restitutionibus pro omissione, vel defectibus commissis in earum recitatione, pag 417.

1. AN Papa teneatur sub mortali ad recitandum Horas Canonicas, & ad confessionem sacramentalem semel in anno, &c. Ex p. 6. tr. 7. & Miscell. 2. ex res. 3. Quæ hic est in tom. 1. tract. 3. de Pœnitentia res. 48. ibid.

2. An Cardinalatus inducat obligationem recitandi Horas Canonicas ? Et à quo tempore Cardinalatus inducat supradictam obligationem recitandi Horas Canonicas, an à die, quo Cardinalis sumit Biretum, vel à die, quo sumit Pileum rubeum ? Ex quo infertur Beneficiarium non teneri persolvere Horas Canonicas à die Collationis beneficij, sed à die possessionis adeptæ. Etiamque deducitur, quod distributiones possint dari propter laborem, & per consequens expendi possint à Beneficiario, & Cardinali ad libitum, & testari de his, & tamen obligare ad Officium Divinum, & ab eo non excusatur Beneficiatus, qui non vult residere, & ideo fructus non recipit. Et docetur, quod quamvis Præstimonia propriè non sint beneficia, non tamen sequitur, nec est probabile ad Officium Canonicum non obligare. Ex p. 8. tr. 7. & Misc. res. 1. ibid.

3. Virum Clerici minores teneantur recitare Psalmos, quos Episcopus in Ordine injunxit ? Et an Episcopus possit præcipere dictis Clericis aliquid singulis diebus recitandum ? Ex p. 2. tract. 12. res. 20. pag. 419.

4. An Beneficiarius teneatur persolvere Horas Canonicas statim ac beneficij Collationem acceptavit ? Ex part. 2. tract. 12. res. 21. ibid.

5. An Beneficiarii, si per paucos dies omittatur recitare Horas Canonicas, excusentur non solum à restitutione, sed etiam à peccato mortali ? Ex quo deducitur, quod quamvis Beneficiarius non recitans Officium Divinum in primis sex mensibus excusatur à restitutione fructuum, hoc non obstante peccat mortaliter a primo die, si non recitat quotidie Officium Divinum. Et docetur, quod verbum statutimus, est signum inductionis novi juris ? Ex part. 11. tract. 1. & Miscell. 1. resol. 7. ibidem.

6. An Clericus habens Capellaniam cujus fructus dempta eleemosyna pro Missis, ad quas tenetur, paucos percipere, teneatur persolvere Horas Canonicas ? Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. res. 8. p. 421.

7. Petrus habebat beneficium perexiguum, & tenue, & relinquebat sæpius recitationem Horarum Canonicarum, quæritur, an peccaverit, & teneatur ad restitutionem ? Et quid, si quæras, quodnam censetur tenue beneficium, ut quis ratione fructuum illius non teneatur recitare Horas Canonicas, nec fructus restituere ? Et an saltem in prædicto casu diebus Festis, & Dominicis teneatur Officium Divinum recitare ? Ex p. 2. tr. 12. res. 9. p. 422.

8. An in fructibus beneficij detur parvitas materiæ, itaut non consurgat obligatio recitandi Horas Canonicas ? Ex p. 5. tr. 5. res. 25. ibid.

9. An dubius ob tenuitatem beneficij de onere recitandi Officium Divinum, teneatur recitare ? Ex p. 4. t. 3. r. 24. p. 423.

10. An si quis recipiat beneficium per Simoniam, vel sit irregularis, teneatur dicere Horas Canonicas ? Et quæ quantitas redituum beneficij obliget ad Horas ? Ex p. 4. tr. 4. & Miscell. res. 146. ibid.

11. An Prælati Regulares ratione Officij teneantur ad assistentiam Chori ? Ex p. 2. tr. 12. res. 38. ibid.

12. Virum Moniales, seu deputati ad horum teneantur sub onere peccati mortalis persolvere Horas Canonicas ? Et an hoc ex vi consuetudinis ad culpam mortalem obligantis ? Ex p. 2. tr. 12. res. 17. ibid.

13. An Moniales extra Chorum teneantur recitare Horas Canonicas ? Ex p. 3. tr. 2. res. 96. p. 424.

14. An Moniales teneantur sub onere peccati mortalis persolvere Horas Canonicas ? Et idem quæritur de Religiosis professis Ordinibus sacris non initiatis. Et an consuetudo persolvendi Horas Canonicas à Monialibus obligatoria sit ? Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. res. 7. ibid.

15. An Religiosi nondum in Sacris constituti, quando à Choro absunt, teneantur Officium recitare ? Ubi multa de consuetudine circa hoc discutiuntur. Et an possint Moniales introducere consuetudinem, quæ apud ipsas habeat vim legis circa hoc ? Et an in parvis Conventibus ad manus requirantur quatuor pro cantandis Horis Canonicis in Choro ? Et an verò, quando Regulares essent quatuor, nullo modo à recitatione Horarum in choro excusentur, sicut Beneficiarij Collegiati ? Ex p. 6. tr. 8. & Misc. 3. res. 12. p. 426.

16. An Regularis non in Sacris constitutus ex licentia Superioris, vel sine illa manens extra Monasterium, quæritur, an dicto tempore teneatur Horas Canonicas persolvere ? Idem est dicendum de Apostata, fugitivo, ejecto ad tempus, vel in perpetuum. Et an saltem, si semel, iterum, aut tertio supradicti Religiosi omittant Officium Divinum, peccent mortaliter ? Ex part. 7. tract. 11. & Misc. 2. res. 4. ibid.

17. An Religiosi sacris Ordinibus non initiati teneantur persolvere Horas Canonicas, si non intersunt Choro ? Idem est de Monialibus. Et multa quidem discutiuntur in textu hujus Resolutionis pro infirmanda hac consuetudine ; & alia multa pro confirmanda hac obligatione. Et an Religiosus non in Sacris transiens ad Religionem, in qua non est consuetudo recitandi Officium Divinum in Choro non adstringatur ad recitationem illius, quamvis in prima Religione ad eam teneretur ? Et an Subdiaconus ex vi consuetudinis tantum teneatur sub mortali ad recitandum Officium Divinum ? Ex p. 10. tract. 11. & Misc. 1. res. 45. pag. 427.

18. *An privilegium Eugenij IV. concessum Benedictinis, & Greg. XIII. Patribus Societatis, ut eorum professi nondum in Sacris constituti non teneantur persolvere Horas Canonicas sit communicabile aliis Religionibus? Et deducitur, an Moniales, & professi Religionum nondum in Sacris Ordinibus initiati sint adstricti ad persolvendum Horas Canonicas ex consuetudine?* Ex p. 11. tr. 3. & Misc. 3. res. 17. p. 429.

19. *An Communitas Religiosorum teneatur quotidie publicè in Choro canere Horas Canonicas sub onere peccati mortalis? Et an prædicta obligatio sit sub culpa mortali; an verò tantum ex regula, itaut non excedat communem obligationem Regulæ? Et an saltem ex consuetudine ad id teneatur Communitas Regularium sub peccato mortali, quamvis interdum ex justa causa possit hoc onus, & consuetudo dispensari? Et an ista obligatio communis obliget singulos, quando non solum subditi, sed etiam ipse Prælatus esset adeo negligens, ut omitteretur publica divini Officij recitatio in Choro ex defectu Ministrorum? Et an non excusentur à mortali illi Religiosi, ex quorum absentia in Choro Ecclesiasticum Officium notabile damnum, seu magnam jacturam pateretur? Et deducitur, quod consuetudo nunquam vim habet obligandi in conscientia, nisi sit de consensu illius, qui potest legem condere, & nisi sit introducta hac intentione obligandi.* Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. res. 3. p. 430.

20. *An Religiosus, si ex consuetudine non recitat Horas Canonicas in Choro, peccet mortaliter? Et an obligatio canendi in Choro per se, & directè sigillatim singulas personas afficiat?* Ex part. 3. tractat. 2. resolut. 18. pag. 432.

21 *An soli Novitij possint satisfacere præcepto solvendi Horas Canonicas in Choro, quod est quærere, an soli Novitij faciant corpus communitatis?* Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. res. 5. p. 433.

22. *An Regulares, vel Canonici sæculares satisfaciant obligationi psallendi in Choro, si canant in Sacristia ex aliqua justa causa? Et difficultas est, si hoc licitum sit fieri, quando Sacristia non est juncta cum Ecclesia, vel non habet fenestram versus Altare majus?* Ex p. 6. tr. 8. & Misc. 3. res. 13. ibid.

23. *An qui Subdiaconatum suscipit, teneatur ordinationis die Officium totum recitare? Idem est dicendum de illo qui emisit professionem hora undecima ante meridiem. Et quid est dicendum, si antequam quis Subdiaconatum accipiat, vel professionem emiserit, omnes Horas illius diei recitavit, an satisfaciat obligationi superveniенti? Et an sit probabile, cum Episcopus ordinandis injungit aliquos Psalmos, & Litanias recitare, nolle sub gravi culpa obligare, sed ex quadam honestate, & decentia tantum.* Ex part. 4. tract. 4. & Miscell. resolut. 218. ibidem.

24. *An Religiosus, seu Clericus, qui mane antequam professionem acciperet, vel Subdiaconatum susciperet, recitavit Officium, teneatur hoc non obstante illud iterum recitare;* Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. res. 38. p. 434.

25. *An qui vovit recitare Officium Sancti particularis in die, quo debet recitare de altero Sancto, teneatur duo Officia recitare? Et an si alicui deficiat Breviarium Romanum, possit, imo debeat recitare per alium approbatum, quod præ manibus habet, etiamsi brevis sit?* Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. res. 25. ibid.

26. *An qui detinetur in pulsandis organis, vel transferendis libris ex una parte ad alteram, vel thure præbendo, &c. teneatur per seipsum illam partem recitare, si saltem non audierit? Idem est dicendum de eo, qui ut bene pronunciet Lectionem in Choro injunctam, occupatur, dum Chorus canit in ea perlegenda, an excusetur ab auditione, aut recitatione eorum, quæ tunc à Choro dicuntur?* Ex part. 2. tract. 12. res. 13. ibid.

27. *An Coadjutoria cum futura successione inducat obligationem recitandi Horas Canonicas?* Ex p. 5. tract. 13. & Misc. 1. res. 75. p. 435.

28. *An qui habet Officium, cum quo consistere non potest Horarum Canonicarum lectio excusetur ab earum recitatione?* Ex part. 7. tract. 11. & Miscell. 2. resolut. 1. ibidem.

29. *An Concionatores quotidiani tempore Quadragesimæ excusentur à recitatione Horarum Canonicarum? Et quid est dicendum de illo, qui habet actionem continuam Justitiæ? Officium docendi publicè, & de Doctore, qui in Concursu Cathedræ habiturus est publicam lectionem; vel de eo qui subvenit proximo ægrotanti, aut patienti gravem dolorem; & de illo, qui tota die occupatus est in sedando populi tumultum; vel in componendis gravibus inimicitiis? Et an pro his, & similibus casibus possit omitti præceptum audiendi Sacrum? Et an in omnibus supradictis casibus, sicut in eis à peccato recitandi Horas Canonicas necessitas excusat, sic etiam ab obligatione restituendi fructus, & secus tamen quoad distributiones? Et quid de Confessario audiente confessiones per totum diem? Et quid, si dictus Confessarius sit Regularis, an excusetur ab obligatione recitandi Officium? Et infertur an Concionator excusetur à jejunio, si tantum ter in septimana concionetur; imo excusetur à jejunio præcedentis diei, si intra annum prædicet, & etiam si concionetur propter stipendium?* Ex part. 10. tract. 11. & Miscell. 1. resolut. 32. pag. 436.

30. *Utrum Monachus fugitivus teneatur recitare Officium Divinum? Eadem sententia est etiam quoad Monachum ejectum à Monasterio ad tempus, vel in perpetuum.* Ex part. 2. tract. 12. res. 18. p. 437.

31. *Utrum Clerici, vel Religiosi damnati ad triremes teneantur dicere Horas Canonicas? Et an hoc etiam intelligendum sit de Clericis suspensis, interdictis, & excommunicatis?* Ex part. 2. tractat. 12. resolut. 40. ibidem.

32. *An Surdus teneatur recitare Horas Canonicas? Et si simul fuerit captus oculis & auribus, tunc neque cum socio, neque secum solus quidquam dicere teneatur, nisi quod memoria novit, si quidem illud fuerit major pars Divini Officij?* Ex part. 5. tractat. 6. resol. 15. ibidem.

33. *An Canonicus surdus, vel Religiosus surdaster assistens Choro, & cum aliis Divinum Officium recitans satisfaciat suæ obligationi, etiamsi partem, quam non percipit, non repetat? Et supponitur, quod surdus, qui potest legere, teneatur recitare, sive se audiat, sive non. Et infertur surdum non posse dicere Horas Canonicas cum socio, si illum non intelligit. Et notatur surdum non assistentem Choro gaudere distributionibus quotidianis. Et an cæci deobligentur à recitatione Divini Officij? Et quid, si memoria sciat Horas, aut cum socio possit recitare? Et an Regularis cæcus teneatur sub mortali assistere Choro, si possit alternatim dicere Officium? Et an Beneficiarius cæcus, qui sufficientes colligit fructus ex beneficio, teneatur conducere socium ad recitandum, si cum eo possit recitare, non verò solus? Et an cæcus qui non potest recitare majorem partem Officij, teneatur recitare minorem, quam potest? Idem est de quolibet alio habente aliud impedimentum.* Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. res. 28. ibidem.

34. *An cæcus sit adstrictus Horas Canonicas recitare? Et quid, si memoria teneat majorem partem Officij; an sit obligatus ad illud dicendum?* Ex part. 5. tr. 6. res. 16. p. 439.

35. *An cæci, vel ita oculis caligantes, ut legere nequeant, teneantur Horas persolvere, si illas memoriter sciunt? Et an saltem teneantur recitare aliquid loco illius, vel adhibere socium in recitatione Horarum?*

Ea

Et quid, si cæcus nihil ex Horariis precibus memoriæ teneat, vel saltem per parum? Et an si esset Beneficiarius cæcus, & omitteret Horas, licet memoriter sciat non teneatur ad restitutionem fructuum? Ex part. 4. tractat. 4. & Misc. resol. 11. ibidem.

36. *An Sacerdos cæcus, qui solus non potest persolvere Horas Canonicas, posset tamen alternatim cum socio, si illum ad manus habet, teneatur adhibere? Et an si Petrus non habet librum, in quo legat Horas, novit autem aliqua memoriter, ita tamen, ut non possit satisfacere, offert se socius, qui omnia scit memoriter, quod si Petrus cum illo recitare velit, possit exactè satisfacere, quæritur, an teneatur cum illo socio recitare Officium? Et quid, si antea semper recitaverit cum socio?* Ex part. 7. tractat. 11. & Miscell. 2. resolut. 3. pag. 440.

37. *An si aliquis impotens sit ad recitandum Officium solus teneatur cum socio recitare? Et quid, si antea semper recitabat cum socio? Et an verò, in tali casu teneatur saltem Beneficiarius quærere socium cum stipendio?* Ex part. 4. tractat. 4. & Miscell. resolut. 221. ibidem.

38. *An qui non potest ratione infirmitatis recitare Horam Canonicam tempore debito, teneatur illam recitare præponendo, vel posponendo?* Ex p. 4. tract. 4. & Misc. resol. 10. pag. 441.

39. *An infirmus, qui non potest recitare Horas statutis temporibus, teneatur postea recitare? Idem est dicendum de habente inexcusabilem occupationem; & de iteratè otiosis. Et si quis in morbo, vel in dubio petat dispensationem à Prælato, & ipse concedat, licet à meridie convaleat, & à febri liberetur, non teneatur Horas persolvere?* Ex part. 7. tract. 11. & Miscell. 2. resol. 14. ibidem.

40. *An æger, qui potest recitare majorem partem Officij, teneatur illam persolvere? Et an qui non potest recitare Matutinum cum Laudibus, ad nihil teneatur?* Ex p. 2. tr. 12. res. 29. p. 442.

41. *An infirmus, qui non potest recitare totum Divinum Officium, teneatur recitare partem?* Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. res. 13. ibid.

42. *An infirmus, qui non potest recitare majorem partem Officij, verbi gratia, Matutinum cum Laudibus, teneatur recitare minorem, quam potest, ut Horas, verbi gratia. Et an quis non obligetur recitare Matutinum, si impotens est recitare Lectiones, quia habet Diurnum, & caret Breviario, vel visu, aut alia de causa, quod tamen de Officio novem Lectionum intelligendum est, non autem de Officio trium Lectionum, quia defectus videtur parvulus?* Ex part. 4. tract. 4. & Misc. resol. 225. ibidem.

43. *Ad quid teneatur, si dubius quis est, an possit majorem partem Officij recitare? Et quid, si Medicus dubius etiam est, an graviter sit nocitura recitatio?* Ex part. 4. tr. 3. rel. 67. ibid.

44. *An quando Medicus dubitat, si propter timorem gravis damni teneatur infirmus dicere Horas Canonicas, an ipse æger illas persolvere sit obligatus? Et an in dicto casu recurrendum sit ad Superiorem pro dispensatione?* Ex p. 2. tr. 12. res. 28. p. 443.

45. *An persolvere Horas Canonicas in loco, ubi naturæ debitum redditur, sit peccatum veniale? Et an qui privatim recitant, communiter non teneantur ad recitandum flexis genibus, vel stando, quiescendo, vel ambulando, aut equitando, &c. sed possint recitare, ut voluerint, habita solum ratione reverentiæ? Et docetur omnes Rubricas, quæ habentur pro audienda Missa, & recitatione Officij divini, flexis genibus, capite discooperto, & inclinato, vel stando, vel surgendo, vel hoc, aut illo modo maximè præcipi pro recitatione publica, & Missa solemni propter significationem Misteriorum, in quorum memoriam sunt institutæ hujusmodi cæremoniæ; & debent communiter servari in recitatione privata, quamquam, si in hac omitterentur ex aliqua causa, & sine contemptu, nullum est peccatum ex eo; quod prædicta Rubricæ propriè non habent vim legis aut præcepti, sed solius directionis, & Regulæ, ut Officium magis piè, & religiosè dicatur. Et quæritur, an qui recitat Officium divinum privatim, satisfaciat, ut vocem formet, movendo tantum labia, etiam si à seipso non audiatur, nec audiri possit? Et docetur, quid requiritur, ut sit vox? Et an sit necessarium verba formare, vel satis sit dicere verba omnia mentaliter?* Ex p. 10. tract. 11. & Misc. 1. res. 33. ibid.

46. *Qui incipit recitare Officium animo non satisfaciendi pro tunc, sed postea iterando, & tamen pertæsus postea vult satisfacere illa prima recitatione, quæritur, an satisfaciat obligationi cum illa prima recitatione? Idem est de auditione Missæ, & de pœnitentia à Confessario injuncta. Et an teneatur postea mutare intentionem, intendendo satisfacere Officio priori, vel satis sit, si se satisfeciisse sciat, non obstante sua contraria voluntate;* Ex p. 2. tr. 12. res. 37. p. 444.

47. *An Clerici, Religiosi, &c. recitantes Horas Canonicas sine attentione saltem virtuali satisfaciant obligationi, & præcepto Ecclesiæ lato* in cap. Dolentes? *Et an si quis cum voluntaria distractione recitat Horas Canonicas, impleat præceptum, & consequenter non peccet mortaliter, neque teneatur repetere, aut fructus beneficij restituere? Et doctrina hujus quæstionis applicanda est etiam in auditione Missæ in die festo.* Ex p. 2. tr. 12. res. 2. pag. 445.

48. *An siquis recitet Horas Canonicas, & audiat Missam sine interna attentione, satisfaciat præcepto? Et an talis possit absolvi, etiam si emendationem non proponeret? Et an qui voluntariè distractus recitat Horas, impleat præceptum, & non teneatur repetere, neque fructus beneficij restituere? Et quid, si careat attentione extrinseca ex inadvertentia? Idem totum est dicendum de auditione Missæ?* Ex part. 7. tract. 11. & Miscell. 2. res. 30. p. 446.

49. *An qui recitat Horas Canonicas lingua Italica, Hispanica, aut alia vulgari sine causa, peccet mortaliter? Idem est, quando obligatio oritur ex voto, aut pœnitentia Confessoris. Et quid, si recitaret Officium Divinum lingua Hebraica, vel Græca? Et cursim infertur, quod licentia celebrandi Missam vulgari lingua non conceditur nisi à Papa, & ex gravi necessitate. Et advertitur, quod si quis pro arbitrio notabiliter mutaret in Sacrificio Missæ vestes sacras quoad solum colorem, vel quoad solam formam peccat mortaliter.* Ex part. 9. tract. 7. & Misc. 2. resolut. 67. pag. 447.

50. *An qui recitat Officium cum notabili abscissione ultimarum syllabarum, peccet mortaliter, & teneatur denuo recitare? Et an qui cum eo recitat Officium, satisfaciat suo muneri, vel teneatur repetere? Et quid est dicendum de nimia acceleratione in canendo? Et an censeatur aliquid mittere, qui alternatim legens, aut cantans cum aliis sui Chori versus integrè recitat, & alterius verò auscultat, si modo suos non inchoet, priusquam alter finierit? Et quid, si secus faciat, &c.* Ex part. 2. tract. 12. res. 32. pag. 448.

51. *An qui privatim Divinum Officium recitat, debeat illud ita pronunciare, ut seipsum audiat?* Ex p. 2. tr. 12. res. 11. ibid.

52. *An qui privatim recitat divinum Officium, sufficiat vocem formare labia movendo, etiamsi à seipso audiri non possit?* Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. res. 10. ibid.

53. *Cum qua voce quis satisfaciat præcepto recitandi Horas Canonicas?* Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. res. 16. p. 449.

Index Tractatuum,

54. *An Regulares satisfaciant præcepto, si privata recitatione persolvant horas Canonicas mentaliter? Et quid de Secunda Missa mentaliter, excepta consecratione?* Ex p. 8. tr. 9. & Misc. res. 58. ibid.

55. *An Regulares satisfaciant præcepto recitandi Horas Canonicas, si illas tantum mentaliter dicant? Et an hoc idem dicendum sit de partibus Missæ cantatæ, quos Sacerdos, submissa voce, legere per Rubricas debet?* Ex p. 10. tr. 11. & Misc. 1. res. 2. p. 450.

56. *Reprobantur aliquæ opiniones circa recitationem Horarum Canonicarum. Primo, an Regulares satisfaciant præcepto recitandi Horas Canonicas, si illas tantum mentaliter dicant? Ex quo infertur, quid est sentiendum de obligatione ex voto, & pœnitentia à Confessario injuncta, an possit solvi tantum mentaliter; quod idem est dicendum de recitatione Missæ, seclusis verbis consecrationis? Secundo, an omissio Officij divini per tres vices in anno non constituat peccatum mortale? Tertiò, an sit certum, quod Regulares sacris Ordinibus minimè initiati teneantur privatim solvere Horas Canonicas? Quartò, an obligentur Regulares sub mortali ad Chorum, si ex sua absentia noverint Chorum pati? Quintò, an Chorus non existat tantum cum duobus, sed ad minus quatuor, vel tres necessarij sint? Sextò, an in Choro possint anticipari, vel postponi Horæ Canonicæ extra tempus illud, quod ab Ecclesia præscriptum est?* Ex p. 11. tract. 2. & Miscel. 2. resolut. 10. p. 452.

57. *An qui recitat solus omnes Psalmos, & postea vocat socium, & ab illo auscultat novem lectiones, satisfaciat præcepto? Idem est, si qui recitat medietatem Matutini, & aliam medietatem audit à Socio, vel si recitet integrum Matutinum, & Laudes, & postea audiat Horas, & reliqua à socio. Et quid, si duo Religiosi simul recitant Psalmos Matutini alternatim, & postea novem lectiones omnes illius audiunt à tertio vocato ad hunc effectum, quia si tres Religiosi simul Officium recitant, tres veluti Choros efficientes, Doctores communiter negant hoc posse fieri? Et quid est dicendum, si in Choro recitentur omnes novem lectiones Matutini ab his, qui alioquin nullo modo canunt Psalmos, an reliqui interessentes Choro, qui recitant Psalmos, dici posse non satisfacere suæ obligationi? Et quid, si in recitatione Vesperum, unus recitat unum Psalmum integrum, & alius alium?* Ex p. 9. tract. 7. & Misc. 2. res. 38. pag. 452.

58. *An qui privatim divinum Officium persolvunt, debeant alternatim lectiones recitare, vel satisfaciant, si unus tantum illas recitet, & alter socius tantum audiat?* Ex parte 2. tract. 12. res. 12. pag. 453.

59. *An si quis recitet cum socio privatim, vel in Choro, teneatur audire partem socij? Et quid, si aliquis suam partem canit, & percipere non potest, quam alius Chorus canit, quamvis attendat, an satisfaciat obligationi Chori, & possit distributiones integras percipere? Et in dicto casu, an quis debeat privatim supplere; quæ non percipit? Et quid de Surdo, qui alios canentes in Choro non intelligit, nec eos sequi potest? Et tandem quæritur, an qui cum notabili abscissione Syllabarum ita profert verba, ut tamen retineant suam significationem, adimpleat præceptum? Et quid de socio cum tali Officium persolvente?* Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. res. 6. ibid.

60. *An qui cum socio privatim, vel publicè recitat teneatur audire partem socij? Ex quo deducitur, an teneatur se audire, cum solus quis recitat? Et an surdus satisfaciat præcepto dicendi Officium divinum, si recitat cum socio, quem non audit?* Ex parte undecima, tractatu 1. & Miscell. 1. resolutione sexta, pagina 454.

61. *In qua hora possit quis dicere Matutinum sequentis diei?* Ex parte secunda, tractatu 12. resolutione 39. pag. 455.

62. *An hora secunda finita post meridiem, recitato Vespere, possit quis recitare Matutinum sequentis diei? Et quid est dicendum, quando Vesperæ in Quadragesima recitantur ante meridiem? Et quid, quando quis recitat hora secunda post meridiem Matutinum sequentis diei, si nondum recitasset Vesperas, & Completorium dici hodiernæ? Et an hora competens persolvendi omnes Horas, debet sumi punctualiter, vel parum ante Horam præfixam Chori, vel parum post; Et an hoc parum ante, vel post sit dimidia hora, aut tres quadrantes, & ad summum unica hora? Et an sit immunis à culpa Scholasticus, si differat Horas in Vespertinum tempus?* Ex part. 4. tractat. 4. & Misc. res. 9. ibidem.

63. *An si quis recitat Matutinum sequentis diei, antequam Officium illius diei persolutum fuerit, peccet mortaliter, & non satisfaciat præcepto?* Ex p. 2. tract. 12. res. 15. p. 456.

64. *An sit culpa venialis recitare Matutinum, & Laudes absque justa causa hora tertia, vel quarta post meridiem? Et an non requiratur alia justa causa præter consuetudinem? Et an Matutinum cum Laudibus possit recitari hora secunda post meridiem? Et an sit culpa venialis recitare Officium privatum extra tempora, & horas præscriptas?* Ex part. 10. tr. 16. & Misc. 6. res. 47. alias 46. ibidem.

65. *An privilegium obtentum, ut quis possit dicere Matutinum sequentis diei statim post meridiem, extendatur ad socium? Et aliqua alia similia dubia enucleantur circa privilegia concessa pro aliis diversis casibus sæpe contingentibus. Et inter alia privilegia deducitur privilegium concessum Religioso ad ingrediendum Monasteria Monialium extendi ad socium. Et privilegium concessum Sacerdoti, ut possit celebrare Missam tempore interdicti, & cessationis à Divinis extendi ad Ministrum servientem. Et alia privilegia hujusmodi.* Ex part. 10. tractat. 13. & Miscell. 3. resol. 4. pag. 457.

66. *Adducuntur aliquæ opiniones circa recitationem Horarum Canonicarum. Sed jam ferè omnes difficultates in hoc ordine, & nova Methodo appositæ sunt iterum in hoc tractatu in suis specialibus Resolutionibus. Sed superest difficultas, an quis adimpleat præceptum recitandi Officium hodiernum paulo ante mediam noctem diei sequentis, si ipsum prosequatur post completam mediam noctem? Ex quo infertur, quod Sacerdos licitè potest expectare ad incipiendam Missam paulo minus ante meridiem, etiamsi prævideat se eam non posse finire nisi plus post meridiem. Et docetur, quod qui complet annum vigesimum primum, mane hora nona alicujus Vigiliæ, non tenetur, etiamsi possit, ad jejunandum in illa die. Et advertitur anticipationem Horarum Canonicarum absque ulla justa causa neque peccatum veniale esse.* Ex part. 10. tract. 11. & Misc. 1. resolut. 16. pag. 458.

67. *Quæritur, an aliquis peccet mortaliter, si officium divinum recitet cum notabili interruptione inter Psalmos ejusdem Horæ, vel Nocturni, vel inter Psalmos? Et quid, si sine justa causa interruptio duret per unam, aut duas Horas?* Ex part. 2. tractat. 12. resolutione 4. pag. 460.

68. *Aliæ opiniones afferuntur circa recitationem Officij divini. Et primò quæritur, an in matutinis Vigiliæ Nocturnæ plusquam per triginta horas inter se sine causa absque lethali culpa dici possint, & ita recitantes Divino Officio, & præcepto satisfacere valeant, & non teneantur repetere die sequenti vigiliam nocturnam, vel vigilias nocturnas, quas ab hora secunda*

cunda diei antecedentis recitavit? Et an hoc admittatur non solum de magna Nocturnorum inter se, sed etiam de interruptione inter Psalmos, & alias ejusdem Horæ partes? Et supponitur, quod aliqui admittunt posse singula Matutini Nocturna seorsim per aliquod tempus absque lethali culpa recitari; puta hoc fieri posse intra spatium trium horarum. Secundo, an Lectiones in Matutino dividi possint à Psalmorum recitatione per quodcunque temporis spatium, etiam à secunda hora post meridiem unius diei ad undecimam noctis diei sequentis sine culpa lethali? Tertiò, an ille, qui per errorem, aut oblivionem de Festo duplici, vel semiduplici die proprio non recitavit, recitare possit de eo die prima non impedita Officio novem Lectionum? Sed quid faciendum est, si hodie recitavit de Festo, de quo die sequenti, vel sequentibus recitaturus erat? Et quid, si roges, de quo recitandum sit in die hujus Sancti, vel Festi, de quo jam anticipatè recitatum est? Quartò dotetur posse Mendicantes, & qui illorum privilegiis gaudent, celebrare Missam & Officium recitare de Sanctissimo Sacramento in quintis Feriis etiam Adventus & Quadragesimæ. Et etiam celebrare, & dicere Officium de Conceptione Beatæ Virginis in Sabbathis novem lectionibus non impeditis, & hæc omnia procedere quoad Moniales omnes tam exemptas, quam non exemptas, sed sub Episcoporum regimine viventes. Quintò quæritur, an institui possit Capellania, quæ sit verè beneficium Ecclesiasticum cum conditione expressa à Fundatore, ut Capellanus non teneatur Divinum Officium recitare? Sextò notatur, ut quis possit recitare Matutinum post Vesperas nullam specialem causam requiri præter consuetudinem, quia hæc est satis pro causa. Tandem observatur posse Horas Canonicas absque culpa veniali dici etiam in latrinis, ubi venter exoneratur. Ex p. 10. tr. 11. & Misc. 1. res. 17. ibid.

69. *Utrum, si quis invertat Ordinem Officij, vel Ordinem ejusdem Horæ, peccet mortaliter? Idem dicendum est de illo, qui invertit Psalmos? Et quid est sentiendum, si aliqui in Choro invertant Ordinem Horarum?* Ex p. 2. tr. 12. res. 16. p. 462.

70. *An quando Matutinum separatur à laudibus, in fine recitanda sit Oratio diei? Et an verò peccet venialiter, qui sine justa causa Matutinum à Laudibus sejungit?* Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. res. 48. ibid.

71. *Utrum recitantes Officium extra Horas præscriptas peccent mortaliter? Et an cum causa neque venialiter peccent? Et quæ sit justa causa ad hoc faciendum? Idem est de recitantibus in Choro Officium divinum extra horas præscriptas.* Ex part. 2. tract. 12. resolut. 14. ibid.

72. *An qui sine causa non legit Horas Canonicas temporibus determinatis, peccet venialiter? At verò, quæ causa rationabilis sit non recitandi Horas Canonicas statutis temporibus in textu hujus resolutionis decisum invenies. Et asseritur posse Vesperas quadragesimales legi privatim post prandium sine scrupulo peccati venialis. Et an peccet mortaliter Communitas Religiosorum, si sine causa legitima Horas extra tempus præscriptum, aut earum Ordinem invertat? Et an Matutinum & Laudes sequentis diei possint dici Hora secunda pro meridiana; & quid in Quadragesima?* Ex part. 7. tract. 11. & Miscell. 2. resolut. 12. p. 463.

73. *An si quis, sine causa non legit Horas temporibus determinatis, peccet venialiter? Et quid, si alias sit consuetudo contraria circà hoc? Et quænam censenda sit justa causa, quæ à culpa reddit immunem illum, qui non recitat Officium divinum debitis horis anticipando, vel postponendo illud?* Ex p. 11. tract. 1. & Misc. 1. res. 9. p. 464.

74. *An sit unum tantum peccatum internum etiam voluntas omittendi Horas Canonicas sæpius per diem facta morali interruptione iteretur? Et an Beneficiarius Sacris initiatus Horas omittens peccet duplici peccato contra justitiam, & Religionem, adeóque in confessione utrumque exprimendum?* Ex p. 4. tr. 4. & Misc. resolut. 219. p. 465.

75. *Utrum, si quis omittat omnes horas unius diei, committat unum peccatum, an plura? Et an in confessione debeat exprimere, quot horæ fuerunt omissæ?* Ex p. 2. tr. 12. res. 5. ibid.

76. *An omissio unius integræ horæ parvæ sit pars notabilis ad constituendum peccatum mortale?* Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. res. 6. p. 466.

77. *An in recitatione Officij omissio unius horæ parvæ inducat tantum peccatum veniale ratione parvitatis materiæ?* Ex part. 7. tract. 10. & Miscel. 1. resolut. 15. ibid.

78. *An sit probabilis opinio aliquorum asserentium in recitatione Officij Divini relinquentem unam horam integram ex minoribus peccare tantum venialiter ratione parvitatis materiæ?* Ex part. 10. tr. 16. & Misc. 6. resol. 29. alias 28. p. 467.

79. *An si quis omisit recitare, v. g. medietatem Tertiæ, vel Sextæ, satisfaciat præcepto?* Ex part. 4. tr. 4. & Misc. res. 216. ibid.

80. *An in recitatione Horarum Canonicarum detur parvitas materiæ? Et an omissio minoris partis possit sufficere in Choro ad peccatum mortale, quam in recitatione privata? Et an in mutatione Officij pro Officio detur parvitas materiæ? Et an qui semel, vel bis in anno relinqueret recitationem Officij non peccet mortaliter ratione parvitatis materiæ? Et an qui tribus, vel quatuor diebus ultra tempus in Concilio permissum Choro non interest, non peccet nisi venialiter?* Ex part. 5. tr. 5. res. 26. p. 468.

81. *Quænam parvitas materiæ excuset à peccato mortali, & restitutione fructuum in omnibus Horis Canonicis? Et an ea parvitas, quæ excusat à mortali in recitatione Horarum Canonicarum privata, excuset etiam in recitatione publica Chori, nisi tamen interveniat scandalum?* Ex p. 2. tr. 12. res. 41. ibid.

82. *Quænam parvitas materiæ excuset à mortali in recitatione Officij Divini? Et an detur materia tam parva, ut sit nulla?* Ex part. 7. tract. 11. & Miscel. 2. resol. 2. p. 469.

83. *An in Officio Divino sit ea materia parva, quæ est minor octavâ parte?* Ex part. 11. tr. 1. & Miscel. 1. res. 21. ibid.

84. *An dubitans aliquem Psalmum, vel Horam omisisse teneatur repetere?* Ex part. 4. tract. 3. resolut. 68. p. 470.

85. *An in præcepto non addendi, vel minuendi aliquid ex Officio Canonico detur parvitas materiæ? Et an propter talem additionem, & preces mistas tamen quis satisfaciat præcepto recitandi?* Ex part. 5. tr. 5. res. 64. ibid.

86. *Sæpius coactus sum respondere ad istam dubitationem; an quis impleat præceptum recitandi Horas Canonicas, si in Officio Feriæ recitet Officium alicujus Sancti, vel alterius Feriæ?* Ex part. 2. tract. 12. resol. 3. p. 471.

87. *An si quis dicat Officium Resurrectionis loco alterius Officij, satisfaciat præcepto?* Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. res. 7. ibid.

88. *An qui recitat Officium Resurrectionis pro Officio de Feria, vel Sancto satisfaciat præcepto? Et quid, si aliquis dicat Officium alterius Sancti loco ferialis? Et cursim docetur, quod opinio unius, vel alterius quam omnes alij rejiciunt, non meretur probabilitatem*

rem. Ex part. 11. tract. 1. & Miscel. 1. resol. 26. pag. 47.
89. An si quis dicat, v.g. Matutinum de Sancto, & Horas Canonicas de Feria, satisfaciat præcepto? Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. res. 11. ibid.
90. In die S. Matris Teresiæ quis celebravit ejus Officium ex devotione? quæsitum a me fuit, an peccaverit? Et an sit tantum peccatum veniale dicere, Officium sub ritu duplici, ubi sic dicendum de simplici, & è contra? Idem dicendum est, si mutatio fiat in Choro, dummodo absit scandalum. Et firmatur non esse grave peccatum anticipare, vel postponere in Choro notabiliter Horas, nisi fiat ex consuetudine, & usu; aut grave scandalum generetur. Et docetur amittentem Vesperas Sabbathi Sancti non peccare mortaliter. Et notatur unicum peccatum committere non recitantem Officium defunctorum, & illud diei, nempe octavæ omnium Sanctorum. Et an qui cras futurus est Panormi, ubi recitatur Officium S. Rosaliæ duplex, possit hodie Monte Regali, ubi Officium sit de Feria recitare Matutinum de Sancta Rosalia? Et an non sit neque venale, si ex oblivione quis recitavit Matutinum de Feria, & advertens dicat Horas de Sancto? Ex p. 11. tr. 4. & Misc. 4. res. 45. p. 473.
91. An si quis privatim extra Chorum ex devotione recitat Officium Confessoris non Pontificis pro Beato Andrea, vel pro Beato Francisco de Borgia, peccet mortaliter? Et multa alia circa cultum Beatificatorum discutiuntur in textu hujus Resolutionis; attende ea, quia sunt valdè notanda, & menti tenenda pro dicenda Missa, vel commemoratione Beatificorum facienda. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. res. 231. p. 474.
92. An quis teneatur privatim recitare Litanias in diebus Rogationum, si non adsit in Choro, sive in processionibus? Ex p. 2. tr. 12. res. 42. p. 475.
93. An Litanias non recitare in diebus S. Marci, & Rogationum sit peccatum mortale? Et part. 4. tract. 4. & res. 226. ibid.
94. Præclara, & solemnis quæstio. An adsit obligatio recitandi Officium defunctorum in die 2. Novembris? Et quid de consuetudine in supradicto casu? Et latè explanatur, quid est dicendum de Litaniis S. Marci, & Rogationum? Ex part. 4. in fine tr. 4. & Misc. res. unica. ibid.
95. An qui in die 2. Novembris omittat recitare Officium defunctorum, & Officium Octavæ committat unum, vel duo peccata? Et an qui in prædicta die recitat Officium Octavæ, sed relinquit Officium defunctorum, si sit Beneficiarius, teneatur restituere fructus beneficij? Et docetur, quomodò possumus cognoscere consuetudinem obligare, & ita habere modum legis, vel non obligare, & sic non introductam per modum legis, v.g. recitandi Officium defunctorum in die 2. Novembris, jejunandi in Vigilia Nativitatis B. Mariæ non comedendi ova, & lacticinia in quadragesima, &c. Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. res. 29. p. 478.
96. An si quis non haberet Breviarium, sed sciret Psalmos teneatur illos dicere sine Lectionibus in Matutino, vel Capitulis, & versiculis in Horis? Et quid, si sciret aliquas Lectiones, sive Capitula, & Orationes, an teneatur sic dicere Officium? Ex p. 2. tract. 12. resol. 30. ibid.
97. An qui habet diurnum, teneatur recitare Psalmos sine lectionibus, & responsoriis pro Matutinis? Et infertur cœcum non esse adstrictum Matutinam Horam recitare, nisi memoria retineat Psalmos, cum Lectiones legere nequeat, nec teneatur socium quærere. Et an si aliquis se offert cœco, vel infirmo in socium ad recitandum, teneatur cœcus, aut infirmus recitare? Et an infirmus, & si valens conversare cum amicis se invisentibus; ideò non teneatur recitare Officium Divinum? Ex part. 2. tr. 12. res. 43. p. 479.
98. An Clericus, qui habet diurnum, & caret Breviario, teneatur saltem recitare Psalmos absque lectionibus, & Responsoriis? Idem est de carente visu, vel alia de causa, si Psalmos memoria tenet. Et an qui propter aliquam causam, infirmitatem scilicet magnam occupationem, &c. excusantur à dicendo toto Officio Divino, non tamen excusentur à dicendo illas horas Canonicas, quas commodè dicere possint? Et an interruptio notabilis in persolvendo Divino Officio non constituat peccatum mortale, nec obligationem rerum recitandi, & quamvis incepta Hora interrumpatur animo repetendi? Et an hoc etiam intelligatur in Ordine ad recitationem publicam quæ efficitur in Choro? Et an Beneficiarius, qui tantum percipit ducatos 25. ex fructibus beneficij, teneatur ad recitationem Horarum Canonicarum, vel sint necessarij in his temporibus 40. ducati, demptis oneribus Missæ, &c? Et an Præbendatus non obligatus ad recitandum in Choro, possit recipere, & retinere distributiones, etiam si neque ibi, neque extra Chorum recitet Officium Divinum? Ex part. 10. tract. 16. & Misc. 6. resolut. 48. alias 47. ibid.
99. An si quis habet privilegium recitandi Breviario breviori, vel dicendi Horas ante tempus, possit socius recitare eodem modo cum illo absque culpa? Et an Episcopus Religiosus possit recitare cum socio secum recitante per Breviarium suæ Ecclesiæ? Ex p. 2. tr. 12. res. 35. p. 481.
100. An si, v.g. Episcopus, vel Cardinalis, aut alius Superior cum famulo velit die feriali ex negligentia recitare Officium de Sancto, utrum talis famulus peccet venialiter propter dictam mutationem Officij? Ex part. 7. tr. 11. & Misc. 2. res. 10. ibid.
101. An Sacerdos sæcularis satisfaciat præcepto, si recitet, v. g. cum Carmelitano; vel Franciscus cum Carmelitano Officium Divinum? Ex p. 7. tract. 11. & Misc. 2. res. 9. ibid.
102. An Regularis, vel alij, relicta consuetudine vel Religionis, vel Ecclesiæ, secluso aliquo præcepto, possint privatim Officium Divinum secundum Breviarium Romanum recitare? Et an si Clericus sæcularis uno, vel altero die diceret Officium per alium Breviarium à Romano, v.g. Breviarium S. Dominici, &c. peccet mortaliter? Ex p. 2. tr. 12. res. 10. p. 482.
103. An Regulares extra Chorum possint uti Breviario Romano, vel alterius Religionis? Ex part. 3. tr. 2. res. 135. ibid.
104. An Monachi satisfaciant præcepto Divini Officij, si privatim recitent juxta Ritum Breviarij Romani? Ex part. 11. tract. 2. & Misc. 2. resolut. 64. ibid.
105. An Regulares extra Chorum satisfaciant præcepto persolvendi Horas Canonicas secundum Breviarium alterius Religionis? Et quid quoad Communitatem in recitando Officium Romanum, vel alterius Communitatis, & Religionis? Ex part. 7. tract. 11. & Miscel. 2. res. 8. p. 483.
106. An Regulares satisfaciant præcepto persolvendi Horas Canonicas, si recitent Officium alterius Religionis? Et adducitur, quod in Clementina 2. de Celebratione Missarum conceditur Clericis sæcularibus, & Religiosis commensalibus Cardinalium, & Episcoporum, ut possint se conformare illis in modo recitandi Officium, & non teneantur aliud dicere. Ex p. 11. tr. 1. & Misc. 1. res. 8. p. 484.
107. An aliæ Religiones possint per Communicationem gaudere priviligio concesso Patribus Franciscanis recitando Officium Corporis Christi singulis quintis Feriis extra Quadragesimam, & Adventum non impeditis Festo novem

vena Lectionum? Idem dicendum est de Officio Concepionis, & similibus. Ex p.3. tr.8. & Misc.3. resol.14. p.485.

108. *An Prælatus Religiosis addictis Breviario Romano possit in publica recitatione ex causa justa dispensare in Officio unius diei, una vel altera vice? Et quid circa hoc decrevit Sacra Cardinalium Congregatio?* Ex p.2. tr.12. res.36. ibid.

109. *Utrum Superior cum suis Religiosis possit dispensare circa obligationem recitandi Officium divinum? Et quid saltem quoad Religiosos nondum in Sacris constitutos?* Ex p.2. tr.12. res.19. ibid.

110. *An Beneficiarius non recitans primis sex mensibus teneatur jure naturali ad aliquam restitutionem? Et an Beneficiarius omittens dicere Officium, si impotens sit ad restituendum fructus, sit obligatus ad restituendum in bonis spiritualibus?* Ex part. 2. tract.12. resol.25. ibid.

111. *An qui plura habet beneficia, teneatur in fine Officij tot commemorationes facere, quot sunt beneficia? Et an teneatur ad restitutionem pro rata fructuum respondentium singulis commemorationibus omissis? Et notatur, quod qui plura beneficia possidet, quorum unum sufficiat ad decentem sustentationem sine justa causa, & dispensatione pluries in eodem die tenetur dicere Horas Canonicas.* Ex part.9.tr.9. & Misc. 4. res.10. ibid.

111. *An Beneficiarius adimpleat præceptum persolvendi Horas Canonicas, si per alium recitet? Et an excusetur Beneficiarius à restitutione, si divinum Officium ab alio ex sua intentione recitatum pro Eleemosyna defunctis applicanda, seu applicata contribuat ex eo, quod hæc restitutio possit fieri pro celebrandis Missis, in auditione Sacri, flagellatione, Indulgentiarum, & Jubilæorum lucratione, & his similibus recitationi omissæ æquivalentibus, &c. Et notatur, quod qui beneficium obtinuit per Symoniam, vel dum erat excommunicatus, suspensus à beneficio, vel irregularis, aut sine legitima ætate, aut per aliam causam, ob quam collatio beneficij fuerit nulla ad pensum divini Officij non tenetur, vel saltem non tenetur ad fructuum restitutionem. Et an, qui plura beneficia, vel pensiones habet, teneatur in eodem die pluries Officium divinum recitare? Et quid si ratione voti, vel pœnitentiæ tenetur ad dicendas Horas Canonicas? Et notatur, quod qui beneficium accepit cum onere solvendi alteri omnes fructus in pensionem, tenetur Officium divinum recitare. Idem est dicendum de illo, qui distributiones non percipit, sed illas spectat de futuro, &c. Et docetur, quod si ablatio beneficij non est perpetua, sed pro aliquo tempore, etiam si violenta, & injusta, sine spe recuperationis non sufficit ad excusandum ab obligatione recitandi Officium. Idem est dicendum, si per sterilitatem temporum beneficium aliquibus annis non redderet fructus.* Ex p.9. tr.9. & Miscel. 4. res.22. p.486.

113. *An Beneficiarius, qui alio die supplet defectum in recitatione commissum, liberetur ab onere restitutionis?* Ex p.2. tr.12. res.24. p.488.

114. *An Beneficiarius, qui non recitavit, si altero die recitet, & suppleat omissum, excusetur à restitutione fructuum? Et quid, si prædictum pensum Officij omissum, v.g. hodie, recitet post duos aut tres menses, aut aliud tempus; imo si recitet ante tempus? Et an stando in opinione affirmativa, talis obligatus possit restitutionem facere in eandem speciem actionis, id est in recitatione ejusdem Officij omissi, an verò possit satisfacere per alias pretes æquales, v.g. per integrum Rosarium, Psalmos Pœnitentiales, vel per Sacrificium Missæ, &c. Et notatur, quod si in singulis Horis unius diei quid leve omittitur quod simul sumptum gravem materiam constituat ex eo non obligatur Beneficiarius ad restitutionem, neque etiam si omitteret partem notabilem unius Horæ.* Ex p.9. tr.9. & Misc.4. res.24. ibid.

115. *An Beneficiarius, si intra annum per octo, vel decem dies omisit Officium, teneatur ad restitutionem?* Ex part.2. tr.12. res.34. p.489.

116. *An in obligatione restituendi fructus pro omissione Horarum Canonicarum detur parvitas materiæ?* Ex p.5. tr.5. res.24. ibid.

117. *Quænam pars Officij omissa à Beneficiario sit levis, ut non obliget ad restitutionem, etiam si fructus respondentes illi parti omissæ sint magnæ & notabilis quantitatis? Et an si pars fructuum correspondens sit tam parva, ut non pertingat ad peccatum mortale in materia furti teneatur illam restituere sub mortali? Et an qui eodem die in singulis Horis paucos versiculos omisit, qui simul sumpti gravem, & notabilem materiam constituant, teneatur ad restitutionem? Ex quo infertur non satisfacere præcepto recitandi Horas eos, qui dum cantant, aut recitant, omittunt tantam partem Versuum; vel Psalmorum, etiam deglutiendo, corrumpendo, vel syncopando verba, vel syllabas ut ex ita omissis, vel corruptis fiat notabilis pars. Quod tamen intelligendum est non de omnibus Horis simul, sed de singulis Horis. Et an liberetur ab onere distributionum restitutionis ille, qui accedit ad Chorum non solum post primum Psalmum, verum etiam qui præter hanc partem reliquerit recitare aliam quæ non attingit ad materiam notabilem?* Ex part.2. tr.12. res.26. p.490.

118. *An Beneficiarius, qui non recitavit Laudes, teneatur ad aliquam restitutionem? Et an infirmus, qui prævidit post prandium ex febre fore impediendus à recitatione Vesperarum, teneatur illas mane recitare? Sed ex doctrina hujus Resolutionis infertur, an Laudes sint Hora separata, vel partes Horæ, nempè Matutini?* Ex p.5. tr.14. & Misc.2. resol.46. ibid.

119. *An Beneficiarius teneatur ad aliquam restitutionem omittendo partem notabilem alicujus Horæ? Et quid, si omittat Laudes? Et quid est dicendum, si omittat partem levem in singulis Horis? Et an restitutio pro omissione Horarum suppleri possit per quascumque eleemosynas, quas antea Beneficiarius de fructibus sui beneficij fecerat?* Ex part. 4. tract.4. & Misc. resol. 220. p.491.

120. *An sit obligatio restituendi, si Beneficiarius omittat partem notabilem unius Horæ; vel in Officio unius diei omittat plures versiculos, qui simul partem notabilem constituant? Et an qui habet unum beneficium juste, & alterum injuste, teneatur bis recitare Officium?* Ex part.11. tract.2. & Miscell.2. resolut. 44. p.492.

121. *An Beneficiarius, qui partes leves in singulis Horis omittit, quæ simul sumptæ gravem quantitatem constituunt, teneatur ad aliquam restitutionem?* Ex p.5. tr.5. res.54. Et ad pedem literæ in ipsamet part.5.tract.14. resol. 47. Ideo hic una tantum Resolutio adscribitur. p.493.

122. *Petrus Beneficiarius in quadam Civitate hujus Regni per spatium septem annorum recitavit Officium sine debita attentione, & hoc voluntarie. Quæsitum à me fuit, an teneatur ad restitutionem fructuum, qui uncias sexcentas superabant?* Ex part.2. tract. 12. resolut. 1. ibidem.

123. *Quidam Sacerdos habebat beneficium Curatum cum multis oneribus, ut Missa, &c. & per multos annos multoties reliquit Horas Canonicas. Quæsivit à me, an teneatur restituere in integrum omnes fructus interim perceptos? Et in textu hujus Resolutionis docetur, quid Episcopus, Parochus, Canonicus, vel Beneficiarius teneatur restituere pro omissione in recitatione*

Officij

Officij Divini cujuslibet diei. Et an, si contingat Canonicum Canonicatus grossam prius, & absolutè lucrari antequam Officium Divinum omittat, nihil ejus debere restituere. Ex part. 2. tract. 12. res. 8. ibid.

124. Beneficiarius omittens recitationem Horarum quomodo debeat fructus restituere; quid pro toto Officio, & quid pro singulis Horis Canonicis? Idem advertitur de Episcopo, Canonico, & Parocho. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. res. 111. p. 494.

125. Cui est facienda restitutio ex omissione Horarum? Ex p. 2. tr. 12. res. 27. ibid.

126. An Beneficiarius qui omisit Horas Canonicas, liberetur à restitutione fructuum propter eleemosynas pauperibus largitas, non tamen hoc intuitu? Et quid est dicendum de aliis debitis, an contrarium est sentiendum? Ex part. 3. tract. 6. & Miscel. 2. resolut. 57. ibid.

127. An Beneficiarius, qui omisit Horas Canonicas excusetur à restitutione fructuum propter eleemosynas largitas pauperibus, & sufficientes pro illo debito, licet fuerint largitæ absque memoria dictæ obligationis? Ex p. 7. tr. 10. & Misc. 1. res. 24. p. 495.

128. An Beneficiarius possit compensare eleemosynas jam factas voluntariè cum obligatione postea contracta restituendi fructus propter omissionem Officij? Et supponitur Beneficiarium excusari à restitutione fructuum ob eleemosynas jam factas, non tamen cum intentione satisfaciendi huic obligationi. Et an hoc habeat locum in debitis ex furto, usuris, &c. quæ fortè solvenda sunt pauperibus ob incertitudinem creditorum? Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. res. 23. ibid.

129. Quidam Canonicus recitabat Officium, non tamen canendo cum aliis in Choro; quæritur, an hoc facere potuerit sine peccato mortali, & distributiones quotidianas lucrari? Ex p. 2. tr. 12. res. 6. p. 496.

130. An qui submissa voce, aliis canentibus, persolvit Horas Canonicas, possit percipere distributiones? Ex p. 2. tr. 12. res. 33. ibid.

131. An Canonici confabulantes in Choro, aut exercentes aliquas actiones præfatæ attentioni externæ repugnantes, teneantur ad restitutionem distributionum quotidianarum? Ex part. 2. tr. 12. res. 7. ibid.

132. An Canonici confabulantes, dum Chorus cantat, lucrentur distributiones quotidianas? Et an teneantur illas restituere, si in Choro, vel privatim non recitent Horas Canonicas? Et an Canonici non assistentes in Choro, nec recipientes distributiones quotidianas non peccent mortaliter, nisi sequatur detrimentum cultus Divini? Ex part. 4. tract. 4. & Miscel. resolut. 149. p. 497.

133. An Canonicus, seu Prabendatus, qui Choro assistit confabulando, possit hoc non obstante distributiones lucrari? Et quæritur, quibus peccatis peccat Præfectus Chori in suo Officio? Et pro praxi hujus difficultatis adducuntur sex peccata, vel sex casus, in quibus potest peccare prædictus Præfectus Chori ratione sui Officij. Et an Canonicus, qui non recitat Officium neque in Choro, nec extra Chorum, teneatur restituere distributiones, si tantum assistat Choro? Ex p. 10. tract. 13. & Misc. 3. res. 10. ibid.

134. An Canonicus absens à Choro per tres menses vigore Concilij Tridentini, gaudeat distributionibus quotidianis? Et an quamvis in toto anno Choro non intersit gaudeat hoc non obstante, in prædictis tribus mensibus quotidianis distributionibus? Ex p. 10. tr. 11. & Misc. 1. res. 58. p. 498.

135. An Canonicus qui abest à Choro sine causa, animo amittendi distributiones, tempore absentiæ correspondentes, peccet mortaliter? Et an Canonicus, qui ad Chorum non accedit, sed privatim Divinum Officium recitat, peccet tantum venialiter, etiam si in Choro quatuor tantum assistant? Ex part. 2. tr. 12. res. 31. p. 499.

136. An Prabendatus peccet mortaliter, si à Choro absit, etiam si cedat distributionibus? Et an Prabendatus submissa voce recitans suam partem, vel non recitans, sed solum attendens ad partem, quam alius Chorus recitat, lucretur dimidiam partem distributionum? Et an tres, vel quatuor dies in anno absentiæ à Choro non constituant culpam mortalem in Prabendatis, absque tribus mensibus in anno à jure illis concessis absentia à Choro? Ex p. 4. tract. 4. & Misc. resol. 217. ibid.

137. An si extra tempus Divinorum Officiorum possit Canonicus, seu Prabendarius expedire negotia propriæ Ecclesiæ, in cujus utilitate abest, licitè accipiat distributiones? Et an Canonicus dispensatus in ætate etiam lucretur distributiones? Idem est, si Canonicus Ordine Sacro initiatus non sit, si assistat in Choro; & aliud est quoad vocem in Capitulo quæ requirit saltem Ordinem Subdiaconatus. Et notatur, quod distributiones percipit Canonicus assistens Choro, & Divinis Officiis, licet non sedeat proprio stallo, nec sit indutus vestibus solitis. Item lucrabitur distributiones Canonicus, si desinat Horis Canonicis assistere propter aliquam justam causam; propter recipiendum hospitem; vel si radat barbam; & ex aliis multis causis, quæ in textu hujus resolutionis explicantur, quas pro casibus contingentibus in promptu tene, quia quotidianæ sunt pro supradictis Prabendariis circa lucrationem distributionum. Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. res. 54. ibid.

138. An Pensionarius teneatur sub peccato mortali dicere Officium parvum B. Virginis? Et docetur consuetudinem esse optimam legis interpretem. Et quæritur, an omnes pensiones possint vendi pro libito absque licentia Summi Pontificis? Et part. 10. tract. 16. & Misc. 6. resol. 94. p. 500.

139. Proponuntur aliqui casus circa obligationem Pensionarij ad recitandum Officium B. Virginis. Sed inter alia quæritur, an Pensionarius relinquens recitare Officium B. Virginis teneatur restituere omnes fructus, vel tantum tertiam partem sicut Beneficiarij qui ex omissione Horarum Canonicarum non tenentur persolvere nisi tertiam partem? Ex part. 10. tract. 16. & Misc. 6. resolut. 95. p. 502.

Appendix ad cæteras omnes alias quæstiones hujus *Tractatus Sexti de Horis Canonicis hujus Tomi tertij.*

AN Pontifex possit dispensare in recitatione Horarum Canonicarum? Et an recitatio Horarum Canonicarum sit de jure Divino, vel etiam de jure naturali? Et an qualitas Officij Divini sit tantum de jure positivo? Et an Papa possit dispensare cum quocumque Clerico, vel Regulari, ut licitè possit uti Breviario, quod ei libuerit? Et è contra, an non possint Episcopi, & Prælati Regulares cum suis subditis dispensare, ut non recitent Officium Divinum Breviarij juxta ritum Pij V. ad quod tenentur, sed juxta aliud Breviarium approbatum? Et an Episcopi, & Prælati Regulares cum suis subditis ex rationabili causa possint dispensare, ut aliquando, non tamen in perpetuum, neque per modum Constitutionis recitent Officium de Sancto die, qua essent recitaturi de Festa? Et an prædicti Episcopi, & Prælati Regulares possint dispensare, ut nunquam subdiaconi, & in tota vita recitent? Et an dispensatio concessa Subdiacono, ut possit uxorem ducere, liberet eum

tem à recitatione Officij Divini? Et quid dicendum est, si fingamus Titium matrimonium ratum cum Catharina contraxisse, & deindè eam ad Subdiaconi vel Diaconi Ordinem, & gradum esse promotum; & circa hoc aliqua alia explanantur? Et an Sacerdos Beneficiarius dispensatus ab onere recitandi Horas Canonicas ex infirmitate oculorum, si postea convaleat, teneatur sub mortali Officium Divinum recitare? Et quid in dicto casu de fructuum beneficij restitutione? Ex part. 8. tr. 3. ex resolut. 101. 34. & 12. & in part. 6. tract. 7. ex resolut. 45. §. Undè. *Quæ hic sunt supra in hoc ipsomet* tom. 3. tract. 2. de dispensatione resolut. 51. 52. 26. & 74.

An professus, vel Sacerdos secularis, cum quibus dispensatum est ad nuptias, teneatur ad Officium Divinum recitandum? Et quid de Degradato? Ex part. 9. tr. 4. ex res. 40. *Quæ nunc invenietur* in tom. 5. tr. 2. de Percussione Clerici res. 36.

An Orationes septem Psalmorum Pœnitentialium à Sacerdote in fine Litaniarum dicendæ sint genu flexo, an stante? Idem est, quando in Choro recitantur Litaniæ in diebus Rogationum, quod stando recitandæ sunt Orationes. Et quomodò tempus mediæ noctis in præcepto recitandi Horas Canonicas sumendum est? Ex part. 10. tract. 13. ex res. 34. & in part. 7. tract. 11. ex res. 15. *Quæ hic reperientur* in tom. 2. tr. 1. de Celebratione Missarum res. 195. & 111.

An ordinatus per vim, & metum teneatur recitare Officium Divinum? Et quid, si postea ratificet verbo, aut facto semel utens Ordine accepto sine ulla coactione? Et an ille, qui in peccato mortali solemniter Capitulum, & Collectam pronunciat in Choro, qui hoc facit tanquam Presbyter, peccet mortaliter? Ex part. 10. tract. 13. ex resolut. 18. & in p. 3. tract. 4. ex resol. 195. alias 196. *Quæ hic sunt* in tom. 2. tr. 5. de Sacramento Ordinis res. 114. & 119.

Curissimè infertur, quod qui vovit quotidie recitare, non tenetur preces alicujus diei omissas supplere. Et an si quis vovit recitare Litanias, teneatur ad preces, & Orationes subsequentes? Idem est de pœnitentia à Confessario injuncta. Ex part. 5. tract. 14. ex resolut. 31. §. penult. in fine, & in part. 9. tract. 7. ex res. 46. *Quæ nunc invenientur* in tom. 1. tr. 6. de Satisfactione Sacramentali res. 43. & 20.

An qui vovit recitare septem Psalmos Pœnitentiales, si non potest integros recitare, teneatur ad partem, vel si secret unum Psalmum ex Pœnitentialibus teneatur illum septem vicibus recitare? Et an peccet mortaliter non recitando Officium Divinum qui in nocte proxima se inebriat, & facit impotentem ad recitandum sequenti die? Ex p. 3. tract. 5. ex res. 61. & in p. 10. tr. 14. ex res. 13. alias 11. *Quæ hic reperientur* in tom. 4. tr. 6. de Jejunio res. 66. & 18.

An peccet mortaliter contra præceptum, & obligationem recitandi Officium Divinum qui edit nimium, aut nociturum prævidens ob morbum se omissurum Horas Canonicas? Et an satisfaciat quis obligationi recitandi Horas Canonicas, si in illis voluntariam internam mentis evagationem haberet? Et quidam scrupulis angebatur, an habuerit intentionem recitandi Horas Canonicas, ideò benignam aliquam opinionem impensè à me postulavit. Et an si quis vult recitare Officium Divinum cum voluntate expressa non adimplendi illud, adhuc satisfaciat præcepto, &c? Et an quis satisfaciat præcepto de audiendo Sacro, si tempore Sacrilegij Horas Canonicas ad quas obligatur? Ex part. 10. tract. 14. ex resolut. 12. alias 10. & in part. 5. tract. 1. ex resolut. 61. §. ult. in fine, & in part. 3. tract. 6. ex resolut. 68. & in p. 4. tr. 4. ex res. 107. *Quæ hic sunt* in tom. 2. tr. 3. de Audienda Missa in die festo res. 14. 25. 1. & 2.

An si Clericus, v.g. in diurna navigatione abjecit Breviarium, teneatur aperire hanc circunstantiam in confessione vel ei sufficiat dicere, vigesies omisi Horas Canonicas? Et an si post abjectum Breviarium debeat de causa omissionis data, non amplius peccet omittendo Horas? Et an propositum omittendi aliquid actum & præceptum aliquando in confessione explicandum sit; ut si quis, v.g. proposuit per multos dies Officium Divinum omittere, sed deindè propositum mutans non nisi quinquies omisit? Et an sufficiat, si pœnitens dicat in confessione, anno integro omisi Officium Divinum, licet aliquoties doluerit de culpa intra annum, & statuit recitare, & propositum postea non implevit? Et an si quis, v.g. recitando Officium Divinum videt mulierem, & concupiscit eam, teneatur non solum illam pravam concupiscentiam confiteri, sed etiam dicere, quod tale peccatum admisit psallendo, orando, &c? Et an qui recitat non solum in peccato mortali, sed cum proposito actuali, & voluntate peccandi mortaliter, non peccet? Et utrum, qui ratione Ordinis Sacri, & beneficij tenetur persolvere horas canonicas, si illas non reciter, peccet dupliciter, & teneatur istam circunstantiam in confessione explicare? Et quid, si habeat multa beneficia? Et qui omisit aliquo die omnes Horas Canonicas, an teneatur illud in confessione aperire, vel illud tantum quod omisit? Et an qui ex ignorantia non recitat Horas Canonicas, ad quas ratione Ordinis Sacri, vel beneficij obligatur, committat duplex peccatum? Et an si quis unica voluntate voluisset omittere Officium Divinum per mensem, teneatur hanc circunstantiam in confessione aperire? Ex part. 1. tract. 7. ex resolut. 63. & in part. 5. tract. 14. ex resolut. 55. & in part. 6. tr. 7. ex resolut. 36. & in part. 2. tract. 12. ex resolut. 22. & 23. & in part. 3. tract. 4. ex resolut. 140. alias 141. & in part. 1. tr. 7. ex resolut. 17. *Quæ nunc invenientur* in tom. 1. tr. 7. de Circunstantiis res. 62. 63. 66. 65. 64. 7. & 23.

An qui ex oblivione naturali omittit recitare Horas Canonicas teneatur restituere fructus? Et an excommunicatus cum aliquo legens privatè Horas Canonicas, vel Officium B. Virginis, &c. peccet? Idem est de recitante cum excommunicato. Ex part. 3. tract. 6. ex resolut. 41. & in part. 5. tract. 9. ex resolut. 89. & in tract. 5. ex res. 21. *Quæ hic reperientur* in tom. 5. tr. 1. de Excommunicatione res. 32. 131. & 147.

An excommunicatus recitando Horas Canonicas privatim, & dicendo Dominus vobiscum, *incurrat irregularitatem, & peccet mortaliter?* Ex part. 4. tract. 2. ex resolut. 94. & in part. 5. tract. 9. ex resolut. 93. *Quæ hic sunt* in tom. 5. tract. 5. de irregularitate resol. 35. & 36.

An liceat Sanctum Beatificatum invocare in publicis Litaniis? Et part. 3. tract. 5. ex resolut. 9. *Quæ hic est supra in hoc ipsomet* tom. 3. tract. 3. de Episcopis resol. 90.

Quæritur, quinam sint, qui possunt uti privilegio Clem. VII. concesso Clericis S. Sylvestri de Urbe, qui alias vocantur Theatini, dicendo saltem sex, aut septem Psalmos assignandos à Prælato cum septem Pater noster, & bis Symbolum Apostolorum loco Horarum Canonicarum? Et an ejecti à Religione, si non sint in Sacris, teneantur ad Officium Divinum? Et an si adsit dies, cujus integrum Officium Divinum memoria tenet cæcus, istud solum modo cæcus recitare teneatur? Ex p. 3. tract. 2. ex res. 68. & 60. & in p. 10. tr. 16. ex res. 46. alias 45. *Quæ nunc invenientur* in tom. 7. tr. 1. de Regularibus res. 261. 192. & 7.

Explanatur, quod quamvis nullo jure teneantur Religiosi ad Chorum professi nondum ordinati ad Horas canonicas, tenentur tamen jam ex longa consuetudine præscripta in unaquaque Religione. Ex part. 4. tract. 4. ex

res. 6.

Index Tractatuum, & Resolutionum.

res. 8. *Quæ hic* in tom. 2. tr. 1. de Celebrat. Missarum res. 82.

An si quis, v. g. videat Clericum ex oblivione invincibili omittere Officium Divinum, teneatur illum monere? Ex p. 2. tr. 8. de res. 48. *Quæ hic reperietur* in tom. 7. tr. 4. de Correctione res. 31.

An Beneficiarj omittentes Horas Canonicas satisfaciant si eleemosynas non distribuant pauperibus, sed celebrent Missas pro animabus Purgatorij? Ex p. 7. tract. 10. ex res. 14. in fine, *Quæ nunc invenietur* in tom. 6. tr. 8. de Testamentis res. 58.

Quidam vir Nobilis recitabat quotidie pro animabus Purgatorij Officium defunctorum, dum adhuc esset in statu peccati mortalis, quæsivit à me, an dictis animabus Orationes illæ prodessent? Ex part. 5. tract. 14. ex resol. 79. *Quæ hic est* in tom. 8. tr. 10. res. 13.

TRACTATUS

TRACTATVS PRIMVS
DE
POTESTATE PONTIFICIS
in ordine ad Sacramenta.

ET IN FINE HVIVS TRACTATVS ADSCRIBVNTVR duæ Apologeticæ Disceptationes de primatu solius D. Petri ad differentiam inter ipsum, & D. Paulum.

RESOLVTIO I.

An Pontifex possit suis præceptis ita obligare quoad ministrationem Sacramentorum, vt aliquando excusemur ab obligatione, & obseruatione præcepti diuini? Sed inter alia, quæ in textu huius Resolutionis explanantur, quatuor diuersi casus inferuntur, ex doctrina supradictæ quæstionis, quos in promptu debent habere omnes Sacerdotes, & Confessarij, quia sæpè contingere possunt in praxi, & sunt valdè notandi. Ex part. 8. tract. 1. Resol. 78.

§. 1. AFFIRMATIVE respondet Eminentissimus Cardinalis Lugo *de Sacram. Eucharist. disp. 14. sect. 5. n. 110.* vbi sic ait. Loquendo de possibili, negari non potest, quòd aliquando Ecclesia cum tanto rigore præcipiat, & prohibeat aliquid, vt etiam intuitu obseruandi præcepti diuini id omitti, vel fieri non possit. Ita ille, qui postea *disput. 15. sect. 3. num. 61.* asserit, quòd in Ecclesia ex hac doctrina communiter asseritur, non posse Sacerdotem post prandium celebrare Missam pro dando viatico moribundo: & ita docent Doctores, quos citat & sequitur Marchinus *de sacramento Ordinis, part. 3. cap. 3. num. 13.* & me citato Eminentissimus Lugo *vbi suprà, num. 68.* Et ratio est, quia præceptum dandi viaticum debet semper intelligi, quando dari potest iuxta ritum, & ordinem ab Ecclesia præscriptum in hoc Sacramento conficiendo, & ministrando. Quare sicut non potest Sacerdos celebrare absque vestibus sacris, absque altari, absque pane azymo ad dandum viaticum infirmo, quidquid dicat Maior *vbi suprà*, cuius sententiam omnes meritò refellunt: sic non poterit celebrare absque ieiunio, cùm tam sit præceptum Ecclesiæ hoc, sicut illa.

Sup. hoc in §. seq. huius Resol. & in aliis eius notationis.

Sup. hoc infra in §. Potest etiam tertio huius Resol. & in aliis eius annot.

a Sed hæc exempla non carent difficultate, quia non desunt Doctores asserentes, Sacerdotum post prandium posse dicere Missam ad communicandum infirmum. Et ita docent plures Doctores, quos olim ego citaui, & adducit Cardinalis Lugo *vbi suprà, disput. 15. sect. 3. num. 67.* quorum sententiam, ipse putat probabilem & probari potest sequentibus argumentis. *Primò*, licet Sacerdoti non ieiuno celebrare, ad mortem, vel vulnus vitandum: ergo ad subueniendum sibi, vel alteri morienti. *Secundò*, licet infirmo de vita periclitanti viaticum ministrare non ieiuno: ergo in gratiam eiusdem licebit sacerdoti non ieiuno celebrare. *Tertiò*, potest Sacerdos in articulo mortis absoluere à quibuscumque censuris & peccatis, à quibus ante non poterat: ergo & non ieiunus celebrare. *Quartò*, efficacius, potest Sacerdos ad subueniendum sibi, vel alteri morienti celebrare non præmissa confessione peccati mortalis: ergo & non præmisso ieiunio. Antecedens conceditur ab omnibus. Consequentia constat, nam maius præceptum est præmittendi confessionem peccati mortalis, cùm sit iuris diuini, vt suprà probatum est, quàm præmittendi ieiuniũ, cùm hoc sit tantùm iuris positiui humani. *Quintò*, licitum est Sacerdoti, propter ægroti necessitatem, anticipare, vel postponere tempus celebrationis, vt omnes ferè concedunt: ergo etiam licebit, non ieiunum celebrare, cùm vtrumque sit præceptum Ecclesiasticum. *Sextò*, præceptum de communicando in articulo mortis est diuinum: ergo debet præualere præcepto de non celebrando post sumptum cibum, quod est humanum.

Citauit in Res. quæ est 130. in tom. 2. tr. 1. & in aliis eius primæ not. & ad mediũ §. 1. huius Res. Et sup. his casibus seqq. in hoc §. magis latè in suis specialibus Resol. positis in suis propriis tractatibus in tom. 1. & 2. de Sacramentis secũdùm hanc nouam methodum, & ordinem.

3 Et in vno casu admittit hanc sententiam Amicus *in cursu Theolog. tom. 7. disp. 27. sect. 3. n. 36.* & ait, licere Sacerdoti non ieiuno celebrare, si nimirum sumpto veneno morti appropinquaret, & habens conscientiam peccati mortalis copiam Confessarij habere non posset: tunc enim poterit saltem putatiuè contritus celebrare, vt si fortè reipsa contritus non sit, virtute Sacramenti fiat ex attrito contritus. Nam in hoc casu sacramentum Eucharistiæ est ad salutem necessarium; vnde videtur

Sup. hoc in tom. 1. tr. 3. Resol. 148. à lib. 5. & in Res. 155. §. 2. ad medium.

videtur hic casus per epikeiam excipi à lege vniuersali.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 2. Ref. 98 & hic infra in Ref. 4. §. Sed fic & seqq. & in alio §. eius annoto.

4 Potest etiam inferri. *Secundò* ex supradicta doctrina, Sacerdotem in articulo mortis ad præbendum viaticum moribundo, non posse ei præbere speciem sanguinis, si non potest deglutire articulam. Ita Pitigianus *in 4. tom. 1. disp. 8. quæst. 3. art. 6.* & alij, quia cum hoc Sacramentum non sit simpliciter necessarium, non obligat nisi cum debitis circumstantiis ab Ecclesia præscriptis. Sed etiam hæc opinio non caret difficultate, nam contrariam tenuit Ochagauia *de Sacrament. tract. 2. de Euchar. quæst. 18. num. 9.*

5 Et ipsimet Aduersarij non audent hoc facientem de peccato mortali damnare; & ideo Amicus *in cursu Theolog. tom. 7. disp. 29. sect. 8. num. 107.* sic ait Obijcies. Numquam Ecclesia censetur prohibere Sacramenta in casu necessitatis, vt constat de sacramento Confessionis, quod nunquam in casu necessitatis prohibet, sicut nec Baptismum, Confirmationem, & viaticum tempore interdicti: ergo etiam vbi non est permissa communio sub vtraque specie, poterit infirmus in articulo mortis, communicare sub specie vini, si non possit vel habere, vel sumere speciem panis. Respondeo negando, non posse Ecclesiam prohibere, etiam in casu necessitatis propter immutabilem obseruantiam legis, & reuerentiam Sacramentis debitam, ea Sacramenta quæ non sunt simpliciter necessaria, cuiusmodi est hoc Sacramentum. Præstat enim constans & perpetua obseruantia legis debita Sacramenti administrationi, vnius, vel alterius personæ deuotioni, præsertim cùm facilè possit ex vno casu ad alios extendi huiusmodi legis interpretatio. Nec est eadem ratio de sacramento Confessionis, quod est Sacramentum necessitatis, sicut & sacramentum Baptismi. Quòd autem Ecclesia tempore interdicti non prohibeat alia etiam Sacramenta ad salutem non necessaria, vt Confirmationem, viaticum pro infirmis, & matrimonium, id ideo est, quia hæc pendent à potestate Ecclesiæ, quæ potuit pro tali tempore hæc Sacramenta concedere, sicut in articulo mortis concedere potuit communionem sub specie vini, in defectum alterius speciei: de facto autem id non concessisse, colligimus ex vniuersali prohibitione absque vlla exceptione. Cæterùm non damnarem peccati mortalis eum, qui in eo casu vtens benigna legis interpretatione communicaret sub specie vini. Ita Amicus.

Sup. hoc supra propè sitem §. 1. huius Ref. & in Ref. seq. in fine, §. Sed pro. & in tō. 2. tr. 1. Ref. 178. §. vlt. in principio, & in alijs eius not.

6 Potest etiam *Tertiò* inferri, Sacerdotem ad communicandum morti proximum, ne sine viatico decedat, non posse celebrare absque indumentis sacris. Quia reuerentia, quæ debetur sacramento Eucharistiæ, postulat, vt nonnisi cum sacris vestibus conficiatur, quæ reuerentia præferenda est saluti ægrotantis, qui deficientibus sacris indumentis, & copia Eucharistiæ non tenetur communicare cum irreuerentia eiusdem Eucharistiæ. Atque ita docet Diuus Antoninus 3. *part. tit. 13. cap. 16. §. 1.* Sotus *in 4. dist. 12. quæst. 1. art. 8.* Nauarrus *cap. 21. n. 53.* Victoria *de Eucharistia, num. 82.* & alij. Sed hic casus habet etiam suam difficultatem: nam Maior *in 4. distinct. 9. quæst. 3.* Zambranus *de Eucharistia, cap. 3. dub. 6.* & alij, contrariam sententiam docent, vt obseruat Machinus *de sacram. Ordinis, part. 3. cap. 13. num. 4.*

Sup. contēcto in hoc §. in tom 2. tr. 1. Ref 154. §. 1. ante medium, vers. Probatur ex sen-

7 Et tandem *Quartò* potest inferri, quòd si quis, v. g. diceret Missam, & lumina extinguerentur ante consecrationem, nec ampliùs accendi possent, non posse prosequi Missam etiam pro dando viatico alicui moribundo. Et ita docet Fagundez *de præcept. Ecclesiast. præcept. 1. lib. 3. cap. 22. num. 19.* vbi sic ait. Sed quid si cœpto sacro lumen extinguatur in tali Ecclesia, ac loco, vbi aliud commodè inueniri non possit; quod facilè euenire potest, si in aliquo Sacello, aut Eremitorio remoto à vicis, & pagis, sacrificium fiat: & an saltem in eo casu licitum sit sine lumine sacrum facere, seu potiùs continuare, maximè vrgente aliqua circumstantia diei festi, in quo præsentes ex præcepto, eidem sacro interesse teneantur, aut in ea necessitate, in qua aliquis moribundus extremo viatico indigeat. Respondeo, ante verba consecrationis inchoata non esse licitum Missam dicere, aut perficere, si lumen deficiat, etiamsi præceptum Ecclesiæ vrgeat audiendi sacrum, imò etiamsi præceptum diuinum communicandi extremè, & per modum viatici instet: quod potest accidere, si præsentium aliquis subito, ac repentino morbo corripiatur. Et ratio est, quia nec præceptum humanum, & Ecclesiasticum audiendi sacrum, nec præceptum diuinum accipiendi extremum viaticum obligant, aut obligare possunt cum indecentia Sacramenti, ac sacrificij: non potest autem negari irreuerentiam esse maximam huius Sacrificij, & Sacramenti, si sine lumine fiat: si verò, consecratio iam sit cœpta, & lumen deficiat, potest Sacerdos, imò tenetur, sacrificium sine lumine perficere, ac continuare; quia vrget præceptum diuinum integrandi sactificium, & maior irreuerentia erit, si tunc imperfectum relinquatur, quàm si sine lumine, quando substantialiter inceptum est, perficiatur: nam, cùm substantia sacrificij sit inchoata, ideò necessariò perfici debet, nec imperfectum, ac mutilum prædictum sacrificium relinquatur. Ita Fagund.

tentia & singulariter vers. Imo addunt.

8 Possem plures alios casus similes hic adducere; sed quia de illis copiosam meditor tractationem, in illa de singulis iudicium meum proferam.

RESOL. II.

An Pontifex possit aliquibus interdicere vsum Sacramentorum?

Et pro praxi huius quæstionis aliqui diuersi casus adducuntur in corpore huius Resolutionis. Ex p. 8. tract. 1. Resol. 79.

§. 1. Respondeo affirmatiuè, vt patet tempore interdicti, in quo prohibetur vsus aliquorum Sacramentorum, vt constat ex *c. si sententia 16. de sententia excommunicationis, in 6.* & ex *c. respondeo 43. de sententia excommunicationis*, sed non omnium, quia non prohibetur Baptismus, nec Confirmatio, vt constat ex *cap. quoniam 19. de sententia excommunicationis, in 6.* imò nec solemnitates eorum, vt ex eodem deducitur: nec prohibetur sacramentum Pœnitentiæ, non tantùm constitutis in articulo mortis, sicut nec olim, sed nec sanis; quia id conceditur *in cap. alma mater*, exceptis qui aliqua culpa causam interdicto dederunt, nisi priùs de delicto satisfaciant, aut dent sufficientem cautionem de satisfaciendo, aut si neutrum possint, iurent se, quàm primùm possint, satisfacturos, aut adiuturos quantùm possint, vt Ecclesiæ satisfiat à delinquentibus, vt dicitur *in cap. alma mater.*

Sup. hoc, & seqq. in hoc §. Pro Confirmatione in tom. 1. tr. 2. Ref. 10

2 De susceptione autem sacramenti Extremæ-vnctionis est expressa prohibitio, *cap. quod in te, de pœnitentijs, & remissionibus*, & intelligunt Doctores non posse dari in articulo mortis, quia tunc erat dandum; ergo prohibitio respicit illud tempus. *Secundò* dicunt, nullo modo esse conferendum, vt non distinguamus de Sacramento, quantum ad substantiam, & quantum ad solemnitatem. Addunt

Sup. hoc in tom. 2. tr. 4. Ref. 31. in fine, & in Ref. 32. & lege etiam doctrinam Ref. 33.

tertiò hoc esse intelligendum de omnibus personis. Vnde non est audiendus Plaudanus, qui 4. *dist.* 18. *quæst.* 8. *num.* 8. dixit, Clericis, & Religiosis posse dari hoc Sacramentum tempore interdicti. Tandem *notandum* est *in cap. quod in te*, sermonem expresè fieri de interdicto generali loci, & seruandum est de particulari, seruata proportione, & de interdicto personali, siue generali, siue particulari.

Sup. hac in 3. Resolueg.

3. Sed difficultas est an Pontifex prohibuerit ministrationem sacramenti Extremæ vnctionis tempore interdicti, etiam moribundus ex aliquo impedimento non possit suscipere sacramentum Pœnitentiæ, vel Eucharistiæ. Et affirmatiuè respondet Petrus de Ledesma, sed nimis rigidè, vt ego olim adnotaui, & ideò, me citato, optime contrariam sententiam tenet Pater Amicus *in curs. Theolog. tom.* 8. *disputat.* 19. *sect.* 12. *numer.* 198. vbi sic ait. Vna hîc superest difficultas, an tempore interdicti, in quo hoc Sacramentum prohibetur, illud ministrari possit à Parocho, moribundo, qui nullum aliud Sacramentum suscipere potuit. Negat Petrus Ledesma apud Dianam *tract.* 4. *de Sacramentis, resolut.* 171. nisi peculiari priuilegio Bullæ Cruciatæ muniatur. Affirmant verò cum ipso Diana alij; quæ sententia vti animabus fauorabilior, ita longè probabilior censenda est. Nequè enim iura, & Pontifices in suo interdicto hunc extraordinarium casum comprehendere censentur: imò dum eadem iura & Pontifices tempore interdicti concedunt Baptismum, Pœnitentiam, & Eucharistiam, propter salutis necessitatem, taciè etiam dispensare videntur in hoc Sacramento cum eo, qui aliud suscipere non potuit: quia fieri potest, vt sit eadem necessitas, idémque periculum æternæ damnationis, si hoc in tali euentu omittatur. Ita Amicus.

Quæ nunc latissimè in tom. 2. tr. 4. Resp. 33. Et aliquidin Resolutionibus. priùs non perstitam.

4. Et idem, me etiam citato, docet Caspensis *in curs. Theolog. tom.* 2. *tract.* 25. *disputat.* 4. *sect.* 2. *num.* 18. sic asserens. Est *notandum* tempore interdicti posse moribundo conferri Extremamvnctionem, quando non potest recipere sacramentum Pœnitentiæ, v. g. si postquam moribundus ostendit signa contritionis, amisit vsum rationis, & ob id non potest confiteri, poterit loco sacramenti Pœnitentiæ, in eo casu Extrema-vnctio conferri; quod certè non est improbabile, cùm possit facere de attrito contritum, & sequitur Diana *resolut* 77. Hæc Caspensis. Et hanc sententiam tenent etiam duo alij auctores ex Societate, Pater Baunius *in Theolog. moral. tom.* 2. *tractat.* 9. *quæstion.* 15. & P. Escobar *in Theolog. moral. tract.* 2. *exam.* 7. *cap.* 4. *num.* 68. quod est valdè notandum à Parochis.

Quia hîc est in tom. 1. tr. 4. Resp. 2. & in aliis eius num.

Sup. hoc in tom. tr. 4. Resp. 5. sit administratio principio, & in tom. 1. tr. 2. Resp. 5. C6. Semante in fine, & seqq.

5. Sed pro curiosis quæro, an in tali casu esset ministranda Extrema-vnctio sine superpellicio & stola, si non adesset, & negatiuè responderet Suarez, sed opinionem affirmatiuam tanquam probabilem meritò admitit nunquam satis laudatus Pater Amicus *vbi suprà*, *tom.* 8. *disputat.* 19. *sect.* 14. *num.* 217. vbi sic ait. In ipsa Sacramenti collatione seruanda sunt hæc. *Primo*, vt nonnisi superpellicio, & sacra scola indutus Sacerdos hoc Sacramentum administret. Quæ ornamenta adeò necessaria putat Suarez *disputat.* 44. *sect.* 2. *in fine*, vt sine iis nunquam censeat licere hoc Sacramentum administrari: quia semper inquit, præferenda est reuerentia Sacramenti vtilitati infirmis præsertim cùm non sit hoc Sacramentum necessitatis, nisi forte sine illo censeretur infirmus in aliquo periculo æternæ damnationis. Vt si infirmus alterius Sacramenti capax non esset: tunc enim probabiliter posset Sacerdos etiam sine superpellicio & stola, hoc Sacramentum conferre. Nec est eadem ratio de facto faciendo: tum quia in hoc maior est adhibenda propter Christi corporis reuerentiam: tum quia, qui est capax Eucharistiæ, moraliter etiam est capax Sacramenti Pœnitentiæ: proinde non erit tanta necessitas faciendi sacrum sine sacris vestibus ad subueniendum moribundo de sacro viatico. Ita Amicus, cui ego adhæro.

Sup. hoc in Resol. præteritæ §. Potest etiam tertiò & in aliis eius not.

6. Sed hîc obiter quæro, an tempore interdicti Pontifex prohibuerit contrahere matrimonium. Ad hunc casum sic respondet Machadus *de perfecto Confess. tom.* 1. *lib. part.* 3. *tract.* 13. *document.* 4. *num.* 5. *Del sacramento del Matrimonio, en particular no se halla cosa disputada por drecho, con que es necessario recurrir a las dotrinas de los Dotores, en que segun nuestro instituto, diremos lo que entre ellos fuere llano, y juntamente lo que dudoso, y controuerso. Digo pues, que todos los Dotores conuienen, en que en tiempo de entredicho, como quiera que sea, y entre personas especialmente entredichas, es licito el contraer esponsales; porque estas ni son Sacramento, ni cosa sagrada sino solamente vn contrato humano. Si el matrimonio sea licito, de la misma manera, que los desponsorios, es question grauemente controuersa entre los Dotores. Suarez, Filiucio, y otros, son de parecer que en tiempo de entredicho local, ni entre personas personalmente entredichas, es licito el matrimonio; sino es donde huviesse costumbre en contrario: porque siendo, como es verdadero Sacramento, es fuerça que se comprehenda en la prohibicion, que el derecho haze de los Sacramentos en tiempo de entrdicho y a personas entredichas. Sibien Nauarro, y otros muchos defienden lo contrario: fundáse en que aunque el Matrimonio es sacramento verdadero: con todo esse es tambien contrato humano, el qual, ni los demas no estan prohibidos por el derecho en tiempo de entredicho, ni entre personas entredichas.* Ita ille; sed tu ne deseras tenere negatiuam sententiam cum Doctoribus, quos ego citaui *in part.* 5. *tract.* 10. *resolut.* 81. quibus adde Baunium *in Theolog. moral. tom.* 2. *tractat.* 9. *quæst.* 15.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 6. Resol. 107. & 108. & pro benedictione nuptiarum in dicto tempore interdicti ibidem in Resol. 109.

Quæ hîc est in tom. 1. tr. 6. Resol. 107.

7. Sed quid dicendum de sacramento Ordinis? Respondeo, certum esse apud Auctores, non posse laicum suscipere sacramentum Ordinis tempore interdicti ob prohibitionem generalem, quæ habetur *cap. responsio, & cap. alma mater, de sententia excommunicationis.* Circa alias personas, quæ iam habent aliquem Ordinem, est diuersitas opinionum. Aliqui dicunt eum, qui habet Ordinem inferiorem, posse, non obstante interdicto, suscipere superiorem. Ita sensit Innocentius *in cap. non est vobis, de sponsalibus.* Sed contrariam sententiam sequitur Panormitanus *in cap. non est vobis, citato.* Plaudanus 4. *dist.* 18. *quæst.* 8. *num.* 29. Couarruuias *in cap. alma mater, part.* 2. §. 3. *num.* 4. Et communiter Summistæ, & mihi placet, quia reuera est generalis prohibitio, vt suprà diximus. Legatur Pater Suarez *sectione illa* 1. *à num.* 44. & hoc intelligendum est de omnibus Ordinibus, etiam minoribus, secundùm opinionem asserentium esse Sacramentum: si verò non dicantur Sacramenta esse, dicendum est esse prohibitam susceptionem, & collationem eorum, tempore interdicti, sicut collationem primæ Tonsuræ, quia comprehenduntur sub diuinis Officiis, sicut de prima Tonsura philosophatur P. Suarez *suprà num.* 45. vide etiam Turrianum *de cens. lib.* 6. *disp.* 48. *dub.* 3.

8. Et tandem, si quis quærat, an Pontifex tempore interdicti prohibeat communionem more laicorum Sacerdotibus quibus tamen concedit celebrare, iuxta *cap. alma mater.* Ad hanc dubitationem

Sup hoc in tom. 5. tr. 4. Resp. 9.

satis practicabilem, affirmatiuè, mo citato, respondit Caspensis *in cursu Theolog. tom. 2. tract. 25. disput. 4. sect. 2. num. 22.* sic enim ait. An verò Sacerdotes qui tempore interdicti generalis localis post *cap. alma mater*, possunt, celebrare Missam quotidie cum moderatione ibi posita, & Clerici diuinis Officiis assistere, possunt etiam communicare more laicorum. Placet sententia affirmans, quam contra Auilam, Villalobos, & Hurtadum, defendunt plures, & graues Doctores, inter quos sunt Suarez *disput. 25. sect. 2.* & Ægydius *disp. 17. dubit. 8.* quia Sacerdotes eo tempore possunt celebrare, & assistere sacrificio Missæ, & similiter Clerici: ergo & possunt tunc communicare more laicorum, quia cui communicatur facultas assistendi Missæ consequenter conceditur, vt de ea possit participare, & vt rectè Suarez obseruat *in c. alma mater*, dicitur. Dicantur diuina Officia sicuti priùs? sed priùs, id est, ante interdictum, ita celebrantur, vt non Sacerdotes Clerici sumant Eucharistiam more laico, & similiter Sacerdotes aliquo impedimento non potentes celebrare, eodem modo communicãt; ergo. Ex quo infertur in illis diebus, in quibus tempore interdicti licitum est laicis Sacrum audire, posse etiam Eucharistiam sumere. Vnde habentes priuilegium, vt sunt Religiosi, & Moniales, & habentes Bullam Cruciatam, poterunt Eucharistiam accipere, & similiter in diebus solemnibus, in quibus solet interdictum locale generale relaxari, vel cessatio à diuinis, de quibus *infra* erit sermo, & in quibus licitum est sacrificio Missæ assistere, tunc etiam licitum est vsus Eucharistiæ, & ita licitè potest dari Eucharistia omnibus etiam laicis, qui non dederũt causam interdicto generali locali, vel cessationi à diuinis. Et ita tenent plures Doctores grauissimi, ob rationem supradictam, quos in magno numero refert, & sequitur Diana *resol. 83.* Ex quo vlteriùs sit, quòd si tunc se offerat præceptum communicandi, quia sublatum est impedimentum implendi præceptum, & non est onus tunc vti priuilegio, sed fauor, &c. Hucusque Caspensis.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 4. Resol. 10.

Vt in Resol. nor. præteritæ.

8. Sed huic sententiæ, præter alios, se opponit Vllalobos *in summa, tom. 1. tractat. 19. diffic. 1. n. 10.* vbi sic ait. *Fuera de caso de necessitad ni es licito recibir ni dar el sacramento de la Eucharistia en tiempo de entredicho, como tienen todos por un texto, y lo diximos en la primera conclusion. Solo ay que aduertir, que esto ha lugar assi en los Clerigos, como en los Religiosos: porque aunque todos ellos pueden assistir a los diuinos Officios, no pueden recibir el sacramanto de la Eucharistia: como lo dizen Couarruuias, y Nauarro, sino es que tengan Bula, ò priuilegio. Es la razon, porque la concession del capitulo* Alma mater, *no se estiende al recibir el sacramento de la Eucharistia en la manera que le reciben los legos, de la qual hablamos aqui, porque esse, ni es sacrificio, ni parte del, ni tam poco es Officio diuino. Y tambien porque alli solo se concede a los Clerigos, que puedan hazer el Officio diuino, como antes, mas no que puedan comugar.*

9 *Lo contrario de lo dicho tiene Suarez y dize, que a qualquiera que le es licito comulgar a ella: fundase en que en el capitulo* Alma, *se concede, que se hagan los Officios diuinos, como antes, en lo qual parece: que se concede esto virtualmente, supuesto que el Concilio Tridentino, amonesta que comulguen los que oyen Missa, como se vsava en la primitiva Iglesia. Mas esto no es bastante razon para dezir que se concede esto alli, pues los Dotores comunemente tienen lo contrario, como el mismo confiessa.* Ita ille. Sed ego sententiam affirmatiuam Caspensis, Suarez, & aliorum, puto satis probabilem esse; & ideò ne deseras recognoscere me ipsum in loco à Caspensi citato, quem inuenies *in part. 5. tract. 10. 10. Notandũ* est tamen hic obiter, quòd absolutè loquendo posset Pontifex ob grauissima crimina aliquem priuare communione, etiam in hora mortis, ex iusta causa, non quidem tollendo præceptum diuinum, sed tollendo ægroto potestatem illud obseruandi. Ita Trullench. De facto tamen nunquam talis pœna generatim in Ecclesia fuit, imò statuta aliquorum Prouincialium Conciliorum, quæ priuabant damnatos ad mortem sacra communione, Ecclesia reuocauit, vt patet ex *cap. super eo, de hæret. in 6.* Vbi præcipitur, vt hæreticis etiam relapsis, ideóque ad mortem damnatis, detur communio si pœnitent, & confiteantur, & ex proprio motu Pij V. dato anno 1659. per quem in Hispania abrogata est consuetudo non dandi communionem damnatis ad mortem.

RESOL. III.

An Pontifex possit præcipere, vt in articulo mortis, deficiente materia vera, ministrentur Sacramenta cum materia dubia.

Idem est dicendum, si non occurrat alius certiorem habens potestatem, vel qui certiorem formam adhibeat.

Et in casu extremæ necessitatis non solum possit adhiberi Sacramentum cum materia, forma, & Ministro dubio, sed etiam adesse obligationem Charitatis sic ministrandi, secluso præcepto Pontificio particulari.

Et notatur, quod in prædictis casibus contentis in textu huius Resol. & similibus, si recipientes Sacramentum super vixerint, essent denuo eis ministranda dicta Sacramenta, sub conditione. Ex part. 8. tract. 1. Resol. 2.

§. 1. RESpondeo affirmatiuè; quia præscribere modum ministrandi Sacramenta pertinet ad Summum Pontificem, vt obseruat, & docet Præpositus *in 3. p. quæst. 83. art. 4. dubit. 1. num. 185.* Pater Franciscus de Lugo *opuscul. de Sacram. capite 5. numero 54.* Castrus Palaus *tom. 1. tract. 1. disp. 2. punct. 5. num. 6.* Villalobos *tom. 1. diffic. 13. num. 1.* & alij. Quòd autem licitè hoc efficeretur, patet ex doctrina, quam affert idem Pater Lugo *vbi supra, num. 51.* & Palaus *num. 4.* nempe, etiam in his, quæ pendent ab institutione Christi, licitum esse, interueniente necessitate, ministrare sacramentum, iuxta sententiam probabilem, quia periculum irritandi Sacramentum sufficienter honestatur, ratione necessitatis, & adhibita conditione. Idem etiam docet Villalobos *loco citato, num. 4.* Antonius Perez Benedictinus *certã. 10. cap. 10. & 1.* Layman *lib. 2. tract. 1. cap. 5. num. 13.* Salas *in part. 2. tract. 8. disp. 1. n. 98. & 285.* & alij.

Sup. doctrina contenta in hoc & seq. §. in tom. 8. tr. 1. Resol. 3. & signanter in tom. 1. tr. 1. Lege doctrinam Resol. 52. & ex Resol. 51. §. penult. & vlt. & in Resol. 54. & in supradicto tom. 8. tr. 1. ex Resol. 2. §. 2. paulo post initium, vers. Secundo.

2. Imò Lugo *vbi supra*, cum Sanchez, & Soto, asserunt hoc procedere, licèt opinio sit parum probabilis, quam secluso necessitate non liceret amplecti; dum vrget necessitas, reddi practicè probabilem. Consonat Nauarrus *cap. inter verba, coroll. 53. num. 135.* dicens, periculum graue facit, vt in moralibus formido præponderet opinioni; & Iason *leg. 1. nnm. 57. C. de sum. Trinit.* ait, in dubiis præferendam esse opinionem animabus fauentem.

Sup. hoc in Resol. 2. not. præteritæ.

3. Ex his infertur posse Pontificem præcipere,

Primò, vt in articulo mortis infans baptizetur in quacunque minima parte corporis, si aqua non posset maiorem attingere, etiam in digito, in

Sup. contentis in hoc §. in tom. 1. tr.

in capillis, &c. Et timetur moriturus antequam è ventre matris exeat; nam in tali casu esse validum Baptismum, probabiliter docet Victoria *de Baptismo*, *num.* 32. Hentiquez *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 2. Toletus *lib.* 2. *capite* 18. *num.* 8. Vasquez *in* 3. *part. tom.* 3. *disput.* 145. & alij. Vnde Præpositus *in* 3. *part. quæst.* 66. *art.* 8. *dub.* 2. *num.* 90. sic ait: De quibusdam autem partibus est dubium, v. g. de manu, pede, similique parte minori. Aliqui enim affirmant Baptismum consistere, si eiusmodi partes tingantur, quia & anima in illis est, & ab illarum partium ablutione homo simpliciter dici potest ablui, quod ad veritatem formæ sufficit. Alij negant. Prior sententia speculatiuè est probabilis, atque adeò in necessitate, quando maior pars aquâ tangi non potest, estque periculum, ne infans magis decedat absque Baptismo, potest sine vllo peccato in tali parte baptizari. Ita ille. Et ita in tali casu hoc facere præcepit Innocentius IV. vt obseruat Amicus *tom.* 7. *disp.* 11. *sect.* 2. *num.* 29. & 32.

4. *Secundò*. Posset Pontifex præcipere, vt in casu necessitatis claudus, & mancus ministrent sacramentum Baptismi, secundùm opinionem Marsilij *in* 4. *q.* 4. *artic.* 4. *dub.* 11. Rubei *quæst.* 1. *in fine*. Caietani *in* 3. *part. quæst.* 67. *art.* 6. Et ideò nouissimè Amicus *in cursu Theol. tom.* 7. *disput.* 11. *sect.* 4. *num.* 64. sic ait. Cæterùm, dato quòd non adessent, qui baptizarent, nisi mutus, qui verba proferre, & mancus, qui abluere non posset, & vrgeret necessitas, puto Baptismum fore dandum, per ablutionem vnius, & prolationem alterius: cùm in casu necessitatis melius sit, conferre Baptismum dubium, quàm nullum. Ita ille: cui adde etiam Suarez *in* 3. *part. tom.* 3. *disput.* 23. *sect.* 3. §. *Ad vltimum verò confirmatur*.

5. *Tertiò*. Posset Pontifex, secundùm aliquos præcipere, (sed quo ad hoc multi dubitant?) vt in articulo mortis infans baptizetur, si non adest aqua simplex naturalis, cùm aqua rosacea, vel aqua elicita ex herbis. Ita Præpositus *in* 3. *part. quæst.* 66. *art.* 4. *num.* 22. vbi sic ait. Aduerte quòd quia Baptismi Sacramentum est maximæ necessitatis, si occurrent extrema necessitas Baptismi alicui conferendi, vtpote alias sine illo morituro, qui de salute periclitaretur, posset Baptismus saltem sub conditione eidem conferri in materia dubia, deficiente indubitata: quia nulla irreuerentia censeretur irrogari Sacramento, quòd proximo alioquin petituro per medium etiam dubium succurratur, & de cætero charitas in tali circumstantia obligat; vt adhibeamus omne medium quo fortè poterimus eidem proximo succurrere. Ita plures Doctores. Hinc est quòd licèt ea quæ notabili secundo diximus, non esse materiam conuenientem Baptismi, sint conformiora communiori Doctorum sententiæ, quia tamen de quibusdam aliqui dubitant, vt de aqua rosacea, niue, in extrema necessitate deficiente materia certa liceret in huiusmodi baptizare saltem sub conditione: sublato tamen periculo, Baptismus saltem sub conditione esset repetendus. Ita Præpositus.

6. *Quartò*. Posset Pontifex præcipere, vt moribundus absoluendus sit, etiamsi non explicet aliquod peccatum in particulari; sed tantùm exhibeat signa contritionis. Ita hanc sententiam tanquam probabilem, imò probabiliorem admittunt Doctores, quos ego citaui *in part.* 3. *tractat. resol.*

7. *Quinto*. Posset Pontifex præcipere, vt in articulo mortis confirmetur aliquis cum solo oleo, si balsamum non inueniretur: nam balsamum non esse de necessitate Sacramenti, tradunt Caietanus *in* 3. *part. q.* 72. *art.* 1. Soto *in* 4. *dist.* 7. *quæst.* 1. *artic.* 2. Estius *ibidem*, & Zambranus *in tract. part.* 1. *de sacrament. Confirm. cap.* 2. & alij. Et hunc casum, sicut & alios suprà adductos (excepto secundo, & tertio) admittit Palaus *vbi suprà*, *tom.* 3. *tract.* 1. *disput.* 2. *punct.* 5. *n.* 4. vbi sic ait: Licet Baptismum in digito paruulo ministrare, quando timetur paruulus ex vtero egrediens morituros. Item licet confirmationem ministrare ex oleo benedicto, non mixto balsamo, cùm nullatenus balsamum inueniri potest, & vrget occasio. Item licet, & debitum est pœnitentem exhibentem signa contritionis, & iam morituram absoluere, etsi nullum peccatum in specie manifestauerit. Item licet ministrare Baptismum sub nomine genitoris, geniti, & procedentis ab vtroque, si ex prolatione formæ certæ, Patris scilicet, Filij, & Spiritus sancti, mors ministro immineret. Et Pater Lugo *opusc. de Sacramentis*, *cap.* 1. *num.* 52. hæc asserit. Necessitas prudenter erit pensanda iuxta circumstantias occurrentes, nec semper extrema requirenda. Suarius *tom.* 3. *disput.* 86. *sect.* 1. tradit hanc regulam. Quoties Sacramentum est omittendum omnino, vel isto probabili modo dispensandum, licitum erit vti tali materia, vel forma probabili; tunc enim non tam exponimur periculo, quàm illud permittimus, vt maius euitemus, & alioquin habemus humanam cognitionem, quæ potest esse principium operationis rectæ. Nimirum in sacramento Confirmationis Chrisma confectū ex oleo, & balsamo consecratum per Episcopum, est materia certa; oleum verò simplex ab Episcopo benedictum, est materia probabilis: si tamen Episcopus non possit inuenire balsamum, poterit oleum simplex consecratum adhibere; tunc enim non tam sponte subit periculum, quàm inuitus permittit illud, vt Sacramentum conficiat saltem probabile. Quippe minus malum est hoc, quam omnino carere Sacramento, cui nulla sit irreuerentia, siquidem ministratus certiori modo, quo tunc potest moraliter fieri. Similiter dicunt Thomas, Sanchez, & Castro *suprà*, conferendum esse baptismum in extremitate digiti, quando partus periclitans illam extrahit, quia licèt opinio sit parum probabilis, ratione magni periculi sustinetur. Ita Lugo; cui adde Sancium *disputatione* 44. *numer.* 12. Salas *in part.* 2. *tractat.* 8. *disputat.* 98. *n.* 285. & Perez *certamin.* 10. *scholastic. c.* 10. & 13. 8. Imò plus addunt Doctores, quòd in casu extremæ necessitatis, non solùm possit adhiberi Sacramentum cum materia dubia, sed etiam adesse obligationem charitatis sic ministrandi, & loquuntur, secluso omni præcepto particulari Pontificio. Et ideo Pater Lugo, offert enim se non vocatus, ita ego libenter præ manibus habeo, *in opuscul. de Sacrām. cap.* 1. *numer.* 42. affirmat. Cæterùm in necessitate, si non adsit materia certa, vel qui nouerit rectam formam, sed vtraque sit dubia, nec detur minister certam habens potestatem, poterit cum dubio ministrari Sacramentum, dupliei conditione posita: *prima*, vt detur euidens necessitas tām ex parte ministri, quàm rei, vt non occurrat alius certiorem habens potestatem, vel qui certiorem materiam, aut formam adhibeat, quàm ex parte recipientis, qui scilicet indigeat specialiter receptione Sacramenti. *Secunda*, vt Sacramentum sub conditione conferatur. His enim positis tollitur omnis inordinatio; siquidem necessitas facit, vt acceptum non temerè, sed prudenter fiat; meliùs enim est dubium Sacramentū indigenti ministrare, quàm nullum. Conditio verò tollit periculum irritandi

1. Resol. 77. & in omnibus alijs eius num. dem. pus vit. sanc. & in Resol. 78. & in alijs eius nor. & lege tiam 2. §. NOS debitum. vt. ger in finem huius Resl.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 1. Resol. 65. & 66. & 70. Sqq.

Sup. conuēto in hoc §. in num. 1. tr. 1. Resol. & le. genti alias, Resol. & §§. eius anno. tationem, & in num. 2. Resol. uet. 3. Quæ. re igitur.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 4. Resol. 84. & in 2. Resolens tione not. si placeat, que Resl. & tis eius se. mulæ not. resol.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 2. Resl. & in alijs, sicius

noti. & late hic in in Resl. 19. à linea 2. & in tom. 4. tr. 8. Resl. 8. §. Secunda, sed lege eam à principio, & Resl. 86.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 1. cursum in principio. §. 1. Resl. 79. & si in tom. 7. tr. 5. legis doctrinam Resol. 76. signanter §. vltim. facilè hanc quæst. dissoluere valebis.

Sup. contentis in hoc §. pro materia, forma, & Ministro dubio. Pro materia lege supra omnes Resol. & §§. annot. primæ huius Resl. & in §. Primo vt in articulo & §. Tertiò posset etiā, huius Resol. Et pro Ministro in §. secūdo posset, huius Resol. & pro forma in tom. 1. tr. 1. Resl. 75. §. vlt. & ex Resol. 79. lege doctrinam, §. 11.

Sup. his in Resolutionibus, & §§. hor. præteritæ.

Sacramentum. Ita Doctores relati ; quin addit Salas 3. non solùm posse, sed etiam teneri ministrum vti subsidia potestate, materia, vel forma, quoties administratio Sacramenti requiritur ad vitandum scandalum, vel periculum damnationis, vel aliud grauissimum inconueniens. Cùm enim ob necessitatem liceat administratio Sacramenti dubij, tenemur vtique per tale Sacramentum indigenti prouidere. Siquidem quoties sine dispendio possumus indigenti succurrere, tenemur saltem ex charitate, seu misericordia. Consonat Zambranus *cap.1. num.4.* Hucusque Pater Lugo ; cui adde Præpositum *in 3. part. quæst.66. art.8. dub.3. n.90.* Et hanc sententiam docet Ioannes Sanchez *in select. disp.44. num.31. & 32.* vbi probat ministrum in supradictis casibus vel similibus, non solùm posse, sed teneri, iuxta sententiam minus probabilem, ministrare Sacramentum propter fauorem recipientis, qui forsan tali Sacramento saluabitur, vel euitabit magnum scandalum ; aut nocumentum.

Sup. hoc in tom.1. tr.1. Resol.78. & vide etiam Resol. & §§. eius annot.

9. Non desinam tamen hic obiter adnotare, quòd in supradictis casibus, si recipientes Sacramenta superuixerint, essent denuò eis ministranda dicta Sacramenta sub conditione, quia per hoc animarum saluti prouidetur, nec vllum subest reiterationis periculum, cùm illud prorsus excludat apposita conditio. Ita de Baptismo definit Alexander III. *suprà.* Leo Magnus *epistol.35.* aliàs 37. reddens rationem, quam vsurpat S. Thom. *3. part. quæst.66. art.9. ad 4.* quia non potest in iterationis crimen venire, quod omnino factum esse nescitur, habetur *cap. cum itaque 1. de consecrat. dist.4.* consonant Gregorius III. *cap. paruulos 110. eadem dist.* Concilium Carthaginense V. *cap.6.* & sexta Synodus *cap.84.* habetur *cap. placuit, eadem dist.* vbi ratio redditur, ne nostet scrupulus, seu trepidatio pueros faciat Sacramentorum purgatione priuari. Consentiunt Suarius *tom.3. disput.22. sect.1.* Vasquez *3. part. disput.146. cap.4. num.19.* Henriquez *lib.2. cap.31. num.2.* Zambranus *cap.1. dub.1.* Sà *verb. Baptismus, num.3. & verb. Sacramentum, num.10.* quibus adde Præpositum *in 3. part. quæst.66. art.8. dub.3. num.90.* Et tandem non desinam hic apponere verba Amici *in cursu Theolog. tom.7. disput.11. sect.2. num.32.* quæ confirmant omnia à nobis superiùs dicta ; videlicet posse Pontificem, stante probabilitate alicuius opinionis, præcipere, vt Sacramentum in articulo mortis in dubia materia ministrent ; imò quòd ad hoc omnes tenentur, & si recipiens Sacramentum superuixerit, illud denuò sub conditione recipiendum est. Itaque Amicus sic asserit. Infertur non fore baptizatum, qui tantùm in vestibus abluebatur, vel in solis partibus excrementitiis, vt in capillis, vnguibus : sed necessum esse, vt aliqua pars, aut membrum hominis aquâ tingatur. An autem quamlibet, vel minimam partem hominis, exempli causa, digitum abluere sufficiat ad validitatem Sacramenti ? Affirmat Vasquez *disp. 245. cap. vltim.* Tum quia Innocentius IV. iubet, puerum in periculo mortis baptizandum esse in quacumque parte minima corporis : non posset autem, etiam in necessitate in quacumque minimam parte corporis homo ablui, nisi quæcumque minima pars abluta sufficiens esset ad Baptismum conficiendum. Tum, quia per quamlibet partem, etiam minimam ablutam, homo dicitur simpliciter ablutus.

10. Confirmatur : nam si probabile non esset, quamlibet minimam partem hominis abluere, ad Sacramentum Baptismi sufficere, non potuisset Pontifex præcipere, vt in ea parte puer in periculo mortis baptizaretur, cùm neque in periculo mortis liceat Sacramentum ministrare, nisi quando saltem probabile est, illud validè conferri posse. Vnde quia probabile non est, verum Sacramentum applicari posse puero in matris vtero existenti, prohibet Paulus V. *in suo Rituali*, ne puero intra matris vterum existenti, ne in mortis quidem periculo, sacramentum Baptismi applicetur.

11. Negant, & quidem probabilius alij, quamlibet minimam partem ablutam hominis ad sacramentum Baptismi validè perficiendum sufficere. Fundamentum est : quia sicut quæuis minima ablutio non sufficit ad denominandum hominem simpliciter ablutum ; ita nec quæuis minima pars hominis abluta sufficiet ad Baptismi sacramentum.

12. Nec obstat, quòd Pontifex in casu necessitatis præcipiat, puerum esse in quauis minima parte corporis baptizandum : nam hoc tantùm probat, oppositam sententiam non esse omninò improbabilem, quod nos vltro fatemur, & cum omnibus asserimus, puerum in periculo mortis baptizandum esse in quauis corporis parte : si autem superuixerit, iterum esse sub conditione baptizandum, quod cæteri etiam concedunt. Ita Amicus. Quæ, vt dixi, omnia contenta in hac resolutione confirmant.

RESOL. IV.

An Pontifex suppleat defectum iurisdictionis ministrantibus Sacramentum cum opinione probabili ?

Et ex doctrina huius quæstionis patet, eos, qui solum habent titulum coloratum, generatim peccare vsurpatione iudicij, quia quantum in ipsis est, vsurpant potestatem, quam non habent. Ex p.8. tract.1. Resol.93.

Sup. doctrina huius quæst. in tom.8. tr.1. Resol.2. §.2. post medium, à vers. Et tandem & in Ref.4. & 5. signanter §. Sed & in tom.7. tr.1. Resol.92. à medio §. Ex his, vsque in finem Ref. & in tom.1. tr.5. Resol.56. §.2. inter principium, & medium. vers. Nam si aliquæ, & in tom 4. tr.4. Resol.68. §. vlt. & in tr. 8. ex lata doctrina Resol. 59. §. Añado, à lin.8. & vers. Y añado.

§. 1. HÆc quæstio procedit in multis casibus, quando adsunt opiniones hinc inde circa iurisdictionem ministrandi aliquod Sacramentum, & est satis quotidiana, & vtilis in praxi : & negatiuam sententiam docet Ioannes Sancius *in select. disp.44. n.10. & seq.* qui in sui fauorem adducit glossam, &c. Igitur affirmat Sancius ministrum peccaturum mortaliter, non solùm contra charitatem, sed etiam contra iustitiam, quoties cumque habens iurisdictionem sub opinione probabili Sacramentum ministrat, quin suscipientem moueat de incertitudine Sacramenti, vt possit alium ministrum habentem iurisdictionem certam adire : quia videtur esse contra charitatem suscipientis ministrare Sacramentum dubium, cùm possit habere certum. Ex qua doctrina infert innumeros casus, in quibus minister peccaturus est, si suscipientes Sacramentum non moneat de incertitudine, quales sunt, si Parochus assistat matrimonio contrahentium in aliena Parochia, vel non Sacerdos ? vel matrimonium per metum reuerentialem contractum absque minis. Item si obtenta approbatione ab alio Ordinario, quàm loci, in quo ministratur pœnitentia, auscultet confessiones ; si præsente proprio Sacerdote simplex Sacerdos morituram absoluat. In iis omnibus casibus, & aliis similibus ab ipso relatis, affirmat ministrum peccaturum, & contra charitatem & contra iustitiam. Solùm excipit in sacramento Pœnitentiæ se posse excusare ministrum, iurisdictione probabili vtentem, si suscipiens Sacramentum confiteatur aliqua venialia simul cum mortalibus ; cùm enim circa venialia sit certum, & non sub opinione quemlibet Sacerdotem

dotem iurisdictionem habere, efficitur absoluentem de peccatis venialibus, & gratiam conferentem, consequenter peccata mortalia remissurum, ac proinde nullum emolumentum suscipiens amittit ex facta confessione, quod ex alio quolibet Sacerdote obtinere posset.

Dicuit in Resolutionibus, & §§. præcedentibus.

2. Sed ego contrariam sententiam olim docui, & nunc iterum doceo. Quia quando adest probabilis opinio absoluendi à reseruatis, à censuris, assistendi matrimonio, nullo morali periculo se exponit minister irritum efficiendi Sacramentum. Quia licet ex priuilegio iurisdictionem non habeat, habet tamen ex tacito consensu Ecclesiæ, & ratihabitione de præsenti supplente iurisdictionem, ne tot actus irriti sint, sicuti habet, qui ex errore vulgi, & titulo præsumpto operaretur, ac proinde nullo periculo morali irritandi Sacramentum exponi. Et aduersùs Sancium vrgere possumus, quia illa via esseurandi sacramentum Pœnitentiæ, si suscipiens confiteatur venialia, non est omnino certa. Nam esto quilibet Sacerdos habeat circa venialia iurisdictionem (quod in sententias Salas 1. 2. *tract.* 8. *disput. vnica, sect.* 10. *num.* 101. *& sect.* 27. *n.* 286. non est omnino certum) adhuc non est certum fieri Sacramentum, quia sæpè dolor de peccatis à pœnitente adductus venialibus non obstat, quia non est ita purus, & perfectus: ergo in tali casu monendus esset pœnitens; & cùm hic casus semper contingat, semper debet esse monendus pœnitens. Præterea cùm Confessarius ante factam confessionem nesciat quæ peccata sibi dicenda sunt, & an veniale aliquod, cuius dolorem habeat pœnitens manifestaturus, teneretur sanè semper pœnitentem monere de incertitudine Sacramenti: quod quidem esset graue onus ministris Sacramentorum imponere, & contra receptam, & communem sententiam.

Sup. hoc late infra in Resol. 5. §. 2. principio vsque ad §. Quintus casus, & in aliis casu primæ not.

3. Vnde non deseram pro nostra sententia adducere verba aliquorum Doctorum. Et in primis agmen ducat Pater Franciscus de Lugo *opusc. de Sacrament. cap.* 1. *quæst.* 4. *num.* 49. *&* 50. vbi ita asserit. Quoties opinio probabilis versatur circa illa, quæ Summus Pontifex in Sacramentorum administratione determinat, vt in matrimonio, quod sic, & non aliter celebratum valeat, in sacramento Pœnitentiæ circa iurisdictionem Sacerdotum ad absoluendum, licitè poteſt minister quamlibet opinionem probabilem ministrando sequi, cùm in qualibet iurisdictio detur, & matrimonium validetur ex præsumpta, vel iuridica voluntate Pontificis, qui sicut supplet iurisdictionem habentis titulum coloratum, & iurisdictionem dumtaxat existimatam errore communi, iuxta *leg. Barbarius, ff. de offic. Prætoris*; sic etiam operantibus iuxta probabilem opinionem confert certam iurisdictionem, vt certum reddatur Sacramentum. Non enim minus potens est sapientium opinio, quàm error vulgi ad inducendam iurisdictionem, & validandum actum. Ità Lugo.

4. Idem, ne citato, tenet nouissimè Ioannes Machadus *in discurs. præl. de probabil. opin. art.* 5. *num.* 7. *ante tom.* 1. *de perfecto Confessario*, vbi sic ait: *El primero principio es, que todas las vezes, que en materia de Sacramentos, censuras, votos, y otras qualesquiera materias, cuya eficiencia, y valor pende tambien de la voluntad, y disposicion del Pontifice; sabiendo el (lo qual nunca se presume que ignora) que en ellas ay variedad de opiniones, & dissimula, y no las contraviene como visto, y justamente se presume, que tiene voluntad, y intencion de suplir en ellas la jurisdicion, valor, y eficiencia necessaria, si à caso, à parte rei, les faltasse; pues el permitir las opiniones, y tenerlas por bien, se equipara al mandato, segun doctrina comun de casi todos.*

5. *El segundo principio es, que a vn caso negado, que quesieramos confessar, que el Pontifice no tenia noticia de las opiniones probables, que ay acerca de las materias, que penden de su voluntad, y disposicion (lo qual como hemos dicho es totalmente increible) con todo esso se ha de presumir, y tener por cierto, que todas las vezes, que huviere opinion probable en razon de su valor, les dà, y comunica la jurisdicion, y ser necessario; porque de otra manera, como dize el P. Luys de la Cruz en el lugar citado, num.* 2. *fuera el gouierno de la Iglesia, y Pontifice muy defectuoso en esta parte, no socorriendo de remedio en vna cosa tan necessitada del. como es suplir la jurisdicion necessaria en todas las dudas, que se ofrecen acerca de las confessiones, matrimonios, censuras, votos, y todas las demas materias, cuya eficiencia y ser penden como hemos dicho de su voluntad, y disposicion; porque de otro modo se seguiria, que por se nulas tantas confessiones por falta de jurisdicion, y las demas materias, que hemos dicho, resultarian grandes inconuenientes en daño, y detrimento de las almas de los Fieles.* Hæc Machadus.

6. Sed audiamus Lessium *lib.* 2. *cap.* 29. *dub n.* 68. vbi sic ait. Adde non solùm errorem communem, sed etiam probabilem Doctorum opinionem efficere, vt Ecclesia det iurisdictionem, etiamsi fortè opinio illa sit falsa, vt docet Henriquez *lib.* 2. *de Pœnit. cap.* 14. *num.* 3. *&* 4. & optimè Sancius *suprà, num.* 65. vt si probabile sit talem posse absoluere à reseruatis, vel censuris, assistere matrimonio, excommunicare, eligere Confessorem, priuilegium non esse reuocatum, & similia: & ille ex hac opinione operetur, validum erit, Ecclesia supplente defectum, si fortè subsit; cùm enim licitum sit operari ex opinione probabili, si omnia illa essent irrita, grauissima incommoda sequerentur. Imò, vt ait Panormitanus *in cap. nihil.* 44. *de electione*, quem refert, & sequitur Rosella *verb. Confessor* 3. *in fine*, & Siluester *verb. Confessor*, 1. *quæst.* 19. Sancius *num.* 56. & sæpè indicat Henricus, valent acta, etiamsi populus dubiter, an superior sit officio priuatus. Et ratio est, quia, cùm ante fuerit habitus superior, non debent propter dubium superueniens eum reiicere, nisi cùm in officio perseueret. In dubio enim nemo est suo iure spoliandus; quia melior est conditio possidentis.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 1. Resol. 4. §. 2. per totum, & signanter ad medium, & in Resol. 5. §. Sed audiamus, post medium; à vers. Insuper, & in tom. 7. tr. 1. Resol. 91. §. Vnde, inter medium, & finem, vers. Non solum, & in tom. 1. tr. 5. Resol. 56. §. 2. ad medium, vers. Adde, & cursim in alio §. vers. Illorum annotationum.

7. Ex his patet, etsi illi, qui solùm habent titulum coloratum, possit generatim dici peccare vsurpatione iudicij, quia quantum in ipsis est, vsurpant potestatem; quam non habent; non tamen sententia illorum est irrita, quia dum hoc attentant, Ecclesia iurisdictionem extraordinariè propter bonum commune, in ipso actu suppèditat. Ita Lessius; & ante illum Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 20. *num.* 2. quibus adde ex Iurisconsultis doctissimum, & amicissimum Ioannem Solorzanum *de Indiarum iure, tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 39.

Et pro contento in hoc §. Ex his lege doctrinã, §. 1. Resol. seq. & vide alias Resol. & §. eius primæ not.

8. Et ideò stante supradicta sententia infert Hurtadus *de pœnit. disp.* 10. *diffic.* 6. & alij, quòd, quando quis iuxta opinionem probabiem absoluit à peccatis reseruatis, vel quando approbatus in alio Episcopatu eligitur in Confessarium, validè absoluit. Et ideò Escobar *in Theol. mor. tract.* 7. *exam.* 4. *cap.* 7. *num.* 37. sic ait: Pœnitens vnum tantùm peccatum confitetur, quod reseruatum esse videtur: at Confessarius probabiliter credit non esse reseruatum, valet absolutio? Valere crediderim cum Lessio; quia probabilis Doctorum opinio facit, vt Ecclesia impendat Confessario iurisdictionem. Ita ille; cui tandem adde Machadum *de perfecto Confess.*

Sup. hoc lege supra Resol. assignatas in annot. §. Sed audiamus. huius Resol.

tom.1. lib.1. part.2. tract.1. document.9. num.1. sic asserentem, *el Obispo Cura, ò Confessor, y qualquiera otro simple Sacerdote que en alguna ocasion se hallare dudoso de si tiene jurisdicion necessaria, ordinaria, ò delegada para absoluer al penitente, si en su fauor alcança à tener opinion probable, de que lo puede hazer aconsejan comunmente los Doctores que no duda en absoluerle con mucha seguridad, y sin temor alguno de pecado: ni del valor del Sacramento, porque es opinion comun de infinitos Autores, que quando el Confessor absuelue, mouido con opinion probable en su fauor, aunque ella ensi, id est à parte rei, no fuesse cierta, lo es la absolucion, porque como ellos doctissimamente defienden, la Iglesia entonces suple la jurisdicion necessaria.* Hæc ille.

RESOL. V.

An Pontifex suppleat iurisdictionem in ministratione Sacramentorum, stante errore communi, absque titulo colorato?

Et quid est dicendum in casu, quo adest error communis, & titulus coloratus?

Et inter alia, quæ ex doctrina superioris quæstionis deducuntur, tandem infertur, an sit falsum, quod si in Pontificem eligeretur fœmina communi circa sexum concurrente errore, valeant per eam velut Pontificem facta? Ex part. 8. tract.1. Resol.54.

Sup. contento in hoc §. lege §. Ex his patet, Relol. præteritæ, & signanter in tom.1. tr.3. Resol.20. §.1. & in aliis §§. dictæ Resol. confirmatibus. Vel cõtra versentibus eius doctrinam, & ibi in tr.4. Resol.52.§.penult. à medio, à vers. Sacerdos.

§.1. SVpplere Pontificem in ministratione Sacramentorum iurisdictionem, quando adest error communis, & titulus coloratus, docent Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *de Matrimon. tom.1. lib.3. disp.22. n.49.* quibus ego addo Solorzanum *de Indiarum iure, tom.2. lib.2. cap.4. num.75.* VVamesium *de iure Pontificio, tom.1. quæst.97. num.7.* Bossium *de Matrim. cap.4. §.35. num.96.* Gonzalez *in reg.8. Cancell. glos.5. §.1. n.179.* Fagundez *part.2. Ecclesiast. lib.7. cap.2. n.26.* Gutierrez *de Matrim. cap.62. num.26.* Filsiucium *tom.1. tract.10. cap.6. num.295.* Lessium *lib.2. cap.29. dub.8. num.67.* Trullench. *in Bull. Cruc. lib.1. §.7. cap.1. dub.13. n.7.* Thesaurum *in praxi de pœnis p.1. cap.6.* Ludouicum à Cruce *in Bull. Cruc. disp.1. cap.2. dub.8. n.3.* Villalobos *in summa, tom.1. tract.9. dissic.46. per totam,* & alios penes ipsos.

Et pro contento in hoc §. Sed difficultas, in tom.1. tr.3. Resol.19. & in Resol.20. §. Imo & seq. & lege ibi doctrinam Resol.21. & in tom.2. tr.6. Resol.81. & 91. §. Et tandem & in tom.8. tr.1. Resol.5. §. Sed audiamus, ad medium, à vers. Insuper.

Sed difficultas est (attendas quæso amice Lector) quid dicendum in casu quo adest tantùm error communis, absque titulo colorato. Et affirmatiuam sententiam docuit lumen fulgentissimum inclytæ Academiæ Salmanticensis, Basilius Pontius, quem postea sequutus est Ioannes Sancius, quos ego citaui *in part.1. tract.2. Miscellan. resolut.45.* At, vt verum fatear, communis sententia est in contrarium; & ideo sic asserit Cardinalis Lugo *de Iustit. tom.2. disput.37. sect.3. num.23.* Cæterùm recedendum non est in re tanti ponderis à communi sententia, maximè cùm ex opposita sequantur multa inconuenientia, & fortasse maiora, & in praxi durissima. Sequitur enim, quòd si aliquis malitiosè se Legatum Papæ fingat, & ostendat Bullas falsas in testimonium suæ potestatis, eo ipso istius acta futura sint valida in vtroque foro, sicut si esset verus Legatus Papæ. Item hæretici, qui se Episcopos fingunt, & potestate illa ficta decipiunt rudes, & rusticos, non minorem habebunt potestatem iurisdictionis circa illos, quàm si veri essent Episcopi, dum adesset error communis; hæc quidem durissima sunt, & conduceretur ad fouendos nequissimos simulatores in suis fraudibus. Meritò ergo requirimus ad valorem gestorum per iudicem falsò existimatum, quòd habeat titulum coloratum; hoc est saltem apparentem, qui sit à legitimo superiore. Ratio autem differentiæ inter vtrumque casum ea videtur esse, quòd in nostro casu Respublica, seu Ecclesia, aut potestas superior est, quæ proponit populo illum iudicem, vel ministrum, & eo ipso tacitè hortatur populum ad illum recipiendum: ideirco superior, quicumque ille sit, ne videatur cooperari deceptioni, & detrimento populi, supplet defectus occultos, quantum satis est, vt populus non patiatur ex illo vitio occulto. Quando autem aliquis ex sua malitia est intrusus sine titulo superioris, tunc superior nullo modo illum proponit populo, nec cooperatur detrimento, quod sequitur, sed ipse intrusus est causa adæquata illius deceptionis: non ergo mirum, quòd tunc superior non suppleat defectus, maximè ex illa benignitate nascerentur alia maiora fortasse inconuenientia suprà insinuata. Ita Lugo.

3. Sed his non obstantibus, inuenio sententiam magni Basilij Pontij antea docuisse nostrum Molfesium *in summa, tom.1. tract.7. cap.13. num.21.* & nouissimè præter Sancium docere etiam Cutillum *in addit. ad pract.4. Mancini, dub.29.* &, me citato, Bordonum *in Consil. Regul. tom.1. resolut.36. quæst.14. num.50.* nostrum P. Del-bene *tract. de Comitiis, dub.4. subsect.32. corol.2. num.1. & 3.* Leandrum *de Sacrament. tom.1. tractat.5. disput.11. quæst.102.* &, me citato, tanquam probabilem admittit Caspensis *in curs. Theolog. tom.2. tractat.24. disput.5. sect.6. num.52.* ex his fundamentis. *Primo* probat, quia negari non potest iurisdictionem acquiri præscriptione, vt colligitur ex *cap. duo simul, &c. cum contingat, & ibi* gloss. & Panormitanus, & Rota *decis.2. in nouiss. de præscript.* ergo iurisdictio non semper habetur ex superiore legitimo. *Secundò*, quia iurisdictio etiamsi acquiritur consuetudine, vt multis citatis docet Sayrus *lib.1. de censur. cap.6.* Ex quo infert, quamuis non Sacerdos existimatus Sacerdos inualidè absoluat, tamen Sacerdos existimatus Parochus, & intrusus, verè absoluit, & confert reliqua Sacramenta: aliàs certè magna perturbatio sequeretur, si omnia sacramenta Matrimonij & confessionis ab his ministrata fuissent inualida. Nec obstat eandem perturbationem sequi, si Parochus sine intentione ministrasset, & tamen certum est sacramenta Confessionis, & Baptismi, & alia in eo casu non fuisse valida. Nam respondetur; esse longè diuersam rationem, quia intentio in Sacramentis iure diuino requiritur: at iure humano iurisdictioni applicatur materia, ac proinde ius facit quod potest ad euitandam rerum perturbationem, & ita censetur in his casibus iurisdictionem contulisse, vel materiam applicasse. Bordonus verò, *vbi suprà*, asserit, hanc sententiam non esse fundatam in *leg. Barbatius*, sed in prouida pietate Ecclesiæ, quæ saluti fidelium intendit subuenire.

4. Sed non deseram hîc apponere verba sapientissimi Francisci Syluij sacræ Theologiæ primarij Professoris in celebri Academia Duacena, qui *in part.1. resol. variar. verb. Matrimonium §.1.* sic ait: Dices, ad hoc vt gesta per sacerdotem, qui ex communi æstimatione, & errore est Parochus putatiuus, valeant, ipse debet habere titulum; cum verò non habet Sacerdos, qui, vt dictum est, assumitur à Colonello, vel Capitaneo militum. Respondetur in primis quòd iuxta Henriquez, Sanchez,

Sanchez, Bonacinam, Barbosam, & alios, non sit necesse eum habere titulum verum, sed sufficere quòd habeat coloratum, & putatiuum. Affirmant enim validum futurum matrimonium contractum coram laico cui Parochus concessit facultatem assistendi matrimonio, si communi errore habetur Sacerdos: in proposito autem Sacerdos, qui assumitur, habet titulum saltem coloratum, quatenus communi hominum æstimatione putatur (verè-ne, an falsò, disceptatio est) quòd tale ibi sit priuilegium militum.

5 Respondeo *secundò*, quòd Basilius Pontius *lib.5. cap.20.* tanquam probabilius sustinet non requiri titulum, modò adsit error communis, quo scilicet aliquis communiter putatur esse verus Parochus, seu habere Parochi beneficium, vel officium, docens propterea, eius qui caret titulo, est tamen putatiuus, & intrusus, gesta valere; tum quòd negari non potest iurisdictionem acquiri præscriptione & consuetudine, ex quo sequitur illam non semper haberi ex superiore legitimo, tum quòd instrumenta confecta à Notario, qui se fingebat Notarium, cùm non esset, valent, quando sunt antiqua: concurrente communi fama, & opinione, quòd ille esset Notarius. Vbi post multa concludit; si quis in Parochia constitutus esset ab oppidi Concilio, & communi omnium errore æstimaretur verus Parochus, omnia Sacramenta ab illo administrata valerent, modò sit Sacerdos. Et postea, Colligo, inquit, matrimonium coram Parocho existimato, etiamsi sit intrusus, & non constitutus à superiore legitimo, valere. Ita ille, qui postea *in part.2. verb. Prælati, titulares* 1. ita asserit. Prouincialem, ita, vt supponitur, electum, atque, vt aliunde intelligitur, à Commissario Generali confirmatum conformiter Clementinæ *Exiui, de verborum signific.* habere titulum coloratum ad exercendum ea, quæ istius officij sunt, iuxta ea, quæ scribit Sanchez *lib.3. de Matrimon. disp.22 num.53.* vbi dicens, quòd si peccetur in electionis forma eò quòd solemnitas iure præscripta omittatur in electione, vel collatione, gesta per electum non valent; mox ita restringit. Intellige tamen, nisi accedat legitimi superioris confirmatio: ea enim titulum coloratum confert, dum electionis vitium communiter latet.

6 Sed etsi non haberet titulum ne quidem coloratum; quamdiu tamen haberetur communiter pro vero, ac legitimo Prouinciali, probabile est quod per eum gesta valeant; quia, vt multis docet Basilius Pontius *lib.5.cap.20.* titulus non requiritur, quando est error communis, ita vt passim, & communiter reputetur esse verus superior. Hæc Syluius.

7 Et tandem hanc sententiam tanquam probabilem admittit Machadus *tom.1.lib.1.part.2.tract.1. document.8. num.2.* Vnde videant Lectores si potuit falsam vocare hanc sententiam nouissimè Ioan. Escobar *in addit. ad tract. de vtroque foro, art.5.n.51.* Fateor contrariam sententiam esse communiorem, & illi ego adhæreo; tamen sententiam Pontij, & aliorum tanquam improbabilem non audeo damnare. Ex suprædictis.

8 Infertur *primò*, dum Sacerdos communiter habitus fuit pro Confessore approbato, quia titulum à legitimo superiore habuit, nulliter tamen propter aliquem occultum defectum, si absoluat à peccatis, ita valida manet absolutio, vt detecto postea defectu, & errore communi, non sit necesse confessiones ei factas cum alio legitimo Confessore reiterare. Ita Lessius *lib.2. cap.29. dub.8.n.66.* & alij.

9 *Secundò*, idem die de omnibus gestis per Parochum putatiuum cum titulo legitimo: nam ea omnia tenent, nec indigent alia confirmatione, etiam in administratione Sacramentorum. Ita Gutierrez *de Matrimon. cap.62. num.26.* & 28. quæ omnia procedunt, etiamsi post titulum legitimum, & veram possessionem, adueniat defectus, seu causa impeditiua illius muneris, vt est excommunicatio, suspensio, & similes, occultæ tamen; rata manet absolutio, & quælibet Sacramentorum administratio. Ita Sanchez *de Matrimon. lib.3. disput.22. num.41.*

10 *Tertiò* hoc procedit dum Parochus laico communiter reputatus pro Sacerdote, facultatem præbuit matrimonio celebrando assistendi, nam validè coram eo contrahitur, cùm titulum habeat, error communis interueniat, & eius incapacitas suppleri possit per Ecclesiam, quæ sicut potest statuere, quòd non sit necesse matrimonium coram Parocho celebrare, statuere potest, quòd sufficiat celebrari coram laico, etiamsi pro Sacerdote non habeatur. Quod verum est, quamuis contrahentes matrimonium, sciant, defectum Parochi, dummodo cæteri communiter illum ignorent, nam communi errori, non particulari scientiæ attenditur. Ita Sylvester *verb. excommunicatio*, 3. §.5.

11 *Quartò*, idem dicendum puto dum titulus verus adest, sed deficit: vel quia concessus fuit pro certo tempore, quod fuit elapsum: vel quia reuocatus, vel inhibitione, aut priuatione, aut similibus, quia si communiter id ignoretur, & adhuc durare credatur, acta eius virtute valent, & tenent. Ita Henriquez *lib.6. cap.6. num.2. & seqq.*

12 *Quintò*, à fortiori asserendum est valere omnia acta iudicialia, vel extra facta per iudicem occultè excommunicatum, suspensum, vel interdictum, dum communis error, & ignorantia aderat, ex reddita ratione. Ex quo sequitur Episcopum excommunicatum occultè validè conferre Ordines. Ita Valerus *in different. vtriusque fori, verb. nullitas, different.3.* Sup. contenetur in hoc §. in tom.5. tr.1. Res.23. post medium, à vers. Si vix licet talis.

13 *Sextò*, dicendum est habentem beneficium collatum per putatiuum iudicem cum legitimo titulo iurisdictionis; rectè, atque tutè possidere, nec necesse habet alia collatione, nec institutione: ita contra nonnullos putantes *d.l.Barbarius*, in beneficialibus locum non habere, docent Lessius *d. dub.8. num.66.* Auila *de censur.2.part. cap.6. disp.6. dub.7.*

14 Et tandem, ne claudatur tractatus iste sine Pontificis mentione, limitanda est doctrina in hac resolutione posita: & dicendum est procedere, quando inhabilitas putatiui iudicis, talis est, quòd suppleri valeat per superiorem, vel per potestatem humanam; secùs verò aliter: vt si sit defectus iuris naturalis, vel diuini, quod nec tollere, nec supplere potest potestas humana, nec quidem dispensare. Vnde infertur, falsum esse dictum Iasonis *in dict. leg. Barbarius, num.64.* aientis, quod si in Pontificem eligeretur fœmina, communi circa sexum concurrente errore, valere per eam, velut Pontificem, facta; quod, inquam, falsum est, cùm defectus fœminæ ad Summum Pontificatum ex natura proueniat, qui suppleri per potestatem humanam non potest. Ita Lessius 2. *de Iustit. cap.29. num.66. sub vers. tertiò.* Sup. hoc in tom.4. tr.8. lege latam doctrinam, Res. 54. signanter §.21. à lin. 8. & vers. Sed quoad fœminas, & in aliis eius not.

RESOL. VI.

An Pontifex possit præcipere, vt infantes filij Hæreticorum, & Apostatarum baptizentur, inuitis parentibus.

Et quid de filiis infidelium.

Et quid, si saltem alter parens sit fidelis, seu baptizatus, an puer, illis inuitis possit baptizari.

Et idem proportionatè dicendum est, si proles sit sub cura plurium tutorum, quorum vnus saltem est Christianus.

Et idem est sentiendum, quando alter pater consentit, quamuis vterque sit Ethnicus.

Et idem est de paruulo, qui non habet Patrem, sed auum paternum, quod potest baptizari, ipso consentiente, quamuis mater sit inuita.

Et quid de filiis infidelium mancipiorum, an possint, illis inuitis, baptizari?

Et quid de infidelibus pollicitè tantùm subditis Principibus Christianis, an possint eorum infantes, ipsis inuitis baptizari? Ex part. 8. tract. 1. Resol. 2.

Sup. hoc, quod hic supponitur, lege latam doctrinam Resol. seq. & cum eodem Lugo tãtum hic citato in principio Resol. 102.

§. 1. SVppono pro præsenti tractatu cum Amico, *in cursu Theolog. tom. 8. disput. 18. num. 1. sect. 1.* Eminentissim. Cardinal. de Lugo *de Euchar. disput. 19. sect. 8. num. 112.* & Perez *de sacrament. Matrimon. disput. 21. sect. 1. num. 1.* & aliis, quòd licèt in Summo Pontifice non sit authoritas instituendi Sacramenta, vel ea quoad substantiam mutandi; est tamen potestas statuendi, vel mutandi, quæ salua Sacramentorum substantiâ, & suscipientium vtilitati, & ipsorummet Sacramentorum veneration, pro rerum, temporum, & locorum varietate, magis expedire iudicauerit, vt idem definit Tridentinum *sess. 21. cap. 2.* sine qua potestate, neque Ecclesiasticum regimen: neque animarum salus, neque Sacramentorum veneratio, & cultus consistere posset.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 1. Resol. 85. & 88. §. Vnde.

2. Hoc supposito ad quæsitum affirmatiuè respondeo cum Hurtado *de sacrament. Baptism. disput. 3. difficult. 4.* Præposito *in 3. part. D. Thomæ, quæst. 68. art. 10.* & *ibi* omnes expositores. Dicendum est igitur, quòd si parentes sint directè subiecti spirituali iurisdictioni Ecclesiæ, quales sunt, non solùm, qui Christianam fidem profitentur, & seruant; sed etiam quicumque baptizati sint, etiamsi sint Hæretici, aut Schismatici, aut penitus per apostasiam à fide defecerint: eorum, inquam, filij, si in potestatem Ecclesiæ veniant, ipsis parentibus inuitis, & contradicentibus adhuc baptizandi sunt. Est res certa. Et patet, tum quia Ecclesia potest ipsosmet parentes compellere, vt veram profiteantur, ac seruent fidem: ergo potest etiam compellere, vt offerant suos filios ad Baptismum: Sique nolint, habeat tamen in sua potestate ipsos infantes, omnino eos baptizare poterit, ac debebit. Tum præterea, Ecclesia habet directè iurisdictionem super ipsosmet infantes, qui nascuntur ex parentibus baptizatis, atque adeò sibi subditis: ergo habet ius, & authoritatem illos baptizandi, etiam inuitis ipsis parentibus.

3. Aduertit tamen Granadus *de Sacram. contr. 4. tract. 4. disput. 5. sect. 3. num. 17.* accidere interdum posse, vt non liceat Ecclesiæ baptizare infantes inuitis parentibus baptizatis, ac proinde subiectis Ecclesiasticæ potestati. Notauit hoc Franciscus Suarez *disput. 25. sect. 5. §. hæc argumenta*, & breuiter declaratur, ac confirmatur: licèt enim per se loquendo, Ecclesia habeat hanc potestatem baptizandi filios parentum baptizatorum, nec opus sit expectare consensum illorum, quia eo ipso quòd parentes ad Ecclesiam pertineant, tenentur in hac re illi obedire, possuntque ad id compelli, &, si opus sit, separari infantes à parentum consortio, iuxta ea, quæ initio disputationis supponebamus. Si tamen accidat id, quod in rebus humanis non est impossibile, parentes esse quidem baptizatos, sed Hæreticos; quibus vel Baptismus ipse displicet, vel saltem fides, quæ paruulis infunditur in Baptismo, nec possint paruuli ab eorum conuictu separari, aut alia ratione sufficienter defendi, ne cùm adoleuerint, decipiantur, & peruertantur à parentibus; non licebit Ecclesiæ illos contra parentum voluntatem baptizare, propter secundam rationem, suprà adductam, pro nostra conclusione, quæ, quo ad præcipuam partem vrget etiam isto casu: cederet enim in detrimentum Christianæ Religionis, foretque id sanctum dare canibus, vt illud conculcent, & contumeliis afficiant. Ita Granadus.

4. Sed his non obstantibus, ego cum Layman olim contrarium docui, & hanc sententiam, me citato, tenet etiam nouissimè doctus, & amicissimus P. Auersa, nunc denuò suæ Religionis Generalis, *tract. de sacram. Baptism. quæst. 68. sect. 3.* vbi sic ait: Attamen quando Ecclesiastici ministri non habeant vires abstrahendi filios à parentibus Hæreticis, aut Apostatis, habitantibus in suis locis, vbi impunè degunt, non debere illos baptizare, notant Suarez *disp. 24. sect. 5.* Coninch *hac quæst. art. 10. num. 81.* Heredia *de Baptism. part. 7. dub. 3. num. 8.* Quia postea tales filij impiis cærmoniis, & doctrinis apud suos imbuentur, contra dignitatem, & reuerentiam Baptismi. Sed rectè Layman *lib. 5. moralis Theolog. tract. 5. cap. 6. num. 12.* Diana *part. 3. tract. 4. resol. 7.* & quidam alij admittunt, debere baptizari: tum quia si ante vsum rationis decedant, saluabuntur: tum, quia fortè ad tempus inuincibili ignorantia poterunt excusari, dum prauis doctrinis imbuentur: tum, quia fortè faciliùs ad veram fidem redibunt, si scirent se fuisse à ministro Catholico baptizatos. Ob quam spem potest permitti oppositum periculum irreuerentiæ, dum iam Ecclesia habet ius tales filios parentum sibi subditorum baptizandi. Ita Auersa. Sed post hæc scripta inueni hanc quæstionem pertractare etiam, me citato, Eminentissimum Cardinalem Lugo, *de Fide, disp. 21. sect. 2. num. 20. & seqq.* adi illum, & non pigebit.

Quæ hic est in tom. 1. tr. 1. Resol. 85.

5. *Notandum* est tamen hic, quod licèt non liceat inuitis parentibus infidelibus eorum infantes baptizare, tamen optimè obseruat Granadus *vbi supra, sect. 3. num. 16.* cum Ioanne Præposito *in 3. part. D. Thomæ, quæst. 68. art. 10. dub. 1. num. 44.* quòd si saltem alter parens sit fidelis, seu baptizatus, puerum posse illis inuitis baptizari; quia cum ius singulorum in prolem sit æquale, quando alter subditur Ecclesiæ, illa ratione subditi, in fauorem religionis, potest puerum inuitis parentibus baptizare, eorúmque curæ subducere; cùm enim eo casu possit sibi subdito præcipere, vt Baptismum procuret infanti, & fidelis id possit facere, imò teneatur, quantumuis compars infidelis repugnet, sequitur quod Ecclesia inuito fideli possit eundem baptizare, & si necesse sit ad conseruandam Baptismi sanctitatem, parentum potestati subducere. Ita communiter Doctores, & insinuatur in Concilio Toletano III. *cap. 14.* vbi dicitur: Iudæis non liceat Christianas habere vxores, &c. & filio, qui ex tali coniugio nati sunt, assumendos esse ad Baptismum, scilicet etiam inuitis parentibus; & clariùs in Toletano IV. *cap. 61.* Filij, qui ex talibus (Iudæo

Iudæo scilicet, & Christiana) nati sunt, fidem atque conditionem matris sequantur: similiter & illi, qui procreati ex infidelibus mulieribus, sed fidelibus viris, Christianam religionem sequuntur; vbi & alia ratio insinuatur, quòd scilicet, si nolit pars infidelis conuerti, atque adeò coniuges sint separandi, iuxta illud decretum, proles debeat sequi partem Christianam in fauorem fidei, prudentia tamen opus est, neque est præcipienda collatio Baptismi, vel si putetur parens infidelis conuertendus, vel flectendus vt consentiat, vel prudenter putetur quòd proles non poterit abstrahi absque summa difficultate, & non sine aliqua nominis Christiani iactura. Idem proportione dicendum, si proles sit sub cura plurium tutorum, quorum vnus saltem sit Christianus. Idem etiam dicendum, quando alter parens consentit quamuis vterque sit Ethnicus, quia consensus vnius tribuit ius Ecclesiæ baptizandi paruulum etiam altero inuito. Colligitur planè hæc veritas ex *cap.2. de conuersione infidelium, & ex cap. Iudæo, 28. q.1.* vbi dicitur expressè, si mater, aut pater fidelis sit, debere filium imitari parentem fidelem, atque ita posse baptizari. Imò Valentia refert ex aliis, Gregorium XIII. statuisse, vt paruulus, qui non habebat patrem, sed auum paternum, baptizaretur ipso consentiente, quamuis mater esset inuita.

6 Sed quid dicendum de infidelibus policitè tantùm subditis Principibus Christianis, an possint eorum infantes ipsis inuitis baptizari? Affirmatiuè respondet Scotus *in 4. dist.4. quæst.9.* Gabriel *quæst.2. art.3. dub.3.* & ex neotericis duo viri doctissimi, Guilelmus Estius *in 4. dist.4.§.2.* & Petrus Lorca *in 2.2. D. Thom. quæst.10. art.12. disp.37. conclus.2.* Et censent, principes tanquam Dei ministros posse cogere subditos ad legum diuinarum obseruationem, & proinde compellere etiam infideles, vt prolibus suis Baptismum procurent, & si negligant, posse eos punire abstractione prolium, & Baptismi procuratione; vnde censetur prudenter procedendum, vt parentes nihil sciant, antequam proles baptizetur, ne in odium religionis Christianæ, & Sacramentorum eam interficiant. Si hæc incommoda euitari possint, censent Principem non tantùm posse procurare Baptismum paruulis, sed etiam teneri; quia, per se loquendo, tenetur vti legitimè ea potestate, quam habet in subditos.

7 Deinde, si pater vellet infantem occidere, aut pellet ipsum à periculo mortis, in quo sit liberare, posset ex consensu Principis inuito patre infanti subueniri, quamuis necessarium esset ipsum de potestate patris eripere, & extrahere: imò, id etiam potest Princeps, quoties videt filium à patre prauis moribus instrui, & malè educari; quia ad Principem spectat abusum patriæ potestatis in filios corrigere, & emendare. Sed infantes dictorum non baptizatorum sunt in manifesto periculo infidelitatis, quando adulti fiant, & sunt in peccato originali, & parentes nolunt illis subueniri, sed volunt eos in morte originalis perseuerare, & eos iterum morte infidelitatis occidere, si adulti fiant; ergo Princeps, & quilibet alius ex consensu illius potest infantes dictorum non baptizatorum adhuc inuitorum licitè baptizare, & eos à patria potestate eripere.

8 Verùm his non obstantibus, negatiuam sententiam docet D. Thomas *in 3. p. quæst.68. art.10.* & communiter *ibi* eius expositores; quia vt optimè obseruat Præpositus *vbi suprà, in 3. part. quæst.68. art.10. dub.2. num.49.* Granado *loco citato, sect.3. num.10.* & Hurtadus *de sacram. Baptism. disput.3. diffic.4.* Amicus *in cursu Theol. tom.7. disp.3. sect.7. num.221. & seqq.* Ecclesia nunquam procurauit infantes infidelium subditorum Principibus Christianis religiosissimis hoc modò baptizari, cùm tamen facilè potuisset hoc eis persuadere; quod est signum, Ecclesiam nec in se, nec in Principibus Christianis hanc potestatem agnoscere, & iudicare id non expedire, cùm potentissimi, & piissimi Imperatores facilè potuissent occurrere incommodis.

9 Cæteras rationes videbis apud citatos Auctores.

Notandum est tamen cum Præposito *vbi suprà, num.50.* sententiam negatiuam intelligi, per se loquendo, & sepositis particularibus causis, propter quas Princeps iustè possit à parentibus abstrahere, & eorum curæ subducere; vt si propter atrocia crimina contra legem naturæ, vel iustas leges Principis commissa, illâ vel simili grauì pœnâ possint affici; illo enim casu proles iustè abstracta posset inuitis parentibus baptizari eâ tamen in re magna circumspectione opus est, & *Primò* diligenter curandum, vt hæc pœna non leuiter inferatur. Quia pœna debet esse moderata, spectata criminis atrocitate, & non potest absque aliqua iniustitia excedere in ratione pœnæ conditionem criminis, prout in illo foro consideratur. *Secundò*, videndum ne ex illo modo puniendi parentes grauiora mala sequantur, verbi gratia, ne occidant filios, meruentes, ne sibi eripiantur, vt initientur mysteriis religionis Christianæ, vel nè inde implacabile odium contra Christianam religionem oriatur, atque ideò ita impediatur multorum conuersio, &c. propter quæ auertenda, sæpiùs erit consultius proles non abstrahere à parentibus, quamuis id iustè promouerit.

10 Sed magis difficultas est, quid dicendum de filiis infidelium mancipiorum, an possint illis inuitis baptizari? Negatiuè respondet Capreolus *in 4. dist.5. q.1. art.3.* Marsilius *q.4. dub.2.* Caietanus *q.68 art.10.* & Catherinus *in opusculo de pueris Iudæorum recipiendis ad Baptismum*, docent infantes filios non baptizatorum seruorum, seu mancipiorum, non posse à dominis, neque ex eorum licentia, licitè baptizari inuitis parentibus, quia infantes iure naturali subditi sunt parentibus, quoad educationem, & iure diuino quoad Baptismum & salutem spiritualem: his autem iuribus nequit derogare ius ciuile, ex quo solo conuenit dominis potestas in seruos. Accedit, quòd Ecclesia notabitur, quòd violenter contra voluntatem parentum baptizet infantes.

11 At ego affirmatiuæ sententiæ adhæreo cum Præposito *vbi suprà, dub.3. num.51.* & Hurtado *diffic.3.* vbi citant Durandum, Sotum, Vasquez, & Coninch, quibus adde Valentiam, Suarez, & alios quos citat, & sequitur Granado *loco citato, sect.4. num.11.* Et ratio est, quia imprimis licitum est dominis separare parentes seruos à filiis, illos vendendo, aut alia ratione vtendo iure dominij. Eo autem ipso quòd separentur, ita vt non subijciantur infantes illorum gubernationi, sufficienterque prouideatur, nè sit periculum peruersionis, cessant rationes, ob quas non licet infantes infidelium baptizare: perinde enim se habent, ac si parentibus essent orbati. Nec est illicitum dominis vendere seruos infideles, hac intentione, vt separentur à filiis; liceatque istos baptizare; nam in hac re vtuntur iure dominij, & id ordinant ad honestum finem, nempe salutem puerorum. Et eadem ratione si in bello iusto capiantur eiusmodi infantes, ac proinde omnino à parentum cura separentur, poterunt illis inuitis baptizari. Dixi autem doctrinam

Sup. hoc in num. 4. in fin. 47. in princip. & Resol. 88. in fine in Ref. Sect. 2. princ.

Sup. contexto in hoc, & seq. §. in tom. 1. tr. 1. Ref. 87. à lin. 4. vsque in finem, & in Ref. 88. & cursim in alia Resolutionum annotationi.

nam huius consectarij esse veram, dummodo à parentibus filij separentur: nam si cum illis manerent per longum tempus, saltem vsque ad adultam ætatem, non liceret eos baptizare contra parentum voluntatem; quia licèt parentes sint serui, quamdiu tamen filij manent cum illis, non possunt priuari potestate quam erga filios habent, cùm in ipsa natura fundamentum habeat: & ita ad eos spectaret prospicere bono filiorum in humanis, & diuinis, ac proinde eis irrogaretur iniuria, si Ecclesia infantes istos baptizare, possentque facile peruerti, cùm primum rationis vsum attingerent.

RESOL. VII.

Sup. prima diffic. huius tituli in tom. 1. tr. 1. lege latam doctrinam Res. 32.

An Pontifex potuerit determinare tempus præcepti Diuini suscipiendi Baptismum?

Et an Ecclesia potuerit determinare tempus, in quo Ministri Ecclesiæ, & non in alio deberent exhibere Baptismum adultis petentibus, scilicet Vigiliam Resurrectionis, & Vigiliam Pentecostes?

Et an ex dispensatione Pontificis possit quia etiam laicus solemniter baptizare, in casibus, in quibus iure Diuino, præest baptizare, & absque dispensatione id non possint Diaconis inferiores? Ex part. 8. tract. 1. Resol. 2.

Quamvis nō plenè sup. hoc lege tamen pro tēpore, & præcepto baptizandi infantes in tom. 1. tr. 1. Doctrinam Res. 28. & 29. & sup. doctrina huius Res. Vide Resol. not. præteritæ contra titulum positæ, & hic supra §. Res. præcedentis.

§. 1. NEgatiuè cōmuniter respondent Doctores, & ideo Ochagauia *tract. de sacr. Baptism. quæst. 15. conclus. 1.* sic ait: Non potuit Ecclesia determinare tempus, vel interpretari, in quo debeant fideles baptizari. Probatur, quia tale tempus est à iure diuino determinatum, vidimus in vltima conclusione præcedent. quæst. ergo Ecclesia id nullo modo potest immutare; solùm potest declarare, & interpretari causas, ex quibus possint infideles differre Baptismum, quod etiam quilibet Doctor potest efficere. Solum autem Ecclesia potest definire tempus, in quo parentes Christiani debeant suos infantes baptizare ratione iurisdictionis, quam in patres habet, qui regere debent paruulos. Ita ille.

2 Dicendum est igitur, in Ecclesia non posse potestatem determinandi tempus præcepti diuini, quo adulti ante finem vitæ baptizari tenentur, & meritò; quia præcepto diuino determinatum est hoc tempus, nempe cùm primùm commodè possint: ergo Ecclesia nequit aliud determinare, non solùm definiendo, sed neque interpretando; etiamsi, quando occurrit dubium, an causa aliqua sit sufficiens ad dilationem Baptismi, id possit interpretari, non minus quàm quilibet vir doctus, imò multò meliùs.

3 Non desinam tamen hìc admonere quod Caietanus *quæst. 68. art. 3.* Sotus *in 4. dist. 5. quæst. vnica, art. 3.* & Ledesma *1. part. 4. quæst. 9. art. 3. dub. 1.* docent, Ecclesiam posse determinare tempus præcepti diuini, quo adulti obligantur baptizari ante finem vitæ, quia Christus Ecclesiæ commisit Sacramentorum dispensationem: ergo potest determinare tempus pro susceptione Pœnitentiæ, & Eucharistiæ.

4 Confirmatur, quia Ecclesia de facto determinauit vigilias Resurrectionis, & Pentecostes *in can. non ratione, & in can. duo tempora, & in can. Propriè, de Consecratione, dist. 4.* ergo in Ecclesia verè reperitur potestas ad id.

5 Verùm his non obstantibus ego puto non esse recedendum à prima, quam tuentur Vasquez, & Suarez, quos citat & sequitur Hurtadus *de sacrament. Baptism. disput. 1. difficult. 17.*

6 *Notandum* est tamen, quòd aliquando Ecclesia potuit determinare tempus, in quo ministri Ecclesiæ, & non in alio, deberent exhibere Baptismum, adultis petentibus, scilicet vigiliam Resurrectionis, & vigiliam Pentecostes. Ita habetur *can. non ratione, de Consecrat. dist. 4. & eadem dist. can. duo tempora, & can. propriè*, & alij Pont. & Concilia, quorum meminit Vasquez *loco citato*, & Leo I. *epist. 4. ad Episcopos per Siciliam constitutos*; qui addit, vigiliam Pentecostes esse additam pro celebratione Baptismi, vt tunc liceret eos baptizare, qui ob aliquod impedimentum in Paschatis vigilia non potuissent baptizari, in aliis verò temporibus, nisi ob causas in eisdem Canonibus expressas baptizare non licebat. Neque verò solùm, vt voluit Soto *in 4. dist. 5 quæst. vnica, art. 3.* aliis temporibus erat prohibitum ministris Ecclesiæ, baptizare cum Litaniis, & aliis solemnitatibus, quæ alio tempore in administratione huius Sacramenti non solent adhiberi, extra prædicta tempora, sed etiam sine huiusmodi solemnitatibus extraordinariis, quod apertè liquet ex *epist. 78.* alias 80. Leonis I. *ad Episcopos Campaniæ cap. 1.* vbi sic illis præcipit: Vt summam hanc, potentissimámque, Dei gratiam scilicet Baptismum, non nisi in Paschate, & Pentecostes die, desiderantibus, & credentibus conferatis, manente quolibet tempore grauium necessitatum, ac periculorum consideratione, secundùm quam oportet, subuenire. Si ergo Pontifex tantùm concedit licentiam exhibendi Baptismum extra illa tempora, necessitate aliqua se offerrente, quod intelligendum est sine Litaniis, & ceremoniis vigiliæ Pentecostes, ergo non licet illum exhibere etiam sine his ceremoniis, nulla exigente necessitate. Sed quòd dictis tantùm temporibus conueniens esset Baptismus, probatur ex D. Thoma 3. *part. q. 68. art. 3. Primò*, nè Ecclesia facilè deciperetur ab infidelibus fictè petentibus Baptismum, sed vnumquemque probare posset, quo animo ad Baptismum accederet. *Secundò* propter reuerentiam huius Sacramēti. Siricius Papa relatus *in dicto can. non ratione*, apertè sentit, tunc temporis fuisse licitum quouis tempore paruulos baptizare. Quod & propter plurima eorum pericula, & quia præbatione non indigent, cùm sint incapaces rationis; dispensatum fuisse credo. Et quidem etiam Romæ hoc est in vsu, vt refert Vasquez *ibidem, cap. vltim.* aliquos adultos quotannis in Sabbatis illis baptizare. Illa tamen consuetudo solùm dictis temporibus baptizandi adultos, ferè in tota Ecclesia abrogata est per contrariam consuetudinem, vt quotidie videmus, vt docuit Rupert. *lib. 4. diuinorum Officiorum, cap. 18.* Ochagauia *vbi suprà*, & Hurtadus, qui etiam rectè *disput. 2. difficult. 4.* obseruat ex dispensatione Pontificis quemlibet, etiam laicum, posse solemniter baptizare in casibus, in quibus iure diuino potest baptizare; quia solemnitas Baptismi solo iure Ecclesiastico introducta est, & absque dispensatione id non posse Diaconis inferiores: quia solemnitas Baptismi non est præscripta ab Ecclesia pro his quibus ex vi Ordinis non conuenit dignè, & competenter baptizare, sed tantùm pro ordinatis ad id.

Sup. hoc magis latè in §. 1. & 2. Resol. seq.

RESOL. VIII.

An Pontifex possit committere laico; vt in casu necessitatis solemniter Sacramentum Baptismi ministret?

Et extra casum necessitatis, vt licitè conferant Baptismum, an inter Ministros huius Sacramenti

Sacramenti ordo sit seruandus sub peccato mortali.

Et etiam quæritur, an Sacerdos ministrans Sacramentum Baptismi in casu necessitatis in peccato mortali peccet mortaliter.

Idem quæritur de laico baptizante solemniter ex dispensatione; & de Diacono baptizante solemniter, vel sacram Eucharistiam porrigente ex commissione Sacerdotis.

Et notatur posse in casu necessitatis filium à Patre baptizari, & à propria matre, & ab illis in prædicta necessitate munus Patrini exerceri, atque per hoc non amittunt ius petendi debitum coniugale.

Et quid. Si supradicta hæc faciant extra casum necessitatis? Ex part. 8. tr. 1. Resol. 57.

Sup. hoc in fine præced. Resol.

§. 1. AFfirmatiuè respondeo: nam munus solemniter baptizandi, non est constitutum ex iure diuino, sed Ecclesiastico. Et ita terminis docet Amicus *in cursu Theolog. tom. 7. disp. 11. sect. 3. n. 52.* vbi sic ait. Quòd autem solí Diacono possit hoc munus solemniter baptizandi à Sacerdote committi, probatur: tum quia id docet Catechismus Romanus *de sacramento Baptismi*, §. *iam verò à quibus ministris*. Tum quia soli Diacono, quando ordinatur ab Episcopo, dicitur, quòd debeat baptizare. Tum quia Diaconus est proximus minister Sacerdotis. Vnde in necessitate potest Sacerdos illum substituere in iis omnibus, quæ non sunt propria muneris sacerdotalis.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 1. Resol. 46. in fine.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 1. Resol. 103. & 104.

2. At, inquies, non tantùm Diaconus, sed quiuis alius inferior Clericus, imò & laicus potest ex commissione Pontificis solemniter baptizare: ergo hoc non est proprium Diaconi. Antecedens probatur: quia cum munus solemniter baptizandi non sit de iure diuino, sed Ecclesiastico, potuit Pontifex, qui supra totum ius Ecclesiasticum potestatem habet, illud cuicunque committere. Resp. concesso antecedente, negatur consequentia. Etenim proprium Diaconi est, vt possit ex commissione solius Sacerdotis solemniter baptizare, quod non possunt reliqui Diacono inferiores; nisi ex commissione Summi Pontificis. Ita Amicus: cui etiam adde Hurtadum *de sacram. Baptism. disp. 2. diffic. 4.* vbi ex communi Doctorum sententia, supponit, ex dispensatione Pontificis laicum posse solemniter baptizare in casibus, in quibus iure diuino potest baptizare.

Sup. hoc in Resol. 1. not. præteritæ & in tom. 1. tr. 1. Resol. 105.

3. Sed hic obiter aliqua non incuriosa in gratiam Lectorum notanda erunt. Et

Sup. conferto hoc, & §. 3. in num. 2. tr. 1. Resol. 45. & 46.

Primo, notandus est ordo seruandus in ministris huius Sacramenti, vt licitè illud conferant. *Primò* namque extra casum necessitatis, vel rationabilis causæ, nullus præter Sacerdotem potest baptizare, & quidem intra terminos suæ iurisdictionis, vel commissionis. Si quid tentent alij, etiam Diaconi, peccant mortaliter, cùm vt diximus, non possit Baptismus etiam Diacono committi sine rationabili causa, v. g. eò quòd sint pauci Sacerdotes, vel procul distent, vel rebus grauioribus occupentur. *Secundò*, etiam in casu necessitatis Sacerdos præsens qui velit baptizare, est præferendus etiam Diacono: si absit, vel non velit, aut non possit baptizare, Diaconus debet assumi. Et huius ordinis inuersio, secundum Præpositum *in 3. part. q. 67. art. 5. dub. 2. num. 6.* est peccatum mortale, cùm negligantur ij, qui ratione suæ ordinationis habent completam capacitatem, vel saltem inchoatam, quibus proinde censetur fieri grauis iniuria, si non tentent baptizare, quamuis Sotus *dist. 4. quæst. vnica, artic. 2. §. circa tertiam*, & Suarez *disp. 31. sect. 4. §. vnde tertiò addendum*, sentiant non esse mortale, si negligatur Diaconus.

4. Nec etiam hic grauabor apponere verba Caspensis *in cursu Theolog. tomo. tract. 27. disp. 1. sect. 4. numer. 37.* me citato sic asserit. In casu verò extremæ necessitatis periclitantis pueri, quæuis persona humanæ nationis particeps, vir, aut fœmina fidelis, aut infidelis, etiam licitè baptizare potest, dummodo non adsit alia persona dignior. Vnde hæc regula generalis seruanda est: Præsente persona digniore, inferiori non licet baptizare in casu extremæ necessitatis. Ordo autem dignitatis, & prælationis hic est. Primò Sacerdos, deinde Diaconus, postea Subdiaconus, postmodum initiatus minoribus Ordinibus, inde habens primam Tonsuram, illicò laicus vir præfertur fœminæ: fidelis autem fœmina præfertur viro infideli. Denique extranei præferendi sunt parentibus propter periculum cognationis spiritualis, si fortè hæc proueniat ex Baptismo priuato. Inquires, an sit peccatum mortale hunc ordinem inuertere. Nam dubium non est esse graue peccatum, si quis, qui non sit Sacerdos, baptizet sine graui, aut extrema necessitate. Et ferè omnes conueniunt, inuersionem illius ordinis, quantum ad Sacerdotem, & Diaconum, quibus ratione ordinis competit baptizare, esse peccatum mortale, quamuis nonnulli relati à Diana *tract. 4. de Sacramentis, resol. 4.* contendant esse solùm veniale, si fiat absque contemptu, & Sacerdote non renitente. In cæteris autem infra Diaconum ordinem inuertere, quidam affirmant esse peccatum mortale ex grauitate materiæ: Alij solùm veniale, quia leuis est materia. Verumque est probabile. Hæc Caspensis.

Sup. hoc in Resol. 1. not. præteritæ, in §. Tertia opinio, & in Resol. 2. dictæ annot.

Quæ hic est in tom. 1. tr. 1. Resol. 46.

5. *Secundò* notandum, posse in casu necessitatis filium baptizari à proprio patre, vel matre. Neque propter hoc amittunt ius petendi debitum coniugale, vt declarauit Ioannes VIII. & refertur *can. ad lumina 30. q. 1.* & expressit in suo Ritualis Paulus V. de ministro Baptismi; eodem modo possunt parentes in casu necessitatis circa proprios filios exercere munus patrini, non contracta cognatione spirituali. Difficultas est, an si extra casum necessitatis id faciant, spiritualem cognationem contrahant. Affirmant multi apud Suarez *in comment. vlt. art. q. 67.* negat verò, & probabiliùs, ipse P. Suarez *ibid.* & alij apud ipsum, cui adde Amicum *vbi supra, num. 43.*

6. *Tertiò* notandum, laicum baptizantem in casu necessitatis in statu peccati mortalis non peccare mortaliter: quia obligatio ministrandi Sacramenta in gratia, non solùm oritur ex sanctitate Sacramentorum, quæ Deus, vt causa principalis, operatur, sed etiam ex consecratione ministri per aliquod Sacramentum, quo deputatur ad tale munus per se quidem & ex officio præstandum. Alij verò licèt sint in aliquo casu, vel in aliquo Sacramento ministri deputati per Christum, non astringuntur ita grauiter ad sanctè peragendum ministerium, quod illis non competit per se, sed per accidens ob necessitatem permittitur. Verum est, laicum ministrantem in mortali cùm posset conteri prius, graue peccatum veniale committere, quia his reuera se gerit irreuerenter. Et hoc probat fundamentum primæ sententiæ. Ita, me citato, cum multis aliis, P. Franciscus de Lugo *opuscul. de Sacrament. c. 2. q. 7. n. 58.*

Sup. hoc in tom. 1. tr. 1. Resol. 1. n. 2. postmedium vers. Nota vero, & in Resol. 42. cursim in fine, & magis latè in Resol. 43. & recitanter in principio §. vlt. Resol. 39. & ibi in tr. 2. Resol. 5. cursim an §. 5. §. Ex his.

7. Licèt contrarium asserat Vasquez *in 3. part. disp. 116. c. 3. num. 26. & 27.* & alij. Quia nullus ministrat Sacramentum, quamuis laicus sit, & in necessitate, priuatimque ministret, qui non exerceat hoc ministerium, vt Christi minister ad

hoc institutus, & subinde virtute Christi merita dispenset ipsius, rem sacram, & actionem sanctificatricem tractans. Ergo debet se, tum sanctitati principalis agentis, nempe Dei, tum ipsius ministerij sanctificationi conformare per conscientiæ puritatem, & per consequens in gratia ministrare, dum potest se disponere per contritionem. Alioquin irreuerentia grauis irrogatur Christo, dum ab eius hoste ipsius merita dispensantur. Nec enim grauitas huius irreuerentiæ tam sumitur ex deputatione per consecrationem ministri, quam ex ministerio, ad quod minister est deputatus, ita vt quisquis in gratia possit ministrare Sacramentum, ita facere debeat. Hæc sententia est probabilis, vt illam appellat Coninck *de Sacrament. q.64. art.6. n.37.* sed tutè nostra sententia amplecti potest.

Sup. hoc in tom.1 tr.1. Resol.42. & ex doctrina Resol.43. & ibi in tr.2. ex doctrina Res.5. §. Ex his, paulo post initium, à vers. Imò.

8. Sed plus addam. *Quartò*, notandum etiam Sacerdotem in necessitate, baptizantem infantem sine solemnitate, si existat in peccato mortali, non peccare mortaliter. Quia Sacerdos tunc non baptizat, vt minister ex officio, sed subuenit necessitatem patienti, sicut posset laicus subuenire. Quamuis enim consecratio respiciat primariò substantiam Sacramenti, prout à Christo Domino institutam, secundariò respicit etiam administrationem cum ritibus, & solemnitate per Ecclesiam assignatis. Quare cùm hæc prætermittuntur, solùm attenditur in necessitate nudum ministerium, quod laicus posset præstare. Quod autem in hoc casu Sacerdos præferatur laico, non conuincit operari Sacerdotem, vt ministrum ex officio, nam etiam vir fœminæ, Clericus laico præferuntur ob reuerentiam Sacramento debitam, cùm tamen non ministrent ex officio per se. Et ita hanc sententiam, me citato, tenet Pater Franciscus de Lugo *opusc. de Sacram. c.2. q.8. n.63.* cum multis aliis. Licèt in tali casu Sacerdotem peccare mortaliter asserat Vasquez *vbi supra, num.27.* & Palaus *n.10.* quibus adde Coninck *n.3.* nam in tali casu concurrit non solùm sanctitas Sacramenti, quod petit sanctè tractari, sed etiam consecratio Sacerdotis, per quam deputatur ad quorumlibet Sacramentorum dispensationem, ac subinde quotiescumque, & quomodocumque ministret Sacramentum, id agit ex officio. Quippe Sacerdos non magis in ordinatione sua secundùm diuinam institutionem consecratur ad baptizandum solemniter, quàm aliter, cùm solemnitas sit iuris Ecclesiastici, consecratio verò iuris diuini. Sed dum baptizat solemniter, exercet actum, ad quem peculiariter est consecratus; ergo pariter, dum baptizat non solemniter. Sed nostra sententia est communior, & probabilior.

9. Sed si aliquis curiosus hic inquirat, an laicus ministrans sacramentum Baptismi ex dispensatione Pontificia vt diximus, solemniter, an inquam, si sit in peccato mortali, peccet mortaliter. Respondeo, hunc casum me non inuenire, quantum videre potui, pertractatum ab aliquo Doctore. At aliquis posset affirmatiuè respondere, quia sic confert Sacramentum in mortali, idque tanquam minister aliquo modo ex officio, vt in casu simili tenent Doctores, dicunt enim Diaconum baptizantem solemniter ex commissione Sacerdotis, in statu peccati mortalis, peccare mortaliter; & ita docet Præpositus *in 3. part. q.64. art.6. dub.1. num.8.* cum his, quæ obseruat *q.67. art.6. dub.5. num.6.* Idem etiam docet Layman *lib.5. tract.1. c.5. num.8.* vbi sic ait. Amplia secundò, idem dicendum esse de Diacono, si ex speciali Sacerdotis, delegatione Baptismum administret; multóque magis, si ex simili commissione sacram Eucharistiam alicui porrigat: quia & ipse tunc hæc Sacramenta ministrat ratione ordinationis suæ, quippe per quam habilis redditur, vt talia sacra ministeria ipsi à Sacerdote committantur: cúmque Diaconis in his suppleat vicem Sacerdotis, conuenit eum similem quoque obligationem dignè ministrandi in se suscipere. Ita Layman; sed tu cogita, an currat per ratio in casu nostro de Diacono ad laicum.

Sup. hoc in tom.2. tr.5. Res. 118. §. vlt.

RESOL. IX.

An Pontifex possit sub peccato præcipere sumptionem Sacramenti Confirmationis.

An sit præceptum diuinum, vel naturale obligans sub mortali ad susceptionem huius Sacramenti, si commodè potest suscipi.

Sed difficultas est quoad præceptum diuinum positiuum.

Et an præceptum Concilij Tridentini de præuia Confirmatione ante Tonsuram, & ordines importet peccatum mortale, aut veniale? Ex part.8. tr.1. Res.47.

§. 1. SVppono non extare præceptum diuinum naturale de sumendo sacramento Confirmationis, cùm praxis Ecclesiæ paruulis non conferat hoc Sacramentum, vt visum est, imò extat præceptum de non conferendo ante septennium: neque etiam comparatione adultorum extat præceptum de Sacramento re ipsa suscipiendo, sic expresse Melchiades Papa *epist.* sæpe *cit.* Deinde comparatione adultorum non extat præceptum diuinum naturale suscipiendi Confirmationem in re, vel in voto, quia in his Sacramentis, in quibus repetitur eiusmodi præceptum, nascitur ex necessitate effectus Sacramenti, quando scilicet effectus Sacramenti est simpliciter necessarius ad salutem, & tunc dicimus Sacramentum esse necessarium vel in re, vel in voto his, qui in re illud suscipere nequeunt, & tamen habere possunt votum Sacramenti; vel in re tantùm his, qui non sunt capaces voti, quales sunt paruuli: sic dicimus sacramentum Baptismi in re necessarium esse simpliciter paruulis, & in re, vel in voto adultis; similiter Pœnitentiæ sacramentum dicimus esse necessarium lapsis in peccatum, in re, vel in voto, quia prima gratia est medium simpliciter necessarium ad salutem, quod nullo agenti suppleri potest, idem ostendemus de Eucharistia ratione effectus perseuerantis suo loco, vbi hæc omnia latè examinabimus. At effectus Confirmationis non est simpliciter necessarius ad salutem, scilicet robur ad protestandam fidem; nam aliis mediis obtineri potest, neque habemus locum in sacra Scripiura, vnde colligamus huiusmodi robur ad defendendam fidem, vel eius impugnatores, huic tantùm Sacramento alligatum esse, sicut constat ex doctrina Patrum Ecclesiæ. Rursus multi sunt quibus nunquam ea sese offert occasio, vt paruulis, qui ante vsum rationis moriuntur, & perpetuò amentibus, quibus impendi potest licitè sacramentum Confirmationis; ergo non est vnde colligamus, sacramentum Confirmationis etiam esse necessarium necessitate medij ad salutem ex vi Sacramenti, neque necessarium ex præcepto diuino naturali.

Sup. hoc lege doctrinam Resolutionum, & §§. not. seq. signanter §. Res.5.

2. Sed difficultas est, quoad præceptum diuinum positiuum.

Prima sententia affirmat esse diuinum præceptum obligans sub mortali ad susceptionem huius Sacramenti, si commodè potest suscipi. Hanc doctrinam

Sup. hoc tom.1. tr. Res.16. 2. vlt. & in §

doctrinam docuisse ex antiquis Hugo de sancto Victore *lib.2. de Sacrament. part.3. c.3.* eius verba refert Diuus Thomas *art.8. ad 4.* vbi dicit periculosum esse ab hac vita sine Confirmatione migrare contingere; & Amalarius *lib. de diuinis Offic. cap.27.* sequitur Scotus *dist.7.q.1.* Marsilius, & Paludanus, Richardus *art 5. q.1.* VValdensis *tom.2. de Sacrament.* Pamelius *in notis ad Tertullianum, lib. de Baptismo, cap.8.* tenet etiam Clemens Rom. *constitut. lib.8. c.16.*

3. *Secunda* sententia docet nullum esse præceptum diuinum obligans sub mortali ad suscipiendum hoc Sacramentum, etiamsi commodè suscipi possit, secluso tamen contemptu: quia non est vnde colligatur tale præceptum; non ex ipsa natura institutionis, non ex verbis Patrum, cum tantum requirant Confirmationem ad perfectionem Christiani nominis; ergo non est asserendum tale præceptum obligans sub mortali, quia tale præceptum non est asserendum sine magno fundamento. Et ita docet Sotus *in 4. dist.7. q.1. art.8.* Estius *ead. dist. §.18.* Victoria *in Summa de sacrament. Confirm. n.48.* Caspensis *in Curs. Theol. tom.2. tractat.27. disputat.2. sect.4. num.13.* Franciscus de Lugo *opusc. de Sacram. cap.8. num.7.* Escobar *in Theol. mor. tract.7. exam.3. n.18.* Petrus à sancto Ioseph *in idea Theol. sacr. cap.14. resol.4.* Idem etiam docet Coninck, Nugnus, Sylvius, Præpositus, Valentia *in 3.part.quæst.78 art.8.* quibus adde Hurtadum *de Sacram. Confirm. difficil.11.* Ochagauiam *quæst.12.num.3.* Granadum *de Sacrament. controu.5. tractat.3. disputat.1. num.4.* Molfesium *in summa, tom.1. tract.4. cap.2.* & alios, quos, me citato, adducit Auersa *de sacram. Confirm. quæst.72. sect.6.*

4. Hoc supposito: Quæritur, an non obstante quòd non adsit præceptum diuinum, neque naturale, neque positiuum, de sumendo sacramento Confirmationis, possit Pontifex illud præcipere? Et affirmatiuè respondeo; quod patet ex ipso facto: nam Pontifex hoc præcepit iis, qui Ordines suscipere debent, vt patet in Conc. Trid. *sess.23. c.4. de Reformat.* his verbis. Prima Tonsura non initietur, qui sacramentum Confirmationis non susceperit. Ex quibus verbis clarè, meo iudicio, colligitur præceptum, nam doctrina recepta in materia de legibus ex Panormitano, hæc verba imperandi in actu exercito habere sufficientem vim ad legem constituendam; quam etiam doctrinam probat Suarez *de legibus, lib.3.cap.15. n.8.* Tum quia superiorum præcepta hoc modo ordinariè feruntur, & censetur sufficienter fieri, quia ea verba explicant sufficienter imperium. Tum etiam probatur ex eo quod Trident. *sess.33. cap.7.* de Sacerdote qui vrgente necessitate absque præuia confessione celebrat, cum conscientia peccati mortalis, solùm docet quòd primum confiteatur, per quæ sola verba legem obligantem constituit, communis Doctorum intelligentia est, vt alibi à nobis dictum est. Vnde prudenter ibi monet Suarez considerata proprietate illius locutionis, quando superior isto modo loquitur ad subditum, & etiam aliis circumstantiis, de quorum vsu aliud non constat, præcipere censendum est, & cum proportione, quando decretum superiorum ita fertur, & inter iura, seu leges aut præcipientia decreta inceditur, sub ratione legis ferri videtur, nisi ex aliis coniecturis oppositum constare possit: hæc est doctrina Suarez *loco citato*, ex qua ego sic concicio argumentum pro nostra sententia; hîc Concilium loquitur verbo imperandi: Prima Tonsura non initietur. Ea ergo est lex & præceptum, &

Alibi in to. 1. n.9. Resol. 10. à fin. 4. & in affis. cio primæ notor.

non admonitio tantùm eius quod congruè agendum est. Rursus, si ea cum quibus adiungitur, & quibus inseritur, attendas, præceptiua de causa sint; quis enim dubitat esse præceptiuum decretum, quòd non initietur prima Tonsura qui fidei rudimenta ignorat, & legere, & scribere nescit. Similiter præceptiuum decretum est illud, ne initietur qui secularis Iudicis fugiendi causa eum statum elegit; in quo quidem culpam lethalem agnoscunt, Bannez 2.2. *q.12. art.1. §. sit vltima conclus.* Aragon. *eadem quæst.1. dub.1.* Petrus Ledesma *in summa de sacramento Ordinis post tertiam concl. §. de la primera.* Manuël Rodrig. *in summa. Victoria in summa de sacr. Ordinis, num.240.* & saltem culpam venialem agnoscit Thomas Sanchez *lib.7. de matrimonio, dist.31. num.17.* cùmque verba præceptiua sint, quibus statuitur, vt non initietur prima Tonsura, qui non est confirmatus, & ita infertur inter præceptiua decreta; censendum est Tridentinum legem imposuisse, & non consilium initiandis; neque verò sunt aliquæ circumstantiæ ex quibus colligi possit ibi non contineri præceptum. Neque vlus contrà indicat: tum, quia non pauci Doctores sentiunt contineri præceptum: tum etiam, quia Episcopi id diligenter inquirunt, antequam quisque initietur prima Tonsura.

Sup. hoc in tom.2. tr.5. Res. 111. & 113.

5. Sed difficultas est, an hoc præceptum importet peccatum mortale, an veniale. Et esse peccatum mortale, docet Pontius *de sacr. Confirmat. part.5. c.3. num.6.* cui adde Auersam *in 3. part. quæst.72. de sacrament. Confirmat. sect.6.* vbi sic ait. Verba Concilij sufficientia sunt ad imponendum præceptum, & inducendam grauem obligationem. Et ita ipsa praxi & vsu accepta videntur. Siquidem Prælati collaturi Ordines, aut primam Tonsuram, diligenter de præuia Confirmatione inquirunt, & de hac re tanquam graui solliciti sunt. Solétque documentum susceptæ Confirmationis, vel à Parocho, vel à proprio Prælato, quando alienus de licentia proprij quemquam initiaturus est, diligenter exigere. Accedit, quod alioqui, posset quis non confirmatus promoueri absque graui culpa, vsque etiam ad Episcopatum ipsum, & tunc liberè confirmare alios. Quod sanè videtur graue inconueniens. Et non sine notabili scandalo audiretur, si Episcopus quis peteret confirmari, cùm non esset antea confirmatus. Imò plerique ex Auctoribus oppositæ sententiæ vltrò asserunt, quòd peccaret mortaliter, si quis non confirmatus teneret alterum in Confirmatione, & aliqui volunt quòd non contraheret spiritualem cognationem: at planè multò plus est confirmare, quàm tenere in Confirmatione: & non minor transgressio videtur ordinari quempiam non confirmatum: igitur hoc non vacat culpa mortali. Et certè si Canon iubens, vt non confirmatus non teneat alterum, accipitur cum hoc rigore, vt inducat obligationem sub culpa mortali: pariter accipi debet decretum Concilij, vt prima Tonsura non initientur qui confirmati non sint: & similiter vt non promoueantur deinceps ad clericales Ordines. Et alioqui in singulis committeretur nouum mortale peccatum. Ita Auersa.

Sup. hoc in tom.1.tr.2. Res.4. à lin. 4. Vsque in finem §. Melius, & in Res.12.§.vlt. & in tom.2. tr.5. Res.99. §. vlt. & in Res.100.§.1. & 2. & in Res.101.§.1. & 2. & in Res.112.§.2. & in tom.1. tr.3. Res.26. §.2. & in tom.6. tr.1. Res.27. §. Itaque ad medium, à vers. In ipsomet, & latè in alia Res. earum annotationū.

Et pro peccato mortali contentio in vers. Imo plerique, huius textus, in tom.1.tr.2. Res.22. in fine, & magis clarè in Res. 21. §.2. in fine, à vers. Sed an, & pro cognatione spirituali, in Res. prima huius not. & in aliis eius primæ not. Prima Res. in hoc textu citata hîc est in tom.2. tr.5. Res. 101. Secunda verò in tom. 2.tr.2. Res. 12.

6. Sed ego puto contrariam sententiam etiam esse probabilem; nempè, hoc præceptum non obligare sub mortali, nec eum qui recipit, nec Episcopum, qui confert Ordines. Vide Doctores, quos citaui *in part.2. tract.16. resol.4. & part.3. tract.4. resol.24.*

RESOL. X.

An Pontifex possit dispensare, vt infantes ante vsum rationis confirmentur.

Et an sine Pontificis dispensatione possint in aliquo casu infantes ante vsum rationis confirmari, ex iusta causa.

Et an, si Episcopus confirmaret infantes ante vsum rationis absque iusta causa, peccet mortaliter, aut venialiter.

Et docetur Sacramentum Confirmationis olim in prima Ecclesia, & postea per multos annos infantibus simul cum Baptismo administratum fuisse.

Et an simul in Oriente, & præcipuè in Græcia, & Æthiopia vetus consuetudo perseueret. Ex part. 8. tr. 1. Resol. 46.

Quæ hic est §. 1. infra Resol. 53.

ID quod in superiori resolutione diximus de sacramento Eucharistiæ, à fortiori dicendum est de sacramento Confirmationis, nempe posse Pontificem dispensare, vt infantibus ante vsum rationis ministretur, nam priùs cum Baptismo ministrabatur, licèt hodie hoc non liceat, non ex alio capite, quàm ex vsu Ecclesiæ, ergo.

Sup. hac doctrina vsque ad §. Non desinam, huius Resol. lege Resolutiones not. seq.

2. Sed rem gratam existimo Lectoribus facere, si hîc apponam ea, quæ obseruat Magnus Basilius Pontius *de sacrament. Confirmat. part. 5. cap. 1. num. 4. & seqq.* vbi probat, sacramentum Confirmationis olim in prima Ecclesia, & postea per multos annos infantibus simul cum Baptismo administratum fuisse. Hunc autem morem baptizandi simul, & confirmandi infantes extitisse in Ecclesia, constat ex Tertulliano *lib. de Baptismo, c. 7. & 8.* & ex Innocentio I. *in epist. ad Decentium, cap. 3.* quæ incipit: De consignandis verò infantibus, & ex Gregorio I. *lib. 3. epist. 9.* Qua de re extat etiam Decretum apud Gratianum *cap. si qui, de consecr. dist. 4.*

3. Sed & multo post Apostolorum tempora etiam in vsu fuit, infantes baptizatos confirmare. Nam Iacobus Vitriacus *in historia Occidentali, cap. 37.* id testatur his verbis: Hoc Confirmationis sacramentum quidam ita coniungunt Baptismo, vt statim velint ipsum post Baptismum debere conferri, quoniam per hoc confirmatur fides, quæ in Baptismo suscipitur. Quæ consuetudo satis approbanda est, vbi haberi potest copia, seu præsentia maioris Sacerdotis. Hæc ille. Similiter in Oriente, & præcipuè in Græcia & Æthiopia vetus consuetudo perseuerat, sicut ex verbis Hieremiæ Patriarch. Constant. *respons. 1. cap. 2.* colligi potest. Rationi consentaneum est, Baptismati etiam Chrisma subiungi, neque in tempus differri. Idem colligitur ex ordine Baptismi secundum vsum Æthiopum. Sacerdos autem dicit sequentem orationem: Super eos qui baptizati sunt prius quàm eos vngat balsamo; postea vngit frontem. Nec verò ea consuetudo confirmandi infantes recenter baptizatos, ratione vero simili & congrua destituitur. Nam certum est infantes, si sunt capaces sacramenti Baptismi, item & Confirmationis capaces esse. Ex quo sequitur accepto sacramento Confirmationis in illis augeri gratiam, & ex consequenti, si in ea infantili ætate decesserint, maiorem gloriam adepturos.

4. Verùm persecutione Tyrannorum cessante, & Principibus in mentem saniorem redactis, & inualescente puero cum Baptismate etiam consuetudo confirmandi recens baptizatum infantem in vsu esse desiit. Et primùm quidem ad septimum diem à Baptismo dilata est Confirmatio, vt diximus ex Rabano *lib. 1. de institut. Cleric. cap. 37.* his verbis. Alios septem dies in memoriam eiusdem Dominicæ Resurrectionis congrua festiuitate subiungens, quos septem dies Albas vocitamus, propter eos, qui in sancta nocte baptizati, albis per totam hebdomadam vtuntur vestibus, & tunc maximè, dum alba tolluntur à baptizatis vestimenta, per manus impositionem à Pontifice Spiritum sanctum accipere conueniens est. Sed aucto paulatim fidelium numero, & Baptismate in singulas Parochias inuecto, cùm Episcopi tantæ hominum multitudini, vno die confirmandæ, non sufficerent, commodior ritus adhiberi cœptus est, vt illi statis per annum diebus, Diœcesim visitando, eos quibus Confirmationis sacramento opus erat, aut ad idoneam ætatem deuenerant, sacro Chrismate confirmarent. Quod propè tempora Caroli Magni inceptæ nonnulli credunt, quando adultorum Baptismus cessauit, quorum causa Confirmatio statim post Baptismum adhibeatur. Vnde ex Concilio Aurelianensi extat decretum apud Gratian. *in cap. vt ieiuni, de consecrat. dist. 5.* vbi statuitur, vt non confirmetur nisi perfectæ ætatis. Quod indicare videtur non nisi duodecimo ætatis anno suscipiendam esse Confirmationem. Nam ea dicitur ætas perfecta, vt *ibi* glossa, quando scilicet quis promoueri potest ad Ordines minores. Sed hodie ex Catechismo Romano c. 18. infantes ante septennium confirmari non debent. Ex quibus omnibus manifestè patet posse, vt dicebamus, Pontificem dispensare, vt infantes ante vsum rationis confirmentur.

Sup. contenetis in hoc §. in tom. 1. tr. 2. Resol. 13. 14. & 15.

5. Non desinam tamen hîc obiter aduotare, etiam sine Pontificia dispensatione, posse in aliquo casu infantes ante vsum rationis confirmari ex iusta causa. Huiusmodi causa censetur non solùm si puer ante septennium ostendat sufficientem vsum rationis, quo casu censetur vt adultus; sed etiam si diu abfuturus sit Episcopus, qui denuò hoc Sacramentum administret. Si infans sit in periculo mortis, & Episcopus dignum ducat ad eum accedere, vt notauit Innocentius Papa *epist. 1. ad Decentium.* Si infans sit filius Principis: si consuetudo regionis id commendet; aut alias similis. Et ita docet Auersa *de sacram. Confirm. quæst. 72. sect. 6.* Pontius *vbi suprà, numer. 8.* & alij.

Sup. hoc in Resol. 1. not. præteritæ §. vlt. & in Resol. 62. §. etiam, vlt. & in Resol. 3. §. Nota tamen.

6. Sed quid dicendum, si Episcopus confirmaret infantes ante vsum rationis absque iusta aliqua causa, peccaret-ne mortaliter, an venialiter? Ego puto peccare tantùm venialiter; & pro hac sententia *in part. 3. tractat. 4. resol. 19.* adduxi Nugnum, nunc addo Præpositum *in 3. part. quæstion. 72. artic. 7. dub. 2. num. 37.* Tannerum *tom. 4. disput. 4. dub. 2. num. 37.* Hurtadum *de Confirmat. difficult. 10.* Laymann. *lib. 5. tract. 3. cap. 5. num. 2.* Filliucium *tom. 1. tractat. 3. cas. 2. num. 16.* Suarez *in 3. part. tom. 3. disput. 35. sect. 2.* Coninck *de Sacram. quæstion. 72. artic. 8.*

RESOL. XI.

An Pontifex possit delegare potestatem ministrandi Sacramentum Confirmationis simplici Sacerdoti.

Et an sit de Fide Presbyterum posse esse Ministrum Confirmationis ex dispensatione.

Et vtrum Pontifex legitimè electus, sed nondum in

in Episcopum consecratus, possit hanc potestatem simplici Sacerdoti concedere? Et an hac facultas, & potestas concessa simplici Sacerdoti expiret mortuo Pontifice, vel si concessa ex causa, cessante expiret? Ex part 8. tract. 1. Resol. 3.

§. 1. NEgatiuam sententiam tenet Adrianus *in 4. in materia de Confirmatione, artic. 3.* Durandus *distinct. 7. quæst. 3. & 4.* vbi idem insinuat Bonauent. *circa litteram Magistri*; Scotus verò *quæst. 1.* dubius est, & obscurè loquitur: tenet etiam Castro *lib. de hæresibus, verb. Confirmatio*; & inclinat Petrus Soto *lect. 2. de Confirmatio*; & nouissimè Guillel. Estius *in 4. dist. 7. §. 22.*

2. Sed prorsus affirmatiuæ sententiæ ego adhæreo, quam tuetur D. Thomas *in 3. part. quæst. 72. art. 11. ad 1.* & *ibi* Præpositus *dub. 2. n. 46.* Suarez *tom. 3. disp. 36. sect. 2.* Henriquez *lib. 3. cap. 6. n. 4. in gloss. L.* Auersa *de sacrament. Confirmat. quæst. 72. sect. 3.* Hurtadus *de sacram. Confirmat. difficult. 13.* Opatauius *de Sacrament. tract. de Confirmat. disputat. 1. quæst. 8. num. 34.* Petrus à Sancto Ioseph. *in Idea Theol. sacram. cap. 14. resolut. 2.* Marchantius *in resol. Past. super Sacram. tractat. 3. cap. 2. quæst. 2.* Ioannes Petit *in Theol. sacram. tractat. 3. sect. 3.* Castrus Palaus *tom. 3. tractat. 3. disputat. 6. punct. 3. num. 6.* Sanchez *de Matrim. lib. 8. disp. 6. n. 6.* & alij.

3. Probatur *primò* ex facto S. Gregorij *lib. 3. Epistolarum, epist. 26. ad Ianuarium Episcopum Calaritanum*: Peruenit quoque ad nos quosdam scandalizatos fuisse, quòd Presbyteris chrismate tangere in fronte eos, qui baptizandi sunt, prohibuimus, & nos quidem secundùm vsum veterem Ecclesiæ nostræ fecimus; sed si omnino hac de re aliqui contristantur, vbi Episcopi desunt, vt Presbyteri etiam in frontibus baptizandos chrismate tangere debeant, concedimus. Vbi.

4. *Notandum*, pro eo quod in textu Gregorij habetur, *baptizandi, baptizandos*, Gratianum *dist. 95. can. peruenit, & can. Presbyteri, de Consecratione, distinct. 4.* legere, *baptizati, baptizatos*; similiter, & S. Thom. *hic responsione ad 1.* quomodo etiam legitur in exemplaribus Antuerpiæ impressis anno 1615. & melius cùm Gregorius *epist. citata* respiciat ad id quod eidem Ianuario scripserat *eodem lib. epist. 9.* Presbyteri baptizatos infantes signare in fronte non præsumant, sed Presbyteri baptizatos tangant in pectore, vt Episcopi postmodum tangere debeant in fronte.

5. Probatur *secundò* ex Concilio Florentino, *decreto de Sacramentis*, vbi postquam tradidisset ordinarium ministrum Confirmationis esse Episcopum, quibusdam interiectis dicit. Legitur tamen aliquando per Apostolicæ Sedis dispensationem, ex rationabili & vrgente admodum causa, simplicem Sacerdotem, chrismate per Episcopum confecto hoc administrasse Confirmationis sacramentum. Ex quibus verbis deducitur *primò* Concil. videri agnoscere Gregorium (ad cuius factum respicit) concessisse facultatem simplici Sacerdoti hoc Sacramentum ministrandi. *Secundò* Concilium sentire id fieri posse.

6. Probatur *tertiò*, quia Alexander VI. & Gregorius XIII. dicuntur hanc potestatem pro Indiis concessisse, quod non potest prudenter negari, cùm de Gregorio referatur ab Authoribus fide dignis tanquàm rès suo tempore facta: vt Suarez *disp. 36. sect. 2.* & Henriquez *de vtroque, cap. 6. citato n. 4. litera N.* ergo Pontifices agnoscunt se habere potestatem committendi administrationem huius Sacramenti simplici Sacerdoti, quod proinde non videtur vlla probabilitatis specie posse negari, nisi dicatur eos grauissimè errare, & Ecclesiam in re grauissima decipere.

7. Confirmatur. Alexander VI. qui gessit Pontificatum aliquando tempore post Concilium Florentinum, potuit eiusdem Concilij decreto moueri ad hanc facultatem concedendam. His addi potest quòd ipsemet Adrianus VI. dicatur anno 1521. 25. Aprilis concessisse pro Indiis, & regionibus in quibus non sunt Episcopi, vt Sacerdos regularis Ordinis Minorum posset confirmare, cuius concessionis authenticum dicitur esse Hispali in monasterio S. Francisci. Ita refert Henriquez *suprà litera I.* Confirm. ex quadam responsione Cardinalium *in can. 3. de Confirmatione sess. 7. Concil. Trident.* quod etiam Abbates ex priuilegio Sedis Apostolicæ, de consensu tamen Ordinariorum, hoc Sacramentum Confirmationis conferre possunt.

8. Nec aduersùs supradicta obstant fundamenta negatiuæ sententiæ.

Primum desumitur de nonnullis Pontificum decretis, quæ dicunt, confirmandi potestatem solis summis Pontificibus, & Episcopis deberi. Sic Damasus, Eusebius, Innocentius I. Leo I. Ioan. III. & alij; sed hæc omnia, & similia facillimè explicantur; intelligenda enim sunt, quòd solis Episcopis ordinariè debetur huius Sacramenti ministerium. Et rectè sic absolutè loquuntur; quia, quando de potestate est sermo, & absolutè dicitur aliquod genus hominum habere, vel non habere potestatem, intelligitur de potestate ordinaria. Vt si quis dicat Parochum non habere potestatem excommunicandi, rectè sic absolutè loquitur, quia intelligitur de potestate ordinaria, quæ ex officio annexa sit; non de potestate delegata, quam accipere potest à Summo Pontifice.

9. *Secundum* fundamentum desumitur ex ratione. Quia vel potestas confirmandi competit Episcopo ratione iurisdictionis, vel consecrationis. Non primum, vt notum est; aliàs Episcopus non consecratus posset confirmare sibi subditum, & nulla esset confirmatio ministrata non subdito, quæ absurda sunt. Si dicatur secundum, ergo vel ratione consecrationis, & Ordinis sacerdotalis, & presbyterij. At sic etiam conueniret Presbyteris, & valide confirmarent etiam sine licentia Episcopi, quod patet esse falsum: vel ratione consecrationis Episcopalis. At, si hoc verum est, non potest competere Presbyteris, cùm ea consecratione careant. Sed respondetur Episcopo competere ratione consecrationis Episcopalis, quòd sit minister ordinarius; & Presbytero ratione suæ consecrationis remotè, & dependenter à dispensatione Episcopi, & hoc ita haberi ex institutione Christi.

10. Denique obiiciunt ex *cap. pen. de conf. Eccles. vel alt.* vbi dicitur, ea quæ consecrationis sunt, non consecrato committi non posse. Ergo, si ratione consecrationis competit Episcopo potestas confirmandi, eaque consecratio deficiat in Presbytero, non potest illi committi. Sed respondetur ex his, quæ modò dicebamus, in Presbytero esse consecrationem remotam sufficientem, vt posita conditione possit ministrare sacramentum Confirmationis. Sicut etiam in illo ratione ordinis est sufficiens fundamentum, vt accedente iurisdictione (vt dici solet) possit absoluere à peccatis, à quibus sine ea inualidè absoluit. Et etiam ratione ordinis est in Presbytero sufficiens fundamentum, vt possit illi committi ministerium sacramenti Ordinis, quod sine ea commissione inaniter, & inualidè confert. Non ergo

committitur exercitium Confirmationis non consecrato, sed consecrato.

10. Et hæc omnia, præter Doctores citatos, docet etiam Basilius Pontius *de sacram. Confirm. part. 4. cap. 3. per totum*; vbi *n.* 11. quærit, quàm certa sit hæc communis sententia. Soto putat esse de fide, presbyterum posse esse ministrum ex dispensatione. At Pitigianus *in 4. distinct. 7. quæst. 1. art. 13. in fine*, sentit non esse de fide, quia Eugenius non est loquutus definiendo; & Tridentinum, licèt dixerit, ordinatum Ministrum esse Episcopum, nihil tamen dixit de extraordinario. Quare temerarium tantùm censet oppositum. Ego tamen valdè propendeo in sententiam Soti. Ita Pontius.

12. Sed circa præsentem quæstionem resolvendæ sunt aliquæ difficultates non incuriosæ. Et

Primò quæro, vtrùm Pontifex legitimè electus, nondum in Episcopum consecratus, possit hanc potestatem simplici Sacerdoti concedere? Negat Palud. *dist. 25. quæst. 1. artic. 2.* Sed, vt optimè, Adrian. id non videtur consequenter dictum; vnde censeo cum Soto *art. 11. citato, responsione ad 5.* Pontificem legitimè electum etiam ante consecrationem id posse, quia ei competit ratione plenitudinis potestatis, quam habet in Christi Ecclesiam, quam plenitudinem potestatis habet etiam ante consecrationem confirmatur, præcisè per consecrationem Episcopalem non est eminentior cæteris Episcopis, sed per legitimam electionem.

Sup. hoc infrà in Resol. 14. §. 1. post medium, à vers. 1mo.

13. Quæro *secundò*, an hæc facultas concessa simplici Sacerdoti expiret mortuo Pontifice, vel si concessa sit ex causa, ea cessante expiret? Respondeo si non sit expresè limitata, vel verba iuxta communem Doctorum interpretationem non restringant ad vitam concedentis, non expirare. Ita Henriquez *suprà*, qui *littera I.* plures citat; tenet etiam Suarez *sect. citata, §. rursus inquiri solet*, quia hæc concessio est gratia, & fauor; fauor autem absolutè concessus, communi Doctorum sententia, non expirat per mortem concedentis, vel causæ desitionem, cùm non necessariò ab his pendeat, vt conseruetur, quod in plurimis materiis tenent Doctores. Et hæc omnia docet Ioannes Præpositus *in 3. p. q. 72. art. 11. dub. 2. n. 49.*

RESOL. XII.

An Pontifex possit dispensare ad ministrandum Sacramentum Confirmationis Sacerdotem solùm priori Ordinatione consecratum.

Et discutitur, an impositio manuum Episcopi pertineat ad essentiam Ordinis, vel tantùm sufficiat porrectio Calicis cum patena, & tota forma in verbis dictæ traditionis correspondentibus; ita vt si Episcopus moriatur posteaquam contulit Sacerdoti potestatem consecrandi, antequam illi manus imponat, an verè manebit integrè ordinatus, & poterit à peccatis absoluere? Ex part. 8. tract. 1. Resol. 4.

Sup. doctrina contenta in hoc & seqq. §§. in tom. 2. tr. 5. Resol. 6. per totam, & lege latam doctrinam Resol. not. seq. & infra ex Resol. 67. §. Et licet & in tom. 4. tr. 8. ex Resol. 22. §. vlt. cursim ad medium.

§. 1. Resolutio huius quæstionis pendet ex illa, an impositio manuum Episcopi pertineat ad essentiam Ordinis, sed tantùm sufficiat ad porrectionem calicis cum patena. Richardus *in 4. dist. 24. artic. 4.* Durandus *quæst. 3. artic. 2.* Tapperus *artic. 17. §. de materia*, & Valentia *tom. 4. disput. 9. quæst. 1. punct. 5.* docent è contra, totam materiam proximam in ordinatione Sacerdotis sitam esse in traditione calicis cum vino, & patenæ cum pane, & totam formam in verbis dictæ traditioni correspondentibus, nempe: Accipe potestatem offerendi sacrificium, &c. quod videtur indicare Eugenius IV. *in suo Decreto*, dum pro ordinatione Sacerdotis non assignat aliam materiam, quam traditionem dictam, neque aliam formam, quàm verba ipsi traditioni correspondentia. Et id etiam videtur indicari *in cap. Presbyteris, de Sacramentis non iterandis*, dum in eo impositio manuum, quæ fit in ordinatione Presbyteri & Diaconi, dicitur introducta ab Apostolis; & ob omissionem illius non esse Sacramentum iterandum, sed supplendam esse: & tandem id deduci videtur ex eo, quòd in aliquibus Pontificalibus non inuenitur cærimonia hæc impositionis manuum, neque inueniuntur verba ipsi correspondentia.

2. Et ratione probatur, quia per traditionem dictam, & per verba ipsi correspondentia denotatur consecratio, seu sacrificatio, quæ est præcipua actio Sacerdotis: ergo tantùm per dictam traditionem, & per verba ipsi correspondentia, confertur character, & potestas sacerdotalis, & eis solis ordinatio Sacerdotis perficitur. Et ita hanc sententiam præter Doctores citatos tenet Nugnus *in 3. part. D. Thom. quæst. 37. art. 5.* Cruz *in direct. p. 2. in sacr. Ordin. dub. 2. conclus. 1.* Bonacina *de sacram. Ordin. disputat. 8. quæst. vnica, punct. 3. n. 2.*

3. Verùm his non obstantibus contraria sententia docet in porrectione calicis cum patena solùm conferri Sacerdotibus potestatem consecrandi; addi verò postea aliùm ritum, nempe impositionem manuum super capita ordinatorum, & ibi imprimi nouam partem characteris, & conferri potestatem absoluendi à peccatis, vt declarant verba, quæ tunc profert Episcopus: Accipe Spiritum Sanct. quorum remiseris peccata, remittuntur eis, & quorum retinueris, retenta sunt. Hanc opinionem docent grauissimi Authores: in primis Scotus *dist. 24. art. 3.* eam reputat probabilem. Deinde eam omnino sequuntur Paludanus *dist. 25. quæst. 1.* S. Bonauentura *dist. 24. artic. 1. quæst. 4.* Petrus Soto *lect. 5. de Ordine.* Hosius *in Confessione Polonica, cap. 50.* Armilla *verb. Ordo num. 5.* Bellarminus *lib. de Ordine, cap. 9.* & Henriquez *cap. 6.*

4. Probatur *primò* authoritate Conciliorum, & Patrum: Concilium enim Carthaginense IV. *can. 3.* agens de ordinatione Presbyteri, solùm meminit impositionis manuum, & Tridentinum *sess. 14. cap. 3. de Extrema-vnctione*, ait, ministros huius Sacramenti esse Presbyteros, qui sunt Episcopi, aut Sacerdotes ab ipsis ritè ordinati per impositionem manuum Presbyteri. Negari ergo non potest impositionem manuum pertinere ad essentiam ordinationis. Sanctus etiam Hieronymus *in cap. 58. Isaiæ*, in ea verba, *si abstuleris de medio tui*: Ordinatio (inquit) non solùm ad imprecationem vocis, sed etiam ad impositionem impletur manuum. Vnde etiam Alexand. *can. ex multis, 1. quæst. 3.* ex Concilij Chalcedonensis authoritate appellat Sacramentum manus impositionem, per quam Spiritus sanctus confertur.

5. Probatur *secundò*, ex proprietate verborum, quæ Episcopus dicit, cùm manus imponit, scilicet: Accipe Spiritum sanctum, &c. ibi enim est signum sensibile, nempe impositio manuum, & forma, quæ significat ibi conferri gratiam: nihil ergo deest ad rationem Sacramenti. Et rursùs cùm expresè ibi concedatur potestas absoluendi à peccatis, quæ est propria Sacerdotum, planè denotatur, ibi imprimi

imprimis aliquid characteris in signum huius potestatis. Confirmatur, quia Sacerdoti datur potestas erga corpus Christi verum, cùm porrigitur calix cum patena, nec ex illa cærimonia vlla alia potestas colligitur: cùm ergo habeat etiam potestatem erga corpus mysticum Christi, illius membra absoluendo à peccatis, illa potestas ex vi alicuius ordinationis conferenda est: & hæc sanè est impositio manuum sub prædicta forma verborum.

Sot. hoc in 4. dist. 24. q. 1. art. 4. concl. 5. & lege Bellarm. lib. 1. de Sacram. in gen. cap. 25. & ss. vbi præmittit.

6. Nec obstat dicere, quòd si Episcopus mox postquam contulit Sacerdoti potestatem consecrandi, antequam illi manus imponat, verè manebit integrè ordinatus, & poterit à peccatis absoluere: ergo in impositione manuum nulla potestas confertur. Respondetur negando antecedens, quod nulla ratione probari potest: solum enim ille Presbyter habebit tunc potestatem consecrandi. Et ita præter Doctores citatos hanc posteriorem sententiam tenet Paulus Comitolus *in suis responsis moral. lib. 6. quæst. 43.* Fernandez *in Theologia morali, parte 3. cap. 11. §. 1.* Ægidius Coninkius *de Sacramentis, disputat. 20. dub. 7. num. 60. & 61.* Reginaldus *lib. 30. num. 10. 20. & 21.* Andreas Molfesius *in summa, tract. 2. cap. 10. numero 31.* Domitius Chamerota *de Sacramentis, tract. 11. cap. 3. dub. 1. versic. Quintò dico.* Vasquez *in 3. partem, tom. 3. disput. 239. cap. 3.* Filliucius *tomo 1. tract. 9. cap. 2. num. 42.* Paulus Laymannus *moral. Theologiæ, lib. 5. tract. 9. cap. 5. numero 2.* Sylvius *in 3. partem, quæst. 37. art. 2. quæs. 4.* Cornelius à Lapide *in 1. ad Timotheum 4. versic. 14. num. 39.*

7. Vnde ex his infertur quid dicendum quò ad principale quæsitum, nam Doctores primæ sententiæ affirmatiuè respondent; Doctores verò posteriotis sententiæ, negatiuè. Et ideò optimè loquens in terminis nostræ quæstionis Præpositus *in 3. part. quæst. 72. art. 11. dub. 2. num. 53.* sic asserit: Difficultas est, num Pontifex posset deputare Sacerdotem solùm priori ordinatione consecratum, non verò secunda, in qua datur potestas remittendi peccata? Sotus iuxta sua principia *distinct. 24. quæst. 1. art. 4. conclus. 5.* vbi censens impositionem manuum, & verba correspondentia non esse de essentia Ordinis sacerdotalis, facilè contenderet Pontificem id posse, quod etiam facilè colligi potest ex iis, quæ tradit Plaudan. *eod. dist. 25. quæst. 1. responsione ad 4. & dist. 25. question. 1. art. 2.*

8. Sed cùm verius sit hanc impositionem manuum etiam pertinere ad essentiam ordinationis, & hominem absque ea non esse completum Sacerdotem, neque vi ordinationis habere vllam virtutem sanctificandi fideles per confectionem Sacramentorum, quæ in vsu consistunt, verius est ordinatum solùm per verba, quibus datur potestas sacrificium offerendi, non posse ex commissione Pontificis hoc Sacramentum conficere, quia sanctificatio per hoc Sacramentum requirit potestatem Ordinis in corpus Christi mysticum, qua caret talis Sacerdos; & licèt benè sequatur: Diaconus nullam habet potestatem in corpus Christi verum; ergo nec potest habere in corpus Christi mysticum modo explicato; non tamen sequitur in nostro casu: Sacerdos habet potestatem in corpus Christi verum; ergo & in mysticum, quia expositione causæ remotæ non ponitur effectus, quamuis benè negetur ex eiusdem causæ negatione. Hucusque Præpositus; ego vtramque sententiam probabilem esse puto.

RESOL. XIII.

An hæc potestas concedendi facultatem simplici Sacerdoti ad administrandum Sacramentum Confirmationis pertineat primatiuè ad Summum Pontificem?

Et an vero ex diuina institutione, vel ex solo præcepto Ecclesiæ oriatur, quod Episcopus non possit eam facultatem delegare in sua Diœcesi? Ex part. 8. tract. 2. Resol. 5.

§. 1. Negatiuè respondet Basilius Pontius *de sacramento Confirmationis, part. 4. cap. 4. num. 2.* vbi sic ait: Nonnulli dicunt id tantùm pertinere ad Romanum Pontificem, existimántque esse sententiam D. Thomæ *in art. 11. ad 1.* vbi dicit hoc conuenire Summo Pontifici ex plenitudine potestatis, quam habet in Ecclesia. In quo indicare videtur nullum alium eam habere potestatem, sicut neque habet ius potestatis plenitudinem. Sequitur hanc sententiam Suarez *disp. 30. sect. 2.* Ægidius *in hac quæst. art. 11. concl. 2.* Puteanus *dub. 7. concl. 2.* Valentia *disp. 5. generali, quæst. 2. punct. 1.* Imò ait, oppositam sententiam esse singularem, & temerariam. Tenuit antea Soto *in 4. dist. 7. quæst. 1. art. 12. ad 5.* & olim etiam Plaudanus *eadem distinct. quæst. 4. num. 20.* Fundamenta horum Doctorum hæc sunt.

2. *Primum* est, quia nunquam legitur Episcopos dispensasse, vt Presbyteri cõsignarent. Ergo signum est talem potestatem dispensandi non esse penes Episcopos. Sicut enim ex facto Pontificum colligitur eos dispensare posse, & quia in aliquo nunquam dispensarunt, colligimus eos dispensandi non habere potestatem; ita etiam de Episcopis philosophandum videtur.

3. *Secundum* est, quia in his: quæ sunt iuris diuini, absolutè, & simpliciter non potest dispensari, nisi iuxta modum & mensuram ipso iure diuino staturam, & concessam. Sed ius ministrandi hoc Sacramentum est diuinum, & lege ordinaria concessum Episcopis. Ergo ad solum Pontificem qui plenitudinem potestatis habet in Ecclesia, pertinet facultas dispensandi, non Episcopis.

4. *Tertium* est, quia Concilium Florentinum in citato decreto, vbi exactè doctrina Sacramentorum tradita est, signanter dicit: Legimus autem per Apostolicæ Sedis dispensationem, &c. Ergo in sola Sede Apostolica est facultas dispensandi in hac parte.

5. Alij verò sub distinctione loquuntur, dicúntque, si seorsim Episcopi considerentur, non posse Episcopos dispensare. Si verò aliqua maxima pars Ecclesiæ, qualis est tota Orientalis ante defectionem, tale munus Presbyteris committeret, non corrigente, tale munus Presbyteris committeret, non corrigente à principio, sed tolerante Romano Pontifice, valeret dispensatio. Sed qui ita philosophantur, nihil dicunt. Nam, si in eo casu eo facto partis Ecclesiæ valeret commissio, ideò esset, quia præsumeretur consensus Summi Pontificis. Idem etiam dici posset de facto Episcopi vnius, & ex consensu Pontificis valuisse; quod solum est dicere Pontificem dispensare posse tantùm, vel dispensatione tacita, vel expressa.

6. Cæterùm mihi videtur verius, potestatem dispensandi in hac re, non solùm residere penes Summum Pontificem, nisi reseruata esset. Hanc sententiam tenet Ledesma *in 4. dist. 7. quæst. 1. art. 11.* Layman *tract. cit. c. 7.* Alphonsus Salmeron *tom. 12.*

in Acta Apostol. tract. 26. vers. An verò Episcopi. Sine fundamento ergo Gregorius de Valentia dixit hanc sententiam esse temerariam, nam prædicti Authores tenent, & alius non esse contra communem sensum. Multi enim Doctores, licèt dicant Papam dispensare posse, non tamen dicunt solum Papam posse, & qui id expressè asserunt, pauci sunt. Si autem his Doctoribus addas eos, qui censent Episcopum in sua Diœcesi idem posse, quod Pontifex in toto Orbe, quos referam statim, videbis multò plures esse, qui nostram sententiam docent quàm oppositam, & etiam Sotum sibi ipsis repugnare. Nam non semel hanc doctrinam tradit, cum qua non potest consequenter dicere, non posse Episcopum dispensare, vt Presbyter suæ Diœcesis ministret sacramentum Confirmationis, qui id concedit Pontifici in toto Orbe. Hucusque Pontius; qui postea multis aliis rationibus conatur hanc suam firmare sententiam; docens tamen, hodie non posse Episcopos hac vti facultate, quia consuetudine & vsu iam eis hoc facere interdictum est.

7. Sed ego existimo non esse recedendum à sententia affirmatiua, quam præter Doctores à Pontio citatos, tenet Ioannes Petit *in Theolog. sacrament. tract. 3. sect. 33.* & Præpositus *in 3. part. D. Thom. quæst. 72. art. 11. dub. 2. num. 49.* vbi ita asserit: Dubitari potest, num id oriatur ex solo præcepto Ecclesiæ, an verò ex diuina institutione? videtur enim ex solo præcepto Ecclesiæ oriri, quòd Episcopus non possit eam facultatem in sua Diœcesi delegare: nam Episcopus in sua Diœcesi videtur id totum posse præstare, quod Summus Pontifex in tota Ecclesia; quia tamen in sua gubernatione subest Pontifici, Pontifex Episcopo potest prohibere, ne hanc potestatem deleget.

8. Verùm communiter Doctores sentiunt id oriri ex diuina institutione, quod insinuat S. Thomas *ad 1.* & alij, qui rationem assignant plenitudinem potestatis in regenda Ecclesia, quæ in solo Pontifice residet: nec verum est quod assumitur, nam etiam supposita omni prohibitione Pontificis, Episcopus non potest ea infallibilitate res fidei definire, qua potest Summus Pontifex, &c. Christus enim primaria quædam nostræ Religionis capita soli Pontifici commisit, cui commisit regimen totius Ecclesiæ.

9. Aduerte quòd licèt ex sola prohibitione Ecclesiastica id denegatum esset Episcopis, ea tamen prohibitio tantæ esset virtutis, vt eorum concessionem posset irritam reddere: atque adeò communi sensu reddatur irrita per cap. *aqua*, citatum, nam quamuis collatio Confirmationis sit exercitium Ordinis, ipsa tamen concessio est actus iurisdictionis, quam proinde Summus Pontifex potest efficaciter impedire. Ita Præpositus; cui adde Petrum à Sancto Ioseph *in adea Sacrament. cap. 14. resol. 2.* Auersam *de sacrament. Confirmat. quæst. 72. sect. 3.* Hurtadum *de sacram. Confirmat. diffic. 13.* Ochagauiam *de Sacram. tract. de Confirmat. quæst. 10. n. 13.* Dicendum est igitur solùm Sacerdotibus, & solùm à Summo Pontifice, posse hoc ministerium delegari. Nullum enim fundamentum, nullum exemplum, aut indicium adest, ad hanc facultatem vlteriùs extendendam. Et hoc totum intelligi debet fundati in ipsamet institutione Christi: alioqui non potest Summus Pontifex dispensare in iis, quæ sunt de substantia Sacramentorum. Itaque Christus ipse instituit, vt ordinarius quidem minister Confirmationis esset Episcopus, per extraordinariam verò delegationem sui Vicarij posset etiam esse Sacerdos.

10. Admonet tamen; & optimè Azorius *tom. 2. lib. 5. cap. 1. q. 6.* non debere, nec solere Pontifices in hoc facilè dispensare, sed solùm pro regionibus infidelium, in quibus rari sunt Episcopi.

RESOL. XIV.

An si Pontifex dispensaret sine iusta causa, vt simplex Sacerdos conferat Sacramentum Confirmationis, dispensatio sit valida?

Imò notatur non cessare hanc facultatem, mortuo Pontifice, qui eam concessit; neque etiam cessat talis facultas, cessante ratione, quæ mouit Pontificem ad eam concedendam. Ex p. 8. tract. 1. Resol. 6.

§. 1. HAnc quæstionem remisiuè tangit Pontius *de sacrament. Confirm. part. 4. cap. 4. num. 15.* & ad illam affirmatiuè respondet Ochagauia *de Sacrament. tract. vnico, de Confirmat. quæst. 10. num. 4.* vbi sic ait: *Notandum* est validam esse hanc facultatem, etiam si Pontifex eam concesserit sine rationabili causa, atque ita notauit Coninch *tom. de Sacramentis, quæst. 72. de Confirmatione, artic. 11.* Patet, quia hæc commissio non est dispensatio in lege diuina, quia hæc sine iusta causa inualidè semper fit, sed est concessio alicuius potestatis similis ei, quàm Pontifex concederet alicui ad absoluendum à peccatis reseruatis, quæ valida esset, etiam sine causa, ne pœnitentes bona fide procedentes damnarentur, si non essent absoluti. Imò vt optimè notauit Suarez *tom. 3. disput. 36.* non cessare hanc facultatem mortuo Pontifice, qui eam concessit, quia gratia est talis concessio, & gratiæ non cessant mortuo concedente, neque etiam cessat talis facultas cessante ratione, quæ mouet Pontificem ad eam concedendam, quia neque dependet ab ea in fieri, neque in conseruari. Ita Ochagauia; cui ego addo Hurtadum *de sacrament. Confirmat. diffic. 13.*

Sup. hoc in tom. 4. tr. 8. ex doctrina Resol. 32. figuanter à lin. 3.

Sup. hoc suà prà in Resol. 11. §. vlt.

2. Neque desinam hîc apponere verba Ioannis Præpositi *in 3. part. quæst. 72. art. 11. dub. 2. num. 4.* vbi sic asserit. Petes, an requiratur causa, vt hæc facultas concedatur? & factum teneat? Negat Henriquez *cap. citato, num. 4.* quia alioquin res esset obnoxia multis periculis, & homo meritò posset esse anxius, num Sacramentum validè conficeret, vel reciperet.

3. Hæc sententia est probabilis, quam etiam in praxi Suar. non audet reprobare *disput. 36. sect. 2. §. tertia pars*, quia de hac re non videtur iudicandum sicut de votis, in quorum relaxatione fit remissio iuris competentis alteri, qui non censetur in eam remissionem consentire, nisi causa saltem bona fide existimetur subesse, cùm hîc nulla sit dispensatio, & relaxatio iuris alieni, sed simplex deputatio ad aliquod munus iuxta facultatem Pontifici ex Christi institutione traditam, quidquid sit de valore, Pontifex non solet sine causa honesta hanc potestatem simplici Sacerdoti concedere. Sic ille, & ego.

RESOL. XV.

An Pontifex possit variare modum benedictionis Chrismatis.

Et ex doctrina prædictæ quæstionis infertur, an possit Pontifex indirectè efficere, vt nullus Episcopus valide hoc Sacramentum conferat, &c.

Et an Episcopus benedicens sacrum Chrisma in statu

statu peccati mortalis peccet mortaliter? Ex p. 8. tract. 1. Resol. 7.

Sup. hoc in §. 1. tract. 1. Resol. 1. num. 1. & in principio §. 6. & pro hac doctrina, & hoc etiam Resol. 2. dub. 10. n. 2. Resol. 6. dub. 1. n. 1. & 2. & Resol. 16. fin. n. 1. & in tom. 2. tr. 8. Resol. 1. n. 1. & Resol. 16. per totum.

REspondeo affirmatiuè, quia talis benedictio, quoad modum, non fuit institutæ à Christo, sed ab Ecclesia. Et ideo Ioannes Petit *in Theolog. sacrament. tract. 3. lect. 31.* sic ait: Chrisma debere esse benedictum ab Episcopo, de necessitate Sacramenti est, iuxta omnes Theologos, paucis exceptis quod patet ex perpetua Ecclesiæ praxi, & omnium Patrum traditione: non quòd per istam consecrationem aliquid physicum addatur materiæ, sed deputatur tantùm, vt possit esse instrumentum sanctificationis. Nec huius consecrationis Christus determinauit modum, sed Ecclesia. Ita ille, cui adde Basilium Pontium *de sacram. Confirm. part. 2. cap. 4. num. 11. & 12.*

2. Vnde Villalobos *in sum. tom. 1. tract. 6. diff. 2. num. 3.* asserit: *Aduertese, que aunque la consagracion del Chrisma sea de derecho diuino, el modo de la consagracion pende de la determinacion de la Iglesia, como tienen Soto, Suarez, despues de Paludano, porque no parece verisimil que la Iglesia vso siempre desta consagracion: ni es cierto que aya sido siempre de vna misma manera: ni que la Iglesia Griega, y Latina guarden el mismo modo de consagracion.*

3. Sed circa præsentem quæstionem, non deseram etiam hic apponere pro curiosis, obseruationem, quam ex superiori doctrina colligit Ioannes Præpositus *in 3. part. quæst. 72. art. 3. dub. 1. num. 20.* vbi ita ait: *Notandum*, quòd licèt aliqua benedictio in confuso requiratur ex Christi institutione ad hoc, vt Chrisma sit debita materia huius Sacramenti, nulla tamen in particulari sit ab eo determinata, sed modus benedictionis Ecclesiæ sit relictus, vnde is modus sufficit quem designat Ecclesia, qui pro temporum, & regionum diuersitate potest esse alius atque alius, & fieri potest, vt benedictio vno tempore sufficiens, non sufficiat alio Pontifice prohibente, & irritante talem benedictionis modum.

Sup. hoc in 4. in Resol. 15. confirmatur ex principio §. 6. & pro hac doctrina, & hoc etiam Resol. 2. dub. 10. n. 2. Resol. 6. dub. 1. n. 1. & 2. & Resol. 16. fin. n. 1. & in tom. 2. tr. 8. Resol. 1. n. 1. & Resol. 16. per totum.

4. Ex quo facilè patet Pontificem posse indirectè efficere, vt nullus Episcopus valide hoc Sacramentum conferat, si videlicet non inueniatur Chrisma consecratum, & omnem benedictionis modum Pontifex reprobet, nolitque vllum sufficere vt Chrisma censeatur materia apta Confirmationis. Quamuis enim Ecclesia nihil possit directè circa substantiam Sacramenti, mutando materiam, vel formam; benè tamen potest aliquid indirectè, quia scilicet ex parte materiæ, vel formæ, vel ministri exigitur aliqua conditio, circa quam Ecclesia aliquid potest, v. g. quia ad validam absolutionem requiritur iurisdictio, vel saltem applicatio materiæ per Ecclesiam, potestque Pontifex denegare huiusmodi iurisdictionem, vel materiæ applicationem, potest ex consequenti omnem absolutionem irritam reddere. Similiter, quia ad validitatem sacramenti Matrimonij requiritur, vt contractus ciuilis, in quo sacramentum Matrimonij fundatur, sit validus; ad cuius valorem requiritur materia & forma legitima, ciuilis autem potestas certum modum contrahendi potest reddere inualidum, similiter personas reddere inhabiles ad contrahendum, & efficaciter tradendum sui dominium, sit vt Ecclesia possit indirectè impedire, quo minus sacramentum Matrimonij sit validum. Ita in præsenti, quia ex Christi institutione ad valorem Confirmationis prærequiritur benedictio materiæ, cuius benedictionis modum reliquit Ecclesiæ determinandum, sit vt si Pontifex omnem benedictionem reprobaret, Confirmatio non posset validè confici defectu legitimæ materiæ. Videri potest Suarez *tom. 4. disp. 4. sect. 1. num. 9.* qui in hanc sententiam videtur propendere, quamuis alibi contrarium indicet. Hæc omnia Præpositus.

5. Verùm si aliquis hîc obiter quærat, an Episcopus benedicens sacrum Chrisma in statu peccati mortalis, peccet mortaliter. Affirmatiuè respondet Nugnus *in 3. part. quæst. 64. art. 6. difficult. 2. concl. 3.* Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo, quem ego alibi adduxi; sed aduersùs vnum Germanum, alterum nunc Germanum opponam, & is est Pater Franciscus de Lugo *in opusc. de Sacrament. in genere, cap. 2. quæst. 6. num. 52.* qui negatiuæ sententiæ adhæret, quam etiam præter alios à me citatos tenet Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 6. difficult. 14. num. 6.* vbi sic ait: *El Obispo que administra los Sacramentales (como se dieße primera corona, consagraße la Iglesia, bendixeße la Chrisma, ò el Olio) aunque estuvieße en pecado mortal, no peccarà mortalmente, si no ay escandalo ò menosprecio, sino solo venialmente: por que en esto no se ha como ministro de Dios para santificar almas, y assi no es la causa tan grave. Assi lo tienen Suarez, y Cayetano.* Ita ille, & ego.

Sup. hoc infra in tr. 3. Resol. 80. & 81.

RESOL. XVI.

An Pontifex possit permittere, vt Græci in Sacramento Confirmationis vtantur hac forma. Signaculum doni Spiritus sancti?

Et an in forma Latina hoc Sacramentum perficiatur ante expressionem diuinarum personarum?

Et an talis expressio in forma huius Sacramenti sit essentialis?

Et quid de cæterù verbis: Signo te signo Crucis, & Confirmo te Chrismate salutis? *Ex part. 8. tract. 1. Resol. 8.*

§. 1. SPinosa quæstio, sed curiosa, & ad illam negatiuè videtur respondendum: nam verba formæ Confirmationis hæc sunt: *Signo te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Vnde conueniunt ferè omnes Doctores, omnia dicta verba esse essentialia, & ad valorem Confirmationis requisita, quia omnibus illis semper vsa est Ecclesia, & omnia illa assignantur ab Eugenio IV. pro forma, in qua necessaria est expressio personæ, quæ confirmatur, non minus quàm in forma Baptismi, ob eandem rationem, quam pro Baptismo attulimus. Expressio quoque trium personarum in vnitate essentiæ, non est minus necessaria in forma Confirmationis: quàm in forma Baptismi, quia Confirmatio est quoddam complementum Baptismi, quia est instituta, vt eam suscipiens propugnet fidem; sicut Baptismus, vt eum suscipiens accipiat fidem, ob quod conuenientissimè institutum est, vt in forma vtriusque exprimatur mysterium Trinitatis, quod est primum, & præcipuum nostræ fidei: imò & quòd exprimatur nominibus consuetis Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Et ita tenet Granadus *in 3. part. contr. 5. disp. 3. sect. 3.* Præpositus *q. 72. art. 4.* Hurtadus *de sacram. Confirm. difficult. 8.* & alij communiter.

Sup. omnibus his verbis à §. seq. vsque ad §. Obseruandi quinto, huius Resol. & in aliis §§. eius annot.

Et pro expressione trium personarum, infra in §. penult. huius Resol. & in aliis eius annot. & in tom. 1. tr. 2. Resol. 3. §. 1.

2. Vnde ad confirmationem supradictorum, in terminis casus nostri, non deseram hîc apponere verba docti, & eruditi Petri à sancto Ioseph *in idea Theolog. Sacrament. cap. 13. resolut. 4.* vbi sic ait: Circa formam Confirmationis quædam obseruanda sunt.

Sup. sequentibus ab hinc vsque ad §. Obseruandi quinto, exclusiuè, huius Resol. infra in Resol.

3. *Primò* formam illam contineri his verbis, vt sumitur

eq. à §. Quæ ratiã posteà, vsque ad §. Vltimo colligitur, & in tom. 1. tr. 2. Ref. 3. à n. 1. vsque ad §. Et rursum inclinabat, & in illis eius annotationum, & pro expressione personæ signanter ibidem, §. Et rursum, & latè in alia eius not.

sumitur ex Concilio Florentino *in decreto vnionis*: Consigno te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Patet etiam ex vsu Ecclesiæ, quæ talem formam vsurpat, vt sufficientem ad hoc Sacramentum, adeóque necessariam, vt sine illa, vel alia æquivalenti Sacramentum irritum sit.

4. Obseruandum *secundò*, Ad essentiam formæ prædictæ spectare, vt exprimat personam, quæ confirmatur, actum confirmantis, vt ab illo procedit, & distinctè tres personas Trinitatis inuocet. Ratio autem primi, & secundi petenda est ex dictis suprà *cap.* 9. vbi de forma Baptismi; tertij verò ex eo quòd Confirmatio ordinatur ad perficiendam fidem in Baptismo acceptam, ad eámque coram tyranno forti animo, si opus sit profitendam.

5. Obseruandum *tertiò*, Ad valorem formæ vtrumque illud verbum, *signo*, & *confirmo*, exprimendum esse: si quis enim prius omitteret, non exprimeret signum Crucis; quod tamen necessariò exprimendum videtur, vt nouus Christi miles palam protestetur se illud non erubescere: si verò posteriùs præmitteret, non exprimeret effectum per illud significatum.

6. Obseruandum *quartò*, Vt Sacramentum valeat, debere etiam verba illa, *Chrismate salutis*, apponi; quia reliqua verba non satis distinctè significant vnctionem illam externam, quæ est materia proxima huius Sacramenti, quæque ex Chrismate fieri debet. Nec refert quòd hæc omnia ita distinctè in Patribus non contineantur: illi enim parcè agebant de hoc, aliisque Sacramentis, ne mysteria nostræ Religionis infidelibus manifestando, ea prodere viderentur.

Sup. contentis abhinc vsque ad §. penult. huius Resol. in sequenti Resol. à principio vsque ad §. Quintiam, & lege etiam Resol. 1. post seq.

7. Obseruandum *quintò*, Formam illam Græcorum, *Signaculum doni Spiritus sancti* non videri sufficientem, eò quòd multa non exprimit, quæ continentur in forma Latinorum, quæque necessariò vt valeat Sacramentum exprimenda esse diximus. Ita Petrus à S. Ioseph.

8. Sed his non obstantibus, nouissimè contrarium docet Amigus *in cursu Theolog. tom. 7. disp. 43. sect. 3.* qui postquam sententiam superiùs adductam, variis rationibus confirmasset, tamen postea sic asserit: Et hæc quidem pro explicatione sententiæ communis, quam & ego ipse olim secutus sum. Verùm vbi in Græcorum formam incidi, eámque diligenter examinaui, non possum ampliùs huic communi sententiæ assentiri. Est autem Græcorum forma, vt in eorum Rituali habetur σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου: quod Latinè signum, seu sigillum, vel signaculum doni Spiritus sancti significat. Hanc autem formam esse validam.

9. *Primò* colligitur ex ipsius antiquitate, nam ea traditur à sexta Synodo Generali *Canon.* 95. his his verbis: Sancto primùm Chrismate inungentes, & frontem, & oculos, & nares, & os, & aures: consignantes autem dicimus, signaculum doni Spiritus sancti.

10. *Secundò*, cùm hæc forma sit Concilio Florentino multò antiquior, vtpotè cuius expressa mentio fit in præcitata sexta Synodo, quæ celebrata est 75o. circiter annis ante ipsum Concilium Florentinum: cúmque in hoc Concilio, quod congregatum fuit ad vniendam Ecclesiam Græcam cum Latina, nulla mota sit de hac forma Græcorum controuersia, cùm tamen tam de forma Baptismi, quàm de materia Eucharistiæ, de quibus nonnulla inter Græcos, & Latinos controuersia erat, & mota, & decisa sit quæstio, manifestum signum est, hanc formam tanquam validam, approbatam, & receptam fuisse in hoc Concilio.

11. *Tertiò*. Neque Innocentius IV. neque Clemens VIII. in peculiaribus Bullis de vnione inter Græcos, & Latinos vllam mentionem faciunt de hac forma Græcorum, sed illam potiùs, vt validam supponentes, prohibent solùm, ne hoc Sacramentum administretur à puris Presbyteris, vti mos erat apud Græcos, sed tantùm ab Episcopis, ad quos tanquam ad ordinarios ministros huius Sacramenti administratio spectat. Quin Clemens ipse VIII. specialiter in prædicta Bulla huius formæ Græcorum meminit, eamque vt validam supponit: dum enim initio Bullæ prohibet, ne Græci Presbyteri baptizatos Chrismate in fronte consignent, iubet Presbyteros baptizantes omittere quædam verba, vbi habetur, inquit, forma huius consignationis: atqui apud Græcos non alia forma huius Sacramenti habetur, quàm quæ à nobis suprà relata est: ergo dum Pontifex illam appellat formam huius Sacramenti, approbat vt validam.

12. Confirmatur: nam si illam saltem vt dubiam iudicasset, debuisset præscribere, vt per illam confirmati, iterum essent saltem sub conditione confirmandi: vt *ibidem* præscribit esse sub conditione reconfirmandos infantes Græcos, à Græcis Presbyteris baptizatos, eò quòd hi soleant vna cum Baptismo etiam Sacramentum Confirmationis conferre. Cùm igitur in hac Bulla Pontifex dogmaticè instruat Græcos de essentia ritu administrandi Sacramenta in quo debeant cum Latina Ecclesia conuenire, debuisset hoc dubium in forma Græcorum tollere, si illam vt dubiam iudicasset, vt fecit in eodem Sacramento à puro Presbytero collato: alioqui defuisset in substantialibus Sacramentorum, de quibus in hac Bulla Pontifex Græcos instruit.

13. *Quartò*. Probatur ratione: quoniam, vt *disp. 2. sect. 4.* de materia Ordinis ostendimus, ad formam Sacramenti sufficit, vt implicitè tantùm naturam Sacramenti significet, vt possit vna cum materia determinatè illam exprimere. Atqui hæc forma Græcorum implicitè saltem naturam huius Sacramenti significat: nam per signaculum doni Spiritus sancti exprimitur natura huius Sacramenti, quæ est animum roborare contra tyranni insultus, & simul coniuncta cum externo symbolo vnctionis determinatè exprimit illud. Subintelligitur autem in hac forma Græcorum, vel imperatiuum verbum, *accipe*, vel substantiuum verbum, *est*.

14. Ex quibus infertur in forma Latina hoc Sacramentum perfici ante expressionem diuinarum personarum, cùm talis expressio in forma huius Sacramenti non sit essentialis. Nec est eadem ratio de forma Baptismi: quia cùm per Baptismum homo primò renascatur ad fidem, debet ipsius principale mysterium ei explicitè proponi, vt credendum. Per confirmationem autem cùm homo iam supponatur ad fidem renatus, & ad Religionem Christianam admissus per explicitam diuinarum personarum professionem, non est ampliùs earumdem diuinarum personarum expressa professio necessaria.

Sup. contento in hoc & seq. §. supra in hac ipsa met. Res. §. 1. ad medium, & in §. primo formam illam, & in Res. seq. à §. vltimo colligitur, vsque in finem Res. & in tom. 1. tr. 2. Res. 3.

15. Vnde ad authoritatem Concilij Florentini, Catechismi, & Pontificialis Romani, nec non Theologorum, qui in Sacramento Confirmationis expressam requirunt diuinarum personarum inuocationem, dicendum est, eam tantùm requirere sub præcepto, & quidem solùm in Ecclesia Latina. Alioqui non posset Ecclesia Latina permittere, vt Græci hoc Sacramentum administrent absque expressa inuocatione diuinarum personarum,

rum, vti non permittit, vt absque expressa inuocatione earumdem administretur sacramentum Baptismi. Hucusque Pater Amicus, qui in vltimis verbis clarè fatetur Pontificem licitè permittere, vt Græci formâ supradictâ in Confirmatione vtantur.

RESOL. XVII.

Confirmatur supradicta sententia Patris Amici authoritate Basilij Pontij, in qua explanantur omnes difficultates, quæ continentur in præterita Resolutione. Ex part. 8. tract. 1. Resol. 9.

Sup. fegen. tibus vsque ad §. Quintum, huius Resolutionis, & Resol. præcedentia, & Observandum quintò, vsque ad §. proxim. & lege etiam doctrinam Resol. seq.

§. 1. SCias, amice lector, sententiam Patris Amici prius docuisse fulgentissimum lumen inclytæ Academiæ Salmanticensis Basilium Pontium in sua aurea Prælectione *de Sacram. Confirmat. part. 2. cap. 7.* vbi latè firmat, formam Græcorum sacramenti Confirmationis esse sufficientem. Et tandem *num. 15.* sic ait. Vt magis explicetur sensus formæ Græcorum, obiicitur contra illam.

2. *Primò.* Quia hæc forma, *signaculum doni Spiritus sancti*, nullum idoneum sensum reddit ex defectu verbi. Vnde non est oratio significatum: ergo non est idonea, neque conueniens forma. Propter hoc argumentum aliqui in hac forma desiderant verbum aliquod, & clariorem sensum. Sed immeritò; nam Patres Concilij Constantinopolitani etiam sine verbo perfectam sententiam, vnà cum opere, quod faciebant, illa oratione explicare volucrunt: estque non secus ac si aliquis nummum porrigens pauperi, nihil aliud dicat, quàm, *En nummum*, eo ipso intelligitur dare pauperi nummum. Similis modus loquendi sine verbo reperitur apud Lucam in consecratione Calicis: *Hic calix nouum testamentum in meo sanguine*: vbi Latinus interpres addidit verbum, *est*, quod subintelligatur: Hæc certè verba Lucæ respiciunt ad ea, quæ *Exod. 24.* posita sunt, *Hic est sanguis fœderis, quod pepigit vobiscum Dominus, super cunctis sermonibus his.* Et hæc verba citans Paulus *ad Hebr. 9.* retulit sine verbo substantiuo, *Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus.* Sic ergo Lucas, formam consecrationis Calicis, sine verbo protulit, & illa valida est. Idem etiam de forma Confirmationis dici potest. Legatur cap. 6. Epistolæ ad Hebræos, in qua, quod est in textu Græco, plenum est harum locutionum, & alibi etiam in Latino, quæ, quia multa sunt, hîc non transcribimus. Huiusmodi etiam locutiones non paucæ sunt apud Latinos, etiam in ritibus, & officiis Ecclesiasticis, quales sunt illæ, *Lumen Christi, Gloria in excelsis Deo, Gloria Patri & Filio*, &c. *Benedictio, claritas & sapientia, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum. Angelus, Archangelus Michaël, Dei nuncius pro animabus iustis.* Sed de hoc etiam dixi *in tract. de Eucharistia*, cùm agerem de forma Consecrationis.

In hoc in num. 11. & 12. & §. 3. sol. 3. Addito.

3. *Secundò* obiicitur. Quia in forma Sacramenti debet exprimi actio ministri, vt diffinitum est ab Eugenio IV. *in decreto de Sacramentis*, & ab Alexandro III. *in cap. 1. de Baptismo, & eius effectu.* At in hac forma, *signaculum doni Spiritus sancti*, non exprimitur actio ministri, nec etiam in illa, quam refert Constantinus, *Consignet te Deus sigillo fidei, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, in consignatione fidei: ergo non sunt formæ sufficientes. De materia huius argumenti, an scilicet necessarium sit in forma Sacramenti exprimere actionem ministri, & quomodo, latè disputatur à Doctoribus in materia *de Baptismo supra quæst. 66. artic. 5.* Nunc breuiter dico in primis certum esse id quod in antecedenti sumitur, exprimendam esse actionem ministri aliquo modo, siue implicito, siue explicito. Quæ fuit doctrina Diui Thomæ *in eo artic.* sic tenentè legatur. Nego tamen in his formis sacramenti Confirmationis non significari actionem ministri, vt hîc, & nunc exercetur, & suppositâ institutione Christi. Et de prima forma, *signaculum doni Spiritus sancti*, facilè ostenditur. Quia, vt rectè Ægidius *supra q. 66. art. 5. dub. vnico, num. 36.* formæ Sacramentorum sunt orationes practicæ, & significant necessariò id quod hîc, & nunc agitur, v. g. conferri gratiam per Sacramentum hîc nunc collatum. Et hoc ipso quòd pronunciamus formam, & ponitur simul ritus externus Sacramento essentialis, significatur illum effectum conferri per actionem, quæ de facto exercetur. Quod in quauis oratione practica verum est. Hæc oratio, *hic liber est tuus*, prolata ab eo qui habet potestatem, siue principalem, siue ministerialem, idem significat atque ista oratio, *Do tibi hunc librum*, & consequenter significat actionem, provt hîc & nunc ab isto procedentem. Sic ergo, cùm Episcopus, qui suppositâ Christi institutione habet potestatem conferendi gratiam roborantem per hoc Sacramentum, faciens cum Chrismate signum Crucis in fronte, dicit, *Signaculum doni Spiritus sancti*, intelligitur dicere: Do tibi signaculum doni Spiritus sancti, vel, quod idem est, Per hoc signum tibi à me impressum præbeo Spiritum sanctum: sicut, qui porrigens nummum, dicit pauperi: En nummum, idem est, ac si diceret: Do tibi nummum, vt suprà dicebam. Significatur ergo in hac forma actio ministri, & vt procedens à ministro.

4. Difficultas est idem ostendere in alia forma: Consignet te Deus sigillo fidei, &c. Soto *in 4. dist. 3. quæst. vnica, art. 5.* propter hanc formam censet non requiri, vt in forma Sacramentorum significetur actio ministri, vt procedens à ministro; sed sufficere, si non excludatur eius actio. Hæc tamen opinio Soti communiter reiicitur, suprà *quæst. 66.* citata. Et certè, ni fallor, repugnat doctrinæ Diui Thomæ *in eo artic. 5.* de quo eo loco. Vasquez *in hac quæstione*, duo sibi contraria docet. Nam *tom. 4. in 3. part. 84. artic. 3. dub. 3. num. 10.* expressè dicit formam deprecatoriam non posse conuenire sacramentis Baptismi, Confirmationis, & Ordinis; quia minister in illis habet rationem superioris, in Baptismo introducentis in Ecclesiam; in Confirmatione destinantis militem ad bellum pro fide; in Ordine conferentis potestatem. At *in 2. tomo in 3. part. disp. 142. c. 2.* expressè docet formam Baptismi, & Confirmationis posse esse deprecatiuam, qualis est hæc forma Græcorum: Consignet te Deus; quia in ea additur aliquid quo denotatur actio ministri, scilicet, sigillo fidei, quo verbo denotatur actio ministri sigillantis, quasi dicat, hoc sigillo fidei suæ. Vnde addit Vasquez verba illa, *In nomine Patris*, &c. non referenda esse ad illa verba, *signet te Deus*, qui esset sensus ineptus; sed ad illa, *sigillo fidei*, quod scilicet, tibi à me exhibetur, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Omissa autem ea aperta contradictione, & ad id quod ad præsens facit attendens, dico non esse necessarium ad significandam actionem ministri recurrere cum Vasquio ad illa verba, *sigillo fidei*; nec etiam ad legitimum sensum formæ necesse est, vt verba. *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, referantur ad illa, *sigillo fidei*; sed sufficienter explicatur actio ministri, per illa verba, *Consignet te Deus.* Quòd satis declarat Ægidius *loc. citato.* Eadem enim verba, in

in diuersis circumstantiis prolata diuersa significant, v. g. si sint in hoc cumulo libri diuersorum dominorum, Petro cupienti scire quinam sint sui, dicam ego: Iste liber est tuus, non indico me illi donare librum. At si omnes illi essent mei, eisdem verbis plane significo me illi donare librum. Item, si quis à Rege potestatem haberet, vel supplicio afficiendi, vel liberos dimittendi reos, si alicui diceret, Princeps remittit tibi supplicium, apud eos qui eam potestatem nouerunt, idem est ac si diceret: Ego nomine Principis remitto tibi supplicium. Cùm ergo certum sit suppositâ institutione Christi ministros habere potestatem acceptam à Deo conferendi gratiam per Sacramenta, idem est dicere, Consignet te Deus, ac dicere: Ego te consigno potestate acceptâ, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vel, Deus te consignet per me eius ministrum, vel per sigillum, quod tibi imprimo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Constat ergo in his formis sufficienter exprimi actionem ministri, etiam pro vt ab eo prodeuntem; & ideo ex hoc capite non esse reiiciendas; & hæc omnia docet Pontius *vbi supra*.

Sup. sequentibus abhinc vsque ad §. vltimo colligitur, huius Resol. in Resol præterita § 2 vsque ad § Obseruandũ quintò, exclusiuè, & in aliis eius not.

5. Qui etiam postea ad magis suam sententiam confirmandam *in cap. vlt.* examinat omnia verba formæ Latinæ, & sicait: Videndum superest, quæ sint essentialia in hac forma, qua vtitur Ecclesia Latina. Quod quidem suppositis his, quæ dicta sunt *cap. præcedenti*, de forma Græcorum, non est difficile colligere.

6. *Primò* ergo colligitur non esse essentiale, quòd forma proferatur per modum indicatiui, Consigno te, aut, Confirmo; sed posse proferri per modum imperatiui, & etiam optatiui, & deprecantis, signet te Deus signo Crucis, aut, Confirmeris Chrismate salutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Iam enim ostendi suprà *cap. præcedenti*, etiam sub hac forma deprecatoria significari actionem ministri, & rectè posse illi formæ adaptari illa verba, *In nomine Patris*, &c. In hoc sentit nobiscum Hentiq. *lib. 3. summæ, cap. 2. n. 5.*

7. *Secundò* colligitur expressionem illam Crucis non esse essentialem, sed valere si dicatur: Signo te, & confirmo te, &c. quia in forma Græcorum, in qua certum est omnia essentialia contineri, non exprimitur signum Crucis: sufficit ergo eâ formâ significari auctoritatem ministri, & opere ipso Crucem efformari; in eo enim ipso verbum illud, *signandi*, determinatur ad signum in forma Crucis formatum. Sentit nobiscum Estius *in 4. distinct. 7. §. 10.* fauet Gamachæus *in hac quæst. cap. 5.* Cùm autem dicimus vocem illam, signo crucis, non esse necessariam, sic intelligimus, quòd non est de essentia formæ quod ponatur explicitè determinatè, sed satis esse quòd explicitè, vel implicitè ponatur. Vnde, & cùm explicitè ponitur, ad essentiam pertinet, quia necessariò continebatur implicitè non ex vi verbi, *signo*, absolutè positi, sed quatenus determinatur per ipsam vnctionem, & materiam. Hoc enim obseruandum est in omni forma Sacramentorum, cùm verba, quæ expressè adduntur, ex vi verborum essentialium in eorum significatione continebantur necessariò implicitè, cum explicitè ponuntur, reddunt eundem sensum, & eandem præcisè significationem, quæ ad effectum Sacramenti operatur, & ex consequenti pertinent ad eius essentiam. Exemplum est in forma pœnitentiæ: Ego te absoluo à peccatis tuis, in voce, *absoluo*, necessariò includitur, *Ego*. Quare, cùm expsimitur, ad substantiam pertinet formæ. Similiter etiam includitur, *à peccatis tuis*, non secundùm quod verbum, *absoluo*, absolutè ponitur; sed secundùm quod modificatur per confessionem. Quia cùm in confessione petatur absolutio, & non à vinculis corporis, sed peccatorum; ideò cùm dicit Sacerdos, Ego te absoluo, & absolutio debeat esse ab aliquo vinculo, intelligitur ex vi verbi, & iudicij huius, & sententiæ, à peccatis, & ita eadem forma manet, siue illud, *à peccatis*, exprimatur, siue non. Quia, si non exprimatur, necessariò includitur, vt explicatum est: si exprimatur, non redditur nouus sensus. Sic ergo in præsenti philosophandum est, eandem esse formam Confirmationis, siue illud, Signo crucis, exprimatur, siue secùs. Quia implicitè continetur; & si exprimatur, ad essentiam pertinet; & nihil de nouo additur, sed solùm differunt penes explicitum, & implicitum.

8. *Tertiò* colligitur, non esse similiter de essentia formæ Confirmationis, quòd exprimatur, Chrismæ salutis. Nam in verbo illo, *Signo te*, & *Confirmo*, in his circumstantiis modificato continetur necessariò vnctio cum Chrismate. Quare eodem modo philosophandum est, ac de illis verbis, *signo crucis*. Et confirmatur exemplo Baptismi, & sacræ Vnctionis. Quamuis enim necessaria materia sit aqua, & oleum; non tamen necessarium est dicere, Baptizo te in aqua, aut, per istam sanctam vnctionem olei. Ergo etiam in præsenti non est necessarium exprimere materiam remotam Chrismatis. Et idem etiam conuincitur ex forma Græcorum iam considerata, in qua ea particula non ponitur distinctè. Et denique idem etiam conuincitur ex libro Rituali, qui inscribitur, *Ordo Romanus*, cuius verba statim dabimus. Nihilominus tamen contra illationem hanc sentiunt Suarez, Ægidius *locis citatis*, *& alij*; sed non afferunt rationem aliquam, qua verosimilem eam sententiam reddant.

9. *Quartò* colligitur, non esse de essentia formæ geminationem illorum verborum, *Signo te*, vel *Confirmo te*, sed sufficere, vel *signo*, vel *confirmo*. Ita Gamachæus *loco citato*, Layman. *tract. 3. citato cap. 3.* & alij. Moueor inprimis, quia in forma Græcorum, de qua *suprà*, tantùm habetur vox *signaculi*, sine verbo Confirmationis. Præterea, quia in ea forma, quam refert Constantinus in suo Edicto, tantùm habetur verbum, *signandi*, *signet te Deus sigillo fidei*, &c. Et denique quia in libro, qui inscribitur, *Ordo Romanus* qui antiquissimus est, in quo ponuntur omnes cæremoniæ, & ritus seruandi in officiis Ecclesiasticis, & administratione Sacramentorum, cùm de hoc Sacramento agitur, hæc tantùm habentur pro forma, Confirmo, te, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Ergo non est necessaria illa expressa geminatio verbi, sed vnum in altero includitur. Sed respondet Suarez *in oratione pro confirmandis*, ante verba citata, dici ab Episcopo, Consigna eos Domine signo Crucis; quæ verba pertinent ad formam, & non immutant substantialiter illam, quam assignat Concilium Florentinum. Sed hæc solutio nullius est momenti, nec adhiberi potuit, nisi ab homine, qui non legit locum ex veteri Ordine Romano, vbi hæc habentur. Primò Pontifex post ministratum Baptismum venit ad infantes, & Archidiaconus tenet Chrisma, & Pontifex eleuata manu super capita omnium, dicit orationem, cum inuocatione septiformis gratiæ Spiritus sancti. Cuius orationis vltima verba hæc sunt: Adimple eos spiritu timoris tui, Amen. Consigna eos signo crucis Christi in vitam propitiatus æternam. Amen. Et statim subiungitur in eodem Rituali. Oratione explicita, interrogantibus Diaconis nomina

nomina singulorum. Pontifex tincto pollice in Chrismate, facit Crucem in frontibus singulorum, ita dicendo: Confirmo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen. Hæc ibi. Ex quibus apertè constat hæc vltima verba orationis nullo modo pertinere ad formam Confirmationis. Tum quia super omnes confirmandos simul dicuntur, & semel, neque repetuntur pro singulis; forma autem toties reperitur, quoties applicatur materia. Tum etiam, quia cùm illa orationis verba proferuntur nihil materiæ applicatur: at forma Sacramenti in Ecclesiæ vsu semper coniungitur cum applicatione materiæ. Verba ergo præcisè pertinentia ad formam sunt illa, Confirmo te.

Ita hoc & quatuor sequentia vide in fusiùs dicta Resol. 16. num. 5. præsertim §. 2. ad tertium, & 3. ad 3. penult. & vlt. & in num. 11. 12. & 13. fol. 51.

10. *Vltimò* colligitur distinctam inuocationem tium personarum non esse de essentia formæ sacramenti Confirmationis. Sic sentit Estius §. 11. *citato.* Ad id asserendum, illud mihi vnicum fundamentum est, quòd in forma Græcorum non exprimatur Trinitas: ostendimus autem eam formam sufficientem esse. Non ergo est de essentia cùm exprimitur in forma, qua vtuntur Latini.

11. Contra illationem hanc sentiunt ex antiquis Alexander 4. *part. quæst. 9. membr. 2. art. 2. §. 3.* & recentiores fere omnes, ita vt necesse non sit Doctores referre. Mouentur,

12. *Primò*: Quia Concilium Florentinum in decreto Eugenij, in forma huius Sacramenti exprimit Trinitatem personarum. Verùm ex eo decreto nequit probari esse essentiale quidquid ponitur in formis Sacramentorum, nisi aliud addatur, scilicet perpetua traditione Ecclesiæ id semper retentum vt essentiale absque mutatione, aut dispensatione vlla. Sic enim nos suprà *cap. 3. & 4.* ostendimus benedictionem Episcopi esse essentialem in Chrismate, quod est materia huius Sacramenti, quia & exprimitur ab Eugenio IV. & perpetua traditione sine mutatione vlla, vel dispensatione receptum est in Ecclesia, quòd ab Episcopo tantùm benedicatur Chrisma Confirmationis. At non sic contingit in præsenti, cùm habeamus formam Ecclesiæ Orientalis ab antiquissimis temporibus Concilij secundi Generalis vsque ad nostra tempora receptam, in qua non inuocatur expresè Trinitas personarum. Et alias eodem argumento probaretur in forma sacramenti Ordinationis esse essentialem trium personarum distinctam mentionem; quia in eodem decreto Florentino, cùm agitur de sacramento Ordinis, dicitur forma Sacerdotis talis est: Accipe potestatem offerendis sacrificium in Ecclesia pro viuis, & mortuis, in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti; & sic de aliorum Ordinum formis. Et tamen constans, & indubitata omnium Doctorum sententia est, in forma sacramenti Ordinis non esse necessariam expressionem Trinitatis.

13. *Secundò* mouentur; quia Sacramentum hoc est quædam perfectio Baptismi, & ideò sicut in forma vtriusque Sacramenti est essentialis hæc expressa mentio Trinitatis, ita etiam in forma istius Sacramenti. Respondet Estius hoc esse discrimen inter Baptismum, & alia Sacramenta, quòd in Baptismo operatur inuocatio Trinitatis, non autem aliqua potestas ministri per consecrationem accepta, sicut in aliis Sacramentis, quæ necessariò certum, & determinatum requirunt ministrum: in quibus proinde Trinitatis inuocatio non est necessaria, sicut in Baptismo, sed satis est, ad hoc vt ratum sit Sacramentum, si illius potestatis actus citea suscipientem exprimatur. Sed discrimen hoc non satis intelligo. Inquiro enim ab hoc Auctore, quomodo in Baptismo operetur inuocatio Trinitatis; aut enim intelligitur operari effectum Baptismi, qui continetur in forma, & verba formæ concurrunt instrumentaliter ad effectum. At hoc commune est etiam aliis formis Sacramentorum, siue inuocetur Trinitas, siue non, scilicet, quòd verba formæ producant effectum. Aut intelligitur operari Trinitas tanquam præcipuus Auctor Sacramenti. Et sic etiam in omni Sacramento operatur effectum gratiæ, vt principalis auctor. Et nihilominus explicandum superest, quare in vna forma exprimatur Trinitas, & non in alia. Deinde inquiro quo sensu dicat non operari in Baptismo minister potestatem. Si enim tantùm velit ministrum Baptismi non exigere consecrationem, fatemur; sed neque etiam sacramentum Matrimonij requirit, & nihilominus in forma matrimonij non exigitur inuocatio Trinitatis. Adde etiam quemlibet ministrum Sacramenti habere potestatem instrumentalem ad conferendum effectum: ergo in hoc omnes ministri Sacramentorum conueniunt, solúmque discrimen erit ad quædam Sacramenta speciales qualitates requiri in eorum Ministris, quæ non requiruntur in Ministris aliorum; omnes tamen operantur instrumentaliter effectum Sacramenti per potestatem acceptam à Deo ad illum conferendum.

14. Quare dicendum est rationem huius, cur in Baptismo sit necessaria inuocatio Trinitatis distincta, non autem in Confirmatione, petendam esse ex institutione Christi, quæ nobis per Ecclesiam innotuit. In Baptismo requiritur, quia sic Ecclesia semper intellexit; in Confirmatione verò minimè, cùm videamus in forma recepta in Ecclesia Græca, & approbata non contineri. Congruens autem ratio huius est, quia in Baptismo intramus in Ecclesiam per Trinitatis confessionem, quæ est primum, & radix aliorum mysteriorum fidei: in Confirmatione datur robur ad protestandam vniuersam fidem; robur autem hoc accommodatur Spiritui sancto, vt Christus sæpe Discipulis testatus est, cùm illis Spiritum sanctum promisit; & ideò satis est, si eius mentio fiat, & ibi implicitè tota Trinitas intelligatur. Et hæc omnia docet Pontius *loco citato.* Itaque ex mente supradictorum Doctorum patet, posse Pontificem vsum formæ Græcæ in sacramento Confirmationis permittere, ex his quæ dicta sunt *suprà.*

RESOL. XVIII.

Apponitur sententia aliquorum impugnantium opinionem Amici, & Ponty, & asserentium ante schisma Græcos in forma Confirmationis inuocasse explicitè Trinitatem? Ex part. 8. tract. 1. Resol. 10.

§. 1. QVòd in primitiua Ecclesia, etiam apud Græcos adhiberetur in forma sacramenti Confirmationis explicita sanctissimæ Trinitatis inuocatio, tenent aliqui, & inter illos vir quidam doctissimus, qui in quadam scriptura mihi exhibita suam sententiam variis rationibus firmabat, &

Sup. hoc tu. Pra in Resol. 16. à §. Obseruandum quinto, vsque ad §. penult. excluſiuè, & in Resol. 17. à principio.

Primò, asserit ipse; quia Seuerus Patriarcha Alexandr. *in Bibliotheca Patrum, tom. 7.* post vnctiones plurium corporis partium, provt etiam ferè enumerantur in moderno Græcorum Euchologio, in collatione sacramenti Confirmationis, dum refert formam, exprimit explicitam Trinitatis inuocationem, à qua tamen recessit modernum Euchologium.

2. *Secundò*, quia Sacerdos Monachus Græcus fide dignus retulit mihi se legisse in Euchologio manuscripto in Albania in collatione huius Sacramenti explicitam Trinitatis inuocationem.

3. *Tertiò*, quia in Bibliotheca Vaticana inter libros Syriacos sub *num.26.* in Euchologio, seu ritu Iacobitarum, in collatione huius Sacramenti similiter habetur explicita Trinitatis inuocatio; notum est autem Iacobitas ex ritu Græcorum esse.

4. Verùm post schisma Græcorum à tempore Photij, inter quem; & Nicolaum Papam pro confirmandis Bulgaris dissensiones intercesserunt, non solum in hoc Sacramento, sed in aliis Sacramentis, & ritibus plures sunt factæ mutationes in Codicibus manuscriptis, & quotidie fiunt Venetiis, vbi imprimuntur eorum Euchologia ad placitum vniuscuiusque.

5. Sciendum est igitur duplicem fuisse in primitiua Ecclesia apud Græcos vsum sacri Chrismatis, vnum cærimonialem, & reconciliatiuum hæreticorum sedeuntium ad gremium Ecclesiæ; alterum sacramentalem in collatione sacramenti Confirmationis: in reconciliatiuo adhibebantur illa verba, *Signaculum doni Spiritus sancti*, de quo in secunda Synodo *can.7.* alias 9. & in Concilio Arausicano I. *can.2.* quæ verba neoterici Græci post schisma, existimarunt esse Sacramenti, quod docuit Venerabilis, & omnium Græcorum doctissimus Bessarion à cuius dictis, & sententia, vtpotè piissimi, doctissimi, & Græcorum rituum expertissimi in re tam graui piaculum sit discedere.

6. Bessarion igitur tempore Concilij Florentini sub Eugenio IV. *in suo tract. de Eucharistia*, laudatis Sacerdotibus Latinis, quod optimè norint materias, & formas Sacramentorum, subdit hæc verba: Nostri verò, vt multa alia, quæ primùm apud nostros habuerunt, propter calamitates temporum perdidere: ita etiam horum rituum sunt obliti, quod manifestum fiet, si quis ad Chrismatis sacramentum mentem conuerterit; etenim secunda Synodus OEcumenica, verba, quæ sacrũ Chrisma perficiunt, tradens *in 7. c. none*, ita inquit. Obsignantes eos, hoc est, sanctissimo Chrismate eos chrismantes, dicimus, signum doni Spiritus sancti, & hæc verba; secundùm eos Chrismatis sacramentum perficiunt, hoc idem in cæteris Sacramentis diligens inuestigator inueniet. Hæc Bessarion, qui optimè obseruat hinc ortum habuisse errorem modernorum Græcorum, vt verba sacri Chrismatis reconciliatiui existiment esse formam sacramenti Confirmationis; signanter enim diuersis verbis vsus est enuntians vnctionem reconciliatiuam, & cærimonialem verbis illis, sacri Chrismatis, & vnctionem effectiuam sacramenti Chrismatis, verbis illis, Chrismatis sacramentum perficiunt.

7. De qua vnctionê reconciliatiua hæreticorum in Ecclesia Orientali Sanctus Gregorius *epist.61.* relata *cap. ab antiqua, de consecrat. dist.4.* sic ait, Arianos per impositionem manus Occidens, per vnctionem verò Chrismatis Oriens reformat. Quæ forma reconciliandi, & vngendi Chrismate hæreticos sub his iisdem verbis, *signaculum doni Spiritus sancti*, habetur in fine Euchologij Græcorum. Igitur vel continetur hæresis in Euchologio, dum reiterat sacramentum Confirmationis, vel dum in forma Sacramenti non explicat tres personas; dicere autem, vt dicit Arcadius *lib.2. cap.18.* quòd ritus expressus in Euchologio reconciliandi hæreticos sit Methodij Patr. hæretici, est gratis assertum, quia imò dicet aliquis esse Methodij Catholici Patriarchæ item Constantinopolitani, & hæresim non contineri in Euchologio in hac forma reconciliatiua, sed in omissione explicata Trinitatis in forma sacramenti Confirmationis. Hucusque vir ille doctissimus.

8. Vides itaque, Amice Lector, circa præsentem satis difficillimam quæstionem varias Doctorum hominum sententias. Ego iudicium meum, ex dignis rationibus proferre nolo: satis mihi erit, in gratiam tuæ curiositatis, omnia superiùs dicta obseruasse.

RESOL. XIX.

An Pontifex, si balsami copia deesset, possit dispensare, vt Sacramentum Confirmationis administretur cum solo oleo oliuarum?

Et late explanatur, an balsamum in Confirmatione sit de necessitate Sacramenti, vel de necessitate præcepti?

Et notatur posse Papam Episcopo prohibere, ne Sacramentum Confirmationis conferat, sed nequit facere, vt non valeat si illud conferat. Ex part.8.tr.1. Resol.11.

§. 1. SOlutio huius dubij pendet ex illa celebri quæstione; an Balsamum in Confirmatione, sit de necessitate sacramenti, vel de necessitate præcepti. Et esse tantùm de necessitate præcepti, tenet Caietanus (& ipse fuit qui primus hanc sententiam docuit) *in 3.part.quæst.72.art.1.* Sotus *in 4. dist.7.quæst.unica, artic.4.* Nauarrus *in summa, c.22. num.8.* Valentia 3. *part. disput.5. quæst.1. punct.2.* pro qua citat Victoriam *in summa*, & Couarruuiam *lib. 1. variarum resolut.* aitque hanc opinionem esse tam illustrium Doctorum authoritate fundatam, vt contraria nequaquam communis dici possit.

Sup. contẽto in hoc & seqq. §§. vsque ad penult. in tom. 1. tr. 2. Resol. 1. & 2. §. vlt. ad medium, & hic supra in Resol. 3. §. Quinto posset, à lin. 3. & in tom. 4. tr. 8. latè in Resol. 84. à §. Secundo, sed lege eam à principio, & Resol. 86. à lin. 4. & pro cõtento in §. 2. huius Resol. in Resol. 1. & 2. huius annot. &c.

2. Potissimum fundamentum huius sententiæ est authoritas Innocentij III. *cap. Pastoralis, de Sacramentis non iterandis*: vbi interrogatus Pontifex, an sacramentum Confirmationis iterandum esset in eo, qui per errorem non Chrismate, sed oleo tantùm fuit vnctus? Respondet, non esse aliquid iterandum, sed cautè supplendum quod incautè fuerat prætermissum. Si autem balsamum esse materia essentialis Confirmationis, debuisset totum Sacramentum in eo casu iterari: quia cum non fuisset per solam olei vnctionem Sacramentum essentialiter perfectum, iterum debuisset per vtriusque materiæ vnctionem perfici, cùm nec pars materiæ præcedentis possit componere vnum cum parte materiæ præsentis, nec pars materiæ præsentis cum parte materiæ præcedentis, quia tota materia essentialis debet esse moraliter præsens formæ. Confirmatur: nam eodem modo ibi Pontifex respondet supplendam tantum esse Episcopalis manus impositionem in eo, qui sine illa fuerat per errorem ad Subdiaconatum promotus, ac balsami vnctionem in eo, qui sine balsamo per errorem fuerat confirmatus: sed manus impositio non est de essentia Subdiaconatus: ergo neque balsamum sacramenti Confirmationis.

3. Probatur *secundò* ratione. Etenim materia Sacramenti debet esse clara, & certa, de qua nemo dubitare possit, vt patet in materia Baptismi, Eucharistiæ, Extremæ-vnctionis, & reliquorum Sacramentorum. Atqui balsamum multis modis adulterari solet, vt refert plinius à Soto citatus: igitur non potest esse Sacramenti materia; alioquì semper

semper essemus dubij, an verum Sacramentum conficeremus. Et hanc sententiam præter Doctores citatos tenet etiam Estius *in 4 sent. dist.7.§.8.* Philiarchus *de offic. Sacerdot. part.2. lib.1. cap.11.* Vinaldus, Angles, & alij.

4. His tamen non obstantibus balsamum esse de necessitate Sacramenti tradunt Suarez, Filliucius, Layman, Coninck, Toletus, & alij, quos citat, & sequitur Basilius Pontius *de Sacram. Confirm. part.2. cap.2.num.4.* quibus adde Villalobos *tomo 1.tract.6. difficult.2. num.2.* Baunium *tom.1. tract.3. quæst.5.* Auersam *de Sacram. Confirm. quæst.72.sect.2.* Et ratio est, quia hoc expresse docet Concilium Florentinum *in decreto præcitato, de vnione Armenor.* in quo assignans materiam huius Sacramenti, ait esse Chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientiæ, & balsamo, quod odorem significat bonæ famæ.

5. Neque explicari potest, vt vnum definiat vt necessarium necessitate Sacramenti, illud tantùm necessarium necessitate præcepti, sicut *ibidem* etiam definit materiam calicis esse vinum aquæ mixtum, cùm tamen solùm vinum sit necessarium necessitate Sacramenti, aqua tantùm necessaria necessitate præcepti: non, inquam, potest hoc modo explicari Concilium. Nam cùm definit materiam Confirmationis, æquè primò in recto assignat oleum, & balsamum, dum ait esse Chrisma ex oleo, & balsamo confectum. Vnde vi modi assignandi colligi non potest, vnum potius quàm aliud esse materiam tantùm præcepti: contra verò, cùm materiam calicis assignat, non dicit esse aliquid ex vino, & aqua mixtum, sed vinum de vite, cui ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet, vt ex ipso assignandi modo indicet, non æquè vnum atque aliud esse materiam calicis, cùm vnum in recto, aliud in obliquo assignet. Adde, quòd infrà multa dicit, quibus manifestè declarat aquam non esse materiam essentialem calicis: de sacramento autem Confirmationis, ne verbum quidem habet, quo vel leuiter insinuet, balsamum non esse materiam essentialem huius Sacramenti.

6. Idem docet Concilium Tridentinum *sess.7. can.2. de Confirmatione*, in quo supponit materiam huius Sacramenti esse Chrisma, quod est compositum ex oleo & balsamo.

7. Nec obstat dicere Eugenium etiam in sacramento Eucharistiæ assignasse materiam calicis vinum de vite, & aquam; & tamen aquam dicimus non esse materiam necessariam. Sic ergo in nostro casu dici posset. Sed contra hoc est, quia Eugenius IV. longè diuersum loquendi modum seruat, cum agit de materia calicis, & de materia huius Sacramenti. Nam ibi non dixit vinum, & aquam esse materiam consecrationis calicis; sed materiam esse vinum de vite, cui modicissima aqua est admiscenda. Vnde prioribus verbis iudicauit essentialem materiam; posterioribus autem satis indicauit aquam solum quoddam additamentum non necessarium, nisi ex præcepto: At, cum de sacramento Confirmationis agit, solùm dicit materiam eius esse Chrisma confectum ex oleo & balsamo; Potiùs ergo diuerso modo loquendi sentiendum est in hoc loco censere non minus necessariam esse vnam materiam, quàm aliam.

8. Quòd si rursus dicas. Idem Eugenius, cùm agit de sacramento Pœnitentiæ, absolutè dicit partes huius Sacramenti esse contritionem, confessionem, & satisfactionem; & tamen certum est, satisfactionem non esse partem necessariam ad valorē Pœnitentiæ, sed ferè omnes concedunt esse tantùm partem integralem. Ergo pari ratione; quamuis absolutè dicat Eugenius Chrisma confici ex oleo, & balsamo, possumus intelligere ex vno conflare tanquam ex essentiali parte, ex altero verò tanquam ex integrali tantùm; & non necessaria. Sed hoc nullius est momenti, tum quia est longè diuersa ratio. Nam satisfactio iam supponit Sacramentum Pœnitentiæ perfectum in sua essentia, cùm supponat absolutionem, in qua præcipua Sacramenti vis sita est; vt inquit Tridentinum *sess.14. cap.3.* Non ergo potuit ad essentiam sacramenti Pœnitentiæ pertinere. Et ideo iurè optimo dicimus esse tantùm partem integralem, & non essentialem. At in nostro casu balsamum non supponit sacramentum Confirmationis, neque eius confectionem, sed misceri debet ante prolationem formæ. Ergo non est vnde colligamus in isto casu balsamum non esse partem necessariam, sicut colligimus in sacramento Pœnitentiæ. Tum etiam, quia Tridentinum *dicto cap.3.* cùm agit de partibus sacramenti Pœnitentiæ, non vtitur verbo partium essentialium, quia sciebat, non omnes esse partes essentiales; sed vtitur voce communi, siue ad significandam essentiam, & substantiam, siue ad integritatem, & dixit integritatem Sacramenti eas partes exigere. At in præsenti nihil simile reperimus. Ergo nullum est in Eugenio fundamentum; neque in traditione Ecclesiastica, propter quod dicamus balsamum esse materiam non necessariam ad valorem sacramenti Confirmationis.

9. Nec obstat dicere in Concilio Tridentino nomine Chrismatis non intelligi compositum ex oleo, & balsamo, sed tantùm oleum, cùm nomen Chrismatis commune sit ad vtrumque significandum, vnum ex vi nominis, alterum verò ex accommodatione; Sed neque hæc solutio defendi potest; quia censendum est Concilium vsurpasse nomen Chrismatis, cùm agit de sacramento Confirmationis in eo sensu, & significatione, in qua receptum est id nomen in Ecclesia, cùm de eo Sacramento sermo est. At Chrisma in eo casu nunquam receptum est pro solo oleo; neque solus olei vnctio vnquam fuit in vsu in Ecclesia: & similiter etiam hæretici in eodem sensu accipiunt Chrisma, cui diuinam virtutem negant. Ergo Concilium nomine Chrismatis intellexit id, quod Ecclesia in sacramento Confirmationis consuenit Chrisma nominare; & ex consequenti compositum ex oleo, & balsamo. Item Concilium appellat sacrum Chrisma Confirmationis. At Chrisma Confirmationis nunquam est consecratum in Ecclesia sine balsamo. Ergo vtrumque comprehendit eo nomine, & vtrique definit inesse virtutem diuinam productiuam gratiæ sanctificantis: atque adeò esse vtrumque materiam essentialem. Nam id quod accidentale est in materia, vel forma Sacramentorum, non habet vim productiuam gratiæ, vt explicari potest exemplo formæ verborum in consecratione panis, & vini, & similiter in aliis formis Sacramentorum, in quibus verbo non necessario non inest virtus productiua gratiæ.

10. Et tandem non obstat dicere, quod est adeò modica balsami admixtio, vt ad omnes olei partes peruenire non possit, & tandem in oleum conuertatur; quo fieri potest, vt sæpè oleum tantùm sit materia Confirmationis. Ergo illud solùm, & non balsamum est materia necessaria. Sed facilè respondetur ad præsens institutum parum referre quæstiones illas philosophicas. Et de mixtione balsami cum oleo secundum partium iuxta positionem, & vtrum permaneat in forma substantiali, an verò secundum qualitates.

tates. Sufficit tamen, quod ipsum vnguentum sit compositum, & mixtum, quod satis est, vt tota materia sit odorifera, quod maximè pertinet ad significationem Sacramenti; singulæ etiam patres olei, saltem quoad qualitates, manent mixtæ per mutuam alterationem partium; quod satis est, vt oleum non sit sufficiens materia huius sacramenti sine admixtione balsami.

11. Ad auctoritatem verò Innocentij III. *in cap. Pastoralis*, respondeo, quòd Pontifex dicere non potuit Confirmationem datam eo modo fuisse validam, & non iterandam, sed solam vnctionem balsami supplendam. Tum, quia ad minus propter rei incertitudinem debeat Confirmatio sub conditione iterari: & ita sanè in tali casu fieri deberet. Tum etiam eo tempore non extabat sententia dicens balsamum non esse de necessitate Sacramenti, quæ potiùs à posterioribus Theologis inuenta est; sed tunc vigebat opposita sententia veterum Theologorum: quare non est credibile, Pontificem voluisse eo modo decernere. Tum demum non appareat, qualiter deberet sola balsami vnctio suppleri: quia nec in Ecclesia asseruatur balsamum benedictum, neque constat, an suppleri deberet cum prolatione verborum, neque ad quicquam amplius referret. Sicut si aliquis baptizatus sit in sola aqua naturali, sine admistione olei consecrati, quod solet in fronte baptismali infundi, vtique non deberet suppleri talis defectus, quamuis supplendæ essent aliæ cæremoniæ: ita ergo si solum oleum benedictum valeret ad substantiam Confirmationis, non deberet amplius suppleri defectus balsami per distinctam eius vnctionem. Potiùs ergo, dum Pontifex dixit, cautè supplendum, quod incautè fuerat prætermissum, docere voluit, totum ritum substantialem Confirmationis debuisse suppleri. Dixit autem non esse quicquam iterandum: quia hoc non erat iterate Sacramentum quod ab initio non fuerat ratum, cùm non esse, validum. Aut voluit, non esse iterandas & repetendas alias solemnitates, & cærimonias consuetas.

Sup. hoc difficultatem propositam in tom. 4. tr. 8. lege latâ doctrinam Res. 86. & signanter §. vlt. sed lege eam à principio, & alias eius primæ not.

12. His duabus opinionibus suppositis, Auctores primæ sententiæ ad difficultatem propositam affirmatiuè respondebunt; nempe si penitus deesset copia balsami, posse Pontificem dispensare, vt sacramentum Confirmationis cum oleo tantùm administraretur; sed Auctores secundæ sententiæ hoc minimè admittendum esse affirmabunt, cùm balsamum sit de necessitate Sacramenti, & Pontifex non possit eius materiam mutare. Verùm ego affirmatiuæ sententiæ adhærerem, quia vt optimè obseruat P. Franciscus de Lugo *opusc. de Sacram. cap. 1. num. 52.* tunc melius esset Sacramentum probabile ministrare, quàm nullum. Sed penes me certum est posse Pontificem concedere, vt sacramentum Confirmationis conferatur cum quocumque balsamo. Et ideò Henriquez *lib. 3. de Confirm. cap. 2.* & Amicus *tom. 7. disp. 13. sect. 3. n. 38.* testantur Pium IV. concessisse vt Episcopi Indiæ hoc Sacramentum conficerent cum Indico balsamo quod est minus perfectum.

Sup. hoc balsamo in tom. 4. tr. 8. lege latam doctrinam Res. 85.

13. *Nota* tamen hìc obiter cum Azorio *part. 2. lib. 5. cap. 1. quæst. 8.* & Scipione de Rubeis *in Alph. Epist. verb. Confirmatio, num. 9.* posse Papam Episcopo prohibere, ne sacramentum Confirmationis conferat, sed nequit facere, vt non valeat, si illud conferat.

Sup. contẽto in hoc §. vlt. supra in Res. 15. §. Ex quo facile, & infrà in Res. 63. §. vlt. & vide alias Res. eius not.

RESOL. XX.

An Pontifex possit committere facultatem simplici Sacerdoti, non solum, vt dictum est, administrandi Sacramentum Confirmationis, sed etiam consecrandi sanctum Chrisma? Ex part. 8. tract. 1. Res. 12.

§. 1. DIfficilis est ista quæstio, & negatiuam sententiam tenent communiter Doctores, quam nouissimè mordicus tuetur sapientissimus Pontius *de sacram. Confirm. part. 2. cap. 4. per totum*; & quia codex difficillimè inuenitur, ponam hìc eius verba, sicitaque *num. 4.* asserit Constans est & perpetua Ecclesiæ traditio sine limitatione, aut explicatione vlla, quæ ministrum benedictionis Chrismatis assignat Episcopum. Ergo censendum est illum esse ministrum necessarium eius consecrationis, aut saltem sine vllo fundamento asseritur posse Chrisma confirmationis benedici ab alio ex commissione. Antecedens probatur inductione. Nam in primis Pontifices, & Concilia Episcopo soli tribuunt potestatem consecrandi Chrisma, & affirmant illi soli id licere. Sic Fabianus, & Innocentius *in epist. iam citat.* Concilium Romanum sub Syluestro *canone 5.* vbi statuitur, nullum Presbyterum posse conficere Chrisma. Carthaginense primum *can. 3.* & Carthaginense secundum *can. 3.* Carthaginense tertium *can. 36.* Bracharense secundum *can. 37.* Hispalense secundum *can. 7.* Toletanum octauum *can. 7.* VVormatiense *can. 2.* vbi, cùm dicatur ne Presbyteri inconsulto Episcopo Virgines consecrent, additur, Chrisma verò nunquam conficiant. Concilium Sabinense *cap. de Baptismo*, vbi confectionem Chrismatis solis Episcopis, eorumque successoribus esse concessam dicit. Eandem etiam potestatem attribuunt Episcopis absolutè Dionysius *dict. cap. 4. de Ecclesiastica Hierarchia*, & Cyprianus *locis suprà citatis*, & posteriores scriptores *de Officiis Ecclesiasticis*. Sed potissimum ea traditio probatur ex Eugenio IV. *in citato decreto*, vbi assignans materiam huius Sacramenti, dicit esse Chrisma confectum ex oleo, & balsamo, & ab Episcopo benedictum. Quod testimonium perpendendum est eodem modo, quo *cap. præcedenti* illud expendebamus pro benedictionis Chrismatis necessitate. Nam, si Eugenius censeret benedictionem Episcopi solùm ordinariè desiderari, & non absolutè, adderet eam particulam, sicut expressit, quando loquutus est de ministro Sacramenti, & similiter; sicut cùm loquitur de forma sacramenti Matrimonij dixit, regulariter esse verba quia potest per epistolam, vel nutus celebrari; addere etiam in præsenti, regulariter, aut quid simile. Sicut ergo ex illis verbis absolutè prolatis in aliis Sacramentis, colligimus necessarium ministrum, aut necessariam materiam esse illam, quam exprimit, & non aliam, idem dicendum est in nostro casu. Accedit deniq; quòd nunquam hactenus visum est Ecclesiam dispensasse in hac re, aut concessisse simplici Sacerdoti potestatem conficiendi Chrisma; immo, vt dixi *cap. præcedenti*, Suarez, Syluius, Gamachæus, Ægidius, & alij referunt Gregorium XIII. dispensasse, vt apud Indos ob Episcoporum confirmantiũ paucitatem, & locorum distantiam, posset sacramentum Confirmationis ministrari à simplici Sacerdote, dummodo vteretur Chrismate per Episcopum benedicto. Tandem nulla est eius dispensationis necessitas, vt *cap. præcedenti* deduebamus.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 2. Res. 1. §. vlt. cursim à lin. 3. & supra in Res. 15. à lin. 5. & in tom. 4. tr. 8. Res. 83. §. vlt. per totum, & in tom. 2. tr. 4. ex doctrina Res. 14. §. vlt. signanter in fine.

Absque

Absque vllo ego fundamento dicitur posse Chrisma benedici ab alio, quàm ab Episcopo ex dispensatione, vel commissione.

2. Sed quæret aliquis, quàm certa sit hæc communis sententia. Plerique tantùm eam probabilem iudicant. Suarez dicit eam conformiorem esse decretis Pontificum, & Conciliorum. Ego quidem omnibus consideratis communem sententiam adeò certam existimo, vt oppositam, si non temerariam, at omni probabilitate destitutam censeam. Quia, quamuis quatuor, vel quinque Doctores eam asseruerint; atsi fundamentum attendas, penes quod opinionum probabilitas considerari debet, nullum ex oppositæ sententiæ fundamentum idoneum, vt ex dictis, constat. Hucusque Pontius.

3. Sed excessit vir doctus in censura contrariæ opinionis, sicut excessit etiam Baunius *tom. 1. tract. 7. quæst. 9. circa finem*, vocando opinionem, quam tenet Pontius, falsam. Dico igitur cum sapientissimo Amico *in cursu Theolog. tom. 7. disputat. 13. sect. 1. num. 46.* vtramque sententiam esse probabilem, & vt verum fatear, potest sententiæ affirmatiuæ fundamento sufficienter satisfieri, cur nimirum, si potuit summus Pontifex administrationem huius Sacramenti simplici committere Sacerdoti, non etiam eidem posit materiæ consecrationem committere? cùm maius sit illud, quàm hoc. Neque satisfit, dicendo, quia in illo legimus aliquando dispensatum, non autem in hoc: nam hoc non probat potestatis defectum, sed negationem dumtaxat facti, & maiorem congruentiam, cur Ecclesia in consecratione materiæ nunquam dispensauerit, dispensauerit autem in ministro, propter maiorem difficultatem habendi Episcopos, qui possit tanquam ordinarius minister hoc Sacramentum administrare, quàm habendi Chrisma ab Episcopo consecratum. Confirmatur: nam sola facti negatio antequam fuisset in ministro huius Sacramenti dispensatum, non arguebat defectum potestatis in supremo Ecclesiæ capite: igitur neque sola facti negatio in dispensatione consecrationis materiæ arguet defectum potestatis in eodem summo Ecclesiæ capite.

4. *Secundò*, efficaciùs demonstratur maior huius sententiæ probabilis. Nam potissimum fundamentum, cur opposita sententia neget, posse consecrationem Chrismatis simplici Sacerdoti committi, est, quia Concilia, & Patres affirmãt hanc esse propriam functionẽ Episcopi, prohibentq; illam exercendam esse à Presbyteris. Atqui non minùs Patres, & Concilia affirmant, administrationem huius Sacramenti esse propriam Episcopi; prohibentque, ne illud simplex Sacerdos administret. Igitur si hæc Patrum Conciliorúmque authoritas non obstat, quo minus concedamus posse per dispensationem Summi Pontificis administrationem huius Sacramenti committi simplici Sacerdoti, interpretando Concilia, & Patres de administratione ministri dumtaxat ordinarij, non autem essentialis. Cur eadem Patrum, Conciliorumq; authoritate non obstante, concedere non possimus, posse per dispensationẽ summi Pontificis consecrationem Chrismatis simplici Sacerdoti committi, interpretando Concilia, & Patres de ordinario, non de essentiali consecrante? Præsertim cùm nullum verbum habeamus in Patribus, aut Conciliis, quo potius in vno quàm in alio asserere cogamur, posse per Apostolicæ sedis authoritatem dispensari. Quòd si pro vna sententia valet factum, pro alia valebit argumentum deductum a maiori ad minus, ex eodem facto.

5. Confirmatur: nam Concilium Toletanum I. dum *can. 20.* prohibet, ne Presbyteri, sed solus Episcopus, Chrisma conficiant, aperte indicat, Chrismatis consecrationem non debere essentialiter fieri nisi ab Episcopo. Ita enim cit. Canone præscribit. Quamuis bene vbique custodiatur, vt absque Episcopo Chrisma nemo conficiat; tamen quia in aliquibus locis, vel Prouinciis Presbyteri dicuntur Chrisma conficere, placuit ex hac die nullum alium, nisi Episcopum Chrisma conficere. Loquitur autem non de administratione huius Sacramenti, sed de consecratione dumtaxat materiæ. In qua authoritate *primò* expendo illud, *quamuis penè vbique custodiatur*, nam hinc inuitur, aliquem fuisse locum, vbi hoc non seruabatur. *Secundò* pondero, quòd ibi Concilium contrarium non damnat vt irritum, sed solùm prohibet, ne illud deinceps fiat. Si autem putasset consecrationem Episcopalem ad validitatem Sactamenti essentialiter requiri, diligenter prouidisset, vt confirmati Chrismate per simplicem Sacerdotem benedicto iterum confirmarentur, ne perpetuò fructu huius Sacramenti frustrarentur.

6. Vnde ad argumentum oppositæ sententiæ resp. Ad primum, illud tantùm esse argumentum negatiuum, quo neutra sententia neque affirmans, neque negans positiuè fundari potest, nisi aliunde constet de dispensabilitate, vel indispensabilitate. Cùm igitur nobis constet de dispensabilitate quoad ministrum huius Sacramenti, ex eadem non improbabiliter infertur dispensabilitas quoad consecrationem materiæ eiusdem Sacramenti.

7. Ad secundum, constat ex dictis, cur potius dispensatum sit in ministro, quàm in consecratione materiæ: eo quòd difficilius sit, ordinarium ministrum semper, & vbique reperiri quàm materiæ consecrationem, quæ faciliùs ex vno in alium locum transferri potest. Ad Concilium autem Florentinum dicendum est, illud tantùm docuisse id quod factum est, nempe aliquando dispensatum esse in ministro, non autem in consecratione materiæ; non tamen negasse, id fieri non potuisse.

8. Ad tertium resp. citatum Pontificem solùm dixisse, Christum Dominum in vltima Cœna Apostolos docuisse Chrisma conficere: non autem dixisse, non posse per dispensationem supremi capitis Ecclesiæ simplici Sacerdoti committi, vt Chrisma conficiat.

9. Ad quartum verba citata Catechismi intelligenda esse iuxta ipsius Catechismi explicationem. Sic enim scribit: Neque ad alium ea confectio, nisi ad Episcopum pertinere potest, qui eiusdem Sacramenti ordinarius minister, institutus est. Ea igitur ratione Chrismatis confectio non nisi ad Episcopum pertinere potest, qua ratione ad eundem spectat, esse ministrum huius Sacramenti: ad solum autem Episcopum spectat esse ordinarium, non autem essentialem ministrum huius Sacramenti: ergo eadem ratione ad solum Episcopum, tanquam ordinarium, non autem tanquam ad essentialem ministrum pertinebit confectio materiæ huius Sacramenti.

10. Ad quintum, ex eo quòd Concilia, & Canones Chrismatis consecrationem Presbyteris prohibent, non sequitur quòd hæc potestas non possit illis per dispensationem summi Pontificis communicari; sed solùm quòd illis ordinario iure non cõpetat. Nam eadem Concilia & Canones prohibẽt, ne Presbyteri, Virgines, & templa consecrent; & Innocentius IV. cit. Bulla, ne Chrisma conficiant; cùm tamen per dispensationem Summi Pontificis

Pontificis possint simplices Sacerdotes templa, & Virgines consecrare, nec non Chrisma conficere. Citatus autem Canon *Presbyter*, non tam indicat impossibilitatem, seu facultatem dispensandi in confectione Chrismatis, quàm in consecratione Virginis.

10. Ad sextum, ex allata ratione tantùm sequitur, non esse ita facilè dispensandum in consecratione materiæ, quàm in administratione huius Sacramenti: cùm minor necessitas vrgere possit in consecratione materiæ, quàm in administratione Confirmationis. Et hæc omnia docet Amicus, *vbi suprà*, quæ curiosis Lectoribus grata fuisse scio, ad reiiciendam Pontij opinionem, & in fauorem Pontificiæ auctoritatis.

11. *Nota* etiam præter Amicum, affirmatiuam sententiam docere etiam Scotum, Sotum, Caietanum, Victoriam penes Præpositum *in 3. part. quæst. 72. artic. 3. dub. 2. num. 320.* qui magis modestè vocat Pontij sententiam probabiliorem: vnde etiam reprobandus venit Hurtadus *de sacram. Confirmat. difficult. 5.* dum asserit, Sotum falsò existimare ex commissione Pontificis posse simplicem Sacerdotem benedicere Chrisma, nam sententia Soti, Amici, & aliorum, sua non caret probabilitate, & post hæc scripta inueni sententiam affirmatiuam docere etiam nouissimè ex Societate Iesu P. Escobar *in Theolog. moral. tract. 7. exam. 3. cap. 1. num. 14.*

RESOL. XXI.

An Pontifex potuisset præcipere confessionem si non fuisset à Christo præcepta, sed tantum instituta?
Ex part. 8. tract. 1. Resol. 13.

Sup. doctrina huius Resol. lege supra §. 1. Resol. 6. & aliam Resol. eius not.

§. 1. REspondeo aliquos asserere Ecclesiam non potuisse præcipere Confessionem annuam pura lege Ecclesiastica, nisi modificatio esset in eius lege, & statuto diuini præcepti, atque ita annuam confessionem non potuisse præcipi ab Ecclesia, nisi iam præcepta à iure diuino, tantùm modificaretur tempus illius obligationis; ita docet Sotus *in 4. distinct. 18. quæst. 1. artic. 1. conclus. 4.* & vnica ratione, & in hoc primo conuenit cum Soto Canus *in relectione de pœnitentia, part. 5. §. ita licet, fol. 155. & §. In quarto casu, fol. 164.* Paludan. *distinct. 17. quæst. 2. artic. 2. num. 9. & 10.* vbi in hoc probat sententiam Durandi. Hoc probat Sotus, quia Ecclesia non habet potestatem instituendi Sacramenta, quasi inde deducat non posse Ecclesiam instituere lege sua necessariam esse confessionem, nisi iure diuino necessaria esset. *Secundò* docet Sotus, quia erat præceptum diuinum vagè obligans, nec determinans tempus, potuisse Ecclesiam obligare ad confessionem non simpliciter, sed suppositâ obligatione legis diuinæ, determinando tempus illius, vnde præceptum hoc appellat ipse modificationem legis diuinæ. Hanc etiam sententiam tenet Coninck *de Sacrament. disp. 5. dub. 3.*

2. Sed alij existimant, quòd suppositâ institutione huius Sacramenti à Christo facta, si supponeremus Christum non præcepisse eius receptionem, sed in libera voluntate hominum eam constituisse, adhuc Ecclesia per potestatem humanam à Deo datam; posset præcipere receptionem huius Sacramenti. Probatur, quia hoc præceptum instituere non excedit potestatem Ecclesiæ; ergo potest illud instituere. Probatur antecedens, & quidem in primis non excedit potestatem Ecclesiæ ratione Sacramenti considerati, vt quoddam totum est, quia Sacramentum ipsum in actibus exterioribus consistit, quia est signum sensibile rei sacræ sanctificantis nos; & licet requirat hoc Sacramentum aliquem actum internum, & insensibilem contritionis, vel attritionis, tamen quia talis actus necessariò requiritur ad actum sensibilem confessionis, vt illa sit humilis, & deuota accusatio, & non iocosa; & qua est pars huius Sacramenti, in quantum est sensibilis, & patefit per actum exteriorem confessionis, non repugnat Ecclesiam præcipere huiusmodi actum. Præterea non excedit potestatem Ecclesiæ impetrare confessionem, etiamsi hæc aliquando sit actuum interiorum, quia Ecclesia directè non solùm præcipit confessionem vocalem, seu receptionem huius Sacramenti, qui est actus externus, & circa quem habet iurisdictionem directam; circa peccata verò interna, solùm indirectè versatur Ecclesia, quatenus ad veram confessionem vocalem, & integram etiam est necessarium confiteri interna peccata. Quæ doctrina isto potest exemplo confirmari, nam Ecclesia, quæ directè præcipit audire Missam, indirectè etiam præcipit attentionem, & deuotionem necessariam ad hoc, vt auditio Missæ morali, & humano modo, ac debito, contingat, & tamen attentio, & deuotio actus sunt interni animi; ergo Ecclesia rectè potest præcipere per se sola confessionem peccatorum internorum quod quidem probabiliter defendi potest, probabilius tamen iudico in isto casu, quo quis tantùm haberet conscientiam peccatorum mortalium internorum, præceptum Ecclesiasticum recipiendi hoc Sacramentum alio modo obligare, Ecclesia enim solùm præciperet confessionem externam, pœnitens tamen confiteri debet interiora mortalia, & cum dolore animi, ratione præcepti diuini obligantis ad integritatem confessionis, & ne fiat iniuria Sacramento. Nam si Ecclesia sola præciperet confessionem, non posset ex se directè præcipere, vt quoties quis haberet peccata tantùm interna, ea explicaret in confessione, quia sicut nequit Ecclesia obligare homines ad actus merè interiores, ita neque occasione accepta tantùm ab illis aliquid præcipere, sic enim directè suam iurisdictionem extenderet ad actus merè interiores. Et hæc omnia docet Ochagauia *de Sacrament. tractat. 2. de Confess. sacrament. quæst. 2 num. 6.* Vide etiam Hurtadum *de Sacram. disp. 7. diffic. 4.* Suarez *in 3. part. tom. 4. disput. 35. sect. num. 18.* Vasquez *tom. 4. quæst. 90. art. 1. dub. 4. n. 71.* & alios.

3. Nec obstat dicere, quòd Ecclesia nequit instituere Sacramenta; ergo nequit circa ea aliquid præcipere, quare in eo casu, quo Christus Confessionem sacramentalem minimè imperasset, non valeret Ecclesia eam præcipere, ad eandem enim potestatem pertinere videtur, & rem aliquam instituere, & circa eam debita præcepta imponere. Huic tamen argumento facilè respondetur, Ecclesiam minimè posse instituere Sacramenta, quia eorum institutio ad potestatem pertinet excellentiæ, quam non esse à Christo Ecclesiæ communicatam, necessariò fateri debemus; nihilominus tamen rectè potest Ecclesia præcepta sua imponere circa Sacramenta iam instituta à Deo, hoc enim posterius facilius est, & minus illo priori, atque ita Ecclesia hanc in se recognoscens potestatem in Concilio Tridentino *sessione 23. cap. 4.* præcepit sacramentum Confirmationis debere pùs ab illis susci pi, qui prima Tonsura volunt initiari, & alibi præcipit cæremonia Baptismi, & sacrificij Missæ,

se, vt huiusmodi mysteria cum debito honore celebrarentur.

4. Neque etiam obstat dicere quòd Ecclesia non possit cognoscere, num adsit contritio, vel an aliquis habeat interna, & proinde non possit cognoscere, num confessio habeat debitas conditiones: ad hoc enim, vt eam valeat præcipere, sufficit quòd sit actus externus, sicut potest præcipere orationem, licet non possit cognoscere omnem internam conditionem ad esse orationis requisitam, & ita non possit omninò certò cognoscere actum externum, provt sortitur talem speciem moralem.

5. Ad argumenta verò Soti, & aliorum, respondeo Ecclesiam non posse instituere Sacramenta; negamus tamen, non posse eorum semel institutorum vsum præcipere, quia instituere est distinctum, & altius, quàm præcipere vsum eius, quod iam institutum supponitur. Et hæc omnia dicta esse volo ad mentem supradictorum Doctorum.

6. Nam mihi magis placet hanc difficultatem secundùm mentem Amici proponere: itaque *in cursu Theolog. tom.8. disput.17. sect.2. n.12.* ponit duas assertiones clarè, & doctè, more suo.

7. *Prima*, non posse Ecclesiam immediatè præcipere totum sacramentum Pœnitentiæ, provt de facto à Christo institutum est. Fundamentum est: quoniam hoc Sacramentum, provt de facto à Christo institutum est, essentialiter includit internum dolorem, & confessionem omnium peccatorum mortalium, etiam internorum; sed Ecclesia non habet potestatem suprà actus merè internos: igitur non posset hoc Sacramentum, provt de facto à Christo institutum est, præcipere. Maior est de fide, definita à Trid. *sess.14. can.3.4. & 5. & Can.4. & 7.* Minorem suppono ex communi Doctorum sententia. Nam licèt Ecclesia potestatem habeat in actus internos, quatenus principia sunt externorum, non tamen potestatem habet in actus purè internos, qui nullo pacto principia sunt externorum. Ratio verò est, quia tota authoritas, quam habet Ecclesia in spiritualibus, est per ordinem ad externum regimen Hierarchicum, vt inferiores subordinentur superioribus, & superiores supremo Capiti totius Ecclesiastici regiminis, qui est summus Pontifex, Vicarius Christi. Nam ea potestas concessa est Ecclesiæ quæ accommodata est humano regimini: cùm enim Deus suam Ecclesiam regat per homines, eam tantùm potestatem suo Vicario contulisse credendum est, quæ necessaria est, & sufficit ad humanum regimen. Hæc autem, vt patet, est potestas in eos duntaxat actus, qui aliquo modo in externum prodire possunt. Nam hi tantùm possunt humano modo, hoc est, sensibili aliqua notitia dignosci, & ab Ecclesia regulari. Actus autem purè interni, cùm per se non cadant in notitiam aliquam sensibilem, non possunt esse intra sphæram humanæ gubernationis, cùm non possint homines vel ad eos eliciendos, vel ad eos elicitos externo aliquo signo manifestandos cogi, nisi ab eo, qui omnia hominum secreta nouit.

8. Assertio *secunda*, posse Ecclesiam directè, & per se solùm præcipere confessionem de peccatis externis, quo præcepto posito, obligaretur pœnitens iure diuino, propter reuerentiam, quam debet huic Sacramento, ne illud irritum reddat, vnà cum peccatis externis confiteri aliqua peccata mortalia interna, actumque doloris ad hoc Sacramentum necessarium elicere. Prior assertionis pars patet: nam in tali præcepto nihil est, quod Ecclesiæ potestatem excedat; nam totum id, quod præciperet, esset actus externus conducens ad externum regimen, & gubernationem Ecclesiasticam, propter quam Ecclesia potestatem habet ad omnes actus externos fidelium. Hucusque Amicus, & ego.

RESOL. XXII.

An à Pontifice hodie sit latum præceptum de aliquo vsu confessionis distinctum à præcepto annuæ communionis.

Et an hoc præceptum sit iuris Diuini quoad substantiam rei præceptæ, ita vt Ecclesia solum determinauerit tempus, quo diuinum præceptum esset executioni mandandum? Ex part.8.tract.1.Res.14.

§.1. Dubitat Durandus, qui *in 4. dist.17. q.14.* de hac re dubitat. Cuius fundamentum est: quia non potest Ecclesia præcipere, quod sub ipsius iudicium cadere non potest. Nequit autem confessio omnium peccatorum mortalium cadere sub iudicium Ecclesiæ: nequit igitur talem confessionem præcipere. Maior constat: nam omnis lex habere debet vim coërcitiuam, vt suos transgressores punire possit. Ergo omnis lex debet esse de iis, quæ cadere possunt sub iudicium legislatoris: nam quæ sub iudicium legislatoris cadere non possunt, puniri nequeunt, cùm omnis iusta punitio præsupponat culpæ notitiam. Minorem probat, quia vel peccata sunt merè interna, & hæc sub iudicium Ecclesiæ, quæ interna hominum secreta non nosci, cadere non possunt; vel si sunt externa, saltem Ecclesiæ constare non potest, an ea fideles confiteantur, cum actus confessionis sit occultus, & secretus. Vnde infert *in cap. omnis vtriusque sexus*, per se tantùm præcipi Eucharistiam: de confessione verò esse tantùm salubre consilium. Quòd si, inquit, non sit sola exhortatio, sed præceptum, illud quidem posset ligare conscientiam, quatenus fit ab Ecclesia authoritate Christi, sed pœna temporali illius statuti transgressor puniri non potest, cùm non possit constare de transgressione. Hæc Durandus.

Sup. doctrina contenta in hac Res. lege infrà doctrinam Res. 29. per totam, & cognatur Res. & §§. eius primæ not.

2. Sed contra est communis, quod apertè probatur, & præcepto lato ab Innocentio III. in Concilio Lateranensi, his verbis, vt refertur *de pœnitentiis, & remiss. cap.12.* Omnis vtriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenerit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti, & iniunctam sibi pœnitentiam proprius viribus studeat adimplere. Vbi & præceptum de communione in Paschate statuens, sic subdit: Suscipiens reuerenter ad minus in Pascha Eucharistiæ sacramentum. Vbi verbum *confiteatur*, præceptum importat: est enim verbum imperatiuum, quo legislator suum imperium subditis initium: quod cùm sit de re grauissima, & animi salutem maximè concernente, obligat sub reatu peccati mortalis, præter pœnam temporalem, quam ibidem Pontifex transgressoribus decernit.

3. Restat modò respondere ad argumentum Durandi, & distinguenda est minor: non potest confessio sacramentalis quoad peccata purè interna cadere sub iudicium Ecclesiæ concedo; quoad peccata externa, & actum exterioris confessionis, nego. Nec refert, quòd actus exterioris confessionis sit occultus, & secretus: nam etiam in actus occultos, & secretos Ecclesia habet potestatem. Non enim necessum est, vt tales actus cadant in iudicium Ecclesiæ, vt in illos potestatem habeat: sed sufficit, vt apti sint, vt possint cadere; apti autem sunt hoc

ipso, quòd in externum prodeunt. Cæterùm præceptum annuæ confessionis omnium peccatorum Christi fidelis obligat ex præcepto diuino modificato per præceptum Ecclesiæ. Vnde licèt præceptum Ecclesiæ non obliget, nisi ad actus externos, vel ad internos, vt principia externorum: quatenus tamen includit præceptum diuinum modificatum per ipsum præceptum Ecclesiasticum, per se etiam obligat ad actus purè internos. Et hæc omnia desumpta sunt ab Amico *in Cursu Theologico, tom.8. disp.18. sect.1. n.2.4.& 9.*

4. Vnde ex his refellendus venit Adrianus *in 4. quæst.2.de confess.* docens, dictum præceptum annuæ confessionis esse purè humanum, quoad substantiam, & quoad tempus, & non modificatiuum diuini, quia existimat diuinum tantùm obligare pro articulo mortis, tam physico, quàm morali.

Sup. contento in hoc §. in tom. 1. tr. 3. Vide doctrinam Resol. 66. per totam.

5. Sed ex superiùs dictis patet præceptum confessionis esse iuris diuini, quoad substantiam rei præceptæ, ita vt Ecclesia solùm determinauerit tempus, quo diuinum præceptum (quod in confuso aliquoties in vita obligat,) esset executioni mandandum: ita enim indicat Trident. *sess.14.c.5. in fine*, dicens: Neque enim per Lateranense Concilium Ecclesia statuit, vt Christiani fideles confiterentur, quod iure diuino necessarium, & institutum esse intellexerat, sed vt præceptum confessionis saltem semel in anno ab omnibus, & singulis, cùm ad annos discretionis peruenissent, impleretur. Quibus verbis non solùm vult primam institutionem, & obligationem confitendi non esse ab Ecclesia, sed à Deo, verùm etiam per suum statutum in Concilio Lateranensi solùm determinasse tempus, quo præceptum confessionis, scilicet diuinum, impleretur. Et hanc sententiam præter Amicum *vbi suprà*, tenet Vasquez & Sotus, quos citat Hurtadus *de sacrament. Pœnitent. disp.7. diffic.5.* quibus adde Præpositum *in 3.part. q.3. de confession. dub.7. n.41.*

RESOL. XXIII.

An Pontifex possit præcipere confessionem venialium.
Ex part.8.tr.1. Resol.15.

Sup. hoc in tom. 1. tr.3. Resol.6. §. Quæ omnia, & in tom.7. tr.1 Resol.124. §.verũ, cursim ad lin.4. & lege doctrinã Resol. seqq. signanter §.1.

§. 1. IN hac quæstione Paludanus *in 4. dist.17.q.2. art.4.* Sotus *distinct.18.quæst.1.art.3.* & glossa *in Clem. Ne in agro Dominico, de statu Monachorum*, partem negatiuam tuentur, quia Ecclesia immutare nequit materias, & formas Sacramentorum, & eas aliter, ac à Christo institutæ sunt constituere: Christus autem reliquit peccata venialia materiam liberam confessionis; ergo nequit illa efficere materiam necessariam, & sub obligatione. Et ita hanc sententiam tenet nouissimè Valboa *in cap. omnis, de pœnitent. num.40.* & Bordonus *variar. resol. tom.1. resol.57. quæst.6.& 7.* ex Auersa *fol.638.*

2. Sed ego affirmatiuæ sententiæ adhæreo, quam tuetur Ochagauia *de Sacrament. tract.2. de Confess. Sacram. quæst.5. num.6.* Hurtadus *de Sacrament. disp.6. diffic.8.* & Vasquez *in 3.part. tom.4. quæst.90. artic.2. dub.3.* vbi *num.15.* sic asserit. Notandum est quomodo Ecclesia præcipere posset confessionem etiam venialium, non modificando diuinum præceptum confessionis, sed præcipiendo præcepto Ecclesiastico.

3. *Primò* ergo ex dictis in hoc articulo, & præcedenti, sequitur Ecclesiam posse præcipere confessionem venialium, hoc est vt confiteamur venialia, si alia non fuerint, vt denique Confessionis sacramentum recipiatur, & hoc est indirectè quodammodo præcipere venialia, quia directè præceptum tantùm obligat ad confessionem, cuius aliqua materia Sacerdoti exhibenda est, vnde si alia non est, aut oportebit venialia confiteri, aut mortalia, quæ iterum quis confessus fuerat; hæc tamen lex pro aliqua communitate expediens maximè est, sed pro tota Ecclesia non videretur ita expediens, nec hactenus visa est; tamen in Pontifice non deest potestas toti Ecclesiæ præcipiendi confessionem, si ita rationabilis res iudicaretur: ex parte enim quod præcipitur non repugnat, quia est materia subdita potestati Ecclesiæ leges condendi.

Sup. hoc pro communitate lege Resol. seq. & Resol. eius secundæ annot.

4. *Secundò* non videtur Ecclesiam posse præcipere, nec toti Ecclesiæ, nec communitati, vt confiteantur venialia omnia, siue sola sint, siue cum mortalibus *primò*, de interioribus satis constat ex *1.art.* quia Ecclesia in actus interiores potestatem non habet, si autem ex præcepto purè Ecclesiastico, confessionis, sequeretur obligatio confitendi mortalia omnia etiam interna, ideò esset vt *1.art.* notauimus, non quia directè præcipiantur ab Ecclesia, sed quia cùm ab Ecclesia præcipiatur Confessionis Sacramentum, vt reuera præcipi potest, sequitur statim iure diuino debere integram fieri confessionem, ad id quòd requiritur manifestatio etiam interiorum modò sint mortalia: hoc autem non sequitur in venialibus, quia sine illis fieri potest integra confessio iure diuino; si ergo Ecclesia non præcipiat directè venialia interiora, sequitur, nec indirectè sequi necessitatem ea confitendi. *Secundò* etiam de exterioribus, quòd omnia quis teneatur confiteri, & ad hoc facere examen sufficiens, credo præcipi non posse toti Ecclesiæ, nec communitati; non quia illa non sint materia subdita potestati Ecclesiæ, & legis humanæ Ecclesiasticæ, sed quia reuera lex debet esse secundùm rationem: hæc autem minimè esset, & si esse posset secundùm rationem, in hoc casu verum est, quod suprà diximus, esse veniale omittere aliqua venialia, solùm enim ad mortale videtur lex obligare posse, vt recipiatur Sacramentum. Hucusque Vasquez.

5. Dicendum est igitur posse Ecclesiam præcipere confessionem venialium, quia ex vna parte eorum confessio est actus exterior, & honestus, & valdè vtilis perfectui spirituali, & non est admodum difficilis; & ex altera parte præcipere confessionem illorum, non est mutare materiam sacramenti Pœnitentiæ, aliam instituendo, sed tantùm est præcipere materiam ipsam, quam Christus liberam, & absque præcepto reliquit; non est ergo cur non possit ab Ecclesia præcipi.

RESOL. XXIV.

An de facto Pontifex præceperit aliquibus confessionem venialium.

Et an Clementina, ne in agro Dominico, de stat. Monast. obliget ad confessionem venialium sub mortali? Ex part.8.tr.1.Resol.16.

Sup. hoc lege doctrinã præcedentis Resol. signanter §.Secundo non, à lin.2. & vide etiam Resol. & §. annot. seq.

§.1. RESpondeo affirmatiuè, vt patet ex Clementina *Ne in agro Dominico, de statu Monach.* vbi præcipitur Monachis nigris, id est, Benedictinis, vt singulis mensibus confiteantur; & tamen regulariter contingit eos non habere nisi peccata venialia. Quod etiam probatur, quia illa Clementina fuit edita, & ordinata ab Ecclesia ad magnum profectum spiritualè illius excellentissimæ familiæ,

familiæ, quam magnopere diligit Sedes Apostolica, vt Christi Vicariorum seminarium, sed ad profectum spiritualem maximopere conducere potest confessio venialium, vt præparet quisque Christo animæ suæ sponsam, non habentem maculam, neque rugam, & vt omnis ad peccatum mortale etiam remota dispositio penitus amputetur; ergo remanet talis venialium confessio præcipitur in prædicta Clementina.

Sup. hoc in 2. tom. 1. tr. 3. Resol. 8. in principio. & in tom. 2. tract. 1. Resol. 14. & seq.

2. Sed difficultas existit, an dicta Clementina obliget ad confessionem venialium sub peccato mortali. Sot. *in 4. distinct. 18. quæst. 1. art. 4.* apertè defendit partem negantem. Probatur *primò*, quia ex qualitate pœnæ facilè colligitur qualitas culpæ; sed in ea Clementina parua pœna imponitur transgressoribus illius legis, nam Superiores illius religionis, qui contra eam deliquerint, tantùm suspendantur per annum à collatione beneficiorum, & subditi etiam per annum suspenduntur ab administrationibus, & à receptione beneficiorum, ergo etiam videtur culpam paruam contineri in non confitendo singulis mensibus, præsertim cùm tantùm inueniantur peccata venialia. Et confirmatur, quia confessio venialium parua materia est; ergo præceptum, quod circa eam versatur, non videtur grauiter, sed leuiter obligare.

3. Sed alij affirmatiam sententiam tenent, & idcò Hurtadus *de Sacram. disp. 7. diffic. 8.* loquens de citata Clementina, sic asserit. Vnde præceptum dictæ Clementinæ non est determinatiuum præcepti diuini lati à Christo pro tempore extra articulum mortis, (vt est præceptum annuæ confessionis,) sed est purè Ecclesiasticum, ac proinde per illud nullo modo præcipitur confessio peccati purè interioris, nec præcipitur directè dolor, sed tantum indirectè, quatenus necessarius est, vt absolutio, quæ præcipitur recipi, non fiat irrita.

4. Ita tamen in ea Clementina præcipitur dictis Monachis menstrua confessio, vt quando non sunt mortalia, non teneantur confiteri omnia illa, sed sufficiat vnum, aut alterum, quia in ea Clementina tantùm præcipitur, quòd fiat Confessio sacramentalis, quæ sufficienter sit vtrovis modo dicto.

5. Addimus, dictum præceptum obligare sub mortali non solùm quando sunt mortalia, vt patet, sed etiam quando tantùm sunt venialia, vt contra Canum aduertit Vasquez: quia quamvis tunc materia remota confessionis sit leuis (vtpote peccatum veniale;) ipsa tamen confessio peccati venialis, quæ est materia proxima dicti præcepti, est grauis non minùs, imò magis quàm auditio Missæ, quia est Confessio sacramentalis, per quam confertur augmentum gratiæ, & quæ valdè conducit ad vitæ reformationem. Hucusque Hurtadus, & præter Vasquez ab ipso citatum, hanc sententiam tenet Azorius *tom. 1. lib. 7. cap. 40. quæst. 1. & 2.* Ochagauia *de Sacram. tract. 2. de Confession. sacram. quæst. 6. num. 4.* & illam probat duplici ratione. *Prima* est, quia non minus potest Ecclesia obligare suos subditos, quàm quisque subditorum possit seipsum obligare per votum, sed qui vouet, confiteri peccata venialia singulis mensibus eo casu, quo peccati mortalis conscientiam non haberet, maneret obligatus sub peccato mortali ad confessionem venialium; ergo prædicti Monachi, qui in illa Clementina obligantur ab Ecclesia ad confitendà venialia singulis mensibus, quando peccatis mortalibus non sunt irretiti, sub mortali tenentur ad explicanda peccata venialia in confessione singulis mensibus. *Secunda* ratio est, quia licet materia remota huius præcepti imo casu, quo Monachi tantùm commisissent venialia, esset ipsum, scilicet peccatum ipsum veniale: tamen materia proxima, scilicet confessio sacramentalis peccati venialis, grauis res est; ergo præceptum cadens supra talem materiam, grauiter obligare necesse est. Exemplo fiet antecedens manifestum: quia sumere Eucharistiam post paruum frustum panis degustatum, graue peccatum continet, ibi tamen si materiam remotam respicias, paruam eam esse inuenies, scilicet frustrum illud panis. Si verò materiam proximam perpendas, grauem inuenies materiam, scilicet Eucharistiam sumi ab homine non ieiuno.

6. His tamen non obstantibus, opinionem Soti puto esse probabilem, quam nouissimè tuetur ex Valentia Ioannes Præpositus *in 3. part. D. Thomæ, quæst. 3. de Confess. dub. 10. num. 62.* quia, ait ipse, in Clementina. *Ne in agro, §. sanè, de statu Monachorum*, non est vllum verbum, quod significet strictum præceptum; ita enim habetur: Vt singuli, Monachi saltem semel singulis mensibus ad confessionem accendant; neque satis constat, quòd id communi vsu Religiosorum sit receptum per modum legis obligantis, cùm de hoc controuertant Doctores, ne ex alio capite colligi possit obligatio; quod addo, quia licèt in capitulo, *omnis vtriusque*, non videatur esse verbum, quod vi sua rigidum præceptum contineat: tamen ex pœna adiuncta ex communi sensu fidelium, ex Tridentin. *sess. 14. cap. 5.* colligitur eo loco imponi strictum præceptum, in præsenti autem nihil habemus simile. Aduerte aliquos agnoscentes præceptum censere eius violationem solùm esse venialem, sed minùs benè, cùm materia præcepti, scilicet vsus Sacramenti, sit grauis. Confirm. qui vouisset singulis mensibus confiteri, mortaliter peccaret, vel semel omittendo absque causa; ergo. Ita Præpositus.

RESOL. XXV.

An Pontifex possit abrogare, seu dispensare in præcepto confessionis, vt quisquam nunquam teneatur confiteri.

Et quid, si quæratur, qua ratione cum Papa sæpius dispenset in votis, quorum obligatio est de iure diuino, & naturali ratione promissionis Deo factæ, quam quilibet ex dictis iuribus tenetur adimplere, & tamen non possit dispensare in præcepto confessionis, quod de iure diuino ortum habet? Ex p. 8. tract. 1. Resol. 17.

§. 1. AD hoc dubium sic Respondet Ochagauia *de Sacrament. tract. 2. quæst. 3. num. 2.* Ecclesia scilicet, Papa, vel Concilium Generale super substantiam præcepti confessionis, videlicet, vt quisquam nunquam teneatur confiteri, dispensare nullo modo potest, aut tale præceptum abrogare, quod difficilius est. Ita sentiunt Sotus *in 4. dist. 18. quæst. 1. art. 5.* & Vasquez *super quæstionem 91. & articulum primum*, D. Thom. Et est communis sententia Doctorum. Probatur conclusio dupliciter, *Primò*, quia præceptum confitendi absolutè, & in articulo mortis, & aliquando extra talem articulum, vt vidimus *in præcedenti quæstione*, diuinum est; ergo Ecclesia authoritate sua humana non potest illud abrogare, aut in eo dispensare, quia inferior dispensare, aut abrogare nequit legem à superiore latam. *Secundò* probatur eadem conclusio ratione Soti *loco citato*, quia confessio taliter est constituta

Sup. hoc ex Resol. seq. Vide §. Ita, & infrà Resol. 52. & in tom. 1. tr. 3. Resol. 67. per totam, & signanter, §. pen. & vlt.

Sup. hoc aliquando late in tom. 1. tr. 3. Resol. 66. & in alio vers. eius primæ annot.

constituta à iure diuino, vt sit etiam pars essentialis Sacramenti Pœnitentiæ; sed Sacramenta quæ sunt fundamenta Ecclesiæ, nequit Ecclesia immutare, secundùm illud Pauli 1. *Epistol. ad Corinth. cap. 3.* Fundamentum aliud nemo ponere potest, quàm quod positum est, quod est Christus Iesus. Sed tantùm potest Ecclesia ea Sacramenta ministrare, iuxta Paulum dicentem: Sic nos existimet homo, vt Dei ministros, & dispensatores mysteriorum Dei, vbi nomine *dispensationis*, non intelligit Diuus Paulus exceptionem, aut absolutionem alicuius à lege Sacramentorum, sed administrationem, seu distributionem Sacramentorum; ergo Ecclesia nullo modo potest in præcepto confessionis dispensatione, vel abrogatione vti Hucusque Ochagauia; vide etiam Coninck *disp. 5 n. 4. dub. 48.*

2. Dicendum est igitur triplici modo fieri posse à Pontifice dispensationem, seu abrogationem huiusmodi. *Primò* tollendo, & abrogando omnino præceptum, ita vt nunquam obliget. *Secundò* differendo tempus, ita vt non obliget pro singulis annis, sed pro duobus, aut tribus quibusque annis: nec teneatur quisque fidelis semel in anno confiteri; sed semel in tribus duobúsve annis. *Tertiò*, non differendo, extendendóve, sed restringendos tempus confessionis, ita vt teneantur pluries fideles, quàm semel in anno, confiteri, v. g. ter, quatérve in anno. Si loquamur de primo modo; docet Suar. *tom. 4. de pœnit. disput. 36. sect. 1. num. 6. fine*, nunquam posse dari rationabilem causam tollendi, abrogandíque in solidum præceptum confessionis: quia huiusmodi præceptum est admodum vtile, & salutare vniuersæ Ecclesiæ, ac singulis fidelibus illius: vnde abrogatio, si detur, erit quidem valida, sed non licita; quia cederet omnino in destructionem Ecclesiæ, non in ædificationem illius: & sic summus Pontifex abuteretur potestate, quam accipit immediatè à Christo Domino: conuerteret enim illam in destructionem, non in ædificationem, ac proinde peccaret mortaliter; & est abrogatio iniusta, sed valida esset, excederet enim suos fines: si de secundo modo sermo sit, non videtur repugnare, Ecclesiam peruenire posse ad eum statum, vt ex vrgenti, & rationabili causa, quæ tunc offeratur, possit summus Pontifex dispensare in prædicto præcepto, vt non pro singulis annis obliget; sed pro tribus, duobúsve quibusque: nunc autem certum est, id non expedire; quia dilatio pœnitentiæ per annum integrum, videtur satis magna nec potest facilè maior licentia, dilatióque concedi, præsertim toti Ecclesiæ, sine grauissimo illius detrimento. Si de tertio modo loquamur, non est negandum, posse restringi ex causa tempus huius præcepti, ita vt non obliget semel tantùm in anno; sed ter, quatérve: & quamuis nulla alia subesset causa præter fidelium fructum, id quidem satis esset, modò ea frequentia in contemptu non cederet.

3. Sed hîc obiter aliquis posset inquirere, qua ratione cùm Papa sæpiùs dispenset in votis, quorum obligatio est de iure diuino, & naturali ratione promissionis Deo factæ, quam quilibet ex prædictis iuribus tenetur adimplere, non possit etiam dispensare in præcepto confessionis, quod de iure diuino ortum habet. Huic argumento difficilem nuenerunt maiores nostri solutionem, Suar. *lib. 6. de voto, c. 6.* vera tamen solutio est, quam adhibent Suarez *loco citato*, & Lessius *in tomo de Iustitia, & iure, cap. 40. de voto, dubitatione 17.* dispensationem voti ab Ecclesia præstitam in hoc consistere, quòd Prælatus Ecclesiæ, ex parte, & nomine Dei, & eius vicem gerens in terris remittit obligationem, quam homo contraxerat erga Deum per suum votum, quod quidem non est dispensare in iure naturali seruandi promissa Deo, stante debito in sua vi, quia hoc omninò esset impossibile, sed condonare debitum nomine Dei, in quo tota obligatio naturalis, & diuina nitebatur; in præcepto verò diuino confessionis non apparet aliqua via, quâ possit Ecclesia dispensare.

RESOL. XXVI.

An Pontifex possit abrogare, seu dispensare in præcepto confessionis, vt aliquando quis non confiteatur? Ex part. 8. tr. 1. Resol. 18.

§. 1. Affirmatiuè respondet Hurtadus de *Sacram. disput. 7. de Pœnit. difficult. 6.* vbi sic ait: Conueniunt Doctores Pontificem posse in præcepto annuæ confessionis dispensare, imò & illud abrogare ita vt non maneat obligatio confitendi determinatiuè in quolibet anno, quia præceptum Ecclesiasticum annuæ confessionis est purè Ecclesiasticum quoad temporis determinationem ad singulos annos, quod potest Pontifex in partem, seu cum aliquo, aut in totum, seu cum omnibus, auferre, & non solùm validè, vt patet, sed etiam licitè, si causa rationabilis subsistat, quæ non difficile reperietur respectu alicuius particularis personæ. Sup. hoc in tom. 1. tr. 3. ex Resol. 48. lege doctrinam §. vlt. & ex Resol. 67. §. penult. & vlt. & signanter in fine, & hic infrà Resol. 51.

2. Ita tamen Pontifex annuam obligationem confessionis potest in partem & in totum auferre, vt semper sit valdè expediens tempus aliquod pro præcepto diuino confessionis lato pro tempore extra articulum mortis determinare, attentis circumstantiis temporum, & personarum: imò id potuit esse Pontifici sub obligatione, si confessio fuisset parum in vsu, & ob id mores essent valdè peruersi. Sic ille.

3. Itaque statuendum est quòd Ecclesia validè potest dispensare, imò & abrogatione vti in præcepto annuæ confessionis, etiamsi non adsit rationabilis causa, quamuis in eis actionibus graue peccatum committeretur. Hæc est communis sententia Doctorum. Probatur conclusio; quiâ hoc præceptum confitendi singulis annis ordinatum est ab Ecclesia authoritate merè humana, *in cap. omnis vtriusque sexus, de pœnitentiis, & remissionibus*; ergo potest ab Ecclesia validè dispensari, & abrogari, quia res per quascumque causas nascitur, per easdem dissoluitur, quamuis, vt fatear, minimè credam aliquam rationabilem causam offerre se posse ad præceptum istud Ecclesiasticum quod animis hominum saluberrimum est, auferendum media dispensatione, aut abrogatione. Sup. hoc lege præcedentem Resol. & Resol. & §§. eius primæ annot.

4. Nec deseram etiam hîc apponere verba Fagundez *de Præcept. Eccles. præcept. 2. lib. 1. cap. 3. num. 8.* vbi sic ait: Dubium esse potest, vtrùm summus Pontifex dispensare possit in hoc præcepto cum aliqua persona particulari, v. g. cum Eremita viuente extra humanum consortium, vel cum tota aliqua Prouincia, vt nunquam confiteatur per totam vitam. Cui dubio respondet idem Suarius *tom. 4. de Pœnit. disput. 36. sect. 1.* non posse iustè, & rationabiliter summum Pontificem per totam vitam dispensare in hoc præcepto cum aliquo, vel cum aliqua Prouincia, quia dispensatio, vt legitima sit, requirit legitimam causam: nullâ autem causa legitima, & rationabilis dari potest ad concedendam talem dispensationem; nec etiam dispensare poterit cum aliquo, vt rarò confiteatur in vita,

vita, ob defectum etiam prædictæ causæ rationabilis, quæ possit talem dispensationem iustificare. Extra hos euentus existimo, iustè posse dispensare summum Pontificem cum aliquo, vel aliqua Prouincia in præcepto annuæ confessionis, ad vitanda maiora scandala, quamuis adhuc cum nullo, quod sciam, dispensauerit: restringere autem huiusmodi præceptum, & obligare, vt pluries, quàm semel in anno aliquis, vel aliqua Prouincia confiteatur, facilius poterit summus Pontifex, quia facilior occasio ad id statuendum occurrere, ac dari potest; hoc tamen sine rationabili causa licitè fieri non potest.

RESOL. XXVII.

Quod peccatum committat Pontifex dispensando in hoc præcepto sine causa cum aliquo.

Idem est de illo, qui sciens nullam causam subsistere, inducit Pontificem ad dispensandum in impedimentis dirimentibus.

Et hoc pendet ex illa quæstione, an peccet Pontifex dispensando in suis legibus sine causa. Ex part. 8. tr. 1. Res. 19.

Sup. hanc quæstionem Resol. 1. not. 6. & in aliis primæ not. & sequenter in tom. 4. tr. 7. Res. 17. §. 2. n. 6. & 8. & vers. Imo, & in tr. 6. Resol. 70. §. vlt.

§. 1. REsolutio huius dubij pendet ex illa quæstione, an Pontifex peccet dispensando in suis legibus sine causa: & ad illam sic respondet Machadus *tom. 1. lib. 3. part. 4. tit. 4. docum. 7. n. 2.* *Si por lo menos peque el legislador en dispensar en sus proprias leyes sin causa, es question muy controuersa entre los Doctores. La mas comun, y recibida opinion es que el legislador ò sea supremo, ò no, pecca en dispensar sin causa iusta en sus leyes fundanse en que semejante dispensacion viene à ser en injuria de los demas, que estando oprimidos con la ley, el otro sin causa iusta se vea libre d'ella. Pero tambien defiend muchos la contraria de quo no peca; y fundanse en que de la misma manera, que sola la voluntad del Legislador es causa de induzir obligacion con la ley; assi tambien, serà sola su voluntad sufficiente causa para quitar la obligacion d'ella por la dispensacion.*

Sup. contenta in hoc §. prudispensatione sine causa infrà in n. 4. Res. 3. & in aliis primæ not. & pro vtraque dispensatione sine causa vtentia in Res. 12. & in aliis §§. eius primæ adnot.

2. *Con esta opinion se escusa de auerigar, que pecado sea el dispensar sin causa, y tambien si peca el que vsa de la dispensacion concedida sin causa; supuesto, que tacto y, y tan graues Autores como hemos referido defienden, que ni el Legislador, que sin causa dispensa en sus leyes peca en manera alguna, ni el que vsa de semejante dispensacion por ser licita; porque Couarruuias, y otros que sienten que peca, se fundan en que es illicita la dispensacion concedida sin causa segun la primera opinion referida.* Ita ille.

3. Sed hoc vltimum mihi non placet, nempe Pontificem dispensando in suis legibus sine causa non peccare; est enim opinio nimis laxa, sicut nimis rigida illa videtur, quæ docet absolutè peccare mortaliter: & ideò puto, secluso scandalo, & damno alterius peccare, vt plurimum, tantùm venialiter, & ita docet Baunius *in Theol. mor. tom. 1. tract. 12. de impedim. matrim. quæst. 2.* vbi sic ait. Peccatum est, de eorum genere, quæ sunt, ac dicuntur venialia, Legislatorem, aut Principem in his dispensare legibus, quarum sunt auctores, si nihil est rationis, quamobrem id eos facere oporteat. Villalobos *in Summa tract. 2. dub. 41. num. 5.* Lorca *tom. 2. part. 2. disp. 27.* Pontius *de matrim. lib. 8. cap. 14. num. 7.* Sotus *lib. 1. de Iust. quæst. 7. artic. 3.* quia exonerare aliquos, oppressis aliis, est habere personarum delectum, nullo modo meritorum, quod est malum, non mortale tamen, secluso scandalo. Quia, vt est in Legislatoris potestate, legem ferre, quæ omnes discrimine nullo vinciat, vt decreta sancire, quæ ad singulos pertineant, ita & illa, cùm est libitum, refigere, antiquare, tollere: ergo & eorum nexu soluere, quos est placitum, & quidem ex causa sine crimine, quando deest, cum aliquo, veniali tamen non maiore. Ita Baunius.

4. Et hanc sententiam probabilem putant ipsimet aduersarij: vnde Præpositus *in 3. part. quæst. 8. de dispens. matrim. dub. 3. num. 21.* ita asserit. Aduerte, contrariam sententiam asserentem Legislatorem sine causa in sua lege dispensantem, solùm peccare venialiter, esse probabilem, & in praxi securam, iuxta quàm etiam dicendum, cum qui scientis nullam causam subsistere, inducit Pontificem ad dispensandam in impedimentis dirimentibus, solùm peccare venialiter si seponatur scandalum. Ratio est, quod solùm inducat ad peccatum veniale, eique cooperetur. Sic ille; qui tamen postea *in part. 2. q. 97. dub. 3. num. 36.* mutauit sententiam, & probabilius existimauit Pontificem dispensantem sine causa peccare tantùm venialiter. Plures alios Patres pro nostra sententia inuenies *in tract. de dispensationibus.*

Sup. hoc infrà in tr. 2. Res. 11. & in aliis §§. eius not.

RESOL. XXVIII.

An Pontifex teneatur ad præceptum annuæ confessionis.

Et quamuis Pontifex peccet mortaliter, si non adimpleat præceptum annuæ confessionis, non tamen incurrat excommunicationem propter hoc, nec possit declarari, aut Ecclesiastica sepultura priuari.

Et explanatur, à quo Papa accipiat facultatem eligendi confessorem, cum in terra non habeat se Superiorem.

Et an electo confessore teneatur ei parere sicut cæteri fideliu̇m? Ex part. 8. tr. 1. Res. 20.

§. 1. PRima sententia negat, vnde Richardus *in 4. dist. 17. q. 4. artic. 2. ad 5.* Scotus *ibidem quæst. 1. artic. 1.* asserunt Papam sub mortali ad legem, ac præceptum confessionis non teneri, sed tantùm sub congruitate quadam morali, ac proinde sub veniali. Nauarr. verò *de Pœnit. dist. 5. initio quæst. 4. ad 5.* ait. Si vera esset sententia, quæ docet, Concilium esse suprà Papam, rectè inferri, obligari Papam ad legem annuæ confessionis: quia in magno Concilio Lateranensi lata est prædicta lex, & postea maximo applausu recepta in tota Ecclesia Catholica, vt patèt ex Concilia Trident. *sess. 14. canone 8.* in quo insinuat Nauarrus, non teneri modò Papam ad talè præceptum sub mortali culpa, cùm sit superior Concilio, & leges inferioris non possint obligare superiorem: & idem Panormitanus *in cap. omnis, num. 19.* vbi videtur etiam docere, non teneri Pontificem sub mortali semel in anno confiteri, ex eo fundamento, quòd huiusmodi lex sit Concilij vniuersalis, quæ non ligat Pontificem, cùm Pontifex illo sit superior.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 3. Res. 40. & lege alium §. eius not. & quamuis pro communione, quia eadem est ratio pro hac quæst. Vide infrà ex Res. 51. §. An vero, & §§. not. tertiæ prædicti §.

2. Sed contrariæ sententiæ adhærent Ochagauia *de Sacram. tract. 2. de confess. quæst. . . num. 5.* & alij, asserentes teneri Summum Pontificem ab huiusmodi præceptum, & peccare mortaliter, nisi illud impleat: teneri, inquam, quoad vim directiuam; non verò quoad pœnas, & vim coactiuam: & sic peccat mortaliter, nisi illi satisfaciat, & tenetur implere

implere pœnitentiam impositam à Sacerdote, cui se subiicit in confessione. Ita Panormitanus *in cap. omnis utriusque sexus, de pœnit. & remiss. num.* 19. Glos. *in cap. sanè* 11. *de officio delegati*, non tamen incurrit excommunicationem, aut priuationem Ecclesiasticæ sepulturæ, aut ingressum Ecclesiæ, vel aliquam aliam pœnam, si qua iure transgressoribus imponatur; & ideò ob illam non potest etiam declarari. Sic cæteri Principes obligantur legibus à se latis quoad directionem, non verò quoad coactionem.

Sup. contentis in hoc §. in Resol. 2. not. præter citatæ. & in eodem §. lege eius doctrinam inter prin. pium & medium, à vers. non tamen incurrere.

3. Et ratio est; quia naturalis ratio postulat, vt cæpur conformetur toti corpori suo: nam sicut reliqui Principes seculares sub hac conditione ab initio iurisdictionem videntur accepisse à populo, & potestatem condendi leges, vt ad illas, quoad vim directiuam, tenerentur: sic Papa, veluti sub hac conditione accepit immediatè à Christo Domino hunc eandem potestatem condendi leges Ecclesiasticas, vt ad illas quoad eandem directionem teneretur. Probatur deinde, quia hæc lex confessionis annualis, est lex quædam generalis, & quando Principes legem aliquam generalem, comprehendentem omnes, & singulos populos, ferunt, obligantur ad eandem legem, licet ad pœnas illius non obligentur: vnde communiter dicit solet, teneri Principes ad leges suas, quando sunt generales; quia quando materia legis non est ita generalis, sed specialis, nec etiam quoad vim directiuam obligantur ad illam: quamobrem, si lex esset de non ferendis armis noctu; de non vtendo serico; aut satellitio puerorum; non obligabitur Princeps ad illam, quia materia est specialis, & indecens est statui, ac conditioni Principum, inarmatum, aut insociatum incedere, aut vestitu mundo ac serico non vti.

Sup. hoc infrà in Resol. 51 §. An verò, à medio vsque in finem, & in aliis eius annot. quæ est tertia dicti §. sed lege eum à principio.

4. Sed ego puto cum Granado *in 3. part. contr. 7. tract 1. disput. ... sect. 1. num. 6.* huius quæstionis solutionem pendere ex generali principio materiæ de legibus, an scilicet Legislator legibus suis obligetur: si enim pars affirmans vera sit, vt aliqui volunt, comprehendetur Papa hac lege confessionis; si verò pars negans amplectenda sit, vt aliis videtur, non obligabitur Pontifex ad confessionem ex vi præcepti Ecclesiastici; licet non sit dubium, quin ad fidelium exemplum deberet confiteri, & aliunde certum sit obligari præcepto confessionis, quatenus diuinum est.

Sup. hoc lege doctrinã §. non seq. & aliorum eius annot.

5. Sed hîc obiter possit aliquis inferre, quòd nemo posset Papam absoluere, quia neque ipse Papa, neque vllus alius potest dare alteri iurisdictionem in Papam, quia hoc pertinet ad superiorem; nemo autem est Papa superior. Sed respondeo cum Coninck *de Sacram. disput. 8. dub. 2. num.* 14. negando assumptum; quia actum iurisdictionis, qui exercetur immediatè nomine Dei, potest quis ratione sui muneris subeundo diuersam personam, in seipsum exercere, maximè quando non agitur de iurisdictione coactiua, sed libera, qualis est ea, qua Pontifex se vt priuatum hominem suo Confessario in hoc foro voluntariè subiicit, quod facit propriè tanquam Vicarius Christi, eiusque personam immediatè sustinens: qua ratione habet iurisdictionem in omnes Christi fideles, atque ita aliquo modo in se ipsum, quatenus est etiam ouis, & quatenus hoc est necessarium, vt possit etiam communibus pascuis, & Sacramentorum vsu cum aliis frui.

6. Nec hinc sequitur, Pontificem posse seipsum absoluere à peccatis: quia omnia Sacramenta præter venerabilem Eucharistiam, & Matrimonium, ita à Christo sunt instituta, vt essentialiter requirant vt conferens sit persona distincta à suscipiente. Et in hoc Sacramento maxima est ratio: quia nullo modo erat conueniens, vt vnus & idem simul esset reus & accusator & iudex.

7. Dicendem est itaque, quòd Summus Pontifex cùm in terra non habeat se superiorem, à quo accipiat facultatem eligendi confessarium: ergo necesse est, vt habeat eam à Christo Domino, cuius vices gerit. Sacerdos autem sic electus à Papa accipit iurisdictionem à Christo Domino, sed mediante sumno Pontifice; nam verè tribuitur ab ipso Papa, tanquam à causa efficienti morali immediata. Ita docet D. Thomas *in 4. dist. 19. q. 1. art. 3. q. 2.* vbi ait, Summum Pontificem, vt peccatorem subiici, vt Vicarium verò concedere iurisdictionem super seipsum in foro confessionis. Sotus *in dist. 19. q. 4. artic. 2.* dicit, quòd electo Confessario, tenetur Papa parere sicut cæteri fidelium. Et hæc docet etiam Opatouius *de Sacram. tract. de Pœnit. disp. 11. quæst. 4. n. 40.*

Sup. hoc infrà Resol. 36. §. Sed hîc, & in aliis eius not.

RESOL. XXIX.

An Pontifex possit censuris punire confessionem annuam sacrilegam ex defectu doloris.

Et discutitur, an possit Ecclesia prohibere actum internum.

Et an possit illum præcipere.

Et ex doctrina huius Resolutionis inferuntur aliqui alij diuersi casus sæpius contingentes in praxi? Ex part. 8. tr. 1. Resol. 50.

§. 1. RESolutio huius dubij pendet ex illa celebri quæstione, an possit Ecclesia prohibere, vel præcipere actum internum, vt per se coniunctum cum externo, tanquam necessarium ad aliquod esse morale illius. Aliqui tenent partem negatiuam. Hanc sententiam sustinent Durandus *in 4. distinct. 15. quæst. 12.* Syluester *verb. Horæ, num. 13.* D. Anton. *3. part. tit. 13. cap. 4. §. 8.* Rosella *verb. Horæ, num. 13.* Paludanus *in 4. dist. 15. q. 5. art. 2. conclus. 4.* Angelus *verb. Horæ, num. 17.* Coninck *de Sacram. q. 83. art. 6. num. 291.* Ioan. Valerius *de differ. virtusque fori, verb. Horæ Canonicæ, differ. 1.* Vasq. *1. 2. disp. 169. n. 32. & seq.* Comitolus *respons. moral. lib. 1 q. 63. n. 6.* Becanus *in 1. tr. 3. c. 6. q. 4. n. 4.* & alij.

Pro quæst. & doctrina huius §. & seqq. infrà in §. Sed contraria, per totum, & §. Et ad confirmationem, & seqq. huius Resol. & suprà lege doctrinam Resol. 22. & infra Resol 32. & si placet, Vide alias Resol. & §. eius annot.

2. Fundamentum horum doctorum non potest esse aliud, nisi quia vniuersaliter putant, nullo modo posse Ecclesiam prohibere, vel præcipere actus internos. Hinc,

3. Infertur eum, qui in Quadragesima confitetur diminutè, tacendo, & omittendo in confessione peccata cordis, per se occulta, non incurrere excommunicationem, fortè latam contra eos, qui non obseruant præceptum Ecclesiæ confitendi semel in anno, quia ille non transgreditur præceptum Ecclesiæ, sed diuinum tantùm: quia non omittit circunstantiam confessionis externam, de qua possit Ecclesiæ constare, vnde idem à fortiori, dicent de illo, qui confitetur inualidè, ex defectu interioris doloris necessarij.

Sup. cõtento in hoc §. infrà in §. Termio infertur, & §. vlt. huius Resol. & §. Ex hac, & in tom. 1. tr. 3. Resol 50. §. Notandum secundo. Et Sup. contento in hoc §. Secundo inferuntur, infrà in hac ipsamet Resol. §. Ex quo sequitur & §. Secundo infertur Bene-

4. *Secundò* inferunt, Clericum beneficiatum, recitantem horas canonicas exteriùs integrè, & completè, quamvis voluntariè, sine vlla attentione, recitet, non transgredi proprium Ecclesiasticum præceptum, nec incurrere pœnas Ecclesiasticas, impositas transgressoribus illius præcepti, vt est restitutio fructuum. Quia nihil omittit eorum, quæ exteriùs fieri debent, & de quibus possit Ecclesiæ constare. Secus verò esset, si illa mentis distractio,

ctio, ex actione exteriori prohibita proueniret: nam tunc posset constare de transgressione. Idem dicunt de eo, qui interest Missæ, voluntariè distractus. Et hanc opinionem sequuntur est Granadus. 2. *contron.* 7. *tract.* 5. *part.* 1. *disput.* 5. *num.* 11.

5. Sed contraria sententia distinguit duplex genus actuum internorum; alterum eorum, qui sunt causa, & principium per se externorum, solùm quoad esse physicum & materiale: alterum eorum, qui sunt causa, & principium, quoad esse formale virtutis, aut vitij. Prioris generis sunt actus ipsi interni efficaciter imperantes, aut prohibentes externos: posterioris generis sunt illi actus, qui non tantùm externos imperant, vel prohibent, quoad esse physicum & materiale, sed etiam quoad esse morale virtutis, aut vitij. Hac distinctione positâ docet hæc sententia, legem humanam non solùm præcipere posse actus internos, qui soli necessarij sunt, vt principia quoad esse physicum & materiale externorum, sed etiam quoad esse morale virtutis, & vitij. Est Caietani 2. 2. *q.* 11. *art.* 3. & *q.* 85. *art.* 3. *in fine*, & *tom.* 2. *opuscul. tract.* 8. *de authoritate Papæ*, *lib.* 19. & *in summa verb. Horæ canonicæ*, §. *quoad* 3. Soti *de iustit. & iure*, *lib. vltimo*, *q.* 5. *art.* 5. *concluſ.* 6. & 7. Nauarri *in sum. lib.* 2. *c.* 105. Henriquez *lib.* 9. *de vero Missæ sacrificio c.* 25. *num.* 5. Emanuëlis Sa *verb. Horæ canonicæ*, *in fine*. Valentiæ 1. 2. *disp.* 7. *quæst.* 7. *punct.* 7. *circa finem*. Suarez *lib.* 4. *de legibus c.* 13. Lessij *lib.* 2. *de iustit. & iure*, *c.* 37. *dub* 11. Azorij *lib.* 5. *Moralium institut. c.* 10. Salas *disp.* 9. *de legibus*, *sect.* 1. Malderi 2. 2. *tract.* 10. *cap.* 2. *de Oratione*, *dub.* 2 Laym. *lib.* 4. *Theologiæ moralis*, *tract* 5. *c.* 5. Syluij 2. 2. *q.* 104. *art.* 5.

6. Potissimum fundamentum huius sententiæ est, quoniam lex humana habet potestatem præcipiendi veros actus virtutum, & prohibendi actus vitiosos, ergo habet potestatem præcipiendi eos actus internos, sine quibus externi non essent veri actus virtutis. Præciendo igitur Ecclesia externam orationem vocalem, simul præcipit internam attentionem, sine qua externa oratio non est verus actus, virtutis religionis. Præcipiendo administrationem alicuius Sacramenti, simul præcipit debitam intentionem ad validitatem talis Sacramenti requisitam, quemadmodum præcipiendo alicui sacrum Ordinem; simul illi præcipit internum votum castitatis cum eo connexum.

7. Ex hac sententia infertur, quòd qui semel in anno confitetur ita exteriùs, vt sacramentum Pœnitentiæ non recipiat, non adimplere præceptum annuæ confessionis, etiamsi hoc solum contingat ex solo defectu interiori, v. g. quia confitetur sine interno dolore, vel sine proposito emendationis, aut sine intentione confitendi, ac Sacramentum recipiendi. Ratio est, quiæ Ecclesia præcipit peccatoribus sacramentum Pœnitentiæ recipere semel in anno, quod Christus simpliciter præcepit aliquando recipere; sed sine interno dolore, vel sine proposito emendationis, aut sine animo confitendi, &c. non recipitur verum Sacramentum, vt suo loco dicemus; ergo. Ita Suarez *tom.* 4. *in* 3. *part. disp.* 36. *sect.* 7. *num.* 3. & *lib.* 4. *de legibus*; *cap.* 13. *num.* 10. Sotus *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 3. *art.* 3. Medina *in summa lib.* 1. *cap.* 15. §. 41. Nauarr. *in summa cap.* 10. *numero* 4. Coninck *de Sacr. disp.* 5. *dub.* 9. Nugnus *in addit. ad* 3. *part. quæst.* 6. *art.* 5. *diffic.* 6. Faber *de Pœnitentia in* 4. *sentent. dist.* 17. *quæst.* 1. *disp.* 30. *cap.* 3. *n.* 55. Comitolus *resp. moral. lib.* 1. *q.* 1. P. Layman. *in Theolog. moral. lib.* 5. *tract.* 6. *c.* 5. *num.* 10. Filiutius *tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 3. *num.* 64. Syluius *in* 3. *part. quæst.* 6. *art.* 5. Emanuel Sa *verb. confessio*, *num.* 1.

8. *Secundò* infertur beneficiatum voluntariè recitantem horas canonicas sine attentione interiori, non adimplere præceptum Ecclesiæ, etiamsi nullum signum externum illius distractionis exhibeat, nec faciat aliquam actionem exteriorem prohibitam. Ratio est, quia per hoc præceptum obligatur homo ad orandum, vt fusè probat Suar. *tom.* 2. *de Relig. lib.* 4. *de horis canonicis*, *cap.* 26. *num.* 13. & *seq.* sed, si nullo modo attendit, non orat; ergo non implet præceptum. Minor probatur. *Primò*, quia oratio vocalis est quædam adoratio, id est, quidam cultus Dei externus: ergo debet fieri in spiritu, & veritate, iuxta illud Christi Ioan. 4. *Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate*. Ergo requirit attentionem mentis, alias non fieret in spiritu; & ideo 1. ad Corinth. 14. dicebat: *Orabo Spiritu*, *orabo & mente*; & loquitur apertè de oratione vocali. *Secundò*, quia oratio est ascensus mentis ad Deum, vt dicunt sancti patres; sed qui profert verba sine vlla attentione, nullo modo ascendit ad Deum corde; ergo non orat. Et hanc sententiam tenet apertè D. Thomas 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 13. *ad* 3. Quod autem dictum est de recitante horas canonicas sine attentione, quòd non adimpleat præceptum Ecclesiæ, dicendum est etiam de eo, qui audit Missam, voluntariè distractus.

9. *Tertiò* infertur, sicut in his casibus peccatur contra præceptum Ecclesiæ, ita posse incurri censuras, vel alias pœnas ipso iure impositas, non seruantibus talia præcepta. Ratio est, quia illa transgressio non est purè mentalis, sed externa, nam est omissio orationis vocalis, vel susceptionis Sacramenti sensibilis: licèt per accidens occultetur per fictionem orationis, vel Sacramenti. Et confirmatur, nam quidquid potest Ecclesia sub obligatione peccati mortalis præcipere, potest etiam condigna pœna punire per ipsam, aut legem, absque alia sententia ferenda per hominem, quando pœna apta est, vt hoc modo imponatur, & culpa est illâ digna.

10. Ex quo sequitur, Clericos beneficiatos, recitantes diuinum Officium, volontarie sine attentione, non facere fructus suos, sed teneri illos restituere, sicut tenentur non recitantes. Quia hi verè non orant, sicut Ecclesia præcipit, vt suprà probatum est: ergo incurrunt pœnam impositam contra non recitantes, quæ est restitutio fructuum. Ita Vasquez *opuscul. de benefic. cap.* 4. §. 1. *dub.* 4. *num.* 104. Nauarr. Suar. Moneta, Lorca, Petrus Nauarr. Rodrig. Sayrus, Aragona, Salas & alij, *vbi suprà*.

11. Et ad confirmationem huius posterioris sententiæ affirmatiuæ, non desunt Doctores etiam asserentes, quòd Pontifex possit præcipere, vel prohibere actum internum, vt coniunctum alicui actui exteriori, etiamsi illa coniunctio non sit per se necessaria ad aliquod esse morale externi actus, sed merè per accidens ex arbitrio operantis. Sic Angelus *verb. Hæreticus*, *num.* 2. Tabien. *verb. Excommunicatio*, 5. *casu* 4. *num.* 4. Caietan. *in summa*, *verb. Excommunicatio*, *cap.* 3. & *verb. Hora*, §. 3. Sotus *lib.* 10. *de iustit. quæst.* 5. *art.* 5. *concl.* 7. Nauarr. *de hor. canon. cap.* 13. *n.* 18. & *seq.* & alij.

12. Probari potest hæc opinio ex vsu Ecclesiæ, quæ hoc modo videtur præcipere, aut prohibere actus internos simul cum externis, vt colligitur ex variis iuribus.

13. *Primum* est, *cap. omnis vtriusque sexus de pœnitent.*

Sup. hoc supra in §. Secundo infertur. & infrà §. Ex quo sequitur huius Res. & Seserius in tr. 6. Rg. 1. 4. §. Verum, ad nedium, à vers. Vnde, & in Res. 48. §. 1. prope finem, & in tom. 2. tr. 3. Res. 3. à lin. 5. & in Res. 4. §. Sed si. à lin. 6. & in fine Res. 25. & ibi in tr. 1. Res. 145. §. 2. ad medium.

Sup. hoc in fine §. 1. not. præteritæ. Pro contẽto in hoc §. Tertio suprà in §. Infertur eum & infrà in §. vlt. huius Res. & in aliis eorum notationum.

Sup. hoc supra in §. Secundo infertur Beneficiatum, & in aliis eius præmæ annot.

Sup. contento in hoc, & seqq. §§. supra in §. Sed cõtraria. huius Res. & in aliis eius annot.

nitent. & remiss. quatenùs præcipiendo confessionem annuam præcipit indirectè dolorem necessarium, & confessionem cogitationum internarum.

14. *Secundum* est, *cap. dolentes, de celebr. Missar. & Clement. 1. eodem titulo*, vbi præcipitur Clericis recitatio Officij attenta, & deuota.

15. *Tertium* est, *cap. commissa, §. cæterùm, de elect. in 6.* vbi punitur, qui recipit beneficium Parochiale, absque intentione suscipiendi debitum Ordinem intra annum, nisi mutuante voluntate ordinetur.

16. *Quartum* est, *Clem. 1. §. verum, de hæret.* vbi Inquisitores, qui ex odio, vel intentione turpis lucri, omittunt contra iustitiam, & conscientiam, procedere contra aliquem in causa fidei, excommunicantur.

17. *Quintum* est, *Clem. 1. de statu Monach. §. Quia verò nonnulli*; vbi Monachus Benedictinus, sine licentia se conferens ad curiam Principis, animo accusandi Prælatum, excommunicatur, & non sine tali intentione.

18. *Sextum* est, *cap. 7. 8. & 17. distinct. 30.* vbi excommunicatur, qui ex contemptu, vel interna superstitione, ieiunium Ecclesiasticum non seruauerit, aut die Dominica ieiunauerit, & non alias: cùm tamen contemptus, interior actus sit. Et eodem modo solent iura Canonica excommunicare facientes hoc, vel illud scienter, vel ausu temerario, & cum aliis similibus particulis, significantibus modos merè internos actuum externorum, qui nec sunt per se connexi cum illis, nec per illos manifestantur; & nihilominus censura incurritur cum illo modo, & non sine illo, vt est communis doctrina: ergo.

19. *Vltimò* probari potest hæc sententia, quia Pontifex præcipere potest Sacerdoti, non solùm, vt faciat Sacrificium, sed etiam, vt illud applicet pro tali defuncto, quæ tamen applicatio interna non est necessaria ad esse morale dicti actus externi, nempe Sacrificij: ergo.

20. Imò plus aliqui addunt, posse videlicet Pontificem obligare ad omnes omnino actus internos. Videtur hæc potestas à Christo concessa Ecclesiæ illis verbis, Matthæi 18. *Quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo*; quæ cùm ampliſſima sint, & absque vlla restrictione, extendi etiam debent ad actus internos: quia cùm sint fauorabilia, debent amplè explicari iuxta regulam 15. iuris, *Odia restringi, fauores conuenit ampliari*. Et expediens fuit, vt hæc potestas communicaretur Vicario Christi, tum ad maiorem directionem fidelium, in ordine ad æternam salutem consequendam: tum ad maiorem obseruantiam legis diuinæ, quæ per actus internos efficaciùs vrgetur, ac promouetur: sicut ob eandem causam expediens fuit, vt illi communicaretur potestas, interna vota fidelium irritandi. Et ideò hanc sententiam tenet glossa.

21. Quid ego sentiam, dicam breuiter, Prima sententia negatiua superiùs posita, est satis probabilis. Secunda affirmatiua, est probabilior, & secundùm ipsam dicendum Pontificem potuisse, & posse punire censuris annuam cõfessionem sacrilegam, ex defectu doloris; vnde si Pontifex ferret excommunicationem contra eos, qui in Paschate non confitentur, vt nequeant sacramentaliter validè absolui, quantumvis hoc fiat defectu solius doloris interni, incurrerent in censuram: quia ipsi verè omittunt aliquem actum externum à Papa validè sub ea pœna præceptum. *Primò*, quia omittunt ipsam susceptionem Sacramenti. *Secundò*, quia vel non confitentur integrè, si non dicant se confiteri sine sufficiente dolore: nam in hoc grauiter peccant. Vel si hunc defectum etiam fateantur, tunc manifestè omittunt facere talem etiam externam confessionem, quæ ad absolutionem sufficiat, cùm tamen iustè sub ea pœna præceptum sit, & integrè confiteri, & tali modo, vt confessio possit iudicari idonea ad absolutionem impendendam. Et ita præter citatos Doctores tenet Præpositus *in 3. part. quæst. 3. de Confess. dub. 9. num. 55.* & Amicus *in cursu Theolog. tom. 8. disp. 18. sect. 8. per totam.*

Quoad hoc lege suprà §. Infertur, huius Resol. & alios §§. eius annot.

RESOL. XXX.

An Pontifex possit dispensare, vt aliquis ante communionem non confiteatur, dummodo eliciat actum contritionis de peccatis mortalibus commissis.

Et docetur, an præceptum de præmittenda confessione ante Eucharistiam sit à Christo Domino institutum, vel sit diuinum positiuum, aut Ecclesiasticum. Ex part. 8. tr. 1. Resol. 51.

§. 1. VIdetur affirmatiuè respondendum, quia præceptum de præmittenda confessione ante sumptionem Eucharistiæ, non est diuinum naturale ortum ex natura ipsa Eucharistiæ, & confessionis sacramentalis, quam habent ex institutione diuina, absque alia superaddita insinuatione diuina, quia Christus potuit vtrumque dictum Sacramentum, substantiâ vtriusque integrâ permanente, instituere absque obligatione confitendi ante sumptionem Eucharistiæ.

Sup. verba hic cõtenta abhinc vsque ad §. vlt. huius Resol. exclusiuè pro diffic. huius præcepti in to. 1 tr. 3. Resol. 140. §. His suppositis, & in principio Resol. 141. & in Resol. 144. à §. Notandũ est vsque in finem, & cursim in aliis earum annotationum.

2. Neque est diuinum positiuum, sed Ecclesiasticum, & ita tenet Palat. *in 4. dist. 9 quæst. 10.* Medina *Cod. de confess. quæst. 17.* Armilla *verb. Communio*, & Nauarrus *in init. de Pœnit. distinct. 5. in 3. part. glossa num. 31. & 32.* docent dictum præceptum esse tantùm Ecclesiasticum. *Primò*, quia præceptum hoc continetur in illis verbis: *Probet autem se ipsum homo.* Hæc autem verba sunt Pauli, non Domini. *Secundò*, quia Tridentinum *cap. 7.* præceptum hoc appellat Pauli, non Domini, quia post mentionem Apostoli, ait; quare reuocandum est in memoriam eius præceptum. Vbi relatiuum, *eius*, ad Apostolum, non ad Dominum refertur, tum quia, quamvis antea facta fuerit mentio Apostoli & Domini, tamen in verbis propriis ipsius Tridentini non fuit facta mentio Domini, sed Apostoli; Domini autem tantùm facta fuit mentio in verbis Pauli relatis à Tridentino, nempe: *Non diiudicans corpus Domini*, imò relatis ante mentionem Apostoli: tum etiam, quia postquam Tridentinum dixit: Reuocandum est in memoriam eius præceptum; illud statim, & immediatè assignat, referens verba illa Pauli: *Probet se ipsum homo*, in quibus præceptum continetur; ait enim Tridentinum: Quare reuocandum est in memoriam eius præceptum, *Probet se ipsum homo.*

3. Sed contrariam sententiam docet Sotus *in 4. distinct. 12. quæst. 2. art. 4.* Canus *relect. de Pœnitent. part. 5.* Valentia *tom. 4. disputat. 6. quæst. 8. punct. 3.* Vasquez *in 3. part. tom. 3. disputat. 207. cap. 4.* Suarez *tom. 3. quæst. 80. artic. 5. disputat. 66. sect. 3.* & alij asserentes hoc præceptum esse à Christo Domino institutum, & Apostolis, ac per eos Ecclesiæ traditum. Probatur, conclusio ex Paulo 1. *ad Corinth. 11.* vbi addens: *Probet autem se ipsum homo*, quod Tridentinum intelligit de confessionis præcepto,

præcepto, præmisit: *Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis.* Ergo sentit esse præceptum Dei, & non suum. *Secundò* probatur ex traditione Ecclesiæ, quæ ita hoc semper intellexit, & conseruauit, quod conforme est regulæ traditæ ab August. *lib.4. de Baptismo, contra Donatistas, c.24. in principio.* Cuius verba sunt: quod vniuersa tenet Ecclesia, neque à Conciliis institutum est, sed semper retentum, nonnisi authoritate Apostolica traditum rectissimè credimus. Vbi per illa verba *traditum Apostolica authoritate*, idem intelligit quod institutum iure diuino, vt patet ex præcedentibus illis verbis: *Eisi quisquam in hac re authoritatem diuinam quærat*; Præceptum autem de præmittenda confessione ante Eucharistiam huiusmodi est, *Tertiò* probatur ex Patribus ita intelligentibus prædictum locum Pauli, vt ex Cypriano *lib.1. Epistolarum, epistol.3.* & August. *in Psal.118.* Chrysost. *homilia 30. in Genesim. Quartò* probatur, quia ratio ipsa docet, ad necessariam præparationem, vt Sacramentum ita excellens sumatur, necessarium esse eum modum, qui ad gratiæ dignitatem adquirendam sit omnium certissimus; hic autem modus est Confessio sacramentalis simul cum dolore, vt si fortè dolor de se solus non sufficiat ad gratiam obtinendam, cum Sacramento sufficiens sit, quod verò licèt homo certus esset ex reuelatione se esse in gratia, deberet post mortale commissum confiteri. Probatur, quia non solùm debet confiteri, vt sit in gratia, sed etiam vt sit in gratia conuenienti modo Ecclesiæ: Nam sicut ad ingressum Collegij non satis est, aliquem esse dignum, nisi probetur talis dignitas per ministros ipsius Collegij, ita etiam nullus est admittendus ad hanc sacram mensam, nisi dignum eum esse constet per ministros Ecclesiæ, qui sunt Confessarij: qui quidem nisi præmissa confessione pœnitentis, nequeunt eius dignitatem agnoscere.

4. Dicendum est igitur, quòd Ecclesia non constituit hoc præceptum post tempora Apostolorum, vt patet ex Trident. *cap.7.* citato, docente, Ecclesiasticam consuetudinem declarare probationem, de qua Apostolus, esse, vt conscius peccati mortalis confessionem præmittat. *Secundò*, docente reuocandum in memoriam præceptum ipsius, scilicet Pauli; igitur Ecclesia illud non constituit post tempora Apostolorum.

5. Dices esse ipsius Apostoli. Respondeo, non dici illius, vt condentis legem, sed vt promulgantis, quod ostendi potest. *Primò*, non est veri simile, quòd Apostolus voluisset Corinthiis parum spiritualibus tantùm onus imponere, si non fuisset à Deo impositum. *Secundò*, Apostolus nunquam insinuat se illam legem condere, cùm tamen communiter id indicet, quando legem condit. *Tertiò*, quæ de Eucharistia tradit *cap.11.* citato, accipit à Domino, vt docet Leo *eodem cap.* non potest autem solidè dici accepisse alia, non verò istud.

6. Dices: Ecclesia videtur in hoc præcepto dispensare, quandoquidem in quibusdam casibus liceat ei, qui sibi est conscius mortalis peccati, communicare sine præuia confessione. Respondeo, negando assumptum, & dico, quòd liceat in quibusdam casibus communicare sine præuia confessione, non prouenire ex dispensatione Ecclesiæ, sed solùm ex declaratione, quòd ius diuinum in iis casibus non obliget: potest verò Ecclesia declarare illud in certis casibus non obligare, sicut in quibusdam aliis materiis declarat, v.g. quòd Episcopi in quibusdam casibus non teneantur in suis Episcopatibus residere. Igitur his stantibus, videtur non posse Pontificem dispensare, vt absolutè aliquis in particulari, sumat Eucharistiam cum solo actu contritionis, sine præuia confessione mortalium.

RESOL. XXXI.

An Pontifex possit reseruare peccata venialia.

Ex quo etiam infertur, an Superior possit reseruare excommunicationem minorem.

Et deciditur cæteros Superiores, & alios Prælatos inferiores Papâ non posse sibi reseruare peccata venialia. Ex part.8. tr.1. Res.52.

§. 1. NEgatiuè respondent, quoad primum, Doctores, qui asserunt omnem Sacerdotem per se, & non ab Ecclesia habere iurisdictionem super hæc peccata. Negat etiam Bordon. *tom.1. var. resol. 37. quæst.6. & 7.* qui alioqui volebat, nec de iure diuino, neque Ecclesiastico, simplices Sacerdotes habere facultatem ab iis peccatis absoluendi. Quia simpliciter non possunt fideles obligari ad talia peccata confitenda.

2. Hanc etiam sententiam tenent Vasquez *in 3. part. tom.4. disput.91. art.2. dub.2.* & Reginaldus *lib.1. n.126.* & alij, asserentes, peccata venialia non esse materiam aptam reseruationis, ac proindè non posse reseruari. Deinde Vasquez putat Sacerdotem quemlibet in ipsa ordinatione accipere potestatem, vi cuius possit absque vlla alia potestate illicò absoluere à venialibus, vt proindè ea non possint à Superiore reseruari, cùm Ordinis potestas ab eo non pendeat. Quinimò addit, etiamsi concedatur præter potestatem Ordinis, necessariam etiam esse potestatem iurisdictionis; adhuc tamen dicendum esse, quòd venialia non possint reseruari, quia vt inquit ipse, non quælibet negatio iurisdictionis dicenda est reseruatio, sed ea tantùm, per quam superior sibi reseruat iudicium de aliquo peccato, vt vi illius teneatur pœnitens coram reseruante compærere. Atqui Superior non potest ita reseruare sibi iudicium de venialibus, vt pro eorum absolutione teneatur pœnitens coram illo comparere, cùm ad eorum confessionem non possit obligari; ergo non potest illa reseruare.

3. Sed contrariam sententiam, in rigore loquendo, tenet Auersa, & meritò, *de Sacram. Pœnit. quæst.17. sect.2.* cui ego adhæreo, addo Card. de Lugo *de Pœnitent. disput.20. sect.2. numer.12.* & Coninck *de Sacram. disp.8. dub.11. n.80.* Mazuchellum *de cas. res. disp.1. quæst.1. diffic.8. num.20.* Hurtadum *de Sacram. disput.11. de Pœnitent. difficult.4.* non quasi possent cogi fideles ad ea confitenda, sed quia non possent de iis confiteri, & directè absolui, nisi de licentia eiusdem Pontificis. Dico igitur posse à Summo Pontifice peccata venialia reseruari, ita vt reseruatio hæc non iam inducat obligationem absolutam illa confitendi, sed tantùm conditionatam, & suppositionis: quòd nimirùm quoties illa voluerit confiteri, ea confiteatur Sacerdoti ad id approbato. Et ratio est, quia ad sacramentalem absolutionem etiam à venialibus, requiritur iurisdictio, quam esse delegatam, & ab Ecclesia concessam sustineo cum Suarez *de pœnitent. disp.26. sect.5. num.9.* Coninck *disp.8. dub.2. n.16.* Ergo eam potest pro libito vel concedere, vel negare, vel etiam limitare, provt voluerit; nulla enim afferri potest ratio, quare hoc non possit fieri cùm iurisdictionis huiusce collatio tota pendeat à voluntate concedentis. Sic posset Superior reseruare excommunicationem minorem, quæ tamen

Quoad primam diffic. huius tituli infrà in Res. 35. §.1. versùm in fine, & in §. Sed hâc, & in Res.39. §. Nec obstat ratio.

Sup. hoc quod hîc asseritur infrà in §. 2. ad lin.5. & in §. Sed, ante medium, vers. Et ratio est, & in §. vlt. huius Res. & infrà in Res. 35 per totam & vt magis clarescat doctrina huius quæst. Vide infrà doctrinam Res.37. per totam, & signanter à §. Quæro vnde, & Res. 39. à §.1. vsque ad §. Quintus casus, & in tom.1. tr.4. Res.10.

tamen contrahitur per participationem, quæ potest esse tantùm peccatum veniale, putà quando quis communicat cum excommunicato vitando, in cibo, potu, osculo, salutatione, aut aliis negotiis ciuilibus. Ita Suarez *disp.29.de Pœnitent.sect.3. num.1.* Et hoc certum est in Summo Pontifice, qui cùm possit efficere, vt aliquis Sacerdos à nullo omninò peccato possit absoluere, poterit etiam efficere, vt non possit ab aliquibus absoluere. Cæterùm si de aliis Prælatis loquamur, porrò ij videntur non posse sibi reseruare peccata venialia. Et ratio est, quia cùm quilibet Sacerdos nulla censura impeditus ex generali concessione Ecclesiæ habeat iurisdictionem in omnia peccata venialia, potestas hæc videtur non posse restringi à particularibus Prælatis, qui communem Ecclesiæ concessionem non possunt limitare.

Sup. hoc in §§ sot. seq.

4. Et ideò nostram sententiam de summo Pontifice præter Auersam *vbi suprà*, tenet Megala *de Pœnit. lib.1. cap.11. n.6.* & Coninck *de Sacram. disp.8. dub.11. n.80.* vbi sic ait. Sequitur tertiò, superiorem posse etiam inferiorem priuare potestate necessaria ad absoluendum sacramentaliter ab aliquibus peccatis venialibus, quod saltem verum est de Pontifice, quia, vt ostendi *n.17.* quòd omnes Sacerdotes ab his possint absoluere, prouenit ex concessione Ecclesiæ, siue Pontificis, qui absolutè posset efficere, vt aliquis Sacerdos à nullo omninò peccato posset absoluere. Quare etiam poterit efficere, vt non possit absoluere ab aliquibus. De reliquis verò Prælatis res est satis dubia. Nam cùm quiuis Sacerdos nulla censura impeditus ex generali concessione Ecclesiæ habeat iurisdictionem in omnia peccata venialia; videtur hæc potestas non posse restringi à particularibus Prælatis, qui communem Ecclesiæ concessionem limitare non possunt. Ita Coninck.

Sup. hoc infrà in Resol.15. §. Probatur, in fine, & in to.1. tr.4. ex lata doctrina Resol.10. §. penult. à lin. 4.

RESOL. XXXII.

An Pontifex possit reseruare peccata mortalia interna.

Et quid circa hoc apud Religiosos, & Episcopos.

Et an Ecclesia non possit peccata mere interna afficere censuris? Ex part.8. tr.1. Resol.53.

§. 1. NEgatiuè respondet R. P. Bordonus *in consil. Regul. tom.1. resolut.37. numer.9.* Llamas *part.1. cap.7. §.14.* Coriolanus *de cas. reseru. sect.1. artic.5. num.6.* quia Ecclesia nullum ferre potest iudicium de peccatis merè occultis, & internis, *cap. erubescant. 11. distinct.32. in fine*, occulta enim, & incognita illi sunt relinquenda, qui solus nouit corda filiorum hominum, *cap. consuluisti 18. 2. quæstion.5.* latentia peccata vindictam non habent, *cap. fin.32. quæst.5.* neque Ecclesia iudicat de occultis, *cap. sicut tuis literis 33. in fine de simon. & cap. tua nos 34. eod.* dicitur, Nobis datum est de manifestis tantummodò iudicare. Ex his authoritatibus clarè colligitur nullum Prælatum, neque etiam Papam habere potestatem, & ius super occulta, & interna peccata, quorum castigatio, & iudicium soli Deo reseruatur. Tum quia Ecclesia non potest peccata merè interna afficere censuris: ergo neque eadem reseruare. Antecedens constat ex Doctoribus citatis à Bossio *suprà sectione.1. casu 10. numer.107.* vbi de hæresi mentali sine excommunicatione. Tum quia cogitationis nemo pœnam meretur, *cap. cogitationis distin.1. de Pœnit.* Tum quia D. Thomas 2. 2. *quæstion. 104. artic. 5.* dicit, quòd in iis, quæ ad internum motum voluntatis pertinent, homo non tenetur obedire alteri, sed Deo tantùm. Tum quia Legislator non potest ferre legem de his, de quibus iudicium ferre non potest, sed non potest iudicium ferre de internis, cùm sibi incognita sint, solus enim Deus est scrutator cordium; ergo non potest ferre legem reseruationis.

Sup. hac & seq. doctrina lege Resol. 22. & 29. & §§. eius primæ not. & pro censuris contentis in hoc textu, latissimè in to.5. tr.1. Resol.14. & in tom.6. tr.3. post ferè tres pagi-nas à principio Resol.2. à vers. Sed vt cognoscat & in to.5. tr.8. Resol.5. §. Notandum est & in Resol.29. §. Et tandem, & seq. & ibi in tr.10. Resol.93. in fine vers. nam Hæreticus, & in tom.2. tract.6. Resol.171. §. verum, à lin.3.

2. Sed mihi placet posse maximè Summum Pontificem reseruare peccata mortalia interna. Ita docet Coninck *de Sacrament. disp.8. dub.11. n.76.* Suar. *de Pœnitent. disp.29. sect.3. n.3.* Vasq. *in 3. part. tom.4. quæst.91. dub.3.* Sanc. *in summa, tom.1. lib.2. cap.8. num.8.* Auersa *de sacram. Pœnitent. q.17. sect.2.* Miranda *tom.2. q.34. art.3. concl.1.* Quare si Pontifex vellet sibi reseruare consensum voluntatis in hæresim, reseruatio teneret, si diceret, Nolo vt quispiam absoluere possit ab hæresi, etiamsi mente tantùm sit concepta; per hæc enim verba ex eo quòd intelligeretur infetioribus sacerdotibus limitata iurisdictio, ita vt ad mentalem hæresim non extenderetur, porrò hæc intelligeretur reseruata.

3. Obiicies ex supradictis *primò*, Ecclesia non potest propter peccata interna censuras imponere, ergo non potest illa reseruare. Respondeo cùm Suario *loco citato*, concesso antecedente negandam esse consequentiam; Ecclesia enim non potest imponere censuras propter interna peccata, quia censura est pœna portinens ad iurisdictionem fori contentiosi, quæ nullo modo extenditur ad actus internos; reseruatio verò non est pœna, sed tantùm limitatio iurisdictionis fori pœnitentialis, quæ per se cadit etiam in actus internos.

4. Obiicies *secundò*. Ecclesia non iudicat de peccatis internis: ergo non potest ea reseruare. Respondeo, verum quidem esse, quòd Ecclesia in foro exteriori nihil potest circa peccata interna, vnde nec potest illa specialiter prohibere, nec punire; tamen in foro interno habet iurisdictionem, vt de illis iudicium ferat: eo etiam maximè quòd pœnitens teneatur iure diuino illa deferre ad hoc iudicium, & in eo esse accusator sui ipsius, & testis contra se. Vnde est, vt Ecclesia possit iudicium de his peccatis internis committere designatis quibusdam iudicibus, ita vt hi tantùm possint ab iis absoluere, & non alij.

5. Et post hæc scripta inueni hanc sententiam docere etiam Amicum *tom.5. disp.5. sect.5. n.163.* vbi sic ait. Ad vndecimum negatur consequentia. Ratio discriminis est: quia potest Pontifex interna peccata sibi reseruare per restrictionem iuridicæ potestatis absoluendi, vt *in 8. tom. de Pœnitentia disp.13. sect.10.* docet. Quâ restrictione factâ nequit inferior Sacerdos defectu iurisdictionis ab huiusmodi peccatis absoluere. Nam etsi potestas absoluendi à peccatis in Sacramentali sit à Christo Domino, illa tamen saltem quoad exercitium pendet à Pontifice, à quo pro bono Ecclesiæ regimine limitari potest. Ita ille, & ego.

6. Dico igitur, loquendo de possibili, posse Pontificem peccata interna reseruare, quia non minus requiritur iurisdictio in Confessario ad hæc peccata absoluenda, quàm ad externa. Si ergo Superior neget hanc facultatem, non remanet iurisdictio in inferiori. Nec facit ad rem, quòd Ecclesia non habet facultatem ad præcipiendos, vel prohibendos actus merè internos: quia in præsenti potestas non est ad peccata sed ad confessionem iurisdictionis in ordine ad absolutionem, quæ absolutio est actus externus. Sicut etiam Pontifex reseruat sibi dispensationem voti meri interni circa aliquas materias.

7. Loquendo

7. Loquendo autem de facto, licet apud Religiosos aliquando reseruata fuerint peccata etiam interna; Pontifex tamen nunquam ea sibi reseruat; neque etiam Episcopi communiter consueuerunt ea reseruare. Si aliquis autem Episcopus aliquod peccatum internum propter eius specialem grauitatem reseruaret, v. g. hæresim internam, prout aliquis dicitur reseruasse, valida erit reseruatio. Sot. tamen *disp.* 18. *q.* 2. *art.* 5. reprehendit acriter talem reseruationem. Et quidem rarò expediet, maximè si non solùm confessariis delegatis, sed etiam habentibus iurisdictionem ordinariam immediatam negetur potestas absoluendi. Reseruatio enim exigit, ad hoc, vt prudenter fiat, necessitatem coërcendi, aut adhibendi remedium speciale, quod ad peccata merè interna communiter non reperitur: quia si peccator reuera non corrigitur, & emendatur, citò progredietur ad actum externum, ratione cuius reseruari poterit. Et hæc omnia præter Doctores citatos docet etiam Cardinal. Lug. *de Pœnit. disput.* 20. *sect.* 2. *num.* 13. & 14.

RESOL. XXXIII.

An Pontifex possit reseruare omnia peccata mortalia externa.

Et an hoc validè, licet illicitè facere possit? Ex part. 8. tr. 1. Res. 54.

§. 1. NEgat Bordonus *in consil. Regul. tom.* 1. *resol.* 73. *numer.* 10. Quia Papa tantam potestatem habet, quanta sibi tributa fuit à Christo, cuius est in terris Vicarius; sed credibile est, & rationi consonum, quòd Christus non contulerit Ecclesiæ tam amplam facultatem reseruandi sibi omnia peccata mortalia: ergo illa sibi validè reseruare non potest. Minor suadetur, & quia potestas à Christo communicata Ecclesiæ rationabilis est, cuiusmodi non esset hæc, & quia est in ædificationem fidelium, & non in destructionem, vt esset hæc. Cum quia Papa habet facultatem reseruandi sibi peccata non ad proprium libitum, & commodum, sed ad vtilitatem animarum, vt eas retrahat à peccatis: ergo hæc facultas regulanda est à commodo fidelium, non à proprio, consequenter, vbi non subest vtilitas fidelium, vt in hac re, neque adest talis facultas. Tum quia Tridentinum *sess.* 14. *c.* 7. dicit quòd Summi Pontifices pro suprema potestate in Ecclesia vniuersa sibi tradita, causas aliquas grauiores criminum possunt suo peculiari iudicio reseruare illis verbis. Vnde meritò Pontifices maximi pro suprema potestate sibi in Ecclesia vniuersa tradita, causas aliquas criminum grauiores suo poterunt peculiari iudicio reseruare. Dicit enim aliquas & non omnes, vt insinuaret, talem potestatem non posse extendi super omnia mortalia, vt etiam colligitur ex comparatione *grauiores*; ergo non potest omnia sibi reseruare. Tum quia lex inutilis, & quæ non est in bonum commune fidelium, non obligat, neque meretur nomen legis, Soto *lib.* 1. *de iustit. q.* 1. *art.* 2. Vasquez *disp.* 151. *cap.* 2. Salas *disput.* 1. *sect.* 8. *num.* 50. quos pro se citat Bonacin. *part.* 1. *de legibus, num.* 9. sed talis reseruatio esset inutilis, & contra bonum commune, cùm præiudicaret omnibus fidelibus, qui cogerentur accedere Romam, etiam ex partibus tam longinquis. Tum quia sententia continens errorem intolerabilem nulla est, & nequaquam obligat, *cap. per tuas*, 40. *de sentent. excommunicat.* & *ibi gloss.* 11. intolerabilem errorem: ergo idem dicendum est de lege reseruationis omnium mortalium esse nullam, quia est error intolerabilis in præiudicium totius Ecclesiæ.

2. Sed non deseram hîc apponere sententiam affirmatiuam defensam à nostro P. Megala *in instit. peregr. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *num* 5. vbi sic ait. Pone Summum Pontificem velle omnia simul peccata mortalia sibi reseruare, quæritur, an possit? Et videtur respondendum negatiuè; & ratio est, quia Summus Pontifex non habet potestatem reseruandi sibi casus tanquam dominus, & ad proprium commodum; sed tanquam Christi Vicarius ad vtilitatem subditorum: at si omnia simul mortalia peccata à Summo Pontifice reseruarentur, maximum inde incommodum, & spirituale damnum sub ditis eueniret; ergo omnia peccata mortalia simul Summus Pontifex reseruare non posset. Pro resolutione tamen respondendum erit cum distinctione; nam duobus modis intelligi potest ly *an possit*, scilicet, an possit sine peccato, & an possit ita, vt valida sit reseruatio; & quoad primum modum, respondendum erit negatiuè, tum per nuper dictam rationem; tum etiam, quia vt superior, quicumque sit, possit absque peccato casus aliquos sibi reseruare, necessariò requiritur, vt causa aliqua legitima interueniat, vt affirmat Suarez *de Pœnit. disp.* 29. *sect.* 4. *in princip.* nulla autem legitima causa interuenire potest, vt omnia simul peccata mortalia reseruentur; ergo omnia simul absque peccato reseruari non possunt. Sup. his, & doctrina seq. huius Res. ex Res seq. lege §. vlt. & sig- nater à vers. Hùc infero.

3. Quoad secundum verò modum intelligendi ly *an possit*, scilicet an possit ita, vt valida sit reseruatio? Respondetur affirmatiuè, & ratio est, nam cùm omnis huius spiritualis fori iurisdictio à Summo Pontifice quoad inferiores omnes emaneat, & ab illo pendeat, vt *suprà* probatum est, ita inferioribus datur, vt possit ab illo limitari & auferri, prout illi videbitur, in quantum pertinet ad absolutam eius potestatem; nam illam aliis quocumque modo concedendo, nunquam intendit se priuare iure suo, ac ideò factum teneret etiamsi absque conueniente ratione fieret, vt probat idem Suarez *in dicta sect.* 4. *num.* 7. Nec obstat ratio in contrarium adducta, nam habet locum quoad primum huius distinctionis membrum scilicet, vt fieri non possit absque peccato.

4. Et ideò Cardinalis Lugo *de sacram. Pœnitent. disp.* 20. *sect.* 3. *num.* 30. supponit Summum Pontificem validè reseruare posse omnes casus, licèt illicitè id faceret, quando nimia reseruatio esset potius in destructionem, quàm in ædificationem Ecclesiæ: reseruatio tamen valeret, quâ iurisdictio omnium inferiorum dependet, vt suppono, à Summo Pontifice, quare licèt ipse peccaret, non relinquendo ordinem debitum, & potestatem necessariam in inferioribus; validè tamen id faceret.

RESOL. XXXIV.

An Pontifex validè possit sibi reseruare absolutionem casus, & excommunicationis etiam in articulo mortis.

Ex quo infertur reseruationem factam à Papa absque causa, valere respectu omnium confessorum, non tamen esse licitam. Ex part. 10. tr. 14. & Misc. 4. Res. 7. alias 5.

§. 1. NEgatiuè respondet Texeda *in Theologia moralí, tom.* 2. *lib.* 3. *tract.* 3. *numer.* 134. quia potestas à Christo Domino tradita Pontifici Sup. hoc lege infrà §. vlt. Res. 42.

ad gubernandam suam Ecclesiam, ad expendendósque Christi thesauros, non est ei data in destructionem membrorum eius, sed in eorum ædificationem, & meliorem profectum in via salutis æternæ & perpetuæ pacis: at si summus Pontifex posset reseruare casus, & excommunicationem in articulo mortis, non dispensaret Ecclesiæ thesauros iuxta facultatem sibi traditam: ergo talem potestatem non habet Pontifex. Secundò, quia Pontifici non est tradita potestas à Christo, nisi ad lucrandas animas Fidelium è morte æterna, eásque traducendas in vitam æternam, & non ad pendendum eas: at si Pontifex haberet potestatem reseruandi sibi excommunicationem, & casus in articulo mortis, talis potestas esset ei tradita ad perdendum eas, cum multi è vita decederent absque remedio salutis, cùm ad Pontificem adire non possent: ergo. Tertiò, quia vnusquisque habet ius intrandi in vitam æternam: ergo in Pontifice non est potestas impediendi istud ius, qualiter impediretur si Pontifex haberet potestatem seruandi sibi casus & censuras in articulo mortis: ergo talis potestas non est ei collata. Tandem quia hæc sententia est contra Concilium Tridentinum, *sessione* 24. cuius verba sunt. Custoditum semper fuit, vt nulla sit reseruatio in articulo mortis, vbi patet, omnes Sacerdotes posse absoluere in articulo mortis à reseruatis non solùm indirectè, & per accidens, sed per se, & directè: quia omnes Sacerdotes pro illo articulo habent veram Iurisdictionem, etiamsi sint simplices. Vnde ex his patet responsio, an reseruatio facta à Papa absque legitima causa, sit valida respectu omnium Confessorum. Neque Sotus *in* 4. *dist.*18. *quæst.*2. *artic.*5. Ruardus, *art.*3. *contra Caluinum*, Vasquez *quæst.*91. *art.*3. *dub.*4. & Luysius *de Pœnit. disp.*31. *dub.*4. Loquendo de reseruatione respectu confessariorum ordinariorum, qui ex officio habent iurisdictionem Episcopi, & Parochi; licet esse validam affirment respectu Sacerdotum, qui non ex officio, sed ex sola delegatione superioris habent iurisdictionem.

2. Sed his non obstantibus, puto sententiam affirmariuam esse satis probabilem, quam tuetur Bonacina *tom.*3. *disputatione* 1. *q.*22. *punct.*2. *n.*13. & ante illum Suarez *in* 3. *part. tom.*2. *disputatione* 3. *sectione* 3. asserentes, posse Pontificem in articulo mortis reseruare excommunicationem, ita vt nullus ab ea absoluere possit, quamuis ita faciendo malefaceret, & non esset immunis à mortali culpa. Hinc infero reseruationem factam à Papa absque legitima causa, valere respectu omnium confessorum, non tamen esse licitam, quia iurisdictio omnium inferiorum dependet à summo Pontifice: ergo licet ipse peccet, non relinquendo ordinem debitum & potestatem necessariam in inferioribus, validè tamen id faciet. Sic. Maior. *in disp.*17. *q.*5. Angelus *verb. Casus.* Syluester *verb. Confessor.*1. *quæstione* 3. Henricus, *quodlibet* 1. *quæst.*27. Suarez *disp.*20. *sect.*4. *num.*6. Ægidius, *disp.*8. *dub.*11. Hurtado, *disp.*11. *difficul.*2. Lugo, *disp.*20. *n.*30. *pag.*462. Ochagauia, *tract.*2. *q.*1. *num.*2. Villalobos *tract.*9. *difficul.*57. *num. vlt.* licet contrarium asserant Doctores superiùs citati. Itaque, vt dixi, circa supradictas difficultates, vtraque opinio est probabilis.

Sup. his, & seqq. in Ref. prætefita, §. sed non vsq; in finem dictæ Ref. & signanter in dicto §. à vers. Pro resolutione.

RESOL. XXXV.

An Pontifex possit auferre à simplicibus Sacerdotibus iurisdictionem absoluendi à peccatis venialibus.

Idem est dicendum de peccatis mortalibus aliàs confessis & rectè absolutis.

Et an absolluo alio inferiori Prælato possit talis iurisdictio auferri, aut limitari.

Et an simplices Sacerdotes habeant potestatem absoluendi à venialibus, & mortalibus alias rectè absolutis, nisi sint ab Episcopo approbati.

Et quæritur etiam, à quonam iure hoc habeant, an à iure diuino, vel per concessionem Ecclesiæ.

Et an Summus Pontifex habeat ordinariam iurisdictionem in foro Pœnitentiæ quoad totam Ecclesiam, idque à iure diuino cum primùm est electus.

Et ideo, an possit aliquem delegare pro tota Ecclesia etiam repugnantibus Episcopis & Parochis.

Idem est dicendum de Episcopo pro tota sua Diœcesi, repugnantibus Parochis. Ex part.8. tract.1. Ref.55.

§. 1. NEgatiuè videtur respondendum, nam Capreolus *in* 4. *dist.*19. *q.*2. *artic.*3. *ad* 1. *contr.*3. *concl.*. Plaud. *quæst.*2. *art.*3. *num.*25. Sot. *dist.*18. *quæst.*4. *art.*2. *ad* 3. Ledesm. *part.*2. *q.*22. *art.* 1. Caietan. *in summa verb. Absolutio*, & *tom.*1. *opusc. tract.*7. *quæst.*1. indicant, Vásquez *in* 3. *part. tom.*4. *quæst.*93. *art.*1. *dub.*6. & Kellison. *quæstion.*8. *artic.*5. *dub.*3. contendunt quemlibet Sacerdotem habere hanc totam facultatem de iure ipso diuino, adeóque non posse ab Ecclesia auferri: ideò non posse peccata venialia; ac similiter mortalia aliàs ritè absoluta, ampliùs ab Ecclesia reseruari.

Sup hoc supra in Ref. 31. signanter §. 1. ad lin. 2. & in aliis §§. & vers. eius annot. & in tom. 1. tr. 4. Ref. 10. &c.

2. Sed Bordonus *in consil. Regul. tom.*1. *resol.*36. *q.*20. *n.*57. putat simplices Sacerdotes non habere potestatem absoluendi à venialibus, nisi sint ab Episcopo approbati. Sic enim asserit. Quæro, an pro absolutione venialium præcisè, aut etiam mortalium, aliàs tamen ritè remissorum, & pro articulo mortis requiratur approbatio Episcopi? Respond. Requiritur pro peccatis venialibus, & mortalibus iam semel ritè etiam remissis; non autem pro articulo mortis. Primum suadetur. Tum quia ex illo capite nullus potest audire confessiones personarum sæcularium, nisi approbatus sit ab Episcopo, aliàs nulla est attentata absolutio, vt de communi Doctorum refert Barbosa ad hoc *cap.*15. *session.*23. *n.*4. Sed tam est confessio facta de venialibus, quàm de mortalibus; ergo de vtrisque est ibi sermo. Tum quia ad absoluendum à peccatis etiam venialibus requiritur potestas iurisdictionis, vt constat ex iis; quæ adduxi *q.*5. §. *Secunda*, & bene probat Faber *disp.*25. *de Pœnit. n.*73. hanc autem nemo habere potest, nisi ex præuia approbatione Episcopi, ad quam ea consequitur, *vt ibidem* probaui, §. *Quarta*, & sine approbatione non tenet absolutio, ex probatis de communi *ibidem ex* §. *Prima*, ergo ad absoluendum à venialibus requiritur approbatio. Tum quia benè probat Faber *disput. citat. à n.*71. *ad* 76. Sacerdotem simplicem carere iurisdictione respectu venialium, nisi ad hæc approbetur ab Episcopo, quod enim aliqui aiunt ad tollenda hujusmodi non requiri iurisdictionem; iam oppositum probatum est, aut si requiritur, eam habere à iure diuino, hoc non probatur, quia si haberent, multò magis quoad mortalia, cùm horum absolutio sacramentalis necessariissima sit, aut ab vniuersali Ecclesiæ consuetudine, non reperitur de hac consuetudine textus, authoritas, Concilium, aut Papa, qui de illa testetur, neque quis illam dedit; ergo ex his inferendum est nullam

Sup. hoc in Ref. 1. not. præteritæ per totam.

Sup. hoc infrà in hac ipsamet Ref. §. His igitur, cursim prope finé, & infrà in Ref. 39. §. Nec obstat, si dicas, breuiter ad medium, vers. ab ordinario admissus, & in §. Infert. etiam, sed lege eã à principio, & §§. eius primæ annot. & in tom. 1. tr. 4. Ref. 10. & in to. 7. tr. 1. ex Ref. 87. §. 2. post mediũ à vers. docet Sacerdotes.

nullum Sacerdotem eam potestatem habere, nisi ei delegetur per approbationem; quòd si proueniret aliàs à consuetudine, sine dubio sublata fuit per dictum caput, ibi, *consuetudine quacumque etiam immemorabili*. Ita tenent citatus Fabet *disput. 25. à n. 71. ad 76.* vbi hoc clarè exprimit, & Beia *p. 3. cas. 37.* Et hæc omnia docet Bordonus *vbi suprà*.

Affirm. n. 1. 2. 4. Resol. 10. & supra Resol. 9. n. 2. & 3. Resol.

3. Sed hanc sententiam ego alibi reprobaui, & est contra communem. Dico igitur contra primam sententiam, simplices Sacerdotes non habere potestatem absoluendi à venialibus ex iure diuino, sed immediatè ab Ecclesia, quia hoc Sacramentum, vt optimè obseruat Eminentissimus Cardinalis Lugo *d. disp. 18. sect. 3. num. 44.* Caspensis *in curs. Theol. tom. 2. tract 24. disp. 5. sect. 3. num. 27.* Suarez *in 2. part. tom 4. disp. 26. sect. 5.* & alij, &c. hoc Sacramentum, siue versetur circa mortalia, siue circa venialia, semper exercetur per modum iudicij, atque ideò in ministro ad valorem absolutionis requiritur iurisdictio ordinaria, vel delegata, vt dixit expressè Tridentinum illa *sess. 14. cap. 7.* sed in Sacerdote simplici non est iurisdictio ordinaria, cùm ipse non sit Pastor, nec Prælatus; alioquin omnes essent sibi inuicem Pastores, & subditi; quod perturbaret omninò ordinem debitum in Ecclesia. Ergo solùm habent iurisdictionem delegatam ab eo, qui habet ordinariam, nempe, à Summo Pontifice, qui eam potest pro libito validè auferre, & aliquando licitè, & prudenter aufert ab excommunicato vitando. Non tamen reseruantur communiter peccata venialia, quia cùm non sit obligatio illa confitendi, frustrà, aut cum paruo fructu reseruarentur, & aliunde non est materia digna reseruatione, quæ solùm adhiberi solet ad grauiora crimina coërcenda.

Quod hoc supra in fine §. huius Resol. & supra in Resol. 31. pertinet & in alio §. dict. primæ, post. ultra initium.

4. Confirmatur: quia nemo habet iurisdictionem ordinariam in hoc Sacramento, qui aliunde non habeat aliquam superioritatem, & gubernationem, etiam extra Sacramentum: ideò enim Pontifex, Episcopi, Parochi, & Prælati habent iurisdictionem ordinariam, quia incumbit illis ex officio gubernare, & pascere illos subditos. Sed Sacerdos simplex nullam prorsus habet superioritatem, aut gubernationem circa alios Sacerdotes, & multò minus circa Episcopos, & Cardinales. Non est ergo eorum Pastor ex officio in ordine ad peccata venialia, sed solùm ex delegatione supremi Pastoris, & Pontificis; à quo accipit illam iurisdictionem delegatam.

5. Hisigitur suppositis, sequitur posse Pontificem auferre à simplicibus Sacerdotibus facultatem absoluendi à peccatis venialibus: & ita docet Coninck *de Sacrament. disp. 8. dub. 2. num. 17.* vbi sic ait. Nota quartò, quæ hactenus dicta sunt, præcipuè procedere circa peccata mortalia, à quibus nondum sumus directè absoluti: Nam circa venialia, aut peccata mortalia, à quibus sumus semel directè absoluti, est particularis difficultas, quam fusè disputant Medina *de Pœnitentia, tract. 2. quæst. 36.* Suarez *disp. 26. sect. 5.* P. Valentia *disp. 7. quæst. 10. punct. 2. paulò ante finem*, de qua etiam diuersas sententias citat Henriquez *lib. 6 cap. 5. num. 4. & 8.* Qua in re communiter Doctores consentiunt quemlibet Sacerdotem nulla censura impeditum posse ab his validè absoluere: disputant tamen quo iure id fiat; quidam enim putant id fieri iure diuino; Sed melius auctores citati *suprà*, id dicitur fieri per concessionem Ecclesiæ. Et probatur: quia potest sua prohibitione efficere, vt tales inualidè ab iis absoluant, subtrahendo iis iurisdictionem necessariam, vt de facto eam subtrahit excommunicatis non toleratis, ac degradatis. Illud autem esset falsum, si haberent eam iurisdictionem iure diuino: quia etsi posset tunc efficere vt illicitè absoluerent; non tamen posset efficere, vt inualidè absoluerent pœnitentem benè dispositum. Ita Coninck, cui adde Nugnum *in 3. part. quæst. 8. art. 4. dub. 10.* Cardinalem de Lugo *de Pœnit. disp. 9. sect. 3.* & Auersam *de sacrament. Pœnitent. quæst. 16. sect. 3.* vbi affirmat quemlibet Sacerdotem, quamuis non deputatum ad audiendas confessiones, esse idoneum ministrum, habereque sufficientem iurisdictionem erga quoslibet fideles circa materiam liberam confessionis, id est, peccata venialia, ac similiter mortalia, aliàs ritè confessa, & absoluta: sed hanc iurisdictionem habere quoque immediatè ab Ecclesia, & non simpliciter de iure diuino.

Sup. hoc supra in fine Bordonus huius Resol. & in aliis eius not.

6. Probatur à posteriori in eo quòd etiã de facto Sacerdos excommunicatus vitandus, est ita omni iurisdictione priuatus, vt etiam de peccatis venialibus, & similiter mortalibus aliàs confessis, non solùm illicitè, sed etiam inualidè sentaret absoluere: vt communiter Doctores asserunt, vel supponunt, & ipse etiam Vasquez *tract. de excommunic. dub. 4 num. 3.* Ex quo planè apparet, hanc facultatem & iurisdictionem pendere ab Ecclesia; posseque iustè auferri. Et à priori: quia dici non potest quilibet Sacerdos habere iurisdictionem ordinariam ad absoluendum quoslibet fideles ab iis peccatis: iurisdictio enim ordinaria conuenit solùm Pastoribus animarum, quibus ex officio earum cura & gubernatio incumbit. Ad summum ergo dici debet habere iurisdictionem delegatam vtique ab Ecclesia, per vniuersalem concessionem quoad hoc factam omnibus Sacerdotibus. Nec rectè ait Sotus, nulla ad hoc indigere iurisdictione. Nec Caiet. recipere eam ab eodem pœnitente independenter ab Ecclesia. Certè enim hoc ministerium exerceri non potest absque iurisdictione: cùm etiam super materiam liberam exerceatur per modum iudicij. Et hæc iurisdictio non potest ab ipsis subditis tribui, qui eam non habent: sed electio solum Sacerdotis fit à pœnitente, iurisdictio verò non nisi à superiore confertur. Sed quia quoad hanc partem, iam ab vniuersali Ecclesia omnibus Sacerdotibus collata est, non potest ab vllo inferiori Prælato cuiquam auferri, aut limitari, nisi infligendo, & publicè denuntiando excommunicationem, iuxta suas regulas, & similiter suspensionem. Itaque solus Pontifex potest illam auferre.

Sup. contẽto in his septẽ primis lin. huius §. in tom. 1. tr. 4. Resol. 11. & in alio §. eius not.

Sup. hoc supra in Resol. 31 §. vers. post medium, cursim in vers. de reliquis. & in tom. 1. tr. 4. ex lata doctrina Resol. 10. §. penult. à lin. 4.

7. Confirmantur supradicta.

Primò ex Concilio Florentino, & Tridentino, solum duplex iurisdictio in Ecclesia agnoscitur scilicet ordinaria & delegata: vtraque autem recipitur ab Ecclesia, prior quidem ex iure, cùm tribuitur officium: posterior verò ex superioris commissione.

8. *Secundò*. Nisi sit quæstio de nomine, & æquiuocatio in modo loquendi, qui dat alicui potestatem absoluendi, debet censeri dare iurisdictionem, cùm iurisdictio non sit aliud, quàm moralis potestas ius dicendi, & ferendi sententiam, atqui Ecclesia dat potestatem absoluendi, vt patet ex communi modo loquendi in Bullis Iubilæorum. Imò idem dicendum est; etiamsi dicamus Ecclesiam subiicere personas, in re enim nihil est aliud, quàm Sacerdoti tribuere moralem potestatem ius dicendi tali personæ.

9. *Tertiò*, Ecclesia dicitur restringere potestatem Sacerdotum, interdum eisdem omnem potestatem adimere, quæ plano sensu designant ipsum principium morale, per quod minister constituitur potens ius dicere pendere ab Ecclesia.

10. *Quartò*, Pastor non Sacerdos potest suum

parœcianum alterū subiicere in ordine ad sacramentum Pœnitentiæ; ergo habet in illum iurisdictionem etiam in ordine ad forum pœnitentiæ: hanc tamen non potest dici aliunde habere, quàm ab Ecclesia; ergo. Prior consequentia probatur, non potest alteri subiicere sibi non subditum, & eum, in quem nullam habet iurisdictionem. Minor verò probatur, quia in casu posito non potest habere iurisdictionem iure diuino ratione characteris sacerdotalis, cùm supponatur illo carere: non potest etiam ostendi ex alio capite quòd eam habeat iure diuino, quòd si talis pastor habeat iurisdictionem iure humano, non est quòd asseramus illam conferri iure diuino.

11. Aduerte ex eo quòd iurisdictio Sacerdotibus tribuatur ab Ecclesia, quæ eam possit limitare, suspendere, auferre, nullum periculum animabus creare, quia Spiritus sanctus, qui regit Ecclesiam, & Summum Pontificem, nunquam patietur eum omnino subtrahere iurisdictionem huic Sacramento necessariam.

12. *Nota* tamen hîc obiter, quòd Summus Pontifex habet ordinariam iurisdictionem in foro Pœnitentiæ, quoad totam Ecclesiam, idque iure diuino cùm primum est electus. Et ideò potest aliquem delegare pro tota Ecclesia, etiam repugnantibus Episcopis & Parochis, cùm eius potestas ab his minimè pendeat, & his etiam inuitis non tantùm validè, sed etiam licitè eâ vti possit, quando ita iudicat expedire.

13. Confirmatur ab experientia, quâ constat varios auctoritate Pontificum à iurisdictione Episcoporum, vel Parochorum esse exemptos. Possunt etiam Episcopi delegare pro tota Diœcesi, etiam repugnantibus Parochis: hi tamen non possunt repugnante Episcopo, vel Summo Pontifice, quemadmodum nec possunt Episcopi eodem Pontifice repugnante, cùm inferiores habeant potestatem delegandi cum subordinatione ad superiores, quibus in suo munere subiiciuntur: vnde est nulla, & irrita delegatio inferioris, facta repugnante superiore, & tali deputationi resistente, & per consequens actus ex ea exercitus est inualidus. Et hæc omnia docet etiam Præpositus *in 3. part. D. Thomæ, quæst. 7. de ministro sacram. Pœnitent. dub. 3. & 4.*

RESOL. XXXVI.

An Pontifex possit delegare facultatem audiendi confessiones in perpetuum, & an priuatiuè quoad Episcopos?

Et an, qui iurisdictionem habent à Pontifice, possint confessiones audire vbique terrarum, nulla licentia petita ab Ordinariis locorum, sicut qui delegatam habet ab Episcopo, potest in tota Diœcesi?

Et an, qui delegauit iurisdictionem suo arbitrio, possit sine alia causa reuocare illam, non solum validè, sed etiam licitè.

Quæritur etiam, à quo videlicet Confessarius Papæ accipiat potestatem illum absoluendi. Ex part. 8. tr. 1. Res. 83.

§. 1. QVoad primum respondeo affirmatiuè, quia in ipso residet suprema potestas communicandi hanc iurisdictionem, tam ordinariam, quàm delegatam: ergo potest definire modum concessionis magis, vel minùs permanentis. Præterea ex vsu ipso certissimo constat hæc potestas, nam priuilegia, in quibus hæc potestas Religiosis conceditur, perpetua sunt, quamuis illa reuera solùm fuerit delegatio quædam. Item similes facultates concessæ à Summis Pontificibus regulariter ita intelliguntur: quia iura, quæ statuunt, quòd iurisdictio delegata etiam à Summo Pontifice, si causa non est inchoata, censeatur extingui per mortem concedentis, loquuntur tantùm de iurisdictione fori contentiosi, quæ non datur in fauorem ipsius iudicis, nec habet rationem gratiæ, sed tantùm iustitiæ. Vnde in negotiis fidei, in fauorem eius concessum est Inquisitoribus, vt iurisdictio eis delegata non cesset per mortem concedentis, etiam ad causas nondum inchoatas, *cap. ne aliqui, de hæreticis in 6.* Ex quo euidenter concluditur non deesse Summo Pontifici potestatem ad delegandam suam iurisdictionem perpetuam ante, vel post causam inchoatam, provt expedire censuerit, neque hoc determinari ex solo iure naturæ, vel diuino, sed ex Ecclesiastico, & ex voluntate ipsorum Pontificum. Quoad forum autem pœnitentiæ non inuenimus aliquid circa hoc Pontificio iure dispositum, & alioqui hoc magis est forum gratiæ, quàm iustitiæ: & delegatio iurisdictionis in hoc foro habet rationem gratiæ, & fauoris tam respectu eius, cui delegatur, quàm respectu pœnitentium, propter quos delegatur: ergo duratio huius iurisdictionis non est mensuranda per delegationem fori contentiosi, sed per regulam gratiæ, & fauoris, de quibus est regula iuris non expirare per mortem concedentis, *cap. si super gratia, de officio deleg. in 6. & cap. si cui, de præbendis in 6.* Sic ergo certum, in Pontifice esse hanc potestatem, & frequenter illâ vti: & probabilius nobis sit; rescripta, & concessiones eius quoad hanc partem, ita esse regulariter intelligenda, nisi vel ex eorum verbis aliud apertè constet, vel in aliquo particulari casu, aut munere, vsus ipse declaret aliam esse Pontificum mentem.

2. Sed difficultas est, an potestas delegandi iurisdictionem perpetuam resideat priuatiuè in Summo Pontifice, ita vt non competat Episcopis. Et negatiuam sententiam tenet Nauarrus *in cap. placuit, de pœnitentia, distinct. 6. numer. 161.* quia delegatio huius iurisdictionis non est pensanda per regulas iustitiæ, vt sic dicam, sed gratiæ; regula autem gratiarum est, vt non expiret per mortem concedentis, vt in superiori puncto allegatum est. Et hanc sententiam satis probabilem existimat Suarez *in 3. part. tom. 4. disputat. 26. sect. 3. num. 9.* Sup. hac quæstione pro Episcopis lege doctrinam Rel. s. q. not.

3. Verùm contra ipsum tenet nouissimè Amicus *in cursu Theolog. tom. 8. disput. 15. sect. 2. n. 49.* vbi sic ait. Deducitur secundò, hanc iurisdictionem à Pontifice delegari posse in perpetuum, non autem à reliquis inferioribus Prælatis, nisi ipsis viuentibus: quia in solo Pontifice residet ius vniuersale, non solùm quoad personas, quibus delegatur; sed etiam quoad modum, quo ipsa iurisdictio delegatur, vt constat ex priuilegiis concessis Religiosis. Est contra Suarez *disput. citata, sect. 3.* qui docet non solùm à Summo Pontifice, sed etiam ab Episcopo, hanc facultatem absoluendi, in hoc foro pœnitentiali delegari posse in perpetuum. Ita Amicus, cuius sententiam probabiliorem ego existimo, stando in rigore iuris: sed sententiam P. Suarez non audeo tanquam improbabilem damnare; quia hoc non videtur excedere Episcoporum potestatem: vnde cùm aliàs hoc non sit eis prohibitum aliquo iure, integrum ius habent ad concedendam iurisdictionem hoc modo duraturam si voluerint. Neque in hoc aliquid facient, quod deroget

roget iuri suorum successorum: quia satis illis est, quod possint has concessiones reuocare, & quamdiu non reuocant, videntur tacitè eas admittere. Et alsiunde multa incommoda sequi possent, si per mortem Episcopi, ipso facto cessaret tota hæc iurisdictio delegata in toto Episcopatu: nam inde moraliter sequeretur, vt multæ fierent confessiones inualidæ, & sine iurisdictione, interim dum Episcopi mors omnibus innotesceit.

4. Atque hinc fortasse (quod me maximè mouet) videtur consuetudine receptum, vt mortuo Episcopo, hæc iurisdictio durare censeatur, donec à Capitulo, vel successore reuocetur. Atque ita existimo posse in praxi securè obseruari, siue hoc sit, quia delegatio Episcopi, vt ab ipso facta est, durat: siue quia per tacitam concessionem Capituli, vel successoris continuatur, quod ad rem moralem parum refert. Vnde etiam constat idem esse dicendum quacumque ratione Episcopus priuetur Episcopatu, siue deponatur, siue ipse cedat, aut renuntiet, siue aliò transferatur: nam, quantum ad præsens attinet, eadem est ratio in omnibus his casibus, illa enim diuersitas materialis est: formale autem est quòd suam iurisdictionem amittat.

5. *Notandum* est hîc obiter *primò*, quòd qui iurisdictionem delegatam habet à Pontifice, potest confessiones audire vbique terrarum, nulla licentia petita ab ordinariis locorum: sicut qui delegatam habet ab Episcopo, potest in tota Diœcesi. Non solent tamen huiusmodi licentiam concedere, nisi ordinariis, & Parochis non inuitis, & non repugnantibus: vt constat ex Bulla Gregorij XIII. in qua concedit Societati IESV facultatem absoluendi quoscumque accedentes, modò non repugnent ordinarij locorum. Et in tali casu potest Episcopus, vel Parochus iure dare consensum, etiamsi sit excommunicatus, quia non confert iurisdictionem, sed est sola conditio sine qua non.

6. *Notandum secundò*, quòd is, qui delegauit iurisdictionem suo arbitrio, sine alia causa potest reuocare, non solùm validè, sed etiam licitè, per se loquendo, quia vtitur iure suo, & quasi re propria: superior autem non potest reuocare delegationem factam ab inferiore sine aliqua rationabili causa, idque non tam propter ius acquisitum à delegato, quam propter ius ipsius delegantis, quod habet ex vi suæ iurisdictionis ordinariæ, & quod habet ad committendam illam alteri: nec potest hoc vsu priuari sine rationabili causa. Imò, si euidenter sit inista reuocatio, videri potest nulla, quia est priuare alterum rationabiliter inuitum re sua: sicut superior si velit suspendere subditum à suo munere iniustè, & sine vlla causa, non poterit, neque aliquid validè efficiet. Quæ ratio probabilis est in Episcopis, quia potestatem habent communi iuri magis addictam. At si Summus Pontifex id faciat, factum tenebit, propter dependentiam, quam habent ab illo omnes inferiores in iurisdictione, quia omnes ab illo, & per illum eam recipiunt.

7. Sed hîc non est relinquenda curiosa quæstio, a quo, videlicet, Confessarius Papæ accipiat facultatem illum absoluendi. Et quidam aiunt Confessarium Papæ ab ipso Christo immediatè accipere iurisdictionem. Vide Opatouium *de Sacrament. tract. de Pœnitent. disp.* 10. *quæst.* 2. *num.* 29. Aliqui verò asserunt, quòd Pontifex possit à quolibet Sacerdote, cui sponte se submisit, absolui: nam quilibet Sacerdos iure diuino habet potestatem absoluendi quemcumque voluntariè se submittentem, modò non sit ab Ecclesia prohibitus: sed Summus Pontifex à nullo prohiberi potest, quin se voluntariè submittat, cuicumque ipse voluerit, cùm nullum habeat in terris superiorem. Nec est eadem ratio breuiter ad medium, vers. Dixi extra alios. de potestate excommunicandi: quia cùm hæc concernat forum contentiosum, non est communicata nisi Summo Pontifici, quam nequit in seipsum alteri communicare. Et ita docet Amicus *tom.* 8. *disp.* 1. *sect.* 1. *n.* 13. putant enim Sacerdoti competere de iure diuino potestatem absoluendi à peccatis.

8. Sed Præpositus *in* 3. *part. quæst.* 7. *dub.* 3. *n.* 26. hoc negat; explicat tamen quomodo Summus Pontifex possit sacramentaliter absolui. Cùm enim sit ouis Christi, potest in suum bonum alteri iurisdictionem respectu sui in hoc foro concedere, quemadmodum potest respectu aliorum: nam hæc iurisdictio fauorabilis potest concedi ab eo, qui vniuersalem habet iurisdictionem in Ecclesia respectu cuiuscumque, qui est membrum Ecclesiæ, & ouis Christi, quæ conditio etiam in ipso Pontifice reperitur. Vide etiam Tannerum *tom.* 4. *disp.* 6. *q.* 9. *dub.* 3. *num.* 45.

RESOL. XXXVII.

An Summus Pontifex potuerit annullare confessionem factam cum Confessario non approbato ab Ordinario, vt patet in Concilio Tridentino sess. 23. cap. 15. de reformat.

Quæritur etiam, vnde Sacerdos habeat iurisdictionem in foro Pœnitentiæ?

Et ex doctrina huius Resolutionis aliqua alia notabilia circa supra dicta explanantur. Ex part. 8. tract. 1. Resol. 84.

§. 1. QVoad primum suppono non omnem Sacerdotem posse validè absoluere à peccatis mortalibus non anteà absolutis, sed ex hac parte, vltra ordinationem sacerdotalem in ministro requiri peculiarem aliam facultatem, quæ dicitur iurisdictionis. Ita omnes Theologi & morales Auctores docent. Et apertè definiuit Tridentinum *sess.* 14. *cap.* 7. attestans etiam de perpetua existimatione, & praxi Ecclesiæ, dicens: Persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse Synodus hæc confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem: vbi planè hanc requirit ad Sacramenti valorem, & non solùm ad licitum vsum. Et in hoc fundamento firmat quoque reseruationem casuum in Ecclesia consuetam. De qua rursus *can.* 11. damnat qui diceret, casuum reseruationem non prohibere quominus Sacerdos à reseruatis verè absoluat. Idem iam anteà & omni tempore constabat ex Concilio Florentino *sess. vltim. in decreto Eugenij*, ex *cap. omnis vtriusque sexus*, & ex aliis antiquis iuribus, & ex perpetua traditione ac doctrina Ecclesiæ. Atque *in cap. finali, de pœnitent. dist.* 6. iussum fuerat, vt Sacerdos non admissus confessiones excipere tentans, gradus sui periculo subiaceret, id est, esset suspendendus ab officio. Quod Riccius *part.* 2. *decis.* 146. & 644. & Portelius *in dub. Regular. verb. Pœna, num.* 12. intelligunt, vt in perpetuum non admittatur ad confessiones audiendas, & ad tempus Missarum celebratione priuetur.

2. Deinde in Concilio *sess.* 23. *cap.* 15. *de Reformat.* sic habetur: Nullum etiam Regularem posse confessiones sæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, priuilegiis,

priuilegiis, & consuetudine quacumque etiam immemorabili non obstantibus. Hæc approbatio est conditio quædam à iurisdictione distincta; est enim declaratio quâ habilis, & idoneus minister ad hoc exercitium publicatur. Estque ex decreto Concilij necessaria, non solùm ad licitè, sed etiam ad validè hoc ministerium exercendum. Et ita indubitanter omnes intelligunt, vt rectè obseruat Aduersa *de sacrament. Pœnitent. quæst. 16. sect. 6.*

3. Hoc supposito, difficultas est, an Pontifex potuerit in dicto Decreto Concilij annullare confessionem factam Confessario non approbato; & ratio dubitandi est, quia quæ sunt necessaria necessitate Sacramenti, spectant ad necessitatem Sacramenti: atqui Ecclesia non habet potestatem in ea, quæ spectant ad necessitatem Sacramentorum; nam hæc pendent à sola voluntate Christi instituentis Sacramenta: ergo si ante Concilium talis approbatio necessaria non fuit necessitate Sacramenti, neque nunc erit necessaria.

4. At his non obstantibus communis Doctorum sententia est, approbationem Episcopi post Tridentinum esse necessariam necessitate Sacramenti, & non tantùm præcepti, adeò vt, si quis tentet, nihil efficiet: vnde pœnitens, etiamsi bona fide accedat ad Sacerdotem ab Episcopo non approbatum, tenebitur iterùm peccata confiteri, cùm primùm id nouit: atque ita fecisse declarasse Congregationem Cardinalium, qui authoritatem habent explicandi Concilium. Fundamentum est; quia potest Ecclesia in Sacerdote requirere aliquam conditionem, sine qua ille non esset capax iurisdictionis ad absoluendum: cùm enim potestas absoluendi in hoc foro conferatur à Christo, dependenter à suo Vicario, facta prohibitione, ne vllus sine licentia superioris absoluat, statim iure diuino requiritur talis licentia. Vnde sicut potuit Ecclesia ad validitatem huius Sacramenti licentiam superioris requirere; ita requirere potuit Episcopi approbationem, vt conditionem, sine qua Sacerdos non esset capax talis licentiæ, & iurisdictionis. Confirmatur à paritate sacramenti Matrimonij, ad cuius validitatem post Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 1. de Reformat.* requiritur præsentia Parochi, aut alterius Sacerdotis de ipsius Parochi, vel Ordinarij licentia, cum duobus, vel tribus testibus; quæ tamen antè non requirebatur. Pari ergo ratione ad validitatem sacramenti Pœnitentiæ requirere potuit approbationem Episcopi, quæ antè non requirebatur.

5. Ad rationem dubitandi respondeo, minorem esse veram de potestate directa, & immediata: falsam verò de indirecta, & mediata: per quam mutando aliquam circumstantiam, quæ immediatè pendet ex ipsius authoritate, indirectè, & mediatè mutat essentiam Sacramenti, quæ ex Christi institutione pendet ex tali circumstantia, Ecclesiasticæ potestati subiecta. Et hæc omnia docet Amicus *in cursu Theolog. tom. 8 disp. 15. sect. 3. num. 91.* qui etiam *sect. 2. num. 35.* rectè obseruat, quòd, etsi omnem absoluendi potestatem in hoc foro pœnitentiali Sacerdos habeat à Christo in Ordinis susceptione: quia tamen illam habet dependenter in actu secundo à Vicario Christi, qui pro recto regimine illam potest impedire, & de facto impediuit per multos canones, præsertim, per *cap. placuit, dist. 6.* & per *cap. omnis vtriusque sexus*: posita autem vniuersali prohibitione Pontificis, potestas ipsa absoluendi iure diuino manet suspensa in Sacerdote, donec accedat facultas, & licentia ab ipso Pontifice, ad vsum talis potestatis exercendum, quæ licentia, & facultas, etsi non addat nouam potestatem absoluendi, pristinam tamen reddit expeditam, & efficacem ad suum effectum operandum, tollendo impedimentum, quod erat canonicè appositum. Et hæc omnia satis conferunt ad nostram materiam de Potestate Pontificis in ordine ad Sacramenta.

6. Sed vt magis ipsa clarescat, cum difficultate etiam proposita in titulo huius resolutionis, obiici potest quòd vnusquisque Sacerdos in sua ordinatione accipiat potestatem remittendi peccata, vt patet ex forma: *Accipe Spiritum sanctum, quorum remiseris peccata, remittuntur eis*; quæ potestas datur illimitatè; & proindè vnusquisque Sacerdos iure diuino habet potestatem remittendi peccata respectu cuiuscumque, quæ proindè potestas non potest efficaciter per Ecclesiam impediri quin validè exeat in actum, si pœnitens sit dispositus, quantumuis Sacerdos peccet, si contra Ecclesiæ prohibitionem aliquem absoluat in hoc Sacramento, vel absoluat à certis casibus: hæc obiectio parit difficultatem, vnde competat Sacerdoti iurisdictio in foro Pœnitentiæ. Itaque.

7. Quæro vnde Sacerdos habeat iurisdictionem in foro Pœnitentiæ. Aliqui censent potestatem iurisdictionis pro foro pœnitentiæ competere iure diuino, esseque ipsum characterem sacerdotalem, nec quidquam tribui per Ecclesiam Sacerdoti, quod se teneat ex parte causæ effectiuis, sed per eam solum applicari materiam, seu subiici personas, in quas Sacerdos ius possit in hoc Sacramento dicere, tenet Angelus *verb. Confessio 3. n. 4.* Maior *dist. 19. quæst. 1. in fine.* Vasquez *tom. 3. in 3. part. disp. 239. cap. 5. in fine, & tom. 4. quæst. 93. art. 1. dub. 2. num. 25.* Alij censent per ordinationem dari iurisdictionem in habitu: per Ecclesiam verò dari in actu, ita Nauarr. *cap. 4. summæ, num. 3.* Alij censent iurisdictionem competere Episcopis, & pastoribus iure diuino: aliis verò concedi ab Ecclesia, indicat Petrus Soto *lectione 5. de Confessione.* Sup. hoc supra lege doctrinam Resol. 11. & 35. & signanter §§. earum primarum annotationum.

8. Sed mihi placet magis opinio Patris Amici *tom. 8. disp. 15. sect. 2. num. 10.* & aliorum asserentium quemlibet Sacerdotem vi suæ ordinationis iure diuino accipere completam potestatem ius dicendi in quæcumque peccata sacramentaliter confessa, & in quemcumque Christianum, qui se sponte submiserit huic sacramentali iudicio sub conditione tamen, nisi Ecclesia prohibuerit. Vnde accedente Ecclesiæ prohibitione, absolutio impensa à Sacerdote pœnitenti, quantumcumque voluntariè se submittenti, erit nulla, eo quòd Sacerdos non accipit hanc potestatem exercendam contra prohibitionem Ecclesiæ. Quare etsi ante Ecclesiæ prohibitionem potuerit Sacerdos absoluere quoscumque, qui se voluntariè submisissent in hoc sacramentali foro; posita tamen prohibitione, non potest quemquam validè absoluere, nisi in quem ex authoritate Ecclesiæ ordinariam, aut delegatam acceperit iurisdictionem. Nam posita prohibitione Ecclesiæ, ipsa sacerdotalis potestas absoluendi à peccatis iure diuino redditur inualida, idque ad conseruandum debitum ordinem Ecclesiastici regiminis.

9. Et hæc doctrina mihi summoperè placet, quia, vt ait Amicus, saluat omnia, quæ de hoc Sacramento docent Theologi. Saluat.

10. *Primò*, cur initio nascentis Ecclesiæ omnes Sacerdotes iure diuino poterant quoscumque pœnitentes, voluntariè se submittentes à quibuscumque peccatis absoluere? quod supponit Caietanus *tom. 1. opuscul. tract. 7.* & aperte docet Sylvester *verb. Confessor. primo, quæst. 1.* & Nauarrus *loco prænotato, num. 2.* fatetur, hoc omnes testari: quod & ipse deducit ex *citato cap. placuit*, in quo Vrbanus II. prohibet.

prohibet, ne deinceps vlli Sacerdoti liceat, quem-libet alteri Sacerdoti commissum, ad pœnitentiam suscipere, sine eius consensu, cui priùs se commisit: nam dictio, inquit, *deinceps*, & similes denotant constitutiones, in quibus ponuntur, præterita non comprehendere. Nec obstat quòd ante Vrbanum II. qui floruit circa annum millesimum centesimum, Calistus I. & Dionysius I. quorum ille floruit anno 218. hic 250. statuerint, ne vllus Sacerdos alterius Parochiæ subditum iudicaret: qui propterea vnicuique Parocho suam assignant Parochiam. Non, inquam, hoc obstat: quia potuit hoc statutum non esse vniuersale; sed solùm comprehendere eos, quibus fuerant per Parochias assignati subditi. Saluatur autem hoc in nostro modo: quoniam initio ob paucitatem Sacerdotum, nulla erat Ecclesiæ prohibitio: quâ non existente, quiuis Sacerdos iure diuino poterat quoscumque ad se sponte accedentes absoluere.

11. *Secundò* saluat, quòd Summus Pontifex possit à quolibet Sacerdote, cui sponte se submisit, absolui: nam quilibet Sacerdos iure diuino habet potestatem absoluendi quemcumque voluntariè se submittentem, modò non sit ab Ecclesia prohibitus: sed Summus Pontifex à nullo prohiberi potest, quin se voluntariè submittat, cuicumque ipse voluerit, cùm nullum habeat in terris superiorem. Nec est eadem ratio de potestate excommunicandi: quia cùm hæc concernat forum contentiosum, non est communicata nisi Summo Pontifici, quam nequit contra se ipsum alteri communicare.

12. *Tertiò* saluat, quòd omnes Apostoli iure diuino acceperint hanc potestatem absoluendi quoscumque ad se sponte accedentes: nam illam acceperunt cum omni plenitudine à Christo, nec fuit illis à Petro ad certa peccata, certásque personas limitata.

13. *Quartò* saluat, cur omnes Sacerdotes in articulo, & periculo mortis plenam habeant potestatem absoluendi quoscumque à quibuscumque delictis: nam tunc cessante Ecclesiæ prohibitione, iure diuino omnes habent hanc potestatem, quam neque Ecclesia prohibere potest, cùm non sit Ecclesiæ communicata potestas in destructionem; sed in ædificationem animarum.

14. *Quintò* saluat, cur omnes Sacerdotes, vt communis Scholasticorum opinio fert, potestatem habeant, quoscumque absoluendi à peccatis venialibus, & mortalibus aliàs ritè confessis; quia cùm neutra sint necessariò subiicienda clauibus Ecclesiæ, prohibitio de non confitendo nisi proprio Sacerdoti, non censetur cadere, nisi super ea, quæ sunt necessariò confitenda.

RESOL. XXXVIII.

An non obstante Decreto supra dicto Concilio Trid. sess.23. cap.15. de reformat. suppleat hodie Summus Pontifex iurisdictionem in aliquo casu, vt Sacerdos non approbatus ab Episcopo possit excipere confessiones?

Et quando Sacerdos excipit Episcopi confessiones, vnde habeat iurisdictionem?

Et alij quinque diuersi casus sæpius contingentes in praxi, discutiuntur in textu huius Resolutionis, circa iurisdictionem Confessarij Episcoporum, Cardinalium, & familiæ illorum, & etiam Prælatorum Regularium pro eligendis sibimetipsis Confessariis.

Ex part. 8. tract. 1. Resol. 85.

§. 1. DE Sacerdotibus excipientibus confessiones in articulo mortis latiùs dicemus *infrà*, nunc aliquos casus adducam, & ideò asserto certum esse Summum Pontificem, vigore *cap. fin. de pœnit. & remiss.* præbuisse Sacerdotibus iurisdictionem confitendi Episcopos. Et ideò Opatouius *de Sacrament. tract. de Pœnitent. disput. 10. quæst. 2. num. 18.* sic ait. Quæres, quando Sacerdos excipit Episcopi confessionem, vnde habet iurisdictionem, siquidem nec necessaria est, nec illam ex vi ordinationis habet? Respondeo. Etiam quoad hunc actum confessionis necessariam esse iurisdictionem: eámque talis Sacerdos accipit ab Ecclesia, & à Summo Pontifice, saltem per tacitum consensum, vt habet *cap. ne pro dilatione, extrà de pœnitentiis, & remiss.* vbi Gregorius IX. permittit Episcopis, vt possint sibi prouidum eligere Confessarium. Ex quo collige, quòd talis Confessarius non ab Episcopo, cuius excipit confessionem, sed à Summo Pontifice accipit clauem iurisdictionis. Ita Opatouius, cui etiam adde Machadum *tom. 2. lib. 4. p. 6. tract. 2. docum. 1. num. 1. & 2.*

Infrà in Resolutionibus quæ hîc sunt infrà 41. 42. & 43.

2. *Notandum* est tamen hîc cum Eminentissimo Lugo *de sacrament. Pœnitent. disp. 19. sect. 1. n. 3.* Episcopos vti posse dicto priuilegio, etiamsi versentur in curia Pontificis, quia concessio generalis est; & licèt habeant apud se Religiosos, qui ex facultate Papæ possunt absoluere, possunt tamen alium sibi eligere, qui talem facultatem non haberet. Nomine autem Episcoporum comprehenduntur ibi alij Prælati superiores exempti; quia ita voluit Pontifex, & expressit in eodem indulto: quales sunt Abbates, exempti, & immediati Pontifici, & alij, qui habeat similem iurisdictionem quasi Episcopalem: non tamen intelligitur Vicarius Episcopi, neque etiam Parochi, qui non sunt Prælati, & multò minus Abbatissæ, licet sint exemptæ, quia hæ non habent iurisdictionem Episcopalem, nec nomen Prælati. Eodem indulto gaudent Prælati Regulares, præsertim Generales, & Prouinciales, imò, & Superiores locales, qui etiam sunt Prælati, & habent iurisdictionem in vtroque foro. Et hæc omnia, me citato, docet Lugo *vbi supra*.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 1. Resol. 92. §. Quoad verò & in aliis eius primæ not. & lege etiam doctrinam Resol. & §§ annot. primæ post seq. huius Resol.

3. Sed difficultas est, an hodie Pontifex, stante dicto decreto Concilij Tridentini *sess. 23. cap. 15.* tribuat etiam iurisdictionem Sacerdotibus, vt possint eligi ab Episcopis extra suam Diœcesim, non obstante quòd non sint approbati. Et aliqui affirmatiuè respondent, negantes in dicto decreto Concilij inclusos esse Episcopos. Et ita tenent Doctores, quos ego citaui *in 3. part. tractat. 2. resolut. 3.* Sed non est recedendum à contraria sententia, nempè Episcopos includi in verbis Concilij, vt annuit Gregorius XIII. & declarauit sæpiùs sacra Congregatio Concilij. Et nos, qui scribimus Romæ, de dictis declarationibus dubitare non possumus; scimus enim veras esse, nisi voluntariè velimus in luce meridiana cæcutire. Et hanc sententiam docent commmuniter Doctores, quibus addo Dominum meum Cardinalem de Lugo *de sacrament. Pœnitent. disp. 21. sect. 1. num. 3.* vbi sic ait. Infertur secundò, Prælatos, & Episcopos sæculares eo decreto comprehendi, ita vt licèt à iure habeant facultatem eligendi Confessarium idoneum, non possint eligere, nisi vel Parochum, vel approbatum ab Ordinario; quia omnes alij declarantur ab Ecclesia non idonei. Ita Suarez *in præsenti, disp. 28. sect. 4. num. 7.* qui dicit ita declarasse Gregorium XIII. cuius verba refert *infrà sect. 6. num 7.* Coninck *in præsenti, disp. 8. dub. 7. n. 50.* & alij communiter, non quia auferatur priuilegium, aut facultas,

Quæ hîc est in tom. 7. tr. 1. Resol. 92. §. 1. & 2. & in tom. 1 tr. 3. Resol. 2. §. Quæro quartò, & in Resol 31. §. Sed hîc quæro, ad medium, & in aliis §§. earum annotationū. Et pro contento à vers. Infertur secundò, & huius textus in Resol. seq. §. Septimus casus ad medium, vers. Idonei autem, & in

facultas, quam Prælati habebant eligendi Confessarium idoneum, sed, quia declaratur à Concilio, ipse sit, & qui non sit de cætero Confessarius idoneus. Ita Lugus. Idem etiam docet Amicus *tom.* 8. *disput.* 15. *sect.* 2. *num.* 58. Præpositus *in* 3. *part. quæst.* 7. *de ministr. sacrament. quæst.* 8. *dub.* 2. *num.* 7. Tamerus *tom.* 4. *disp.* 6. *quæst.* 9. *dub.* 3. *n.* 50. & 52. & alij.

tom. 1. tr. 3. Ref. 22. §. I. ad medium. & in Ref. 24. §. Deinde.

4. *Secundus casus* erit, an si Episcopus iniustè deneget approbationem Regularibus pro audiendis confessionibus, an, inquam, tunc Summus Pontifex præbeat ipsis iurisdictionem audiendi confessiones? Et affirmatiuè respondent plures, quos ego citaui *in part.* 3. *tract.* 2. *resolut.* 20. quod probatur primò ex *Clementina*, *Dudum*. §. *statuimus, de sepulturis*, vbi Episcopo nolente tribuente licentiam prædictis sacerdotibus præsentatis à suis Prouincialibus, &c. eo modo, quo ibi præscribitur, Pontifex eam concedit; cui Clementinæ non derogat Tridentinum, quia per clausulam generalem non sufficienter censetur alteri iuri derogari. *Secundò* venia petita, & iniustè negata censetur concessa. Et hanc sententiam probabilem existimaui *in part.* 4. *tract.* 4. *resolut.* 200. & tanquam probabilem docet, & defendit Ludouicus à Cruce *in Bull. Cruciata, disp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 19. *num.* 43. *& seqq.* respondens ad contraria.

Quæ nunc inuenietur in tom. 7. tr. 1. Resol. 65. & latè in omnibus aliis eius primæ annot.

Quæ hic est in tom. 7. tr. 1. Resol. 77. quamuis ibi nihil plenè sup. hoc. Sed in Ref. not. præteritæ.

5. Sed ego nunc talem opinionem prorsus non admitto. Dico igitur externam approbationem Episcopi esse etiam pro Regularibus ita necessariam, vt quamuis iniustè negetur, ij nec licitè, nec validè absque ea possint confessiones audire. Ita sentiunt Nugnus, & Syluius *in* 3. *part. D. Thomæ, quæst.* 8. *artic.* 6. Vasquez *quæst.* 93. *artic.* 3. *dub.* 3. Suarez *disput.* 28. *sect.* 5. Coninck *disput.* 8. *dub.* 7. Lugus *disput.* 21. *sect.* 3. Pitigianus *in* 4. *distinct.* 17. *quæst.* 1. *art.* 4. *dub* 4. Filliucius *tract.* 7. *num.* 257. Barbosa *in collectan. tom.* 3. *part.* 2. *lib.* 3. *in Clement. Dudum*, *numer.* 8. Homobonus *in consult. part* 5. *responso* 124. Tamburinus *tom.* 2. *disput.* 6. *quæst.* 12. *num.* 6. Floronus *in casib. reseruat. part.* 1. *cap.* 4. §. 16. *num.* 2. Valerius *in differ. var. fori*, *verb. nullitas, differ.* 5. *num.* 2. Bordonus *tom.* 1. *variar. resolut.* 36. *quæst.* 1. aliique vt plurimum. Et in praxi ita seruatur. Patet expressè ex verbis Concilij, *sanè ideò dictum est: Nullum etiam Regularem.* Et expressè: *Priuilegiis non obstantibus.* Quare reuocata sunt illa priuilegia, quamuis ex dispositione iuris, & in corpore iuris inserta: quia id planè sonat noua lex & dispositio Concilij Tridentini. Imò in eadem Clement. *Dudum*, ea iuris dispositio restringebatur ad illos ministros, qui erant necessarij pro multitudine populi: cuius necessitatis iudicium spectabat quoque ad Episcopum. Ergo, &c.

6. Itaque dicendum est, Regulares in tali casu non posse Confessarios excipere, quia Concilium nullum vult reputari idoneum, qui huiusmodi approbationem non obtineat, etiam Religiosum, qua loquendi forma significat non sufficere etiam petiisse, sed requiri reipsa obtinere; nec verum est licentiam debitam, etiam iniustè negatam, censeri concessam, vt etiam *suprà* diximus,

Sup. hoc supra ad medium §. Sed difficultas, à vers. Infertur secundo huius Ref. &c.

7. Ad argumenta in contrarium adducta, dico, quòd licèt nihil aliud possemus respondere; posse dici, quòd sufficienter derogetur isti priuilegio, cùm Concilium deroget priuilegiis. *Secundò* tamen dico quod vt vi constitutionis Concilij Tridentini Religiosus non possit excipere Confessiones secularium, Episcopo etiam iniustè negante approbationem, non sit opus derogare Clementinæ citatæ: pro quo *notandum*, in prædicta Clementiua Superiores Prædicatorum & Minorum non debere præsentare suos, vt solùm per Episcopum iudicentur idonei ad confessiones excipiendas, sed vt Episcopus eis concedat facultatem illas excipiendi, atque adeò, vt illis det iurisdictionem, quo iniustè negante eam concedit Pontifex. Hæc clarè patent ex textu: vnde ea Clementina non agit de eo, de quo Tridentinum *cap. citato*, & vtrumque ius optimè potest simul consistere vt videlicet, si præsentatis iuxta modum in Clementina præscriptum Episcopus nolit iurisdictionem concedere, eo ipso concedat Pontifex, cuius tamen iurisdictionis alterutro modo obtinendæ non sint capaces post Tridentinum, nisi præcedat Episcopi approbatio. Vbi obiter.

8. Aduerte per hanc approbationem non dari eo ipso iurisdictionem, sed solùm Sacerdotem auctoritatiuè iudicari capacem, cui possit iurisdictio à Pastoribus vel aliter delegari. Patet, quia constat varios Religiosos ita approbari ab Episcopis, vt tamen iurisdictio eis immediatè conferatur à Pontifice. Confirmatur, quia varij statim post approbationem possunt absoluere à variis casibus, à quibus Episcopi absoluere nequeunt: ergo signum est per approbationem, præcisè ibi sistendo, non conferri iurisdictionem, sed personam auctoritatiuè & iuridicè declarari capacem, cui iurisdictio delegetur, ergo, &c.

9. Et tandem non deseram hîc adnotare cum Cardinale de Lugo *de sacrament. Pœnitent. disp.* 21. *sect.* 3. *num.* 55. sententiam contrariam Nauarri, & aliorum *suprà* relatam, etiamsi probabilis esset, ad praxim tamen parum, aut nihil posse conducere: quia facultas illa Prælatis Regularibus concessa exponendi ad confessiones eos, quos præsentatos Episcopus nollet acceptare, concessa quidem fuit cum multis limitationibus, quæ habentur in dicta Clementina, *Dudum, de sepulturis*; præsertim, quòd renuente Episcopo aliquem ex libi præsentatis admittere, Prælatus regularis alium illius loco debeat subrogare. Item: quòd non plures præsententur Episcopo, quàm sint necessarij: sed numerus, inquit, personarum assumendarum ad huiusmodi officium exercendum, esse debet, prout vniuersitas cleri & populi, ac multitudo, vel paucitas exigit eorumdem. Quæ limitatio, licèt solùm proceda quoad priuilegium ibi concessum, & non de facto, quia de facto Religiosus idoneus ius habet, vt approbetur, licèt non sit necessarius, vt *suprà* vidimus: qui tamen volunt vti priuilegio illius Clementinæ, debèrent illo vti cum illa limitatione ibi posita. Potest autem Episcopus semper, aut fere semper dicere, se nolle approbare illos Regulares, quia pro numero pœnitentium illius loci non sunt necessarij plures pro nunc: cuius contrarium in praxi probare difficillimum erit, atque adeò in praxi non video, quomodo possit vtilis esse illa sententia, cuius assertio aliunde non deseruit, nisi ad irritandos, & exacerbandos Episcoporum animos contra personas regulares. Et ideò caueant Regulares à supradicta Nauarri, & aliorum sententia; alioquin in eorum damnum, & Religionis tristes tragœdias suscitabunt.

10. *Tertius casus* erit, de Sacerdotibus excipientibus confessiones Dominorum Cardinalium; sed contrarium asserit Azorius *tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *quæst.* 16. non desunt tamen Doctores contra ipsum sentientes, quos ego citaui *in part.* 5. *tractat.* 2. *resolut.* 10. sed saltem dicendum erit, posse Cardinales eligere Confessarium non approbatum à suo Episcopo, dummodo sit eius commensalis. Et ita docet Ludouicus à Cruce *in Bull. Cruc. disp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 23.

Quæ nunc inuenietur in tom. 9. tr. 7. Ref. 47. & in to. 1. tr. 3.

dub 23 *n.*20. vbi docet quòd Cardinales ex sibi subditis, seu commensalibus, adhuc post Concilium Tridentinum possunt sibi, & suis familiis eligere quem maluerint Sacerdotem idoneum in confessorem, absque vlla prævia Diœcesani approbatione. Hæc conclusio valdè probabilis est, & mihi sanè videtur satis rationi consona, & in eius favorem possunt adduci Caietan. *in summa. verb. absolut* 2. *num.* 9. & Reginald. *lib.* 1. *suæ praxis pœnitent. cap.* 5. *sect.* 1. *num.* 32. & alij, quos silentio prætermitto, quia nec ex allegatis, nec ex aliis inveni aliquem, qui dictam nostram conclusionem post Concilium Tridentinum distinctè defendat, neque etiã impugnet. Eam tamen non improbatus vius ostendit, quoniam praxis Romanæ curiæ communiter recepta, Summo Pontifice vidente vel ciente, & non contradicente, satis sufficiens signum esse videtur eiusdem supremi Pastoris taciti saltem consensus, cuius adminiculo suffulta consuetudo iam multis abhinc annis introducta, & obseruata nostram comprobat conclusionem. Sed illam insuper sic robo; quia, si Episcopis licet ex sibi subditis eligere quem maluerint in Confessorem, nulla alterius Diœcesani requisita approbatione, quamvis extra propriam Diœcesim inveniantur (vt omnes plerumque fatentur) & colligitur ex supradicta Cardinalium declaratione: ergo & Cardinalibus idem similiter licet ex suis commensalibus; vtrorumque enim par ratio est. Probo consequentiam, quoniam commensales Cardinalium sunt eisdem subditi in spiritualibus, vt sæpè diximus, & ferè omnes communiter affirmant. Hinc etiam sequitur & posse eosdem commensales de Cardinalium licentia alicui ex ipsimet confiteri, absque vlla alterius Ordinarij prævia approbatione. Probo consequentiam, quia commensales Cardinalium sunt ipsis (vbicumque commorentur) tanquam propriis ordinariis immediatè subiecti.

II. Sed quæres, an si Cardinalis habeat commensalem Sacerdotẽ Regularem alias exemptum, possit eundem, tanquam sibi quodammodo subditum, eligere sibi in Confessorem, nec non cæteris suæ familiæ similiter deputare, absque alterius Ordinarij approbatione? Respondetur affirmatiuè, quoniam sicut (recte Suarez *tom.* 4 *disput.* 28. *sect.* 6. *num.* 14.) Episcopus potest sibi in Confessorem eligere Sacerdotem Regularem suæ Diœcesis, vtique ratione domicilij, seu habitationis sibi aliquo modo subiectum: ita pariter poterit Cardinalis sibi, suæque familiæ in Confessarium eligere Sacerdotem Regularem, quamvis exemptum, si suæ sit familiæ licito modo adscriptus. Probatur, quoniam vtriusque par ratio videtur; siquidem non minus aliquis ratione huius commensalitatis Cardinali quodammodo subiacet, quàm alius subest Episcopo ratione domicilij, seu habitationis. Non est igitur denegandũ, quod Episcopo conceditur, præsertim cùm Potior sit superioritas illius in suos commensales, quàm illius in propriam familiam. Et hæc omnia docet à Cruce *loco citato*.

RESOL. XXXIX.

Enumerantur alij casus, in quibus Pontifex supplet iurisdictionem, vt Sacerdos non approbatus audiat confessiones. Ex part. 8. tract. 1. Resol. 86.

§. 1. QVartus casus erit de Sacerdotibus excipientibus confessiones peccatorum venialium, vel mortalium, quæ iam confessa fuerunt cum approbato: nam simplex Sacerdos potest illa absolvere ex iurisdictione delegata Summi Pontificis, quamvis hoc neget Ludouicus à Cruce *in Bullam Cruc. disput* 1 *cap* 2. *dub.* 3. *numer.* 13. vbi sic ait. Omnes igitur præcitati Auctores conveniunt, posse quemlibet Sacerdotem, etiam non approbatum, validè de peccatis venialibus absolvere, etiò dissideant ipsi in explicanda ratione. Ego autem etiamsi tantorum Patrum authoritas me quasi astringat i em sentire, ratione tamen, ac iustitia cogor ab eorundem sententia discedere, & o positam amplecti. Atque in primis, videtur mihi voluntariè dictum ex communi illa sententia, quòd præceptum confessionis annuæ obliget eo ùm ad mortalium confessionem inferri, quòd valide possit simplex Sacerdos à peccatis venialibus absolvere; immo si attendamus Concilium Tridentinum, dum ait nullam esse absolutionem, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam seu delegatam non habet iurisdictionem, contrarium potiùs sentiendum est; Concilium enim non distinguit de mortalibus, aut venialibus. Præterea, cum absolutio sacramentalis sit actus iudicialis, vt vtriusque Concilij Florentini, ac Tridentini decretis ostensum est *supra*: iudicium autem nequeat validè exerceri absque iurisdictione, consequenter nemo potest etiam à venialibus valide, & sacramentaliter absolui à non habente iurisdictionem.

2. Nec obstat, si dicas, cuicumque Sacerdoti licitum esse à venialibus absolvere ex concessione à Summis Pontificibus orta, & ex eorundem tacito consensu semper continuata, vt tenet Suarez *num.* 10. quia mihi non satisfacit, sed videtur potiùs voluntarie dictum: debuisset namque in medium producere textum aliquem, vel authoritatem saltem vnius, duorúmve Doctorum gravium ex antiquis, qui dignè posset attestari, hanc iurisdictionem fuisse vnquam ab Ecclesia simplicibus Sacerdotibus collatam. Fatetur autem Navarrus statim *citandus* se textum, authorémve similem nullibi legisse, sicut nec ego legi. Immò Suarez licèt affirmet antiquos Doctores supponere huiusmodi consuetudinem, ipse tamen nullum talem in suæ opinionis favorem adducit. Ac similiter, nec agnosco nunc esse in vsu hanc consuetudinem, vt Sacerdos nondum ab Ordinario admissus absolvat etiam à venialibus; quin potiùs Faventius *vbi suprà*, *num.* 76. arbitratur, quòd si quis id attentaret, nihil faceret, & peccaret saltem venialiter, quippe committeret sacrilegium, in re tamen levi. Vnde ipse constanter nostram tuetur sententiam. Et quasi nobiscum sentit etiam Navarrus *in cap. placuit, de pœnitentia, distinct.* 6. *num.* 21. Nec simpliciter dissentire audet Medina *de quæst.* 40. *C. de confess. non necessitate, sed voluntate facta.* Fatetur etiam idem Suarez *sub num.* 1. oppositum reddi satis incertum post Tridentinum, saltem quoad Sacerdotes non expositos, quoniam esto ad iudicandum de venialibus non sit necessaria magna scientia, ad discernendum tamen venialia à mortalibus aliqua profectò necessaria est. Atque hinc infert necessarium esse vt is, qui de venialibus iudicatus est sine potestate circa mortalia, sciat discernere inter lepram, & lepram, id est, inter venialia, & mortalia: ac proinde posset hac de causa in illo exigi approbatio.

3. Nec obstat ratio adducta de reservatione venialium; quamvis enim non possint simpliciter reservari, sicut nec quis potest ad eorum confessionem cogi; attamen, si quis vnquam habens sola venialia, vellet se foro pœnitentiali subiicere, posset

Resol. 35. & alibi in Resol. §§. citato annotationum. & singulariter in tom. 1. tr. 4. Resol. 10. & hic infra in Resol. 41. §. Sed circa. cursum in fine, & supra in Resol. 4. breuiter ad medium §. 2. cum Salas hoc negante.

Sup. hoc supra latè in Resol 35. §. Sed Bordonus, & in aliis §§. eius not.

Sup. hoc supra in Resol. 31. & in aliis eius primæ annot. positæ contrà titulum.

posset superior iurisdictionem circa venialia confessario tribuere cum reseruatione alicuius venialis, Vnde Vasquez *num.* 8. ait, quòd quamuis talis reseruatio esset æstimata rationalis, teneret tamen quia delegans potest pro sua voluntate facultatem limitare, & de facto Ecclesia priuat aliquando Sacerdotem hac iurisdictione: Sacerdos enim excommunicatus, & nominatim denunciatus, nunquam validè absoluit, etiam de solis venialibus.

Sup. hoc supra in Res. 4. cursim ad medium §. 2. & in Res. 35. §. 1. & signater §. 2. & in aliis §§. eius annot. & infra in Resol. 41. §. Sed circa. breviter in fine. & in tom. 1. tr. 4. Res. 10.

4. Infert etiam Suarez idem esse sentiendum de mortalibus iam semel confessis, ac de venialibus nondum in confectione expositis cùm de omnibus sit eadem ratio, & sicut illa, ita & illa sunt materia non necessaria: & sic videtur sentire, quòd etiam ex consuetudine Ecclesiæ, & tacito ipsius consensu possit quilibet Sacerdos de mortalibus iam confessis licitè absoluere. Refert tamen *ibidem* Sotum sentientem, quòd non cuilibet Sacerdoti id licet; cuius opinio mihi probatur, tum quia circa mortale semper est necessaria iurisdictio, atque illa ex se sunt materia necessaria, per accidens autem est, quòd sint iam confessa. Ita à Cruce. Sed non est recedendum à communi Doctorum sententia.

Sup. hoc quinto casu in tom. 1. tr. 3. Res. 14. §. 1. & 2. & in tom. 7. tr. 1. Resol. 69. §. Tertium. & seqq. & in Resol. 87. & 343. §. 2. & signater § 3. & in tom. 4. tr. 4. Res. 6. §. 1. ad medium. à vers. Deinde & ibi in tr. 3. Res. 20. §. vlt.

5. *Quintus casus* secundùm aliquos, erit de superioribus Regularium, asserentes posse absque Episcopi approbatione audire confessiones secularium. Ratio dubitandi est, quia ille est Parochus suorum subditorum: ergo, sicut alij Parochi sic nec ipse indigebit approbatione Episcopi. Vnde non desunt, qui id concedant. Henriquez *lib.* 7. *de Indulgentiis, cap.* 2. *num.* 3. *in glossa littera K.* refert Martium, Gallum, Medinam, & Bannez in ea fuisse sententia quam tenet etiam Ioannes Valetus *in differentiis vtriusque fori, verb Nullitas, differ.* 5. *num.* 3.

6. Sed, me citato, contrariam sententiam meritò docet Eminentissimus Cardinalis Lugo *de Pœnitentia, disput.* 21. *sect.* 1. *num* 10. quia talis prælatura non est propriè beneficium parochiale, nec id erat iuxta mentem Concilij: quod clarè voluit in hoc subijcere Episcopis Confessarios regulares quoad examen, & approbationem, non obstantibus eorum priuilegiis. Et quidem quando eligitur Prælatus regularis, non multum attenditur semper ad eius doctrinam, vt ideò approbatus censendus sit ad audiendas confessiones secularium.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 3. Res. 29. §. penult. & magis latè in Res. 31.

7. *Sextus casus*, secundùm aliquos, erit de Sacerdotibus excipientibus confessionem alicuius, qui non confitetur proprio Parocho, ratione ignorantiæ; vnde supponendum est ex Vasquez *in* 3. *part. quæst.* 3. *art* 2. *dub.* 3. & aliis contra Coninck *de Sacrament. disput.* 8. *dub* 8 Sotum *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 4. *artic.* 2. & alios, in casu ignorantiæ proprij Parochi permitti pœnitentibus confiteri alieno Sacerdoti absque licentia proprij, & meritò, quia *in dict. can. placuit*, absque dubio id permittitur pro confessione sacramentali ordinata ad absolutionem sacramentalem, quia in eo est sermo de confessione prædicta absolutione, & facienda Parocho, vt Parocho, tum quia in eo prohibetur pœnitentem commissum uni Sacerdoti tanquam Parocho admitti ab altero ad confessionem, nisi in casu ignorantiæ proprij; tum etiam, quia in eo est sermo de confessione, media qua inuenitur gratia, & facienda ei qui habet potestatem ligandi atque soluendi, de qua est sermo *in primo canone dicta distinctionis*: confessio autem absolutè dicta, & facienda Parocho, vt Parocho, & ei qui habet potestatem ligandi, & soluendi, est confessio sacramentalis ad absolutionem sacramentalem ordinata.

Quamvis non plenè sup. hoc, lege tamè doctrinam Res. 2. nor præteritæ à medio §. 1. à vers. Addunt.

8. Hoc supposito, difficultas est, an talis in isto casu possit eligere Sacerdotem non approbatum? & aliqui ex decreto Concilij Tridentini excipiunt eum, qui ex vi canonis *placuit*, potest eligere Confessorem, putantes eum eligere posse etiam non approbatum ab Episcopis. Sed huic sententiæ non acquiesco, sed existimo debere esse approbatum: quia Concilium Tridentinum *loco citato*, omnia priuilegia reuocat, dum dicit, debere esse approbatum, ibi, *priuilegiis, & consuetudine quacumque etiam immemorabili non obstantibus* Et ita hanc sententiam tenet Ochagauia *de Sacramentis, tract.* 2. *de confess. Sacram quæst.* 36. *num.* 17. imò *notandum* est cum Tanneco *tom* 4. *disp.* 6. *quæst.* 9. *dub.* 3. *num.* 52. non videri probabile, nec conforme prædicto *cap. placuit*, posse eligi in eo casu aliquem alias nullo modo iurisdictionem, & potestatem talem absoluendi habentem, verbi gratia, Parochum, aut cooperatorem alterius Parochiæ, posito quòd quis habeat copiam alicuius Confessarij, qui etiam alia eum, saltem per priuilegium posset absoluere. Quamuis enim de hoc nihil apud Auctores expresse notatum legerim; ea tamen ratio videtur planè conuincere, quòd eo casu non deest occasio Confessarij etiam proprij, cui rectè confiteri possis. Ita Tannerus, cuius sententiam docet etiam Hurtadus *de Sacrament. disp.* 10. *de Pœnitent. disc* 15. Vide etiam Cardinalem Lugo *de Pœnitent. disput* 19 *sect.* 1. *num.* 11. hanc materiam pertractantem.

Quoad hoc in tom. 4. tr. 3. lege doctrinam Res 17. & 18.

9. *Septimus casus*, secundùm aliquos, apud Sotum *in* 4. *dist.* 18 *quæst.* 4. *art.* 3 erit de Sacerdotibus excipientibus confessiones virtute Bullæ: quia qui per diploma facultatem habet, vt possit eligere Confessarium, debet qui eligitur, supponi Confessarius per Episcopi approbationem, vel Parochiale beneficium. Probatur *secundò*, quia semper in diplomate adiicitur, *Confessores idoneos*, idonei autem non dicuntur, nisi qui vel approbatione Episcopi, vel Parochiali beneficio sunt approbati, cùm iudicium idoneitatis non sit relinquendum personis priuatis, sed publicis. *Tertiò*, quia non censetur Pontifex per huiusmodi indultu quemcumque Confessarium approbare, alioqui ansam daret eligendi quoscumque idiotas, & indignos; sed solùm eos, qui publicum testimonium habent de idoneitate.

Sup. hoc in Res. præteritæ §. Sed difficultas, ad medium, à vers. Infertur secundo. & in tom. 1. tr. 3. Res. 22. §. 1. ad medium. & in Res. 23. §. Denique.

10. Sed negatiuam sententiam, me citato optimè probat Amicus *tom* 8. *disput.* 15 *sect.* 3. *num.* 101. Nam quotiescumque Pontifices non exprimunt, semper præsumendum est facultatem concedere in suis Bullis iuxta formam Concilij Ratio, quia cùm contrarium sit dispensatio à lege communi, non præsumitur Pontifex illam concedere, nisi id specialiter declaret, cùm semper Principes stare præsumantur pro legibus, quæ suam vim iam obtinuerunt. Et ideo Vasquez *tom.* 4 *quæst.* 93. *art.* 1. *dub.* 5. *num* 3. sic ait etiam de Pontifice existimo maximè probabile, non concedere ita generalem licentiam (nisi ipse aliud explicet) in priuilegiis generalibus, vt eligi possit arbitrio pœnitentis cuiuscumque Sacerdos quicumque non prohibitus alias, sed neque approbatus, nec expositus. Hoc dixerim, non quia non posset Pontifex id concedere, vt factum teneret, sed quia reuera periculosum esset committere idiotis, & rudibus eligere quem vellent, scia ipsorum approbatione probatum, nec præsumendum est cùm esset periculosum concedere Pontificem, imò si concederet de facto, quamuis absolutio teneret; sed non esset

esse licitum id concedere, vnde non est credendum ita concessisse vnquam in generali concessione. Ita ille.

11. *Ollanus casus*, secundum aliquos, erit de Sacerdotibus licentiatis in sacra Theologia, vel iure Canonico in aliqua vniuersitate. Et ita hanc sententiam amplexati sunt grauissimi Doctores Ordinis Prædicatorum, Gallus, Medina Bannez, quos secuti sunt Sebastianus Perez Episcopus Oxomensis, & Doctor Petrus Martinez Complutens. vt refert Henriquez *lib. 6. cap. 6. liter E*, quorum sententia probari potest: quia Academia, seu vniuersitas per facultates & indulta sibi concessa à Sede Apostolica, examinat, & approbat prædictos licentiatos, nomine ipsius Papæ: ergo tales iam obtinent à iure approbationem, mediante publico testimonio suæ idoneitatis ab Academia nomine Papæ sibi expedito, atque exhibito.

12. Sed prorsus hæc opinio reiicienda est. Probatur *primò*, ex verbis Concilij Tridentini supra citatis *sess. 23. cap. 15* nam, cùm ibi dicitur, *vel aliàs idoneis iudicetur* non significatur, quòd quando publicè constat de sufficientia & idoneitate alicuius non sit necessaria Episcopi approbatio, vt falsò prædicti Doctores interpretantur, sed solùm significatur quòd ad hoc, vt Episcopus approbet aliquem in Confessarium, non est necessarium præmittere examen, si alias sciat illum esse idoneum, & sufficientem; quam intelligentiam esse apertam mentem Concilij, & verba ipsa, nisi extorqueantur, satis indicant, & vsus ipse confirmat, cùm nullus, quantumcumque graduatus, audeat sine Episcopi approbatione, confessiones audire.

13. *Secundo* probatur, quia Pius V. concessit aliquando pro magno priuilegio fratribus Mendicantibus, vt lectores illorum graduati in Theologia possent sine alia approbatione Episcopi audire confessiones sæcularium, vt refertur in Motu proprio Gregorij XIII. qui inseritur communiter edicto sanctæ Inquisitionis, quam concessionem postea ipse Pius V. reuocauit anno 1571. teste Henriquez *vbi suprà*, declarans, Regulares etiam graduatos, & Lectores præsentandos esse Episcopo, licèt vetet eos examinare: ergo manifestum est gradum Doctoratus non esse sufficientem sine Episcopi approbatione ad audiendas confessiones: & ita docent communiter omnes Doctores.

14. Et tandem *nouus casus* certus erit de Sacerdotibus excipientibus Confessiones Regularium cum suorum superiorum licentia. Dicendum est igitur in decreto supra citato Concilij Tridentini, non comprehendi pœnitentes Regulares, qui confiteri possunt cuilibet Sacerdoti ab Episcopo non approbato. Vnde non tenentur, superiores Religionum, cùm Confessarios assignant suis subditis, eos Episcopo præsentare, vt approbentur ad confessiones suorum subditorum audiendas: quin etiam concedere eis possunt facultatem, vt extra Religionem cuilibet Sacerdoti ab Episcopo non approbato confiteri possint. Fundamentum est, quia Concilium hanc legem expressè limitat respectu secularium: & ex alio capite, Religiosi iure antiquo validè confiteri poterant cuilibet Sacerdoti. Hinc infertur, quando superior concedit subdito licentiam eligendi sibi Confessorem in itinere posse sibi eligere quemcumque, etiam ab Ordinario non approbatum: nam hoc ipso quòd licentia non limitatur, censetur concessa in sua amplitudine.

15. Sed difficultas est, an idem dicendum sit de Equitibus D. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, &c. & ad illam sic, me citato, respondet Amicus *tom. 8. disput. 15 sect. 3. num 97.* Dubium est an hoc priuilegio fruantur Equites S. Ioannis, S. Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, Montesæ. Affirmant communiter Doctores apud Dianam *tract. 2 de dubiis Regul. resolut. 10.* Fundamentum est; quia isti sunt veri Religiosi per tria vota paupertatis, castitatis, & obedientiæ in manibus suorum Prælatorum emissa: ergo non secus ac reliqui Religiosi, confiteri possunt cuiuis Sacerdoti siue sæculari, siue regulari, etiam ab Episcopo non approbato. Quæ licèt de iure vera sint; de facto tamen, vt notat *ibidem* Diana, consuetudo est in contrarium. Ita Amicus.

Quæ hîc est in tom. 3. tr. 1. Ref. 99. §. 2. & in tom. 1. tr. 3. Ref. 22. §. Quæ ad. & hîc infra in Resol. 79. §. Ex quibus. ante medium, & in aliis earum annotationum.

RESOL. XLI.

An Summus Pontifex potuerit, & de facto concesserit Regularibus, vt possint excipere alienas confessiones sine licentia Parochi in ordine ad præceptum annuæ confessionis.

Et quid de Sacramento Eucharistiæ, an possint Religiosi laici distribuere eam absque licentia proprij Parochi, & Pastoris toto anno, excepto Festo Paschæ Resurrectionis; Ex part. 8. tract. 1. Resol. 88.

§. 1. REspondeo minimè dubitandum Summum Pontificem posse dare facultatem confitendi aliis præter Parochum, cùm ipse sit omnium Parochus, & Pastor. Et id definitum fuit à Ioanne XXII. *in Extrauagant. Vas electionis, de hæreticis*, contra quendam Ioannem de Poliaco, quamuis neque ipse negauerit, vt bene aduertit Vasquez *in 3. part. tom. 4. quæst. 93. art. 1. dub. 6. num. 2.* talem potestatem extare Summo Pontifice, sed solùm dixerit, decreto Concilij Lateranensis *in cap. omnis vtriusque sexus*, non posse tolli à Papa obligationem confitendi Parocho, nisi illi decreto deroget ur. Vnde non solùm dictus Poliacus, sed etiam Henricus de Gandauo *quodlib. 10. quæst. 2.* existimarunt fideles confitentes dictis Religiosis non satisfacere præcepto annuæ confessionis, ac proinde semel in anno teneri omnia sua peccata mortalia, quantumnis dictis Religiosis iam confessa, suo Parocho confiteri, aut alteri de eius licentia. *Primò*, quia *in cap. omnis vtriusque sexus*, dicitur, fideles teneri omnia sua peccata mortalia proprio Sacerdoti, aut alteri de eius licentia, saltem semel in anno confiteri; per priuilegia autem Religiosis concessa non est derogatum dicto capitulo, quia in eo continetur & determinatur præceptum diuinum confitendi proprio Sacerdoti, aut alteri de eius licentia saltem semel in anno: præcepto autem diuino nequit derogari per priuilegia Ecclesiastica? Ergo qui proprio Sacerdoti, alteri de eius licentia non confitetur semel in anno, quamtumuis dictis Religiosis confiteatur, non satisfacit dicto præcepto. *Secundò, quia in Extrauagant. Ad vberes fructus*, edita à Martino V. quæ refertur ab Henriquez in qua Martinus concedit Mendicantibus idem priuilegium audiendi confessiones, addit: Volumus autem quòd hi qui fratribus confitebuntur, teneantur proprio Sacerdoti saltem semel in anno, provt generale Concilium constituit, confiteri, Et *in Extrauagant. Vices, de Treuga & Pace*, edita à Sixto IV. dicitur, quòd fratres Mendicantes desistant prædicare quòd Parochiani non sunt obligati tempore Paschatis proprio Sacerdoti confiteri, quia ad id de iure tenentur.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 3. lege doctrinam. Ref. 25. signanter à §. Sed quidquid, & vide etiã in tom. 5. tr. 10. Ref. 82. Signanter ante medium à vers. vnde explodenda. & in tom. 2. tr. 2. Ref. 23. lege Decretum S. Congregationis positum in §. Die 9. Iulij.

Sup. hoc lege doctrinam §. & vers. non præteritæ.

2. Sed his non obstantibus, Papam, vt dixi, habere potestatem Regularibus hoc concedendi, non est dubium, & de facto concessisse certum est, vnde hodie dicendum est, fideles satisfacere præcepto confessionis annuæ, confitendo Religiosis habentibus a Summo Pontifice facultatem, nec debere iterum eadem, aut alia peccata confiteri Parocho: nam priuilegia Regularium, præsertim moderna, clarissimè loquuntur, & fidelium omnium vsus ita obseruat: & Clemens VIII speciali Breui ita declarauit 22. Decembris, anno 1592. vt refert Cardinalis de Lugo *de Sacrament Pœnit. disp.* 19 *sect.* 2. *n.* 27. & Coninck *de Sacrament. disp.* 8. *dub.* 9.

3. Sed dices *Primò* priuilegium non dari alicui in præiudicium alterius; daretur autem, si fideles confessi Religiosis, non tenerentur confiteri proprio Parocho, tum propter alias rationes, tùm quia Parochus non posset agnoscere vultum pecoris sui, & iudicare an fideles digni essent, quibus Eucharistia administraretur. Respondeo nullam fieri iniuriam Parocho, quòd Papa, vel Episcopus, quibus ipsius iurisdictio aliquo modo est subordinata, per se fidelium sibi subditorum confessiones audiant: ergò neque quòd id præstent per alios ab ipsis deputatos, cùm non minus hoc, quàm illud agere possint. Et satis est quòd ipsi hunc, aut illum iudicauerint idoneum ad Eucharistiam recipiendam: eorum enim sententiæ Parochus stare debet, & tutus est in conscientia.

4. Dices *Secundò*, *in cap omnis vtriusque sexus*, præcipi vt quilibet semel in anno confiteatur proprio Sacerdoti, aut alicui de illius licentia. Respondeo, per propium Sacerdotem ibi non ita intelligi Parochum, vt superiores excludantur: si enim hoc ita esset, sequeretur nullum posse in Paschate confiteri Episcopo, aut etiam Summo Pontifici, sine Parochi licentia, quod absurdissimum est. Per proprium ergo Sacerdotem intelligendus est omnis ille, qui habet iurisdictionem ordinariam in hoc foro, cuiusmodi sunt Summus Pontifex, & Episcopus. Quare satis est confiteri illis, aut de eorum licentia, quæ pœnitentibus concessa censetur, eo ipso quòd aliquos, ad confessiones eorum audiendas, deputauerint.

5. Ad alia verò argumenta superiùs posita, respondeo, quòd ex concessione facultatis data Regularibus non derogatur iuri diuino modificato *in cap. omnis vtriusque sexus*, confitendi proprio Sacerdoti vel alteri de licentia illius: saltem semel in anno, quia, qui ex licentia & ex priuilegio Romano Pontificis audit confessiones (vt audiunt Religiosi) verè audit illa ex licentia proprij Sacerdotis, quia Romanus Pontifex, quamuis non sit proprius Parochus est tamen proprius Sacerdos. & Pastor omnium fidelium, & non alienus; & *in dicto cap omnis*, nomine proprij Sacerdotis non tantùm intelligitur Parochus, sed etiam quicumque habens iurisdictionem ordinariam, sed quam etiam habent Romani Pontifices, & reliqui Episcopi. Ex quo constat ad prius fundamentum aduersariorum.

6. Et ad posterius, desumptum ex Martino V. & ex Sixto IV. respondemus, eo tempore priuilegium audiendi confessiones antea à Bonifacio VIII. *in Extrauag. super Cathedram. de sepulturis*, & Benedicto XI. *in Extrauag. Inter cunctas de priuilegiis* absolutè absque exceptione alicuius confessionis. Mendicantibus concessum, quod Ioannes XXII. supponit *in Etrauag. Vas electionis, de hæreticis*, in qua sententiam Ioannis de Poliaco damnauit, fuisse eo modo dictum limitatum à Martino V. & à Sixto IV. iam tamen antiquum priuilegium concessum à Bonifacio VIII. & à Benedicto XI. fuisse absolutè, absque exceptione alicuius confessionis a Romanis Pontificibus, iterum nostris, & reliquis Mendicantibus reuocatum, vt constat ex Bullis ipsis concessis. Et ideò Cardinalis de Lugo *vbi suprà* sic ait. De illa limitatione Martini V. & Sixti IV. dicendum videtur illos non voluisse quidem obligare pœnitentem ad confitenda eadem peccata item Parocho; id enim absurdum esse dixit Benedictus XI. *Extrauaganti*, *Inter cunctas, de priuilegiis*; sed solùm, vt sicut nunc possunt apud Religiosos Eucharistiam sumere, excepta communione Paschali, suam debent à Parocho recipere: si tunc, licet per totum annum possint confiteri Religiosis, Paschali tamen tempore, quando pro communione annua suscipienda debebant confiteri, eam confessionem apud Parochum facerent, vel apud alium de eius licentia. Vnde, qui tunc non haberet materiam necessariam confessionis, non debebat Parocho confiteri: & hoc pro tunc in vsu fuit, vt hoc saltem actu Parochum recognoscerent; postea tamen hoc etiam sublatum fuit, & relicta sola communio Paschalis apud Parochum ex obligatione facienda. Ita Lugo; cui adde Vasquez *loco citato, num.* 18.

7. *Notandum* est tamen hìc obiter quòd licet *in Clementina Religiosi, de priuilegiis*, prohibitum sit generaliter omnibus Religiosis, Eucharistiam laicis distribuere absque licentia proprij Pastoris; iam tamen à Sede Apostolica concessum est Minoribus Obseruantiæ, & Societati, (& consequenter omnibus aliis, quibus Mendicantium priuilegia communicantur) vt toto anno, excepto festo Paschæ Resurrectionis, possint omnibus fidelibus in suis templis Eucharistiam ministrare imò vt concedant facultatem aliis Sacerdotibus vt eam in dictis templis omnibus fidelibus ministrent. Sup. hoc in tom. 2. tr. 2. Resol. 22. & in aliis citis annot.

8. Sed circa hoc priuilegium concessum à Pontifice Regularibus, *nota* quòd Nauarrus *in summa, cap.* 21. *num.* 52. & Hentiquez *lib.* 8. *cap.* 5. nomine festi Paschæ, intelligunt diem ipsum Resurrectionis, & Paschatis, ita vt in eo nequeant dicti Religiosi Eucharistiam sæcularibus ministrare, non solùm illis, qui eam sumunt ad satisfaciendum præcepto annuæ communionis, sed nec illis qui ex sola deuotione illam sumere intendunt. Sup. hoc in tom. 2. tr. 2. Resol. 18. §. 4. Nec obstat sententia & in Resol. 23. §. 6. Difficultas. sed lege eam per totam & in Resol. 22. §. 6. Nota tamen cursum ante medium, vers. secundus. & in tom. 4. tr. 2. Resol. 57. §. 2 ante medium à vers. si sumant. & in Resol. 58. §. sed contra: cuiusmodi ad lin. 2.

9. Sed contrària opinio est tenenda cum Vasquez *in 3 part. tom.* 3. *disput.* 219. *cap.* 3. Suarez *disp.* 72. *sect.* 2. & aliis; qui nomine festi Paschæ, seu Resurrectionis intelligunt communionem propriam illius festi, prout extensi ad quindecim dies, à Dominica in Ramis numerantur iuxta vsum Ecclesiæ, ita vt Religiosi sic priuilegiati tantùm prohibeantur administrare communionem, quâ intenditur satisfieri præcepto annuæ communionis. Quod etiam re ipsa sentit Ægidius *quæst.* 82. *art.* 3. *n.* 31. & meritò: quia Pontifices dicta exceptione tantùm intendunt excipere communionem, quia satisfit præcepto annuæ communionis, vt fideles pro impletione præcepti annuæ communionis ad proprios Parochos recurrant. Ergo nomine festi Paschæ intelligunt totum tempus Paschale, in quo potest satisfieri præcepto non materialiter, quasi toto eo tempore non possint Religiosi sic priuilegiati Eucharistiam administrare volentibus ex sola deuotione communicare, quia verè possunt etiam in de ipso Resurrectionis; sed formaliter, ita vt tantùm prohibeatur Eucharistiam ministrare volentibus præcepto annuæ communionis satisfacere. Sup. hoc in Resol. 2. not. præteritæ §. Hoc suppositio. & in aliis eius not. & nos. præteritæ.

RESOL.

RESOL. XLI.

An Pontifex in articulo mortis, saltem dum abest Sacerdos approbatus, suppleat, & conferat iurisdictionem simplici Sacerdoti illam non habenti?

Et an Sacerdotes talem iurisdictionem in articulo mortis habeant à iure diuino, seu à Deo immediatè, vel à Pontifice. & ab Ecclesia?

Et an etiam præsente Parocho, vel approbato, in articulo mortis Pontifex conferat iurisdictionem simplici Sacerdoti, ita vt illo præsente possit eligi à pœnitente, & absolui ab omnibus peccatis, & censuris quomodolibet reseruatis?

Et an Pontifex non solum in articulo mortis, sed etiam in periculo conferat supradictam iurisdictionem?

Et an Pontifex possit prohibere, ne quis Sacerdos in extrema necessitate valide absoluat? Ex part. 8. tract. 1. Resol. 90.

§. 1. SVppono, (vt ex superiùs dictis patet,) non omnes Sacerdotes habere iurisdictionis potestatem ad validè absoluendum quemlibet pœnitentem requisitam. Hæc assertio in his terminis est de fide ex Concilio Florentino, decreto vnionis, in quo propterea non quilibet Sacerdos, sed habens authoritatem absoluendi, minister huius Sacramenti designatur, & in Concilio Tridentino *sess. 14. cap. 7.* supponitur, fieri posse, vt Sacerdos nullam habeat iurisdictionem, nec ordinariam, nec subdelegatam, in aliquem pœnitentem.

2. Neque de hoc est inter Doctores vlla controuersia. Nisi quòd Armacanus *lib. 11. quæst. Armen. à cap. 1. vsque ad 6.* fauente etiam Durando *in 4. dist. 19. quæst. 2.* & Alman. *in 4. dist. 18. quæst. vnica*, olim docuit, Sacerdotes in ipsa ordinatione iure diuino accipere veram potestatem absoluendi à peccatis, quoslibet pœnitentes; ita vt absolutio quidem, si bona fides ea parte pœnitentis interueniat, sit valida; quamuis, & contra Ecclesiæ præceptum, & dispositionem fiat, non sit licita; sicut etiam in potestate ordinandi accidit. Sed quæ sententia ex dictis meritò ab omnibus reiicitur tanquam falsa prorsus & improbabilis, imò erronea, apud Caietanum *tom. 1. opusc tract. 7 quæst. 1.* Sotum *dist. 18. quæst. 4. art. 2. & dist. 20. quæst. 1. art 5.* Petrum Sotum *lect. 5. de conf.* Canum *relect. part. 5.* Valentiam *quæst. 10. part. 2.* Henriquez *lib. 6. cap. 5.* Vasquez *quæst. 93. art. 1. dist. 2.* post sanctum Thomam, & alios *in 4. dist. 17. & 19.*

3. Sed supra dicta iurisdictio tam ordinaria, quàm delegata tribus modis acquiritur, videlicet, à iure, ab homine, & à consuetudine, de quibus latè Doctores citandi. His itaque suppositis, & non obstantibus in articulo mortis omnes Sacerdotes, etiam non approbati, quoslibet pœnitentes à quibuscuis peccatis, & censuris absoluere possunt, saltem vbi non adest proprius Sacerdos, aut alius, qui etiam aliàs iurisdictionem habeat. Ita docet Concilium Tridentinum *sess. 14 cap. 7. de pœnit. post cap. fœlicis, de pœnit. in 6. cap. pastoralis, de offic. Ordin. cap. cupientes, de pœnit. in Clementinis, cap. inter cunctas. de priuileg. in Extrauag. commun.* itémque Cœlestinus Papa *epist. 2. cap. 2. & 4.* & Concilium Carthaginense III. *cap. 3.* & Toletanum *cap. 11.* & consentiunt omnes Doctores.

4. Sed circa præfatam doctrinam communiter receptam aliquæ extant difficultates, an talem iurisdictionem Sacerdotes in articulo mortis habeant à iure diuino, seu à Deo immediatè, vel à Pontifice, & ab Ecclesia. Et à Pontifice, & Ecclesia haberi respondeo cum D. Thom *in 4 dist. 19 quæst. 1 art 3.* & *dist. 20 quæst 1 art. 1. quæst. 2.* Bonauentura *dist. 19. art. 3. q. 1.* docent Maior *quæst. 1.* Almain *quæst. 1.* Sotus *dist. 18. quæst. 4. art 4.* Ledesma *2 part. 4 q. 21. art. 6. & quæst. 22 art. 1.* Medina *Cod. de conf quæst. de alieno.* Petrus Sotus *lect. 5. de conf.* Victoria *in summ. n. 156.* Couarruuias *in cap. alma part 1. §. 6. n. 8.* Henriquez *lib 6 c. 10 n 2.* Suarez *disp 26. sect. 4. num. 7.* & Vasquez *quæst. 93 art. 1. dub. 3. n. 3.* contra Durandum, Capreolum, Paludanum, Canum, Ruardum, & Armillam *verb. Absolutio.* Ratio est; tum quia nullum est fundamentum contrariæ sententiæ, & nostra indicatur in Concilio Tridentino *loco citato*; tum quia hæc potestas in executione pendet à dispositione Ecclesiæ: & quamvis licite non possit adimi vniuersim posset tamen ex parte personarum absoluentium, & pœnitentium limitari. Quòd si omnes Sacerdotes, quoad hanc potestatem, iure diuino essent pares, non posset Ecclesia impedire, etiam in aliorum præsentia, & non valeret absolutio Est igitur, vt rectè dixit Suarez, iurisdictio hæc delegata ab Ecclesia. Et ideò Patres Franciscus de Lugo *opusc. de Sacrament. cap 11 num. 8.* sic ait. Ex Ecclesiæ concessione quilibet Sacerdos habet iurisdictionem. *Primò*, super venialia tantùm. *Secundò*, super mortalia priùs sacramentaliter remissa. *Tertiò*, in articulo, vel periculo mortis, dum abest proprius Sacerdos.

5. Verum quoad hoc vltimum Patris de Lugo digladiantur Doctores, an scilicet, etiam præsente Sacerdote approbato, in articulo mortis Pontifex conferat iurisdictionem simplici Sacerdoti, ita vt illo præsente, possit eligi à pœnitente, & absolui. Negat Lugo, vt visum est, cui adde Vasquez *in 3. part. tom. 4. quæst. 93 art 1. dist. 4 num. 19.* Qui insuper addit: Cùm hæc facultas concedatur ad supplendum defectum, hoc ordine secundùm rationem intelligitur concessa, vt deficiente Sacerdote, qui habet iurisdictionem. *Primò* eligatur qui examine approbatus est, etiamsi aliàs iurisdictionem non habeat. *Secundò*, hoc deficiente, eligatur non approbatus, non excommunicatus, sed aliàs sufficiens. *Tertiò*, hoc deficiente, excommunicatus Catholicus, etiamsi nominatus sit *Quartò* denique, hæreticus; quia Ecclesia concedit iis facultatem in defectum.

6. Idem docet Suarez *disp. 26 sect. 4. num. 4.* vbi dicit requiri necessitatem etiam ex parte Sacerdotis, vt non sit alius, ad quem ex officio, vel delegatione tale munus pertineat. Quapropter, inquit, si adsit Parochus, v. g. vel alius, qui habeat iurisdictionem, non potest simplex Sacerdos absoluere, quia iam non est articulus necessitatis, comparatione illius. Et eadem ratione Sacerdos non expositus, non potest in eo casu absoluere, si adsit approbatus, qui possit, & velit id facere, etiamsi alioqui iurisdictionem non habeat: & similiter si adsit Sacerdos excommunicatus, vitandus, aut præcisus, non potest absoluere: si adsit simplex Sacerdos toleratus, etiamsi antea iurisdictionem non haberet. Idem quoad excommunicatum nominatim, docet Valentia *quæst. 11. part. 2.*

7. Qui proinde citati omnes cùm in eo quidem consentiant, eiusmodi absolutionem tantùm habere locum ac valere, si non adsit alius, ad quem aliàs ex officio, vel delegatione tale munus pertineat, solus tamen Suarez, & Vasquez vniuersim asserunt de supradicto ordine inter Confessarios seruando. Quæ sententia quidem probabilis est,

Sup. his duobus primis suprain Resol. 39. à principio, vsque ad § Quintus casus, & in aliis eius not. & pro tertio. & seq. in principio huius §. verum quoad. suprà ad medium §. 3. huius Resol. & in Resolutionibus. & §§. positis infra in annot. Itaque huius Resol. & prosequentibus à lin. 7. huius §. verum. à vers. Qui insuper. vsque ad not. seq. magis, latè in tom. 1. tr. 4. Resol. 43. &c. & si vocas otio lege etiam alias Resol. not. seq.

maximè ob auctoritatem Doctorum, sed non satis sunt, vel ratione probatur, maximè quia scrupulosus ille delectus, si necessitate Sacramenti necessarius esset, facilè posset in periculum animarum cedere. Et ita hanc sententiam tenet etiam Cardinalis Lugo *de Pœnitent. disput. 18. sect. 2. §. 2. num. 24.*

Sup. hoc in tom. 1. tr. 4. Ref. 29. & legatas Ref. & §§. eius an notationum, & Ref. nor. seq. & aliarum annotationum earum, & in dicto tom. 1. tr. 5. ex Ref. 7. Visle §. Notandum est, & in tom 8. tr. 1. Ref. 7. & hic infra lege Ref. seq.

8. Itaque ergo puto absolutè, & simpliciter in articulo mortis Pontificem & Ecclesiam conferre iurisdictionem simplici Sacerdoti etiam præsente proprio Parocho, vel approbato, vt possit absolvere ab omnibus peccatis, & censuris quomodolibet reseruatis. Et ita docet Paludanus *in 4 dist. 15. q. 1. art. 2.* Capreolus *dist. 19. q. 1. ad 4.* Maior *q. 1.* Durandus *dist. 24 q. 5.* Canus *relect. de pœnitent. p. 5.* Henriquez *lib. 6. c. 11. n. 4 in annot.* Castro *l. 2. de hæret. punit. c. 24.* Nauarrus *Man. cap. 26. num 26. & cap. 27. n. 270.* Sylvester *verb. Confessor. 1. in fine*, & Sà *verb. Absolutio, edit. antiq. & nouæ*, & significant, Ruardus *art. 3* Eckius *lib. 3. de primatu Petri*, & Couarruuias *in cap. Alma, part. 1. §. 11. n. 8.* qui loquuntur absque limitatione. Ratio sumitur ex verbi Concilij Tridentini, quod non dicit in casu necessitatis, aut si necessarium sit, ita posse absolueri quemlibet Sacerdotem, quasi aliqua necessitas etiam requiratur ex parte ipsius etiam confessarij; multò minus dicit, si proprius Sacerdos, aut alias idoneus non adsit: sed absolute pronuntiat, in eo articulo nullam esse casuum reseruationem, & quoslibet pœnitentes à quibuslibet Sacerdotibus posse absolui. Et si etiam loquuntur *cap. quod de his, & cap. pastoralis, de offic. iud. ordin.*

9. Ratio esse debet, non quòd ipso iure diuino ea potestas & iurisdictio omnibus Sacerdotibus conueniat, vt multi ex citatis sentiunt, sed quia iure Ecclesiastico, communi omnium Pontificum & Conciliorum consensu, potiùs ex ipsa Apostolorum institutione, absoluendi potestas & iurisdictio in articulo mortis omnibus Sacerdotibus conuenit. Nec suppetit firmum fundamentum eius potestatis vsum quoad valorem restringendi. Nec obstat *cap. Presbyter, 16 q. 6.* Hoc enim tantùm de præcepto ex parte ipsius confessarij loquitur, & respicere videtur reconciliationem in foro externo. Recognosce me ipsum, & Doctores, quos cito *in part. 1 tract. 5. resol. 5.* & hanc sententiam, me citato, probabilem esse faretur Caspensis *in cursu Theolog. tom. 2. tract. 14. disput. 5. sect. 5. num. 4*

Quæ hic est in tom. 3. tr. 8. Ref. 26 &c.

Sup. sequentibus, & contentis in hoc tom. 1. tr. 4. Ref. 22. & si vacas orio lege aliam Ref. eius primæ not. &c.

10. *Nota* tamen, quòd stando etiam in contraria sententia, si adesset Sacerdos approbatus, & nollet audire, vel absoluere, tunc sanè poterit adhuc quilibet simplex Sacerdos: quia idem est, ac si non adesset. Si ob periculum instans inceperat infirmus confessionem cum simplici Sacerdote, & interim aduenial Parochus, vel alius appobatus, potest cum illo confessionem perficere, ab eóque absolui: quia incepta iam causa, effectus ille erat legitimus minister, & iudex. Aut si fortè confessionem irritam fecisset, quamuis absolutus erat, poterit coram eodem confessionem repetere, & iterum ab eo validè absolui: quia idem est, ac si confessionem incepisset, & non fuisset adhuc absolutus. Ac præterea, si incepta confessione ex vrgentia periculi, interim cesset periculum, adhuc poterit talis Sacerdos prosequi & audita tota confessione pœnitentem absoluere. Non tamen posset pœnitens post receptam absolutionem, & sublato periculo, illi iterum confiteri de aliis peccatis, fortè oblitis. Et hæc omnia, me citato, docet Auersa *de sacram. Pœnitent. q. 16. sect. 3.*

Sup. hoc in Ref. not. præteritæ §. Sed. ad medium vers. secus &c.

11. Verùm si aliquis curiosus inquirat, an Pontifex non solùm in artitulo mortis, sed etiam in periculo conferat iurisdictionem, vt *suprà* asseruimus. Respondeo, quosdam non improbabiliter distinguere inter articulum, & probabile, seu morale periculum mortis: verius tamen videtur, hæc in præsenti non esse distincta; sed idem de vtroque casu dicendum.

Sup. hoc pericolo in tom. 1. tr. 4. Ref. 29. & ibi in tr. 5. Ref. 2. & 7 in primis eius lin. & in tom. 5. tr. 1. Ref. 206 §. vlt. in principio. & in tom. 9. tr. 7. Ref. 126.

12. *Primam partem*, hæc duo, videlicet esse distincta, & quæ de articulo mortis tunc hactenus dicta ad nudum periculum mortis non esse extendenda, sentiunt Canus, Sotus, Couarruuias, Graffius, & Valentia *q. 10. puncto 2.* qui aiunt, periculum mortis esse, cùm est probabile dubium, & frequenter solet in tali casu mors accidere; qualis est morbus periculosus, longa nauigatio, actuale bellum, seu imminens prælium, partus primus mulieris, idémque de similibus arbitrio prudentis iudicandum: articulum autem mortis esse, quando mors proximè instat, & iam moraliter certa, & ineuitabilis, quasi in fieri est, siue ex causis intrinsecis naturalibus, vt fit in morbis lethalibus; siue extrinsecis, vt si aliquis sit damnatus supplicio mortis, &c. Fundamentum est, quia Concilium loquitur de articulo mortis, qui ex ipsa vi nominis, plus sonat, quàm periculum mortis.

Sup. his in fine Ref. 1. not. præteritæ, & in Ref. 3. §. vlt. & in Ref. 4. alin. 5. & in Ref. 5. §. vlt. ad lin. 7. & in Ref. 6. per totam,

13. *Secundam partem* tradunt glossa *in cap. pastoralis, de offic. Ordin. & cap. quid in se, de pœnitent. & remiss.* Paludanus *dist. 17. q. 5. art. 2. & dist. 20. q. 1. art. 2.* Adrianus *q 3 de cons.* Sylvester *verb. confessor 1. q. 6.* & interdictum *5 quæst. 7.* Nauarrus Man. *cap. 16. cum. 31. & cap. 27. n. 271.* Sà *verb. Absolutio.* Henriquez *lib. 6 cap. 11. numer. 11. & lib. 13. cap. 27. num. 3.* Suarez *distinct. 26 sect. 4. num. 3.* & Vasquez *q. 91. art. 1. dub. 5.* Probatur ex *cap. si quis suadente, 17 q. 4.* vbi posita reseruatione, excipitur periculum mortis; *& cap. eos qui, de sentent. excommun. in 6.* nunc periculum, nunc articulus mortis appellatur. Vnde patet hæc duo in iure pro eodem reputari: præterquam quòd fauores sunt ampliandi. Ratio est; tum quia morale periculum in malis culpæ perinde cauendum est, ac euentus ipse. Tum quia aliàs non satis esset consultum necessitati fidelium, vtpote, qui de articulo mortis incerti; facilè sine confessione aliquando essent decessuri. Tum quia præceptum diuinum confessionis non minus obligat in periculo morali, quàm in articulo mortis. Est ergo vtrobique par ratio, hanc amplitudinem ministrorum concedendi. Et ita docet Præpositus *in 3. part. q. 7 de sacrament. Pœnitent. dub. 5. num 43.* & me citato, Cardinalis Lugo *de pœnitent disput. 18 sect. 2. §. 1. num. 21.* Caspensis *vbi suprà, num 15.* vbi postea, sic asserit. Dices ex hoc videtur sequi, quemlibet simplicem Sacerdotem posse absoluere à censuris & casibus reseruatis omnes parturientes, partus quidem dolores iam sentientes, vel partui proximè vicinas, tanquam constitutàs in periculo mortis. Respondetur negando sequelam loquendo de omnibus prægnantibus, & concedendo eam de prægnante quæ primum partum sit editura, vel de his, quæ difficiles, & periculosos partus solent habere. Ita ille; cui addè Sotum *in 4. dist. 18. q. 1. art. 5.* Sed de hoc ego alibi.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 5. Ref. 5. 6. & 8. §. Nota. & in tom. 9. tr. 7. in fine Ref. 126

Alibi in Resolutionibus not. præteritæ.

14. Sed an Pontifex possit prohibere, ne quis Sacerdos in extrema necessitate valide absoluat, concedunt Maior, & Vasquez. Negant verò Durandus, & Canus *relect. de pœnitent. par. 5. ad 2.* & Augelus *verb confessio 3. num. 2.* & alij. Quibus magis assentior: quia, vt rectè Durandus, numquam intelligitur priuilegium concessum capiti in destructionem, sed in ædificationem membrorum, cùm

Er Sup. cotero in hoc §. vlt. lege suprà doctrinã Ref. 54.

cùm caput sit propter membra, Quæ doctrina intelligenda est de omnibus Sacerdotibus, etiam suspensis, degradatis, apostatis, & hæreticis, vt habet communis sententia Vide etiam Ludouicum à Cruce *in Bull Cœn. disp. 1. cap. 2. dub. 5. num. 19.*

RESOL. CXLII.

Respondetur ad omnia argumenta contra sententiam superius positam in ordine ad illam practicandam; & aliqua alia curiosa inuenies circa opinionum probabilitatem.

Sed ex doctrina huius Resolutionis oritur, an in articulo mortis possit quis cum Sacramento pœnitentiæ supplere præceptum contritionis.

Sed adhuc remanet ista difficultas, an sit obligatio habendi contritionem in articulo mortis ex alio capite, scilicet diligendi Deum? Ex part. 3. tr. 1. Resol. 91.

Expositio fundamenti & sententiæ Resolutionis.

§. 1. ADuersùs doctrinam superiùs tanquam probabilem admissam, nempe posse in articulo mortis præsente approbat eligi in confessarium Sacerdotem non approbatum.

2. Obijcies *Primò*, dictam opinionem secundùm Præpositum *in 3. part. quæst. 7. de sacrament. Pœnitent. dub. 5. num.* 40. & alios, esse quidem probabilem speculatiuè, non autem tutam in praxi. *Secundò* licèt quis amplecti possit opinionem probabilem relictâ probabiliori; hæc tamen non videtur procedere in articulo mortis, tunc enim magis tuta, & securior opinio amplectenda est.

3. Respondeo his obiectionibus ex mente aliorum, &

Sanchez in tom. 1. Decal. cap. 9. dubit. 36. §. Ista vero.

Ad primum dicunt opinionem probabilem speculatiuè esse probabilem, & tutam practicè: nam à speculatiua probabilitate connaturaliter, & prudenter oritur probabilitas practica tanquam effectus à causa. Ideò siquidem conscientia practicè dictat, hîc & nunc licere talem operationem, quia probabilis opinio docet, sub talibus, circumstantiis licere. Cùm enim hæc speculatiua cognitio respiciat praxim tanquam obiectum suum & dirigat voluntatem ad opus, id operamur licitè, quod speculatione morali probabiliter iudicamus licere. Itaque dicendum est, quòd probabile esse speculatiuè, nihil aliud est, quàm habere pro fundamento rationem sufficientem, qua duce operari culpæ tribui non potest, nec temeritati, sed prudentiæ, quo conscientia tuta manet. Et supposita sufficienti ratione in speculatiuis, necesse est, quòd apponatur in practicis; quia si sufficiens ratio in illis, & in his sufficiens erit, & quæ talis iudicatur in illis, necessariò in his iudicandæ; cùm ratio vim suam non amittat magis in his, quàm in illis, & hæc sit præcipua vis veræ rationis, vt constans in omnibus sit; non defectibilis magis in his, quàm in illis, nisi diuersa adsit circumstantia, quæ factum, & simul rationem mutet, de quo nunc non loquimur, sed dum omnia æqualiter se habent.

4. Et ideò non desinam hîc apponere verba Ioannis Machadi *in discur. pract. art. 4. §. 2. ante tom. 1. de perfecto confessario*, vbi sic ait. [Algunos Dotore, y especialmente Granado *1. 2. tractat. 12. disput. 4. sect. 4. n. 32.* luzgan, que la opinion puede ser, speculatiuè, probable, però no practicè, y que la que assi fuere, no se puede seguir seguramente en conciencia. Però el Doctor Sanchez *in disp. 44. num. 63.* y en la *54. num. 11.* prueua doctamente, que en niguna manera se deue admitir; a quien despues sigue, y refiere Dicha *2. part. tract. 13. de opinione probabili, resol. 5.* porque es cosa imperceptibile, que siendo vna opinion especulatiuamente probable, no lo sea tambien practicamente, supuesto que la probabilidad pratica, que assegura el obrar, ha de nacer forçosamente de la probabidad especulatiua; y esta solamente se destingue de aquella, como el efeto de su causa. Pues es cierto, que qualquera accion buena, ò mala, que obra el hombre prouiene de que especulatiuamente juzgò, que la podia hazer. Porque como dize Thomas Sanchez aunque diferente proposito en el libro segunde de matrimon. *disput. 41. num. 5.* el conocimiento especulatiuo, es el que mueue la voluntad para obrar praticamente. De manera que la opinion, que especulatiuamente fuere probable, lo ha de ser tambien praticamente, per lo qual dixo el mismo Autor en el lugar citado, que la especulacion probable en las cosas morales mirada à la pratica, como à su objeto, y que por consigliente de ninguna vtilidad seria la especulacion probable, si en llegando à obrar praticamente se hallasse impedida: pues este conocimiento especulatiuo es el que ha de mouer la voluntad para la obra. Y assi el Dotor Sanchez *in dip. 44. n. 11.* se persuade à quel el que no se atreue a obrar praticamente por la opinion probable especulatiua, que auia concebido en su entendimiento, de que le es licito el obrar alguna accion, lo haze, porque no es firme el asenso que conciciò de la probabilidad especulatiua de la opinion, aunque el se persuada a que lo es. Pero al contrario confessamos, que bien puede ser vna opinion probable praticamente por principios extrinsecos, que es, como ya hemos dicho, la autoridad del Dotor, ò Maestro que la tiene: no serlo especulatiuamente per principios intrinsecos, que es lo probabilidad que cada vno juzga, quo tiene la opinion por el fundamento de sus razones.] Ita Ille. Et ita hanc sententiam, me citato, tenet Pater Franciscus de Lugo *de principiis Theolog. moral. part. 1. cap. 2 quæst. 4. numer. 42.* Idem, me citato, tenet Ioannes Escobar *de confessar sollicit. part. 2. quæst. 2. n. 41.* Et tandem etiam, me citato, Narbona *de ætate requisita ad humanos actus, anno 60. quæstion. 2. num. 13.*

5. *Nota* verò dictum Narbonam me absolutè pro sua sententia citare; sed malè quidem: nam vt rectè observat Pater Lugo *vbi suprà*, ego non docui hanc sententiam, sed eius probabilitatem Lectoribus cogitandam reliqui; & quod tunc feci, nunc iterum facio.

Sup. hoc. in tom. 8. tr. 1. Resol. 8.

6. Ad secundum argumentum, respondeo negando in articulo mortis aliquem non posse sequi opinionem probabilem. Et ita, me citato, docet nouissimè Pater Franciscus de Lugo *vbi suprà, de principiis Theolog. moral part. 1. cap. 3. quæst. 5. num. 44.* vbi sic ait. An etiam in articulo mortis liceat amplecti opinionem minus probabilem, & minus tutam? Negare videtur Thomas Sanchez *lib. 2. Decal. cap. 1. num. 6.* dicens, constitutum in articulo mortis, in quo agitur animæ salus, subinde teneri partem amplecti, quàm reputat tutiorem, & probabiliorem. Vnde colligit, infidelem, cui proponitur nostra fides vt magis credibilis, dum adhuc eius secta probabiliter credibilis appareat, non teneri ad recipiendam nostram fidem extra mortis articulum; secùs in illo.

7. Probabiliùs videtur oppositum. Nam conscientia

pariter ligate extra mortis articulum, ac in illo. Sicut ergo probabilis opinio licitam reddit operationem, vel omissionem extra mortis articulum, sic etiam in illo. Nec mortis articulus inducit nouam regulam operationum moralium, etsi nonnunquam inducat obligationem particularis præcepti tunc vrgentis, non antea. Ita Pater Lugo; cui adde, me etiam citato, Ioannem Escobar *tract. de Confessar. sollicitant. part. 2. q. 2. §. 2. num. 37.* docentem, vt non solùm in vita quis vti possit opinione probabili, & omittere probabiliorem, sed etiam in articulo mortis, quia nullibi adest peccatum. Et tandem idem etiam, me citato, tenet Pasqualigus.

8. Ex supradictis oritur resolutio alterius celebris quæstionis, videlicet, an in articulo mortis possit quis cum sacramento Pœnitentiæ supplere præceptum contritionis? & negatiuè respondent Suarez, Valentia, & alij quo citaui *in part. 3. tract. 4. resol. 98.* ex ratione superius adducta; quia homo, ratione charitatis, quam erga seipsum, & Deum debet habere, tenetur tutiorem viam in eo articulo eligere: aut tutior via est, præter sacramentum confessionis, adhibere medium contritionis, quia opinio, quæ affirmat solam attritionem coniunctam cum Sacramento sufficere ad iustificationem, non est certa. Igitur poterit esse falsa. Data ergo, quòd sit falsa, sic accedens ad Sacramentum non iustificabitur: quoniam vt iustificemur, non pendet ex opinione nostra probabili, sed ex ipsa institutione Sacramenti: ergo in tali casu propria charitas obligat, ne nos æternæ damnationis periculo exponamus. *Secundò*, esto opinio illa certa sit, adhuc possumus esse dubij, ne quid ex parte nostra, vel ministri omissum sit, quod ad validitatem Sacramenti sit necessarium. Ergo, &c.

Quæ nunc est in tom. 1. tract. 3. Ref. 91. & in Ref. 2. & in aliis earum annotationum.

9. Verùm his non obstatibus *vbi suprà*, cum multis Doctoribus affirmatiuæ sententiæ adhæsi, quos, me etiam citato, adducit, & sequitur Cardinalis Lugo *de sacrament. Pœnitent. disp. 7. sect. 13. n. 262.* quibus addo Amicum *tom. 8, disp. 9. sect. 4. numer. 67.* & Escobar *in Theolog. moral. tract. 7. exam. 4. cap. 7. num. 35.* Probatur, ait Lugo, quia si adesset eiusmodi obligatio, obligaretur etiam Confessarius instruere, & admonere pœnitentem de eiusmodi obligatione, atque adeò qui excipit confessionem ægroti constituti in mortis periculo, non posset eum absoluere, nisi conaretur habere contritionem, alioquin pœnitens non est sufficienter dispositus, cùm non habeat animum seruandi præceptum, quod obligat ipsum sub mortali; imò non solum confessarius, sed quilibet alius tenetur ex charitate admonere, & instruere ægrotum de illo debito. Et ideò testatur Lugo nouisse doctum aliquem, qui illa obligatione perterritus ægrotos omnes periculosè fugiebat: quòd licèt imprudenter ille faceret, occasionem tamen ab ea sententia satis apparentem habuerat ita faciendi. Multas alias rationes adducit Lugo *vbi suprà*; sed mihi admodum placent fundamenta Patris Amici, quia in lege Euangelica præceptum contritionis commutatum est in præceptum confessionis: ergo in omnibus casibus, in quibus antea obligabat contritio, nunc suppleri potest per sacramentum Confessionis. Consequentia constat. Antecedens probatur: tum quia alioqui Christus per præceptum confessionis non alleuasset, sed aggrauasset onus. Nam præter præceptum contritionis, addidisset præceptũ cõfessionis: tũ quia hinc sequereretur, sacramẽtum confessionis remittere peccata in voto contritionis, suo tempore exercendæ. Quod falsum est: nam potius contritio peccata remittit in voto confessionis, vt constat ex Tridentino *sess. 14. cap. 4.* vbi enim sacramentalis absolutio vltima sententia decretoria, absoluens reum ab omni vinculo peccatorum, quo ligatus tenebatur, iuxta illud Ioann. 20. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.*

10. Tum quia, si iustificatus per sacramentum Confessionis tenetur vlteriùs conteri, vel tenetur præcepto charitatis erga se, vel erga Deum; vel ex virtute ipsa pœnitentiæ, qua Deo debet pro illata iniuria satisfacere. Non ex primo, cùm sit iam iustificatus, & certus moraliter de sua iustificatione. Non ex secundo: quia licèt hoc obliget in fine vitæ, non tamen obligat ad detestanda peccata iam confessa, & remissa. Non ex tertio: quoniam Deus est magis contentus satisfactione, quam ei exhibemus in sacramento Pœnitentiæ. Nam hæc operatur in virtute meritorum Christi, quæ medio hoc Sacramento, teste Ttidentino *sess. 6. cap. 7.* nobis communicantur.

11. Nec obstat dicere id quod *suprà* adduximus, nempe quòd negari non potest quòd sit probabilis sententia contraria, quæ docet obligationem esse eliciendi contritionem propter illud periculum; non potest ergo homo in re tanti momenti conformare se practicè cũm nostra sententia, licèt sit probabiliot: quid esto in aliis materiis possimus sequi sententias probabiles, & habere iudicium practicum iuxta illas ad licitè operandum: id tamen locum non habet quando id cederet in detrimentum salutis propriæ, vel aliorum: & ideò non possumus adhibere Baptismum cum materia, aut forma probabiliori, relicta magis secura, & certa, quia exponeremus periculo salutem æternam, si fortè illa sententia esset falsa. Cùm ergo probabilis sit sententia, quam modò impugnamus, & illa sit magis secura, non possumus practicè amplecti nostram, licèt, speculatiuè loquendo, sit probabilior.

12. Respondeo concedendo negatiuam sententiã esse probabilem, sed eius probabilitas non impedit iudicium practicum, quo aliquis possit in operando amplecti nostram sententiam. Regula enim illa, quòd in operando liceat sequi sententiam probabilem, vera est in vniuersum, si sermo sit de vltimo iudicio circa licitũ, vel illicitũ hîc, & nunc. Nec obstat illa alia regula quæ dicit, circa materiã, & formam sacramenti Baptismi, & Ordinis saltem Sacerdotij non licere sequi sententiam probabilem: nam ibi non est sermo de probabilitate circa licitum, sed circa valorem, v. g. materiæ, vel formæ. Igitur in quæstione practica hîc & nunc, licitum semper esse amplecti sententiam probabilem. Similiter ergo in casu nostro, licèt agatur de salute æterna, ad quam debemus adhibere remedia certa, & non probabilia solùm: circa hoc tamen quæstio non sit, an attritio cum Sacramento sit remedium, vel non; sed an sit obligatio adhibendi aliud remedium contritionis propter incertitudinem illius, & sit sententia probabilis multorum dicentium, non dari talem obligationem; non obstante sententia negante iustificationem per attritionem cum Sacramento, non est, cur non possit aliquis conformare se in operando cum hac sententia, & negare in se eiusmodi obligationem. Vnde patet responsio ad fundamentum Suarez, & aliorum: nego enim hominem etiam in articulo mortis, teneri tutiorem viam sub præcepto eligere, sed sufficit, vt eligat tatam & moraliter certam, quæ omne practicum dubiũ tollat oppositæ partis: præsertim quando neque pars tutior tollit meta-

physicè

physicè omne dubium, sed solùm à tuta differt secundùm magis, & minus intra eundem gradum moralis certitudinis. Nam si quis conetur ad habendam contritionem, nunquam erit metaphysicè certus de illa.

14. Sed adhuc remanet difficultas, an sit obligatio habendi contritionem in articulo mortis, orta ex alio capite, scilicet, ex præcepto diligendi Deum, quod quidem dicunt communiter Theologi obligare ad actum mortis Dei saltem in fine vitæ: de quo videri potest Thomas Sanchez *lib. 2. in Decalogum, cap. 35. num. 9.* & Coninck *disput. 24. de charitate, dub 3. num. 51.* quam tamen obligationem negat Azorius *tom. 1. lib. 9. cap. 4. quæst. 1.* Sed quidquid de hoc sit, quod spectat ad tractatū de charitate, in primis illa non esset obligatio habendi contritionem, sed dilectionem Dei; deinde ratione illius obligationis non teneretur Confessarius, aut quilibet alius ex debito charitatis admonere moribundum de obligatione illa diligendi Deum; cùm enim dilectio non esset necessaria necessitate medij, sed præcepti, posset relinqui conscientiæ suæ, sicut in aliis præceptis, nam vel infirmus scit obligationem diligendi Deum in illo articulo, vel eam ignorat: si eam scit, non indiget admonitione; si verò eam ignorat, adhuc confessarius non videtur teneri ad docendum pœnitentem de illa obligatione: tum quia prudenter potest credere, quòd in vita sæpè habuit actum amoris Dei, & satisfecerit præcepto diligendi Deum; obligatio autem habendi illum actum etiā in articulo mortis, non est ita certa, vt graues Doctores eam non negent, vt vidimus, non debet ergo Confessarius laqueos inijcere pœnitenti in re incerta: tum præsertim quia regulariter timere prudenter potest, ne ea occasione exponat infirmum periculo peccandi mortaliter; si enim infirmus propter suam imperfectionem non mouetur ex se, & eximminente iam morte, ad diligendum Deum, quem offendit, sed solùm ad odium peccati propter pœnas inferni, vel aliud simille motiuum; timeri potest, ne proposita obligatione diligendi Deum, incipiat iam imputari ad culpam omissio dilectionis, quæ priùs propter ignorantiam, vel inaduertentiam non imputabatur. Expedit ei itaque & oportebit exigere, & excitare pœnitentem ad dolorem de peccatis propter Deum, & ad perfectam contritionem, ac dilectionem Dei super omnia, positis motiuis opportunis; non tamen expedit regulariter proponere obligationem, & laqueos inijcere, in materia præsertim adeò incerta, vt visum est. Et hæc omnia docet Eminentissimus Lugo, & Amicus *locis citatis.*

RESOL. CXLIII.

An Pontifex in articulo mortis tribuat facultatem absoluendi Sacerdotibus schismaticis, & hæreticis. Et quibus de excommunicatis, & suspensis, an sit necessarium, vt supradicti sint a peccato mortali contritione, aut aliter iustificati in supradicto casu.

Et an Summus Pontifex in articulo mortis supplear iurisdictionem in laico saltem prima Tonsura initiato, vt possit absoluere moribundum à censuris, qui non potuit confiteri? Ex part. 8. tr. 1. Res. 92.

§. 1. Hoc in 3. Resol. 40. num. 4. & cap. 27. num. 272. & Ledesmæ 2. 4. quæst. 21. art. 6. *non longè à fine, &* 22. *art.* 1. Prima opinio est Soti *in* 4. *distin.* 18. *q.* 4. *art.* 4. & Nauarri *in summa, cap.* 26. *n.* 26. asserentium hanc facultatem non fuisse concessam hæreticis Apostatis, benè tamen vniuersaliter concedunt concessum in §. 1. 1. & in tr. 4. Res. 2. cuius esse excommunicatis? & quomodocunque suspensis, imò etiam schismaticis, inquit Nauarrus, modò hæretici non sint. Rationem huius nullam reddit Nauarrus; Sotus verò eam reddit de hæreticis, quia carent fide, & consequenter fundamento necessario iurisdictionis, quæ necessaria est ad legitimam absolutionem. Ledesma non reddit hanc rationem, sed quod Ecclesia negauerit illis, scilicet hæreticis, iurisdictionem, non verò excommunicatis; hoc tamen non video quâ ratione probet: alij verò credunt committi posse iurisdictionē, & de facto commissam esse. Sotus refert Syluestrum pro sua sententia; sed reuera oppositam sequitur.

2. *Secunda opinio* est asserentium nullum Sacerdotem excommunicatum, aut suspensum etiam Catholicum, quanto magis hæreticum, esse proprium Sacerdotem, hoc est, habere facultatem in articulo necessitatis, & potest Concilium Constantiense docent authores huius sententiæ hoc tantùm esse intelligendum de nominatim excommunicato, aut manifesto percussore iuxta decretum illud vulgatissimum, *Ad euitanda*, quia non denunciatus si absoluat, tenet factum, extra articulum etiam necessitatis, vt omnes fatentur. Huius sententiæ est Medina *C. de Confession. quæst. Cui fieri debeat confessio, & quæst. de alieno sine licentia proprij de facto absoluente, in responsione ad* 3. Marsil. *in* 4. *q.* 12. *art.* 2. 4. *part concl.* 2. & Couarruuias *in cap. Alma mater, 1. part. relectio. §. 6. n.* 8, quamuis non satis se explicet, in hanc tamen magis inclinat: de hæretico verò, qui cùm sit excommunicatus à iure, non tamen est nominatim denunciatus, an possit tunc absoluere, non disputat Medina: nec Couarruuias in eo, aut in alio aliam videtur sequi rationem, quàm excommunicationis, nullam verò mentionem faciunt rationis Soti. De excommunicato ergo nominatim, id docent hac ratione, quia excomunicatio ipso facto tollit iurisdictionem, quæ etiam in articulo mortis necessaria est, cùm sit ibi vera sententia, & iudicium.

Sup. hoc in Resolutionibus nost. præteritæ.

3. *Tertia opinio*, cui prorsus adhærendum est, asserit, omnem Sacerdotem aliàs quocumque modo impeditum etiam hæreticum, & excommunicatum, & suspensum, eo tempore esse legitimum iudicem. Ita docet Præpositus *in* 3. *part. quæst.* 7. *de minist. sacram. Pœnitent. dub* 3. *num.* 40. Hurtadus *de Pœnitent. disp.* 18 *sect.* 2. §. 1. *num.* 18. & alij penes ipsos.

4. Prrbatur hæc opinio; quoniam etiamsi dicamus, vt diximus, iure humano competeret etiam in articulo mortis quemlibet posse absoluere, quod tamen hæreticis sit negata hæc facultas, & sublata materia dupliciter contingere potest. *Primò*, quia ipsi in se incapaces efficiuntur ipsa infidelitate, aut quia Ecclesia de facto negauit illis materiam, non verò excommunicatis: primum nullo modo dici potest, quia sicut infidelitate non deletur quoad vtramque potestatem ex parte effectiui principij, scilicet quoad consecrandum, & absoluendum, sed ita constituti manent à Christo iudices ad absoluendum, per illa verba: *Accipe Spiritum sanctum*, &c. sicut per illa: *Accipe potestatem Missas celebrandi*, Sacerdotes ad consecrandum; ergo idonei manent, vt eis subdi possit authoritate Ecclesiæ materia iurisdictionis in quam possint operari; ergo falsum docuit Sotus fidem esse fundamentum iurisdictionis, cùm non sit fundamen-

fundamentum characteris, & ita neque clauis in ordinatione collatæ, & consequenter, nec iurisdictionis, actualiter habentis materiam sibi subditam.

5. Illa ergo prima ratio non obstat quin hæreticus in articulo mortis possit quemlibet absoluere, & ex opinione boni sequeretur etiam absolutionem collatam ab hæretico interiori esse nullam, etiamsi bona fide facta fuerit, quia in illo deerat fides, vnde & fundamentum iurisdictionis, quod tenerentur omnes confessiones repetere, quas integrè, & pefectè coram parocho fecerunt, quem tamen cognouerunt postea hæreticum fuisse interiorem eo tempore, & à fortiori sequitur hac ratione schismatico non esse ablatam facultatē absoluendi in eo articulo. Sed neque secundo modo id dici potest, quòd Ecclesia scilicet subtraxerit materiam hæreticis, non verò excommunicatis, quoniam hoc nullo fundamento probari potest, cùm absolutè Ecclesia, vbi huius rei fit mentio, omnibus videatur committere hanc facultatem, quia nullum excipit sacerdotem, & verè committit iis, qui aliàs facultatem ad hoc non habebant facultatem absoluendi à reseruatis, quod idem est. Imò in Concilio Tridentino *sess.* 14 *cap.* 7 *in fine*, asserit de illo articulo mortis: atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuscumque peccatis, & Censuris absoluere possunt, quæ facultas magis vniuersaliter, vt omnes complecteretur hæreticos, & excommunicatos, conferri non potuit: constat ergo hæreticos etiam posse habere, & de facto ab Ecclesia accepisse.

6. Et ideò hanc sententiam præter Doctores citatos tenet Iacobus Granado *in* 3. *part. controuers.* 7. *tract.* 10. *disput.* 4 *sect.* 2. *num.* 9. vbi sic ait. Colligitur absolutè, & simpliciter loquendo, esse certissimum, nulli Sacerdoti deesse iurisdictionem requisitam, & sufficientem, vt in articulo mortis absoluat quemlibet pœnitentem, & à quolibet peccato. Video tamen, à nonnullis Doctoribus adhibere limitationem: nam S. Thomas *in* 4. *dist.* 10. *q.* 1. *art.* 2. *quæstiunc.* 2. *ad* 3. & alij dixerunt non posse validè recipi hoc Sacramentum ab excommunicato non tolerato. Et Sotus *dist.* 18. *q.* 4. *art.* 4. *vers. At verò*, negat, licet aliquamtulum dubitans, ministrum præcisum ab Ecclesia posse validè absoluere. Sed profecto absque vlla limitatione dicendum est, nullum excipi Sacerdotem excommunicatum, hæreticum, vel degradatum, vt benè Vasquez *q.* 1. 3. *art.* 1. *dub.* 4. Suarez *disp.* 26 *sect.* 4. Auila *de censuris*, *art.* 2. *cap.* 6. *disput.* 3. *dub.* 1. *concluſ.* 4 Autor decisionis casuum articuli mortis *cap.* 4 *dub.* 4. *num.* 20. cum multis alij, quos referunt: quia Tridentinum nullam prorsus limitationem adhibet, vt patet ex verbis illius, & ex ratione, qua nititur, ne scilicet homo pereat defectu Sacramenti; id enim probat, recurrendum esse tunc ad quemlibet Sacerdotem, si alioqui in discrimen adduceretur æterna salus. Solùm notant prædicti authores in casu, quo pœnitens timeret prudenter à Confessario hæretico fore peruertendum, aut alioqui magnum scandalum ab ea confessione proueniret, abstinere debere à tali confessione; quia aliter peccaret pœnitens graviter non euitando tantum malum, & consequenter confessio illa nec esset bona, nec valida. Et in hoc euentu intelligitur, quod Sanctus Thomas docet *loco citato*; præterquam quòd scripsit ante Tridentinum & in hac *quæst.* 8. *Additionum*, *art.* 6. sine limitatione vlla docet, quemlibet Sacerdotem absoluere posse in articulo mortis. Hucusque Granado.

7. Nec obstat, Hermenegildum filium Regis Hispaniæ à sancto Gregorio laudari, quòd maluerit mori, quàm Eucharistiam accipere de manu Episcopi Ariani, nam illud Sacramentum non erat ita necessarium, sicut pœnitentia: & illa Eucharistiæ susceptio tunc fuisset quædam Arianismi professio. Quod si in pœnitentia eueniret, conandum etiam esset potiùs iustificari per contritionem, quàm hæresim approbare. Cæterùm non videtur posse moraliter contingere, quòd pœnitens non posset illud periculum scandali tollere, si apertè protestaretur, se hæresi illius Sacerdotis non consentire, sed petere in ea necessitate absolutionem in remedium animæ suæ: qua protestatione facta, rarissimè obligaretur pœnitens propter scandalum aliquorum, quod iam non videretur esse passiuum; exponere se periculo damnationis æternæ; si fortè vera contritione careret, cùm posset cum attritione per Sacramentum iustificari.

8. *Nota* tamen cum Hurtado *vbi suprà*, quòd quamuis dicti Sacerdotes præcisi possunt validè dictos pœnitentes absoluere; vt tamen licitè possint, necessarium est quòd sint à peccato mortali, contritione, aut aliter iustificati, nisi quando periculum ægroti iam vrget, vt ob ipsum statim audiendum nequeant conteri, nec aliter iustificari, quia tunc licitè possunt, quamuis sint in peccato mortali; quamuis Sacerdos non sit licite administraturus absolutionem, quia iustificari potest, & non vult, tunc pœnitens in articulo mortis existens potest ab illo absolutionem petere (quando pœnitens non timet subuersionem ob communicationem cum eo Sacerdote, & quando ob communicationem cum eo non apparet profitere errorem aliquem illius Sacerdotis) quia tunc petit, quòd Sacerdos ille potest licitè facere, si velit: quod etiam est verum, quamuis Sacerdos ille non sit paratus ad illicitè absoluendum, quia regula illa, nempe quod nequeat quis inducere aliquem ad id in quo peccaturus est, quando qui inducitur non est paratus ad id, tantùm est vera, quando inducenti non est in præcepto id ad quod inducit; confessio autem, & receptio absolutionis in dicto articulo est pœnitenti in præcepto, imò ipsi ministro est in præcepto audito, & absolutio.

Sup. contento in hoc § in tom. 1. tr. 4. lege doctrinam Resol. 40. & aliorum eius annot.

9. Sed hîc obiter tangenda est illa quæstio, an Summus Pontifex in articulo mortis suppleat etiã iurisdictionem in laico saltem prima Tonsura initiato, vt possit absoluere moribundum à censuris, qui non potuit confiteri. Et negatiuè respondent Nauarrus *de pœnitent. distinct.* 6 *cap.* 1. *in principio*, *num.* 83. *& seqq.* Faber *de censuris in* 4. *sententia*, *disp.* 25. *c.* 8. Turrianus *de censur. lib.* 2. *disp.* 24. *dub.* 4. Couarruuias *in cap. Alma mater*, *part.* 1. *§.* 11. *num.* 9. Cordubа *in summa*, *quæst.* 18. *art.* 2. *dicto* 1. Henriquez *lib.* 3. *de excommun. cap.* 27. *num.* 4. Sotus *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 4 *art.* 4. Paludanus *in* 4. *dist.* 17. *quæst.* 3. Vgolinus *tab.* 1. *cap.* 4. *§.* 5. *num.* 7. Auila 2. *p. cap.* 7. *disp.* 1. *dub.* 3. *concl.* 1. & alij.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 1. Resol. 210. 211 212. 213 & 214. §. Sed in & in Resol. 208. §. Sed aliqui.

10. Sed affirmatiua sententia placuit Sylueſtro *in verò. Absolutio* 1. *n.* 8. Panormitano *in cap. Pastoralis. §. propterea*, *de officio Ordinarij.* Angelo *verb. Absolutio* 3. *n.* 39. De la Cruz *in direct. part.* 7. *de excommun. dub.* 5. *concl.* 1. Sanctio *in selectis. disp.* 44. *num.* 7. Tabienæ *verb. Absolutio* 2. *n.* 8. Feliciano *de Excommunicatione cap.* 42. Antonio 3. *part tit.* 17. *c.* 4. & aliis. Sed de hac quæstione à nobis alibi actum est.

Alibi in Resolutionibus nonnullis præcitatis.

RESOL.

RESOL. XLIV.

An summus Pontifex etiamsi Sacerdos non sit, possit tollere pœnitentias sacramentales in confessione appositas

Et explanatur per Indulgentias non tantùm indirectè, & mediatè, sed etiam directè, & immediatè tolli sacramentales pœnitentias.

Ex quo etiam infertur non teneri pœnitentem ad seruandam pœnitentiam, quam in vindictam suorum peccatorum in foro sacramentali accepit, si probabiliter Indulgentias lucratus est.

Et quid, si pœnitentia sit medicinalis: Ex part. 8. tr. 1. Resol. 80.

§. 1. NOn est leuis hæc difficultas, & pro parte negatiua arguitur. *Primò* ex dictis de sacramentali confessione patet, non posse vnum Sacerdotem extra Sacramentum mutare pœnitentiam sacramentalem ab alio sacerdote impositam: ergo multò minùs id poterit non Sacerdos, qui posset Indulgentias extra Sacramentum concedere. *Secundò* probatur pars negatiua, quia pœnitentia sacramentalis est per modum vltimæ ac diffinitiuæ sententiæ nulli homini ne quidem ipsi Summo Pontifici subiectæ, ac subordinatæ, cùm illa profectatur in persona Christi, cuius vices gerit Sacerdos in hoc Sacramento. Porrò causa semel cognita, & definita in vno supremo Tribunali, non potest ad aliud reuocari. Cùm igitur sacramentum Pœnitentiæ sit supremum Tribunal, vtpote in quo principalis iudex est Christus, qui per Sacerdotem tanquam per suum ministrum sententiam fert, non poterit sententia in eo semel lata, ab alio extra illud, ne quidem à Summo Pontifice per indulgentias, reuocari. Confirmatur; nam potestas soluendi est proportionata potestati ligandi. Nullus autem extra hoc Sacramentum ligare potest, ergo nec soluere. Cum igitur Indulgentiæ non attingant hoc internum forum sacramentale, soluere non poterunt ea, quæ in hoc foro imponuntur. Et ideò pressus hoc argumento Suar. *tom. 4. in 3. p. disp. 10. sect. 2.* opinatur, per Indulgentias pœnitentias sacramentales tolli solùm mediatè, & indirectè, quatenus sublato reatu pœnæ tollitur debitum pro ea satisfaciendi, vndecumque tale debitum prouenerit, cùm repugnet, manere debitum soluendi pœnam, sublata tota pœna.

2. Sed his non obstantibus omninò dicendum est posse Pontificem etiamsi Sacerdos non sit, per Indulgentias remittere pœnitentias sacramentales à confessario pro peccatis iniunctas, non quà medicinales, & præseruatiuæ; sed quà merè peccatorum vindicatiuæ sunt. Idque constat tum ex formula earum Indulgentiarum, in quibus expressa mentio fit de pœnitentiis in foro sacramentali iniunctis: tum ex eo, quòd sæpè canones, & Concilia prohibent nimiam facilitatem Indulgentias concedendi, nè pœnitentialis satisfactio enerue-tur, vt loquitur *cap. cùm ex eo, de pœnitent. & remiss.* & Concilium Tridentinum *sess. vlt. in decreto de Indulgentiis*, ita scribit: In his nempe Indulgentiis concedendis, moderationem iuxta veterem, & probatam Ecclesiæ consuetudinem adhiberi cupit, ne nimia facilitate Ecclesiastica disciplina eneruetur, quæ verba manifestè supponunt, per Indulgentias tolli, ac relaxari sacramentales pœnitentias, quarum sublatione, ac relaxatione Ecclesiastica disciplina eneruatur.

3. Et ita Coninck *de Sacrament. disput. 12. dub. 3. concluſ. 2.* Henriquez *lib. 5. cap. 21. num 5.* & alij contra Suarez putant per Indulgentias non tantùm indirectè, & mediatè, sed etiam directè, & immediatè, tolli sacramentales pœnitentias, quæ sententia probabilior est. Et ratio est; quia potuit Christus instituere sacramentum Pœnitentiæ tanquam supremum Tribunal inferenda sententia de peccatis, & offensis contra se commissis, & nihilominus retinere potestatem relaxandi pœnas in eo latas: quam potestatem potuit per Indulgentias suo Vicario communicare. Ex eo enim quòd Pontifex nomine Christi misericorditer per Indulgentiarum thesaurum relaxat pœnitentiam à Sacerdote vice Christi in foro sacramentali iniunctam, non retractat, aut reuocat sententiam Sacerdotis; nam hæc à Sacerdote lata fuit sub tacita conditione, si Christus, in cuius honoris defensionem lata fuit, noluerit talem pœnitentiam remittere.

4. Vnde patet responsio ad argumentum Suar. Nam concedo sententiam Sacerdotis in forò pœnitentiæ latam esse definitiuam, & à nomine mutari posse in ratione sacramentalis iudicij de peccatis in eo iudicatis, nisi forte pœnitens iterum voluerit sua peccata ab vno iudicata alteri iudicanda subiicere, vt *suprà disputatione de satisfactione*, ostendimus. Nego autem, manente eadem sententia definitiua de peccatis ex parte iudicis, non posse pœnitentiam, per talem sententiam decretam, nomine Christi liberaliter remitti: sicut manente eadem sententia definitiua in iudicio humano, potest pœna per talem sententiam lata gratis remitti ab offenso, ad cuius recompensandam iniuriam imposita fuit. Ad confirmationem, similiter concedo pœnitentem semel sacramentaliter ligatum in hoc foro, à nemine eodem iudicij genere, incognita causa, absolui posse: nego autem, absolui non posse alio absolutionis genere, nempe liberalis remissionis nomine Christi factæ.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 6. Resol. 14. §. 1. propè finem à vers. Arbitror. & in Resol. 24 §. Nota etiam, hîc obiter, & seqq. & in Resol. 25. §. At his. ad medium, à vers. His tamè. & in Resol. 27. §. vlt. ad lin. 4. vers. decommutatione & in Resol. 31. §. Nota hîc. & cursim ad medium §. Et tandem hanc. & in Resol. 32. §. Qui etiam.

5. Nec obstat dicere, quòd nunquam licet sacramentum Pœnitentiæ mutilare, mutilaretur autem, si omitteretur pœnitentia, quæ est pars integrans hoc Sacramentum. Respondeo, maiorem esse veram de mutilatione quoad partem essentialem, non autem quoad partem integralem, cuiusmodi est satisfactio, quæ in multis casibus licitè omitti potest, inter quos est, quando constat pœnitentem adæquatè satisfecisse pro tota pœna peccatis debita. Et omnia superiùs dicta inuenies apud Patrem Amicum *in cursu Theolog. tom. 8. disp. 20 sect. 3. per totam.*

6. Sed non deseram hîc apponere verba Iacobi Granado *in 3. part. D. Thomæ, controu. 12. tract. 2. disp. 4. num. 8.* vbi sic ait. Licet fungere aliquam satisfactionem, seu pœnitentiam, & illam implere si sit ex iure diuino & propterea nullus, præter ipsum Deum, videatur in ea re dispensare posse; quod verò pœnitentia sit hæc, aut illa, vel sit maior, aut minor, pendet ex arbitrio confessarij, vt certum est, & habetur in iure: ac proinde præceptum, quo determinata pœnitentia iniungitur, Ecclesiasticum, & humanum est: ergo Pontifex potest illud abrogare, præsertim quando concedit Indulgentias commutando pœnitentias confessarij in illud pium opus, quo quis disponitur ad indulgentiam consequendam, & supplendo ex thesauro id satisfactionis quod deest.

7. Nec obstat, quòd iniunctio pœnitentiæ pertineat ad secretissimum conscientiæ forum: nam id solùm conuincit non esse manifestandum à confessario, quid iniunxerit pœnitenti; non verò probat non

non posse Pontificem pro sua potestate modo dicto pœnitentiam immutare: præsertim cùm adest tacita voluntas ipsius pœnitentis, vt verè adest in hoc negotio. Quis enim non ferat libenter, aut patienter, sibi pœnitentias à confessario iniunctas relaxari? Posterior pars primi antecedentis satis, vt opinor, probata in primo argumento authoritate Ecclesiæ, Ita Granadus, qui etiam *num.* 13. rectè obseruat, quòd cùm dicimus Pontificem virtute Indulgentiarum tollere obligationem implendi pœnitentias, intelligendum est de illis, provt imponuntur ad satisfaciendum, non verò quatenus sunt præseruatio, & medicina. Quod quidem non ita accipiendum est, quasi quòd quomodolibet est medecina præseruans teneatur pœnitens implere, licet Indulgentiam consequatur, sic enim quamlibet pœnitentiam implere tenetur. *Primo* quia iuxta Tridentinam *sess.* 14. *c.* 8. confessarius in iniungenda pœnitentia habere præ oculis debet, vt illa sit ad nouæ vitæ custodiam, & infirmitatis, medicamentum. *Secundo*, quia nulla pœnitentia, seu satisfactio est, quæ non præseruet in futurum aliquo modo, quatenus reddit difficiliùs iterum peccare, ne cogatur homo iterum acceptare, & implere satisfactionem. Quod sanè si admitteretur, nullius momenti essent hactenus dicta: nec Pontifices absolverent ab iniunctis. Intelligenda ergo est prædicta limitatio de illa pœnitentia, quæ speciali aliquo titulo, est præseruatiua: vt si Petro, cui fuit occasio sæpiùs peccandi, ingressus in hanc, aut illam domum, iniungeret confessarius, ne deinceps ingrediatur. Extra hunc verò, aut similes casus concessio Indulgentiæ liberat ab obligatione implendi pœnitentiam: & ipsa bona opera, quibus ad consequutionem Indulgentiæ disponitur, non solùm iuuant ad satisfactionem, sed etiam ad præseruandum in futurum.

Sup. his suprà in hac Resol. §. Sed his. cursim, ad lin. 5. & latè in tom. 4. tr. 5. Resol. 16. ad medium §. 2. & in tom. 1. tr. 6. Resol. 27. §. 2. post medium, à vers. Dictus. Author. & in Resol. 57. § Difficultas, & cursim in fine Resol. not. seq. à vers. Intelligendo tamen.

8. Ex supradicti infertur *primò*, non teneri pœnitentem ad seruandam pœnitentiam, quam in vindictam suorum peccatorum in foro sacramentali accepit, si probabiliter indulgentias lucratus est: quamuis optimum consilium sit, adhuc lucratis Indulgentiis, eam adimplere. Corollarium hoc est commune Doctorum, vno reclamante Valentia *disp.* 7. *de Indulgentiis, quæst.* 20. *punct.* 3. §. *sunt autem circa hanc Indulgentiæ formam.* Ratio verò Corollarij est, quia non tenetur pœnitens bis pro eodem debito soluere: igitur si pro eadem pœna adæquatè soluit per Indulgentias, non tenetur iterum pro eadem per propriam satisfactionem soluere.

Sup. hoc in Resol. 1. not. præteritæ & in Resol. 3. §. 1. & in tom. 5. tr. 1. Resol. 201. §. penult. & vlt.

Sed ex superiùs firmatis oritur pulchra quæstio hìc necessariò tractanda; ideò quæro.

RESOL. XLV.

An Pontifex per Indulgentias intendat non solum liberare à pœnitentiis iniunctis in confessione, sed etiam à non iniunctis.

Et discutitur, quid est sentiendum de Indulgentiis antiquitus concessis.

Et infertur, quod cum conceditur Indulgentia 40. vel 100. dierum, vel annorum, non intelliguntur dies, vel anni pœnarum, quas in Purgatorio eramus solutiri. Ex part 8. tr. 1. Resol. 81.

§. 1. DIgladiantur Doctores circa præsentem quæstionem.

Prima sententia affirmat solùm liberari homines virtute Indulgentiarum à pœna debita peccatis pro quibus confessarius pœnitentiã iniunxit. Hanc amplectuntur Alexander 4. *part. quæst.* 23. *commentario* Durandus *in* 4. 22 *distinct.* 20. *q.* 4. Caietanus *tom* 1. *opusculorum tractat.* 20. *c.* 2. *&* 7. & alij. Probatur 1. quia Ecclesia solùm concedit Indulgentias, quibus homines liberentur à pœnitentiis iniunctis: ergo illarum effectus est sola relaxatio pœnitentiæ iniunctæ. Consequentia est euidens: antecedens verò probatur, quia consuetus tenor concedendi Indulgentias est sub illis verbis: Absoluimus ab iniunctis; vel Relaxamus iniunctas pœnitentias; & si aliquando similes particulæ non apponuntur, intelligendum est, Indulgentias concedi, iuxta vsitatum modum. Confirmatur *primò* quia *in cap. cùm ex eo, de pœnit. & remissionibus*, coarctatur potestas concedendi Indulgentias, quam Episcopi habebant, sed si virtute Indulgentiarum absoluerentur homines à non iniunctis, non esset restricta ea potestas: ergo. Minor probatur, quia ibi præcipitur Episcopis ne concedant, nisi annum, vel quadraginta dies indulgentiæ de pœnitentiis iniunctis; si autem absoluere possent etiam à non iniunctis, non esset coarctata potestas, possent enim absque vlla limitatione concedere Indulgentias, quibus liberarent à non iniunctis. Confirmatur *secundò*, quia in formula vsitata Indulgentiarum conceduntur septem anni, quadraginta dies, decem quadragenæ, &c. Hi autem modi loquendi significant pœnitentias, quæ olim à confessariis iniungi solebant, iuxta Canones pœnitentiales: ergo effectus Indulgentiarum, quæ modò conceduntur, est sola relaxatio pœnitentiæ iniuncta.

2 *Secunda sententia* affirmat duo; *vnum* est, si in forma concessionis Indulgentiæ nulla limitatio adhibeatur, sed absolutè relaxetur pœna peccatorum, intelligendum esse, virtute illius remitti etiam pœnam non iniunctam. *Alterum* est, si expressè apponatur illa particula, *de iniunctis*, intelligendum esse concessionem restringi ad solam relaxationem pœnitentiæ à confessario iniunctæ.

3. *Prior pars* probatur, quia Pontifex habet potestatem relaxandi pœnas, etiamsi non deleantur, peccatis in confessione explicatis, vt omnes fatentur: ergo quando absolutè pœnam relaxat, non est cur limitetur ad solas pœnitentias iniunctas, præsertim cùm beneficium Principis amplè intelligendum sit. Dico, interpretandum si nihil obstet, vt in præsenti verè non obstat, sed potiùs verba concessionis hanc explicationem præ se ferant. Vnde ad rationem primæ sententiæ respondetur negando antecedens: ad probationem verò dicitur illum non esse semper tenorem concessionis, sæpè enim præsertim in Iubilæis, relaxatur absolutè pœna: cuius rei habemus exemplum in extrauaganti, *Aliquorum, de pœnitentiis & remissionibus*, vbi Bonifacius VIII. concedit non solùm plenam, & largiorem, imò & plenissimam omnium veniam peccatorum; vbi glossa ait, Pontificem declarasse, se concedere Indulgentiam, tam plenam quàm posset potestate clauium. Cùm ergo verba prædicta nullam mentionem faciant pœnitentiæ iniunctæ, & aliundè certum sit posse Pontificem etiam à non iniunctis absoluere, ad non iniuncta etiam extenditur hæc Indulgentia, quam postea concessit etiam Clem: VI. in Extrauaganti; *Vnigenitus eod tit.* quinquagesimo quoquo anno; quod verò Caietanus respondet, scil. vereri se ne Pont. eam declarationem adhibuerit vt priuatus Doctor, & consequenter errauerit, hoc inquam valdè displicet, vel ea solùm ratione quòd cùm in potestate Papæ situm sit absoluere etiam à

non

non iniunctis, quocumque modo declarauerit, id fuisse voluntatis, & mentis suæ, satis supérque erit, vt credamus, præfatam. Indulgentiam extendi etiam ad non iniunctas.

4. *Posterior pars* supradictæ sententiæ probatur, quia certum est, Pontifices posse concedere Indulgentias de iniunctis pœnitentiis: ergo quando id, & non aliud exprimunt in forma concessionis, non est extendenda concessio ad non iniunctas. Patet consequentia, quia si id facere liceret, multi textus, & litteræ Apostolicæ pro libito cuiusuis extenderentur ad casus in eis non contentos, quod sine sufficientissima ratione illicitum esset. Confirmatur, quia Indulgentiæ, vt est commune Theologorum, & Canonistarum proloquium, tantum valent, quantum sonant: totus enim effectus earum pendet ex voluntate concedentis. Voluntas autem concedentis non se extendit vltra verba in ipsa concessione posita: quando igitur in concessione ponitur verbum, de iniunctis pœnitentiis, Indulgentiæ non se extendunt vltra pœnam, pro qua iniuncta est pœnitentia. Et ita hanc sententiam tenet Durandus *in* 4. *dist.* 20. *q.* 4. *n.* 9. Caietanus *tom.* 1. *opusculorum, tr.* 15. *de Indulgentiis*, q. 7. Sotus *in* 4. *dist.* 21. *q.* 2. *art.* 1. *concl.* 3. Petrus Sotus *lect.* 2. *de Indulgentiis, ad finem.* Angelus *verb. Indulgentia* 1. *circa finem.* Nauarrus *tract. de Indulgentiis.* Bellarminus *lib.* 1. *de Indulgentiis, cap.* 7. *propositione* 5. Henriquez *lib.* 7. *de Indulgentiis, cap.* 6. *&* 3. *part. n.* 8. Valentia *supra citatus.* Nugnez 3. *part. tom.* 2. *q.* 25. *art.* 1. *difficult.* 3. *concluſ.* 4.

5. *Tertia sententia.* Docet Suarez *in* 3. *part. tom.* 4. *disp.* 50. *de effectu Indulgentiarum, sect.* 3. *assert.* 3. Coninck *disput.* 12. *dub.* 3. *concluſ.* 3. Filliucius *tract.* 8. *de causa finali Indulgentiarum. c.* 7. *q.* 1. & alij putant, cùm conceditur Indulgentia de iniunctis pœnitentiis, eam non solùm extendi ad pœnam, pro qua iniuncta est pœnitentia sacramentalis; sed etiam ad alias, pro quibus nulla pœnitentia iniuncta est. Fundamentum Suarez est: quoniam hæc verba de iniunctis pœnitentiis, non sunt restrictiua, sed ampliatiua; habent enim hunc sensum, ut non solùm Indulgentia extendatur ad pœnas, quibus nulla iniuncta est pœnitentia, sed etiam ad eas, quibus pœnitentia est iniuncta. Igitur cui conceditur Indulgentia de pœnitentiis iniunctis, à fortiori conceditur etiam de pœnis, quibus nulla est pœnitentia iniuncta. Antecedens probatur: tum quia maius est remittere pœnam pluribus, quàm paucioribus titulis debitam; sed pœna, cui imposita est sacramentalis pœnitentia, non solùm est debita lege naturali, & diuina, sed etiam humana Sacerdotis illam imponentis. Tum quia in iudicio humano facilius est remittere pœnam ante sententiam à iudice decretam, quàm post sententiam latam; ergo etiam in hoc iudicio. Tum quia probabile est, per voluntarias pœnitentias, quas pro nostris peccatis exsoluimus, priùs nobis remitti pœnas eorum peccatorum, ad quas persoluendas non habemus sacramentales pœnitentias, quàm eorum, ad quas persoluendas iniunctas habemus pœnitentias: nam harum remissio, quantum fieri potest, reseruatur facienda per pœnitentiam à confessario iniunctam.

6. *Deinde* probatur, quia beneficium Principis largissimè interpretandum est: sed concessio Indulgentiæ est beneficium Principis Ecclesiastici: ergo largissimè interpretandum est iuxta dicta in primo argumento. Minor, & consequentia patent: maior habetur *in cap. olim. de verborum significatione*, & declaratur exemplo: si enim Episcopus concedat simplici Sacerdoti potestatem absoluendi à reseruatis, consequenter concedere censetur potestatem absoluendi à non reseruatis; tum quia ista gratia largè accipienda est: tum etiam quia concessio difficiliori, concedi putatur quod facilius est.

7. *Tertiò* probatur, quia ex eo quòd Indulgentiæ restringantur ad pœnitentias iniunctas, nullum commodum, sed potiùs incommoda proueniunt; ergo non est credendum, vnquam fuisse de mente Pontificis prædictam coarctationem. Antecedens probatur, nam in primis, quid obsecro, emolumenti affert relaxari potiùs pœnitentiam iniunctam, quàm non iniunctam, cùm vtraque in foro diuino debeatur, & aliunde id quod in foro Ecclesiæ debetur, non omninò tollatur, sed ad hoc teneatur homo iniunctam à confessario pœnitentiam implere? *Deinde* potius varia incommoda proueniunt ex eiusmodi restrictione: primum enim si homo iustus sit, nolitque modò confiteri, ac proinde non habeat pœnitentiam iniunctam, non potietur Indulgentia, cùm tamen eius fructum percipiat peccator, cui iniuncta pœnitentia est in confessione. *Præterea*, si quis diligens sit in pœnitentiis iniunctis adimplendis, ita vt tempore Indulgentiæ nullam debeat, non consequetur Indulgentiam, quia non habet pœnitentias iniunctas; è contra verò illam obtinebit, qui negligens fuit in adimplendis, quod sanè absurdum videtur.

8. Vidisti, amice Lector, pugnantes inter se sententias: ego, vt verum fatear tertiæ magis libenter adhæreo, & nunc de facto puto cum Amico *in cursu Theologico, tom.* 8. *disp.* 29. *sect.* 3. *numer.* 52. omnes Indulgentias extendi ad quascumque pœnas, etiam pro quibus nulla est iniuncta pœnitentia. Et ratio est, quia nunc pœnitentiæ, quæ à confessariis pro peccatis confessis iniunguntur, sunt adeò exiles, vt parum vtilitatis pœnitentibus afferrent Indulgentiæ, si tantùm eas pœnas remitterent, pro quibus illæ iniunctæ sunt. Quare etiam quando Pontifices addunt prædictam adiectionem, de iniunctis pœnitentiis, intelliguntur ex benigna interpretatione, Indulgentias extendere etiam ad pœnas, pro quibus nulla iniuncta est pœnitentia, cùm non præsumantur velle tam exiguum fructum per Indulgentias fidelibus concedere. Atque in confirmationem huius partis faciunt argumenta à Suarez adducta. Quid autem dicendum sit de Indulgentiis antiquitùs concessis vide Amicum *vbi suprà*, qui *num.* 60. optimè infert, *Primò*, Indulgentiam non solùm remittere pœnitentias in foro sacramentali à confessario iniunctas, sed etiam pœnas ipsas, pro quibus sacramentales pœnitentiæ sunt iniunctæ. Alioqui si Indulgentia solùm liberaret à pœnitentiis sacramentaliter iniunctis, & non à pœnis, pro quibus illæ iniunguntur, nullum afferret pœnitenti luerum, sed potiùs damnum, quatenus tolleret pœnitentias, quibus homo satisfaceret pœnis propter peccata contractis, & simul relinqueret pœnas ex condonatis peccatis relictas. Infertur *Secundò*, cùm conceditur Indulgentia 40. vel 100. dierum, aut annorum, non intelliguntur dies, vel anni pœnarum, quas in Purgatorio eramus soluturi, cùm vix putet Sotus *in* 4. *dist.* 21. *q.* 2. *art.* 1. post secundam conclusionem, maximam Purgatorij pœnam excedere 20. aut 10. annos, quod an sit verum, nunc non disputo; sed solùm cum communi Doctorum sententia aio, intelligi dies, vel annos earum pœnitentiarum, quæ iuxta antiquam Ecclesiæ consuetudinem imponebantur pœnitentibus. Vt enim suprà vidimus, propter vnum peccatum mortale graue imponebatur pœnitentia septem

annorum, vt videlicet pœnitens semel, aut bis in hebdomada ieiunaret, se flagellaret, aut psalmos recitaret, vel quid simile. Vnde quadragena erat pœnitentia continua 40. dierum, sicut septena erat pœnitentia continuata per septem dies continuos, vel vt alij volunt, per septem annos. Indulgentia igitur 40. aut 100. dierum vel annorum; liberat ab ista pœna, pro qua satisfecisset pœnitens, si adimpleuisset iniunctam pœnitentiam 40. aut 100. dierum, vel annorum. Quo fit, vt non tanta respondeat remissio pœnæ vnius anni in Purgatorio, quanta remittitur hîc per pœnitentiam vnius anni; quia cùm pœna Purgatorij sit longè acerbior quacumque pœna huius vitæ, vix ad soluendam pœnam vnius diei, in Purgatorio sufficit pœnitentia vnius anni in hac vita facta: ac proinde per indulgentiam septem annorum vix fortasse remittitur pœna septem dierum Purgatorij. Sed ad alia procedamus.

RESOL. XLVI.

An Pontifex possit dispensare, vt aqua vino consecrando non misceatur.

Et an necessitas admiscendi aquam vino consecrando prouenial ex præcepto Diuino, aut Ecclesiastico.

Et an permittendus sit Armenis mos consecrandi in solo vino absque aqua, sicut Græcis consecrandi in fermentato? Ex part. 8. tract. 1. Resol. 22.

Pro doctrina, & quæst. contenta in hoc. & seqq. §§. in tom. 2. tr. 1. lege doctrinam Resp. 209. & alterius §. eius annot.

§. 1. SOlutio huius quæstionis pendet ex alia, an necessitas admiscendi aquam vino consecrando, prouenial ex præcepto Diuino, vel Ecclesiastico. Prouenire ex præcepto Diuino, docet Granado *in 3. part. contr. 6. tract. 2. disp. 4. sect. 1. disput. 3. n. 9.* vbi citat Valentiam, Castrum, & Hosium. Probat hanc sententiam.

2. *Primò* auctoritate Patrum. Et in primis illustria sunt verba sextæ Synodi *can. 32.* In omni Ecclesia, vbi spiritualia lumina refulserunt, hîc ordo diuinitùs traditus seruatur, vt scilicet aqua misceatur vino in sacramento Eucharistiæ. Et Concilium Carthaginense III. *can. 24.* In Sacramentis corporis, & sanguinis Domini, nihil ampliùs offeratur, quàm ipse Dominus tradidit: hoc est, panis, & vinum aquæ mistum. Quæ verba miror à Gabriele Vasquez explicari, ita vt cadant super vinum tantùm. Deinde S. Cyprianus *in epist. 63.* Dominus inquit, calicem, docuit exemplo magisterij sui, vini & aquæ coniunctione misceri. Nec responderi potest, ideò hoc dici traditum à Domino, quia ad eius exemplum, & imitationem fit ab Ecclesia: etenim id non est tradi, aut præscribi, sed solùm ob oculos poni, vt illud imitetur, qui volet.

3. *Secundò* probatur, quia Christus Dominus, cum calicem consecrauit, admiscuit aquam vino: ergo hæc mistio cadit sub diuinum præceptum. Antecedens patet, *Primò* authoritate omnium Scholasticorum, S. Thomæ, Alexandri, Soti, Bonauenturæ, & omnium recentiorum quos suprà adduximus. *Secundò* testimoniis Conciliorum; id enim docuit sexta Synodus *suprà*: Florentinum *in decreto Eugenij.* Iuxta testimonia (inquit) sanctorum Patrum creditur, ipsum Dominum in vino aquâ permisto hoc instituisse Sacramentum. Tridentinum ait, ita credi Dominum fecisse.

4. Deinde notandum etiam *Primò*; quia peracta consecratione dictum est à Domino: Hoc facite in meam commemorationem; vbi præcepisse videtur, non solùm quod ad Sacramenti substantiam erat absolutè necessarium, sed quòd ad ritus maximi momenti, & mysterijs plenissimos, cuiusmodi est aquæ admistio. *Secundò*, quia cùm integra calicis consecratio, per modum vnius peracta sit, nimium consecrando vinum aqua mistum, non viderur vllum reperiri fundamentum, cui nitamur ad asserendum mistionem illam relictam fuisse arbitrio discipulorum. Et ita hanc sententiam tenet etiam Henriquez *lib. 8. cap. 12. num. 4.*

5. Sed mihi magis placet contraria sententia, vnde hoc præceptum Scotus *in 4. dist. 11. quæst. 8. §. ad secundam quæstionem.* Sotus *distinct. 9. quæst. 1. art. 6. §. colligitur ergo.* & plures alij, existimant esse humanum.

6. Quorum sententia est probabilior, *Primò*, quia est magis conformis Concil. Trident. *sess. 2. c. 7.* dicenti: Monet deinde sancta Synodus præceptum esse ab Ecclesia Sacerdotibus, vt aquam vino calice offerendo miscerent; quamuis enim nihil vetet id quod à Deo iubetur, etiam præcipi ab Ecclesia, modus tamen loquendi Concilij innuit præceptum esse à sola Ecclesia; si enim agnosceret diuinum, non debuisset prætermittere, cùm id ad redarguendos hæreticos multum iuuisset.

7. Confirm. Concilium post verba citata dicit, tam quòd Dominum ita fecisse credatur; quibus verbis indicat inter cætera motiua præcepti Ecclesiastici esse Christi factum scilicet citra præceptum, quod ipsum indicatur in Florent. *Secundò*, quia est magis conforme is canoni, *Cùm omne*, qui est Iulij Papæ, vbi dicitur aquam debere permisceri in calice, iuxta canonum præcepta, quibus verbis solùm præceptum Ecclesiasticum insinuatur. Et ita hanc sententiam præter Doctores citatos tenet etiam Vasquez *tom. 3. in 3. part. disp. 177. cap. 2.* Suar. *tom. 2. disp. 45. sect. 2.* Ochagauia *de Sacram. tract. 1. de Euchar. q. 10. n. 6.*

8. Nec obstat dicere, Christus consecrauit in vino aquâ mixto: ergo vinum aquâ mixtum est materia necessaria ad valorem consecrationis. Consequentia patet, quia ex eo deducimus, vinum vitis, & panem triticeum, esse materiam necessariam ad valorem consecrationis, quia Christus in eis consecrauit. *Secundò*, quia si mixtio aquæ cum vino non est necessaria ad valorem consecrationis, ergo permittendus est Armenis mos consecrandi in solo vino absque aquâ, sicut Græcis permittitur mos consecrandi in firmamento.

9. Non, inquam, hæc obstant: nam respondeo concedendo Christum in vino aquâ mixto consecrasse; negamus tamen eo suo facto ad id nos obligasse: quia non tenemur Christum imitari quoad omnia, quæ pertinent ad consecrationem, & administrationem Sacramentorum, sed tantùm quoad substantialia, quale non est miscere aquam vino consecrando.

10. Vnde ex his ad quæsitum principale respondendum est, posse Pontificem in hoc præcepto, vrgente causa, dispensare. Et in terminis tenet Hurtadus *de Sacram. disp. 11. de Euchar. dissic. 11. in fin.* Præpositus *in 3. part. quæst. 74. art. 7. num. 54.* & Amicus *in cursu Theolog. tom. 7. disp. 16. sect. 4. num. 49.*

RESOL.

RESOL. XLVII.

An Pontifex possit dispensare, vt consecratio Eucharistiæ efficiatur sub vna tantum specie.

Et an præceptum consecrandi Eucharistiam sub vtraque specie sit diuinum, vel humanum.

Et an sit falsum Innocentium VIII. dispensasse, vt aliquæ nationes consecrarent sub specie tantùm panis, & hoc, concessisse Norwegis? Ex part. 8. tr. 1. Resol. 13.

Sup. hoc præcepto, & obligatione Sot. huius Rel. in com. 2. n. 1. Rel. vlt. §. Et ex. Rel. 12. §. Verum, sed lege eas per totum, & non pugnat, & nihil etiam nunc refert, obligari in anno, prima Rel. huius anno.

§. 1. PRo resolutione huius quæstionis, videndum est, an præceptum consecrandi Eucharistiam sub vtraque specie sit diuinum, aut tantùm humanum. Et esse præceptum diuinum putat Vasquez *in 3. part. tom. 3. disp. 223. cap. 3.* Suarez *tom. 3. disp. 43. sect. 4.* Coninck *de Sacram. q. 83. art. 1. dub. 5. conclus. 3.* Nugnus *in 3. part. q. 74. art. 1.* Sotus *in 4. distinct. 9. quæst. 2. artic. 1. in fine.* Caietanus *in 3. par. q. 80. artic. 12.* Marsilius *in 4. quæst. 6. art. 1. part. 1. dub. 3. & 4.* cum aliis. Docent igitur consecrationem vtriusque speciei simul esse iure diuino positiuo Christi præceptam; quod significat Tridentinum *sess. 22. cap. 1.* dum postquam dixit, Christum Sacerdotem secundùm ordinem Melchisedech corpus, & sanguinem suum sub speciebus panis, & vini obtulisse, subdit: Ac sub eorundem rerum symbolis, Apostolis, quos tunc noui Testamenti Sacerdotes constituebat, vt sumerent, tradidit; & eisdem, eorúmque in Sacerdotio successoribus, vt offerrent præcepit per hæc verba: *Hoc facite in meam commemorationem*; vti semper Catholica Ecclesia intellexit, & docuit. Et idem indicatur *Lucæ cap. 22.* illis verbis, *Hoc facite in meam commemorationem*, ex quibus Tridentinum deducit, Christum præcepisse consecrationē vtriusque speciei simul; quia quamuis apud Lucam non dicatur: hæc facite, sed *hoc facite in meam commemorationem*, & ea verba tantùm fuerint expressa immediatè post consecrationem panis, nihilominus satis indicatur ea etiam fuisse repetita à Christo post consecrationem calicis, dum subditur, *similiter & calicem*; quia aduerbium, *similiter*, refert repetitionem omnium quæ dicta fuerunt post consecrationem panis.

2. Et id ratione congruenti probatur, quia Christum præcipere consecrationem vtriusque speciei simul, ex suppositione quòd fieret consecratio, fuit maximè conueniens, quia ad essentiam sacrificij fuit requisita, & ad integritatem Sacramenti; ergo credi potest illam præcepisse.

3. Deinde Sacramentum Eucharistiæ est essentialiter institutum in sacrificium realiter expressiuum cruenti sacrificij Crucis: ergo sicut illud importat realem, ita hoc sacramentalem, separationem corpotis à sanguine: sed ratio perfecti sacrificij præualere debet cuicumque vtilitati animarum: ergo. Antecedens constat ex illis verbis Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem*, ex quibus Trident. *sess. 22. cap. 1.* colligit, Christum præceptum dedisse Apostolis, eorúmque in Sacerdotio successoribus, offerendi Deo Patri in sacrificium suum corpus, & sanguinem sub speciebus visibilibus panis, & vini. Consequentia verò patet, quia repræsentans debet exprimere repræsentatum. Vide apud Syluium plura *ibidem*.

4. Nec sufficit, vt sanguis implicitè tantùm repræsentetur sub speciebus panis, vel contrà: nam vt sit expressiuum cruenti sacrificij, debet vtrumque exprimi sub forma visibili. Minor probatur, quia ratio sacrificij respicit immediatè cultum Dei, vtilitas verò animarum, quam respicit vt Sacramentum, non est simpliciter necessaria: sed cultus Dei præualere debet cuicunque bono non necessario, animarum: ergo.

5. His tamen non obstantibus, non desunt Doctores contrariam sententiā tenentes, vt Adrianus *in 4. quæst. 6. de Eucharist.* Maior etiam *in 4. distin. 9. quæst. 3.* & alij, docentes, consecrationem sub vtraque specie non esse præceptam iure diuino, sed tantùm iure humano Ecclesiastico. *Primò*, quia Christus in castello Emaus speciem tantùm panis consecrauit; ergo ipse non præcepit consecrationem vtriusque speciei, quia ipse non faceret contra id, quod aliis præceptum relinquebat. *Secundò*, quia si consecratio vtriusque speciei esset præcepta à Christo, maximè quia esset necessaria, vt per consecrationem vtriusque fieret commemoratio passionis Christi, quasi per consecrationem vnius non fiat; sed per consecrationem vnius tantùm speciei fit prædicta commemoratio, sicut fit sumptione vnius tantùm speciei, vt indicatur *Luc. 22.* dum post consecrationem corporis ante consecrationem sanguinis dicitur: *Hoc facite in meam commemorationem*. *Tertiò*, quia si consecratio vtriusque speciei esset iure diuino Christi præcepta, non posset dispensatione Romani Pontificis vna sola consecrari, quia Romanus Pontifex nequit in iure diuino dispensare. Legimus autem Romanum Pontificem aliquibus nationibus concessisse, vt sub specie tantùm panis consecrarent, quia Innocentius VIII. id concessit Norwegis, vt refert Volaterranus *lib. 7. Geographiæ c. 4.*

6. Probatur etiam hæc opinio aliis rationibus. *Primò*; Hoc Sacramentum institutum est propter vtilitatem animarum: ergo in casu, quo defectu vini non posset in vtraque specie consecrari, dispensari posset, ne tot animæ priuarentur vtilitate huius Sacramenti.

7. *Secundò*; Concurrentibus duobus præceptis, seruandum est maius: maius autem est in articulo mortis communicare, quàm in vtraque specie conficere, quia illud cedit in vtilitatem animarum.

8. *Tertiò*; Non minus de integritate Extremæ vnctionis sunt quinque vnctiones, quàm Eucharistiæ species panis, & vini: sed moribundis interdum datur vna vnctio sine alia, vt cùm superueniente morte non possunt omnes perfici.

9. *Quartò*; De iure diuino est confessionis integritas, & tamen in aliquo casu licèt confessionem dimidiare: ergo licèt de iure diuino sit in vtraque materia celebrare, in aliquo tamen casu licebit in vna tantùm Sacramentum hoc conficere.

10. *Quintò*; Hoc non est intrinsecè malum, & aliunde expedit saluti animarum. Maior constat, quia in multis casibus necessarium est, in vna tantùm specie consecrare. *Primò*, quando consecratā hostiā deficit Sacerdos, definitum est in Concil. Tolet. VII. & XI. vt alius Sacerdos succedat ad calicem tantùm consecrandum. *Secundò*, si consecrata hostia immineat Sacerdoti periculum mortis, potest sumptā hostiā calicem omittere, & fugere. *Tertiò*, si post sumptum corpus aduertat, in calice fuisse alium liquorem, & vinum haberi non posse sine periculo mortis, aut graui scandalo, potest sacrificium absoluere.

11. *Sextò*; Nonnulli Patres testantur, Christum communicasse discipulos euntes in Emaus in specie tantùm panis.

12. *Septimò*, Totus Christus continetur sub quauis

specie : ergo quæuis sufficit ad integrum Sacramentum, & sacrificium.

13. *Vltimò.* Legitur ab Innocentio VIII. dispensatum fuisse cum Norvegis anno 1490. vt refert Volaterranus *lib.7.c.4.* cuius gratiâ docet, legationem eò missam fuisse.

14. *Nonò.* Quoniam, vt definit Trident. *sess.21. c.2.* est in Ecclesia potestas, vt salua Sacramentorum substantiâ, statuat, vel mutet, quæ suscipientium vtilitati, & Sacramentorum venerationi pro rerum, temporum, & locorum varietate magis expedire iudicauerit : ergo vrgente graui, & publicâ necessitate, potest in hoc dispensare.

15. *Decimò.* Potest in aliis iuribus diuinis dispensare, vt in voto solemni, in matrimonio rato & non consummato, in residentia personali Pastoris, in ministro Confirmationis & Ordinis : ergo etiam in hoc.

16. Et licèt ad omnia hæc argumenta responsiones adhibeat Amicus *vbi infra*, tamen ipse contrariam sententiam probabilem putat.

Sup. hoc in Res.1. not. præteritæ, cursim in fine §.1. vers. Neque cum dispensatione, & in Res. 2.§.2. ad mediũ, vers. Tum quia graues.

17. Vnde ex his diuersis opinionibus patet resolutio ad quæstionem propositam ; nam Sotus, Vasquez, & Coninck, quos citat, & sequitur Hurtadus *de sacrif. Missæ, disp.1. diffic.9.* docent Romanum Pontificem non posse in præcepto diuino consecrandi simul vtramque speciem dispensare: vnde falsum putant Innocentium VII. in dicto præcepto dispensare. Et ita hanc sententiam mordicùs, & doctè sustinet Card. de Lugo *de sacr. Euch.disp.19. sect.8. per totam.*

18. Sed ego satis contrariam sententiam probabilem esse puto, quam vt talem admittit etiam Amicus *in curs. Theolog. tom.7. disput.16. sect.9. numer.158.* vbi sic ait : Probabile est posse in hoc iure, ob publicam dumtaxat vtilitatem, à Summo Pontifice, per iuris interpretationem dispensari: probabilius tamen est, nec ob publicam vtilitatem id posse. Prioris partis fundamentum est authoritas tot Doctorum, & rationes quæ hanc opinionem reddunt practicè probabilem. Ita ille ; cui adde Castrum Palaum *tom.1. disputat.6. punct.3. num.6.* vbi docet probabilem esse, posse authoritate Pontificis in vna tantùm specie sacrificium offerri, vrgenti, graui, & communi bono alicuius Prouinciæ ; sed tunc Pontifex non dispensabit in iure diuino, sed declarabit doctrinaliter ad illum casum non se extendere. Pro quo supponendum est in hac sententia offerri sacrificium ex iure diuino esse : at quòd sit in vtraque specie, non esse per se ex iure diuino, sed ex iure naturali dictante, si offeratur sacrificium Deo, integrum, & perfectum esse offerendum. Cùm ergo Pontifex permitteret in aliqua Prouincia sacrificium in vna specie offerri, declarat vtique præceptum naturale sacrificandi integrè ad illum casum non se extendere. Sic Suarez *lib.10. cap.6. fine,* vbi aduertit hanc declarationem fieri non posse ab alio præter Romanum Pontificem, quia est res grauissima, & satis dubia. Hæc Palaus.

19. Imò Fagundez *de præcept. Eccles. præcep.2. lib.3.c.5. n.5.* putat sententiam asserentem posse Pontificem in tali casu dispensare, esse probabiliorem. Vide illum, & non pigebit.

RESOL. XLVIII.

An Pontifex possit in aliquo casu facultatem præbere, vt plures Sacerdotes simul conficiant Eucharistiam.

Et dubium est, quomodo id licitè possit fieri.

Et deciditur, quam intentionem debeant habere Sacerdotes nouiter ordinati, quando cum Episcopo in Missarum solemniis consedebant.

Et notatur, quod Episcopus, qui consecratur, celebrat cum Episcopo consecrante, & olim Presbyteri Cardinales simul cum Pontifice concelebrare consueuerunt.

Et an in Ecclesia Græca soleat alius Sacerdos simul cum Episcopo celebrare ? Ex part.8. tract.1. Res.44.

§. 1. REspondeo affirmatiuè, quod patet ex consuetudine recepta, & à Summis Pontificibus approbata Latinarum Ecclesiarum, quâ Sacerdotes recèns ordinati, solent verba consecrationis simul cum Episcopo celebrante proferre, idque super eandem materiam. Cùm enim Ecclesia in re tanti momenti errare non possit ; hinc manifestum est, plures simul Sacerdotes eandem materiam validè consecrare posse.

Sup. doctrina contenta in hac Res. in tom.2. tr.5. Res.10. & lege alias Res. eius not. & latè in Resol. annot. seq. per totam.

2. Dubium est autem non leue, quomodo id licitè possit fieri ; Et ratio dubitationis est, quia moraliter loquendo, impossibile est, vt plures Sacerdotes formam Consecrationis eodem instanti absoluant, quare semper euenit in dicto casu, vt materia tantùm ab vno consecretur, nimirum ab illo, qui priùs formam absoluit. Vnde vlteriùs sequitur, alios nihil efficere, & verba consecrationis proferre super materiam consecratam, quod sacrilegium redolet. Imò sæpè contingere potest, vt ipse Episcopus celebrans non consecret, si nimirum aliquis ex ordinatis priùs formam perficiat : hoc autem magnum est inconueniens, quia celebrans tunc non sacrificat.

3. Respondeo, ad cauenda prædicta incommoda, Sacerdotes recèns ordinatos debere habere intentionem consecrandi, non absolutam, sed conditionatam ; si nimirum verba simul cum Episcopo absoluant, aliàs non. Inde enim fit Episcopum, qui est principalis minister, semper consecrare, siue alij consecrent, siue non ; & consecratione peracta, si aliquorum verba nondum peracta sunt, ea nonnisi materialiter proferri super materiam consecratam : quâ cautelâ magis vitatur periculum sacrilegij, aut irreuerentiæ, quàm si formaliter, & cum intentione consecrandi recitarentur.

4. Neque dicas fieri non posse, vt idem simul proferat verba consecrationis, & materialiter, ita vt non sufficiant. Oppositum enim manifestè colligitur ex Baptismo sub conditione collato : nam si infans est baptizatus, verba proferuntur tantùm materialiter, sine animo baptizandi : si verò non est baptizatus, proferuntur formaliter, & cum intentione eum baptizandi. Quis autem neget Baptismum eo modo validè, imò & interdum licitè conferri? Quia tamen plerumque contingit, vt ordinati prædictas intentiones accuratè distinguere nesciant, optimum erit consilium quoad praxim, vt quilibet ordinatus habeat intentionem generalem proferendi verba consecrationis iuxta sensum, & mentem Ecclesiæ, quæcumque illa sit.

5. *Nota* etiam quòd Episcopus qui consecratur, celebret cum Episcopo consecrante : & olim Presbyteri Cardinales simul cum Pontifice concelebrare solebant, vt testatur Innocentius *lib.3. de myst. Miss.cap.19.* quam tamen consuetudinem suo tempore non extasse refert Durandus *in 4. dist.13.q.3. num.4.* Et in Ecclesia Græca solet alius Sacerdos simul cum Episcopo celebrare. Et licèt Durandus *vbi suprà*, videns moralem impossibilitatem, vt omnes qui verba proferunt, reuera consecrent, non

Sup. hoc in tom.4. tr.8. Res.89.

Sup. hoc in §. vlt. Res. not. seq.

non laudat hanc consuetudinem, qua plures Sacerdotes verba proferant; sed tanquam periculosam censet magis esse abolendam, quàm retinendam. Gabriël etiam *in lect.6.in Canon.* Sotus *in 4.dist.13. quæst.1. art.2.* & Angelus *verb. Eucharistia 2. n.3.* non multum eam approbant. Moraliter enim euitari non potest, quin aliqui verba proferant super materiam iam consecratam: quod per se inane & sacrilegum est. Et eò magis absurdum est, si alius Sacerdos verba absoluat ante Episcopum principaliter celebrantem, & sic Episcopus ipse non consecret. Accedit, quòd Sacerdotes nouiter ordinati, non communicant de calice consecrato: sed tamen qui celebrant, debent in vtraque specie communicare. Attamen hæc Durandi censura tanquam temeraria meritò ab aliis pluribus reprehenditur. Cùm non solùm in quibusdam particularibus Ecclesiis, sed in sola Romana & vniuersali, illa consuetudo seruata, & retenta sit. Atque in Romano Pontificali, tum veteri, tum nouo præscripta, & ab omnibus Episcopis ordinantibus vbique seruanda proponitur.

6. Et ideo hanc consuetudinem approbant, & tuentur communiter Doctores, & inter illos, nostet amicissimus Pater Auersa *de sacram. Euchar. q.10. sect.2.* qui post varias sententias adductas, tandem ipse putat dicendum, singulos Sacerdotes celebrantes, debere verba proferre, formaliter quidem cum intentione consecrandi, si contingat ea simul cum Episcopo complere, aut si Episcopus formam, vel intentionem peruerteret; secus autem non consecrandi, sed materialiter tantùm recitandi, si post, vel antea compleant. Hoc etiam videtur maximè conformare Rituali ipsi, & Pontificali Romano. Ideo enim seriò admonentur Sacerdotes, vt studeant simul cum Episcopo verba proferre: quæ admonitio debet etiam ad intentionem accommodari, vt intendant consecrare simul cum Episcopo, & non aliter.

7. Sic ergo redditur licita, & laudabilis hæc consuetudo. Ac vitantur inconuenientia in aliis modis allata. Non enim malum, aut sacrilegum est, verba materialiter, & recitatiuè proferri super materiam consecratam, vel consecrandam, quando id non fit cum deceptione eorũ qui expectant fieri Sacramentum, vel cum iniuria ipsius Sacramenti. Sed pium, & laudabile est in præfeati casu, dum fit cum debita reuerentia, & ad seruandum Ecclesiæ ritum. Neque necesse est, Sacerdotes nouiter ordinatos, etiamsi contingat, vt simul cum Episcopo verba compleant, atque adeò verè consecrent, communicare etiam de calice ad consummandum sacrificium, quia satis est, Episcopum ita communicare, & consummare: & ad summum si Episcopus deficeret, deberet aliquis alius ex peculiari debito eius celebrationis id perficere. Dicuntur demum alij Sacerdotes concelebrare cum Episcopo ordinante: quia & omnia recitant, & debent etiam formaliter intendere consecrare, si iunctim cum Episcopo verba compleant.

8. Subdit verò Auersa, quia communes Clerici non sunt de his Theologicis subtilitatibus instructi: & quia variæ opiniones de hac re extant, approbandum est consilium Gaietani dicentis, hos nouiter in sacerdotium ordinatos, non oportere habere intentionem determinatam consecrandi, vel determinatam non consecrandi; sed posse habere indefinitè intentionem debitam: hoc est, proponat apud se: Intendo dicere cum ea intentione quâ debeo dicere, sic enim inquit, tutissima via omnes ordinati incedunt. Similiter Laymãn. *lib.5. Moral. Theolog. tract.2. cap.7. num.2.* & Diana *part.3. tract.4. resol.50.* notant, vt nouiter ordinati habeant intentionem proferendi verba secundùm vo- Quæ hic est in tom.2. tr. luntatem Ecclesiæ. Et idem est si dicatur, vt intendant proferre meliori modo & via qua fieri con- 5. Res.20. ueniat. Ita Auersa, & iterum ego. Vide Hurtadum *de Sacram. Euch. disput.11. diffic.2.* Præpositum *in 3. part.*

RESOL. XLIX.

An Pontifex potuerit prohibere, ne laici sumant communionem sub vtraque specie.

Et an iure diuino præcepta sit communio sub vtraque specie? & an qui sub vna sola specie communicat, impleat præceptum, quo dicitur, Nisi manducaueritis carnem filij hominis; & biberitis eius sanguinem, &c.

Et notatur, quòd hodie Cardinalis Diaconus ministrans summo Pontifici communicat sub vtraque specie: & similiter Rex Franciæ in sua inauguratione.

Et tandem quæritur, an aliquando sit licitum laico sanguinem sumere? Ex part. 8. tract.1. Res.24.

§. 1. REspondeo quòd sub annum 1412 Petrus Eresdensis, & Iacobellus Misnensis in Bohemia docuerunt, iure diuino præceptam esse communionem sub vtraque specie, & proinde Romanam Ecclesiam iniustè laicis negare vsum calicis, vt videre est apud Æneam Syluium *in historia Bohemorum, cap.35.* hos secuti sunt hæretici nostri temporis, nam quamuis Lutherus fuerit varius, tãdem censuit vtriusque speciei sumptionem etiam laicis esse necessariam, vt refert Bellar. *lib.4. de Eucharistia, c.20.* idem censet Caluinus, & alij, eodem Bellarm. teste.

2. Sed omnino dicendum est, quòd laicis, & Sacerdotibus non celebrantibus, communio sub vtraque specie non est præcepta iure diuino. Ratio *prima*; Christus Dominus sumentibus vnam speciem, promittit vitam æternam, vt: *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Ratio *secunda*; Conc. Constant. *sess.13.* & Trident. 21 *sess. can.1.* sub pœna excommunicationis prohibent, ne Sacerdotes audeant quemquam ex populo communicare sub vtraque specie. Ratio *tertia*; Licèt ex gentibus conuersi Christiani de calice communicarent, id ideò factum est, quia assueti erant bibere de libaminibus Idolorum; sed hic mos postea abolitus. Ratio *quarta*; *Act.2.* dicitur, quòd erant perseuerantes in fractione panis; fractio autem panis significat distributionem Corporis Dominici. Ratio *quinta*; Moris antiquissimi fuit in Ecclesia seruare corpus Domini sub sola specie panis propter infirmos. Ratio *sexta*; Olim vitis dabatur Eucharistia in manu, mulieribus autem in nitidis linteaminibus, quæ Dominicales vocabantur, vt refert *can.3.* Concilij Altisiodor. Vnaquæque mulier, quando communicat, Dominicalem suam habeat, quòd si non habuerit, vsque in alium diem Dominicum non communicet. Idem corpus Dominicum tempore persecutionis dabatur Christianis, vt domum deferrent, & quando commodum esset, vt tunc sumerent. Sed calicis nulla fit mentio. Ergo antiquitùs Christiani contenti erant communione sub vna specie panis.

3. Sed obiicies. Qui sub vna solùm specie cõmunicat, non implet præceptum, in quo dicitur: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.*

Respond. sufficienter adimpleri hoc præceptum, quando sub vna specie communicatur. Et ratio est. Quia sub specie panis ex vi verborum, vt suprà docuimus, est corpus; per concomitantiam verò est sanguis, tunc si est corpus, necessariò est viuum: vnde sine sanguine non potest esse; vnde verificatur hæc, quòd qui manducat corpus Christi, etiam bibit sanguinem Christi, quia sanguis sub illa specie panis cum corpore Christi continetur.

4. Instabis *Secundò*. Quando Christus de calice dixit: *Bibite ex eo omnes*; iam quasi præuidebat, quòd quidam futuri erant, qui calicem fidelibus adimerent; vnde illos his verbis confutat. Respond. Horum verborum, *Bibite ex eo omnes*, hunc esse sensum, quia vnum calicem porrigebat, ex quo singuli debebant bibere, ideò addidit: *Bibite ex eo omnes*. Hæc verò verba ad species panis non addidit, dicens: *Comedite ex eo omnes*; quia non porrigebat illis vnum integrum panem distribuendum per singulos, sed dabat duodecim partes singulis singulas. Sine fundamento igitur vrgent Bohemi, apud quos hæc controuersia de calice est excitata, concedendi sibi calicem. Et quamuis possit hoc Ecclesia dispensare, non solet tamen nisi ex iustis causis; vix tamen vlla iusta, & rationabilis inueniri posset. Et hæc omnia docet Opatouius *de Sacram. tract. de Eucharist. disput. 8. quæst. 7. num. 30.* & alij communiter, quod apertè patet ex Concilio Constantiensi *sess. 13.* & Tridentino *sess. 21. can. 1.*

5. Vnde ex his deueniendo ad resolutionem principalis quæsiti, assero Pontificem & Ecclesiam potuisse prohibere, ne laici sumant Eucharistiam sub vtraque specie; & sufficientes causas habuisse ad hoc præcipiendum. *Primum* definitur à Tridentino *sess. 21. cap. 2.* & colligitur ex Paulo 1. *ad Corinth. 4.* ex illis verbis: *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei*, & *cap. 11.* cùm multa per epistolam de hoc Sacramento ordinasset, *cætera* inquit, *cùm venero, disponam*. *Secundò* constat tum ex iis, quæ in aliis Sacramentis pro temporum, locorum, & personarum varietate, saluâ eorum substantiâ, mutauit, vt quòd Baptismus, qui priùs fiebat per immersionem, nunc fiat per aspersionem; quòd sacramentum Pœnitentiæ priùs obligauerit ter in anno, nunc semel tantùm; quòd sacri Ordines nunc includant solemne votum castitatis; anteà non: quòd matrimonia nunc non habeantur rata, nisi præsente Parocho, & duobus, vel tribus testibus, tum ex iis, quæ de hoc eodem Sacramento pro diuersis temporibus, ac locis, Ecclesia constituit: vt quòd nunc non debeat hoc Sacramentum dari paruulis: quòd Græci conficiant in fermentato; Latini verò in azymo. *Tertiò* à priori. Etenim certum est, Ecclesiam institutam esse à Christo sapientissimo institutore: vnicuique autem benè institutæ Reipublicæ, pro recto gubernationis regimine, necessaria est potestas, vt pro circumstantiarum varietate, saluâ legum substantiâ, possint varij ritus accidentales mutari, cùm non omnia possint legibus, quæ quoad fieri potest, esse debent vniuersales ac breues, comprehendi.

6. *Secundum* probo, afferendo causas, quibus mota est Ecclesia ad communionem sub vtraque specie prohibendam. *Prima* est, ad refellendam hæresim, quòd sub specie panis sit tantùm corpus, sub specie vini tantùm sanguis: vt multi ex Lutheranis, teste Bellarmino *lib. 4. de Eucharistia, cap. 28.* id asserunt, irridentes concomitantiam sanguinis Christi cum corpore in specie panis. *Secunda*, ad refutandum errorem, quòd sola species panis ad salutem non sufficiat: in quo ferè omnes hæretici versantur. Harum duarum causarum expressam mentionem faciunt Concilia, Constantiense *sess. 13.* & Tridentinum *sess. 21. can. 1. & 3. Tertia*, ad debitam reuerentiam huic Sacramento præstandam, nam ob populi multitudinem vix euitari posset frequens sanguinis effusio. Alia quoque sunt inconuenientia, quæ Basilcense Concilium refert in compendiosa narratione de Bohemorum vocatione ad Concilium, initio posita. Et hæc omnia docet Amicus *in Cursu Theolog. tom. 7. disput. 29. sect. 8. num. 97.* cui ego addo Hurtadum *de Sacr. disp. 10. de Eucharistia, difficul. 5.* sic ait: Supposito quòd laicos communicare sub specie tantùm panis, & non sub specie vini, sit licitum, & non contra præceptum diuinum, ac proinde capax præcepti humani, aut prohibitionis humanæ, facilè constat, prohibitionem Ecclesiasticam, quâ Ecclesia Latina laicis interdixit vsum calicis, esse iustam, & rationabilem: quia ex vna parte in Ecclesia est potestas ad ferendam dictam prohibitionem & legem: & ex altera parte ad illam ferendam sunt iustissimæ, & admodùm rationabiles causæ; ergo dicta prohibitio, & lex est iusta, & rationabilis. Consequentiæ patet. Antecedens autem quoad vtramque partem probatur. Et in primis, quòd in Ecclesia sit dicta potestas, definit Tridentin. *sess. 21. cap. 2* & etiam generaliter potestas circa vsum Sacramentorum deducitur ex Paulo 1. *ad Corinthios cap. 4.* dum ait: *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Et specialiter potestas circa vsum Eucharistiæ deducitur ex Paulo 1. *ad Corinthios. cap. 11.* dum, postquam locutus fuerat de vsu huius Sacramenti ait: *Cætera cum venero disponam.* Et idem ratione constat, quia nihil est quod obstet, vt Ecclesia possit liberè ferre leges in his, quæ circa vsum Sacramentorum non sunt iure diuino præscripta. Deinde, quòd sint iustissimæ, & rationabiles causæ ad prohibendum vsum sanguinis laicis, constat ex incommodis quæ in vsu illius respectu tantæ multitudinis contingere possunt. Inter alia autem quæ communiter enumerantur, præcipuum est, quòd iam in tanta fidelium multitudine, & varietate maximum periculum sit quòd aliquid sanguinis effundatur, in quo maxima indecentia, & irreuerentia reperitur, quia sanguis semel effusus colligi nequit. Iustissimè ergo & admodùm rationabiliter dicta prohibitio facta est ab Ecclesia, & iustissimè, & admodùm rationabiliter defraudantur laici gratia correspondente speciebus vini, etiamsi species vini aliquam rationem sui conferant. Hucusque Hurtadus, & alij communiter.

7. Nec obstat dicere, quòd quamuis communio sub vtraque specie non sit diuino iure præcepta, non potest tamen Ecclesia vsum sanguinis laicis prohibere, cùm ex institutione huius Sacramenti ius habeant ad illum sumendum: quemadmodum non potest vniuersaliter priuare fideles sacramento Confirmationis, quamuis illud non sit in præcepto.

8. Respondeo, negando assumptum, ad cuius probationem dico fideles habere ius sumendi Eucharistiam, qua proinde sine rationabili causa priuari non possunt: vt verò hoc, vel illo modo sumant sub hac, vel illa specie, sub vna, vel vtraque, non habere ius independenter ab Ecclesia, quæ pro exigentia temporum potest constituere, id quod iudicat conuenientius vtilitati

litati fidelium, vel Sacramentorum veneratione.

9. Ad id quod de Confirmatione affertur. Respondeo, negando esse simile, quia si Ecclesia fideles priuaret sacramento Confirmationis, eos priuaret vno Sacramento pro communitate instituto, & ad quod singuli ius habent; prohibendo verò vsum calicis, non priuat vsu Sacramenti, sed solùm negat certum modum illud sumendi, ad quod iustis de causis mouetur.

10. Dices, saltem priuat fideles magno fructu, qui ex vtriusque speciei sumptione percipieretur. Respondeo, quidquid sit de eo, non obstare; quia si noua gratia per sumptionem sanguinis accedat, ea non est ad salutem necessaria: in iis autem, quæ non sunt necessaria ad salutem, Ecclesia potest habere, & habet re ipsa maiorem rationem reuerentiæ Sacramentorum, & vt omne periculum incommodi circa illa euitetur, quàm alicuius gratiæ non necessariæ, hinc enim fit, vt non det hoc Sacramentum paruulis, vel amentibus propter periculum vomitus: vel ne expuant, &c.

11. Nota tamen hîc obiter cum Ioanne Præposito *in 3. part. D. Thomæ. q.80. artic. 12. dub.2. num.70.* quòd hodie Cardinalis Diaconus ministrans summo Pontifici communicat sub vtraque specie, vt similiter Rex Franciæ in sua inauguratione.

12. Sed si aliquis hîc obiter quærat, an aliquando sit licitum laico sanguinem sumere? Respondet ad hoc dubium Amicus *vbi suprà num.103.* vbi sic ait. Cæterum quæri potest, an aliquando licitum sit laico, sanguinem sumere? Respondeo, nunquam ei licitum esse, ne quidem in articulo mortis, etiamsi signanter casus, in quo moribundus vel non haberet, vel non posset sub specie panis; haberet autem, vel posset sub specie vini communicare: quia cùm hoc Sacramentum non sit simpliciter necessarium, non obligat, nisi cum debitis circumstantiis ab humano præcepto præscriptis, dependenter à quo sæpè præcepta obligant. In vno tantùm casu licitum esse laico sanguinem sumere, in periculo scilicet irreuerentiæ, aut effusionis, vel iniuriæ, aut corruptionis in defectum Sacerdotis, excipio etiam casum in quo sanguinis sumptio conferretur ad salutem infirmi necessaria.

13. Obiicies; nunquam Ecclesia censetur prohibere Sacramenta in casu necessitatis, vt constat de sacramento confessionis, quod nunquam in casu necessitatis prohibet, sicut nec Baptismum, Confirmationem, & Viaticum tempore interdicti: ergo etiam vbi non est permissa communio sub vtraque specie, poterit infirmus in articulo mortis, communicare sub specie vini, si non possit vel habere, vel sumere speciem panis.

14. Respondeo, negando non posse Ecclesiam prohibere, etiam in casu necessitatis propter immutabilem obseruantiam legis, & reuerentiam Sacramentis debitam, ea Sacramenta, quæ non sunt simpliciter necessaria, cuiusmodi est hoc Sacramentum. Præstat enim constans, & perpetua obseruantia legis debita Sacramenti administratione vnius: vel alterius personæ deuotioni: præsertim cùm facilè possit ex vno casu ad alios extendi huiusmodi legis interpretatio, nec est eadem ratio de sacramento confessionis, quod est Sacramentum necessitatis, sicut & sacramentum Baptismi. Quod autem Ecclesia tempore interdicti non prohibeat alia etiam Sacramenta ad salutem non necessaria, Confirmationem, Viaticum pro infirmis, & Matrimonium, id ideò est, quia hæc pendent à potestate Ecclesiæ, quæ potuit pro tali tempore hæc Sacramenta concedere, sicut in articulo mortis concedere potuit communionem sub specie vini, in defectum alterius speciei: de facto autem id non conuenisse, colligimus ex vniuersali prohibitione absque vlla exceptione. Cæterùm non damnarem peccati mortalis, qui in eo casu vtens benigna legis interpretatione communicaret sub specie vini. Ita Amicus.

RESOL. L.

An Pontifex, sicut potuit præcipere tantùm vsum panis, potuerit etiam præcipere tantum vsum sanguinis.

Et notatur olim in Græcia morem fuisse iis, qui præ ægritudine speciem panis deglutire non poterant; solam speciem vini, argentea cochlea in os effundere.

Et quid de consuetudinibus Græcorum, Æthiopum, Moscouitarum, & Parisiis in Conuentu Cluniacensi, & de Diacono Cardinali Romæ in Missa Papali sibi, & aliis Cardinalibus ministrante Eucharistiam sub vtraque specie? Ex part.8, tr.1. Res.25.

§. 1. AD hanc quæstionem affirmatiuè respondet Fagundez *de Præcept Eccles. præcept. 3. lib.3. cap.4. num.10.* vbi dicit potuisse Ecclesiam præcipere vsum tantùm calicis, & vetare vsum panis; sed non docuisse, propter rationes *num.6.* tactas; quia non minùs continet vna species, quàm alia; sub specie enim sanguinis adest corpus, & sub specie corporis adest sanguis, vt definit Concilium Tridentinum *de fide, sess.13. canone 3.* ibi: Si quis negauerit in venerabili sacramento Eucharistiæ, sub vnaquaque specie: & sub singulis cuiusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri, anathema sit. *Et cap. 2. eiusdem sessionis* ita ait expressè: Quapropter verissimum est, tantundem sub alterutra specie, atque sub vtraque contineri: totus enim, & integer Christus sub panis specie, & sub quauis ipsius speciei parte, totus idem sub vini specie, sub eius partibus existit. Ex obiecto ergo benè poterat Ecclesia præcipere vsum tantùm calicis, sicut præcepit vsum corporis, & vetuit calicis; cùm contineat tantundem vna species, quàm alia: non tamen decuit, nec conueniens erat reuerentiæ tanti Sacramenti, vt præciperet vsum calicis, & vetaret vsum panis, ob rationes suprà tactas *num.6.* quæ adeò fortes, & vrgentes sanctissimis Patribus, & sapientissimis viris, qui Concilio Tridentino interfuerunt, visæ sunt, vt in eodem Concilio *sess.21. canone 2.* hæretici iudicentur, & anathemate feriantur, qui huiusmodi causas non iustas, neque sufficientes iudicauerint, ad vsum panis præcipiendum tantummodò, & vetandum vsum calicis; ita enim ibi: Si quis dixerit sanctam Ecclesiam Catholicam non iustis de causis, & rationibus adductam fuisse, vt laicos, atque etiam Clericos non conficientes sub panis tantummodo specie communicare, aut in eo erasse, anathema sit. Instituit enim Christus Dominus huiusmodi Sacramentum, sed nihil præcepit de modo, & ordine illius sumendi; imò totum id negotium commisit dispositioni Ecclesiæ, vt docet Diuus Augustinus *epist.118.*

2. *Notandum* est tamen hîc obiter, olim quidē in Græcia morem fuisse, iis infirmis, qui præ ægritudine speciem panis deglutire non poterant, solam speciem vini argentea cochlea in os infundere, vt insinuat Toletus *in Ioannem, cap.6. notabili 27.*

Quoad hoc leg. §. Sed si, & seqq. Res. præteritæ, & suprà in Res. 1. §. Potest

etiam inferri secundò, & in tom.2. tr.2. Resol.98.

& colligitur ex Concilio Toletano XI. *cap.*11. & Carthaginensi IV. *cap.*76. & refertur *cap.de his 26. quæst.*6. & habetur ex D. Cyprianо *sermone in Cœna Domini*, & docet etiam expressè Henriquez *lib.*8. *Eucharistiæ*, *cap.*44. *num.*7. & apud Russios, seu Moscouitas, sub vtraque specie datur omni populo Eucharistia: datur enim corpus Christi sanguine intinctum, perfusúmve in cochleari, ne periculum effusionis, aut casus detur, vt refert idem Henriquez *allegatus*, & Petrus Comestor *in Historia scholastica*, *cap.*151. qui mos etiam aliquandiu in Hispania viguit tempore Concilij Toletani I. vt colligitur ex eodem Concilio: & denique Romæ, dum Summus Pontifex solemniter sacrificium offert, sumpto Christi corpore in Altari, postea sedet, & Diaconus Cardinalis ei calicem summa reuerentia bibendum defert. Deinde idem Cardinalis communionem sub vtraque specie aliis Purpuratis præbet: eis enim calicem Domini similiter ministrat, vt refert Henriquez *proximè citatus*, & patebit *infra*: nunquam tamen inrota ac venerabili Ecclesia Catholica mos fuit introductus circa vsum calicis tantùm. Hucusque Fagundez; qui etiam postea *num.*22. sic ait; Non est improbanda consuetudo, quæ in aliquo casu obtinuit, vt alicui personæ detur vtraque species, si talis consuetudo licita sit, & saltem tacitè approbata à Sede Apostolica: sic Romæ consuetudo est; vt Diaconus, qui ministrat Summo Pontifici in solemni Missa, sub vtraque specie communiter & in eadem Missa solemni aliis Purpuratis communionem sub vtraque specie præbeat, etiam Diaconis, & Subdiaconis, vt refert Henriquez *lib.*8. *Eucharist. cap.* 44. *num.*7. & nos diximus *num.*10. quam tamen consuetudinem intermissam fuisse à Paulo II. Summo Pontifice in odium Bohemorum, & Hussitarum, refert Turrian. *lic.*8. *Constit Apostol. cap.*31. Addit etiam Claudius *repet.*10. *cap.*20. & Soarius *allegatus prædicta disp.* 71. *sect.*3. *fol* 10. *col.*2. Parisiis obseruati similem consuetudinem communicandi sub vtraque specie in Conuentu Cluniacensi, vt interim prætereamalias consuetudines Græcorum, Æthiopum, & Moscouitarum, de quibus egimus *num.*10. qui eundem vsum obseruant communicandi sub vtraque specie: quamuis Græci in hoc non videantur esse schismatici; quia de licentia Ecclesiæ Romanæ id faciunt, & nec ob eam consuetudinem, de nostra malè sentiunt, vt olim malè sentiebant Bohemi. Ita ille.

Sup. hoc in præcedenti Resol. §. Nota tamen.

3. Sed fallitur cum Henriquez, asserendo, Romæ in Missa Papali, Diaconum Cardinalem ministrare aliis Cardinalibus Eucharistiam sub vtraque specie, hoc enim est falsum; vt omnibus patet.

RESOL. LI.

An Pontifex possit eximere aliquem à præcepto communionis annuæ?

Et an Pontifex teneatur ad præceptum annuæ communionis?

Et an quamuis Pontifex peccet mortaliter, si illud non obseruet, non incurrat tamen excommunicationem propter hoc, nec possit declarari, aut Ecclesiastica sepultura priuari, nec contra eum sententiam ferri de incursione delicti? Ex part.8. tract.1. Resol.26.

§. 1. AD hanc quæstionem respondet Fagundez *de Præcept. Eccles. præcep.*3. *lib.*1. *cap.*6. *num.*9. & asserit, quòd hoc vel potest intelligi, an possit Summus Pontifex dispensare in obligatione huius præcepti cum aliqua persona particulari veluti cum Eremita viuente extra humanum consortium; vel cum aliqua Prouincia in particulari, vrbe, aut oppido: sed hoc dubium magna ex parte iam solutum est in præcepto de annua confessione: ibi enim etiam quæsiuimus, vtrùm Summus Pontifex possit cum aliquo dispensare in præcepto Confessionis; & quod ibi diximus, hic similiter erit applicandum, ob parem rationem. Breuiter autem dico, posse Summum Pontificem licitè ex causa rationali, cum aliqua persona particulari, imò & cum aliqua Prouincia, oppido, aut vrbe, in præcepto humano, & Ecclesiastico Eucharistiæ dispensare; non tamen in præcepto diuino illius, quatenus est medium, & remedium necessarium ad salutem: posse, inquam, ad tempus, v.g. per tres, aut quatuor annos; non tamen posse cum aliqua persona in particulari, oppido, aut Prouincia per totam vitam licitè dispensare. Et ratio est: quia licèt in omnibus præceptis humanis, & Ecclesiasticis, qualia sunt præcepta annualis Eucharistiæ, & confessionis, ex iusta causa possit Papa dispensare, vt patet ex glossa textus *in cap. proposuit, de concessione prebendæ*; nunquam tamen poterit licitè per totam vitam cum aliquo dispensare, vel cum aliqua Prouincia. Enimverò dispensatio, & exemptio, vt legitima sit, & licita, requirit legitimam causam: aut nulla causa legitima dari potest, vt Papa concedat talem, & tam absolutam dispensationem atque exemptionem per totius vitæ spatium. Ita docet Soarius *tom.*4 *de pœnit. sect.*1. *n.*6. & 7. & Sotus *in* 4. *dist.*18. *q.*1. *artic.*5. Azotius *tom.*1. *Institutionum moralium*, *lib.*7. *cap.*40. *quæs.*9. & *Quæs.*10. D. Thomas *in* 4. *dist.*17. *quæst.*3. *art.*1. *quæstiunc.*5. Richard. *ibid. art.*2. *q.*7. Paludanus *ibidem*, etiam *quæst.*2. D. Antoninus 3 *p. tit.*14. *c.*19. §. 1. & alij. Et quamuis omues loquantur de exemptione, & dispensatione præcepti Ecclesiastici annuæ confessionis; tamen eadem est ratio de præcepto Ecclesiastico annuæ communionis quoad hunc effectum, vt consideranti patebit.

Ibi in Resol. quæ hic est supra 26. & in aliis §§. eius annot.

2. An verò Pontifex teneatur ad præceptum annuæ communionis? Nonnulli existimant non teneri, ac proinde non peccare lethaliter, si illud non impleat, ex eo fundamento, quia supremus Princeps suis legibus non tenetur, *l. Princeps, ff. de legibus.* Et quia ex Pontificia successione obligare non potest ex régula, *Par in parem non habet imperium*, *cap. innotuisti, de elect.* Atque ita docent, post Ioannem Andream, & Felinum, Nauarrus *in cap. plàcuit, de pœnit. dist.*5. *num.*32. vbi id ex eo fundamento probat, quòd Summus Pontifex, iuxta communem Theologorum sententiam, sit superior Concilio Generali: vnde necesse est, quòd huic legi de annua perceptione Eucharistiæ, & confessione non sit subiectus, cùm ea lata sit in Generali Concilio Lateranensi, ex quo deductum fuit *cap. omnis vtriusque, de pœnit. & remiss.* in quo huiusmodi lex continetur, quæ postea pro tota Ecclesia Catholica fuit approbata. Dicendum tamen est, obligari Papam sub lethali culpâ ad hoc præceptum, sicut obligatur etiam ad præceptum confessionis, quoad vim directiuam, non verò quoad pœnas, & vim coactiuam; & ideò peccare mortaliter, si illud non seruet; non tamen incurrere excommunicationem; nec posse declarari, aut Ecclesiastica sepultura priuari, nec contra eum sententiam ferri de incursione delicti. Ita docet Soarius *tom.*4. *de pœnit. disp.*36. *sect.*2. *num.*5. Azor. *tom.*1. *Institutionum moralium*, *lib.*7. *cap.*20. *quæs.*11. Et quamuis illi loquantur de præcepto annuæ confessionis; tamen eadem est ratio de præcepto annuæ communionis. Docet etiam Couarruuias *in cap. Alma mater*,

Quamuis pro confessione in hoc casu, quia eadem est ratio pro hac quæst. supra lege doctrinam Resol. 28. & in tom.1. tr.3. Resol.48. & vide etiam doctrinam Resolutionum annot. primæ post seq.

Sup. hoc in Resol.1. not. præteritæ lege doctrinam §.2. ad medium.

mater, 1. part. §. 1. num. 5. & Azorius dicto tom. 1. lib. 5. cap. 11. per totum caput., vbi citat multos, & consequenter docere debent omnes, qui in materia de legibus tenent, Principes obligari de legibus à se conditis, quoad directionem, non quoad coactionem; & hi sunt D. Thomas 1. 2. quæst. 96. art. 5. ad 3. Victoria in relect. 3. num. 21. Sotus lib. 1. de Iustit. quæst. 6. art. 7. Menchaca illustrium quæstionum, cap. 45. Et ratio est, quia naturalis ratio postulat, vt caput conformetur toti corpori suo: nam, sicut reliqui Principes seculares sub hac conditione à principio iurisdictionem à populo acceperunt, & potestatem condendi leges, vt ad illas quoad vim directiuam tenerentur: sic Papa, veluti sub hac conditione immediatè à Christo accipit hanc eandem potestatem condendi leges Ecclesiasticas, vt ad illas quoad directionem teneatur, non quoad coactionem. Deinde, quia ista lex annuæ perceptionis Eucharistiæ, est lex quædam generalis; & quando Principes legem ferunt generalem, totum populum comprehendentem, ad eandem legem obligantur; quamuis non obligentur ad pœnas illius: nam, quando materia legis est generalis, comprehendens totum populum, comprehendit etiam caput populi, seu Principem illius: quando verò materia legis non est ita generalis, sed specialis, vt non totum populum, sed partem illius comprehendat, & obliget: tunc quidem ad eam non tenetur Princeps: neque quoad vim directiuam, neque quoad vim coërcitiuam. Quamobrem, si lex esset de non ferendis armis nocturnè, nó vtendo serico, aut satellitio puerorum, non obligaretur Princeps: quia materia specialis illius, illum non comprehendit; indecens enim est, & minimè conueniens statui, & conditioni Principis inarmatum, insociatum, & serico non vestitum incedere. Quamobrem, cùm materia legis Eucharistiæ comprehendat omnem populum Christianum, ex iure quodam naturali videtur etiam comprehendere Summum Pontificem, qui est caput illius. Et per hæc patet non benè omninò dixisse Richardum in 2. dist. 17. quæst. 4. art. 2. ad 5. & Scotum ibid. quæst. 1. art. 1. non teneri Papam sub lethali ad hanc legem, sed tantùm sub congruitate quadam morali, & honestate, ac proinde sub veniali. Et hæc omnia docet Fagundez vbi suprà, num. 12. & post illum Trullench in Decalog tom. 1. lib. 3. cap. 5. dub. 2. num. 20.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 1. Resol. 5. & in aliis Resol. §. 1. & 2. & in aliis Resol. §. 1. & 2. & in aliis Resol. §. 1. & 2

animi & corporis dispositione ad tantum Sacramentum accederent, cum qua posteriora Concilia & Patres decreuerunt, vt omnes accederent: verosimile autem non est, solicitiores fuisse posteriores Ecclesiæ Pastores, quàm primos fundatores de hac debita animi, & corporis communicantium dispositione. Et ita hanc sententiam tenet etiam Amicus *tom.7.disp.29.sect.3.n.24.* qui respondet ad auctoritatem Anacleti Pontificis, asserendo cum Bellarmino, & Turriano *de Canon. Apostol. lib.1.cap.22.* illum tantùm loqui de Clericis, qui assistebant Episcopo solemniter celebranti,

6. In Canone autem Apostolorum, vt explicatur in Concilio Antiocheno *can.2.* non præcipitur communio, sed solùm imponitur pœna iis, qui ex aliqua superstitione communionem auersabantur, erántque cæteris perturbationi. Adde quòd in citato canone, prout habetur in primo tomo Conciliorum, non determinatur tempus communionis, sed solùm dicitur, quòd fideles laici ingredientes Ecclesiam communicare debeant; quod non necessariò intelligitur, quòd debuerint singulis diebus Ecclesiam ingredi, sed festis dumtaxat diebus. Vnde ad summum ex eo solùm colligitur præceptum communionis in festiuis diebus. Nec vrgent illa verba Act.2. *Quotidie quoque perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis.* Nam hæc intelliguntur de sumptione cibi communis, & vsualis, iuxta morem nascentis Ecclesiæ, quòd fideles non solùm conueniebant in templo ad sumendam refectionem spiritualem, sed etiam corporalem. Ita Amicus. Videant modò Confessarij quàm cautè debeant procedere in concedenda laicis communione quotidiana. Quicquid asserat Sancius, contra quem meritò insurgit P. Perlinas *in sacro Conuiuio, disp.5. per totam.*

Sup. hoc in tom.2. tr.2. Resol.36. & lege eam per totam, & hic infra §.1.2. & 3. Resol.55.

RESOL. LIII.

An Pontifex possit concedere facultatem, vt Eucharistia ministretur infantibus ante vsum rationis?

Et an hoc expediat, & teneatur hoc facere, quando infantes sunt in articulo mortis, quia præceptum sumendi Eucharistiam extat etiam de iure diuino?

Et quid circa hoc factum est in diuersis locis, & Regionibus, in textu huius Resolutionis explanatur.

Et an si infantes casu inuenirent Hostiam, vel vinum consecratum, & ex gula, vel leuitate puerili sacras species sumerent, acciperéntne gratiam sacramentalem? Ex part.8.tract.1. Resol.45.

§. 1. NOn loquor, an expediat, sed an possit fieri, quod semel dictum esse volo pro multis casibus superiùs resolutis, & inferiùs resoluendis. Ideò ad casum propositum videtur negatiuè respondendum; vnde Petrus Soto *lect.8. de Eucharist.* & Catherin. *opuscul. de commun. paruulor.* negant omnino eos esse huius Sacramenti capaces. Et indicat Caiet. *hac quæst. art.11.* & dubitat Sotus *in 4. dist.12. quæst.1. art.9.* Suaderíque potest ex Apostolo dicente: *Probet se ipsum homo, & sic de pane illo edat.* Sed qui ratione carent, se ipsos probare non possunt: ergo nec de pane illo edere, & ratio est, quia ad fructum huius Sacramenti requiritur voluntaria susceptio: si quis enim casu comederet hostiam nesciens esse consecratam, vtique nullum perciperet fructum.

Sup. hoc in tom.2. tr.2. lege doctrinam Resol.7.

Sup. hoc infra lege §. vlt. huius Resol. &c.

2. Sed his non obstantibus affirmatiuæ sententiæ adhæreo; nam infantes sunt capaces huius Sacramenti, & solo posito præcepto eis hoc prohibetur. Quod probatur, nam apertè constat in quibusdam olim Ecclesiis consuetudinem fuisse præbendi Eucharistiam paruulis post Baptismum. Cuius rei pro antiquo tempore meminit Dionys. *cap.3. Ecclesiast. Hierarch.* & pro mediis temporibus Alcuinus *lib. de diuinis officiis, cap. de Sabbatho sancto*, & Vgo de sancto Victore *lib.1. de Sacrament. cap.20.* vbi sic ait; Pueris recèns natis idem Sacramentum in specie sanguinis est ministrandum digito Sacerdotis, quia tales naturaliter fugere possunt. Vnde Trident. *sess.21. cap.4.* inquit: Neque damnanda est antiquitas, si eum morem in quibusdam locis aliquando seruauit, vt enim sanctissimi illi Patres sui facti probabilem causam pro illius temporis ratione habuerunt, &c. Hoc etiam habetur expressè in ordine Baptismi Æthiopum, qui habetur in tom.4. Biblioth. Patrum; vbi post Baptismum, & Vnctionem Chrismatis, sic legitur. Postea sumunt Sacramentum sanctum, & viuificans, spondente Sacerdote pro eis, corpus scilicet sanctum, & sanguinem venerandum Domini Dei, & Redemptoris nostri IESV CHRISTI. Ad marginem verò additur hæc notatiuncula: Videlicet si adulti sint; alioqui enim pollicem tantùm immittit in Christi sanguinem, & eorum linguæ insmittit. Quod videtur conforme vsui adhuc hodie perseuranti apud Græcos etiam Catholicos, qui paruulis saltem in ægritudine dant Eucharistiam sub vna specie, scilicet sub specie vini: vt fit apud Ruthenos, & magis vniuersaliter apud Græcos etiam Catholicos, vt testatur Petrus Arcadius *de Sacramentis Ecclesiæ Orientalis, lib.3. cap.40. & lib.1. cap.13.* Ex quibus apparet, cautè satis loqui Catechismum Romanum *part.2. de sacrament. Eucharist. §.62.* dum dicit veterem fuisse in quibusdam locis consuetudinem, vt infantibus etiam sacram Eucharistiam præberent. Constat enim ex suprà adductis, in omnibus ferè Prouinciis vsum illum viguisse: nam in Orientali Ecclesia hodie durat; in Occidentali verò, seu Latina vidimus, Africam, Hispaniam, Galliam, Romam ipsam hunc morem tenuisse, vt omittam Æthiopes & Ruthenos, qui hodie etiam eum ritum obseruant, sed ij magis ad Orientalem Ecclesiam spectare videntur. Quæ omnia ideo attuli; quia P. Suarez *disp.62. sect.4. circa medium*, indicat, tenuem habere notitiam illius antiqui vsus, illam scilicet, quæ ex paucis locis ab ipso adductis colligi poterat; sed re vera consuetudinem illam fuisse satis receptam, negari non potest, vt ex suprà adductis satis constat. Et hæc omnia docet Auersa *de sacram. Eucharist. quæst.8. sect.1.* & Cardinalis de Lugo *disp.13. sect.2. num.11.*

Sup. doctrina, & contentis in hoc §. in tom.2. tr.2. ex Resol.7. lege §. Sed præcipua.

3. Sed dices, ergo non solùm Pontifex videtur posse potestate absoluta dare facultatem, vt infantes communicentur, sed etiam expedire, & teneri hoc facere; quando infantes sunt in articulo mortis, quia etiam iure diuino extat præceptum sumendi Eucharistiam, vt docet D. Thomas *in 3. part. quæst.80. art.11.* & *ibi* Syluius, Nugnus, Conninck, Pesantius, Valentia *quæst.8. puncto 4.* Suarez *disput.69. sect.1.* Vasquez *disput.213.* Lugus *disp.16. sect.1.* Becanus *cap.23. quæst.4.* Henriquez *lib.8. cap.3. num.2.* Emmanuël Sà *verb. Eucharistia, num.1.* Layman *lib.5. Theol. moral. tract.4. cap.5.* Fagundez *de Præcept. Eccles. prac.3. lib.1. cap.3.* Angles *quæst.2. art.9. concl.1.* Reginald. *lib.29. num.57.* & alij.

Sup. hoc infra in Resol. 57. §. Probatur primo, & seq. & in tom.2. tr.2. Resol.1. & in aliis eius Primæ not.

4. Probatur ex ipsa Scriptura, illis verbis Christi: *Hoc facite*, præcepit enim tunc fidelibus, vt faceret quod ipse tunc dicebat: *Accipite, & comedite.* Illáque iussio ad Sacerdotes quidem refertur, vt conficiant, & suscipiant; ad reliquos fideles, vt suscipiant Sacramentum,

Sacramentum. Et perspicuè Ioann. 6. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis*, quæ verba de reali susceptione huius Sacramenti, iuxta frequentem Patrum expositionem, intelligenda esse supponimus.

5. Sed respondendum est, quòd præceptum communicandi in articulo mortis, non extenditur ad infantes: seu Ecclesia non tenetur ad dandum illis Sacramentum in articulo mortis; quia hoc Sacramentum non est medium necessarium infantibus ad salutem, sed Ecclesia tantùm tenetur prouidere infantibus media ad eorum salutem necessaria, non verò omnia, quæ possunt esse vtilia: nam in his debet etiam ipsorum Sacramentorum veneratioui prospicere, vt statuit sacrum Concilium Tridentinum *sess.* 21. *cap.* 2. ergo cùm hoc sacramentum Eucharistiæ non sit necessarium necessitate medij paruulis ad salutem, & conferendo illud infantibus, non prospiceret Ecclesia veneratioui diuinissimi huius Sacramenti, cùm nulla actuali deuotione illud paruuli sumerent: non tenetur illis in articulo mortis conferre, ob hoc diuinum præceptum. Tum quia in eodem sacro Concilio *sess.* 21. *c.* 4. *de doctrina*, decernitur, paruulos vsu rationis carentes, nulla obligari necessitate ad sacramentalem Eucharistiæ communionem; siquidem per Baptismi lauacrum regenerati, & Christo incorporati, adeptam iam filiorum Dei gratiam, in illa ætate amittere non possunt, ergo in articulo mortis non tenetur Ecclesia paruulis Eucharistiæ sacramentum conferre; siquidem infantes nulla obligantur necessitate ad sacramentalem Eucharistiæ communionem, vt inquit sacrum Concilium.

6. Nec obstant aduersùs supradicta verba superiùs allata Ioan. 6. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*; ergo cùm præceptum hoc Domini sit vniuersim latum, paruulos obstringet in articulo mortis. Respondetur, infantes contineri in illo præcepto, si de spirituali susceptione verba illa intelligantur; non autem, si de sacramentali Eucharistiæ communione: ad hoc enim infantes non tenentur, sed ad spiritualiter communicandum; & hoc sufficit ad salutem pro paruulis, quia vnusquisque fidelium corporis, & sanguinis Domini particeps sit, scilicet spiritualiter, quando in Baptismate membrum corporis Christi efficitur: at verò, quando iam pueri incipiunt aliqualem vsum rationis habere, vt possint deuotionem concipere huius Sacramenti, tunc potest eis hoc Sacramentum conferri: ergo, &c. Patet igitur ex supradictis posse Pontificem facultatem præbere, vt infantes communicentur, hoc autem non expedire, neque etiam in articulo mortis.

7. Verùm ex omnibus supradictis oritur curiosum dubium, an si infantes casu inuenirent hostiam, vel vinum consecratum, & ex gula, vel leuitate puerili sacras species sumerent, acciperentne gratiam sacramentalem? Cardinalis Lugo *de sacrament. Eucharist. disp.* 3. *sect.* 2. *num.* 23. affirmatiuè respondet: Prout, ait ipse aliqui etiam Theologi graues in Hispania responderunt, quia in illis nulla intentio præsens, vel præterita desideratur, sed sola Christi instituentis hoc Sacramentum, & solùm exigentis voluntatem, & intentionem ab iis, qui capaces sunt, vel fuerunt eam habendi: non ergo apparet, cur Sacramentum in illis suum effectum verè non operetur. Et hanc sententiam præter Lugum, tenet nouissimè Pater Auersa *de sacrament. Eucharist. q.* 8. *sect.* 1.

RESOL. LIV.

An summus Pontifex possit concedere, vt sæpius in die Eucharistia sumatur.

Et an eodem die sæpius communicare non sit prohibitum iure diuino.

Et an in aliquo casu, non obstante Ecclesiastica prohibitione, possit quis sumere Eucharistiam bis in die, & Sacerdos duas Missas celebrare.

Et an Cardinalis in Missa Papali Natiuitatis Domini sumens Eucharistiam è manu Pontificis possit antea, vel postea dicere saltem duas Missas.

Idem dicendum est de Canonico Basilicæ D. Petri, qui in die Natiuitatis Domini cantat Euangelium in Missa, & sumit Eucharistiam à Sacerdote celebrante.

Et an alij Sacerdotes non possint extra Missam bis, aut ter communicare in illa die Natiuitatis Domini? Ex part. 8. tract. 1. Res. 87.

§. 1. SVppono cum Ochagauia *de Sacram tr.* 2. *de Eucharist. effect. & vsu, q.* 16. *numer.* 6. Præposito *in* 3. *part. q.* 83. *art.* 2. *d.* 80. 3. *num* 134. & aliis, eodem die sæpiùs communicare, non esse prohibitum iure diuino, quia non nobis constat tale ius. Sine dubio tamen est prohibitum iure Ecclesiastico laicis eo ipso, quòd Sacerdotibus præcipitur, *cap. consuluisti, de celebratione Missarum, & canon. sufficit, de Consecrat. distinct.* 1. ne plus, quàm semel in die celebrent. Verba canonis hæc sunt: Sufficit Sacerdoti vnam Missam in die vna celebrare. Ratio prædicti canonis, quæ generaliter nostrum propositum concludit, hæc est: quia Christus semel tantùm mortuus est, & ideò Sacerdos, qui in suo sacrificio efficit commemorationem Passionis Christi, semel tantùm debet celebrare. Quæ ratio etiam currit in communione laicorum, in qua ecommemoratur Passio Christi secundùm Paulum 1. ad Cor. 11. nihilominus *in cap. consuluisti*, permittitur, in die natalis tres Missas celebrare, & cùm quis præpositus est duobus Ecclesiis, duas Missas celebrare in die Dominica, & aliis festis; Laicis verò non conceditur, vt bis in eodem die communicent.

Sup. hoc quod hic supponitur in tom. 2. tr. 2. Res. 36. §. vlt. sed lege eam à principio.

2. Et ideò Hurtadus *de Sacrament. disp.* 9. *de Euchar. diffic.* 22. sic ait: Supponimus non solùm non esse conueniens, sed etiam iure Ecclesiastico prohibitum Sacerdotibus, in eodem die plus quàm semel celebrare, vt constat ex *canon. sufficit, de Consecratione*, qui est Alexandri II. & ex *cap. consuluisti*, 3. *de celebratione Missarum.* Et eamdem prohibitionem vsu Ecclesiæ extendendam esse ad laicos, ne in eodem die plus quàm semel communicent. Permittitur tamen Sacerdotibus *in dict. cap. consuluisti*, vt in die Natalis Domini tres Missas celebrent: laicis verò nunquam permittitur plus quàm semel in die communicare. Ita ille, & communiter DD.

3. Hoc supposito, respondendum est ad quæsitum posse Pontificem dispensare, vt quis sæpius sumat Eucharistiam, quia vt dictum est contrarium non iure diuino, sed Ecclesiastico prohibitum inuenitur. Ergo Pontifex, qui est supra ius Ecclesiasticum, ex iusta causa posset in hoc dispensare. Et ideò obseruat Præpositus *vbi suprà*, Leonem Papam septem, vel etiam nouem Missas in die celebrasse. Et Amicus *tom.* 7. *d. sp.* 33 *sect.* 11. *n.* 319. testatur, Paulum III. in Bulla edita anno 1549. concessisse Patribus Societatis in locis infidelium bis in die Missam celebrare. Et Cardinalis Lugo

de

de sacrament. Eucharist. disput. 2. sect. 1. num. 43. testatur in Regno Valentiæ ex dispensatione, & priuilegio Pontificio in die 2. Nouembris Sacerdotes bis celebrare.

Sup. hoc in fi tom. 2. tr. 1. Res. 91. per totam, & in alijs eius annot.

4. Sed difficultas est, an in aliquo casu, non obstante Ecclesiastica prohibitione, posset quis sumere Eucharistiam bis in die; & respondeo affirmatiuè, quoad Sacerdotes, nempe ex causa necessitatis; & ideò *in cap. consuluisti, de celebrat. Missar.* dicitur, Respondemus quòd, excepto die Natiuitatis Dominicæ, nisi causa necessitatis suadeat, sufficit Sacerdoti semel in die vnam Missam solummodo celebrare. Quia verò Pontifex illam neceessitatem vlteriùs non explicat, sed videtur reliquisse iudicio prudentis determinandam, varij Authores plures casus congerunt, quibus liceat sæpiùs in die celebrare, quos videre poteris apud Præpositum *loco citato.*

Sup. hoc in fine §. 1. nor. præteritæ, & in Resol. 92. tom. 2. tr. 1. inter principium, & medium, à vers. El caso, & in aliis eius annot. & ibi à principio dictæ. Res. pro quibuscumque diebus ferialibus contentis à lin. 8. huius §.

5. Sed ego puto dictos casus difficulter in praxi accidere posse, vnus tantùm communiter admittitur; quando idem Sacerdos habet duas Parochias in diuersis pagis, vel oppidis, & propter paupertatem non potest habere adiutorem, tunc vt satisfaciat suis Parochianis, potest duas Missas eadem die celebrare. Hoc autem Suarez *disp. 80. sect. 3.* non limitat tantùm ad dies festos, sed ad quoscumque dies feriales, modò frequentia populi, qui Missam audire cupit, sit moraliter tanta, vt pro ea debeat secunda Missa celebrari. Ratio est; quia non solùm debet Parochus prouidere suis Parochianis de Missa die festo ad præceptum Ecclesiasticum adimplendum, sed etiam die feriali, ad deuotionem populi augendam, ac promouendam. Addo autem in tali casu, præsertim si sint dies festus, non solùm licere, sed etiam obligari Parochum ad duas Missas celebrandas, posito quòd non possit aliunde illis de alio Sacerdote prouidere: quia cùm ex iure habeat facultatem in tali casu duas Missas celebrandi; & ex alia parte ex iustitia teneatur suis Parochianis Missam procurare, si aliunde non poterit, ipse tunc tenebitur, vt huic debito satisfaciat, duas celebrare.

Quoad hoc in tom. 1. tr. 2. ex Res. 38. lege doctrinam §. vlt. & Reso. & §§. eius annot.

6. Sed quid dicendum? quoad laicos ego puto in duobus casibus posse bis in die Eucharistiam sumere. Et *primus casus* erit, quando immineret periculum aliquod irreuerentiæ ab aliquo inferendæ Sacramento, & non esset alia via seruandi Sacramentum; ita Amicus *vbi infrà*, Hurtadus, & Ochagauia *vbi suprà*, & communiter Doctores.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 2. Res. 73. ante medium, à vers. Sed pro. & in Resol. 74. 75. & 81. §. Sed quia. & ibi in tr. 1. ex Res. 133. §. Sed si. & pro parte doctrinæ huius, & duo sequentium §§. supra in Res. 71. & in aliis eius not.

7. *Secundus casus* erit, quando quis manè communicauit, & post prandium, verbi gratia, incidit in articulum mortis; tunc enim ad seruandum præceptum diuinum de sumenda Eucharistia tempore mortis, potest secunda vice sumere in eadem die Eucharistiam. Et ideò Hurtadus *loco citato*, sic asserit, Laicis nunquam permittitur plus quàm semel in die communicare, nisi quando necessarium sit iterum Eucharistiam sumere ad impediendam iniuriam, aut irreuerentiam Eucharistiæ inferendam, ne in manus infidelium veniat, vel ne incendatur, & ne quis decedat sine viatico, qui post communionē in sanitate, aut extra periculum factam incidit in eodem die in periculum mortis. Ita ille.

8. Sed circa hunc casum insurgunt aliqui, quos ego citaui *in part. 5. tract. 3. Resol. 33. & 42* quibus nunc addo Amicum. *tom. 7. disp. 27. sect. 2. n. 13.*

9. Sed affirmatiuam sententiam præter Hurtadum & alios, *vbi suprà* à me adductos, tenet, me citato, Zambellius *in repet. cas. conscient. verb. Eucharistia n. 20.* vbi admittit quòd Eucharistiam potest sumere pro viatico quis post prandium, cadens in periculum mortis, etiam quòd eodem manè illam sumpserit ob deuotionem. Et ex Societate Iesv hanc sententiam admittit nouissimè Pater Escobar *in resolut. moral. tract. 7. exam. 6. c. 5. n. 62.* vbi sic ait: Manè communicauit valens, aut sacrum fecit, & à prandio incidit in mortis periculum? Potest iterum communicare conformiter sententiæ asserenti per priorem illam communionem non esse præcepto diuino communicandi in articulo mortis satisfactum. Ita Hurtado; vberiùs tamèn Christophorus Garsia ex nostra Societate Mitimnensis, cuius opera moralia egregiæ quidem notæ iam iam lucem aspicient. Ita ille. Et ideò hæc opinio fuit practicata cum P. Claudio Aquauiua Generali Societatis Iesv, vt testatur Hurtadus, & Amicus; & testati sunt mihi P. Terentius Alciatus, & P. Torquatus de Cupis, viri docti, & amicissimi, cum P. Albricio Sanctissimi D. N. Concionatore egregio, qui etiam hoc factum fuisse cum alio Patre hic Romæ testatus est. Idem factum fuit Panormi in Domo Professa, vt ego scio, & bis Matriti testatur Hurtadus. Vnde cùm hæc opinio sit validissimis rationibus fulcita, & sapientissimorum viuorum auctoritate vallata, & in religiosissima, & doctissima Societate Iesv in praxi posita; nescio quare non sit consulenda: & practicanda ad solamen, & adiutorium infirmorum, qui in illo articulo mortis egent spirituali adiutorio, & consolatione tanti Sacramenti.

10. *Nota* tamen, quòd licèt Amicus nostram sententiam non teneat, illam tamen admittit *disp. 29. sect. 4. num. 37.* in casu sequenti, vt si nimirum quis manè cōmunicauit, & vesperi incidit in articulum mortis, & habeat conscientiam peccati mortalis, nec adsit copia Confessarij, cui possit illud confiteri, adsit tamen Diaconus, qui possit illi Eucharistiam ministrare, vt saltem per susceptionem huius Sacramenti fiat de attrito contritus. Et reddit rationem, quoniam in eo euentu iterata communio censeretur maximè ad salutem necessaria: nam satis probabile foret, quòd talis cum communione saluaretur, absque communione verò non salvaretur, quia virtute Sacramenti fieri posset ex attrito contritus, quam contritionem sine Sacramento non assequeretur; & licèt non sit certum, Eucharistiam in aliquo casu facere ex attrito contritum, sufficit vt sit probabile: nam etiam ad media probabilia certiora tenetur moribundus. Vnde citati Authores in hoc casu non negarent, posse moribundum Eucharistiam iterare. Ita Amicus. Sed tu absolutè in omni casu nostram sententiam tene.

11. At superest hìc apponere curiosam difficultatem, an Cardinalis, in missa Papali Natiuitatis, sumens Eucharistiam è manu Pontificis, possit antèa dicere saltem duas Missas? & negatiuè respondet Eminentissimus Lugo *de Sacram. Euchar. disp. 10. sect. 1. num. 43.* vbi sic ait: Dubitatum fuit Romæ, vtrùm Cardinalis, qui vt Diaconus ministrat Summo Pontifici illa die in Missa solemni, & communicat sub vtraque specie in eadem Missa, possit ipse (si Sacerdos sit) alias duas Missas priuatas celebrare. Respondi, nullam Missam posse ipsum illa die ante, vel post illam communionem celebrare. Ratio est, quia facultas solùm est ad communicandum bis, aut ter in Missa seu facienda duo, aut tria sacra per quod solùm dispensatur in prohibitione celebrandi pluries non verò in prohibitione communicandi bis in eadem die. Quare alij Sacerdotes non possent extra Missam bis, aut ter communicare illa die, nec possent etiam semel communicare extra Missam, & rursus celebrare vnum, vel duo sacra; quia obligatio communis non celebrandi ea die, quâ communio accipitur extra Missam, non est ablata

Sup. hoc in tom. 2. tr. 1. Res. 96. & ex Res. 118. lege doctrinam §. Sed. & in tom. 4. tr. 8. Res. 94.

ablata vnquam pro illa die. Cùm ergo cardinalis in illa Missa accipiat communionem, non vt Sacerdos, nec celebrans, non potest eadem die sacrificare, nisi Pontifex peculiariter cum eo dispenset, in hoc enim non est concessa facultas pro illa die, sed solùm ad communicandum pluries celebrando, non ad communicandum pluries quotomodocumque; provt tunc fieret, si semel, aut bis in Missa, & semel extra missam communicaret. Ita hoc in Cardinalis de Lugo, cui ego adhæreo; & idem di-Publ. not. cendum est de Canonico Basilicæ D. Petri, qui in communic. die Natiuitatis cantat Euangelium in Missa, & sumit Eucharistiam à Sacerdote celebrante.

RESOL. LV.

An Pontifex possit dispensare, vt Sacerdos celebret, vel laicus sumat Eucharistiam non ieiunus?

Et an in aliquibus casibus licitum sit sumere Eucharistiam facto ieiunio?

Et an singulo quoque anno Pontifex dispenset in ieiunio saltem tacitè cum Cardinali, qui celebrat coram eo in nocte Natiuitatis Domini, vel an pro illa nocte in eius Capella Pontifex anticipet diem naturalem?

Et quid Venetijs de Primicerio S. Marci ante mediam noctem in illa die celebrante? Ex part. 8. tract. 1. Resol. 89.

§.1. Videtur negatiuè respondendum; nam præceptum de sumenda Eucharistia cum ieiunio naturali, esse præceptum Christi, putauit Sot. *in 4. dist. 12 quæst. 5. art 8.* & probabile putauit Scotus *dist. 8. quæst. 3.* & Gabriel *lect. 10.* Sed esse præceptum institutum ab Ecclesia omnino dicendum est, & Patet ex Concilio Carthaginensi III. *can. 29.* Toletano VII. *can. 2.* Trullano VI. Synodi *can. 29.* & ex Concilio generali Constantiensi *sess. 13 in initio.* Et licèt prædicta Concilia exprimant solos Sacerdotes celebrantes, Ecclesiastica tamen consuetudo declarat, illud præceptum omnes fideles communicantes comprehendisse, provt eam obligationem, & consuetudinem declararunt, & approbarunt Patres in Concilio Constantiensi *sess. 19. paulo post principium*, §. *In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis*; his verbis: Sacrorum Canonum auctoritas laudabilis, & approbata cõsuetudo Ecclesiæ seruauit, & seruat, quòd huiusmodi Sacramentum non debet confici post cœnam, nec à fidelibus recipi nisi ieiunis, nisi in casu infirmitatis, aut alterius necessitatis à iure, vel Ecclesia concesso, vel admisso; quod definit tanquam dogma contra eos qui erroneè contrarium asserere præsumpserint. Colligitur etiam ex *dicto canon. 6. Concilij Matisconensis III.* cuius vltima verba sunt hæc: Quæcumque reliquiæ sacrificiorum post paractam Missam in Sacrario supertiederint quarta, vel sexta feria innocentes ab illo cuius interest, ad Ecclesiam adducantur, & indicto eis ieiunio, eadem reliquias consperfas vino recipiant. Si ergo paruuli debebant esse ieiuni ad communicandum, a fortiori erat præceptum ieiunij pro adultis.

2. Hoc supposito, respondet Amicus *tom. 7. dist. 27. sect. 3. n. 29.* hoc præceptum non esse absolute, & simpliciter indispensabile, cum eadem Ecclesia, quæ illud condidit, tollere, vel dispensare possit. Et de facto aliquando dispensauit; & ideò, vt habetur in Concilio Carthaginensi III. in primitiua Ecclesia quinta feria Hebdomadæ sanctæ, ob singularem memoriam Cœnæ Domini, & Sacerdotes celebrabant, & fideles communicabant cœnati; quem morem seruatum fuisse aliquandiu in nonnullis priuatis Ecclesiis, testatur Augustinus *Epistola 118. ad Ianuarium.* Et singulo quoque anno Pontifex dispensat saltem tacitè cum Cardinali qui celebrat in nocte Natiuitatis, vt sentit Pasqualigus. Sup. hoc in tom. 2. tr. 3. Resol. 12. §. Addid. & cursim in alio vers. ceius anmot.

3. Vnde verba illa apposita in die 24. Decembris in ordine recitandi diuinum Officiũ impressio Romæ hoc ãno 1645. apud Dominicum Marcianum, videlicet, Missa huius sacratissimæ nocti debet celebrari post mediam noctem; aliter Sacerdos non celebraret ieiunus. Celebraturus ante mediam noctem ex priuilegio, vel legitima consuetudine non dispensatur in ieiunio necessario ad Missam id est, à pridiana nocte ieiunet, neque in Missa vigiliæ sumat purificationem. Hæc ibi, hæc, inquam, verba sunt nimis manca, & truncata, maximè cùm liber ille sit impressus Romæ. Nam, vt patet omnibus, Eminentissimus Cardinalis, qui coram Pontifice celebrat in nocte Natiuitatis, in Missa vigiliæ sumit Purificationem, & lautè, si vult, manè comedit, vt notum est. Ergo verba supradicta intelligenda sunt de aliis hoc priuilegio gaudentibus, vt nimirum possint in vigila Natiuitatis dicere Missam ante mediam noctem; nam concedo debere esse ieiunos, vt facit Venetiis Primicerius sãcti Marci. Sed ego puto cum Lugo, & Auersa, quos alibi citaui. Summum Pontificem pro illa nocte in eius Capella anticipare diem naturalem, & ideò Cardinalis celebrat illam Missam ieiunus, non obstante quòd manè comederit. Sup. hoc Primicerio in tom. 2. tr. 3. Resol. 11. §. Nota verò. inter principium, & medium, cursim in vers. Sed hæc doctrina.

4. Non desinam tamen hîc adnotare etiam in aliquibus casibus licitum esse sumere Eucharistiam facto ieiunio, de quibus sigillatim agit Marchinus *de sacrament. Ordinis, tract. 3 part. 3 cap. 3 num. 10. & seq.*

RESOL. LVI.

An Pontifex possit dispensare, vt laici, vel etiam fœmina in articulo mortis ministrent Sacramentum Eucharistiæ sibi, & alijs?

Et an purus laicus, & etiam fœmina non egeat dispensatione vt possit ministrare hoc Sacramentum infirmo, aut sibimet in articulo mortis?

Et an peccet mortaliter laicus, qui in peccato mortali deferret Eucharistiam ad infirmum ob extremam necessitatem illius?

Et ex supra dicta quæstione deducitur, an in casu necessitatis possit Sacerdos seipsum communicare?

Et quid deuotionis causa, qualibet diei hora, modo sit ieiunus, & absit scandalum? Ex part. 8. tract. 1. Resol. 48.

§.1. Videtur negatiuè respondendum, cùm minister huius Sacramenti sit Sacerdos, vt patet ex Apostol. 1. Corinth. 4. *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei*, & loquebatur de Sacerdotibus. Habetur in iure *cap. peruenit, de consecrat. dist. 2.* Declaratum est in Tridentino vnà cum attestatione perpetuæ consuetudinis, & Apostolicæ traditionis *sess. 13. cap 8.* Semper in Ecclesia Dei mos fuit, vt laici à Sacerdotibus communionem acciperent, Sacerdotes autem celebrantes se ipsos communicarent: qui mos tanquam ex traditione Apostolica descendens, iure ac meritò retineri debet. Dicique debet id fuisse institutum à Christo, quia sicut Sacerdotibus contulit potestatem conficiendi hoc Sacramentum, ita etiam commisit officium dispensandi. Et supponitur ab Ecclesia in Hymno corporis Christi cuius officium committi voluit solis Sup. hoc in tom. 2 tr. 2. ex doctrina Resol. 68. cursim in § Et quidam Pontifex.

Presbyteris, quibus sic congruit, vt sumant, & dent alteris. Eratque ita conueniens, vt potestatem acciperent super corpus Christi verum in conficiendo hoc Sacramento, soli etiam acciperent super corpus Christi mysticum, id est, Ecclesia in dispensando.

2. Sed hæc vera sint, & procedunt quoad ministrum ordinarium Eucharistiæ: sed non exinde sequitur, non posse Pontificem præbere laico facultatem, vt sibi, vel aliis in casu necessitatis hoc Sacramentum non ministret. Et ideò Cardinalis de Lugo *de sacrament. Eucharist. disp.* 18. *sect.* 1. *num.* 25. Marchantius *in resol. Pastoral. de Sacrament. tract.* 6. *cap.* 3. & Vasquez *in* 3. *part. tom.* 3. *disp.* 219 *cap* 1. testantur Mariam Reginam Scotiæ ex priuilegio Pontificis in fine mortis sacramentum Eucharistiæ, quod habebat secum suis manibus, deuotè sumpsisse.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 2. Resol. 53. §. An verò. in fine, & in Resol. 65. §. Sed quid. & seqq. & in Resol. 667. & 68. & in tom. 3. tr. 2. Resol. 5. cursum in principio §. Ex his, & ibi in tr. 3. Resol. 148. §. 1. ante medium. à vers. Respondeo.

3. Sed, vt verùm fatear, in tali casu necessitatis dum Sacerdos non adesset, ego puto laicos non egere dispensatione Pontificia. Negat hoc mordicùs nominatim contra me Eminentissimus Lugo *vbi suprà, num.* 22. quod probat ex consuetudine Ecclesiæ. Cui, ait ipse, aliqui respondere conantur, de consuetudine non posse constare, quia cùm hodie sit tanta copia Sacerdotum, casus hic rarissimus est; &, non occurrente casu, non potest probari consuetudo contraria. Hoc tamen responsum non satisfacit, quia casus, de quo nunc loquimur non est ita rarus, præsertim in oppidis, in quibus est vnus Sacerdos, & accidit sæpè, plures mori absque viatico propter absentiam Parochi, quibus si posset ædituus afferre viaticum, deberet vtique id facere: & tamen nunquam à multis sæculis id factum audiuimus, nec vllus, vt fieret consuluit.

4. Valentia verò, quem idem Diana affert *tom.* 4 *disp.* 6. *quæst.* 10. *punct.* 1. *in fine*, solum dicit, illam sententiam non esse impobabilem, quod fundat in eo quòd laicus in necessitate potest licitè tangere Eucharistiam. Aliud tamen est tangere, aliud, distribuere, quæ est actio orta ex potestate, & quasi dominio quod non est penes singulos, sed penes Ecclesiæ ministros. Quòd verò vrgeat necessitas proximi, ne moriatur absque viatico, non refert; quia hoc Sacramentum non est necessarium ad salutem. Et quidem minus est, quod Sacerdos celebret absque planeta ad dandum viaticum moribundo; & tamen id Ecclesia non permittit, quanto minus, quòd laicos deferat, & ministret, absente Sacerdote. Ita Lugo.

5. Hæc sententia est satis probabilis, sed affirmatiuam non existimo carere etiam sua probabilitate. Et ideò contra Lugum me defendit nouissimè Pater Auersa *de sacrament. Eucharist. quæst.* 10. *sect.* 4. vbi sic ait: Dubitatur num ex necessitate possit purus laicus, vel etiam fœmina ministrare hoc Sacramentum infirmo, aut sibimet sumere in mortis articulo. Negant Vasquez, Lugo, &c. Concedunt Diana, & alij. Et priscis quidem temporibus quando Eucharistia dabatur in manus proprias laicorum, & interdum per laicos mittebatur ad infirmos, vt narrat Eusebius *lib.* 6. *hist. cap.* 36. facilè est id licuisse. Sed etiam post rigorosam prohibitionem, quæ habetur in citato cap. *peruenit*, & non multis antè annis, narratur etiam ac laudatur, Mariam Scotiæ Reginam in Anglia detentam, instante sibi ob Catholicam fidem morte, per se sumpsisse sacram Eucharistiam, quam ad hunc finem à Catholico Sacerdote receptam secum asseruabat. Quare id etiam his temporibus in casu præcisè necessitatis censeri potest licitum.

6. Non enim vim huius exempli elidunt Vasquez, & Lugus, interpretando, illam Reginam id fecisse ex peculiari dispensatione Pontificis: vel excusando, quòd fecerit bona fide, & aliquorum consilio: vel recurrendo ad aliud caput necessitatis respectu ipsius Sacramenti, ne deueniret ad manus hæreticorum, qui illud irreuerenter tractarent, vel suarum famularum, quæ non habebant simile priuilegium illud retinendi. Nam nec constat de speciali dispensatione Pontificis. Et ea admissa, si Pontifex in hoc dispensauit, iam prohibitio Ecclesiæ non apparet adeò rigorosa, vt in casu talis necessitatis adhuc vrgere debeat, & similis concessio præsumi non possit. Non, inquam, ea prohibitio est adeò rigida, sicut ne Sacerdos celebret absque vestibus sacris, aliæque similes, quæ neque pro mortis articulo relaxantur. Quòd autem Regina Maria, bona fide, & aliquorum consilio illud fecerit, libenter fatendum est: sed talis bona fides suit etiam rationabilis. & tale consilium fuit prudens ac laudabile. Quòd verò fecerit, ne Eucharistia deueniret in manus hæreticorum, vel famularum, non est ad rem: quia debet supponi illam apud se retinuisse ad effectum sumendi in mortis articulo: & minus rationabile appareret, alio fine, & animo retinuisse. Hucusque Auersa. Et hanc sententiam absolutè ex Societate tenet Suarez, Filliucius, Valentia, & ex Suarez Reginaldus *tom.* 2. *lib.* 29 *cap.* 5. *num* 93. & illam esse probabilem fatentur ex eadem Societate Præpositus *in* 3. *part. quæst.* 82. *art.* 3. *dub.* 1. *n.* 21. & Hurtadus *de sacram. Euchar. disp.* 11. *diffic.* 3.

7. Et tandem, post hæc scripta, nostram sententiam inuenio docere etiam ex Societate Antonium de Escobar *in Theolog. moral. tract.* 7. *exam.* 6. *cap.* 5. *num* 82. vbi sic ait: Scio in casu necessitatis posse Sacerdotem seipsum communicare: rogo an extra necessitatem deuotionis causâ possit? Extra Missam ex præconsecratis hostiis vbi alius Sacerdos non adest, à quo accipiat Eucharistiam, potest seipsum denotionis causâ communicare, Suatio authore, qualibet autem diei hora, modò sit ieiunus; & abest scandalum, Doctore Henriquez. Adiicio ex Suatio laicum in mortis articulo constitutum, si ministrum idoneum non habeat, à quo Eucharistiam sumat, nil obstare videri, quominus se communicare possit, exemplo Mariæ Scotiæ Reginæ; quo in casu haud debet manibus, sed labiis ministrantibus tam venerabile absumere Sacramentum. Coninck asserit in dicto casu laicum posse alios communicare. Dixerim apponendo eorum ori custodiam, non manu hostiam deferendo. Ita ille.

Sup. his in tom. 2. tr. 4. Resol. 40. & 41. & in aliis earumannotationum, & proquælibet diei hora contenta in hoc textu latè ibidem in Resol. 37. & in aliis eius primæ annot.

8. Et tandem inueni nouissimè hanc sententiam approbare P. Franciscum de Lugo *opuscul. de Sacrament. cap.* 2 *quæst.* 7 *num.* 59. vbi ita asserit: Doctores nuper relati communiter loquuntur de laico baptizante priuatim ob necessitatem. Idem tamen videtur dicendum, si laicus existens in mortali defecrat Eucharistiam ad infirmum ob extremam necessitatem illius, qui nullum aliud Sacramentum in eo mortis articulo receperit. Non enim peccabit mortaliter sic ministrando, quia non est illa ministratio Sacramenti solemniter facta, nec à ministro per se consecrato ad tale munus solùm priuatim ex necessitate, sicut de Baptismo dictum est. Hæc Lugo, qui citat Suarez cum Henriquez *lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 4. & Paludanum *in* 4. *dist.* 5. *quæst.* 2. *conclus* 3.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 1. Resol. 6. §. Itaque. in fine, & in Resol. 67. 8. vlt. in principio & ibi in tr. 1. Resol. 195. § Notat. patio postinitium, à vers. ex quo laicus. & in tom. 1. tr. 2. Resol. 9 §. Ex his

RESOL.

RESOL. LVII.

An Pontifex possit præcipere vsum Sacramenti Extremæ Vnctionis, & contra transgressores pœnam imponere.

Et an sit præceptum in articulo mortis suscipiendi Sacramentum Extremæ-Vnctionis?

Et dum tale præceptum non extat, secluso contemptu & scandalo, an omissio huius Sacramenti non inducat peccatum mortale non solum in infirmis sed etiam à fortiori in illis, qui curam gerunt de ipsis, vt in coniuge, Domino. Patre, Tutore, &c.

Et an per accidens hoc Sacramentum possit alicui esse ad salutem necessarium.

Et disciitur, an sit præceptum diuinum sumendi etiam Eucharistiam. Ex part. 8. tr. . Res. 58.

Opinio affirmans in materia de qua agitur. Sotus Tolet. Valent. Cassian. Cabass. Pontius

§. 1. SCio aliquos Doctores docere adesse præceptum suscipiendi in articulo mortis Sacramentum Extremæ vnctionis. Ita docet Petrus Soto *lect. 2. de hoc Sacramento*, sentit hoc Sacramentum esse sub præcepto Probatur ex Concilio Colonensi anni 1536. *part. 7. c. 50.* vbi dicitur: Est autem vnctio impendenda cũ expositione vnctionis, & mandati Apostolici, vbi per illa verba, *mandatum Apostolorum*, denotatur hoc Sacramentum esse sub præcepto. Et probatur ex Concilio Senonensi *in decretis fidei, decreto 10.* sub illis verbis: Nec hîc noster vngendi infirmos ritus Christi præceptum, non tamen Sacramentum esse videtur, dixit Iacobus, *infirmatur quis in vobis*. Ex quo loco patet, homines obligari ex Christi præcepto ad recipiendum Sacramentum hoc. Et hanc sententiam docet etiam Maior *in 4 dist. 23 c 3.* & inclinat Turrianus *in summa part. 2. c. 136. dub 1. concl. 1.*

2. Et fundari etiam potest talis obligatio, tunc in ipsa rei natura, supposita institutione huius Sacramenti: quia tenetur homo in articulo mortis, omni conatu, & medio opportuno consulere, & prouidere suæ saluti: sed hoc tunc est opportunissimum medium, quo se ad mortem præparet ac disponat, quo se armet, & muniat aduersùs grauissimas molestias ac tentationes tunc vrgentes, quo se roboret, & confortet ad perseuerandum ac decedendum in gratia: ergo tenetur illud assumere. Tũ etiam positiuo præcepto Apostolico, vel diuino: Iacobus enim videtur hoc præcepisse, vel Christi præceptum promulgasse, dicendo, *Infirmatur quis in vobis*; *Inducat Presbyteros Ecclesiæ*, &c. Tum præcepto, seu testimonio Ecclesiæ: Concilium enim Tridentinum *c. 3.* damnat eos, qui dicunt hanc vnctionem, non continere mandatũ Dei, & eos qui dicunt posse à fidelibus sine peccato contemni. Tũ demum ex ipsa consuetudine Ecclesiæ, & fidelium, quæ sanè communissima est, tam ex parte infirmorũ illud suscipientium, quàm Pastorum illud sollicitè ministrantium, ac etiam familiarium, qui illud in memoriam infirmo reducere studeant, & Parochum aduocare: semper inquam, quando adest tempus, & commoditas, vt id fieri queat.

3. Sed contrariam sententiam communiter tenent D. Thomas, Iudanus, Gabriel, Syluester, Caietanus, Victoria, Couarruuias, Nauarrus, Henriquez, Valentia, Suarez, quos citat, & sequitur Tannerus *tom. 4 disp. 7. qu. 1. dub. 3 num. 56.* quibus adde Opatouium *de sacram. tract. de Extrem. vnct. q. 8 num. 27.* Escobar *in Theol moral tr. 8. exam. 7. cap. 4. n. 68.* Caspensem *in cursu Theolog. tom. 2. tract. 27 disput. 4 sect. 2. num. 13.* Villalobos *in summa tom. 1. tract. 10. diffic. 5. num. 1.* Probatur hæc opinio, quia nullum extat de hoc Sacramento præceptum, neque positiuum, neque naturale Non positiuum: nam vel hoc esset diuinum, vel humanum. Neutrum autem est, cùm nullibi tale præceptum extet. Atqui nullum præceptum positiuum asserendum est, nisi manifesta ostendatur authoritas, à qua tale præceptum conditum sit. Neque est præceptum naturale: quia cùm non sit medium ad salutem necessarium, quod solùm obligat sub præcepto naturali, nequit esse sub præcepto naturali Quod autem non sit medium ad salutem necessarium, constat tum à posteriori: nam hoc Sacramentum prohibetur tempore interdicti; quo tamen non prohibentur media ad salutem necessaria. Tum à priori: nam illud medium dicitur ex natura sua ad salutem necessarium, quod institutum est ad primam gratiam conferendam; atqui hoc Sacramentum non est per se institutum ad conferendam primam gratiam, ad quam duo tantùm Sacramenta, Baptismus, & Pœnitentia, instituta sunt; ergo non est medium ad salutem necessarium.

4. Atque hæc vera fuit spectata sola institutione, & natura huius Sacramenti. Cæterùm ratione scandali, vel contempus posset infirmus grauiter peccare hoc Sacramentum omittendo Seclusa verò contempti, & scandalo, si nulla subsit causa illud omittendi, peccabit quidem venialiter.

Sup. hoc infra in §. Sed dum. huius Res. & signater pro hoc peccato veniali in tom. 2. tr. 4. Res. 25. §. 1. ad medium à verſ. An vero. & in alio §. eius not.

5. Stando igitur in hac opinione, illa tamen non obstante, puto Pontificem posse præcipere vsum sacramenti Extremæ vnctionis; quod supponunt Opatouius *de Sacram tr. de Extr. vnct. q. 7. n. 28.* Laym *lib. 5. tr 8. c. 5. n. 1.* & alij, dum asserunt non extare neque præceptum Diuinum, neq; Ecclesiasticum, de susceptione dicti Sacramenti: ergo supponunt potuisse Pontificem illud præcipere, quod magis aptè supponunt Præpos. *in 3. part. quæst. vnic. de Extr vnct. dub. 1. n 9.* & alij.

6. Probatur *Primò*, quia aliquis posset dicere non deesse DD. asserentes Christum Dominum non imposuisse præceptum de sumenda Eucharistia, quod tamen Ecclesia fecit, vt patet *in cap. omnis vtriusq. sex. de panit. & remiss.* Ergo licet ex institutione Christi non adesset præceptum de sumenda Extrema vnctione, posset Pontifex illã adhuc præcipere. Maioré docent Alex. *4. p. q. 11 memb 2 art. 4.* Bonau. *in 4 dist. 12 p. 2. distinctionis art. 1 q. 1. S.* Th. *dist. 6. q. vlt. art. 1 quæst 2.* Gabr. *in Canonem Missæ lect 87. litt. X.* Ferrat. *4 contra Gentes, c 61.* Sylu. *verb. Euch 3.* docentes non esse præceptum divinum sumendi Eucharistiam, quia illud ex nullo fundamento constat: quia si ex aliquo maximè ex illo Ioan. 6. *Nisi manducaveritis*, &c. ex eo autem non efficaciter deducitur, quia illud intelligi potest de sola manducatione spirituali per fidem.

Sup. hoc præcepto suprà in Res. 53. §. Sed dices, & in tom. 1. tr. 2. Res. 1. & in aliis eius primæ annot.

7. Sed hæc opinio mihi non placet, puto enim adesse præceptũ divinum de sumenda Eucharistia; quod patet ex verbis Luc 22. & 1. ad Cor. 11. *Hoc facite in meam commemorationem*, in quibus verbis Iustinus Martyr. *in Apolog. 2. pro Christianis, ad Antonium Pium* agnoscit præceptum sumendi Eucharistiam à Christo latum: & etiam *Trid. sess. 13. c. 2.* vbi postquam dixit Christum discessurum ex hoc mundo ad Patrem hoc Sacramentũ instituisse, subdit: Et illius sumptione colere nos sui memoriam præcepit, seámque annuntiare mortem. Trid. ergo sentit, in dictis verbis Lucæ contineri præceptum Christi sumendi Eucharistiam. Et ita docet D. Th. *in 3 p q 80 art. 11.* & *ibid.* Coninck, Suarez *disp 69.* Vasquez *disp 213.* Valentia *disp. 6. q 8. punct. 4.* & alij communiter; itaque reiecta approbatione ad aliam deveniamus.

8. Probatur *Secundò* à simili; nam, vt *suprà* visum est,

Sup. hoc su-

prà in Resol. 9.

est, nullum præceptum sumendi Confirmationem fuit impositum à Christo Domino, & tamen Pontifex illud ordinandis imposuit, vt patet ex Concilio Tridentino *sess. 7. can.* 1. 2 & 3. Sic & in nostro casu posset Pontifex imponere præceptum sumendi Extremam Vnctionem ex aliqua iusta causa, vt si, v. g. inceperit abusus inter fideles non sumendi in fine mortis vt plurimum sacramentum Extremæ-Vnctionis, quod exemplum, & scandalum aliis afferret, & forsitan ex omissione periculum contemptus: Tunc quidem Pontifex posset præcipere susceptionem dicti Sacramenti, vel etiam imponere pœnam, vt si quis non sumeret Extremam Vnctionem in articulo mortis careret Ecclesiastica sepultura. Quod à fortiori probatur ex his quæ obseruat Reuerendissimus (non solùm nomine, sed moribus, & doctrina) P. M. Candidus *tom. 1. disquis. 5. art. 8. dub. 1. in Concil. Coloniensi sub Adulpho. c. vlt.* vbi sic habetur. Relatum nobis in Concilio est quosdam homines infirmitatis suæ tempore, vnctionem sacram respuisse ac contempsisse, quamobrem statuimus, vt si quis Sacramentum illud nobis à B. Apostolo tantopere commendatum contempserit, Ecclesiastica careat sepultura. Hæc ibi.

Sup. contẽto in hoc §. supra recitan ter in §. Atque huius Resol. & in tom. 2. tr. 4. Ref. 24. §. Sed his, & in Resol. 25.

9. Sed dum tale præceptum non extat certum est, secluso contemptu, & scandalo, omissionem huius Sacramenti non inducere peccatum mortale, vt diximus, non solùm in infirmis, sed à fortiori in illis, qui curam gerunt sui ipsis, vt in coniuge, domino, patre tutore, & c. Ita docet Layman *vbi supra lib. 5. tract. 8. c. 5. n. 2.* sic asserens: Denique Extremam-Vnctionem ex contemptu omittere fatentur omnes esse peccatum mortale. Adde mortaliter peccari posse ratione secuturi scandali, si videlicet infirmus interrogatus, num ante vitæ exitum sacramentum Vnctionis accipere nulla rationabili causa allata, renuat, atque exinde audientes vel falsam suspicionem hæresis de illo concipere, vel ob hominis authoritatem ad huius Sacramenti vilipensionem moueri possint. Et quod dictum est de ipso infirmo, similiter sentiendum est, de iis, qui infirmi curam gerunt. si Extremam Vnctionem iis procurare sine rationabili causa intermittant, non peccare eos mortaliter, nisi coniunctus sit contemptus, vel graue scandalum. Ita ille. Licèt in tali casu supradictos peccare mortaliter sustineat Reuer. Candidus *vbi supra, dub. 6.* Verùm sententiam Layman confirmat nouissimè Amicus *tom. 8. disp. 19. sect. 11. num. 190.*

Sup. hoc infra in Resol. 59. §. His suppositis. cuisum post medium. vers. Vt ab eo pẽdeat. & quãuis nõ plenè super hoc, lego tamen, si placet in tom. 2. tr. 4. doctrinam Resol. 28. & signanter in Ref. 29. post medium, à vers. & accidere potest.

10. Aduertendum tamen est hîc cum Præposito *in 3. p. q. vnic. de sacram. Extr. vnct. dub. 2. n. 11.* per accidens hoc Sacramentum posse alicui esse ad salutem necessarium, vt si quis in mortale incidisset, & solùm attritus de eo peccato non posset recipere sacramentum Pœnitentiæ, quia antequam in amentiam incideret, nullo signo ostendit se velle confiteri, nec aliud posset recipere Sacramentum, eo casu quo sacramentum Extremæ Vnctionis ei est ad salutem necessarium.

11. Vnde rectè obseruat Amicus *vbi supra, n. 192.* vix moraliter dari potest casus, quo infirmus defectu aliorum medicorum obligetur ad hoc Sacramentum suscipiendum: quia cùm hoc Sacramentum necessariò ministrari debeat à Sacerdote, poterit loco huius Sacramenti infirmus suscipere sacramentum Pœnitentiæ, vi cuius directè absolueretur à peccatis confessis, indirectè verò ab oblitis. Solus fingi posset casus, quo Sacerdos vel nollet, vel non posset, quia absolutionẽ ignoraret, infirmi confessionem excipere; vellet autem, & posset sacramentũ Extremæ Vnctionis ministrare, an tunc infirmus teneretur hoc Sacramẽtum suscipere. In quo casu distinguendum est: nã vel infirmus est conscius alicuius peccati mortalis, & tunc tenetur conari ad eliciendam contritionẽ, & post illam hoc Sacramentũ suscipere; quia cùm non possit esse certus de vera contritione, tenetur adhibere certius medium ad suam iustificationem: hoc autem in eo casu aliud esse non posset, quam hoc Sacramentum (suppono enim neque Eucharistiam eum sumere posse) quod inueniens subiectum attritum, redderet illud contritum. Quanquam in hoc casu dubitare videtur Suarez *disp. 44 sect. 1. num. 7.*

12. Sed Amico res certa videtur, quia nunquam potest infirmus ita de sua contritione esse certus, vt dubius non maneat. Vel infirmus nullius mortalis peccati sibi conscius est: & tunc non puto, illum obligari ad hoc Sacramentum suscipiendum, sed solùm ad conandum ad actum contritionis vel dilectionis erga Deum, quo in illo mortis articulo se præparet ad transitum ex hac vita in aliam. Nam cùm ex vna parte non vrgeat conscientia peccati mortalis, & ex alia hoc Sacramentum non sit necessarium ad salutem, non apparet, vnde hæc obligatio oriri possit: cùm ad consequendam remissionem peccatorum inuincibiliter ignoratorum sufficiat contritio, vel dilectio Dei. Et hanc sententiam præter Amicum tenet etiam Ochagauia *de Sacram. tract. vnico, de Extrema-Vnct. quæst. 9. num. 3.*

RESOL. LVIII.

An Pontifex possit præbere facultatem Presbyteris benedicendi oleum Extremæ Vnctionis?
Et an hæc benedictio necessariò debeat fieri per Episcopum? Ex part. 8. tract. 1. Resol. 30.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam tenet Henriquez *lib. 3. cap. 8. num. 2.* Valentia *disp. 8. quæst. 1. punct. 2.* Sub dubio asserit Sotus *in 4. dist. 23. quæst. 1. art. 3.* Probabile putat Nugnez *in 3. p. tom. 2. quæst. 29. art. 6. diffic. vnica, concl. 2.* Idem colligitur ex Scoto *in 4. dist. 7. quæst. 1.* & Caietano *3. p. quæst. 72. art. 3.* qui, dum id affirmant de Chrismate materia Confirmationis, idem dicerent de oleo materia Extremæ vnctionis.

2. Et nouissimè hanc sententiam tenet Ioannes Præpositus *in 3. part. quæst. vnica, de sacram. Extrem. Vnct. dub. 3. num. 15.* vbi sic asserit: Dubitatur an hæc benedictio necessariò fiat per Episcopum? negat Victoria, Valentia, Henriquez & Viualdus, quorum sententia est valdè probabilis; nam, vt refert Petrus Arcadius *de concordia Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis in Sacramentorum administratione, lib. 5. cap. 2.* Presbyteri in Ecclesia Orientali solent benedicere oleum sacramenti Extremæ-Vnctionis idque ex antiqua consuetudine, etiam ante schisma. Non est autem existimandum totam illam Ecclesiam erasse in rẽ tanti momenti præsertim, cùm ea in parte non notetur ab Ecclesia Latina, quin potiùs ille vsus ab ea approbetur: nam Clemens VIII. *in sua institutione super ritibus Græcorum, anno 1595. vltimo Augusti*, ita loquitur: Non sunt cogendi Presbyteri Græci præter Chrisma ab Episcopis Latinis diœcesanis accipere, cùm huiusmodi olea ab eis in ipsa oleorum, & Sacramentorum exhibitione ex veteri ritu conficiantur, seu benedicantur, quibus verbis tacitè permittit, vt Græci in suo ritu pergant, nimirum materiam consecrandi eo tempore, quo sacramentum Extremæ Vnctionis administrant, non verò necessariò debeant vti oleo ab Episcopo benedicto in die Cœnæ, vt faciunt Latini.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 4. Resol. 1. §. 1. ante medium, à vers. Dein de de necessitate. & in fine dicti §. & in Resol. 4. §. vlt.

3. Ex

3. Ex quibus patet Presbyteros posse ex commissione Pontificis, & potestate extraordinaria benedicere oleum sacramenti Extremæ Vnctionis, & Innocentium I. similiter, & Concilia, quæ videntur aliud dicere, intelligi de potestate ordinaria, id est, quòd solis Episcopis ordinaria potestate vi suæ ordinationis competat benedicere oleum infirmorum non verò aliis negare extraordinariam potestatem. Hucusque Præpositus.

4. Sed his non obstantibus negatiuam sententiam ex Bellarmino, Suarez, Coninck, Layman, Filliucio, & Nugno, docet nouissimè doctissimus Pater Amicus *in Curs. Theolog. tom. 8. disput. 19. sect. 3. num. 45.* & fundamentum huius sententiæ adduxit: nam eadem Concilia, quæ definiunt, materiam huius Sacramenti esse oleum ab Episcopo benedictum, simul probant, non posse ab alio, quàm ab Episcopo validè benedici. Quia cùm absolutè, & absque vlla limitatione hoc asserunt, nullum relinquunt fundamentum contrarium opinandi. Dicere autem, quòd Concilia solùm definiant materiam, quæ de facto ex vsu, & praxi Ecclesiæ huic Sacramento supponitur, est Conciliorum authoritatem eneruare ad materiam huius Sacramenti stabiliendam. Nam pari ratione quis dicet, cùm Concilia definiunt, materiam huius Sacramenti esse oleum benedictum, non definire materiam, quæ essentialiter ad hoc Sacramentum requiritur, sed quâ de facto Ecclesia vtitur: & sic tolleretur omnis benedictio tanquam aliquid essentialiter requisitum ex parte materiæ, quod nullus cordatus Theologus admittit. Confirmatur: nam dum Concilia huius Sacramenti materiam tradunt, non dicunt, illam ordinariè esse oleum ab Episcopo benedictum, vti dicunt, cùm assignant ministrum sacramenti Confirmationis, sed absolutè pronuntiant, esse oleum ab Episcopo benedictum: quod non leue argumentum est in secundum dispensationem cadere posse, non in primum.

5. Deinde, quando Concilia assignant ministrum sacramenti Confirmationis, non dicunt absolutè ministrum huius Sacramenti esse Episcopum, sed addunt, ordinarium, vt significent extraordinarium posse esse alium ab Episcopo. Cùm verò assignant materiam Extremæ Vnctionis, non dicunt, ordinariè, sed absolutè esse oleum ab Episcopo benedictum. Præterea in ministro sacramenti Confirmationis est aliquando in Ecclesia Dei dispensatum; in materia autem Extremæ Vnctionis, nunquam legitur fuisse dispensarum, vt vel in oleo non benedicto, vel benedicto tantùm à simplici Sacerdote fuisset hoc Sacramentum confectum. Quod autem semper fuit in Ecclesia seruatum, habetur pro indispensabili. Et hæc sunt placita DD. circa præsentem quæstionem.

6. Ego verò vtramque sententiam probabilem esse existimo, licèt secundam probabiliorem; & ideò præter DD. citatos, primam sententiam affirmatiuam probabilem etiam putat Azor. & Bonac. [illegible] esse Auersa *de sacrament. Extrem. Vnct. sect. 2.* [illegible] vbi citat Petrum Arcadium *de concord. Eccles. Orient. & Occident. lib. 5. cap. 2.* asserentem ex antiquo apud Græcos, Sacerdotes, ex commissione Summi Pontificis benedicere oleum infirmorum, & Et reuerà apud me vrget nimis hoc argumentum; nam si Summus Pontifex non posset concedere simplici Sacerdoti, vt benedicat oleum Extremæ Vnctionis, sequeretur, Ecclesiam Græcam vsque adhuc caruisse, & carere hoc Sacramento; quod dicere videtur absurdum. Ergo, &c.

RESOL. LIX.

An Pontifex aliquando suppleat iurisdictionem in Ministro Extremæ Vnctionis?

Et supponitur, quod solus Sacerdos est Minister Extremæ Vnctionis; quare quæuis vnctio a laico imo à Diacono in quocumque euentu facta non erit Sacramentum.

Et an hoc Sacramentum ministrandum non requiratur vt Sacerdos sit expositus, & ad confessiones audiendas approbatus?

Et an Parochus publicè excommunicatus possit licentiam concedere Sacerdoti ad hoc Sacramentum ministrandum?

Et explanatur, quod & si validè hoc Sacramentum a quouis Sacerdote administrare possit, non tamen licite nisi in extrema necessitate, vel de proprij Pastoris tacita saltem licentia, quare Religiosi, qui sine licentia speciali Pastorum personis non Religiosis hoc Sacramentum, vel Eucharistiam conferunt, incurrunt pœnam excommunicationis ipso facto. Ex part. 8. tr. 1. Resol. 56.

§. 1. SVppono, & dico *primò*, quod solus Sacerdos est minister sacramenti Extremæ Vnctionis. Probatur ex Iacobo cap. 5. *Inducat Presbyteros Ecclesiæ*; licet enim nomen *Presbyter* significet aliquando, Senem; in nouo Testamento, at iuxta declarationem Ecclesiæ significat, Sacerdotem, nec moueat quemque, quòd Iacobus agat de Presbyteris, non de Presbytero, id enim non significat requiri plures Sacerdotes ad conficiendum hoc Sacramentum, cum certum sit vnum sufficere, sed solùm denotatur, Sacerdotes esse ministros Extremæ Vnctionis, siue vnum, siue plures, prout fuerit necessarium pro multitudine infirmorum.

2. *Secundò* Probatur, quia ita definitum est à Concilio Tridentino *sess. 14. in canonibus, de Extrema Vnctione*. Vnde certa est assertio nostra secundùm fidem. Aduertendumque est, non in eo tantùm sensu eam esse veram, quòd nimirum ex officio, & ordinariè, solus Sacerdos possit vngere, sed etiam quòd nullus alius potest Extremam Vnctionem conficere: quare quæuis vnctio à laico, imò à Diacono in quocumque euentu facta non erit Sacramentum.

3. Nec obstat dicere, quòd Innocentius I. *in epist. 1. cap. 8. ad Decentium*, ait, non solùm Sacerdotibus, sed omnibus Christianis licitum esse vti hac vnctione: ergo non est solius Sacerdotis hoc Sacramentum ministrare. Propter hanc authoritatem Thomas VValdensis putauit, posse laicum in absentia Sacerdotis hoc Sacramentum ministrare. Sed hoc plusquam falsum. Sotus *in 4. dist. 23. quæst. 2. art. 1.* censet, hoc loco Pontificem non loqui de vnctione sacramentali, sed de vnctione, quâ deuotionis causa ad infirmitatem curandam antiquitùs vtebantur etiam laici. Verùm hæc Soti responsio vix textui accommodari potest.

4. Dicendum igitur est, citata verba Pontificis non esse intelligenda de vsu actiuo, sed passiuo huius Sacramenti: constat ex textu, in quo de hoc vsu passiuo, immediatè antè locutus fuerat Pontifex. Explicãs enim verba Iacobi, ita scribit: Quod nõ est dubiũ de fidelibus ægrotãtibus accipi, vel intelligi debere, qui sancto oleo Chrismatis perungi possunt. Post quæ verba statim subiungit. Quo, nempè Chrismate ab Episcopo cõfecto, non solùm Sacerdotibus, sed omnibus vti Christianis licet in sua, aut

aut suorum necessitate, quæ verba cùm sint declarativa præcedentium, referunt eundem sensum.

Sup. contento in hoc § lege doctrinam. & §§ aunex. seq.

5. Dico *secundò*, quòd etsi validè hoc Sacramentum à quovis Sacerdote administrari possit, non tamen licitè; nisi vel in extrema necessitate, vel de proprij Pastoris tacita saltem licentia. Vide in *Clementina 1. de privilegiis*, ipso facto excommunicantur Religiosi, qui Clericis, aut laici, præsumpserint absque Parochi licentia in articulo mortis tam hoc, quàm Eucharistiæ sacramentum ministrare. Dicitur *qui præsumpserint*, nam qui vel ignorantia, vel sub ratihabitione id fecerit, excommunicationem non incurrit, quæ soli Papæ reseruata est. Dicitur, *Clericis* nempe sæcularibus, & laicis: nam si hoc Sacramentum à Religiosis ministretur aliis Religiosis, non incurritur excommunicatio. Dicitur, *nisi extrema necessitate*; quoniam in eo casu Ecclesia non censetur cum tanto damno infirmi velle Sacerdotem excommunicationis vinculo innodare.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 4. Resol. 25. vlt. & in Resol. 29. per totam.

6. His suppositis, difficultas est, an si Parochus in articulo mortis non vult ministrare Sacramentum Extremæ vnctionis infirmo, neque vult præbere licentiam alicui simplici Sacerdoti, vt illud ægro conferat; an, inquam, in tali casu Summus Pontifex suppleat iurisdictionem, ita vt talis simplex Sacerdos possit sine peccato, non solùm validè, sed etiam licitè Extremam vnctionem infirmo ministrare; quod erat thesitum huius resolutionis: & respondeo affirmativè cum Granado *in 3. part. controu. 8. tract. de sacram. Extrem. vnct. disp. 1. n. 5.* vbi sic ait: Dubitari potest, an sufficiat licentia tacita vel præsumpta proprij Pastoris, vt Sacerdos sæcularis, vel religiosus possit alicui ministrare hoc Sacramentum. Respondetur cum Soto *in disp. 23. quæst. 2. art. 1.* quando clarè præsumitur proprium Pastorem id velle; tunc posse licitè ministrari hoc Sacramentum à quolibet Sacerdote. Vnde rectè addunt Suarez *disp. 44 sect. 2.* & Henriquez *cap. 13. §. 4.*, si ægrotus sit iam proximus morti, & obtineri nequeat licentia à proprio Parocho, siue quia abest, siue quia non vult illam concedere; posse alium Sacerdotem conferre illi hoc Sacramentum, quia proprius Parochus non est rationabiliter inuitus, & saltem credi debet, Summum Pontificem id tunc velle, ne æger privetur hoc Sacramento, quod licèt non sit de necessitate salutis, est validè vtile, & accidere potest, vt ab eo pendeat salus æterna; si nimirum virtute illius Sacramenti consequatur remissionem peccatorum mortalium, vt aliquando obtinere potest. Ita Granadus, cui adde Amicum *tom. 8. disp. 19. sect. 8 n. 150.* Auersam *de sacram. Extrem. vnct sect. 10.* qui, me citato, optimè obseruat, quòd quamvis Sylvester, & D. Antonius *3. petit. 24.* non concedat Religiosis ob talem necessitatem, & præsumptam licentiam ministrare, stante illa speciali prohibitione, & censura eos percutiente: tamen non est putandum Pontificem voluisse pro tali casu loqui, sed verè etiam Religiosi tunc poterunt absque excommunicationis periculo, vel peccati scrupulo ministrare; quia in tali casu, vt diximus, censura non ligat illos, & Pontifex præbet iurisdictionem contra irrationabilem voluntatem Parochi: quod etiam docet Moure *in medulla casuum part. 3 cap. 10. §. 1. num. 8.*

Sup. hoc ad litteram in §. 1. Resol. 2 not. præterita.

Sup. hoc supra in Resol. 37. §. Aduertendum. & si placet lege etiam doctrinam alterius Resol. annot.

7. Et tandem non deseram hic apponere verba Ochagauiæ *de Sacram. tract. de Extr. vnct. quæst. 8. num. 8.* sic asserentis: Non est tamen silentio prætereundum, quemuis Sacerdotem extra casum necessitatis sine licentia Parochi validè ministrare hoc sacramentum, quia non est actus iurisdictionis, non tamè licitè, saltem sine ratihabitione, quia conferre Sacramenta attinet ad officium Pastoris. Quare Religiosi, qui sine licentia Pastorum speciali, personis non religiosis Sacramentum hoc contulerunt, incurrunt pœnam excommunicationis ipso facto, ex *Clementina 1. de privilegiis* Alij Sacerdotes tamen propter hoc non excommunicantur, licèt, graviter peccent, in necessitate tamen, quando ægrotus esset moriturus sine hoc Sacramento, quilibet Sacerdos potest licitè illud ministrare, etiam Parocho dissentiente, quia Ecclesia dat in eo casu iurisdictionem; ita recentiores Theologi, & meritò, quia Sacramentum est magnæ vtilitatis; vnde credendum est, piam matrem Ecclesiam concedere in isto casu facultatem cuilibet Presbytero, ne homines tanto beneficio priuentur. Ita ille; cui etiam adde Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 10. diffic. 6. num. 3.*

Sup. hoc melius in tom. 2. tr. 4. Resol. 29. post medium, vsque in finem.

8. *Notandum* est tamen hîc obiter, quòd nec ad hoc Sacramentum ministrandum requiritur, vt Sacerdos sit expositus, & ad confessiones audiendas iuxta Tridentini decretum approbatus, cùm hoc nullam requirat in administrante iurisdictionem, cùm non sit Sacramentum iudiciale, vti est sacramentum Pœnitentiæ. An autem possit Parochus publicè excommunicatus licentiam concedere Sacerdoti ad hoc Sacramentum administrandum; Negat Suarez *disp. 34 sect. 2. num. 5.* Affirmant verò communiter alij, & quidem probabiliùs, eò quòd licentiam concedere ad hoc Sacramentum ministrandum, non sit actus iurisdictionis, quâ publicè excommunicatus priuatur. Vide Petrum à sancto Ioseph *in idea Theologiæ sacrament. cap. 34. resol. 4.* & alios.

RESOL. XL.

An Pontifex possit permittere, vt tempore pestis ex penuria Sacerdotum possit ministrari Sacramentum Extremæ Vnctionis vnica Vnctione?

Et an in periculo contagij sufficiat vnica Vnctio in aliqua corporis parte?

Et inter alia quæ circa hoc explanantur, tandem infertur Parochum tempore pestis non teneri administrare Sacramentum Extremæ Vnctionis cum periculo vitæ, si infirmus saltem confessus fuerit?

Et explanatur licitum esse in administratione Sacramenti, vti opinione probabili, relicta probabiliori.

Ex part. 8. tr. 1. Resol. 21.

§. 1. VIdetur respondendum negatiuè; nam vnctiones quinque sensuum esse necessitate Sacramenti, tradunt communiter Doctores, D. Thomas, Bonaventura, Richardus, Durandus, Maior, Gabriel, Paludanus, Sotus, Valentia, & Suarez, quos citat, & sequitur Tannerus *tom. 4. disp. 7. quæst. dub. 1. num. 17.* quibus adde Nugnez *in 3. part. tom. 2. quæst. 32. art. 6.* Bellarminum *de sacrament. Extrem. vnctionis, cap. vlt.* Opatovium *de Sacrament. tract. de Extrem vnct. quæst. 3. num. 14.* Petrum à S. Ioseph *in idea Theolog. sacram. cap. 34. resol. 2.* Ioannem Petit *in Theolog. sacram. tract. 6. sect. 90.* Hurtadum *de Sacram. Extrem. vnct. diffic. 6.* & alios. Probatur hæc opinio ex consuetudine Ecclesiæ, quæ semper infallibiliter vngit in quinque sensibus. In quo nunquam est dispensatū. Et confirmatur, quia sicut contritio cordis, & confessio oris sunt partes essentiales sacramenti Pœnitentiæ; & quia ordinantur ad eundem finem scilicet ad efficiendam satisfactionem Deo pro peccatis commissis, ideò constituunt idem Sacramentum. Et

Sup. doctrina huius textus in tom. 2. tr. 4. Resol. 12. §. Adde. & in Resol. 16. §. Terria. & legge. ibi doctrinam Resol. 20. per totā, & signanter §. 2. & in tom. 4. tr. 8. Resol. 22. §. Confirmatur. & seqq. & ne deseras videre doctrinam Resol. & §§. not. seq. & in tom. 2. tr. 4. ex Resol. 40. vlt. cursim inter medios & finem.

Et consecrationes panis, & vini in Eucharistiæ, quia ordinantur ad perfectam refectionem, & ad perfectum conuiuium spirituale, sunt idem Sacramentū; eodem modo vnctiones quinque sensuum, qui ordinantur ad delendas omnes sordes peccatorum omnibus sensibus contractas conficiunt idē sacramentum Extremæ vnctionis. Quod Sacramentum dicitur vnum per compositionem, quia ex omnibus vnctionibus, & ex omnibus formis verborum resultat Sacramentum, quod ordinatur ad vnum finem. Et confirmatur ratione D Thom. quia hoc Sacramētum adhibetur per modum medicinæ ad tollendas omnes reliquias peccatorum; ergo in partibus debet adhiberi, vbi sunt radices peccatorum; istæ autem radices sunt in quinque sensibus: ergo in illis omnibus debet applicari hoc Sacramentum. Et confirmatur, quia istæ omnes vnctiones ordinantur ad integram sanitatem animæ significandam, & operandam; ergo non habent perfectam significationem, nisi omnes compleantur, nam sicut Christus existens in vertis nunquam contulit, nisi integram sanitatem, ita non instituit Sacramenta, nisi vt integrè sanent animam.

2. Verùm, his non obstantibus, assero posse Pontificem permittere, vt tempore pestis sacramentum Confirmationis propter timorem contagionis ministretur vnica vnctione; quia hæc sententia est satis probabilis, quicquid asserat Ochagauia *de Sacram tract. de Extrem. vnct. quæst. 3. n. 7.* & illam docet Sylnius; & Chappeauilla apud me ipsum *in 3. part. tract. 4. resol.* 168. & ex Societate Becanus *de Sacram cap. 27. q. 3. & 7.* quam sententiam non improbant Suarez *disput. 40. sect. 1. num.* 8. Coninck *disp. 19. dub. 3.* Laym. *lib. 5. tr 8. cap 3. n. 3.* Baunius *in Theolog. mor. tom. 1. tract. vlt. q. 2.* probabilem vocat Tannerus *tom. 4. disput. 7. q. 1. dub. 1. num.* 18. & me citato, Caspensis *in curs. Theolog. tom. 2. tract. 27. disp. 4 tom. 7.* Et illam admittit Granadus *in part. contr. 8. de sacram. Extrem. vnct. disp. 7. n. 12.* eamque approbauit, vt obseruat, me citato, Amicus *vbi supra*, Vniuersitas Louaniensis *anno* 1588. & simul approbante Octauio Tricaricensi Nuntio Apostolico in Germania. Quin expresè illam grassante peste proponit, & consulit duplex Pastorale Mechliniense *de sacramento Vnctionis can. 9.* & Passauiense *can. 11.* his verbis: In morbis contagiosis, & peste grassante, vt periculum vitetur, sufficit iniungi sensus organum magis ad vnctionem expositum, & detectum, dicendo: Per istam sanctam vnctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus, quicquid diliquisti per visum, auditum, odoratum, gustum, tactum, & gressum. Hæc citata Pastoralia.

3. Probatur autem hæc sententia multis rationibus, & *Primò*. Quoniam ex verbis Apostoli non colligitur, nisi quòd debeat infirmus inungi: sed per quamcunque vnctionem, cuicunque parti corporis adhibitam, homo verè dicitur inunctus: sicut per quamcunque ablutionem cuicunque parti corporis adhibitam dicitur ablutus. Confirmatur: nam sicut ex illis verbis Matthæi vltimo. *baptizantes eos*, non colligitur, nisi vna ablutiò ad validitatem Baptismi necessaria: ita ex illis verbis, *vngentes eos*, colligi non debet, nisi vna vnctio ad validitatem Extremæ vnctionis necessaria, cùm vtrobique sit eadem forma, & tenor verborum.

4. Neque hæc multiplex vnctio colligi potest ex vsu, & praxi Ecclesiæ: nam vsus Ecclesiæ solùm ostendit, quid in praxi debeat fieri, quando nulla vrget necessitas, siue id necessarium sit necessitate Sacramenti, siue præcepti: non autem declarat, quæ sint essentialia, sine quibus non fieret Sacramentum. Neque etiam dici potest, hanc multiplicem vnctionem colligi ex Florentino, in quo pro materia huius Sacramenti septem assignantur vnctiones: quia, cùm in omnium ferè sententia duæ vltimæ, quæ fiunt in renibus, & pedibus, non sint necessariæ, dici non potest, quòd saltem reliquæ quinque sint necessariæ, cùm non sit maior ratio de reliquis quinque, ac de duabus vltimis. Vnde Tridentinum *sess. 14. cap. 1.* nullum certum numerum vnctionum pro materia huius Sacramenti assignauit; sed solùm dixit, huius Sacramenti materiam esse oleum ab Episcopo benedictum; nam vnctio, inquit aptissime Spiritus sancti gratiam, quâ inuisibiliter anima ægrotantis inungitur, repræsentat. Nullus igitur certus vnctionum numerus potest ex Conciliis colligi.

5. Probatur *secundò*: nam verosimile non est, Ecclesiam Romanam quæ est magistra veritatis, permittere, vt Ecclesiæ particulares hanc sententiam non modò doceant, sed etiam in praxi seruent, & in suis Ritualibus tanquam Canonicam regulam ab omnibus seruandam proponant, si existimaret, illam esse falsam, & contra Sacramenti validitatem, cùm ad ipsam spectat corrigere errores Ecclesiarum particularium: ita Clemens VIII. anno 1602. die 19. Iulij, correxit errorem, qui alicubi inualuerat de absolutione per literas absenti impendenda.

6. Probatur *tertiò*. Multi Doctores probabiliter affirmant, in singulis vnctionibus conferri gratiam sacramentalem, etsi non fiat integrum Sacramentum, quòd solùm consurgit ex omnibus vnctionibus. Sicut per quamlibet speciem Eucharistiæ confertur gratia sacramentalis, esto integrum sacramentum non consurgat, nisi ex vtraque specie simul: ergo poterit in casu necessitatis vna tantùm vnctio adhiberi, quæ gratiam sacramentalem conferat, sitque verum Sacramentum, licèt non integrum. Neque vlla iniuria fit Sacramento, quòd non integrè perficiatur: sicut nulla iniuria fit eidemmet Sacramento, omittendo duas vltimas vnctiones renum, & pedum, quibus etiam integratur hoc Sacramentum. Neque hinc inferas, etiam in casu necessitatis ad ægrotum communicandum, posse vnam tantùm speciem consecrari: nam hoc non tantùm est Sacramentum, sed etiam sacrificium in Dei cultum ordinatum: sacrificium autem necessariò vtramque speciem postulat. At verò Extrema vnctio est tantùm Sacramentum per se solùm ordinatum ad salutem, & subleuamen fidelium infirmorum. Vnde nulla fit illi iniuria, si in casu necessitatis ad subueniendum infirmo in vna tantùm vnctione ministretur. Et hæc omnia docet Amicus *vbi supra*, qui postea *num.* 73. sic asserit. Probabilis est hæc sententia, non modò propter authoritatem duorum Pastoralium citatorum, & Doctorum, qui illam approbant, sed etiam propter rationes à nobis allatas. Vnde si peste grassante timeatur, vt si omnia organa sensuum inungendo, contagio contrahatur, poterit Sacerdos iuxta hanc sententiam, etiam nulla conditione adhibita, vnum tantùm organum magis obuium, & expositum inungere sub forma exprimente omnes sensus, qualem prædicta Pastoralia præscribunt. Atque ita hanc sententiam obseruari ferunt tempore pestis, in Belgio, & hic in Austria, vt mihi retulerunt illi ipsi qui ea tempore pestis, vsi sint. Quia præstat hoc Sacramentum conferre sub probabili saltem materia, quàm

nullum omninò conferre. Nam fieri potest, vt si ista sententia vera est, infirmus suscepto Sacramento salvetur, quia alias damnaretur. Nec vlla fit injuria Sacramento, quando propter periculum contagionis, tutior sententia in praxi seruari nequit: quia talis actio honestatur vtilitate, quam afferre potest infimo. Quin interdum nequit aliter hoc Sacramentum ministrari nisi vnam partem corporis inungendo, vt in casu, quo peste affectus ita pronus faceret, vt non posset in facie inungi. Cæterùm in huiusmodi casibus, etsi Sacerdos non teneretur; posset tamen ad maiorem cautelam, & Sacramenti reuerentiam hoc Sacramentum ministrare sub tacita conditione. Ita Amicus.

7. Nec deseram etiam hîc apponere verba Iacobi Marchantij *in resol. Pastor. de Sacram. tract. 6. cap. 3.* vbi ita ait. Quæritur, postremò, quantum ad Extremam-vnctionem, an in periculo contagij sufficiat vnica vnctio in aliqua corporis parte? Respondeo, hanc opinionem probabilem omninò esse, tum ob auctoritatem Doctorum, tum ob multiplicem rationem, ideoque à nonnullis hoc tempore in praxi vsurpari.

8. *Primo* quidem auctoritatem illi dat Pastorale Gebennense. S. Francisci de Sales Episcopi, doctrina, & sanctitate spectatissimi, in illo sic lege, *in tit. de Extrema Vnctione*: in morbis contagiosis, vt periculum vitetur, sufficit inungi organum sensus magis ad vnctionem expositum, dicendo: Per istam vnctionem, & piissimam suam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quicquid deliquisti per visum, auditum, gustum, odoratum, & tactum. Idem habet Pastorale Mechlinense anno 1589. quamuis id omissum sit in editione 1607. apud Moretum suasu, vt apparet quorumdam Louanienſium Doctorum, contrariam opinionem sectantium. Idem habet etiam Pastorale Ruramundanum, impressum circa annum 1589. Item Pastorale Bartholomæi ab Aula, per Theologos aliquos Louanienses probatum anno 1573. Et huius opinionis sectatores fuere Ioannes Hesselius celebris Louanij Doctor, & Ioannes Molanus *tractat. Theolog. pract.* Accedit auctoritas Octauij Triuaricensis Episcopi, per Germaniam & Belgium Nuntij Apostolici *in direct. Ecclesiasticæ disciplinæ*, vbi sic ait. Et si ordinariè sint inungenda singula singulorum sensuum loca, nec nisi grauissima necessitas cogat aliter faciendum; constabit tamen Sacramentum, & ad euitandum contagium sufficerit si inungatur sensus organum magis expositum dicendo: Per istam vnctionem, & piissimam misericordiam suam indulgeat tibi Dominus, quidquid deliquisti per visum, auditum, gustum, odoratum & tactum. Idem sequuntur aliqui recentiores, inter quos Franciscus Syluius *in supplem. D. Thomæ*. Consulunt verò, vt vnctio fiat in capite; quia ibi maximè vigent sensus.

9. *Secundò* confirmatur ratione desumpta ex Tridentino dicente, Ecclesiam Romanam non aliter obseruare in administranda vnione, quantum ad ea, quæ huius Sacramenti substantiam perficiunt, quam quod B. Iacobus præscripsit. At ille nudè vnctionem præscribit, non verò vnctionem quinque sensuum; ergo illam obseruat Ecclesia vt essentialem, non aliàs, alioqui obseruaret aliquid, quoad substantiam, quod Apostolus non præscripsit. Addi deinde potest, quòd ex more Ecclesiæ, vngantur non ipsa sensuum organa, sed partes vnicæ, vt patet in oculis, & auribus, & organo gustûs: vt etiam magis constat in iis, qui aliquo sensuum organo sunt orbati: ergo censet Ecclesia, non esse de essentia, vt sensuum loca vngantur; sed sufficere ad essentiam, partem aliquam corporis inungi, cùm vbique sensus vigeant, quamuis organa, si possit fieri; ad expressiorem significationem debeant vngi. Denique Florentinum, & alia Concilia enumerant septem vnctiones, nec distinguunt: & ita ex illis nequit colligi, quòd quinque magis sint de essentia, quàm septem, & per consequens non repugnant assertioni quæ vnicum dicit perficere essentialiter Sacramentum. Hucusque Marchantius.

10. Sed ego in morbo contagioso, si difficilè inuenirentur ministri huius Sacramenti, propter timorem contagij, mediam opinionem consulerem, quam olim docui adhibendo omnes vnctiones sub vna tantùm forma æquiualente omnibus formis partialibus; vt si quis vngendo oculum, aurem, narem, os, manum, dicat: Per istas sanctas vnctiones, & piissimam misericordiâ indulgeat tibi Deus, quidquid per visum, auditum, gustum, odoratum, & tactum diliquisti: quia vt dixi, talis forma æquialet omnibus formis partialibus, cùm in sua significatione complectatur quidquid singulæ exprimunt. Nec est eadem ratio de formis partialibus Eucharistiæ, & Ordinis: nam per singulas formas partiales Eucharistiæ debent exprimi distincti termini, qui per se vi verborum fiunt præsentes sub speciebus Eucharisticis. Per formas autem partiales Ordinis exprimendæ sunt diuersæ potestates, quæ in collatione vniuscuiusque Ordinis conferuntur. In sacramento verò Extremæ-vnctionis non sunt nisi explicanda peccata quæ per singulos sensus sunt commissa: hæc autem æquè explicari possunt per vnam formam totalem æquiualentem pluribus, ac per plures partiales, vt per se patet.

11. Et ideò loquens, me citato, de hac opinione sic asserit Amicus, *vbi suprà numer. 72.* Probabilis est hæc sententia, & in morbis contagiosis tuta conscientia in praxi seruari potest, non solùm propter authoritatem tot Doctorum, sed etiam propter rationem, in qua fundatur. Nec tantùm sub conditione seruari potest, vt Suarez putat, sed etiam absolutè, nulla conditione adhibita. Iuxta quam sententiam explicanda sunt concilia, quæ docent inungendos esse omnes sensus, de necessitate præcepti, & quando non vrget grauis necessitas. Ita ille; cui etiam addo Tannerum *tom. 4. disp. 7. quæst. 1. dub. 1. num. 19.* sic asserentem. Potiùs ergo in necessitate vrgente articulo mortis, omnibus aliis postpositis, perfici posset Sacramentum breuissima, & tenui lenitione vnius oculi, auris, manus, narium, & oris, etiam absque signo crucis, & sub vna formula communi: Per hanc sacram vnctionem, vel has sacras vnctiones, remittat tibi Deus, quicquid per visum, auditum, odoratum, gustum, vel tactum peccasti: quod benè docet Suarez *cit: sect. 3.* siquidem ad essentiam Sacramenti sufficit ex membris similibus vnum tantùm vngere, v. g. vnam manum, vnum oculum, &c. nec mutato ordine vnctionum tollitur essentia Sacramenti, iuxta communem. Ita Tannerus. Sup. hoc significatur in Resol. 1. mor. præceritæ. §. Sed ergo, &c.

12. Et tandem post hæc scripta inueni nostram sententiam placuisse Patri Auersa *de sacram. Confirm. sect. 4* ita asserenti: Videtur ad valorem Sacramenti sufficere, si minister sub vna deprecatione doceret: Indulgeat tibi Dominus quicquid deliquisti per visum, auditum, gustum, odoratum, & tactum, Quoniam reuera completur ex integro tota eadem formalis significatio, absque materiali repetitione omnium illorum verborum. Et in casu necessitatis potest hic modus exerceri, potiùs quàm

firmetur ægrotus absque hoc beneficio mori. Et ita admittit Suarez *disp. 22. sect. 2.* Et pro tempore pestis, ad maiorem celeritatem, ob metum contagij, consulit Diana *part. 3. tract. 4. resol. 168.* Sic etiam potest corrigi, & ad praxim deduci illa doctrina Archiepiscopi Mechlinien sis cum Doctoribus Louanien sibus: nempe sub hac forma vngendo omnes quinque sensus: quod ferè tam citò fieri potest, tangendo vnum oculum, vnam aurem, & sic per singulos alios sensus, ac simul proferendo verba. Aduertendo etiam, vt quando timetur ne interim expiret infirmus, dicat antea ly *deliquisti*, & consequenter, *per visum, auditum*, &c. quia alioqui si ly *deliquisti* reseruetur in finem, & interim decedat ægrotus, nullatenus perficitur significatio: ac propterea indubitanter nullus est valor Sacramenti, nullus effectus. At si dicatur antea ly *deliquisti*, iam per vnctionem, & nominationem aliquorum, vel alicuius sensus, perficitur aliqua significatio: ac proinde in sententia eorum qui volunt, vnctionem vnius partis sufficere ad valorem, siue sufficere ad conferendum ex tunc aliquem effectum, habebitur aliqua spes, & probabilitas de valore, & effectu Sacramenti ad salutem infirmi. Hæc satis docte Auersa.

15. Stante igitur probabilitate harum opinionum, puto Summum Pontificem posse earum vsum permittere, nec prohibere, quia melius est in tali casu pro infirmo Sacramentum hoc pacto ministrari, quàm non recipere. Et in tali casu Pontifex hoc permittendo, vt rectè obseruat Granadus *in 3. part. D. Thomæ, controuers. 8. de sacrament. Extrem. vnction. disput. 7. num.* 13. non dispensat, nec affirmat non esse necesse vngi organa sensuum, & repeti verba formæ ad integrum sacramentum Extremæ-vnctionis; sed solum licere in casu necessitatis ministrare hoc Sacramentum quasi dimidiatum, applicando partem illius, quia non est improbabile sic obtineri aliquam gratiam habitualem, & actualem, imò & corporis sanitatem; & alioqui cùm non sit Sacramentum necessarium ad salutem, excusari potest Parochus ab obligatione conferendi illud integrum, & certum, ne alioqui pestè inficiatur. Ita Granadus.

14. Confirmantur supradicta; nam Medina 1. 2. *q. 19. art. 5. & 6.* Salon. 2. 2. *q. 63. art. 4. controuers. 2. ad 3.* Vasquez 1. 2. *disp. 63. cap. 2. & 3.* Thomas Sanchez *de Matrimon. lib 1. disput 20. num. 4. & lib. 1. Decalogi, c. 9. numer. 33.* Antonius Perez *in Laurea, certam. 10. c. 12. & 13.* Villalobos *tom 1. tract. 1. difficul. 13. num. 1. & 2.* Sayrus *in Claui, lib. 1. cap. 7. numer. 4.* Basilius Legion. *de matrim. lib. 4. cap. 25. num. 9.* Castro Palaus *tom 1. tract. 1. disp. 2. punct. 5. num. 5.* & alij asserunt licitum esse in administratione Sacramenti vti opinione probabili, relicta probabiliori. Quia in quavis alia materia sufficit opinio probabilis ad formandum rectum conscientiæ dictamen circa nostram operationem, non obstante formidine, seu periculo partis oppositæ; nimirum vel alienum retinendi, vel violandi legem. Ergo similiter in administratione Sacramentorum sufficiet; nec obstabit periculum irritandi Sacramentū, quominus licitè possimus operari iuxta probabilem opinionem, relicta sententia certa. Nec tam gravis obligatio certam omnino doctrinam sequendi, ministris Sacramentorum imponi debet, potius quam aliis agentibus moralibus; siquidem ministrando iuxta probabilem opinionem, etiam relicta certa sententia, prudenter operantur, sicut & alij, nec exponuntur culpabili periculo Sacramentum irritandi, sed viam tenent moraliter certam, quam probabilitas opinionum constituit. Confirmatur; nam alioquin non liceret confiteri cum attritione cognita nec attritum absoluere possemus, cùm contritio sit incerta certa, & attritio probabilis dumtaxat. Similiter non liceret simplici Sacerdoti moribundum absolvere præsente Parocho, quod durum videtur in his, & similibus casibus.

15. Et licèt limitent hanc sententiam Vasquez, Sayrus, Antonius Perez, Villalobos, Thomas Sanchez *supra*, vt sic ministrans iuxta probabilem opinionem non peccet contra Religionem ob fundamentum adductum, peccet tamen contra charitatem, vel etiam contra iustitiam erga recipientem; nam obligatio charitatis postulat, vt si proximo possumus certum remedium adhibere, non adhibeamus incertum; quod magis vrget in Baptismo, præsertim paruulorum, qui non possunt aliter iustificari. Iustitia quoque ligat non solùm Parochos, qui tenentur ex officio ministrare; sed quoslibet alios, nam supposito quòd ministrant, tenentur certa Sacramenta conferre, quasi ex implicito pacto cum suscipiente, quia nollet nisi certum Sacramentum recipere.

16. Verùm in casu nostro hæc limitatio non obstat; nam cùm hoc Sacramentum non sit necessarium ad salutem, Sacerdos non delinquit contra charitatem aduersùs proximum, imò adiuvat illum aliquo modo; nam melius est ei recipere hoc Sacramentum taliter ministratum, quam penitus illud non recipere. Ergo neque peccat contra reverentiam debitam Sacramento, quia vtitur opinione probabili, neque contra charitatetem proximi. Ergo, &c. Et hæc omnia magis firmantur ex doctrina communi contra Claudium Espencæum *in Epistol. 1. ad Timotheum, lib. 3. Digressionum, c. 19.* Sylvium, & alios, nempe Parochum tempore pestis non teneri administrare Sacramentum Extremæ-vnctionis cum periculo vitæ, si infirmus saltem confessus fuerit, vt tradit Tabiena *verb. Episcopus, num.* 5. Armilla *eodem verbo, num.* 6. & alij, quos ego citaui *in 3. part. tract. 4. resol.* 174. & me citato, tenet nouissimè Pater Amicus *in cursu Theolog. tom. 8. disput. 19. sect. 13. num.*..... quia hoc Sacramentum non est ad salutem necessarium, neque necessitate medij, vt Baptismus, & Pœnitentia, neque necessitate præcepti, vt Eucharistia: ergo, &c. Et hanc opinionem etiam docet Tannerus *tom. 4. disput. 7. q. 1. dub. 3. num. 62.* & me citato, Machadus *tom. 2. lib. 4. part. 2. tract. 2. docum. 22. num. 4.* & me etiam citato, doctus, & amicissimus Pater Franciscus de Lugo *opusc de Sacram. cap. 2. q. 3. n. 3. in fine.*

RESOL. LXI.

An Pontifex in consecratione Episcopi possit dispensare, vt adsit tantùm vnus Episcopus?
Et an ad valorem talis ordinationis requiratur vt, fiat à tribus Episcopis? Ex part. 8. tract. 11. Resol. 31.

Sup. Prima diffic. huius tituli infrà in textu huius Resol. à §. Sed quidquid. & in aliis eius nor.

§. 1. SVppono ex constitutione Ecclesiæ ordinationem Episcopi non posse, nisi à tribus Episcopis fieri; & aliter quàm à tribus, illicitè fieri.

2. Est tamen difficultas, an ad valorem ordinationis requiratur, quòd fiat à tribus Episcopis.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 5. Resol. 22. cursim in fine, & in tom. 9. tr. 9 Resol. 2. breuiter in fine.

Paludanus apud Sylvestrum *verb. Consecratio 1. num. 1.* partem negatiuam tuetur, quam etiam indicant ipse Sylvester, & Armilla *eodem verbo, n. 2.*

&c

à vers. Neque verò & tutissimè in tom. 4 tr. 8 Ref. 27. 28. 29. & ex Ref. 19. & Quæ la consagracion, & lege doctrinam Ref. 125.

& Antoninus 3. *part. tit.* 14 *c* 19. Et id *primò* supponi videtur *in can.* 1. *Apostolorum*, dum dicitur Episcopum debere à duobus, vel à tribus Episcopis ordinari: & idem habetur apud Clementem *lib* 3. *constitut. cap.* 20. Quòd si ad valorem ordinationis non requiruntur tres Episcopi, non est ratio aliqua sufficiens, vt affirmemus vnum Episcopum non sufficere. Et id *secundò* etiam supponi videtur in Concilio Arausicano 1 *cap.* 21. dum statuitur, vt si duo Episcopi præsumpserint aliquem inuitum (intellige non omninò, sed aliqualiter tantùm inuitum) Episcopum facere, vterque Episcopus ordinans deponatur, & in locum vnius substituatur, qui vim passus est, & in locum alterius ordinetur alius, vbi supponitur, Episcopum verè ordinari à duobus Episcopis.

3. Et hanc sententiam, præter Doctores citatos tenet etiam Granadus *in* 3. *part. contr.* 9. *tract.* 1. *disp.* 3. §. 1. *n.* 7.

4. Probatur *Primò*, quia in Pontificiali licèt requirantur tres Episcopi ad consecrationem, seu ordinationem Episcopi, vnus solus appellatur consecrator, & alij duo assistentes: ergo supponit non essentialiter requisitum trium ministerium: alioqui omnes dicendi essent consecratores.

5. *Secundò*, quia pro varietate temporis videtur variatus numerus Episcoporum. Nam *in can.* 1. *Apostolorum*, non requiruntur tres, sed duo, vel tres. In Concilio Carthaginensi IV. *cap.* 2. non præscribitur numerus ternarius. S. Gregorius *suprà* a tribus, vel quatuor Episcopis ait, esse Episcopum ordinandum. Non ergo est ex Christi Domini institutione multiplicitas Episcoporum, sed Ecclesiasticum præceptum.

6. *Tertiò* probatur, quia sanctus Clemens Romanus *lib.* 8. *constit. cap.* 27. refert hanc sancti Simonis Apostoli constitutionem: Ego Simon Chananæus constituo, à quot Episcopis debeat ordinari Episcopus, scil. à duobus, vel tribus Episcopis. Sin verò aliquis ab vno Episcopo ordinatus fuerit, tum is, qui ordinatus est, tum is, qui eum ordinaverit, deponatur. Quòd si necessitas coëgerit ab vno ordinari, quòd propter persecutionem, aut aliam causam plures adesse non possint, afferatur decretum commissionis plurium Episcoporum. Ecce non solùm in casu necessitatis, sed etiam sine illa validam reputat ordinationem, licèt vnus tantùm sit Episcopus, solúmque pœnam dispositionis infligit, quando sine causa fieret.

7. *Quartò* probatur, quia materia, scilicet impositio manuum, & prolatio formæ potest ab vno sufficienter applicari, nec si plures concurrant, applicant aliquid nouum: ergo valida erit ordinatio etiam ab vno solo. Confirmatur, quia Baptismus ab vno ministro collatus, est validus, quia applicatur sufficiens materia, & sufficiens forma: ergo idem erit in proposito. Et hanc sententiam tenent etiam Arcadius *lib.* 5 *c.* 3. Sanchez *in opusc. tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 1. *dub.* 5 *num.* 27. Ochagauia *de Sacram. tract. vnico, de Ordine q.* 7. *n* 14.

8. At his non obstantibus contrariæ sententiæ adhæret Vasquez, Coninck, & alij, quos citat, & sequitur Hurtadus *de sacrament. Ordinis, difficult.* 19. Dicunt igitur ad valorem ordinationis Episcopi ad minus requiri tres Episcopos, & meritò, quia ad ordinationem Episcopi ex institutione Christi requiruntur tres Episcopi: ergo requiruntur ad valorem ordinationis illius. Consequentia patet. Antecedens autem probatur, quia ab initio nascentis Ecclesiæ ad ordinationem Episcopi fuerunt requisiti tres Episcopi, vt expressit Anacletus *ep.* 2. & significat Paulus 1. *ad Timoth.* 4. dum supponit, ordinationem Timothei in Episcopum fuisse per impositionem manuum Presbyterij, id est, conventus Episcoporum. Et idem antecedens expressit Anicetus Papa *epist. ad Episcopos Gallia, cap.* 1. vbi loquès de ordinatione Iacobi Minoris in Episcopum Ierosolymæ, quàm Anacletus refert factam à Petro, & à Iacobo Maiori, & à Ioanne, cuius verba ipse Anicetus adducit, sic ait: Si autem non minus quàm à tribus Apostolis tantus vir fuit ordinatus Episcopus, patet profectò eos formam instituente Domino tradidisse, non minus quàm à tribus Episcopis ordinari debere. Et quamvis Iacobus Minor non fuerit ordinatus Episcopus ab illis, sed antea immediatè fuerit à Christo, sicut alij Apostoli, & ab illis tribus tantùm fuerit assignatus Episcopus Ecclesiæ Ierosolymæ; nihilominus hac assignatione facta ab illis tribus, denotata fuit forma instituta à Christo ad ordinationem Episcopi: quia voluerunt tres concurrere ad electionem & assignationem illius in Episcopum Ierosolymæ, vt in ea imitarentur formam à Christo institutam pro ordinatione Episcopi.

9. Sed quicquid sit de his opinionibus dubium est, an saltem ex dispensatione Pontificis, sufficiat vnus Episcopus ad ordinationem alterius Episcopi, quod fuit dubium huius resolutionis; & respondeo affirmatiuè: nam licet aliqui (vt *suprà* visum est) sentiant, ad ordinationem Episcopi requiri tres Episcopos, limitant tamen hanc sententiam, & asserunt, ex commissione Pontificis sufficere vnum; quia id fecit D. Augustinus Episcopus Cantuariensis ex commissione Diui Gregorij, vt significatur *in responsione* 8. D. Gregorij ad interrogationes ipsius Augustini: & id significat Simon Chananæus Apostolus apud Clementem *lib.* 8. *constitut. Apostolicarum, cap.* 27. aliàs 33. dum, postquam dixit, Episcopum ordinandum esse à duobus, vel tribus, subdit, quòd necessitas coëgerit ab vno ordinari, afferatur decretum commissionis plurium Episcoporum. Et ita docet Ochagauia *de Sacrament. tract. vnico, de Ordine, q.* 7. *num.* 15. Tannerus *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 3. *dub.* 3 *num.* 33. Hurtadus *de sacram. Ordin. difficult.* 19. & Granadus *in* 3. *part. contr.* 9. *tract.* 1. *disp.* 3. §. 1. *n.* 9. vbi sic ait: Si ex speciali dispensatione vnus tantùm Episcopus manus imponeret, non videtur dubitandum, quin id sufficeret ad veram Episcopi ordinationem. *Primò*, quia cùm solus Petrus à Christo Domino consecratus sit Episcopus, ipse verò reliquos consecraverit, non potuit non consecrare ipse solus vnũ, vel alterũ aliorum Apostolorum. Deinde, quia pro Anglia dispensauit sanctus Gregorius, cùm primum ad fidem conversa est, vt constat ex eius responsione ad octauam interrogationem Augustini *tom.* 3. *Conciliorum*, & Gregorius XIII. dispensauit etiam cum Patriarcha Æthiopiæ: & modò in India solet vnus tantùm Episcopus consecrare. Et ita etiam docet Vasquez *in* 3. *p. tom.* 3. *disp.* 243. *c.* 6. *n.* 73.

Sup. hac dific. & contento in hoc §. in tom. 4. tr. 8. latè in Ref. 30. & 31. & in aliis earum annotationum.

10. Vnde in Indiis circa hoc fuisse dispensatum tradit Solorzanus *de iure Indiarum, tom.* 2. *lib.* 3. *cap* 6 *n.* 38. vbi sic ait: Maximè cùm in eadem consecratione ob prædicta impedimenta, & distantiam locorum, dispensatum etiam videamus in his partibus Indiarum, vt licèt ad eam saltem tres Episcopi requirantur, *cap. Episcopi & cap. Episcopum*, 64. *dist cap. porrò*, 67. *dist.* gloss. *in cap. ne Episcopi, de tempor. ordinat lib.* 28. *tit.* 5. *partit* 1. Ita vt multi teneant, nullam omninò esse si à pauciores fiat, vt latè videbis apud D. Anton. *in summ. part.* 3. *tit.* 14. *cap.* 6. §. 9. Sylvest. *verb. Consecratio.*

Sup. hoc in Ref. 2. not. præcentiæ.

in

in princip. Armilla *eodem verbo*, *num.* 2. Azor. *tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 30. *vers. quaret item* Henriquez *in summa*, *lib* 10. *cap.* 7. *num.* 3 optimè Vasquez *de ordine*, *disp.* 246. *cap.* 6. *num.* 59. *& seqq.* Filliucius *in summa*, *tom.* 1. *tract.* 9. *de sacrament. Ordin. cap.* 5. *n.* 106. cum aliis, quæ tradit Illustrissim. Bracharens. *in notis ad cap. Episcopum.* 5. 61. *dist.* *num.* 2. Possit tamen ab vno tantùm Episcopo fieri, qui in defectum aliorum duas dignitates, vel Canonicos mitratos sibi in socios assumat provt quotidie fieri videmus, quia Papa potest mutare hanc formam, quamvis fuerit ab Apostolis instituta, vt tradunt Hugo, & Præpositus *in dicto cap. porrò*, quos sequitur Gregor. Lopez *in dict. l.* 28. *tit.* 5. *part.* 1. *gloss.* 2. & notatur *in cap. Archiepiscopus, & in cap. ne Episcopi, de tempor. ordinat.* & per Dom. Brachar. *in cap. de abiectione* 3. 64. *dist.* & extat de hoc expressa declaratio Sacr. Congregat. Cardinal. quam refert Farinac. *ad Concil. Trident sess.* 23. *cap.* 1. vbi ait, sic declaratum fuisse à maiori parte Theologorum, qui consulti fuerant, & ita Pium V. dispensasse. Ita Solorzanus; cui etiam adde Machadum *de Perfect. Confess. tom.* 2. *lib.* 4 *part* 6. *tract.* 1. *document* 6. *n.* 5. sic asserentem. *La major dificultad desta materia consiste en averiguar si el Pontifice podra dispensar en este numero de Obispos, que como hemos dicho son necessario para consagrar al nueuo Obispo. Algunos son de parecer que no, fundados en que por derecho divino es de necessidad del acto de la Consagracion, que interuengan en el tres Obispos: de tal modo que iuzgan seria nula la Consagracion si se celebrasse sin el dicho numero de Obispos. Si bien graues Autores afirman, que puede el Pontifice dispensar en el dicho numero de Obispos, como vemos que ha dispensado Pio V. en las Indias, para que con solo vn Obispo, y dos Dignidades, ò Canonigos que le assistan se pueda celebrar la Consagracion del Obispo nueuo.* Hæc ille.

11. Sed quia hic sermo adfuit de ordinatione Episcoporum, ponam hîc curiosum dubium, de quo olim mihi magna quæstio fuit cum P. M. Carrega Ordinis Prædicatorum, vt viro pio, docto, & amicissimo: quæro igitur.

RESOL. XLII.

An Episcopus ordinans in Episcopum infantem ante vsum rationis, valide illum ordinet?

Et an infantes sint capaces ordinum ante vsum rationis. Ex part. 8. tract. 1. Res. 32.

1. SVppono infantes esse capaces Ordinum, etiam ante vsum rationis, tum ex *cap. fin. vbic. de Clerico per saltum promoto*, vbi Innocentius III. præcipit, vt qui ante annos discretionis ad minores Ordines fuerat promotus, & omisso Diaconatu, fuerat Sacerdos ordinatus, in Diaconum ordinetur, non repetitis minoribus Ordinibus, cum enim alioqui in cuiusque Ordinis functione, requiratur vsus rationis, nec vllus sit Ordo, qui non ad huiusmodi functionem ordinetur; plane fatendum est, eandem quoad hoc esse rationem maiorem & minorem Ordinum.

2. Rationem assignat rectè S. Thomas *loc. cit.* Quia ex vna parte, potentia supernaturalis, vt & naturalis, prior est actu & ab hoc independens: ex altera parte, omnia Sacramenta possunt ab infantibus valide suscipi, quæ in suscipiente intrinsecè non includunt, vel supponunt actum humanum, seu facultatem ad illum, vt videre est in Baptismo, Confirmatione, Eucharistia: secus in Pœnitentia, Matrimonio, & Extrema vnctione. Siue ergo consideretur Ordo, vt est potentia, seu facultas supernaturalis, siue vt Sacramentum, fatendum est, validè recipi posse, etiam ab infantibus.

3. Nec obstat, quòd Episcopus ordinans sæpius ad ordinandum dicit: Accipe; quod videtur ordinandi acceptationem includere, Nam vt cum Bonaventura *art.* 2. *q.* 2. *ad* 2. rectè notat Vasq. *disput.* 246. *cap.* 2. *num.* 15. verbum illud non connotat acceptationem recipientis, sed veram traditionem, ex vi potestatem conferentis; adeóque potius imperium, & potestatem dantis, quàm executionem accipientis; sicut etiam in Baptismo ad infantem dicitur: Epheta, adaperire, item Accipe sal sapientiæ; &c.

4. Hoc supposito, difficultas est, quoad Episcopatum, supposita opinione, quòd sit Ordo: & negatiuè respondet D. Thom. *in* 3. *quæst.* 39. *art.* 2. quia Episcopatus secum affert iurisdictionem erga corpus mysticum Ecclesiæ: puer autem saltem ante annos discretionis non est capax iurisdictionis. *Secundò*, quia Episcopus est sponsus Ecclesiæ, cuius Pastor constituitur: dispensatio autem petit vsum rationis. Sed sanè rationes istæ non vrgent, quia in Episcopatu aliud est quod ad iurisdictionem spectat, aliud quod ad Ordinem præcisè. hîc autem non asseritur, infanti conferri posse iurisdictionem, ratione cuius dicitur sponsus Ecclesiæ, & illius Pastor, ac Rector: sed solùm contenditur, impressionem characteris convenire posse infanti, vt postea possit ei designari Ecclesia, cui si voluerit, desponsabitur: & quoad hoc non maiorem ætatem requirit Episcopatus, vt validè conferatur, quàm Presbyteratus, ad quem etiam pertinet habere potestatem erga corpus mysticum Ecclesiæ, absoluendo fideles à peccatis: ergo si potestas Ordinis sacerdotalis conferri potest infanti, licèt tunc non conferatur iurisdictio; etiam conferri poterit Episcopalis. Confirmatur *Primò*, quia ratio adducta pro secunda sententia, si quam vim habet, vt persuadeat aliquos Ordines conferri posse infantibus; habet etiam eandem, vt probet conferri posse Episcopalem. Confirmatur *Secundò*, quia Ordo sacerdotalis, quo confertur potestas consecrandi corpus & sanguinem Christi Domini, præstantior est in ratione Ordinis, quàm quod illi superaddit Episcopatus: ergo si puero imprimi potest character sacerdotalis, etiam poterit Episcopalis.

Sup. hac dific. latè in Res. 1. not. præteritæ, & lege eam per totam.

5. Sed Granadus, his non obstantibus, *in* 3. *part. contr.* 9. *disp.* 1. *num.* 7. licèt negare non possit affirmatiuam sententiam esse probabilem; coactus tamen auctoritate D. Thomæ, ipsius opinionem sequitur.

6. Verùm non desunt præstantissimi Theologi, qui affirmatiuam sententiam mordicùs tuentur. Dico igitur satis probabiliter in Episcopo distingui characterem, & potestatem Episcopalem ab onere gubernandi Ecclesiam, & prius posse conferri infanti licèt posterius quod requirit liberum consensum recipientis, non possit ei imponi. Cùm ergo ordinatio Episcopalis tendat ad prius, non autem necessariò, & essentialiter ad posterius, nihil obstat, quò minùs etiam infanti conferri possit; ita vt infanti per illam ordinationem constituatur in eo gradu, per quem possit ei committi Ecclesiæ gubernatio, & constitui sponsus alicuius Ecclesiæ, non tamen reipsa ita committatur, vt sine vltetiori consensu præstando, quando perveniet ad vsum rationis, obligetur Ecclesiæ curam suscipere. Et ita docet

docet Turrianus *in summa part. 2. cap. 80. dub. 2. con. 2.* Præpositus *in 3. part. de sacr. Ordin quæst. vnica dub. 16. num. 163.* Ochagauia *de sacram. Ordin. tract. vnico, quæst. 9. num. 3.* Auersa *de sacr. Ordin. quæst. 3. sect. 5.* Tannerus *tom. 4. disp. 7. q. 3. dub. 1. n. 10.* & alij.

Sed reclamus ad potestatem Summi Pontificis,

RESOL. LXIII.

An Pontifex possit solo verbo Sacerdotes creare? Et simili modo quæritur, an Pontifex solo verbo possit quem in Episcopum creare.

Et an Papa possit tollere ab Episcopis facultatem validè confirmandi, & ordinandi: ita vt si ille tentet aliquem ordinare, aut confirmare, nihil efficiat? Ex part. 8. tr. 1. Resol. 28.

Sup. contento in hoc. & sequibus seqq. §§. in tom. 4. tr. 8. Resol. 26.

§. 1. VT si dicat, v. g. alicui, esto Sacerdos. An per ista verba promotus fiat verè Sacerdos, & recipiat potestatem offerendi Missæ sacrificium, & remittendi peccata. In qua controversia partem affirmantem tuetur Angelus, quem refert, & sequitur Felinus *in cap. 1. de constit. num. 23.* Decius *ibidem, lect. 1. num. 30.* Ruffeus *in praxi beneficior. tit. de Cler. à quibus, & quomodo creentur, num. 9. & 10.* quibus consentiunt Hieronymus Gigas *tract. de pensionibus q. 8.* Franciscus Victoria *de sacram Ordin. q. 5.* Simili modo posse Pontificem solo verbo quem in Episcopum creare licèt hoc non soleat, sustinet idem Angelus relatus ab eodem Rebuffo. *tit. de Clericis ad sacros Ordines malè promotis, num. 11.*

Sup. hoc in Resol. not. præteritæ.

2. Fundamentum huius sententiæ præcipuum illud est: quia Summus Pontifex introduxit formam huius Ordinis sacerdotalis, & Episcopalis, cuius tenor non extat in Evangelio: ergo illam posset abrogare, & aliam ad beneplacitum suum constituere. Verùm hoc fundamentum inane est: quia vtraque forma, saltem implicitè in Evangelio continetur. Prior quidem in illis verbis: *Hoc facite in meam commemorationem*, quibus verbis Christus Apostolos constituit Sacerdotes, & dedit illis potestatem offerendi Missæ sacrificium pro viuis, & defunctis. Secunda expressa est in Evangelio, Ioan. 20. *Quorum remiseritis peccata*, &c.

3. Quamobrem opposita sententia communis est inter Theologos, quam post alios tradit Cosmus Philiarchus *de officio Sacerdotis, part. 2. lib. 1. c. 14. per totum*, quæ *primò* probatur ex eo, quia Pontifex non habet potestatem immutandi ius divinum, nec alternandi materias, aut formas Sacramentorum nobis à Christo determinatè relictas; quia inferior non habet potestatem abrogandi legem superioris: sed Christus nobis reliquit formam illam, *Accipite Spiritum sanctum. Quorum remiseritis*, &c.

4. Deinde eadem Felini, & aliorum sequacium opinio reprobatur ex eo, quia vnaquæque forma Sacramenti debet expresè significare effectum, quem realiter efficit; sed per illa verba: Esto Sacerdos, non expresè significatur potestas conficiendi corpus Christi, & remittendi peccata: ergo. Confirmatur: sicut enim si Pontifex alicui non baptizato diceret: Esto Christianus, ista per verba non tolleret peccatum originale, nec illi verum Baptismum impertiret; ita similiter per illa verba: Esto Sacerdos, Pontifex Sacerdotem non ordinaret, nec potestatem conficiendi corpus Christi, & remittendi, peccata illi tribueret.

Sup. hoc in

5. *Notandum* est etiam hîc obiter quod Panormitanus, Innocentius, & alij *in cap. quando, de consuetudine*, asserunt posse Papam tollere ab Episcopo facultatem validè confirmandi, & ordinandi; ita vt ei ille postea tenet aliquem confirmare, aut ordinare, nihil efficiat. Verùm, vt rectè dixit Sotus *in 4 dist. 13. q. 1. art. 8.* quoties simplices iuris Canonici Doctores, qui Theologiæ operam non nauârunt, volunt de divino iure ratiocinari, toties errarunt. Nam licèt Christus potuisset Episcopalem potestatem, nec non sacerdotalem ita instituere, vt quoties Episcopus, vel simplex Sacerdos, vel quicunque alius Clericus fuisset labe peccati maculatus, aut excommunicatione, aut alia censura innodatus, vel degradatus, vel hæresi infectus, Deus non ampliùs Ordinis characterem conseruaret, atque ita tales ministri potestatem Ordinis amitterent; nihilominus de facto non ita hoc Sacramentum fuisse à Christo institutum, sacræ Paginæ, Summi Pontifices, & Generalia Concilia non obscurè tradiderunt, sed de hac difficultate iterum redibit sermo.

validitate ordinandi, & confirmandi lege doctrinam Resol. & supra ex Resol. 14. & 15. quo. & ex Resol. 19. §. vlt. & Vide in tom. 4. tr. 8. doctrinam Resol. 75. & in tom. 1. tr. 5. Resol. 12. per totam.

Iterum in Resol. seq.

RESOL. LXIV.

An Pontifex possit tollere potestatem Episcopis circa Sacramentalia.

Et disputatur, an minores Ordines, & Subdiaconatus sint solum Sacramentalia, & non Sacramenta, & ideo possit Pontifex ab Episcopo auferre potestatem conferendi Subdiaconatum, & minores Ordines? Ex part. 8. tr. 1. Resol. 29.

§. 1. AD hoc dubium sic respondet Marchinus *de sacram. Ordin. tract. 1. part. 2. c. 18. num. 19.* Colligo posse Pontificem tollere ab Episcopo eam potestatem, quam habet circa Sacramentalia, vt circa consecrationem Calicis, Altarium, Virginum, circa vestimentorum sacerdotalium benedictiones, &c. ita vt post prohibitionem, si Episcopus aliquid horum tentaret, nihil faceret. Ratio est: quia hæc potestas Episcopi circa Sacramentalia, iure humano potius, quàm diuino illi concessa videtur. Et ita sentit Alphonsus à Castro *lib. 2. de iusta hæreticorum punitione, cap. 12.* Didacus Couarruuias *variarum resolutionum cap. 10. num 8.* Quare si minores Ordines, & Subdiaconatus sunt solùm Sacramentalia, non Sacramenta, vt multis placet, posset Pontifex ab Episcopo auferre potestatem conferendi Subdiaconatum, & minores Ordines. Sed quia hoc consequens inconueniens in Dei Ecclesia sanè videtur, ideò vnum horum dicendum est: vel quòd Subdiaconatus, & minores Ordines sint vera Sacramenta, non Sacramentalia: vel iure diuino conuenire Episcopo potestatem circa Sacramentalia, ac proinde à Papa auferri non posse.

Sup. hoc lege doctrinam Resol. vlt. Resol. præteritæ, §. 1. Resol. seq. ad lin. 10. & alia rum Resolu. cti §. 2.

RESOL. LXIV.

An Summus Pontifex possit habere inualidas collationes minorum Ordinum factas ab Episcopis excommunicatis, suspensis, &c.

Et quid quoad collationem primæ Tonsuræ?

Et explanatur, quod Episcopus hæreticus, schismaticus, aut degradatus validè possit ordines conferre.

Et an ordines minores sint Sacramenta?

Et quid de Tonsura: Ex part. 8. tr. 1 Resol. 41.

§. 1. SVppono Episcopum hæreticum, schismaticum, excommunicatum, aut degradatum, validè

Sup. hoc. quod sit

validè posse Ordines conferre. Hæc conclusio non solùm est contra hæreticos; sed etiam contra nonnullos iuris canonici Professores, inter quos est Ioannes *in cap. accedens, distinct.* 50. glossa *ibidem*, quemcunque Clericum degradatum Ordinis character amittere. Ad eandem sententiam accedunt Panormitanus, Innocentius, & alij *in cap. quanto, de consuetud.* Probatur ex Vrbano II. vt refertur *in cap. Daibertum*, 1. *quæst.* 1. vbi, cùm ad ipsum fuisset relatum, quendam Diaconum fuisse ab hæretico Episcopo ordinatum, primò, illi Ordinis vsum interdixit: deinde exigente Ecclesiæ necessitate ad eundem eiusdem Diaconatus vsum admisit, his verbis: Vtilitatibus Ecclesiæ pro viribus insudantes, ex integro, Ecclesiæ necessitate ingruente, constituimus. Per quod verbum, *constituimus*, licèt nonnulli intelligant nouam ordinationem, tamen sine dubio errant, quia Pontifex non potest absentem ordinare: ait Diaconus ille erat absens; ergo dum Pontifex dicit: Ex integro constituimus. Idem est, ac si dixisset: Suspensionem tollimus, ac vt talem Ordinem exercere possit, facultatem concedimus. Quem sensum manifestè indicant sequentia verba, quòd non reiterationem existimari censemus, sed tantùm integram Diaconij dationem. Quod etiam clarè patet ex Concilio Constantiensi *sess.* 8. & 15. ex Concilio Arelatensi *cap.* 12. ex Africano *cap.* 15. & ex Tridentino *sess.* 7. *can.* 12. vbi sic asseritur. Si quis dixerit, ministrum in mortali existentem, modò omnia essentialia, quæ ad Sacramentum conficiendum, vel conferendum pertinent, seruauerit, non conficere, aut conferre Sacramentum, anathema sit. Vbi, etsi Concilium loquatur solùm de ministro existente in mortali, tamen militante eadem ratione extenditur ad ministrum hæreticum, excommunicatum, & degradatum: sicut enim non polluitur Sacramentum per ministri prauitatem, ita non inualidatur per quamcumque eiusdem hæresim, excommunicationem, vel degradationem: præsertim cùm omnis hæreticus, & ab Ecclesia præcisus, in mortali maneat: sed quicumque minister manens in mortali, potest ex Concilio Sacramenta validè conficere: ergo etiam Episcopus quocumque modo sit ab Ecclesia præcisus, validè poterit Ordines conferre.

2. Hoc supposito, ad dubium propositum respondeo cum Præposito *in* 3. *part. de sacram. Ordinis, quæst. vnica, dub.* 12. *n.* 114. Vasquez *disp.* 243. *c.* 1. & 2. & aliis, quòd Ordines, qui non sunt Sacramenta, nec sunt à Deo instituta, sed ab Ecclesia, potest eadem irritare, & habere inualidam illorum collationem factam ab hæretico, excommunicato, &c. quemadmodum è contrario posset censere validam factam à simplici Sacerdote. Itaque decisio casus præsentis quæstionis pendet ex illa difficultate, an Ordines minores sint Sacramenta; qui affirmant, consequenter dicunt Ecclesiam non posse habere irritas eorum collationes factas ab Episcopis suspensis, hæreticis, &c. Affirmant verò Ordines minores esse Sacramenta D. Thomas *in* 4. *dist.* 24. *q.* 2. *art.* 1. *q.* 3. Bonauentura *art.* 1. *quæst.* 1. Richardus *art.* 3. *quæst.* 3. Valentia *disp.* 9. *quæst.* 1. *part.* 4. Couarruuias 1. *resolutionum. cap.* 10. Ægidius *disput.* 20. *numer.* 47. Adamus *disput* 7. *quæst.* 2. *dub.* 2. Sebastianus Cæsar *quæst.* 4. §. 1. & plures alij quod satis insinuat Eugenius IV. *in suo Decreto*, dum, postquam definiuit Ordinem esse Sacramentum, & materiam illius esse illud per cuius traditionem confertur Ordo, & assignauit materiam Presbyteratus, Diaconatus, & Subdiaconatus, addit, & similiter de alijs per rerum ad sua ministeria pertinentium assignationem; quo absque dubio supponit etiam minores ordinationes esse Sacramentum. Et id etiam indicat Tridentinum *sess.* 23. *cap.* 2. & 3. & *can.* 3. quia postquam *cap.* 2. enumerat dictos septem Ordines maiores, & minores, postea *cap.* 3. & *can.* 3. absolutè, & absque vlla limitatione ordinationem appellat sacram, & definit esse Sacramentum, ac proinde appellat sacram non in eo sensu, in quo Ordines maiores dicuntur sacri, sed quia est Sacramentum.

3. Verùm qui negant ordinationes minores esse Sacramenta, affirmabunt etiam posse Ecclesiam inualidas eorum collationes decernere. Negant verò Ordines minores esse Sacramenta Magister *in* 4. *dist.* 14. Sotus *quæst.* 1. *art.* 4. Gaetanus *in Decreto*, *dist.* 21. Vasquez *d.sp.* 237. *cap.* 2. Medina *lib.* 1. *de continentia*, *cap.* 46. & plures alij: quia non fuerunt à Christo instituti; quia in primitiua Ecclesia non fuerunt omnes quatuor minores Ordines, quia Acolythatûs nulla fit mentio vsque ad Cyprianum, & Cornelium, qui ducentis & quinquaginta annis post Christum vixerunt: & quamuis Exorcistatus fuerit in primitiua Ecclesia, cuius mentionem faciunt Clemens, & Ignatius, tunc tamen non fuit Ordo: quia vt affirmat Clemens *lib.* 8. *Institut. cap.* 26. alias 22. non fiebat ordinatione, & ab Episcopo, & illum reducit ad gratiam sanitatum. Ergo, &c.

4. Sed quicquid sit de hac quæstione, quam ex vtraque parte probabilem esse puto, certum est, Ecclesiam, vt obseruat Auersa *de sacrament. Ordinis*, *quæst.* 3. *sect.* 2. de facto non irritasse Ordines minores collatos ab Episcopis excommunicatis, suspensis, &c. vt etiam fatetur Vasquez *vbi suprà*: quod quidem, ex Auersa posset aliquis dicere, demonstrat Ordines minores esse verè Sacramentum, & quòd irritari non potuissent. Cùm alioqui modus loquendi, sactorum Canonum talis sit, vt nisi aliunde constaret non posse Ordines irritari, denotare posset, intentionem Pontificum fuisse eos verè irritare.

5. Sed circa præsentem quæstionem esset minor difficultas quoad collationem primæ Tonsuræ: nam Theologi communiter asserunt, collationem primæ Tonsuræ non esse Sacramentum, cùm non sit Ordo Ecclesiasticus: Ordo enim, quòd est Sacramentum Ecclesiæ, constat materia, & forma; sed Tonsura nullam habet formam, licèt habeat pro materia, capillorum abscissionem: ergo Tonsura non est Ordo. Minor probatur. Nam verba illa relata in Pontificiali Romano, *Dominus pars hæreditatis meæ*, sunt cæremonialia, non substantialia: quare etiam sine illorum prolatione quis fieret Clericus non tonsuratus per solam translationem illius à statu laicali ad Ecclesiasticum: quod concedunt plures Doctores.

6. Denique illud, cui conuenit definitio Ordinis, est Ordo, sed Primæ Tonsuræ non conuenit talis definitio, Ordo enim definitur, quòd sit signaculum quoddam, per quod spiritualis potestas tribuitur ordinato: sed primâ Tonsurâ initiato nulla potestas tribuitur, cùm ad nullum certum officium in Ecclesia habendum deputetur, & si ad aliquod deputaretur, non tamen ordinatur per se ad Eucharistiæ ministerium, ad quod reliqui omnes Ordines ordinantur: non igitur prima Tonsura erit Ordo, sed potiùs erit vt dispositio ad formam. Sicut enim in naturalibus non datur transitus ab extremo ad extremum nisi per medium, ita nec decebat laicos immediatè ad maiores Ordines promoueri,

Sup. hoc Res. 119. §. 2. à lin. 1. & hic infrà in tr. 3. Res. 80. §. penult. ad medium, à vers. Quibus addes.

Sup. hoc quod Tonsura non sit Ordo, in tom. 5. tr. 5. Res. 12. §. 2. à lin. 4. & in Res. 13. § 2. à lin. 2. & in Res. 14. cursim in fine, & in Resol. 138. §. Quære. ad medium, & ibi in tr. 3. Res. 12. à lin. 4. & in Res. 25. §. 4. ad lin. 3. & in Res. 34. à lin. 10. & in fine §. penult. & vlt. & hic infrà in tr. 5. Res. 14. à lin. 3. & in tr. 2. ex Res. 80. §. penult. cursim ad medium.

nisi per primam tonsuram, veluti per quandam præviam viam priùs aptarentur. Vnde Catechismus de Ordinis sacramento, primam Tonsuram præparationem ad Ordines vocat. Vt enim inquit, homines ad Baptismum exorcismis, ad matrimonium sponsalibus præparari solent: ita, cum tonso capillo Deo dedicantur, tanquam aditus ad Ordinis sacramentum illis aperitur. Et ita hanc sententiam contra Canonistas tenent, vt dixi, communiter Theologi, quibus magis adhæreo, quia prima Tonsura ab antiquis Patribus, & Doctoribus non computatur inter Ordines. In Conc. Carthag. IV. vbi singulorum Ordinum ritus præscriptus est, non recensetur inter eos prima Tonsura. Ac tandem in Concil. Trid. numerantur, ac nominantur singuli Ordines, nec tamen inter eos ponitur prima Tonsura: quin imò distinctè, ac separatim commemoratur, tanquam præuium quid ad omnes Ordines: dicitur enim ibi *cap.* 2. Vt qui iam clericali Tonsurâ insigniti essent, per minores ad maiores Ordines ascenderent: & consequenter recensentur singuli Ordines descendendo à Sacerdote ad Ostiarium. Itaque planè Concilium non computat clericalem Tonsuram inter Ordines. Similiter in Pontificali Romano, non vocatur ordinatio ad primam Tonsuram, sicut vocatur ad alios dictos Ordines, Ergo, &c. Opinio tamen Canonistarum non caret probabilitate.

RESOL. LXVI.

An Pontifex possit dispensare, ne contactus physicus instrumentorum adhibeatur in Sacramento Ordinis.

Et discutitur, an contactus instrumentorum in sumendis Ordinibus sit de necessitate Sacramenti. Ex part. 8. tr. 1. Res. 40.

Sup hac dific. in tom 2. tr. 5. Res. 1. §. Notandum autem, & in Res. 8. Probatur. ad medium, & in Res. 9 §. 2 propè finem, & in Res. 11. §. 1. ad medium, à vers. & hæc à fortiori, & in Res. 19. §. Vide à lin. 8. in tom. 4. tr. 8. Res. 19. à lin. 4.

§. 1. Resolutio huius quæstionis pendet ex illa difficultate, an contactus instrumentorum in sumendis Ordinibus, sit de necessitate Sacramenti? Et sententiam affirmativam tenet Caietanus *quodlibet.* 1. *q.* 16. *& tom.* 1. *opuscul. tract.* 26. Victoria *in summa*, *q.* 230. *& in veteri edit. q.* 211. Henriquez *lib.* 10. *de Ordine, cap.* 10. Valentia *disput.* 9. *quæst.* 1. *punct.* 5. §. *quarta quæstio.* Emmanuël Sà *verb. Ordo.* Ægidius Coninck *de Sacram. disp.* 20. *dub.* 7. *num.* 7. Martinus Fornarius *de Ordine, cap.* 2. *n.* 4. Fernandez *in examine moralis Theologiæ, part.* 3. *c.* 11. §. 6. Faber *in* 4. *sentent. disp.* 24. *q.* 1. *disput.* 1. *c.* 4. *num.* 121. *& seq. de sacram. Ordinis.*

2. Probat Cajetanus, præcipuus huius sententiæ propugnator, quadruplici ratione.

Primò à simili. In omnibus aliis Sacramentis, si non sit physicus contactus, Sacramentum nullum est: vt si aqua baptizandum non contingat, nullus est Baptismus; quia non verificatur forma eius: Ego te abluo, & idem dicitur in Confirmatione, & Extrema-vnctione: ergo simili modo idem fatendum erit in hoc Ordinis sacramento.

3. *Secundò* arguit ex efficacia, & veritate formæ Ordinis, in qua dicitur: Accipe hoc, aut illud, in quibus verbis imperatur contactus corporalis: si ergo contactus non fiat, veritas formæ non implebitur, & ita nullum erit Sacramentum; oportet enim ad valorem Sacramenti veritatem formæ eius adimpleri. Porrò illis verbis: *Accipe*, &c. imperari contactum corporalem, probat; quia non impetratur actus interior, quia Ecclesia de solis interioribus non iudicat: ergo impetratur actus exterior interiori coniunctus, quo deficiente deficit Sacramentum.

4. *Tertiò*, si in Eucharistia, ad verificanda verba formæ: *Hoc est corpus meum*, requiritur contentum sub speciebus panis non solùm cadere sub sensu, sed etiam esse Sacerdoti præsens; ita vt sine illis demonstrationibus sensibilibus, propter illud pronomen, *hoc*, nullum esset Sacramentum; ita cùm Episcopus dicit, *Accipe*, oportet imperium istud per sensum impleri: ergo, si nullus erit contactus sensibilis, nullum etiam erit Sacramentum.

5. *Quartò*, non minùs necessarium est ad hoc Sacramentum, quod dicitur, quàm quòd fit, secùs verba inania essent, sed quod fit, nempe, impressio characteris, est omninò necessaria ad valorem huius Sacramenti: ergo etiam contactus corporalis, qui per verba exprimitur, erit omnino necessarius. Confirmatur: porrectio ipsa actiua instrumentorum, quæ sunt materia Ordinis ab Episcopo facta, secundùm omnes prærequiritur ad valorem huius Sacramenti: ergo & acceptio passiua corporalis, quæ fit mediante contactu, ad idem Sacramentum validandum exigitur.

6. His tamen nonobstantibus, plures Doctores ego adduxi *in part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 185. contrariam sequentes sententiam. Probatur hæc opinio. Quia talis contactus, neque ex sensu Ecclesiæ, neque ex ratione suppositis fidei principiis colligi potest. Quæ nunc inuenietur in tom. 2. tr. 5. Res. 8.

7. Prius probatur. Concilium Florentinum solùm dicit: Presbyteratus traditur per calicis cum vino, & patenæ cum pane porrectionem, vbi solùm exigit porrectionem, quæ morali iudicio potest censeri fieri, quamvis ille, cui res porrigitur, eam physicè non tangat. Neque ex Romano Pontificiali physicus contactus potest colligi tanquam necessarius; nam licet dicat: tangunt, non tamen indicat huius contactus necessitatem.

8. Posterior pars probatur. Per hoc Sacramentum traditur potestas per porrectionem instrumentorum proportionatorum officio: quando autem traditur potestas, morali hominum iudicio non requiritur, vt is cui datur potestas, physicè contingat instrumenta: nam dum accedit ad acceptandum altero porrigente, censetur sufficienter acceptare, quamuis illa non tangat, vt patet in Principe, & proinde censetur potestatem recipere.

9. Confirmatur. Forma potest esse verissima: Accipe potestatem, &c. etiam subintelligendo, per hæc instrumenta, licèt ordinatus non tangat instrumenta; cùm ergo non constet aliunde huiusmodi contactum requiri, verius est sufficere, si instrumenta porrigantur, vt verbis formæ, significantibus certam potestatem tribui, respondeat materia, circa quam hæc potestas tribuitur.

10. Itaque dicendum est, quòd contactus, qui in ordinatione prærequiritur, valdè differt ab aliorum Sacramentorum contactu: nam in Baptismo, & Extrema-vnctione contactus ordinatur ad determinatam actionem suscipiendi Sacramentum inferendam, puta ad abluendum, vngendum, in qua actione tota ratio Sacramenti consistit, at in ordinatione contactus solùm ordinantur ad determinandam intentionem ordinantis, quæ determinatio fieri potest per hoc solùm, quòd Episcopus demonstret præsentem materiam & suscipiens vsum illius intelligat, & acceptet. Ergo verisimile hoc modo fuisse à Christo tale Sacramentum institutum. Et hanc sententiam præter alios tenet Albertus Magnus *in* 4. *sent. dist.* 24. *artic.* 38. *ad* 2. quam ob Magistri reuerentiam Diuus Thom. suppresso nomine retulit.

11. Nec

11. Nec obstat dicere, quòd praxis Ecclesiæ est oppositа, vtpote quæ cum exhibitione materiæ, eius acceptionem, & contactum exigit, quæ praxis, per traditionem sæculorum omnium, ex Christi institutione profecta ad nos vsu continuo peruenit.

12. Respondendum, inde aliud non colligi, quàm quòd talis contactus præcipiatur ab Ecclesia, proindéque omni ope curandum esse ordinando, vt tali præcepto satisfaciat, inferioribus digitis calicem, superioribus patenam tangendo, vt est in Pontificali, idque si fieri potest, simul cum prolatione verborum Episcopi, quòd tamen moraliter est accipiendum, cùm authore Victoria *de Sacrament. Ordin. num.*230. sufficiat paulo ante verba prolata, aut post, id facere: similiter & de materiis censendum esse docet Vasquez *disp.*246. *c.*2. *num.*19. quæ censentur moraliter, quantum est satis, ad culpam vitandam, apprehendi in continente, vasi scilicet vbi sunt; patet in vino quod in calice oblato Sacerdoti cùm ordinatur, sufficienter omnium iudicio tangi censetur. Quod si causam huiusmodi praxis in Ecclesia scire aues. Respondebo, non aliam esse, quàm vt traditio, & acceptio spiritualis potestatis, quæ ordinando datur, significetur expressiùs cùm ordinando symbolum materiale, quo talis potestas innititur, manu ipsemet apprehendit, aut tangit.

13. Igitur ex his opinionibus posset aliquis inferre resolutionem dubij iam positi: nam Doctores primæ sententiæ, qui asserunt contactum physicum esse de necessitate Sacramenti; respondebunt, non posse Pontificem in tali contactu dispensare. Auctores verò secundæ sententiæ affirmabunt. Et ita in terminis respondet Marchinus *de sacr. Ordinis, tract.*1. *part.*1. *c.*16. *num.*22. vbi docet, quòd contactus physicus in sacramento Ordinis, posset à Papa dispensari, suppleri, vel omitti. Sed spectat ad prouidentiam Dei etiam stante opinione affirmatiua, quòd Summus Pontifex nunquam dispensabit in contractu physico sacramenti Ordinis; quia si vera esset opinio negatiua, irritum remaneret Sacramentum, & nulla iusta causa dispensationis adesse potest. Ergo, &c.

RESOL. LXVII.

An Summus Pontifex possit permittere, vt Græci administrent Sacerdotium sine instrumentorum porrectione.

Et multa alia inueniuntur in textu huius Resolutionis circa materias Sacramenti Ordinis. Ex part.8. tr.1. Ref.42.

§. 1. SAtis ardua quæstio, quæ torquet doctorum hominum ingenia: nam materiam Presbyteratus esse porrectionem patenæ cum pane, & calicis cum vino, tradunt Doctores, quos ego citaui *in part.*3. *tract.*4. *resol.*187. & patet ex Concilio Florentino *in instructione Armenorum*, vbi sic dicitur: Sextum Sacramentum est Ordo, cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur Ordo, sicut Presbyteratus traditur per calicis cum vino, & patenæ cum pane porrectionem.

2. Probatur *Secundò* magis ex eo, quia Sacerdos per suam ordinationem primò, & per se accipit potestatem in ordine ad corpus Christi verum, quæ est potestas conficiendi Eucharistiam: & deinde accipit potestatem in ordine ad corpus Christi mysticum, quæ est potestas remittendi aliis peccata. Atqui per impositionem manuum non accipit Sacerdos potestatem conficiendi corpus Christi verum, vt constat ex forma eiusdem, quæ est forma remissionis peccatorum. Oportet igitur assignare materiam, circa quam versetur hæc potestas sacerdotalis conficiendi corpus, & sanguinem Christi Domini, quæ nihil aliud erit, quàm panis, & vinum consecrandum.

3. *Tertiò*, accedit validissimum argumentum: siquidem Sacerdotes recenter initiati, antequam manuum impositionem ab Episcopo accipiant, simul cum eodem proferunt verba consecrationis supra panem, & vinum ab eodé Episcopo consecrandũ: ergo independenter ab ipsa manuum impositione potestatem habent perficiendi corpus, & sanguinẽ Christi, quæ est præcipua potestas sacerdotalis: quare, sicut in cõsecratione panis, & vini, sacrificij Missæ substantia, saltem maxima ex parte consistit, ita in potestate transubstantiandi panem, & vinum in corpus, & sanguinem Christi, sacerdotalis potestas, & character Presbyteratus præcipuè consistet.

4. Et licèt aliqui asserant satis quidem probabiliter, quòd sacra ordinatio Presbyteri; cùm duabus partialibus ordinationibus perficiatur, ideò duas materias & duas formas ad completam essentialem constitutionem requiri. Et prioris quidem ordinationis materia est traditio calicis cum vino, & patenæ cum pane: forma verò, accipe potestatem offerendi sacrificium Deo, &c. sicut constat ex Pontificiali, & Florent. *in decreto Eugenij, & sextum Sacramentum.* Posterioris verò ordinationis materia, est impositio manuũ facta ab Episcopo: forma autem, accipe Spiritum sanctum, quorũ remiseris peccata, &c. vti colligitur ex Tridentino cit. *c.* . *de Extr. vnct.* Dionysius Areopagita *praxi* 1. *Eccleſiaſt. hierarchiæ, c.*5. *part.*2. Sacerdos coram sancto Altari ponens vtrumq; genu, in capite habet Pontificis dextram, & in hunc modum à sacrante Præsule sanctissimis inuocationibus consecratur; & Conc. Carthag. IV. *c.*3. Presbyter cùm ordinatur, Episcopo eum benedicente, & manuum supra caput eius tenente. Eandémque sententiam docuit Scotus, *in* 4. *dist.*24. *art.*3. Plaudanus *q.*6. *art.*4. Bellarminus *de sacram. Ordin. c.*9. Franciscus Turrianus *lib.*8. *constit. cap.*21. Henriquez *lib.*1. *cap.*6. *& cap.*11. *n.*10. Vasquez *disp.*240. *c.*3. Coninck *disp.*20. *dub.*7. *concl.* 2. contra Sotum *in* 4. *dist.*34. *q.*1. *art.*4. *concl.*5. Valentia *part.*5. imò etiam antiquos Scholasticos, vt S. Thomas *dist.*24. *q.*2. *art.*3. *& quæst.* . Richardus *art.*4. *q.*3. Durandus *quæst.*3. *art.*2. arbitrantes, manuum impositionem esse tantùm accidentalem cæremoniam. Sed contrà esse videtur, quòd verba in Sacramentis determinantia sensibile symbolum, siue materiam, id efficiunt quod significant: sed illa verba, *Accipe Spiritum sanctum, quorum remiseris peccata*, &c. quæ vnà cum manuum impositione ab Episcopo proferuntur, significant tum gratiam sacramentalem, vti colligitur ex Tridentino *sess.*23. *can.*4. tum etiam potestatem super corpus Christi mysticum: ergo vtrumque efficiunt, & consequenter ad essentialem rationem Sacramenti spectant.

4. Igitur ex his opinionibus apparet porrectionẽ instrumentorum patenæ, & calicis, esse de necessitate Sacramenti, & eius partem essentialem. Ergo nullo modo potest Pontifex dispensare, seu permittere, vt Presbyteratus Ordo absque dictorum instrumentorum porrectione administretur; nam alioquin mutaret materiam Sacramenti, quod facere non potest. Vnde ex his sequi videtur Ecclesiam Græcam caruisse, & carere Ordine Presbyteratus, & per consequens Episcopus, & ex

Sup. hoc in Ref. not. præteritæ, & suprà latè in Ref. 12. à principio, & in tom.1. tr. 3. lege latissimam doctrinam Ref.2. & in tom.4. tr.8. Ref.22. cursim in §. vlt. ad medium.

hoc (bone Deus) quanta sequerentur absurda, & inconuenientia.

6. Vidisti (amice Lector) syrtus, & scopulos huius quæstionis? vidisti quanta laboramus in Charybdi? Sacer aliquis Neptunus optandus est, qui procellosum pelagus tranquillet, & is erit scientissimus Pater Amicus, qui latè *in suo cursu Theologico, tom. 7. disp. 2. sect. 4.* hanc opinionem pertractat, & *num. 31.* asserit, omnes materias, & formas Sacramentorum esse à Deo, vel à Christo institutas, non tamen singulas quoad speciem, sed aliquas quoad genus tantùm, determinandas quoad speciem ab ipsis Apostolis, vel Ecclesia: inter quas est materia, & forma sacramenti Ordinis, cuius singulæ materiæ, & formæ singulorum Ordinum non fuerunt à Christo Domino determinatæ in specie, sed tantùm in genere, sub aliquo signo sensibili expressiuo potestatis, quæ per ordinem traditur.

Sup. hoc in Resolutionibus assignatis in §. Dicendum: huius Res.

7. Duplex autem huius sententiæ est fundamentum.

8. *Primum* ductum ab ipsa varietate formæ & materiæ, quibus diuersis temporibus vsa est Ecclesia ad hoc Sacramentum conferendum. Certum autem est, non posse Ecclesiam in materiis, & formis substantialibus Sacramentorum errare: ergo dicendum est, nullam materiam, vel formam in specie fuisse à Christo determinatam ad hoc Sacramẽtum conficiendum, sed tantùm in genere sub aliquo signo sensibili expressiuo illius potestatis, quæ per Ordinem traditur. Maior constat: minor probatur; quia nequit Ecclesia errare in assignandis mediis ad salutem necessariis, ad hoc enim datæ sunt illi claues cum infallibili Christi promissione, vt non sint portæ inferi contra eas præualituræ. Atqui sacramentum Ordinis est maximè ad salutem necessarium, cùm ex eo pendeant duo Sacramenta ad salutem apprimè necessaria, cuiusmodi sunt Pœnitentia, & Eucharistia, quæ non nisi à legitimo ministro per veram materiam & formam ordinato confici possunt.

9. *Secundum* fundamentum ducitur ab authoritate Clementis VIII. qui peculiari Bulla edita anno 1595. die 31. Augusti, qui incipit: *Sanctissimus Dominus noster Clemens Papa VIII. in fine*, ex sententia Congregationis super reformatione Græcorum (sunt verba Bullæ) decernit, declarat, mandat, constituit Romæ habendum esse Episcopum Græcum Catholicũ, qui Græcos Episcopis Latinis Italiæ, & Insularum adiacentium subiectos ab Episcopo Græco ordinari volentes cum illorum dimissoriis ad id tantùm concedendis ritu Græco ordinet. Ex quo Pontificis decreto euidenter deducitur assertio posita hoc pacto. Non potest non esse validus ritus ille ordinandi, quem peculiari Bulla Summus Pontifex approbat: atqui Summus Pontifex peculiari Bulla approbat ritum ordinandi Græcorum; ergo non potest ille non esse validus. Sed ritus ordinandi Græcorum est quoad materiam & formam diuersus à ritu ordinandi Latinorum: ergo neuter est per se determinatè necessarius ad validitatem Sacramenti, sed poterit sub alterutro collatus esse validus. Maior patet: quoniam, vt *suprà* probatum est, nequit Pontifex in declarandis mediis ad salutem necessariis errare. Minor assumpta probatur; quia dum per Bullam declarat habendum esse vt Catholicum illum Græcum Episcopum, qui Græcos subditos Episcopos Latinis cum eorum dimissoriis Græco ritu ordinat, simul declarat, Ordinem per talem ritum collatum, esse validum, alioqui nec posset cum detrimento animarum propria Bulla talem ritum permittere, nec Catholicum Episcopum declarare, qui ab essentiali ritu conferendi hoc sacramentum à Romana Ecclesia recederet. Ergo ritum illum permittit, & Catholicum Episcopum declarat, qui eo vtitur, quia iudicat illum esse validum.

11. Ex dictis deducitur, *Primò*, quo pacto sacramentum Ordinis semper validè fuerit in Ecclesia Dei collatum, non obstante signorum varietate, sub quibus pro diuersis temporibus, diuersisque Ecclesiis, fuerit, & de facto nunc in Ecclesia Græca & Latina conferatur: quia cùm hoc Sacramentum ex institutione Christi nullum habeat certum signum in specie, sub quo conferri debeat, sed tantùm in genere, quatenus aliquo modo expressiuum est potestatis, quæ per ordinem traditur, cúmque hoc in specie determinare sit penes Ecclesiam, potuit pro variis temporibus, variisque Ecclesiis varia signa materialia ad eandem Ordinis potestatem exprimendam determinare. Vnde ante scripta Euangelia in ordinatione Diaconi adhibebat solam manuum impositionem, quam etiam solam adhibebat in ordinatione Presbyteri, vt constat, tum ex præcitato Concilio Carthaginensi IV. tum ex Nicæno I. *can. 9.* tum ex ritu Græco, tum maximè ex sacris Oraculis, in quibus sola mentio fit de impositione manuum, *Act. 13.* Cùm Apostoli Saulum & Barnabam Presbyteros crearunt; *Tunc* inquit textus, *ieiunantes, & orantes, imponentésque eis manus, dimiserunt illos.* 1. ad Timotheum 5. *Manus*, inquit Paulus Timotheo Episcopo, *citò nemini imposueris*; & 2. ad Timotheum 1. *Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei quæ est in te, per impositionem manuum mearum*, & ibid. cap. 4. *Noli negligere*, inquit, *gratiam, quæ est in te, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum Presbyterij.* Hanc eandem manuum impositionem seruat nunc Ecclesia Latina in ordinatione Diaconi, & Presbyteri, sed præter eam ad maiorem collatæ potestatis expressionem, adhibet in ordinatione Diaconi traditionem Euangeliorum, cum verbis clariùs exprimentibus potestatem legendi Euãgelia in Ecclesia Dei: in ordinatione Presbyteri traditionem calicis cum vino, & patenæ cum hostia, cum verbis clariùs significantibus potestatem sacrificandi. Dixi, cum verbis clariùs exprimentibus: nam aliqua verba implicitè saltem & confusè ordinis potestatem significantia semper fuerunt necessaria, còm omne Sacramentum nouæ legis constare debeat ex rebus, & verbis.

11. Deducitur *Secundò*. Ritu Græco per vnicam impositionem manus, vnicámque formam duplicem conferri potestatem, Subdiacono quidem contrectandi vasa sacra, & legendi Epistolas; Diacono dispensandi corpus, & sanguinem Christi, ex commissione Sacerdotis, nec non legendi Euangelium; Presbytero consecrandi corpus, & sanguinem Christi, & simul à peccatis absoluendi: ritu verò Latino, non nisi per duplicem materiam, duplicémque formam.

12. Deducitur *Tertiò*. Quo pacto concilianda sint non modò Concilia, sed etiã graues Authores, qui varias materias huic Sacramento assignant. Nam Concilium Nicænum I. *can. 9.* Carthaginense IV. *c. 3.* Tridentin. *sess. 14. cap. 3. de Extrema vnctione*, Presbyteratum manuum impositione conferri docẽt: Florentinum verò traditione calicis cum vino, & patenæ cum hostia. Inter Scholasticos Bonauentura *in 4. dist. 24. part. 2. art. & quæst. vlt. ad. 2.* Scotus *quæst. vnica §. de secundo.* Durandus, *q. 3. n. 8.* Diaconatum conferri putant per solam manus impositionem cùm forma competente. Alij per solam Euangeliorum traditionem cum forma correspondente, vt S. Thomas *in 4. distinct. 24. q. 2. artic. 3.*

Sup. hoc in tom. 2. tr. 5. Res. 6. & lege etiam alias Res. eius annotationũ. Et pro Diaconatu conferendo ad medium huius §. ibidem in Res. 5.

ad

ad 5. Richardus *artic. 4. q. 3.* Palatius *disp. 7. post primam concluſ.* Vaſquez *3. part. diſp. 238. cap. 4.* Modus autem eos conciliandi eſt, quòd omnes ſufficientem materiam Sacramenti Ordinis aſſignent: quia cùm hæc non ſint in ſpecie determinata, ſed tantùm in genere ſigni ſenſibilis Ordinis poteſtatem exprimentis, quæuis ex aſſignatis erit ſufficiens materia Ordinis, modò accedat forma ſufficienter poteſtatem exprimens.

13. Et tandem deducitur, potuiſſe Eccleſiam pro variis temporibus, varias adhibere materias huius Sacramenti irritando priorem, & nouam ſtatuendo. Conſtat *primò* à paritate ſacramenti Matrimonij, in quo antea adhibebat quemcumque contractum, etiam clandeſtinum; poſt Concilium verò Tridentinum non adhibet, niſi publicum, clandeſtino irritato. *Secundò* euidenter deducitur ex facto principio. Etenim ſi penes Eccleſiam eſt, materiam huius Sacramenti aſſignare, aſſumendo illam vt ſignum expreſſiuum poteſtatis, poterit pro vno tempore aſſignare vnam materiam pro ſigno expreſſiuo poteſtatis; pro alio verò aliam, priorem irritando. Nam cùm illa in ratione ſigni formaliter ſignificantis pendeat ab Eccleſia, poterit pro vno tempore ſtatuere vnum ſignum, vt expreſſiuum poteſtatis Ordinis, pro alio verò tempore nolle amplius illud ſtatuere vt ſignum expreſſiuum poteſtatis eiuſdem: ſicut poteſt Reſpublica pro aliquo tempore aſſumere certam vocem ad ſignificandam certam rem, pro alio verò aliam, priori voce abrogata. Et hæc omnia, vt dixi, docet Pater Amicus *vbi ſuprà*, qui ex multis aliis rationibus, ſuam confirmat ſententiam, & ad contraria reſpondet.

14. Sed quia quæſtio eſt ſatis inſignis, & his temporibus agitata; non deſeram etiam hîc adnotare, præter Amicum, eius ſententiam antea docuiſſe Petrum à Sancto Ioſeph *in Idea Theolog. Sacram. 35. reſol. 3.* vbi ſic ait: Difficultas eſt, quænam ſit materia huius Sacramenti. Reſpondeo, materiam illius remotam eſſe, res quæ traduntur ordinando, nempe calicem cum vino, & patenam cum hoſtia non conſecrata, proximam verò eiuſmodi rerum traditionem. Probatur, tum ex decreto Eugenij ſæpiùs citato, tùm ea ratione communi, quia generatim in omnibus Sacramentis, quæ in vſu conſiſtunt, materia remota eſt res, quæ applicatur ſuſcipienti Sacramentum; proxima verò ipſa applicatio materiæ remotæ, vt ſatis patet ex ſuprædictis. Tum denique ex communi ſenſu Theologorum, & Prælatorum, qui non putarent aliquem validè ordinatum eſſe in Sacerdotem, ſi prædicta cæremonia prætermiſſa eſſet. Vnde ſedulò curant, non tantùm vt ordinando porrigantur calix & patena cum pane & vino, ſed etiam vt ab eo tangantur.

15. Verùm contra hoc grauis eſt obiectio, de ordinatione Græcorum, quæ ſine inſtrumentis peragitur, vt plerique teſtantur, & ipſe à Græco quodam viro docto audiui. Vnde poſſet aliquis exiſtimare, porrectionem illam inſtrumentorum non eſſe de eſſentia Ordinationis ſacerdotalis.

16. Ita reſpondet Theologus quidam doctiſſimus, cui hanc difficultatem olim propoſui. Hæc tamen reſponſio, vt ingenuè dicam neque mihi tunc placuit, neque iam arridet, cùm antedicta debeant intelligi de materia eſſentiali, eo vel maximè, quia illi reſpondet, & ſuper eam cadit forma illa: Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium, &c. quæ haud dubiè eſt eſſentialis, cùm per eam detur ordinato poteſtas conficiendi corpus, & ſanguinem Chriſti.

16. Quare dicent alij, Græcos carere vero ſacerdotio, defectu materiæ eſſentialis. Verùm hæc reſponſio nobis dura videtur, tum aliis de cauſis, in fuſiori tractatu relatis, tum præſertim, quia cùm Græci eo modo ordinati, non tantùm alibi, ſed etiam Romæ Sacrum celebrent, ſciente, & probante Summo Pontifice, dici non poteſt, ſine graui iniuria Sedis Apoſtolicæ eorum ordinationem eſſe inualidam.

17. Dicendum igitur videtur, ex Chriſti inſtitutione in materia Ordinationis eſſe quandam latitudinem; ità vt per ſe loquendo, ea conſiſtat in porrectione calicis, & patenæ cum pane, & vino: ex conceſſione tamen Sedis Apoſtolicæ, ad eam ſufficiat ex parte materiæ, manuum impoſitio, ſine illa inſtrumentorum porrectione. Quemadmodum ex eadem Chriſti inſtitutione, in miniſtro Confirmationis eſt aliqua latitudo: nam per ſe loquendo, Epiſcopus ſolus poteſt validè, tale Sacramentum conferre; ſi tamen accedat conſenſus Sedis Apoſtolicæ, ſimplex Sacerdos illud validè adminiſtrare poteſt. Neque mirum eſt, quòd in Sacramentis admittatur quædam latitudo, quòad partes ipſorum eſſentiales: quia cùm non ſint res phyſicæ, ſed morales, ex voluntate Chriſti pendentes, non opus eſt vt conſiſtant in indiuiſibili. Si quis tamen conuenientiorem, & ſolidiorem huiuſmodi ſolutionem ſuggeſſerit, eam libentiſſimè amplectar. Hucuſque à Sancto Ioſeph: cui etiam addo Ioannem Præpoſitum *in 3. part. quæſt. vnica, de ſacram. Ordin. dub. 10. n. 109.* alibi à me citatum, Arcudium *in Concil. lib. 6. cap. 4.* Fornarium *de ſacram. Ord. c. 2.* & duos doctiſſimos Cardinales, Lugum *de Sacram. tom. 1. diſp. 1. ſect. 4.* vbi latè, & doctè, vt ſemper ſolet, hanc pertractat materiam; & Bellarminum *lib. de Sacrament. Ordinis, c. 7. in fine*, vbi ſic ait. Credibile autem eſt, Dominum inſtituiſſe iſtas omnes materias Ordinum, non quidem in particulari, ſed generatim, monendo Apoſtolos, vt Ordines conferrent per cæremonias inſtrumentorum, quibus ſignificaretur eorum poteſtas. Ita ille. Sed nota, quòd inter inſtrumenta intelligendæ ſunt etiam manus quæ ſunt inſtrumentorum inſtrumenta, ac proinde etiam manuum impoſitio recenſenda eſt inter cæremonias inſtrumentorum, quibus ordinandi poteſtas ſignificatur.

18. *Nota* tamen, (amice Lector) quòd poſt hæc ſcripta, doctiſſimus, & amiciſſimus Pater Franciſcus de Lugo, Societatis Iesv, germanus Eminentiſſimi Cardinalis, dono mihi dedit ſuum ſatis eruditum opuſculum *de Sacramentis in genere* vbi *in cap. 1. quæſt. 7. num. 70. & 73.* omnia ſuperiùs dicta approbat, & docet; & eius verba hæc ſunt. Poteſt vrgeri magis ex ordinatione Sacerdotum, & Diaconorum; quia Sacerdotium; & Diaconatus conferebantur olim per ſolam manuum impoſitionem, vt habetur in Concilio Carthaginenſi IV. *can. 3. & 4.* tradúntque Dionyſius, Clemens, Damaſus, Auguſtinus apud Bellarminum *tom. 2. lib. vnico de Ordine, c. 9.* Videatur Arcudius *de concordia Eccleſiæ Occidentalis, & Orientalis in Sacramentorum adminiſtratione lib. 6. c. 3.* Vaſquez *3. part. tom. 3. diſp. 239.* Ioannes de Lugo *tract. de Sacramentis diſp. 12. ſect. 5.* Et nunc in Eccleſia Græca non ſolùm Epiſcopi Schiſmatici, ſed etiam Catholici, & qui Romæ degunt, dum Græcos Presbyteros ordinant, ſciente atque conſentiente Summo Pontifice, non per calicis & patenæ porrectionem id faciunt, ſicut Latini, ſed per manus impoſitionem ſuper caput ordinandi, dicente Epiſcopo: Diuina gratia, quæ ſemper infirma ſanat, & quæ deſunt, ſupplet, creat ſeu promouet N. venerabilem

Alibi ſignater in tom. 2. tr. 5. Reſ. 2. & latè in Reſ. 1. & ſuprà in hac ipſamet Reſ. cum eodem præpoſito, ſed in alio loco in §. Vidiſti ad medium; & in tom. 4. tr. 8. Reſ. 78. §. 2. ante medium, à verſ. ipſe tamen, non deſignauit. vſque in finem dictæ Reſ.

Sup. hoc ſupra in diuerſis §§. & verſ. huius Reſ. & in tom. 2. tr. 5. Reſ. 1. §. Nec etiam, ante medium, verſ. Et tamen Græci. ſed lege eam per totam.

Diaconum in Presbyterum. Oremus igitur pro eo, &c. Similiter ordinant suos Diaconos sine traditione libri vel calicis per solam manuum impositionem cum his verbis: Diuina gratia promouet hunc Diaconum, &c. Ergo non sufficit eadem materia, & forma sacramenti Ordinis pro vniuersa Ecclesia.

19. Sed respondetur materiam, & formam sacramenti Ordinis eo modo, quo Christus illas instituit, vbique terrarum easdem esse; Christum tamen in particulari non determinasse materiam, & formam materialiter sumptas, sed generice solùm, & in communi præscripsisse, quòd conferretur Ordo per aliquod signum sensibile significatiuum potestatis, quæ traditur, & per hæc verba hoc ipsum exprimentia, subindeque fuisse commissum Ecclesiæ determinare materiam, & formam in particulari, siue particularia signa potestatis per Ordinem collatæ. Quapropter Ecclesia vtens hac potestate sibi concessa pro diuersis temporibus, aut Ecclesiis diuersa signa determinauit, siue diuersam materiam, & formam ordinationis materialiter sumptam.

20. Probatur ex *cap. Presbyter, de Sacram. non iterand.* vbi docet Innocentius IV. communiter receptus, Apostolorum tempore formam ordinationis fuisse solam manuum impositionem. Vnde credimus (inquit) quòd nisi essent formæ postea inuentæ, sufficeret Ordinatori dicere, sis Sacerdos vel alia æquipollentia verba; sed subsequentibus temporibus formas, quæ seruantur, Ecclesia ordinauit. Ergo sicut Ecclesia pro diuersis temporibus diuersa signa particularia determinauit in ordinatione, sic etiam potuit pro Græcis & Latinis determinare diuersa: ita tamen vt vtraque Ecclesia Græca, & Latina conferat ordinationem per sensibile signum & verba recte significantia traditionem potestatis, & per consequens vtraque validum Sacramentum efficiat, quia seruat, formaliter loquendo, materiam & formam institutam à Christo, licèt materialiter vtatur signis diuersis, quatenus Græci magis confuse significant potestatem Diaconi, vel Sacerdotis solo nomine Diaconi, vel Presbyteri: Latini verò magis explicitè, quatenus in Diacono duplicem exprimunt potestatem legendi Euangelium, & ministrandi solemni sacrificio; in sacerdote pariter potestatem sacrificandi, & absoluendi distinctè significant. Hucusque Pater Franciscus de Lugo. Et hæc dicta sufficiant circa præsentem quæstionem satis quidem difficilem, ex cuius resolutione plures difficultates faciliùs resoluuntur: etsi aliter dicendum esset, vbique vepres & spinæ inuenirentur.

RESOL. LXVIII.

An Pontifex possit dispensare. Vt simplex Sacerdos conferat Ordines minores?

Et notatur Episcopum non posse non Episcopo committere potestatem conferendi Ordines etiam minores, sique committat, nihil fieri.

Et an Cardinales Presbyteri possint conferre Ordines minores? Ex part. 8. tr. 1. Resol. 33.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 8. Resol. 25. per totam & signanter paulo post initium, à vers. vnde colligit.

§. 1. IN hac quæstione censet Adrianus *in 4. q. de Sacramento Confirmationis, art. 3. §. Secundo principaliter*, nouum, quod dicitur, à Presbyteris Cardinalibus nullo modo Ordines minores, nedum maiores, verè conferri posse, eo quòd existimet diuina institutione solùm Episcopum esse ministrum huius Sacramenti; & minores Ordines Sacramenta esse; ac proinde neque Ecclesiam posse hoc ministerium alteri committere, quia circa ministri institutionem à Deo factam Ecclesia nihil potest immutare: cúmque asserat, fore, vt posset concedi Presbyteris collatio minorum Ordinum, si iure tantùm Ecclesiastico Episcopis reseruata esset, planè sentit, in eorum tantùm sententia, qui putant minores Ordines non esse Sacramenta à Christo instituta posse Sacerdotibus simplicibus collationem eorum concedi, qui tamen docet, minores Ordines esse Sacramenta, censet etiam, nullo modo prædictam facultatem simplicibus Sacerdotibus, etiam ad minores, posse concedi, vt saltem ex commissione aliquos eorum conferre possent. Adriano consentit Maior *in 4. dist. 7. q. vnica, §. Secundo argumento*, non longè à fine (vbi solùm dicit, hoc placitum esse tutius) qui existimat, minores Ordines esse Sacramenta. Addit Adrianus, & errasse Gregorium, committendo ministerium Ordinis simplicibus Sacerdotibus. Maior etiam de facto illo Gregorij circa sacramentum Confirmationis, dicit curandum non esse.

Sup. hoc sopra in Resol. 65. §. 1. fin. 10. & in aliis eius annot.

2. Sed prorsus contrariæ sententiæ adhærendum esse puto, & ideò DD. Cardinales posse conferre Ordines minores ego satis probaui *in part. 5. tr. 2. resol. 5.* Et ideò simplicem Sacerdotem posse ex commissione Pontificia conferre minores Ordines, docet D. Thom. *in 4. dist. 25. q. 1. artic. 2. ad 3.* Paludanus *ea distinct. quæst. 1. artic. 2.* Scotus *dist. 24. quæst. vnica §. de tertio.* Sylvester *verb. Ordo 3. q. 7.* Couarr. *lib. 1. var. cap. 10. num. 9. & 10.* Richardus *in 4. distinct. 25. art. 1. quæst. 7.* quorum sententiam supponit Tridentinum *sess. 23. cap. 10. de reformatione, & cap. 1. de ordinatis ab Episcopo, qui renuntiauit Episcopatui*, confirmátque praxis quotidiana Abbatum.

Quæ nunc inuenietur in tom. 9. tr. 7. Resol. 1. & hîc infrà in Resol. 71. circa finem propè finem, vers. quia modo.

3. Itaque non est recedendum ab affirmatiua sententia; & meritò quidem, eo quòd non tantùm antiquitùs, sed nunc etiam concessum videamus, Cardinalibus non Episcopis, & Abbatibus exemptis primam Tonsuram, & minores Ordines conferre: in quo Summum Pontificem, qui hoc priuilegium concessit, & hoc ministerium commisit, errasse, sicut dixit Adrianus, absque ingenti temeritate dici non potest. Neque verò hæc facultas reuocata fuit per Concilium Tridentinum, imò verò potiùs confirmata: nam *in sess. 23. c. 10. de reformatione* præcipitur Abbatibus, & aliis quibuscunq; exemptis, intra fines alicuius Dœcesis existentibus, ne vlli, nisi subdito regulari primam Tonsuram, aut Ordines minores conferant. Concedit igitur, aut permittit, vt antiquo priuilegio vtentes, ex commissione subditis regularibus minores Ordines conferant. Accedit, quòd si infrà probatum fuerit, pro hoc Sacramento non solùm esse ministrum ordinarium, sed etiam ex commissione esse posse, negari non poterit, Sacerdotem non Episcopum ad conferendos minores Ordines ad minimum ministrum esse posse ex commissione.

4. Nec superioribus obstat dicere, quòd potestas conferendi minores Ordines consistit in charactere Episcopali; sed simplex Sacerdos non habet characterem Episcopalem: ergo non potest minores Ordines conferre. Confirmatur, quia commissio, vel licentia Summi Pontificis non tribuit simplici Sacerdoti maiorem potestatem Ordinis, quàm antea habebat: sed sine commissione, aut licentia Papæ, non habet simplex Sacerdos potestatem conferendi minores Ordines, & si id tentare præsteret, nihil omninò efficiet: ergo quantumuis Summus Pontifex concedat hanc potestatem, non poterit simplex Sacerdos hos Ordines conferre. Respondetur; obiectionem hanc fore difficiliorem, si non haberet

haberet eandem vim ad probandum non posse simplicem Sacerdotem ex commissione Summi Pontificis, esse ministrum sacramenti Confirmationis, quod non nisi ab Episcopo ordinario ministrati potest, & tamen verissima sententia est, id posse committi Sacerdoti simplici, & re ipsa commissum esse. Dico ergo, potestatem conferendi minores Ordines, sicut & Confirmationem, consistere quidem in charactere Episcopali, quando hæc collatio fit ordinarie, & ex officio, satis est character sacerdotalis. Ad confirmationem, concessis maiori, & minori, negatur consequentia: quia hæc est Summi Pontificis potestas, ita declarante Ecclesiæ praxi vt concedere possit Sacerdoti simplici facultatem iurisdictionis quasi simul cum charactere sacerdotali sufficiat ad conferendos aliquos Ordines, & sacramentum Confirmationis: nemo enim dubitabit ita Christum Dominum instituere potuisse: quòd autem instituerit sufficienter Ecclesiæ persuasum est.

5. *Notandum* est hîc cum Reginaldo *tom. 2. lib. 20. tract. 1. cap. 5. num. 25.* Episcopum non posse non Episcopo committere potestatem conferendi Ordines etiam minores, siquè committat, nihil fieri: & rationem adducit; quia licèt habeat plenissimam potestatem circa corpus Christi Mysticum; circa corpus tamen Christi verum, non habet maiorem potestatem, quàm alius Sacerdos. Quia ergo potestas conferendi Ordines supponit potestatem supra corpus Christi verum, iuxta illud quod *in cap. ex literis, de excessib. Prælat.* dicitur, Pontificale officium sine Altaris ministerio non valere adimpleri, non potest alteri committi, quàm Sacerdoti, qui solus habet potestatem supra corpus Christi verum. Ergo, &c.

RESOL. LXIX.

An Pontifex possit dispensare, vt simplex Sacerdos conferat Ordinem Subdiaconatus?

Et praxi huius quæstionis adducitur quædam Bulla Papæ, in qua conceditur quibusdam Abbatibus Ordinis Cistercienſis, vt possint conferre Ordinem Subdiaconatus, & Diaconatus Religiosis eiusdem Ordinis. Ex part. 8. tract. 1. Resol. 34.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet D. Thomas *in 4. dist. 25.* Richardus *in 4. dist. 25. art. 1.* Resol. 4. & hanc sententiam esse communem testatur Nauarrus apud Layman *lib. 5 tract. 9. cap. 9. num. 4.* quam tenent ex neotericis Candidus *tom. 4. disp. 4. art. 3. dub. 17.* & Molfesius *in Summa, tom. 1. tract. 2. cap. 2. num. 3.* Azorius *tom. 2. lib. 3. cap. 48. quæst. 16.* Sayrus *de censuris. lib. 6. cap. 8. num. 8.* & alij.

2. Sed ego affirmatiuæ sententiæ adhæreo quam tuetur Granadus *in 3. part. tract. 2. disp. 2. n. 3. & 4.* vbi sic ait: Difficultas est, an simplex Sacerdos ex Summi Pontificis commissione conferre possit Ordines maiores? quoad Diaconatum, & Subdiaconatum non pauci sunt qui negant. Alij verò contrarium affirmant, non solùm vt possibile, sed vt reipsa concessum. Nam Ledesma *in illo tract. 1. cit. in fine*, id docet, affirmans se ita accepisse ab homine fide digno, qui testabatur se vidisse Parisiis diploma, in quo Summus Pontifex concedebat nonnullis Abbatibus potestatem conferendi Subdiaconatum ex natum. Refert etiam Ledesma quendam Bernardi in Monachum ipsi dixisse, Abbatem sui Monasterij consueuisse ordinare Subdiaconos. *Deinde* Victoria *in Summa, quæst. 216.* Vidi (inquit) ego Bullam Papæ quibusdam Abbatibus Ordinis Cistercienſium concedentis, quòd possent conferre Subdiaconatum. Et alij dicunt quòd Diaconatum etiam. Si hoc ita est, ego dico quòd factum tenet, excepto Sacerdotio: alias esset intolerabilis error. Hæc Victoria. *Tertiò* Henriquez *c. 23. §. 2. in commentario, littera C.* Potest (inquit) Papa simplici Sacerdoti committere, vt ordinet Subdiaconos. *Quartò* Rodriguez *tom. 2. cap. 14. in fine*, ait ex commissione Papæ posse simplicem Sacerdotem conferre Subdiaconatum, & Diaconatum. *Denique* Nauarrus *supra num. 1.* refert, ante Tridentinum concessum fuisse à multis Pontificibus cuidam Abbati priuilegium ordinandi Subdiaconos.

Resol. 1. post seq. paulo post initiū, & in tom. 2. tr. 5 Res. 80. §. ad aq. & in Res. 82.

3. Ego quidem vt verum fatear, negare non possum, à Summis Pontificibus fuisse concessum simplici Sacerdoti priuilegium ordinandi Subdiaconos: quia ita testantur viri grauissimi & doctissimi. Quòd autem id facere potuerit, persuadet tum authoritas Vicarij Christi Domini, quem in hoc negotio erraſſe putandum non est, cùm sit res grauis, & ad Ecclesiæ mores pertineat: tum etiam maxima eius potestas, & iurisdictio, quæ non est in Scriptura, aut Patribus, aut praxi Ecclesiæ restricta, vt nequeat prædictam facultatem concedere, sicut concedit ad Ordines minores. Hucusque Granadus.

4. Nec deseram etiam hîc apponere verba Ioan. Præpositi *in 3. part. de sacrament. Ordinis, quæst. vnica, dub. 13. num. 120.* vbi ita asserit: Victoria asserit se vidisse Bullam Pontificis concedentis quibusdam Abbatibus Ordinis Cistercienſis, vt possent conferre Subdiaconatum, & Reuerendus admodum Dominus Dassignies, Abbas de Nizelle in Brabantia Gallicana, mihi retulit se vidisse Reuerendissimum eorum Generalem vno die conferentem sacrum Subdiaconatus Ordinem quinque Religiosis Monasterij Cambronensis in Hannonia Ordinis Cistercienſis. Imò Rodriguez *tom. 2. quæstionum Regularium*, refert Bullam Innocentij VIII. anno 1489. quâ concedit Abbati Cistercienſi potestatem conferendi Ordinem Subdiaconatus, & Diaconatus Religiosis eiusdem Ordinis, quam potestatem etiam concedit quatuor præcipuis Abbatibus eiusdem Ordinis respectu Religiosorum sui Monasterij. Eandem Bullam se vidisse refert Vasquez *supra*, & Maior *loco citato, sub finem*, asserit per Bullam Pontificis prædictis Abbatibus id aliquando concessum fuisse, mihíque affirmauit quidam Religiosus Monasterij de Vaucelles, eiusdem Ordinis Generalis hanc habere potestatem. Idem plures alij Religiosi eiusdem Ordinis mihi retulerunt hac de re à me consulti, quorum testimonium in re ad eos spectante non potest prudenter reiici, vel eleuari. Et ideò hanc sententiam tenet etiam Opatouius, Ochagauia, Hurtadus, Caramuël, & Auersa *locis citandis in seq. resol.*

5. Ad auctoritatem verò D. Thomæ, & aliorum, respondeo cum Ledesma, & Granado, eos locutos fuisse de potestate magis generali, & ordinaria, quæ ex decretis iuris Canonici constet; secundùm hanc enim non potest Papa concedere priuilegium conferendi Ordines maiores; benè tamen de potestate absoluta.

RESOL. LXX.

An Pontifex possit dispensare, vt simplex Sacerdos conferat Ordinem Diaconatus?

Et priuilegia concessa aliquibus Abbatibus conferendi Subdiaconatum, & Diaconatum, an hodie sint reuocata per Concilium Tridentinum? Ex part. 8. tract. 1. Resol. 35.

Sup. hoc in §. 1. Reſ. ſeq. & in tom. 2. tr. 5. Reſol. 27. & Partem. ad medium, verſ. Imo, & in tom. 4. tr. 8. vide Reſ. 25. per totam, & ſignanter paulo poſt initium, à verſ. vnde colligit.

NEgatiuè reſpondet Turrianus *in annot. ad Concil. Nicænum, num.* 54. & alij Doctores citati in principio ſuperioris reſolutionis. Etiam hanc ſententiam inclinat Granadus *in 3. part. controu. 9. tract. 2. diſp. 2. num.* 5. vbi ſic ait: Si verò quis petat vlteriùs, an Pontifex concedere poſſit ſimplici Sacerdoti poteſtatem ordinandi Diaconos. Reſpondetur, ſi conſtaret id factum fuiſſe à Summo Pontifice, conſequenter dicerem id potuiſſe; ſed non inuenio ſufficiens teſtimonium: quia priuilegia quorum authores citati meminerunt, agunt de Subdiaconatu: & Victoria ſolùm ait, nonnullos id affirmare etiam de priuilegio conferendi Diaconatum. Aliunde verò obſtat, communis Theologorum, quæ id negare videtur, & maior excellentia Diaconatus, quia eſt Ordo ſacratior, & proinde petit potiori iure Epiſcopum, vt miniſtrum. Ita Granadus.

2. Sed affirmatiuam ſententiam meritò docent Vaſquez *in 3. part. tom. 3. diſp.* 243. *cap.* 9. *num.* 38. Opatouius *de Sacrament. tract. de Ordine, diſp.* 5. *num.* 14. Ochagauia *de Sacrament. tract. vnico, de Ordine, quæſt.* 7. *num.* 10. Hurtadus *de ſacram. Ordin. diſſic.* 18. Præpoſitus *in 3. part. de ſacrament. Ordin. quæſt. vnic. dub.* 13. *num.* 122. Vnde doctiſſimus, & amiciſſimus Caramuël *in comment. ad Regulam D. Benedicti, cap.* 62. *num.* 1626. ſic ait. Aſſerunt communiter Theologi, neminem præter Epiſcopos poſſe conferre Ordines ſacros, illos, inquam, quos maiores dicimus: contrarium tamen probabilius eſt legitima praxi confirmante, nam Abbati Ciſtercij, & quatuor primis Coabbatibus conceditur ab Innocentio VIII. anno 1489. vt Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines conferant; ille nimirum quibuſcumque totius Ordinis, iſti ſuorum Monaſteriorum Religioſis. Hoc priuilegium eſt in praxi, & hodie ſuperſunt qui ad maiores Ordines ab his Abbatibus fuerunt promoti. Ita Caramuël, cui etiam non grauabor addere doctum P. Auerſam *de Sacrament. Ordin. quæſt.* 3. *ſect.* 3. rectè aſſerentem, quòd admiſſa commiſſione de Subdiaconatu, conſimilis & par ratio apparet etiam de Diaconatu: ſupponendo nempè vtrumque eſſe verum Sacramentum, & inſtitutum à Chriſto: quia adhuc vterque Ordo manet infra Sacerdotium, & de vtroque eſſe poterat ſufficiens conuenientia, vt à Sacerdote ex commiſſione conferri valeant. Imò, qui negabant, Subdiaconatum, ſicut & minores Ordines eſſe Sacramentum inſtitutum à Chriſto, non relinquebant niſi Diaconatum, quem dicerent eſſe Sacramentum, & poſſe conferri per commiſſionem. Ratio autem, quam affert S. Thomas de omnibus maioribus Ordinibus, quia ſcilicet habent immediatam relationem ad corpus Chriſti, & ideò non poſſit eorum collatio committi ſimplici Sacerdoti: hæc, inquam, ratio tam de Diaconatu, quàm de Subdiaconatu, non probat: ſed ad ſummum procedit de Sacerdotio.

Sup. hoc lege doctrinã Reſ. præteritæ à §. Sed ego. & Reſ. ſeq. paulo poſt initium, & in tom. 2. tr. 5. Reſ. 80. §. Sed an. & in Reſ. 82.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 5. Reſol. 82. §. Obiicies. & ſeqq.

3. Sed, an dicta priuilegia conceſſa aliquibus Abbatibus conferendi Subdiaconatum, & Diaconatum hodie ſint reuocata, negatiuè reſpondet Præpoſitus *in 3. part. de ſacrament. Ordin. quæſt. vnica, dub.* 13. *num.* 125. vbi ſic ait: Petes, an priuilegium conceſſum Abbatibus, vt poſſent conferre Diaconatum, & Subdiaconatum ſuis Religioſis, ſit reuocatum per Tridentinum? Aſſerit Rodriguez *tom. 3. quæſtionum Regularium, quæſt.* 18. *art.* 4. Vaſquez *cap. citato, in fine.*

4. Sed verius eſt non eſſe: nam Trident. *ſeſſ.* 2. *cap.* 10. *de reformatione*, ita habet: Abbatibus, ac aliis quibuſcumque, quantumuis exemptis, non liceat in poſterum intra fines alicuius Diœceſis conſiſtentibus, etiamſi nullius Diœceſis, vel exempti eſſe dicantur, cuiquam, qui regularis ſubditus ſibi non ſit, Tonſuram, vel minores Ordines conferre, quibus verbis non prohibet, vt Subdiaconatum (ſi aliàs conferre poterant) non conferant, neque poteſtatem circa hoc illis factam reuocat, ſed ſolùm ne aliis, quàm ſuis Regularibus Tonſuram, vel minores Ordines conferant. Non ergo tam prohibet ne Ordines conferant, quos antè conferre poterant, quàm ne minores certis perſonis conferant. Ita præpoſitus, cui adde Caramuëlem *in Regulam D. Benedicti, cap.* 62. *num.* 1626.

5. Verùm talia priuilegia eſſe reuocata, nec ampliùs eas eſſe illis vti, docet etiam ex Nauarro Auerſa *de ſacrament. Ordin. quæſt.* 3. *ſect.* 3. Layman *lib.* 5. *tract.* 9. *cap* 9. *num.* 4. Vaſquez *in* 3. *part. tom.* 3. *diſp.* 243. *cap.* 4. *n.* 44. Et quidem in Concilio Tridentino *ſeſſ.* 23. *cap.* 8. vnuſquiſque à proprio Epiſcopo ordinetur. Et *cap.* 10. non niſi Tonſuræ, & minorum Ordinum collatio permittitur Abbatibus erga ſolos ſubditos regulares. Et *cap.* 12. dicitur de Regularibus: Nec ſine diligenti Epiſcopi examine ordinentur, priuilegiis quibuſcumque quoad penitùs excluſis. Vnde addit Nauarrus, quamuis confirmata fuerint priuilegia Ciſtercienſium à Gregorio XIII. poſt Concilium; tamen confirmata eſſe cum clauſula reſtrictiua: Dummodò ipſi Concilio non aduerſentur, & ideò non comprehendi in confirmatione dictum priuilegium adeò exorbitans, & aduerſans ipſi Concilio. Vnde ſi quis eo vti tentaret, non ſolùm grauiter delinqueret, ſed nihil faceret, deberéntque Ordines per manus legitimi miniſtri ex integro conferri: quoniam Eccleſiæ commiſſio requireretur, non ſolùm ad licitam, ſed etiam ad validam Ordinum collationem. Ita præfati Doctores.

RESOL. LXXI.

An ex commiſſione Summi Pontificis poſſit ſimplex Sacerdos Ordinem Subdiaconatus, & Diaconatus conferre?

Et an de minoribus Ordinibus non ſit difficultas, quia modo ea facultas conceſſa eſt Cardinalibus, etiam non Epiſcopis, & Abbatibus exemptis? Ex part. 10. tract. 16. & Miſcell. 6. Reſol. 22. alias 21.

§. 1. NEgant plures Doctores, quos nouiſſimè citat, & ſequitur Martinus de Sancto Ioſeph *in Monita Confeſſ. tom.* 1. *lib.* 1. *tract.* 3. *de Ordine, num.* 2. ſed affirmatiuam ſententiam non eſſe minus probabilem ego oſtendi *in part.* 8. *tract.* 1. *reſolut.* 38. & 39. cum multis Doctoribus, quibus nunc addo Leandrum *de Sacrament. tom.* 2. *tract.* 6. *diſp.* 4. *quæſt.* 18. & 19. Baunium *in Theolog. Moral. tom.* 4. *tract.* 3. *quæſt.* 9. *aſſert.* 3. Palaum *tom.* 3. *tract.* 27. *punct.* 14. *num.* 10. & Dicaſtillum *de Sacrament. tom.* 1. *tract.* 6. *diſp.* 5. *dub.* 17. *num.* 243. & *ſeqq.* Sed ſapientiſſimus, & amiciſſimus Pater Martinus de Eſparza S. Theologiæ Profeſſor in Collegio Romano Societatis IESV teſtatus eſt Mihi Patrem Gallum dixiſſe, nouiſſimè in Vniuerſitate Burdigalenſi ab aliquibus Doctoribus, hanc opinionem cenſura inuſtam fuiſſe; riſi, dum hæc audiui, & ideò iterum dictam ſententiam tanquam probabilem admitto; & cenſuram dictorum remitto cenſurandam ſapientiſſimæ Parienſi Sorbonæ ad defenſionem præclariſſimi eius filij Magiſtri, & Socij, vt vocant Ioannis Yſambert, qui noſtram ſententiam tenet *in 3. part. D. Thomæ, diſp.* 6. *de Sacram. Ordinis,*

Quæ hic ſũt Reſolutiones antecedentes, & in aliis earum primarum annotatio. num.

Ordinis, art.1. num.5. vbi sic asserit: Altera pars proportionis de Subdiaconatu, & Diaconatu, patet ex priuilegio per Innocentium Octauum anno Domini 1488. concesso Abbatibus Cistercij, & quatuor eiusdem ordinis Monasteriorum, quæ vulgò dicitur, quatuor filias, quo Abbas Cistercij potest quibuscunque Monachis sui Ordinis & reliqui Abbates dictarum filiarum Religiosis suorum Monasteriorum conferre validè, & licitè ordines Diaconatus, & Subdiaconatus: quoque priuilegio dicti Abbates non tantùm ante Tridentinum Concilium vti sunt, sed etiam, & hoc ipso tempore adhuc vtuntur, videntibus, nec repugnantibus, imò consentientibus, & probantibus Episcopis in quorum Diœcesi prædictæ Abbatiæ sunt constitutæ: nam dictos Religiosos à suis prædictis Abbatibus in Subdiaconos, & Diaconos ordinatos, & ad se pro suscipiendo ordine Presbyteratus missos, visis eorum Diaconatus, & Subdiaconatus litteris, cũ obedientia suorum Abbatum, sine vlla difficultate, vel scrupulo conscientiæ ordinant Sacerdotes: Igitur cùm à facto ad posse valeat consequentia, & hæc praxis nunquam fuerit reprehensa, vel à Summo Pontifice aut Episcopis: sed potius ipso vsu confirmata: fit, vt rectè dicamus, simplices Sacerdotes, de quorum dumtaxat conditione (quantum spectat ad Ordinum Ecclesiasticorum collationem) sunt prædicti Abbates, posse per dispensationem Summi Pontificis etiam conferre Subdiaconatus, & Diaconatus ordines. Hucusque Ysambertus. Et de ordine Subdiaconatus idem sentit aliter Socius Sorbonicus non minus doctus, & eruditus Franciscus Haller *de Sacris electionibus, & ordinat. sect.5. cap.1.§.3. per totum*; licet §.5. de Diaconatu probabiliter hoc neget; sed Petrus de San Ioseph doctor Gallus in Theol. Sacram approbata à Doctoribus Sorbonistis Hobier, & Bollé, *cap.36. resol.1.* sic ait: Satis certum videtur ex commissione Supremi Pontificis posse Sacerdotem non Episcopum Diaconatum, & Subdiaconatum conferre. Ita ille. Ratio verò potissima pro hac firmanda sententia, sumenda est ex eo quod Pontifices aliquando id fecerint, vt credamus ita Christum instituisse hoc Sacramentum, vt etiam tanquam à Ministro extraordinario, & ex commissione conferri possit à Presbytero; ideò merito Auctores huius sententiæ ad facta prædicta, & similia inuestiganda recurrunt; neque enim credendum est, in re tantum momenti permisisse Deum Summos Ecclesiæ Pastores à recto tramite deflexisse: Imò ex illo à simili possumus etiam rationem deducere non omninò contemnendam, quia non minus est proprius, & ordinarius Minister Confirmationis Episcopus, quàm Ordinis, & tamen ex commissione potest eius administratio Presbyteris concedi, vt ibidem probauimus: ergo pari ratione id possumus colligere pro administratione Ordinis. Fundamentum verò pro vtroque Sacramento contemnendum non est: quamuis enim Sacerdos non habeat proximam, ordinariámque potestatem, habet tamen radicalem; tota enim radix potestatis in Corpus Christi mysticum est in potestate, quam habet Sacerdos in Corpus Christi verum. Vnde fit, esse capacem, vt possit eligi, eique committi, saltem extraordinariè prædicta potestas; tamen neque hæc, neque alia quæuis ratio efficacitatem habere potest; sed omninò recurrendum est in omni materia Sacramentorum ad institutionem Christi, & hæc debet nobis innotescere ex aliqua traditione, vel auctoritate Ecclesiæ, nobisque probabiliter innotescit ex priuilegiis adductis, & præsertim Innocentij VIII. concessum Abbatibus Ordinis Cisterciensis; nec est cur Coninch. *tom.2. disput.20. dub.9. concluſ.4.* priuilegium hoc in dubium reuocet; nam ipsemet Vasquez *disp.243. cap.4. num.39.* testatur, se in quodam vetusto Codice Collegij Complutensis, qui inscribitur, Collecta Bullarum Ordinis Cisterciensis, legisse Bullam, quâ concessum fuit ab Innocentio Octauo anno 1489 eiusdem Ordinis Abbatibus, vt sui Ordinis Monachis Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines conferre liberè possint; & continetur in citata Compilatione Priuilegiorum, priuilegio 118. & quoad Subdiaconatum, Minoresque Ordines testatur Victoria *in Summa, num.235.* se vidisse Bullam Pontificis, in qua concedebatur eisdem Abbatibus facultas eos Ordines conferendi suis subditis, & quoad Minores Ordines, constat etiam, quia modo ea facultas concessa est Cardinalibus etiam non Episcopis, & Abbatibus exemptis. Quamuis in Trident. *sess.23. cap.10. de reformatione.* Abbatibus, & aliis quibuscunque exemptis prohibitum sit, quando existunt intra aliquam diœcesim, id facere, nec vlli, nisi subdito regulari primam tonsuram, nec Minores Ordines conferre possint. Accedit, quod potestatem ordinandi testantur viri fide digni (vt ait Tannerus *disp.7. quæst.3. dub.1. num.30*) re ipsa concessisse Pontifices Prælatis Franciscanis in Italia. Prædictáque priuilegia etiam concessa fuisse testatur Rodrig. *tom. Regularium, quæst.18 art.3.* Et hæc omnia docet Dicastillus *vbi supra.* Valent igitur Doctores Burdigalenses cum sua censura, sed ego firmiter existimo, totum corpus illius celeberrimæ Academiæ in talem censuram non iuisse, sed solùm paucos professores ex priuata æmulatione cum quibusdam Viris Doctis.

Sup. his supra in Resol. 68. signanter in §. Sed prorsus, & seq. & in alia Resol. eius not. pro Cardinalibus.

RESOL. LXXII.

An Pontifex possit dispensare, vt simplex Sacerdos ex commissione conferat Ordinem Presbyteratus?

Et notatur potestatem committendi hoc ministerium iure Diuino Pontifici Summo, & Ecclesiæ conuenire. Ex part.8. tract.1. Resol.36.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Opatouius *de Sacramento. tract. de Ordine, disp.5. num.16.* Candidus *tom.4. disp.4. art.3. dub.17.* & alij communiter: & ideò Auersa *de sacram. Ordin. quæst.3. sect.3.* ita asserit: Extra dubitationem etiam esse debet non posse Sacerdoti non Episcopo committi ordinationem alterius Sacerdotis, seu collationem Ordinis sacerdotalis. Ita Doctores communiter asserunt, vel supponunt. Et meritò: quia cùm iam constet, ministrum ordinarium esse Episcopum, non debet sanè, nec potest hoc ministerium extendi ad alium per commissionem absque solido antiquitatis fundamento: quare pro huius rei persuasione sufficiet, si nullum tale fundamentum reperiatur. Ita Auersa: vnde Granadus *in 3. part. contro. 9. tract.2. disp.2. num.4.* obseruat nullum Doctorem, quem ipse legerat, dubitare de hac re.

Sup. hoc in tom.2. tr.5. Resol.27.§. Partem. cursim ad medium; & in tom.4. tr.8. lege doctrinam Resol.25. per totam, signanter paulo post initium, à vers. Vnde colligit.

2. Sed vir doctus non omnes Doctores legerat: nam glossa *in can. peruenit, dist.95.* Innocentius IV. *in cap.4. de Consecrat. num.4.* Panormitanus *num.4.* Angelus *verb. Ord.2. num.2.* & Aureolus apud Capreolum *in 4. dist.25. quæst.1. art.2.* affirmatiuam sententiam docuere, quam ego in fauorem Sedis Apostolicæ, & auctoritatis Summi Pontificis satis probabilem existimo, & illam ex neotericis docent Vasquez *in 3. part. tom.3. disp.244. cap.4. num.40.* Ochagauia *de sacram. Ord. tract.vnic. quæst.7. n.11.* Hurtadus *tract. de sacram. Ordinis, diffic.18.* & alij.

2. Probatur

2. Probatur *primò* ex Eugenio IV. *in suo Decreto*, dum ait: Ordinarius minister huius Sacramenti (nempe Ordinis) est Episcopus, quia eo iudicat, non Episcopum posse ex commissione esse ministrum sacramenti Ordinis, ac proinde omnium dictarum ordinationum, quia omnes sunt Sacramenta, & non est maior ratio vnius, quàm alterius. Et quamuis ordinatio Episcopi sit Sacramentum, tamen nequit esse minister principalior illius; & ob discrimen inter ordinationem Episcopi, & inter ordinationem reliquorum ministrorum: quia Episcopus est superior omnibus aliis ministris, & indecens est, quòd ab inferiori benedicatur & consecretur, tanquam à principaliori ministro, & ob id creditur ex Christi institutione ordinationem Episcopi non posse committi non Episcopo, tanquã principaliori ministro.

3. Probatur *secundò* ex facto Ecclesiæ: nam Concilium Antiochenum *can.*10. postquam concessit Chorepiscopis, vt ordinarent Lectores, & Subdiaconos, atque Exorcistas, addit Concilium hæc verba: Neque Presbyterum verò, neque Diaconum audeant ordinare (vt habet tertia quædam translatio) præter conscientiam Episcopi: ergo à contrario sensu, sciente, & consentiente Episcopo, benè possunt istos Ordines conferre: illi autem Chorepiscopi, probabile est, quòd non fuerint Episcopi. Ita sentiunt aliqui recentiores cum Ayala *de traditionibus Ecclesiasticis 3.part.consider.4.* Probatur *primò* ex Ioanne III. *epist.vnic.in medio.in.2.tom. Concilior.* vbi ait: Chorepiscopos veros Episcopos non fuisse quòd ab vno tantùm ordinati essent; & Damascenus *epist.*4. idem defendit, dum dicit eos non esse Episcopos, quia minus, quàm à tribus sunt ordinati; & *can.*10. *Concil. Antioch.* quod oppositum indicat, dum ait: De Chorepiscopis, quamuis manuum impositionem Episcoporum perceperint, & vt Episcopi consecrati sint, respondet Vasquez *disp.*238. *c.vlt.* vbi de hoc latè disputat, per illa verba, *& vt Episcopi sint consecrati*, potiùs denotari non fuisse veros Episcopos, quia particula *vt*, diminuit.

4. *Notandum* est tamen hîc, quòd licèt commissio huius ministerij Sacerdoti non Episcopo fiat ab homine, scilicet statuto Ecclesiæ, aut Summi Pontificis voluntate; tamen potestatem committendi hoc ministerium iure diuino Pontifici Summo, & Ecclesiæ conuenire; sicut etiam de potestate committendi ministrum Confirmationis dici solet: nam circa materiam, formam, & ministrum Sacramentorum, nihil potest Ecclesia mutare, aut statuere, nisi diuino iure id ei commissum sit. Hæc autem potestas non alunde melius colligi potest, quàm ex ipso facto Ecclesiæ, quæ diuino Spiritu ducitur.

RESOL. LXXIII.

An Summus Pontifex ante consecrationem possit concedere simplici Sacerdoti, vt conferat minores, & maiores Ordines?

Sed notatur, quod licet Minister Ordinarius Sacramenti Confirmationis sit Episcopus ex commissione tamen Pontificis potest esse simplex Sacerdos. Ex part.8.tract.1. Resol.37.

§.1. Respondeo affirmatiuè cum Ioanne Præpositio *in 3.part.quæst.vnica, de sacram.Ordin. dub.*13. *num.*122. vbi sic ait: Omnino ergo verius est simplicem Sacerdotem posse ex concessione Pontificis, non solùm minores, sed & maiores Ordines, Subdiaconatum, & Diconatum conferre, etiam in ratione Sacramenti. Quam potestatem potest concedere Pontifex etiam nondum consecratus in Episcopum, quia hæc authoritas non conuenit Pontifici ratione consecrationis Episcopalis, sed ratione summæ iurisdictionis, quam habet in Ecclesiam, quam supremam potestatem obtinet posita legitima electione etiam ante consecrationem Episcopalem. Ita ille.

2. *Notandum* est tamen hîc obiter, quòd, sicut probatum est, minister ordinarius sacramenti Ordinis est Episcopus; & tamen ex commissione Summi Pontificis potest esse simplex Sacerdos. Sic etiam, licèt minister ordinarius sacramenti Confirmationis sit Episcopus, ex commissione Pontificis, potest esse etiam simplex Sacerdos. Probatur, quia, vt obseruat Granadus *in 3.part. contron.5.tract.2. disp.1. num.5.* Concilium Florentinum *in decreto Eugenij*, diserte testatur re ipsa ita factum fuisse. Et sine dubio, id non reprobat, sed approbat: quòd autem factum fuerit, constat ex Gregorio Papa *lib.3.registri, epist.*26. qui, cùm prohibuisset confirmationem exhiberi à simplici Sacerdote, & inde in Sardinia scãdalum, aut potiùs tristitia oriretur, sic eos consolatus est: Nos quidem secundùm vsum veterem Ecclesiæ nostræ fecimus, sed si omninò hac de re aliqui contristantur, vbi Episcopi desunt, vt Presbyteri etiam in frontibus baptizandos Chrismate tangere debeant, concedimus. Vbi diserte Summus Pontifex non solùm permittit, sed etiam concedit à Presbyteris in casu necessitatis, Confirmationis sacramentum ministrari: nec dici vlla ratione potest, tantum Pontificem in re tanti momenti errasse, & sine sufficiente ratione declarasse, id licere in prædicto euentu. Et ita etiam Gregorius XIII. concessit hoc Patribus Societatis pro India, vt tradit Præpositus *in 3.part.quæst.72. art.11. dub.2. num.*49. Sed de hac quæstione alibi fusiùs.

Sup. hoc Ministro supra in Resol. 8. & in aliis eius primæ annot.

RESOL. LXXIV.

An Pontifex possit dare licentiam, & facultatem vt Diaconus alium Diaconum, vel saltem Subdiaconum ordinet? Ex part.8.tract.1.Resol.38.

§.1. Negatiè respondet Sylvester *verb. Ordo* 3. §.7. Victoria *in Summa.*233. & D.Thom. *in 3.part.quæst.*38. *art.*1. *ad.*3. Sed contrarium tenuit glossa *in cap.quanto, de consuetud.* Probatur: quia etsi, qui alium ordinat, & illum ad Ecclesiasticum Ordinem eleuat, eundem habeat dignitate superare; tamen etiam Diaconus Subdiaconum dignitate antecellit, & Subdiaconus alios in minoribus Ordinibus constitutos: ergo. Deinde, Diaconus, vt à Papa ad tale officium delegatus, esset alio Diacono superior, licèt in eodem Ordine conuenirent; non enim ex vi sui Ordinis, sed ex potestate sibi commissa tale munus exercet. Accedit ex Pontificis priuilegio vnum Episcopum posse ab alio solo consecrari, licèt ex diuina institutione ad eius consecrationem tres Episcopi requirantur: cur ergo non poterit vnus Presbyter ab alio, vel vnus Diaconus ab alio, de Pontificis mandato, & facultatis plenitudine creari?

Et ideo ego hanc sententiam iudicio, & censuræ ipsius Summi Pontificis remitto.

RESOL. LXXV.

An Pontifex possit dispensare, vt fœmina primâ Tonsurâ, vel minoribus Ordinibus initietur?

Et an fœmina iure Diuino sit incapax Sacramenti Ordinis?

Et

Et explanatur, quod Abbatissæ suas Moniales benedicere, & Euangelium legere, aut prædicare non possent.

Et quæritur etiam, an Pontifex possit delegare potestatem ferendi censuras fœminæ?

Et an Pontifex possit laico infideli etiam potestatem ferendi censuras committere?

Et an Infidelis possit esse arbiter inter Christianos?

Ex part. 8. tract. 1. Resol. 39.

Sup. hic in §. 1. num. 1. Mair. d. 3. quæst. 1. Vide. & ptaxi Eccles. & ex supra ex traditis Sot. d. 3. Vide. Vide. & supra & sup. laic. n. 10. 11.

SVppono, tanquam certum, quòd fœmina iure diuino est incapax sacramenti Ordinis, ita vt si attentetur ordinatio, sit irrita, & nulla. Est certa, quæ probari potest ex ipso sensu, & ptaxi Ecclesiæ, quæ nunquam permisit vllam fœminam ordinari.

2. Confirmatur *primò*. Ordo est institutus à Christo ad docendum, & præsidendum in Ecclesia, mulier autem prohibetur in Ecclesia docere, & præesse, vt patet ex Apostolo 1. *ad Corinth.* 14. ergo conuenienter est, vt non sit capax Ordinis ad id instituti.

3. Confirmatur *secundò*, ex eo quòd neque Christus, neque Apostoli mulieres etiam sanctissimas ordinarint. Neque contra hæc est argumentum alicuius momenti: nam Diaconissæ & Presbyteræ, quarum apud antiquos fit mentio, non ita vocabantur ab aliquo Ordine recepto deseruienti Altari, sed Presbyteræ vocabantur vxores Presbyterorum, quas hi duxerant ante suam ordinationem, de quibus *can. Presbyter. distinct.* 21. vel erant viduæ vnius viri, *can. mulieres, eadem distinct.* Diaconissæ erant viduæ, vel virgines deputatæ ad custodiendas ianuas Templi, per quas solebant mulieres ingredi, & ad ministrandum Sacerdoti in Baptismo mulierum.

4. Probatur etiam hæc conclusio eo quòd minister Ordinis debet vicem Christi gerere, eiusdémque personam repræsentare; sed mulier Christi personam referre nequit, cùm Christus sexum fœmineum non assumpserit, sed masculinum, per quem humani generis reparatio fieri debeat, sicut per originale viri peccatum ecciderat. Hinc mulier non dicitur creata ad imaginem Dei, 1. *ad Cor.* 11. & *cap. mulier debet, & cap. hæc imago* 33. *quæst.* 5.

5. Vnde Villalobos *in Summa, tom.* 1. *tract.* 11. *diffic.* 10. *num.* 1. ait. *La muger es incapax deste Sacramento, de suerte, que aunque el Obispo intentasse de ordenarla: no haria nada. Assi lo dize S. Ambrosio, y es doctrina de S. Thom. y de todos, y tolligese de las palabras de S. Pablo.* Mulierem in Ecclesia docere non permitto, neque dominari in virum. *y consta de la costumbre de la Iglesia.*

Sup. hic in 6. Sed difficultas est, an saltem fœmina, ex priuilegio Summi Pontificis, possit prima Tonsura, vel minoribus Ordinibus initiari; Et negatiuè respondet Marchinus *de sacrament. Ordin. tract.* 1. *part.* 4. *cap.* 1. *num.* 17. vbi sic ait: non obstat *tertiò*, quòd saltem dici posset, mulieres ad minores Ordines admitti posse, cùm probabilis sententia sit, minores Ordines non esse Sacramenta, sed Sacramentalia ab Ecclesia instituta: ergo ex dispensatione Pontificis posset fœmina hæc Sacramentalia recipere, & minoribus Ordinibus initiari. Respondeo, etsi Paludanus *in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 3. *art.* 1. *concl.* 1. concedat, posse mulierem ex Papæ dispensatione ad primam Tonsuram admitti, quia prima Tonsura non est Sacramentum, sed Sacramentale; nihilhominus hoc prorsus repugnat: quia etiamsi prima Tonsura, & minores Ordines essent Sacramentalia; tamen important quandam deputationem, & gradum in Sacerdotium tendentem. Cùm igitur mulier non sit capax Sacerdotij, neque erit capax primæ Tonsuræ, aut minorum Ordinum. Ita Marchinus.

7. Et hanc sententiam tenet etiam doctissimus, & amicissimus Pater Candidus (meritò à Sanctissimo D. N. dum hæc scribo, ad Magisterium Sacri Palatij Apostolici assumptus) *de sacram. Ordinis, disquis.* 4. *art.* 5. *dub.* 4. quia prima Tonsura non est aliud, quàm consecratio, ac deputatio personæ ad eum statum, ex quo ad Ecclesiasticos Ordines, & gradus ascendi possit; sed mulier incapax est huius ascensus; ergo incapax est primæ Tonsuræ.

8. Tum quia, sicuti Nouitiatus est dispositio ad Professionem Religiosam, & personæ quæ sunt incapaces alicuius Religionis suscipiendæ ad Nouitiatum coaptari non possunt; ergo cùm prima Tonsura sit fundamentum, & dispositio ad Ordines, vt docet D. Thomas 3. *part. in addit. quæst.* 40. *art.* 2. nequit ad primam Tonsuram admitti, qui ad Ordines ascendere non potest; sed mulier Ordinibus initiari nequit; ergo neque etiam prima Tonsura.

9. Idem etiam docet Tannetus *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 3. *dub.* 1. *num.* 7. vbi sic ait: Colligitur institutione diuina, mulieres esse incapaces propriè dicti Ordinis; & vt minimùm errorem esse censendum, si quis contrarium asserat; & si aliqui apud D. Thomam *hic cit. art.* 1. dixerint, sexum virilem esse quidem de necessitate præcepti, sed non de necessitate Sacramenti; cùm revera sit etiam de necessitate Sacramenti, vt dictum est. Quod proinde etiam vniuersim de omnibus Ordinibus, tum maioribus, tum minoribus dicendum est: imò etiam de prima Tonsura, non solùm secundùm eos, qui existimant, esse Ordinem, & Sacramentum, sed etiam absolutè, hoc ipso quòd prima Tonsura suâ naturâ est præparatio quædam ad Ordines, & ad ministerium aliquod, seu functionem publicam in Ecclesia ordinatur. Ita Tannerus, cui tandem adde Vasquez *in part. tom.* 3. *disp.* 245. *cap.* 2. Layman *lib.* 4. *tract.* 6. *cap.* 6. *num.* 2. Ochagauiam *de Sacrament. tract. vnico de Ordine, quæst.* 8. *num.* 4. & Leonem *de censuris, recollect.* 2. *num.* 58.

10. Sed his non obstantibus, sententiam affirmatiuam tenet (vt suprà visum est) Paludanus, inclyti Ordinis Dominicanorum præstantissimus Theologus *in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 3. *art.* 1. ex Societate Iesv Pater Hurtadus *de Sacrament. tract. de Ordine, difficult.* 20. vbi ita asserit: Obseruandum est cum Paludano ex dispensatione Pontificis fœminas posse validè Tonsurâ clericali initiari, etiamsi prima Tonsura tribuatur masculis tanquam præuium ad ordinationem: quia hæc ordinatio est ex sola institutione Ecclesiæ, & non repugnat fœminam esse capacem illius, quòd in masculis est præparatio Præuia, quamuis non sit capax eius, ad quod est præparatio in masculis. Et ob eandem rationem possent ex dispensatione Pontificis quatuor minoribus Ordinibus initiari, si non essent ex Christi institutione, sed tantùm ex institutione Ecclesiæ. Ita Hurtadus.

11. Et nouissimè hanc etiam sententiam docet Ludouicus Caspensis *in Cursu Theolog. tom.* 2. *tract.* 27. *disp.* 3. *sect.* 3. *n.* 20. vbi sic asserit: Subiectum capax Ordinum est vir, non fœmina. Ex dispensatione verò Romani Pontificis possunt fœminæ prima Tonsura initiari, quia hæc ordinatio est ex sola institutione Ecclesiæ. Idem dicendum est de quatuor minoribus in sententia illorum, qui dicunt non esse verè Sacramenta ex institutione Christi, sed tantùm ex institutione Ecclesiæ. Ita Caspensis. Vnde licèt prima opinio videatur mihi probabilior, hanc tamen secundam affirmatiuam non audeo tanquam improbabilem damnare.

12. Sed

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. Resol. 10. §. Verum. & in tom. 7. tr. 1. Ref. 332. §. 2. inter principium, & medium. à vers. qui tamen, vsque in finem Ref.

12. Sed hîc pro curiosis non deseram aliud dubium pertractare, an Pontifex possit delegare potestatem ferendi censuras fœminæ? & negatiuam sententiam docet Auila *de censur. part. 1. dub. 6. concl. 1.* vbi docet, quòd fœmina, nec iure communi, nec ex commissione Papæ, potest ferre censuras. Probatur, quia potestas iurisdictionis spiritualis ordinatur ad clauem Ordinis, scilicet ad remittendum peccatum, & habet ortum ex illa, & ideo, solùm est in iis, qui habent clauem Ordinis, vel possunt habere; sed mulier est omnino incapax eiam stando in iure diuino, potestatis Ordinis; ergo & iurisdictionis spiritualis. *Secundo*, nam videmus quòd nec Christus, nec Ecclesia contulit vnquam hanc potestatem alicui fœminæ, vt benè perpendit Innocentius III. *cap. noua, de pœnit. & remiss. vbi*bus. Hinc sequitur, quòd licèt nonnullæ Abbatissæ possint aliquo modo suspendere ab officio, & beneficio, & largo modo interdicere, & suspendere ab Ordine clericali subiectos suæ iurisdictioni, v. g. præcipiendo eis, ne celebrent, donec satisfacerent; propriè tamen loquendo non possint interdicere, nec suspendere interdicto, & suspensione, quæ sint veræ censuræ Ecclesiasticæ, & inducant irregularitatem, si violentur.

13. Confirmatur ex *cap. noua, de pœnit. & remiss.* vbi Innocentius III. notauit: Licèt Beatissima Virgo Maria dignior, & excelsior fuerit Apostolis vniuersis, non tamen illi; sed istis omnibus Dominus claues regni cœlorum commisit. Quare *ibid.* prohibet ne Abbatissæ suas Moniales benedicere, Euangelium legere, aut prædicare præsumant, conuenienter Apostolo 1. ad Corinth. 14. *Mulieres in Ecclesia taceant.*

Sup. hoc lege doctrinã §§. & vers. nor. præteritæ.

14. Et ideò hanc sententiam tenet Coninck *de Sacrament. disp. 13. dub. 4. num. 33.* vbi sic ait: Nota nullo modo posse committi fœminæ, quia hæc est incapax omnis iurisdictionis exercendæ per claues. Quod omnes fatentur verum esse respectu inferiorum Papâ. Aliqui tamen dubitant, an Pontifex hanc potestatem possit fœminæ committere. Sed dicendum est non posse: quia hæc potestas clauium iure diuino (in quo Papa nequit dispensare) tantùm data est Apostolis, atque eorum aliqua ratione successoribus: Fœminæ autem nullo modo possunt Apostolis succedere. Et confirmatur ex eo quòd neque Christus, neque Ecclesia vnquam talem potestatem vlli fœminæ commiserunt: vt benè notat Innocentius III. *cap. noua, de pœnitentiis, & remissionibus.*

15. Nec his obstat *cap. dilecta, de maioritate*, vbi Pontifex iubet obseruari suspensionem, qua quædam Abbatissa sibi subiectos ab officio suspenderat. Quia suspensio ibi latè sumitur non pro censura, sed pro præcepto, quo illa sibi subditis ob inobedientiam interdixerat administrationem officij, & beneficij. Vnde Pontifex ibi præcepit cuidam Abbati, vt per censuras compellat tales subditos Abbatissæ obedire: clarè ostendens Abbatissam censuras ferre non posse. Ita Coninck, cui etiam adde Caspensem *in Cursu Theolog. tom. 2. tract. 25. cap. 1. sect. 2. num. 14.*

16. Sed alij contrariæ sententiæ adhærent. Dicunt igitur posse Summum Pontificem de plenitudinæ suæ potestatis facultatem ferendi censuras communicare fœminis. Ita docet Armilla *verb. excommunicatio, num. 24.* Hanc opinionem dicunt probabilem, Paludanus *in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 3.* Sylvester *verb. suspensio, quæst. 2.* & alij apud Alterium *cit. disp. 7. lib. 3. cap. 5. vers. propter hanc rationem*, Sayrus, & Filliucius, quos sequitur Hurtado *de censuris in communi, num. 13. ad fin.* Sequitur eandem hanc opinionem Ruard. noster *lib. 2. in Bull. Cœnæ, cap. 1. quæst. 2. num. 32.* Hanc opinionem non esse improbabilem asserit Bonacina *disp. 2. de censuris, q. 1. punct. 2. ad finem.* Probat Paludanus, quia hoc cùm sit purè positiuum, licèt non posset Papa ordinare fœminam, quod est diuinum; posset tamen, inquit ipse, conferre fœminæ primam Tonsuram, quod est humanum: sed vt quis sit capax huius potestatis, sufficit si habeat primam Tonsuram. Ergo, &c.

17. Sed quia aliqui hoc non admittunt, vt visum est *suprà*, licèt secundùm nos probabiliter sit dictum; aliqui firmiùs argumentantur, vt Alterius, & asserit, quòd fœmina possit excommunicare, non est contra ius diuinum, sicuti quòd fœmina possit ordinari, sed tantùm est contra ius positiuum: sed in iure positiuo Papa potest dispensare; ergo. Et hanc sententiam tenet. etiam Suarez *de censur. disp. 2. sect. 3. num. 7.* Cardinalis Lugo *de Fide, disp. 23. resol. 3. quæst. 4. num. 112.* Layman *lib. 1. tract. 5. part. 1. cap. 3. num. 4.* Sotus *in distinct. 20. quæst. 1. art. 4. circa 4. argum.* & alij. Vnde ad contraria argumenta superiùs posita respondeo cum S. Thom. *in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 2. quæst. 2.* Abbas & Sylvester *locis citatis*, duplicem esse clauem Ordinis, & Iurisdictionis. Huius incapax omninò est mulier, secundùm Christi institutionem: huius autem capax esse potest, saltem ex commissione, & quoad exercitium, sicuti & merè laicus capax est: cùm tamen Apostolorum successor censeri non debeat, quandiu extra Clerum constitutus est. Interim fatemur, neque Christum, neque Ecclesiam vnquam eiusmodi potestatem per censuram homines ligandi mulieri concessisse: cùm id neque expediens, neque decens sit. Idque solùm probari potest ex *suprà cit. cap. noua*, non autem quòd iuri diuino absolutè repugnet.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. Resol. 10. §. Verum, post medium à vers. sicut & potest. & in tom. 9. tr. 2. Ref. 314. §. 1. & pro contento in hoc §. Et hoc potest. ibidem in eius §. 2.

18. *Notandum* est etiam hîc obiter, posse Summum Pontificem committere laico potestatem ferendi censuras. Ita Auila *vbi suprà*, & alij. Et ratio est, quia prima Tonsura solo iure positiuo est requisita ad ferendas censuras, in quo iure Papa dispensare potest.

19. Et hoc potest facere solus Papa, quia non sufficit dispensatio Episcopi: nam solus Papa potest in hoc iure dispensare. Vnde quando Couarruias ait, quòd laicus est incapax iurisdictionis ad excommunicandum, intelligendus est de incapacitate prouenient ex iure communi.

20. Sed difficultas est, an Pontifex possit laico infideli etiam potestatem ferendi censuras committere. Et negatiuam sententiam tenet Suarez *disp. 2. de censuris, sect. 3. sub num. 12.* sequuntur Duardus *suprà lib. 1. in Bullam Cœnæ, quæst. 3. num. 33.* Bonacina *disp. 1. quæst. 1. puncto 2. verb. sit tertia conditio*, vbi asserit, hanc esse opinionem Henriquez ea ratione, quòd non baptizatus non solùm iure Ecclesiastico, & positiuo, sed iure etiam diuino & naturali quodammodo est incapax iurisdictionis Ecclesiasticæ. Nec obstat quòd infidelis possit validè baptizare, quia negatur, ex hoc inferri, esse ipsum capacem iurisdictionis Ecclesiasticæ, cùm ad baptizandum sufficiat materia, & forma, eum intentione ministri, ideóque, secundùm omnes fœmina potest in necessitate baptizare: ad sententiam autem censuræ requiritur etiam iurisdictio Ecclesiastica coërcitiua, vt dixi. Accedat quòd nunquam reperitur concessum infidelibus baptizare, sed si reperitur aliquem infidelem de facto baptizare; eo casu tantùm declaratur talis quòd sit verè baptizatus, & sic habet in hoc casu locum regula: *Multa facta*

facta tenent, quæ si non essent facta, non tenerent, & hoc non absque ratione, scilicet ne quis cogeretur iterum baptizari.

21. Confirmatur, quia si verum esset simpliciter, infideles posse baptizare, non solùm de potestate absoluta, Summus Pontifex, vt loquuntur Doctores, sed etiam de ordinaria, posset concedere tam fœminæ, quàm infideli potestatem ferendi censuras quod negant aduersarij. Sequela patet, nam si absque dispensatione habeant potestatem baptizandi; ergo tantò magis cum dispensatione cuiuslibet Ordinarij. Sequela est igitur non sequi ex hoc, quòd possit baptizare, seu, vt rectiùs loquar, quòd Baptismur ab eo collatus, valeat, & teneat; ergo est etiam capax iurisdictionis Ecclesiasticæ censuras ferendi, &c. Accedat, quòd hoc casu tractatur de inferenda pœna contra Christianos, quòd expresè eis prohibetur *in c. nulla, dist. 54. & in cap. & speciali, de Iudæis*, latè Ricciulus *de iure personarum. lib. 2. cap. 22. & 23.* vbi quod nequeat etiam esse arbiter inter Christianos.

22. His tamen non obstantibus non desunt Doctores hanc potestatem Pontifici tribuentes, vt obseruat Cardinalis Lugo *de fide, disp. 23. sect. 3. cap. 4. n. 112.* Et hi sunt Vgolinus *de censur. tab. 1. cap. 2. §. 9.* Sayrus *lib. 1. cap. 5.* Alterius *lib. 3. disp. 2. cap. 6. verb. si postulet aliquis*, & ex inclyta Societate IESV doctus Pater Gaspar Hurtadus *de Sacram. tract. de censuris in communi, diffic. 4. n. 13.* vbi sic ait: Quia tamen merè laicus, & fœmina, & Clericus coniugatus, & non baptizatus, sunt incapaces prædictæ potestatis ex solo iure Ecclesiastico, in quo Papa dispensare potest; ideò quilibet Ordinarius ex Papæ dispensatione potest suam iurisdictionem delegare, non solùm non Clerico, & multò meliùs Clerico coniugato, in quo Doctores conueniunt; sed etiam viro non baptizato, vt contra Suarez docet Sayrus *lib. 1. cap. 5.* Ita Hurtado. Et hæc quidem omnia, non incuriosa, pro Lectoribus fuisse existimo.

RESOL. LXXVI.

An Pontifex possit infantem ante vsum rationis sacris Ordinibus initiatum reddere inhabilem ad matrimonium?

Et an de facto Pontifices hoc fecerint?

Et an possit Ecclesia constituere, ne in posterum ad primam Tonsuram, vel ad Ordines minores promouentur, nisi qui se voto castitatis solemni adstrinxerint, sicut præcipit de Ordinibus laicis? Ex part. 8. tract. 1. Resol. 43.

§. 1. NEgatiuè respondet Sanchez *de matr. lib. 7. disp. 30. n. 3.* vbi contra Ledesmam inuchitur, & asserit non posse Ecclesiam reddere inhabiles ad matrimonium, initiatos Ordine sacro ante rationis vsum. Quia potuit Ecclesia id apponere ordinatis propria voluntate: & nulla alia ratione eos ad Ordines admittere; quia cùm voluntariè subinde ad castitatem obligantur, ad quam nullum inuitum potest Ecclesia cogere: quamobrem potest Ecclesia statuere, ne in posterum quispiam minoribus Ordinibus initietur, nisi promissa castitate: at iam initiatis id onus imponere nequit, ne inuiti cogantur ad continentiam. Cùm ergo infans absque omni prorsus voluntate sit Ordine sacro insignitus, caret Ecclesia potestate ipsum inuitum ad continentiam compellendi, reddens ipsum matrimonij incapacem. Ita Sanchez, & alij.

2. Sed ego aduersùs illum puto cum Ledesma, posse Pontificem, si vellet, puerum ante vsum rationis ordinatum reddere inhabilem ad matrimonium. Et ita nostram sententiam præter Ledesmam tenet etiam Suarez *de Relig. tom. 3. lib. 9. cap. 17. dub. 2. n. 19.* vbi sic ait: Existimo non excedere hoc omnino Ecclesiasticam potestatem, quia licet Ecclesia, per se loquendo, (vt sic dicam) non possit hoc præceptum absolutè imponere vel generaliter, vel specialiter alicui personæ, tamen in casu ob grauem causam ad bonum Religionis pertinentem potest hoc præceptum imponere, etiamsi ex accidenti contingat, vt eius obligatio & effectus aliquem liget absque eius consensu. Vt, v. g. in præsenti casu, si Ecclesia expedire iudicaret vt persona consecrata per sacrum Ordinem, quacumque ratione ordinari contingat, maneat inhabilis ad matrimonium, posset absolutè coniungere hoc impedimentum cum tali ordinatione, ita vt habeat effectum etiam in illo, qui sine proprio consensu ordinatur. Quia satis est quòd per se, & ex intentione Ecclesiæ talis Ordo dandus non sit nisi volenti; quòd verò alicui individuo detur absque consensu eius accidentarium est, & præter intentionem Ecclesiæ; tamen quia vno inconuenienti dato, ex malitia ordinantis, alterum ex duobus incommodis necessariò consequitur, scilicet, vt vel sic ordinato imponatur onus castitatis absque voluntate eius, vel vt personæ sic sacratæ permittatur coniugium, poterat Ecclesia propter euitandum hoc posterius, prius illud eligere si ad maiorem decentiam, & honorem sacris Ordinis expedire iudicaret, quia priuatum incommodum communi postponendum est. Ita Suarez, quem postea sequitur Pater Perez *de matrim. disp. 37. sect. 3. num. 3.*

3. Verum difficultas est, si de facto Pontifices hoc fecerint, negat Vasquez *in 3. part. disp. 246. c. 3. n. 25.* Coninck *de Sacram. disp. 20. dub. 14. n. 144.* Sanchez, Suarez, & Perez *vbi suprà*, & Doctores, quos citat, & sequitur *loco citato.* Probatur hæc.

4. *Primò*, quia de facto Ecclesia nunquam contrarium ordinauit, nec posuit tale impedimentum nisi ei, qui voluntariè ordinatur, vt constat ex *cap. 1. qui Clerici, vel vouentes.* Et fortè inter alias causas, ob hanc etiam semper explicat hoc impedimentum per modum voti, quia ad illud requiritur voluntarius consensus, saltem in ipsam ordinationem. De illo verò casu, in quo infans, vel puer ante vsum rationis ordinatur, iura nihil dicunt; cúmque ille modus ordinationis sit contra intentionem iuris, & alioqui onus castitatis omninò ab extrinseco impositum, & nullo modo propria voluntate acceptum, grauissimum sit, non potest rationabiliter commune & ordinarium ius ad illum extraordinarium extendi casum, maximè cùm id necessarium non sit ad eam decentiam sacri Ordinis, quam ius intendit. *Secundò*, quamuis iure diuino, & etiam naturali indecens videretur, vt semel ordinatus in Sacris matrimonium contraheret; tamen id solùm locum haberet in eo, qui consensu proprio statum illum sacrum elegisset, in eo verò, qui absque vllo suo consensu ordinatus esset, non item. Sicut enim Christus voluit continentiam solùm esse consilij, & neminem sine suo consensu obligari, ita Ecclesia neminem vult alia ratione ad eam obligare, præsertim immeritum, cui fieret iniuria, si ei omnino inuito tantum onus imponeretur. Igitur quamuis ei, qui se sponte Deo obtulit in Sacerdotem, indecorum videretur ad nuptias transire, & illis vti: tamen ei, qui talem statum non elegisset, nullo modo indecens esset.

5. His tamen non obstantibus Paludanus *in 4. dist. 37. q. 1. art. 1.* D. Anton. *3. part. tit. 1. cap. 8. concl. 2.* Ledesma *2. part. 4. q. 55. art. 4.* Rebellus *lib. 3. q. 12. concl. 5.* & Gaspar Hurtadus *disp. 16. diffic. 2.* docent Ordinem sacrum susceptum ante vsum rationis dirimere matrimonium, & obligare ad castitatem.

6. *Primò*, quia, vt dicitur *in regulis iuris 42. in 6.* Antecessorium natura sequi congruit principalis. At principale

Sup. hoc quod hîc, & in seqq. §§. docetur in tom. 1. tr. 7. Resol. 74. Sed ad plenioré, & quamuis nõ plenè sup. hoc, lege tamé aliâ Resol. eius not.

principale hîc sunt character, & potestas Ordinis: obligatio autem ad continentiam est accessorium; ergo cum illa validè conferantur, hæc etiam valida erit.

6. *Secundò.* Ius Ecclesiasticum dirimens matrimonium est absolutè annexum Ordini sacro non minus, quàm iura Ecclesiastica sunt annexa Baptismo; ergo sicut iura Ecclesiastica comprehendunt baptizatum ante vsum rationis, ità etiam ius Ecclesiasticum dirimens matrimonium annexum Ordini sacro comprehendit sacris initiatos ante vsum rationis.

8. *Tertiò.* Validè indecens est, & contra religionis cultum debitum Sacerdotio, eum qui ad gradum Sacerdotis promotus est, ad matrimonij statum descendere. Cuius rei iudicium est, quia in Ecclesia Græca, in qua Sacerdotes in aliqua Prouincia habent vxores, & eis certis temporibus vtuntur, quamuis ex matrimonio ad sacerdotium ascendant; tamen à sacerdotio ad matrimonium nullo modo permittuntur.

9. Vnde ex his ego puto, vtramque sententiam probabilem esse. Sed si aliquis vellet stare in opinione negatiua, dicendum est, infantem ordinatum ante vsum rationis, posse, si Ordine vti nolit, ad matrimonium transire, & ideò dum fuerit sui compos, dandam esse optionem, velitne in Ordine permanere, an resilire. Quòd si velit permanere, iam voto castitatis manebit ligatus: si autem resilire eligat, manebit suspensus vsu Ordinis.

Sup. hoc vide doctrinâ, Resol. annot. præteritæ.

10. *Notandum* est tamen in omnium sententia, posse Ecclesiam constituere, ne in posterum ad primam Tonsuram, aut Ordines minores promoueantur, nisi, qui se voto castitatis solemni astrinxerunt, sicut præcipit de Ordinibus sacris. Quia non eam Ecclesia matrimonij ineundi potestatem auferret, quàm ipsi suo facto ea se ipsos priuarent, eligentes sua sponte statum, cui id votum annexum est. Et posse Ecclesiam hactenus initiatis præcipere castitatem, aut vt omni Clericorum priuilegio careant. Sicut *cap. vnico, de Cleric. coniug. in 6.* statuit Clericos ducentes vxorem his, aut viduam, destitui omni priuilegio. Et ita docet Azorius *tom. 1. lib. 13. cap. 13. quæst. 4.* & Sanchez *lib. 7. disp. 31. num. 4.*

RESOL. LXXVII.

An Pontifex possit dispensare, vt sacris Ordinibus initiatus matrimonium contrahat?

Et decidituur nullum esse ius diuinum prohibens matrimonium, vel vsum eius Ordinatis in Sacris; atque adeo non esse in illis de iure diuino continentiam perpetuam, tametsi ea sit quid iuri diuino maximè consentaneum, quod idem dicendum est de Episcopis.

Et disputatur, an ea obligatio sit solum ex Ecclesiæ præcepto, directè præcipiente illis castitatem, vel immediatè sit ex voto castitatis in Ordine sacro tacitè emisso? Ex part. 8. tract. 1. Resol. 72.

§. 1. NEgatiuè prima facie videtur respondendum; nam Ioannes Maior *in 4. dist. 24. quæst. 2.* Thomas VValdensis *tom. 2. de Sacrament. c. 128.* Michaël Medina *lib. 1. de sacror. homin. continent. c. 99.* & 100. Iodocus Clictouæus *lib. de continent. Sacerdot. c. 4.* Franciscus Turrianus *in lib. de sexta, septima, & octaua Synodis, & lib. 2. de dogmaticis verbi Dei characteribus*; & quidam alij opinati sunt, de iure ipso diuino & instituto Christi Domini annexam fuisse Ordinibus continentiam, non quidem omnibus, sed maioribus, & sacris, incipiendo videlicet à Subdiconatu. Et vel volunt, iure diuino interdici tantùm, ne Clerici post susceptum maiorem Ordinem contrahant matrimonium, vel etiam ne vti possint matrimonio, quando post illud suscipiunt Ordinem: quod totum contendit præcipuè Turrianus.

2. Sed his non obstantibus affirmatiuæ sententiæ adhæreo, pro qua suppono nullum esse ius diuinum prohibens matrimonium, vel vsum eius Ordinatis in sacris, atque adeò non esse in illis de iure diuino continentiam perpetuam, tametsi ea sit quid iuri diuino maximè consentaneum. Ita D. Thomas, 2. 2. *quæst. 88. art. 1.* & est communis sententia Theologorum. Prima pars ostenditur, quia nullum est principium ex quo tale diuinum ius colligi queat, quia in Scriptura, seu in nouo Testamento non habetur. Nec Christus Dominus suis Discipulis, vel Apostolis hoc, inquam, tanquam præceptum posuit, sed tanquam permissionem. Neque in nullo loco D. Paulus significauit præceptum aliquod præsertim à Christo Domino datum, quo prohibeatur Episcopus, etiam post Episcopatum, sumere matrimonij statum. Nec denique ex traditione satis infertur. Nam etiam demus hanc traditionem dari à temporibus Apostolorum; adhuc inde non colligitur præceptum diuinum: nam præcepta Apostolica sunt humana, non diuina, iuxta dictum Pauli 1. Corinth. 1. *Præcipio ego, non Dominus*; & de istis præceptis, vel consuetudinibus introductis ab Apostolis, constat quòque ex traditione ab ipsorum temporibus. Igitur ex traditione Apostolica non satis colligitur præceptum diuinum, nisi aliunde, aut ex materia, aut ex aliis indiciis innotescat; nihil autem horum in præsenti reperitur.

3. Probatur ex Concilio Ancyrano *cap. 10.* vbi dicitur: Diaconi quicumque (cùm ordinantur) si in sua ordinatione protestati sunt, dicentes velle se habere vxores, nec posse se continere, ij postea si ad nuptias venerint, maneant in ministerio, propterea quòd his Episcopus licentiam dederit. Quicumque sanè tacuerunt, & susceperunt manus impositionem professi continentiam, si postea ad nuptias venerint, à ministerio cessare debebunt. Ex quo Concilio patet, continentiam non esse iure diuino sacro Ordini annexam: nam est improbabile, illud Concilium satis vicinum temporibus Apostolorum, in re adeò graui errasse. Confirmatur: nullo Pontificis, vel Concilij decreto talis error in eo Concilio notatus est, qui tamen præteriri non debuisset, vtpotè Ecclesiæ maximè noxius.

4 Igitur dicendum est, obligationem Clericorum ad continentiam, esse solùm iure Ecclesiastico annexam ordinatis in sacris. Patet ex præcedentibus dictis: nam cùm prædicta institutio non sit iure naturæ præscripta, nec sit diuina, vt ostensum est, alia esse non potest nisi humana Ecclesiastica, cùm illa legitima sit, & honesta, & vim habeat obligandi, vt ipso vsu satis euidenter constat, & expresè traditur ab Innocentio Papa II. *in cap. 40. vlt. lex. 27. quæst. 1.* vbi ita cùm statuisset, si Episcopi, vel alij in sactis Ordinibus vxores ducant, debere statim separari, & pro tantis excessibus condignam pœnitentiam agere, subdit rationem, sic dicens, prædictam copulationem contra Ecclesiasticam regulam constat esse contractam. Constat igitur ex ordinatione Ecclesiæ de facto castitatis obligationem esse coniunctam cum Ordinibus sacris, secundùm præsentem vsum Ecclesiæ Latinæ. Vt etiam expresè docuit Tridentinum *sess. 24. canon. 9.* vbi continentiam Clericorum in sacris in legem refert Ecclesiasticam. Ergo si continentia annexa est sacris Ordinibus ex constitutione Ecclesiæ, sequitur posse Pontificem ex magna aliqua causa dispensare, vt Clericus initiatus sacris Ordinibus matrimonium contrahat.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 7. Resol. 74. §. Sed resolutio. & seqq. & in tom. 2. tr. 5. Resol. 113. in fine.

5. Et ideò nostram sententiam, nempe, continentiam non esse annexam sacris Ordinibus ex iure diuino, sed Ecclesiastico, docent Doctores, quos citat & sequitur doctus, & amicissimus Pater Auersa *de*

Sacramento

sacramento Ordinis, quæst.4. sect.3. qui cùm variis rationibus probasset nostram sententiam, postea testatur, illam approbare facta Pontificũ, & ideò sic astruit: Accedit etiam, quòd interdum in ipsa Romana Ecclesia à Summo Pontifice dispensatum est, vt aliquis sacro Ordine insignitus, posset vxorem ducere: quæ dispensatio neutiquam fieri debuisset, aut posset, si obligatio continentiæ esset annexa sacro Ordini de iure diuino. Nec refert quod Michaël Medina respondet, nunquam dispensatum fuisse, vt quisquá simul deinceps in sacro Ordine ministrare. Nam certè, si hæc in re adesset ius diuinum, non obligaret solùm ad hoc, ne quisquam retineat simul exercitiũ Ordinis, & vsum matrimonij, sed ne simpliciter iniret matrimonium, aut illo vteretur post susceptũ Ordinem: si ergo ad hoc non obligat, neque ad illud. Sed absolutè potuisset etiam Ecclesia dispensare, vt Clericus ordinatus inter matrimonium, eóque vteretur, & in suo Ordine ministraret. At quia in hac re Ecclesia non dispẽsat, nisi ex maxima causa, ob rigorem, & grauitatem ipsius Ecclesiasticæ institutionis: neque occurrit causa, vt simul exercitium Ordinum concedatur, cùm abunde suppetant cœlibes viri qui in Ordinibus ministrent, ideò in hoc non est dispensatũ. Sed aliàs benè concessum fuit, vt coniugati proueherentur ad sacros Ordines, ac deinceps possent & matrimonio vti, & in Ordinibus ministrare, nempe apud Græcos. Nec etiam satisfacit quod respondet Maior, non esse quidem iure diuino irritum matrimonium post Ordines contractum, sed esse illicitum: & in hoc posse Pontificem ex graui causa dispensare, sicut potest in aliis votis. Supponimus enim neutiquam posse Pontificem dispẽsare in diuinis præceptis: licèt possit in nostris votis, relaxãdo vinculũ nostræ promissionis.

6. Sed cõstito iam ex sola Ecclesiæ constitutione teneri huiusmodi Clericos ad seruandam castitatẽ, non parũ refert discutere, an ea obligatio sit solùm ex Ecclesiæ præcepto directè præcipiẽte illis castitatem, vt præcipit audire Missam diebus Dominicis, vel immediatè sit ex voto castitatis in Ordine sacro tacitè emisso, mediatè verò ex Ecclesiæ constitutione, quæ id votum Ordini sacro annexit, quod iure diuino annexum non erat. Nam si ex merum præceptum Ecclesiasticum, valida erit dispensatio Pontificia ad contrahendum matrimonium sine causa concessa, & potest, post initium matrimonium peti debitum. At si est obligatio ex voto, non est valida dispensatio absque legitima causa concessa; & post matrimonium initum obligat votum, in quantum patitur status matrimoni), nempè ad non petendum debitum. Valentia *tom.4.disp.9.punct.5.§.1.* docet, nõ esse id proprium votum, sed Ecclesiæ statutum. Alij verò communiter cum D. Thoma *2.2.q.88. art.7. & 11.* censent hanc obligationem esse ex vero, ac proprio voto; quod etiam cum multis, quos refert, & sequitur Sanchez *lib.7. disp.27. n.10.* Et manifestè ostendi videtur, quia, vt patet ex D. Gregorio *epist. 42.* & refertur *cap.2. dist.28.* Ecclesia præcipit nullum ordinari Subdiaconum, ni continentiam promittat, quod etiam Episcopi obseruant. Nam ordinandis proponunt hoc votum, qui hoc ipso quo postea Ordinem suscipiunt, censentur illud vouere.

7. Sed ego puto, obligationem seruandi castitatẽ in Clerico in sacris, & illius inhabilitatẽ ad matrimonium subsequens, oriri non tantùm ratione voti solẽnis castitatis, seu iuris Ecclesiastici annexi voto castitatis, sed etiam ratione Ordinis sacri, seu rationc iuris Ecclesiastici sibi annexi. Ita Rebellus *lib.3. quæst.12.num.2.* & Gaspar Hurtado *disp.16. diffic.1. num.1.* Probatur, nam quòd tale impedimentum resultet in ordinato ratione impliciti voti solẽnis annexi ex constitutione Ecclesiæ, manifestè constat ex *cap. vnico, de voto in 6.* Et firmari potest, quia hoc impedimentum ordine naturæ, vt sic dicam, disponit obligationem non ducẽdi vxorem, hæc autem obligatio quantum est ex intentione Ecclesiæ oriri debet ex voto per sacram ordinationem solemnizato: Præterea quòd tale impedimentum proueniat quoque ex sola ordinatione in sacris, satis firmatur cõmuni sensu Doctorum constituentium, vt distinctũ impedimentum, Ordinem, & Votum. Fauet etiam Tridentinum *sess.24. cap.7.* vbi continentiam Clericorum in sacris, & inhabilitatem ad contrahendum matrimonium, non ad votum refert solemne; ad hoc enim refert inhabilitatem Regularium, qui castitatẽ solemniter professi sunt; sed ad legem Ecclesiasticam adiunctam ipsi Ordini sacro. Ergo, &c. Et hæc omnia supradicta docet clarè, & doctè, vt semper solet, Pater Perez *de matrimonio, disp.28. sect.1. & 2.* cui adde Suarez *de Relig. tom.3. lib.9. c.13.* Sanchez *de matrimonio, lib.7. disp.27.* Henriquez *lib.10. cap.14.* Coninck *de Sacrament. disp.20. dub.11. & 12.* Becanum *de sacrament. Matrim. c.10. quæst.10.* Arcadium *de concord. lib.7. cap.33.* Sotum *de iustitia, lib.3. quæst.4. art.2.* & Præpositum *in 3. par. quæst. vnica, de sacrament. Ordin. dub.20. num.191.*

8. Cùm igitur ex supradictis appareat, vt dictũ est, continentiam Clericorum ex institutione Ecclesiæ dimanasse, sequitur posse Pontificẽ dispensare, vt ordinati in sacris matrimoniũ contrahant, quod præter Doctores citatos docet Marchinus *de sacrã. Ordin. tract.2. part.6. diffic.7. n.4.* Et ideò nostris temporibus à Summo Pontifice in Hispania dispensatum fuit, vt quidam Subdiaconus matrimonium iniret.

RESOL. LXXVIII.

An Pontifex possit dispensare, vt Religiosus vxorem ducat?

Et cursim explanatur, an super habenda proprietate possit etiam Pontifex dispensare cum aliquo Monacho? Ex part.8. tract.1. Resol.73.

§.1. NEgatiuè respondet D. Thomas *in 22.q.88. art.11.* vbi *in fine corporis* concludit, & ideò in voto solemnizato per professionem Religionis non potest per Ecclesiam dispẽsari. Et *ad 2.* in voto temporalis continentiæ per professionem solemnizato non dispensari, hoc non est in quantum est actus, castitatis sed in quantũ incipit ad latriam pertinere, per Professionem Religionis. In medio etiam corporis cùm recitasset opinionem contrariam, sibi aliquando approbatam eam reiicit, & ad argumentum quo *in 4. dist.38.* motus fuerat, hîc *ad primum* respondet: Periculis rerum humanarum obuiandum esse per res humanas, non autem per hoc quòd res diuinæ conuertuntur in vsum humanum: professi autem Religionem mortui sunt mundo, & viuunt Deo; vnde non sunt reuocandi ad vitam humanam occasione cuiuscumque euentus. Et *art.12. huius ad 3.* loquens de plenitudine potestatis Romani Pontificis circa dispensationem votorum, non dicit absolutè eum posse dispensare in omnibus votis, sed in omnibus votis dispensabilibus.

2. Probat autem hanc sententiam ex *cap. cùm ad monasterium, tit. de statu Monachorum.* vbi Innocentius III. ita loquitur: Nec æstimet Abbas quòd super habenda proprietate possit cum aliquo Monacho dispensare; quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeò est annexa regulæ monachali, vt contra eam nec Summus Pontifex possit licẽtiam indulgere. Addit & rationem ex Scriptura petitam

Ad magis elucidãdam doctrinam huius quæst. & Resol. legelatam doctrinam Resol. seq. signãter in §.1. propè finem, & §. Ad secundũ. & infra Resol. 95. §. Sed ego, propè finem, vers. Tertio Pontifex, & in tom.2. tr.6. vnde §. vlt. Resol.125. & si placet lege eam per totam.

Sup. hac proprietate in Resol. seq. Nec obstat. cursim in principio, & breuiter etiã in §. Quod posset, ad fin.8. & inferiùs in tr.2. Resol.66.

titam, *Quod semel est sanctificatum Deo, non potest in alios vsus commutari*, vt habetur *Leuitici vltimo. Animal quod immolari potest Domino, si quis vouerit, sanctum erit, & mutari non poterit.* Et postea generaliter, *Quidquid semel fuerit consecratum, sanctum Sanctorum erit Domino*; ergo similiter, si qua persona est per solemne votum Religionis sanctificata Deo, scilicet ad essentialia Religionis, inter quæ est debitum perpetuæ continentiæ, non potest in alios vsus mutari. Et ideò hanc sententiam tenent ferè omnes discipuli S. Thomæ, Sotus *de institut. lib. 7. q. 4. art. 2.* Syluester *verb. Votum 4. q. 5.* Porrè *de Relig. tom. 1. q. 98. art. 11.* Armilla *verb. dispensatio, num. 11.* Tabiena *eodem verbo, q. nast. 7.* & alij.

3. Sed ego cõtrariæ sententiæ adhæreo, quam ex Thomistis docet Caietanus in locum citatum D. Thomæ, D. Antoninus *part. 2. tit. 11. cap. 2. §. 9.* Plaudanus *in 4. dist. 38. q. 4. art. 3. concl. 11.* Durandus *in 4. dist. 38. q. 2.* omnes ex schola D. Thomæ, quibus adde Tannerum *tom. 3. disp. 5. q. 4. dub. 6. n. 122.* Ioannem Valerum *in differentijs vtriusque fori, verb. Dispensatio, differ. 6. n. 5.* Vasquez *in p. 2. disp. 165. n. 104.* Henriquez *lib. 12. c. 4. n. 2.* Azorius *tom. 1. lib. 12. cap. 9. q. 1.* Medina *lib. 5 de fide, c. 47. & seq.* Nauarrus *in manual. cap. 12. n. 71.* Richardus, Scotus, Maior, Herueus, Angelus, Rosella, Lessius, Valentia, & alij. Dico igitur posse Pontificem etiam in voto solemnis castitatis religiosæ dispensare saltem ex causa publicum & commune bonum Ecclesiæ concernente.

4. Probatur hæc sententia, tum ex facto Pontificũ, quos sæpius in hoc casu feliciter dispẽsasse legimus; & quidem fide indubitata, vt fusè prosequitur Azor, & Platus. Tum quia quoad valorem dispensationis Ecclesiasticæ, eadem est ratio voti simplicis, & solemnis; neque hoc ex natura sua habet maiorem obligationem, quàm illud. Tum quia secundùm S. Thomam, & alios, potest dispẽsari in voto castitatis per Ordinis susceptionẽ, quod non minus solemne est, quàm religiosæ Professionis; & si hoc discrimen sit, quòd hoc tolli non possit, nisi ipso etiam statu (religionis) à persona sublato, &c. quod non est necesse in priori casu. Tum denique quia nihil obstat eius voti dispẽsationi. Non traditio; quia etiam simplex votum aliquando traditionem continet. Accedit, quòd etiam res in Regis dominũ redactas potest Prorex, si maior vtilitas & honor Regis id exposcat, alienare. Non voti solemnitas: quia hæc solo iure Ecclesiastico introducta est. Non ipsa religionis natura, quia licèt de huius essentia sit castitas; tamen non est de essentia eius qui semel Religiosus est factus, vt maneat Religiosus, vt dicetur. Nec demum consecratio. Non solùm quia benedictio ipsa propriè non constituit Religiosum, sed etiam, quia hæc ipsa potest à re integra separari, vt mox dicetur.

5. Sed hæc omnia probanda sunt exemplis, quæ affert, vt dixi, Azorius, & Medina. Legimus enim in vita B. Laurentij Iustiniani, Iustinianos omnes ad vnum, aut ferro, aut morbo extinctos fuisse, præter aliquos senes, qui ad sobolem procreandam apti non erant: euenisse tamẽ, vt vnus tantùm superesset adolescens Nicolaus nomine apud Monachos S. Nicolai. Tunc Vitalis Dux Venetiis impetrauit ab Alexandro III. Pontifice Romano, vt liceret adolescenti Monacho soluere vinculum Religionis ad suscitandã sobolem gentis, eique vnicam filiam nomine Annam despondet: faustæ fuere nuptiæ, donauit, eos Dominus sex filijs masculis, & tribus fœmellis. Lætus tam prospera sobole Nicolaus & Deo gratias agens voti veteris, & Religionis non immemor, ædificato prius apud Amianum Cœnobio Virginũ sub nomine S. Adriani, in quo Anna vxor ipsa quoque monasticam vitam cœpit, ad Monasterium reuersus est: multis miraculis ambo claruerunt. Item est etiam litteris consignatum, ac proditum Ramirũ Aragoniæ Regem Monachum factum, cùm pater eius sine prole decessisset, Romani Pontificis auctoritate è Cœnobio eductũ purpura, & regio sceptro ornatum vxorem duxisse, & ex ea filiam suscepisse.

7. Legimus quoque Casimirum huius nominis primum Poloniæ Regẽ Cluniacensem Monachum sancti Benedicti Religionem professum, & Diaconum effectum, auctoritate Benedicti IX. vel Clementis II. Romani Pontificis à voto, professione monastica absolutum, ad Regnum maiorum suorũ euectum, vxorem accepisse, & liberos procreasse. Constãtia Rogerij Regis Siciliæ filia iam ferè quinquagenaria Cœlestini III. Romani Pontificis consensu, & indulgẽtia à Cœnobio Panormitano educta, & votiua virginitate soluta Henrico VI. nupsit. Auctoritate itidem Clemẽtis VII. multis Religiosis Equitibus professis in Ordinibus militaribus Calatrauæ, & Alcantaræ concessum est, vt si vellent, vxores acciperent; & tamẽ professi erant Religionem; nec est, quòd Sotus opponat sacros Milites, quamuis Religionem professos, non esse verè simpliciter Religiosos: nam etsi id locum habeat in iis sacris Militibus, qui castitatem solùm coniugalem solemni professione promittunt, cuiusmodi sunt sacri Milites sancti Iacobi in Hispania, & sancti Stephani, sub Magno Duce Florentino: verum non est in iis, qui simpliciter castitatem profitentur, quales sunt sacri Milites sancti Ioannis Hierosolymitani, & tales erant milites, tunc temporis Calatrauæ, & Alcãtaræ, licèt tunc castitatem coniugalem promittant.

7 At Syluester, Sotus, & alij hæc incerta esse testantur, aut hos non Monachos veteranos, sed tyrones non Religionem professos, sed Nouitios adhuc in probatione extitisse. Dicant illi quidquid volunt, certè negare non possũt, quod Annales, & historiæ prodiderunt, Ramirus ne Nouitius erat, at fertur fuisse sancti Facũdi Cœnobio Præfectus, & Abbas, postea Pampilonensis Præsul, & post quadraginta annos in Tomerensi Cœnobio exactos sobolis gerendæ causa vxorem duxisse Romani Pontificis auctoritate compulsus. Num Casimirus Nouitius, & tyro fuit at sancti Benedicti regulam professus dicitur, & Diaconus factus, & professionis Monasticæ; & sacri Ordinis religione solutus ad Regnũm prouectus, & vxorem duxit, & liberos procreauit. Incerta sunt hæc: at teste Chrom. *lib. 4. de orig. & reb. gestis Polonorum*, scriptore diligentissimo, vera sunt, quæ dixi Casimiro; & pro hoc Romani Pontificis beneficio, agnoscunt Poloni iniunctum: primùm vt de singulis capitibus, exceptis Nobilibus, siue Equitibus, & qui Sacris addicti sunt, quotãnis obolus vnus in lucernam perpetuò in æde sancti Petri Romæ arsuram pendatur: qui etiamnum sancti Petri nummus vocatur. Deinde præscriptum, vt omnes Poloni rotunda in morem Monachorum tonsura capillorum vtantur; nec infra auriculas ritu barbarico quisquam omninò comam permittat. Festis solemnibus dum Sacra fiunt, vt singuli Equites fasciam lineam candidam in modũ stolæ, qua in sacris vtuntur Sacerdotes, atque Diaconi, è collo suspensam ferant, quæ Pontificis præcepta non grauatè Polonorum Legati suscepere, & totam Poloniam Pontificiis decretis obstrinxere. Hæc Chremerus. An quæ in vita Beati Laurentij Iustiniani referuntur, falsa sunt, ita vt fidẽ facere non possint. An Constantia Nouitia fuit; an historia est incerta; sed teste Fazello rerũ Sicularum scriptore *lib. 7. cap. 6. in decade poster.* eam historiam Siculi Annales quotquot extant, commemorant, auctores plurimi tradunt. diplomata, & decreta Cœlestini, quę hucusque in Archiuio Romano asseruantur,

asseruantur, id habent. Nec est, quod Sylvester, Sotus, & alij respondeant, id quidem fecisse Pontifices, sed potestate fecisse, non iure: & fecisse quidem probabilem Doctorum sententiam sequutos, sed nó definisse: & alia multa, ait Sylvester, facere cõsueuerunt, quæ faciunt quidem, & non sine aliorum offensione, at non iure. Cæterùm hoc est argumenti vim fugere, non argumentum soluere, sed quid quid dict ille, certè existimo id fecisse Pontifices, & in re tam graui, & seria, Theologos, & vtriusque iuris peritos, consilium dedisse.

8. Concludam igitur hanc resolutionem cum verbis Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 14. diffic. 7. n. 2.* vbi sic ait. *El voto solemne de la Religion no dirime el matrimonio por derecho diuino, ò natura, sine solo por derecho Ecclesiastico. Esta sentencia tengo por la mas probable, porque como la solemnidad del voto es de derecho Ecclesiastiaco, como dize el derecho lo que de ahi se siguiere tambien ha de ser de derecho Ecclesiastico. De lo qual se infiere, que puede el Papa ernesto dispensar, como lo ha hecho muchas vezes.* Ita ille, cui præter Doctores citatos, adde Præpositum *in 3. par. q. 7 de impedim. matrim. dub. 5. n. 27. & seq.* Coninck *de Sacram. disp. 1. n. 7.* Sanchez *lib. 7. disp. 2.* Pontium *lib. 7. c. 22.* Lessium *lib. 2. cap. 42. n. 78.* Reginaldum *lib. 31. n. 123.* Rebellium *lib. 3. q. 2. n. 5.* Auersam *de sacram. Matrim. q. 15. sect. 2.* & alios penes ipsos.

RESOL. LXXIX.

An Pontifex, ne remaneat extincta quædam Illustris Familia, possit præbere licentiam, vt Eques Religionis Hierosolymitanæ transeat ad Religionem D. Iacobi, Alcantaræ, Calatraua, &c.

Ex quo infertur, an Pontifex possit dispensare in voto solemni Religionis?

Et quid de voto solemni paupertatis?

Et supponitur posse, & solere Summos Pontifices præbere licentiam, vt aliquis Religiosus transeat ex vna Religione strictiori ad aliam laxiorem iusta existente causa.

Et quæritur, an supradicti Equites D. Iacobi, Calatraua, Alcantaræ, &c. sint veri Religiosi, & possint eligere Confessarium, ab Ordinario non approbatum, & gaudere priuilegio Canonis, fori, & exemptione gabellarum, & in multis alijs comprehendantur vt Religiosi?

Et infertur, quod si Capucinus, Minimus, Mercenarius cum licentia Pontificis transiret ad Canonicos Regulares, vel ad Carmelitas Claustrales, &c. non tenerentur ad votum paupertatis tã rigidè vt antea: nec ad votum Quadragesimale, nec ad votum redemptionis Captiuorum.

Et an dissoluatur vinculum prioris professionis, si Religiosus professus legitimè transeat ad alium Ordinem, vt ibi denuò profiteatur?

Et docetur, quæ causa sit iusta ad dispensandum in voto solemni Religionis.

Et an in secundo gradu nunquam dispensetur nisi inter magnos Principes. Ex part. 10. tract. 12. & Misc. 2. Resol. 1.

§. 1. CErtum est, nec indiget probatione, posse, & solere summos Pontifices præbere licentiam, vt aliquis Religiosus transeat ex vna Religione strictiori ad aliam laxiorem, iusta existente causa; vt inter alios firmat Ricciullus *de Iure personarum lib. 8. cap. 4. n. 4.* Difficultas est, an possit hoc facere in casu nostro: Primò, quia Religio diui Iacobi, Alcantaræ, & Calatranæ, non est vera Religio vt plures Auctores docent. Ita Sotus *de Iust. lib. 7. quæst. 5. art. 3. ad 3.* qui tamen contrarium dicit de Equitibus Hierosolymitanis: ergo. Secundò, quia in illis prius nominatis Religionibus non emittitur votum castitatis absolutum, sed votum castitatis coniugalis: ergo Pontifex dispensaret in voto castitatis solemni; quòd negat posse cum facere D. Tho. *in 2. 2. quæst. 88. art. 11.* Raphaël de la Torre, Sotus, Sylvester, Armilla, Tabiena, & omnes Thomistæ. 2. Verùm, his non obstantibus, ad casum propositum videtur affirmatiuè respondendum; quia communior, & probabilior Doctorum sententia tenet Equites Diui Iacobi, Calatranæ, &c. esse verè Religiosos; & ita docent fere 60. Doctores, quos etiam, me citato, citat & sequitur Ambrosius Machin. Archiepiscopus Calaritanus, *in Alleg. pro iurisdictione Ordinum Militarium, artic. 1. num. 7. & 25.* Quibus ego addo Sanchez *in Summa, tomo 3. lib. 7. c. 27. num. 105.* Suarez *de Religione, tomo 4. lib. 1. c. 4. à num. 8. vsque ad 17.* Pellizarium *in Manual. Regular. tom. 1. tract. 1. cap. 3. num. 48* Pizzarum *in Discursu Apologetico pro Ordinibus militaribus, num. 19. cum seqq.* Valenzuelam *consil. 85. num. 9.* Valescum *consult. 108. n. 27.* & me citato Larream *tomo 1. Allegat. 64. num. 2. & 3.* & me citato Sperellum *tomo 1. decis. 2. num. 64.* Fernandez de Castro *in Portugal conuincida, par. 1. sect. 1. lit. A.* Gallaratum *in Allegat. iuris pro Defens. D. Eduardi de Portugal. num 8.* & me citato Amaiam *in Codicem leg. vlt. de incolis, lib. 10. tit. 39. num. 15.* Ansaldum *consult. 78 num. 45.* Carleualium *de Iudicijs, tomo 1. lib. 1. tit. 1. dist. 2. quæst. 6. num. 416.* Ferentillum *in decisionem 2. Burati,* & me citato Zipæum *de Iurisd. lib. 1. cap. 21 num. 1.* Guazzinum *Defens. 20. num. 16.* Riccium *in Praxi, tom. 4. resol. 170. & 176.* Lezzanum *in Summa, tom. 2. cap. 5. num. 6.* & me citato Bordonum *in Consil. Regu. tom. 1. resol. 28. n. 23.* & me citato Leandrum *de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disp. 11. quæst. 47.* Martinum de San Iuan *in Monita Confess. tom. 1. tract. 14. de Pœnitent. num. 4.* Sancium *in Selectis, disput. 49. n. 10.* Faustum *in Thesauro, lib 5. quæst. 11.* Pereiram *dec. 58.* Megalam *tom. 4. lib. 4. cap. 20 lq. 5. n. 40.* Merendam *controu. Iur. lib. 14. cap. 49. num. 40.* Fabrum *in Codice, lib. 6. tit. 12. differ. 33. num. 2.* Transmieram *de Poligamia, lib. 3. quæst. 22. num. 26.* Valerum *in differ. vtriusque Fori, vera. Munera, differ. 1. n. 12. & 23.* Nouarium *in Lucerna Regularium, num. 16.* & alios penes ipsos.

3. Dicendum est itaque, votum castitatis coniugalis non sufficere iure communi ad constituendum votum solemne castitatis: sed negandum, id non posse fieri priuilegio; cum enim solemnitas voti sit iure humano inducta, potest illa minui, vel augeti rationabili causa subsistẽte: & ita sicut Papa potest facere Religioso facultatem aliquo modo testandi, moderando solemnitatẽ voti paupertatis, ita etiam facere facultatem vtendi cõiugio legitimè minuendo solemnitatem voti castitatis. Deinde, licet voti obligatio sit iure naturali, & diuino inducta; solemnitas tamen voti à iure humano Pontificio inuenta est; Pontifices enim maximi induxerunt, vt ad faciendum solemne votum requiratur, primò, quod constet ex tribus votis, scilicet, castitatis integræ, Paupertatis, & Obedientiæ: Secundò, quòd hæc tria fiant in Religione approbata: Tertiò, quod fiant in manibus eius, qui potest vouentem incorporare Religioni; & quod alioquin non sit solemne secundum omnes. Et ideò sicut Papa statuit, & induxit, vt omnia prædicta requirantur ad hoc, vt aliquod votum dicatur solemne, & sufficiens ad faciendum aliquem verum Religiosum, & ad alios certos effectus, ita potest statuere, vt aliquid amplius requiratur, vel aliquid minus sufficiat; & cõsequẽter

Sup. hoc in tom. 7. tr. 3. Res. 54 à lin. 3. & ibi in tr. 1. Res. 99. §. 2. ante medium. à vers. Verè Religiosos. & cursim in Res. 100. & etiã breuissime in Res. 149. §. Quæro secundo. ad lin. 8. & in tom. 4. tr. 3. Res. 98. à lin. 1. & vers. ex doctrina. & in Res. 99. à lin. 2. & in tom. 5. tr. 7. Resol. 34. §. Adde, & in Res. 35. §. 1. cursim propè finem & in Resol. 36. §. Nec valet. inter mediũ & finẽ. vers. Respondeo. & in tom. 8. tr. 1. Res. 11. §. 1. & seqq. & ibi in tr. 4. Res. 18. à lin. 2. & in tom. 9. tr. 2. Res. 262. §. 4. à lin. 5. & cursim in Res. 167. & 169.

potest efficere, quod non solum votum castitatis integræ, sed etiam votum castitatis coniungalis sufficiat; cùm omnes Pontifices maximi æqualem, imò eandem potestatem Ecclesiasticam immediatè à Deo, sicut ipse Petrus accepit habeant, & accipiant. Arg. *cap. In nouo 21. dist. cap. Cuncta, cap. Ipsi sunt. 9. quæst. 3. & c. 1. de homicid. in 6.* Quò fit, quod licet omnes Religiosi emittant votum Paupertatis; non tamen omnes pari modo ad eam seruandam obligantur. Franciscani enim de Obseruantia, & Capuccini tenentur eam seruare in particulari, & in communi, at Religiosi non Mendicantes, tantùm in particulari, non in communi. Quin & Mendicantes ante Concilium Tridentinum, non poterant habere in communi, nisi cum certa limitatione; nunc autem post Concilium Tridentinum possunt habere sine illa, per *cap. 2. sess. 25.* Quin & aliqui Religiosi, etiam quibus non licet habere proprium, possunt ex priuilegio certo modo testari per limitationem voti Paupertatis. Et non ita est cur quis miretur, Pontifices maximos statuisse, vt aliquot Religiosi Religionum ad militiam armatam constitutatū propter maximam difficultatem seruandi votum castitatis integræ, conuersando ferè semper cum secularibus hominibus, & fœminis, satisfacrent voto castitatis Religioni necessariæ, seruando coniugalem.

4. Sed pro Religionibus Hispanis, & in fauorem Hispani Oratoris, non erit incongruum Hispanum Auctorem audire de hac quæstione loquentem: ideò nostram sententiam tribus rationibus nouissimè confirmat me citato *Hieronymus Garzias* in Politica regulari, tract. 1. difficul. 5. dub. 4. punct. 2. num. 3. vbi sic ait: *La primera, que no es de essencia de la Religion, que los votos sean solemnes, como se vè en la Campañia, en la qual con solos los votos simples, que hazeo al cabo de los duos años, que dan perfettos, y rigorosos Religiosos: verdad es, que de derecho comun, essentiales son los tres votos solemnes como consta* ex cap. Religioso, de sentent. excommunicat. in 6. & ex Clement. 1. de Religiosis domibus. *Però puede dispensar el Papa, como de hecho ha dispensado con los Padres de la Compañia y con estos militares, y assi, aunque no so solemnes los que hazen estos Caualleros; però no obstante esso, bastan para constituir los verduaderos Religiosos. Lo segundo porque las Bullas Pontificias, qua confirman estas Religiones, llaman à estos Caualleros, Religiosos. Ni vale la distinction de algunos Canonistas, que explican se han de entender Religiosos lato modo; porque ai, dizen, dos maneras de Religiones,* vnas perfectissimas, *y otras* secundùm quid: *Pero contra esto arguye* Suarez *y* Basilio, *probando se ha desir con cautela en esta distinction; porque por lo menos se ha de entender, que ablan los Pontifices de los que essencialmente son Religiosos; pues aliàs auriannot de confessar, que los Pontifices hablan impropriamente, y esto temeridad; y luego por lo menos hemos de conceder, que son essencialmente Religiosos, aunque aliàs tengan con mas anchura la obseruancia de los votos, que otras Religiones. La Terzera, porque este estado puede ser estado de perfeccion, para loqual tiene todos los medios proporcionados, segun el fin y instituto destas milicias; y aunque los votos se obseruan con alguna latitud, però no tanta, que no quedan dentro de la esfera de sufficiencia, para poder constituir Religion; y maxime professandolos de baxo de regla approbada por la Sede Apostolica, y haziendo estos Caualleros entrega de su persona à la Religion, nada de lo sustancial les falta parauser Religiosos. Hucusque doctus Pater Garcias.*

5. Ex quibus ego in meis operibus sparsim olim collegi cum multis Auctoribus, dictos Equites, Primò, gaudere priuilegio Fori, & Canonis, & exemptione Gabellarum: Secundò, emissa professione, relinquendo Ordinem, esse Apostatas: Tertiò, non posse emittere professionem, nec ante annum decimum sextum expletum, nec nisi expleto Nouitiatus anno: Quartò, dictos Equites post professionem fornicantes committere Sacrilegium, & teneri hanc circunstantiam in confessione aperire, tam ipse quā mulieres cum ipsis fornicantes: Quintò, deferentes portare habitum, peccare mortaliter & in excommunicationem incidere: Sextò, tanquam verè Religiosos fuisse à Clement. VIII. exceptos ne comprehenderentur in Bulla, qua interdixit Religiosis munerum largitionem: Et tandem septimo, posse dictos Equites, vt verè Religiosos eligere sibi Confessarium non approbatum ab Ordinario, vt docent Riccius *in Praxi, tom. 4. resol. 170. num. 2.* Nouarius, *de elect. Fori, quæst. 69. num. 23. sect. 2.* Leandrus *de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disp. 11. q. 47.* & Martinus de San Ioseph *in monita Confessar. tom. 1. lib. 1. tract. 24. de Pœnit. n. 4.* vbi sic ait: *Lo mismo se deue dezir de los Caualleros de las Ordenes de San Iuan, san Iago, Calatraua, y Alcantara, que se podran confessar con qualquier simple Sacerdote idoneo, regular, ò seglar aunque no estè expuesto, porque segun la mas verdadera opinion, son verdaderos Religiosos.* Ita ille. Vnde patet responsio ad Argumenta in contrarium adducta & ad primum Soti & aliorum asserentium, Equites diui Iacobi, Calatrauæ, &c. non esse verè Religiosos: respondeo, contrarium asserendum esse, cùm opinio affirmatiua sit communior, & probabilior; vt patet ex superius dictis. Hinc Pontius *in tract. de imped. Matrim. causa 27. q. 1. §. 4.* sic ait: dictos Equites esse verè, & substantialiter Religiosos, adeo certum existimo, vt oppositum iudicem nimis licentiosè dictum, ne dicam aliquid grauius; cùm pleno ore litteræ Pontificiæ illos appellent Religiosos; & etiam cùm castitate coniugali vera Religio constare possit; eo quod, sicut in paupertate latitudo est, ita etiam in castitate, quæ est materia voti. Ita Pontius. Et quidem in casu nostro, nemo nisi bardus diceret, Pontificem, si vellet, non posse hanc sententiæ adhærere, cùm sit tantorum virorum authoritate fulcita, & validissimis rationibus roborata.

Sup. hoc §. prā in Res. 39. §. vlt. & in tom. 1. tr. 1. Res. 22. §. Quoad secundum. & in tom. 2. tr. 2. Res. 22. §. 2. ante medium, & in tom. 7. tr. 1. Res. 87. circa fim, in fine, & in Res. 96. §. 1. & in Res. 99. §. 2 & in Res. 100, & in tom. 9. tr. 2. Res. 162. propè finem.

6. Ad secundum argumentum, respondeo, primò, quod doctrina illa, negans Pontifici authoritatem dispensandi in voto solemni castitatis, semper mihi displicuit, & ideò puto contrariam esse communiorem, & probabiliorem, quam tutatus sum in *Par. 8. tr. 1. resol. 73.* cum Tannero, Vasquez, Henriquez, Azorio, Præposito, Coninch, Sanchez, Lessio, Reginaldo, Rebellio, & aliis: vnde in Schola Patrum Societatis hæc opinio est communis. Et ratio est, quia Pontifex potest dispensare in voto simplici castitatis perpetuæ: ergo etiam poterit dispensare in voto solemni. Probo consequentiam, quia solemnitas voti solo Ecclesiæ decreto est introducta, vt expressè definitur *in cap. vnico de voto in 6.* ergo Summus Pontifex, si subsit iusta causa, potest in eo dispensare; quia potest suum decretum relaxare. Tum quia Pontifex potest relaxare votum solemne castitatis Clericorum vt Diuus Thomas communiter receptus, testatur: ergo etiam poterit relaxare votum solemne Religiosorum. Probo consequentiam, quia cùm vtrumque sit solemne, æqua debebit esse vtriusque ratio.

Sup. hoc §. prā in fine, §. 1. huius Res. & in Res. citata ad lin. 6. huius §. Quæ nunc est antecedens. & infrà in Res. 95. §. Sed ego, ptoe pè finē, vers. Tertiò Pontifex. & quamuis nō plenè sup. hoc lege tamen in tom. 2. tr. 6. §. vlt. Res. 115. & si placet lege eam per totam.

6. Nec obstat, quod in *c. Cum ad Monasterium, de statu Monachorum*, habeatur; *Neque æstimet Abbas, quod super habenda proprietate, possit cum aliquo dispensare; quia abdicatio proprietatis sicut*

Et sup. hac proprietate & custodia Castitatis, & etiā pro se-

&

& custodia Castitatis adeo est annexa Regulæ Monachali, vt contra eam, neque etiam Summus Pontifex possit licentiam indulgere. Ad hoc enim respondet Durandus *in 4. dist. 28. q. 2.* consulto Textum dicere, non posse Romanum Pontificem licentiam dare, quia non potest ad libitum, & absque causa iusta. Alij verò, & rectiùs dicunt, non posse Pontificem dispensare, vt Religiosus quandiu manet Religiosus proprium habeat, vxorem ducat, ac liber sit ab omni obedientiæ iugo, eo modo quo sunt cæteri Sæculares, successiuè tamen benè fieri potest, ex aliqua vrgenti, & multum rationabili causa, & authoritate Apostolica, vt qui aliàs erat Religiosus, desinat Religiosus esse, & fiat Sæcularis, habeatque proprium, & Matrimonium contrahat, & liber sit ab omni obedientia. Et ego obseruo, non solùm cum Regibus, & Principibus magnis Pontifices dispensasse, sed etiam cum viris nobilibus; & ideò Alexander III. vt in vita beati Laurentij Iustiani apud Surium, 8. Ianuarij legitur, dispensauit cum Nicolao Iustiniano Veneto, Religioso in Monasterio sancti Nicolai, qui solus tunc ex familia Iustiniana supererat; vt vxorem acciperet, & hoc, vt rectè obseruat Faustus *in Tres. lib. 7. quæst. 48.* ne Familia tam illustris extingueretur. Quod exemplum valdè notandum est in casu nostro in fauorem Oratoris. Est etiam aliud exemplum Gregorij XIII. qui dispensauit cum germano Cardinalis Ioyosæ, Sacerdote Professo, & Prouinciali Ordinis Capuccinorum. Sed plus obseruo in fauorem Oratoris, nempe vt notat Azorius, *tom. 1. lib. 12. c. 7. q. 1.* & Rocafus *in Praxi Theologiæ Moralis tom. 2. lib. 3. parte Decalogi, c. 4. num. 504.* Clementem VIII. cum multis Religiosis Equitibus professis in Ordinibus Alcantaræ, & Calatrauæ dispensasse, vt vxores acciperent eo tempore, quo castitatem absolutam vocabant; nam vt notat Ambrosius Machin. *in Alleg. pro iure Ordin. Milit. artic. 2. num. 21. ante Bullam Leonu X. Estos Caualleros hazian voto de Castidad absoluta, como las demas Religiones, y como la Orden de san Iuan.* Vnde ex his ego nunquam persuadere mihi potui sanctum Thomam hanc auctoritatem Romano Pontifici negasse, sed solum docuisse, vt optimè Caietanus annotauit, Romani Pontificis authoritate fieri non posse, vt quis sit Religiosus, & coniux, vel dominium habeat; pugnat enim cum natura Religionis, coniugij, & dominij vsus. At Pontificia authoritate fieri potest, vt Religiosus desinat esse Religiosus, & sic Matrimonium contrahat, & res vt proprias possideat. Verùm demus absolutè D. Thomam, hanc authoritatem Pontifici denegasse; eius opinio cessat in casu nostro, in quo Pontifex, non facit de Religioso non Religiosum, sed transfert Religiosum de vna ad aliam Religionem in qua verè existente Religioso, non tenetur tamen ad votum castitatis absolutæ, sed coniugalis. Itaque in casu de quo loquimur; Pontifex non dispensat absolutè in voto castitatis solemni, sed illud communicat in votum castitatis coniugalis.

8. Quod posse fieri præter superius dicta confirmatur ex *cap. Cum ad Monasterium, de statu Monachorum*, in quo patet potestatem Pontificis in dispensatione voti Paupertatis, & Castitatis, procedere pari passu. Sed vt notat Pater Quiedo Benedictinus *de Republica Regul. part. 1. c. 1. tract. 9. q. 9.* Cùm Pontifex confert alicui Religioso pensionem, solet priùs dispensare in voto Paupertatis vt mecum factum fuit à Sanctissimo Domino nostro annis elapsis, & plus. Ergo Pontifex poterit etiam ex iusta causa dispensare etiam in casu nostro, & simul commutare votum castitatis absolutæ, in votum castitatis coniugalis, quia vt dictum est, potestates dispensandi in voto paupertatis, & in voto castitatis æquiparantur: & sicut potest habere latitudinem votum Paupertatis, potest etiam habere latitudinem votum castitatis. Vnde commutatio voti continentiæ, in castitatem coniugalem non mutat substantiam Regulæ; vt docet Sacra Rota *Diuers. parte secunda, decisione ducentesima sexagesimæ sexta num. 6.* quod etiam notauit Riccius *in Praxi, part. 4. resol. 76. n. 3.* Machin. *vbi suprà; art. 2. num. 12.* Sperellus; *tom. 1. decis. 2. num. 64.* & alij, adde vt obseruat Suarez *de Relig. tom. 4. tract. 9. cap. 5. num. 29.* Pellizzarius *tom. 1. tract. 1. c. 3. n. 322.* Lezana, *tom. 2. c. 5. n. 9.* supradicta vota coniugalia in dictis Religionibus posse dici aliquo modo vota solemnia, quoad perpetuitatem absolutam: ergo, &c.

9. Posset etiam aliquis dicere, quod in casu nostro Pontifex nõ dispensat in voto solemni castitatis, sed tantùm ponit, verbi gratia, Oratorem in alio statu, in quo amplius dicti voti obligatio illum non astringit. Itaque in hoc casu, de quo loquimur; non adest pura dispensatio, nec dispensatio mixta cum commutatione, sed translatio cum iusta causa, ex vno ad alium statum; in quo posteriori non adsunt obligationes eodem modo, quo in priori aderant. Et ideò si aliquis Capuccinus cum licentia Pontificis transiret ad Canonicos Regulares vel ad Franciscanos Claustrales; non teneretur ad votum paupertatis tam rigidè vt antea, per ea, quæ docet Machin. *vbi suprà, art. 3. n. 34.* & Cenedo *de Paupertate Religiosa dub. 50. num. 18.* Sic etiamsi aliquis Minimus, vel Mercenarius transiret, verbi gratia, ad Carmelitas Claustrales, non teneretur ad votum quadragesimale, nec ad votum Redemptionis Captiuorum, non quia Papa dispensauit in omnibus supradictis votis, sed quia transtulit dictos Religiosos in statum, in quo non adest amplius obligatio illa vota obseruandi. Et ratio horum omnium est, quia per legitimum transitum ad aliam Religionem, dissoluitur vinculum prioris Professionis, quatenus vnus status religionis mutatur in alium, iuxta diuersitatem Professionis, quæ in talibus Religionibus respectiuè emittitur; vt optimè obseruat Sanchez *in Summa, tom. 2. lib. 6. c. 7. n. 87.* & Pellizzarius *in Manual. Regul. tom. 1. tr. 1. c. 2. n. 34.* qui post *tr. 3. c. 5. sect. 1. n. 11.* quærens, an dissoluatur vinculum prioris professionis, si Religiosus professus legitimè transiens ad alium Ordinem, ibi denuo profiteatur? respondet dissolui, & quidem, ita vt si quod aliud votum, siue solemne, siue non solemne, erat annexum priori professioni, omnino desinat obligare, si excipias votum de non petenda, aut acceptanda dignitate extra Religionem; quod in præsenti non cessat ex Const. Vrbani VIII. in ordine 140. per quacumque Religiosi translationem, aut habitus priuationem, ac dimissionem.

10. Sed vt verum fatear, communiter Doctores agnoscunt in licentia à Pontifice concessa ad laxiorem Religionem adesse quandam in solemni Religionis strictioris voto dispensationem, etsi partim admisceatur commutatio; & ita docet Sanchez *in Summa, tom. 2. leg. 6. c. 7. n. 5 2.* Ricciullus *de Iure personarum, lib. 4. c. 8. n. 4.* cum aliis: & ideò talis licentia absque iusta causa à Pontifice non posset concedi.

11. Stando igitur in hac opinione, restat modo videre, an summus Pontifex habeat in casu nostro iustam causam præbendi talem licentiam Oratori, vt possit transire ex Religione Hierosolymitana ad Religionem D. Iacobi Calatrauæ, &c dispensando implicitè & simul cõmutando votum castitatis absolutũ, in votum castitatis coniugalis, vt dictum est? Et affirmatiuè videtur respondendum; adest enim &

iusta causa priuato, & publica. Adest iusta causa priuata, nempe periculum damni spiritualis ipsius Oratoris, remanendo in dicta Religione Hierosolymitana propter eius fragilitatem; & ideò hanc esse iustam causam dispensandi in voto castitatis, dixit Ochagauia *de Sacram. tract. 4. de dispens. Matrim. q. 6. n. 6.* qui citat Nauarrum, Suarez, & Sayrum, quibus ego addo Io. Præpositum *in par. 2. D. Thomæ, c. 98. dub. 3. n. 18.* Raphaëlem de la Torre *in 2. 2. D. Thomæ, tom. 1. q. 88. art. 12. disp. 4. art. 4.* Martinum Perez *de Matr. disp. 45. sect. 5. num. 13.* Laymann. *l. tract. 4. c. 8. num. 5.* Stephanum *de Sacram. l. 3. cap. 113. num. 3.* Lessium, *2. c. 40. dub. 17. n. 120.* Sanchez *in Summ. tom. 1. lib. 4. c. 41. n. 40* & iterum Lessium *in Auctar. Cas. Cons. ad part. 2. D. Thomæ, verb. Sponsalia, c. 7. n. 18.*

12. Nec obstat dicere, Gratianum *disceptat. 457. n. 10.* non admittere talem causam, vt possit Pontifex dispensare in voto castitatis Equitum Hierosolymitanorum; nam respondeo, Gratianum loqui in illo casu, in quo Equæs petebat dispensationem absolui à voto, & Religione, quod non accidit in casu nostro, in quo Orator manet Religiosus nec obtineret dispensationem absolutam à voto; sed votum castitatis absolutum commutatur in votum castitatis coniugalis. Secundo respondeo, Gratianum intelligendum esse casu, quo Eques Hierosolymitanus non adduceret aliam causam, nisi solam suam fragilitatem in obseruando; secus autem si adduceret etiam aliam causam: nam, vt obseruat Castrus Palaus, *tom. 5. disp. 4. tract. vlt. §. 12. n. 2.* Leandrus *de Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 24. q. 23.* Perez *de Matrim. disp. 45. sect. 5. num. 13.* Hurtadus *de Matrim. disp. 26. diffic. 5. n. 13.* Trullench, *de Sacram. lib. 7. c. 10. dub. 2. num. 18.* & alij, plures causæ aggregatæ sufficiunt, quarum singulæ non sufficerent: sed in nostro casu, præter fragilitatem adductam in obseruando voto, adest inconsideratio, & leuitas cum quibus emissum fuit; quam iustam causam esse ad dispensandum tradit Castrus Palaus *tom. 3. tract. 15. punct. 9. num. 7.* Stephanus, *de Sacram. lib. 3. c. 113. n. 3.* Ochagauia, *tract. 4. de Matrim. q. 7. n. 5.* Et individualiter pro casu nostro, supradictas causas, nempè leuitatem in emissione voti, & periculum labendi ex fragilitate, esse sufficientes, licitè præbeatur licentia transeundi ad laxiorem Religionem, tradit Sanchez *in Summa, tom. 2. lib. 6. c. 7. n. 72.* Adest etiam pro iusta causa auctoritas, & merita intercedentis pro Oratore, qui est Augustissimus Rex Hispaniarum; & hanc esse causam iustam dispensandi, & per consequens præbendi licentiam de qua loquimur, tradiderunt Coninch *de Sacram. disp. 23. dub. 5. n. 49.* Sanchez *de Matrim. l. 8. disp. 19. num. 22.* Hurtadus *vbi suprà, num. 11.* Perez *num. 5.* Villalobos, *tom. 1. tract. 1. diffic. 26. n. 7.* Molfesius, *in Summa, tom. 1. tr. 4. c. 12. n. 57.* Reginaldus, *tom. 2. lib. 31. c. 26. n. 16.* Palus, *tom. 1. disp. 4. punct. vlt. §. 2. n. 1.* Leandrus *de Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 24. q. 24.* Et ratio est, quia multum expedit Ecclesiæ, habere Reges specialiter deuinctos.

Sup. hac leuitate infrà in tr. 2. Res. 80.

13. Verùm his omnibus causis omissis, quæ tamen multum mouere possent benignitatem Sanctissimi D.N. non dubito, præcipuam esse illam, quæ pertinet ad bonum publicum, ne pereat videlicèt, & extincta remaneat, vna ex nobilissimis Familiis Regni Maioricarum: nam hanc causam pertinere ad commune, & publicum bonum, fitmarunt vno ore Doctores magni nominis, & patet *ex l. 1. §. Denunciare, vers. Publicè. ff. de vent. inspicien.* Et ita ex Henriquez, Sanchez, & Coninck, Gaspar Hurtadus, *de Matrim. disp. 26. diffic. 3. n. 12.* quibus adde Martinum Perez, *de Matrim. disp. 45. sect. 5. n. 10.* Baunyum *in Theol. mor. tom. 1. tract. 12. q. 2. præpos. 4.* Castrum Palaum, *tom. 5. disp. 4. punct. vlt. §. 2. n. 2.* Bassæum *in Flor. Theol. Pract. verb. Matrim. num. 5.* Stephanum *de Sacram. lib. 2. c. 113. n. 3.* Trullenck *de Sacram. lib. 7. c. 10. dub. 2. n. 9.* Vnde asserit Villalobos *in Summa, tom. 1. tr. 14. disp. 26. num. 6. Que por esta causa* (ne periret videlicet familia nobis) *dispenso Gregorio XIII. con D. Lucia Condessa de Sancta Gadea para casarse con su tio, con quien auia estado casada vna hermana suya, y ella tenia hecho voto de castidad.* Ita ille. Quod quidem votum fuerat à dicta Comitissa emissum in manu Episcopi; vt notat Henriquez *l. 12. c. 3. n. 9. in Glossa lit. D.* Et quidem fuit hæc materia dispensationis: nam Pontifex, primò dispensauit in voto castitatis coram Episcopo emisso: secundo dispensauit, vt Comitissa contraheret cum marito olim suæ sororis: tertiò dispensauit, vt contraheret cum Patruo. Et hoc solum, vt dictū est, ne extincta remaneret Familia illa nobilis, quia ad publicum & commune commodum spectabat.

14. Et tandem in fauorem Oratoris ponderandus est Textus Concilij Tridentini, *sess. 24. c. 5. de Reformatione Matrimonij* in quo habetur, quod in secundo gradu nunquam dispensetur, nisi *inter magnos Principes: & ob publicam causam.* Et tamen hoc non obstante; vt obseruat Auersa *de Matrim. quæst. 19. sect. 4.* Sanchez, *lib. 8. disp. 19. n. 2.* Villalobos *tom. 1. tr. 14. difficul. 26. n. 4.* Trullench, *de Sacramnet. lib. 7. c. 10. dub. 2. n. 15.* Filliucius *tom. 1. tr. 10. part. 2. c. 10. n. 318.* Zerola, *in Praxi, part. 1. verb. Dispensatio, §. 1.* Zipæus, *in Analys. Iur. Can. lib. 4. tit. de eo, qui cognouit vxor. n. 7.* Ochagauia, *de Sacrament. tract. 4. de Matrim. q. 7. n. 6.* Baldellus, *tom. 1. lib. 5. disp. 51. n. 8.* Pontius, *de Matrim. lib. 9. c. 14. n. 12.* Rocafull. *in praxi Theol. mor. par. 3. lib. 6. c. 17. q. 4.* Pontifices in secundo gradu aliquando solent dispensare inter Batones Feudatorios, & alios viros nobiles nec ex causa publica, vt vult Concilium, per se, & directè tangente ad bonum publicum, sed bonum priuatū; & remotè ad bonum publicū spectante: nam vt patet ex ipso Concilio Tridentino *sess. 15. c. 18. de Reformatione* non semper requiritur ad iustitiam causæ dispensationis faciendę, quod proximè & immediatè tendat in commune bonum, sed satis est si remotè, & indirectè; bonum enim publicum pendet ex bono priuatorum, vnde bonum priuatum aliquatenus bonum commune dici potest. Et in Dataria vidimus, Pontifices dispensare cum Personis inferioris notæ, licet non adsit causa publica directè bonum commune respiciens, hinc quando D. Thomas *in par. 2. q. 97. art. 4.* Sotus *de Iust. lib. 1. q. 7. art. 3.* & alij asserunt, infidelem fore dispensatorem, nisi propter bonum commune dispensaret; intelligendi sunt saltem indirectè. Et ideò etiam in dispensatione, de qua loquimur, nempè voti solemnis castitatis, sufficere priuatam causam ex parte vouentis, docuerunt Henricus de Guedano. *Quodlib. 5. q. 28.* Richardus *in 4. dist. 38. art. 9.* Cardinalis Caietanus, *tom. 2. opusc. tract. 27. de dispensat. Matrim. q. vnica,* quam sententiam non audet damnare Medina *de Sacram. hom. con. in. lib. 5. c. 35. & 37.* vtpotè in praxi positam à Clement. VIII. in dispensatione cum Equitibus Calatrauæ, & Alcantaræ, vt suprà visum est: & illam tanquam probabilem admittit Valentia, *tom. 3. disp. 6. q. 6. punct. 7.* nam contrariam sententiam, quam ipse docet, vocat tantum veriorem.

Sup. hoc infrà in tr. 1. Res. 126. & 127.

15. Sed licèt hæc omnia satis conducant ad iustificandam petitionem Oratoris; tamen in nostro casu illis non egemus, quia sūmus Pontifex non dispensat simpliciter, nec facit de Religioso, non Religiosum; sed commutat votū castitatis absolutæ, in votum castitatis cōiugalis, stante licentia, quā præbet

transeundi

transeundi ex Religione Hierosolymitana ad Religionem Diui Iacobi: pro quo transitu sufficere tantum donum priuatum, firmauit Sanchez *vbi suprà*: quantò magis in casu nostro pro conseruanda illustri Familia; quòd pertinere ad bonum publicum satis suprà probatum est. Itaque ex his omnibus ad casum propositum affirmatiuè respondeo pressius auctoritate Doctorum, & rationibus adductis: & quia in his materiis semper adhærendum est sententiæ, quæ fauet & ampliat potestatem Pontificiã, vt rectè obseruat Michaël Medina *de Sacrament. hom. Contin. lib.5.* & Pellizzarius, *tom.1.tract.3.c.5. sect.1. n.26.* Sic ego sentio salua correctione Sanctissimi D. N. & doctorum virorum iudicio.

RESOL. LXXX.

An Summus Pontifex possit dispensare, vt socer suam in vxorem nurum suam.

Et asseritur iure naturæ nullum esse matrimonium inter nouercam & priuignum; & inter omnes affines in primo gradu lineæ rectæ, quales sunt etiam gener & socrus; socer & nurus.

Et an non raro Pontifices dispensent pro foro conscientiæ in dicta affinitate orta ex copula fornicaria.

Et an matrimonium intra fratrem & sororem sit irritum iure naturæ.

Et an iusta concurrente causa in eo dispensare Pontifex possit? Ex part.4.tr.4. & Misc.Res.93.

In hac affinitate ex fornicatione oriunda, & inter tr.1. lib.3.t.1. n.4.

§.1. NEgatiua sententia suaderi potest, quia affinitas in primo gradu lineæ rectæ dirimit matrimonii iure naturali, quod probatur primò ex rationibus; nam filius, v. g. eandem reuerentiam debet vitrico, quam parentibus, hoc ipso quòd vna caro cum parentibus facti sunt; eadémque est ratio nurus & soceri, generi & socrus, quia & illi respectu horum quasi filij censentur; vnde Pomponius *in l.17. ff. solut. matrim.* obseruat, quòd parentis locum socer obtinet, & D. August. *lib.22. contra Faustum cap.61.* relatus *in cap. si vir 33. quæst.3.* asseruit: Si vir & vxor non duo, sed vna caro sunt, non aliter est nurus reputanda quàm filia; vnde rectè vltricus priuignæ marito apud Ouid. *lib. de Ponto* asserebat.

Nam tibi quæ coniux, eadem mihi filia penè est.

2. Secundò probatur ex authoritate Scripturæ, nã D. Paul. *1. Corinth.5.* ait, *Auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris sui aliquis habeat.* Vnde D. Thom. *ibi lect.1.* ait: Vxor patris repellitur à matrimonio sicut persona patris, vel matris; hic Spartianus *in Seuero*, qui nouercam matrem, quin imò in vxorem duxit; & *in Caracalla*, matrem enim (non alio dicenda erat nomine,) duxit vxorem, ad patricidium iunxit incestum.

3. Tertiò probatur ex Conciliis, nam in Concil. Atuerens. sub Vigilio Papa *c.11.* cùm prohibitum esset matrimonium cum priuigna, subditur, eum qui secus ausu sacrilego authoritatem diuinæ legis & iura naturæ prorumpere, &c. in quibus verbis apparet affinitatem in primo gradu lineæ rectæ dirimere matrimonium iure naturali; quod confirmatur *in l. nunculo, §. nouerca ff. de condition. sine causa*, vbi sic habetur. Nouerca priuigno, nurus socro pecuniam dotis nomine dedit, neque nupsit, cessante conditio prima facie videtur, quoniam iure gentium incestum committitur, &c. vbi Anton. Faber Iurisconsultus eminentis literaturæ, dicit in hæc verba, ius naturale vocari ius gentium, & ideo matrimonium inter socrum & nurum asserit esse prohibitum de iure naturali.

4. Quartò probatur ex auctoritate Doctorum asserentium iure naturę nullum esse matrimonium inter nouercam & priuignum, inter vitricum & priuignam, & inter omnes affines in primo gradu lineæ rectæ, quales sunt etiam gener & socrus, socer & nurus, & ita docent DD. quos exat Sanchez *vbi infrà n.6.* quibus ego addo Syluium *in addit. ad 3. part. D.Thom. q.55.art.6.concl.3.* Tanner. *in Theol. scholastica tom.4. disp.8. q.4. dub.7. n.122.* Layman *in Theol. moral. lib.5. tract.10. part.4. cap.6.num.5.* Coninch *de Sacram. disp.32. dub.4. conclus.3 n.53.* Zanardum *in director. Theol. part.1. de sacrament. matrim. cap.25. §.6.* Bizzozerum *de Sacram. p.8. c.3.§. de impedimento affinitatis, num.6.* Zecchium *de sacram. matrimon. cap.18. prop.2. in fine* Guliel. Estium *in 4. sent. dist.41.§.3.* & Camerotam *de Sacram. tract.12.c.5. dub.11.* quorum sententia confirmatur ab experientia, eo quòd non extat memoria, vt Pontifex in aliquo matrimonio in casibus suprà dictis dispensauerit.

Sup. hoc in Res. & §. not. præcedentis.

5. His tamen minimè suffragantibus existimo Summ. Pontificem posse dispensare in suprà dictis casibus, quia affinitas in primo gradu lineæ rectæ non dirimit matrimonium iure naturali, & ita hanc sententiam videtur docere D. Thom. *in 2.2.q.154. art.9.ad 3.* & illam etiam tenent 14. Doctores, quos citat & sequitur Sanchez *de matrim. tom.2. lib.7. disp.66.num.7.* quibus ego addo Præpositum *in addit. ad 3. par. D.Thom q.7. de impediment. matrim. disp.11. n.69.* Huttadum *tract. de matrim. disp.20. diffic.4.num.11.* Ludouicum Mæratium *in D.Thom. tom.3. tract. de matrim. disp.9. sect.13. n.4. & seq.* Pontium *de matrim. lib.7. cap.34. num.5.* Ioan. de la Cruz *in direct. conscient. part 2. de sacram. matrim.art.5. dub.9.concl.1.* Archangelum Rubeum *de Sacram.disp.40. & 41.* latissimè Guttierrez *de matrim.c.99.n.9.* Bonacinam *de matrim. q.3. punct.11. n.7.* & duos doctissimos viros, quorum codices, quia rari sunt, ponam verba per extensum. Villalobos *in summa tom.1. tract.14. diffic.17. n.11.* sic ait. [*Ningun grado de affinadad irrita el matrimonio de derecho natural, el fondamento es porque se dirimiera el matrimonio de derecho natural fuera lo mismo en todas las occasiones loqual no es, porque Adonias pidio à Abisac Sunamitide, para su muger como consta 3. Reg.2. y alla hauia sido muger de Dauid su Padre como dize la misma escritura 2. Reg. vlt. y Valerio Maximo* lib.5.cap.... *Plutarcho* in vita Demetrij *refieren, que Seleuco dio à su hijo Antioco por muger à Estrathonica su propria muger y pudieranse traer para esto otros muchos exemplos, de loqual se infiere que si el infiel contraxo matrimonio en primero grado de affinidad (no estando prohibido entre ellos) conuertendose à la fe no se han de apartar.*] Sed audiamus Ludouicum *de San Iuan* in summ. q.6. de sacram. matrim. art.7. diffic.5. dub.1. concl.1. sic asserentem. [*Mas prouable es, que la affinidad en el primero grado en la linea recta no dirime el matrimonio por derecho natural, si no por el positiuo porque hablando en verdad y propriedad, ni el suegro es Padre ni su suegra madre como diçe la contraria opinion; luego esta affinidad no ha de impedir como la consanguinidad en el primiero grado en los ascendentes por linea recta, quales la de los Padres y abueles, lo segundo se prueua, porque muy de ordinario dispensa la Silla Apostolica en semejantes affinidades contrahidas por copulas illicitas por excusar grandes inconuenientes, y yo he aconsejado se pida dispensacion en casos semejantes y se han alcançado.*] Sic ille. Et tandem hanc nostram sententiam docet insignis Theologus Salmaticensis Petrus Ochagauia *de Sacram.tract.3. de impediment. matrim.q.60. concl.1.*

Sup. hoc in Res. seq. §. Ex quo sequitur primo.

concl.1.n.5. vbi sic ait: Primus gradus affinitatis non tollit iure naturæ matrimonium, vnde inter nurum & socrum non est tanta naturalis amicitia, vt ex ea careat vehementer ardor libidinis, neque nurus habet ita strictam naturalem reuerentiam & subiectionem socero vt inter eos implicet copula coniugalis. Ita Ochagauia; & hanc opinionem affirmatiuam præter Doctores citatos qui absolutè illam tenent, probabilem etiam esse docent Rebellius 1. 2. *lib.3.q.15.n.10.* Filliucius *tom.1. tract.10. part.2. cap.6.n.109.* Fernandez *in exam. Theol. moral.p.3. cap.16.§.2. sect.2. num.7.* Molfesius *in summ. tom.1. tract.4. cap.10.num. 109.* & ex authoribus contrariæ sententiæ Sotus, Coninch, Tannerus & Laym. *vbi suprà.*

6. Verùm præter rationes adductas à Villalobos & San Iuan probatur hæc opinio primò, quia vt obseruat Hurtado & alij, inter dictos affines nulla reperitur superioritas contra cuius reuerentiam sit vsus matrimonij, quia superioritas tantùm est in eo, qui est principium naturale alterius, & non in eo, qui est affinis, quamuis fiat vna caro cum principio naturali, quia propriè non fit vna caro cum illo, sed tantum, quia fiunt principium vnius carnis, ac proinde quamuis in accessu filij ad vxorem patris iam defuncti sit ex natura rei aliqua indecentia, sed non irreuerentia, aut impietas, benè tamen in accessu ad vxorem patris viuentis non ipsi nouercæ facta, sed patri, & maximè, quia ei fit maxima iniuria adulterij.

7. Secundò hæc probatur opinio ex decretis Conciliorũ: nam vt obseruat Pontius, *in con.61. Concilij Agathensis, & can.30. Epannensis*, expresè prohibetur matrimonium cum priuigna, cum nouerca, relicta fratris, relictáque auunculi, & tamen præcipitur ne ante eam prohibitionem matrimonia contracta dissoluantur, quod euidenti argumento probatur illa coniugia valere, & dispensabilia ea impedimenta in primo gradu, quod etiam confirmatur ex Concil. III. Aurelianensi *can.10.* vbi sic habetur de incestis coniunctionibus: Ita quæ sunt seruentur, vt hi qui aut modò ad Baptismum veniunt, aut quibus Patrum statuta sacerdotali prædicatione antea in notitiam non venerunt, ita pro nouitate conuersionis, ac fidei suæ credidimus consulendum vt contracta hucusque huiusmodi coniugia non soluantur, sed in futurum quod de incestis coniunctionibus in anterioribus Canonibus interdictum est, obseruetur, i. vt ne quis sibi sub coniugis nomine sociare præsumat relictam patris, filiam vxoris, relictam fratris, sororem vxoris, sobrinam, consobrinam, vel relictam auunculi, vel patrui. Ita Concilium *ibi*, in quibus verbis apertè apparet, quòd vult manere huiusmodi coniugia in infidelitate contracta, & non dissolui; ergo gradus affinitatis inter vitricum, & priuignam, inter priuignum & nouercam, &c. non dirimit matrimonium iure naturali. Imò & eos qui ignorantia legum Ecclesiasticarum ea matrimonia contraxerunt, idem Concilium decernit non separandos: vnde subdit Pontius, verè phœnix ingeniorum, quia hæc nostri Theologi minimè viderunt, non est mirum, si circa præsentem quæstionem in varias opiniones distrahantur.

8. Tertiò hæc opinio non leuiter confirmatur ex eo quòd Pontifices non rarò pro foro conscientiæ dispẽsãt in dicta affinitate orta ex copula fornicaria, & tamen est eiusdem rationis cum ea, quæ oritur ex copula coniugali, quia fornicarij eodem modo fiunt vna caro per copulam ac coniuges, vt rectè probatur *in addit. ad cap.20. num.9. praxis Archiepiscopalis nouissimæ M. Ant. Genuensis*, & rectè Rebellio 1. 2. *lib.3.q.15. concl.2.* & alij. Pius V. concessit Henrico Cardinali Lusitaniæ facultatem dispensandi in affinitate cuiuscumque gradus orta ex occulta fornicatione.

Sup. hoc ibidem, §. in fine §. Probatur secundo, & à lin. 5. §. Ex quo sequitur, & seqq.

9. Restat modò respondere ad argumenta adducta pro contraria sententia, ideo.

Ad primum patet responsio ex his, quæ dixi in primo argumento pro firmanda affirmatiua sententia, nam licèt patens, v. g. per matrimonium, præsertim consummatum, efficiatur vna caro cum nouerca alicuius; nihilominus priuignus nec ab ea accepit esse, nec ita coniungitur, vt coniungitur consanguineus in primo gradu collaterali, vnde licèt priuignus magnam reuerentiam nouercæ debeat, non tamen tantam, quæ iure naturali videatur obstare coniunctioni matrimoniali, sed solùm quæ causet aliqualem indecentiam in tali coniunctione, si desint causæ, & idem dicendum est de nuru cum socero, vnde largo modo, & impropriè socrus dicitur pater, & nurus filia, vt afferebat Pomponius, & D. Augustinus.

Sup. hoc ibidem, §. Obiicies, primo, & seqq.

10. Ad secundum argumentum desumptum ex D. Paulo, assero nihil inde concludi, quia incestuosus ille Corinthius nouercam carnaliter cognouit viuente patre, aliàs non dixisset D. Paulus, huiusmodi peccatum non esse auditum inter gentes, certum enim est ex historiis apud quasdam gentes, visitata cum nouercis coniugia patre mortuo, vt patet apud Theodoretum *lib. de legis. versus finem*, hanc esse germanam huius loci expositionem, patet ex alio loco D. Pauli 2. *Corinth.7.* in illis verbis. *Igitur etsi scripsi vobis non propter eum, qui fecit iniuriam, nec propter eum, qui passus est*, &c. in quibus verbis asserendo illum incestuosum fecisse in patrem iniuriã, apparet illud crimen commissum fuisse viuente patre, nam propriè non irrogaret iniuriam patri suo si illius demortuam vxorẽ cognouisset, & ita hunc locum D. Pauli explanant DD. citati pro secunda sententia, quibus adde D. Anselmum, Cornel. à Lapide, & Gulielmum Estium. Ad authoritatem D. Thom. omnium Magistri, respondeo standum esse eius vltimo testamento, quod est summa, vbi, vt dictum est *in 2.2. q.154. art.9. ad 3.* clarè videtur docere inter solos parentes, & filios iure naturæ prohiberi matrimonium: videatur omnino Caietanus *ibi*. Vnde hanc sententiam esse communem inter Thomistas testatur Ludouicus de San Iuan *in summ. tom.1. q.6. de sacram. matrim. art.7. diffic. 5. dub.1. concl.1.*

11. Ad tertium respondeo cum Basilio Pontio *de matrim. lib.7. c.13. n.10.* Concilium in illis verbis demonstrare quòd iure naturæ matrimonium illud videatur turpitudinem aliquam continere, atque adeò illicitum, nisi iusta excusetur causa, propter quam etiam Ecclesia dispensare posset iustè in sua prohibitione. Adde etiam Sanchez *de matrimon. tom.2. lib.7. disp.66. num.9. in fine, & disp.52. n.7.* vbi probat matrimonia supradicta, licèt non aduersentur iuri naturali primariò, & irritanti, aduersari tamen iuri naturali secundariò, quatenus nudè ac secundùm se cõsiderata & prò libito priuatorum inita sine peculiaribus circumstantiis cohonestantibus indecentiam quamdam naturalem continent, & ita intelligendus est textus *in l. auunculo*, quod etiam probatur ex D. Ambrosio *epist.66. ad patruum*, vbi dixit illicitum esse iure naturæ, vt patruus ducat nepotem, quæ verba sunt intelligenda de iure naturæ secundario modo quo suprà explicatum est, & ideò Henriquez *lib.12. cap.13. num.9. in glossa lit. D.* Villalobos *in summa tom.1. tract.14. difficult.26.n.7.* & alij asserunt Summum Pontificem Gregor. XIII. dispensasse cum Comitissa de sancta Hadea, vt in matrimonium iniret cum suo patruo.

12. Ad confirmationem verò positam in quarto argumento respondeo quòd licèt hactenus dispen-

satum

satum non sit in tali matrimonio à Romanis Pontificibus, parum refert, quia iusta causa & quæ necessaria in eo gradu esset non occurrit, & inquiro, vt bene obseruat Pontius *c. 32. n. 10.* quando audiuimus, vel legimus dispensare Pontificem, vt quis nubat duabus sororibus, & tamen nostra ætate dispensatum in eo est Clement. VIII. Vnde non valet argumentum, non fuit dispensatum in tali matrimonio; ergo non est dispensabile.

13. Verùm pro coronide huius resolutionis ponam hic aliud pulchrum, & difficile dubium, an matrimonium inter fratrem & sororem sit irritum iure naturæ, vt non possit circa illud Summ. Pontifex dispensare. Esse irritum de iure naturæ docent Præpositus *in addit. ad 3. part. q. 7. de impedim. matrim. dub. 9. n. 73.* Sanchez *de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 52. n. 11.* Valent. *tom. 4. disp. 10. q. 5. punct. 1.* Henriquez *lib. 12. cap. 9. n. 4.* Vasquez *in 1. 2. q. 74. art. 8. disp. 112. num. 7.* Bellarm. *lib. 1. de matrim. cap. 28.* Perer *in Gen. tom. 2. lib. 16. disp. 14. num. 221.* & Doctores cit. pro prima opinione superioris quæstionis. Ratio est, quia Innoc. III. *in cap. gaudemus, de diuort.* ait: Conuersos ad fidem qui antea in secundo gradu & in vlterioribus gradibus contraxerunt, non esse separandos: vnde videtur supponere separandos esse qui in primo gradu contraxerant, ac proinde eorum matrimonium fuisse nullum & iure naturali, quia ante Baptismum non tenebantur iure Ecclesiastico, & hoc argumentum ita firmum visum est Soto *in 4. sent. dist. 40. quæst. vnic. art. 4.* vt eo ductus damnauerit contrariam sententiam tanquam erroneam.

14. Sed immeritò quidem, nam ipsimet aduersarii, vt Sanchez & Præpositus *locis cit.* probabilem esse existimant, & illam absolutè tenent ex Theologis Societ. Iesv Hurtado *tract. de matr. disp. 17. dissic. 5. num. 12.* vbi citat Caietanum, Scotum & alios, & hanc sententiam tenet etiam, qui instar multorum erit, Basilius Pontius *de matr. lib. 7. c. 32. n. 3.* vbi citat D. Thom. Richardum, Durandum. Carthusianum, Abulensem, Armillam. Veractuz, Oleastrum, Heruetum, & ita censuisse magnum virum illum Aloysium Legionensem sub Philippo II. Matriti *die 22. April. 1589.* testatur.

15. Probatur hæc opinio, quia nullo sufficienti fundamento ostendi potest ex natura rei, seu iure naturali, deberi reuerentiam consanguineis qui non sunt ascendentes. & naturaliter superiores; ergo absque sufficienti fundamento dicitur in copula inter ipsos irreuerentiam reperiri ex natura rei, & eorum matrimonium ad eam ordinatum esse ex natura rei nullum, imò & esse illicitum; non nego tamen ob tantam sanguinis coniunctionem in primo gradu indecentiam manifestam reperiri in copula inter eos, & in matrimonio ad eum ordinatum, ob quod ferè ab omnibus gentibus iure positiuo fuerit vetitum, cæteras rationes videbitis apud Pontium *vbi suprà.*

16. Restat modò respondere ad *cap. gaudemus.* Dico igitur quòd ibi Innoc. III. definitur id, quòd certum erat circa in quod sibi fuit propositum, an scilicet coniuges consanguinei in secundo & vlterioribus gradibus conuersi ad fidem, erant separandi; circa consanguineos verò in primo gradu, quia sibi non fuit propositum, nihil definiuit. Nec etiam obstat quòd *in cap. literas de rest. spoliat.* Pontifex dicat non posse dispensare in gradibus prohibitis diuina lege, vbi glossa *in ver. diuina lege*, explicat de gradibus interdictis *Leuit. cap.* 18. sed gradus de quo loquimur, est prohibitus *in d. loco Leuit.* 18. ergo, &c. non, inquam, hoc obstat, quia ibi Pontifex dum ait dispensare non posse in illis gradibus, intelligi debet, non debere, nec expedire sæpiùs facere sine magna causa, & constat sic accipiendum, quia statim additur in illo textu, non consueuisse Pontificem in illis gradibus dispensare, quod addi-tum superfluum esset, si vere non posset, & hoc patet experientia: nam *Leuit.* 18. erat prohibitum matrimonium cum vxore fratris, & consequenter est prohibitum *in d. cap. litteras*; & tamen certum est Pontificem sæpiùs ex magna causa dispensasse in tali matrimonio, vt ipsemet Innocent. III. cum Libionensibus, vt patet *in cap. fin. eodem tit.* Alex. VI. cum Emanuële Rege Lusitaniæ, Iulius II. cum Henrico VIII. cuius dispensationem Clem. VII. approbauit, ergo clarum apparet Pontifices dispensasse in aliquibus casibus prohibitis *Leuit.* 18. *& in d. c. literas*, quicquid in contrarium asserat Bellamera *consil.* 38. & Paris. *vol. 4. consil.* 68.

17. Patet igitur ex dictis iure naturæ validum esse matrimonium inter fratres & sorores, vnde & iusta concurrente causa dispensare in eo posset Pontifex. Iusta tamen, ait Pontius *loc. cit.* mihi causa videtur vt quod, exempli causa, dictum sit, si Hispaniarum Princeps cùm ex vna parte digna tanta regia maiestate vxor non esset, nec sine graui inconuenienti iuxta præcedentem æstimationem etiam adhuc illum ducere non posset, & ex illa parte illæ, quæ pari coniugio copulari possent, essent aut hæreticæ, aut suspectæ, vnde probabile periculum immineret, vel peruertendi Regis, vel inficiendi Regni, quod non est difficile euenire, posset certè iustè dispensari, vt cum sorore nuberet, maximè si vterina non essent. Ita mihi videtur, ait Pontius, sub Sedis Apostolicæ iudicio, cuius etiam determinationi ego humiliter omnia dicta submitto.

RESOL. LXXXI.

An Pontifex possit dispensare, vt matrimonium incatur inter priuignum & nouercam: vel priuignam & vitricum: socrum, & nurum: aut socrum & generum.

Et an possint Pontifices ex iusta causa dispensare, vt affines in primo gradu lineæ rectæ inter se matrimonium contrahant.

Et an affinitas dirimat matrimonium ipso iure naturæ.

Et explanatur, quod si quis in infidelitate fuisset copulatus matrimonio suæ nouercæ, validum fuisse matrimonium Patre defuncto, nec esse dissoluendum, cum ad Fidem conuerteretur.

Idem dicendum est, si quis duceret eam, quam Parens fornicariè cognouit. Ex part. 8. tr. 1. Res. 67.

§. 1. NEgatiuè respondent Doctores, quos citat, & sequitur Coninck *de Sacra. disp. 32. dub. 4. num. 53.* asserentes in primo gradu affinitatis lineæ rectæ irritum esse matrimonium iure naturæ. Probatur hæc opinio; quia copula carnis, ad quam matrimonium ex sua natura ordinatur, nequit ex natura rei fieri absque irreuerentia inter affines in dicto gradu: nam vxor, v. g. patris ex coniunctione carnali ad patrem fit vna caro cum ipso patre, atque ideò in accessu filij ad vxorem patris, vtpote carnem patris, nequit non esse irreuerentia ex natura rei, quam irreuerentiam satis significauit Apostolus 1. *Cor. 5.* sic dicens: *Audiatur inter vos fornicatio, & talis, qualis neque inter gentes, ita vt vxorem patris sui quis habeat.* Igitur matrimonium nequit validè fieri inter illos, quia nequit conferri ius iustitiæ, quale confertur per matrimonium, ad id, quod ex obiecto, & ab intrinseco est malum, & inhonestum.

2. Sed ego contrariam sententiam latè docui *in p. 4. tract. 4. resol. 93.* & nunc iterum docco cum Diuo

Quæ nunc est Res. ante

cedens & in alio §. eius primo not.

Diuo Thoma *in 2. 2. quæst. 154. art. 3. ad 3.* Aliæ verò personæ, quæ non coniunguntur secundùm se ipsas, sed per ordinem ad parentes, non habent ita ex seipsis indecentiam, sed variatur circa hoc decentia, vel indecentia secundùm consuetudinem & legem humanam, vel diuinam. Probatur *primò* ex ipso *Reg. 3. cap. 2.* vbi legitur Adoniam filium Dauid petiisse Abisac in vxorem, quæ erat vxor patris sui Dauid, quam quidem non acciperet vxorem, neque ei data esset, si inter priuignum, & nouercam matrimonium esset iure naturæ prohibitum. *Secundò*, quia ideò in primo gradu lineæ rectæ consanguinitatis impeditur, & dirimitur matrimonium, quia consanguinei media carnali copula efficiuntur vna caro cum antea id essent per vnitatem sanguinis: sed affines in primo gradu non erant idem per vnitatem carnis; ergo in illis non est eadem ratio, ac in consanguineis.

3. Obiicitur; quia *Genes. 39.* maledicitur Ruben; eo quòd cum vxore patris dormierit, vt legitur *Gen. 36.* ergo cùm tunc nulla extaret scripta lex illud prohibens, & aliàs sit prohibitum tanquam scelus pessimum, sequitur esse prohibitum iure naturali. Respondeo cum Caietano, ideò peccatum narratur fuisse abominabile, quia fuit peccatum adulterij: quia viuente patre Rubea dormiuit cum vxore patris, scilicet, & ideo peccatum illud habuit grauissimam adulterij rationem.

Sup. contento in hoc §. in Resol. not. præteritæ.

4. Probatur *secundò*, ex *canone 61. Concilij Agathensis*, & *canone 30. Epaunensis*, vbi expressè prohibetur matrimonium cum priuigna, cum nouerca; & simul præcipitur ne ante eam prohibitionem matrimonia contracta dissoluantur. Quod euidenter demonstrat illa coniugia valere & dispensabilia esse illa impedimenta in primo gradu. Idem quoque constat ex Concilio Aurelianensi III. *canone 10.* vbi hæc habentur: De incestis coniunctionibus ista quæ sunt seruentur, vt hi, qui aut modò ad Baptismum veniunt, aut quibus Patrum statuta sacerdotali prædicatione antea in notitiam non venerunt, ita pro nouitate conuersionis, ac fidei suæ credidimus consulendum, vt contracta hucusque huiusmodi coniugia non soluantur, sed in futurum, quod de incestis coniunctionibus in anterioribus canonibus interdictum est, obseruetur, id est, vt ne quis sibi sub coniugij nomine sociare præsumat relictam patris, filiam vxoris, &c. Quibus verbis clarè velle Concilium huiusmodi coniugia in infidelitate contracta manere, & non dissolui. Ergo gradus affinitatis inter vitricum & priuignam, inter priuignum & nouercam non dirimit iure naturali. *Secundò*, eadem conclusio ratione ostenditur, quia inter dictos affines nulla reperitur superioritas, contra cuius reuerentiam sit simpliciter & semper vsus matrimonij. Patet, quia superioritas tantùm est in eo qui est principium naturale alterius, & non in eo qui est affinis, quamuis fiat vna caro cum principio naturali, quia propriè non fit vna caro cum illo, sed tantùm quia fiunt principium vnius carnis; ergo quamuis in filij accessu ad vxorem patris iam defuncti, sit ex natura rei aliqua indecentia, sed non irreuerentia, & impietas adeò iuri naturæ ob intrinseco opposita, vt nullo euentu, qualibet iusta subsistente causa, irrita fit, & nulla. Vnde non video sufficiens fundamentum ad talem nullitatem iure naturæ ponendam. Denique id non leuiter firmatur ex eo quòd Pontifices non rarò pro foro conscientiæ dispensant in dicta affinitate lineæ rectæ in primo gradu orta ex copula fornicaria: quæ tamen videtur esse eiusdem rationis cum ea, quæ oritur ex copula coniugali, quia fornicarij eodem modo fiunt vna caro per copulam, ac coniuges.

Sup. hoc ibidem. §. Tertiò, hæc opinio. & infrà ad medium.

§ Ex quo se-

5. Vnde ex his dicendum est, quòd licèt parens per matrimonium, præsertim consummatum efficiatur vna caro cum nouerca alicuius, nihilominus priuignus, nec ab ea accepit esse, nec ita illi coniungitur vt coniungatur consanguineus in primo gradu collaterali, vnde licèt priuignus magnam reuerentiam nouercæ debeat, non tamen tantam, quæ iure naturali videatur obstare coniunctioni matrimoniali: sed solùm quæ causet aliqualem indecentiam in tali coniunctione, si desint causæ.

quitur primo huius Resol.

6. Ex quo sequitur *primò*. Si quis in infidelitate fuisset copulatus matrimonio suæ nouercæ patre defuncto, validum fuisse matrimonium, nec esse dissoluendum, cùm ad finem conuertereretur. *Secundò*, idem longè potiori iure dicendum, si quis duceret in vxorem eam, quam parens fornicariè cognouit. Confirmatur ex eo quòd Pius V. concesserit Henrico Cardinali Lusitaniæ facultatem dispensandi in affinitate cuiuscumque gradus orta ex diocculta fornicatione, vt refert Rebellius *2. part. de obligationibus iustitiæ, lib. 3. q. 15. concl. 2.*

Sup. contento in hoc §. ibidem, signanter pro hoc primo ibi in §. His tamen. ad medium, à vers. De loqual se infiele. & pro secundo ibidé in §. Tertiò hæc opinio. & cursim suprà in fine §. Probatur secundo huius Resol. & pro contento in hoc §. obiicies primo. ibidé in Resol. præterita §. Ad secundò.

7. Obiicies *primò*, quod Apostolus *1. ad Corinth. 5.* dicit: *Auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris sui aliquis habeat.* Respondeo nihil inde concludi: verius enim est incestuosum illum Corinthium nouercam carnaliter cognouisse viuo patre, ex eo quòd Apostolus dicat eum commisisse talem fornicationem, quæ nec inter gentes auditur: certum autem sit ex historiis apud quasdam gentes vsitata cum nouercis coniugia patre mortuo. Videri potest Theodoretus *lib. de legibus versus finem.*

8. Adde Apostolum *2. Ad Corinth. 7.* indicare illum incestuosum fuisse in patrem iniurium, eius vxorem cognoscendo, his verbis: *Igitur, etsi scripsi vobis, non propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est, sed ad manifestandam solicitudinem nostram*, &c. propriè autem non irrogasset iniuriam patri suo, si illius demortui vxorem cognouisset, cùm per mortem vinculum matrimoniale fuisset solutum, & proinde nulla fuisset causa iniuriæ.

9. Obiicies *secundò*, quod vitricus sit quasi pater, eique magna debeatur reuerentia. Respondeo id quidem ostendere matrimonium inter vitricum, & priuignam etiam intra limites legis naturæ minùs honestum, nisi debitis circumstantiis cohonestetur, quod fatemur: non tamen sufficienter ostendere eo ipso esse irritum.

10. Obiicies *tertiò*, quòd Pontifices nunquam soleant in huiusmodi gradu dispensare. Respondeo non oriri ex eo quòd non possint, sed quòd minimè deceat: cùm rarò detur causa dispensandi in gradu ita accedente ad gradus certissimè iure naturæ irritantes.

Sup. hoc infrà in Resol. 83.

11. Itaque dicendum est matrimonium aui & neptis, auiæ & nepotis, & aliorum ascendentium & descendentium præter primum gradum, non esse iure naturæ, & ab intrinseco illicitum, secluso iure positiuo. Ita communiter Doctores. Ratio est, quia illi non dicuntur verè parentes, nec debetur illis naturaliter eadem reuerentia, idem honor qui patri & matri, solùm enim secundùm receptissimam consuetudinem nationum benè institutarum, debetur illis maior honor tanquam altiori principio per accidens concurrenti. Firmatur manifesta disparitate patris, & aui; nam pater est per se principium filij; auus verò tanquam per accidens; cùm possit esse filius sine auo, vt patet in filiis Adami: minor etiam est participatio sanguinis inter auum, & nepotem, quàm sit inter patrem & filiam; ergo non debetur tanta reuerentia auo, sicut & ipsi patri; ergo tametsi matrimonium patris & filiæ, vel matris & filij sit iure naturæ omninò illicitum ab intrinseco, non sequitur

idem

idem dicendum esse de matrimonio aui & neptis vel auiæ & nepotis.

12. Ex quo sequitur posse Pontifices ex iusta causa dispensare, vt affines in primo gradu lineæ rectæ inter se matrimonium cõtrahant. Doctores pro hac sententia adduxi ad satietatem *vbi suprà*, quibus nunc addo me citato. Auersam *de sacram. Matrim. q.17 sect.2.* & Caramuelem *in Theol moral lib.2. n. 591.* vbi sic ait: Petis vtrùm affinitas dirimat matrimonium ipso iure naturæ? Qui asserunt leui fulciuntur fundamento, ac propterea negatiuam sententiam eligo, quam aptè Bassæus vocat probabiliorem; & probo sic: Sæpe Ecclesia dispensauit in primo gradu affinitatis: ergo potuit. Patet consequentia, quia alias diceretur excedere limites propriæ authoritatis, quod esset manifesta iniuria. Tunc sic: Atqui si affinitas ex natura sua matrimonium dirimeret, non posset Ecclesia dispensare: ergo. Minorẽ probo. Ecclesia, non habet authoritatem mutandi essentias rerum: ergo sicut non potest concedere quòd homo non sit rationalis, non poterit concedere, quòd summus affinitatis gradus matrimonium non dirimat, si affinitas, & matrimonium ex se, & necessariò opponantur.

13. Ecclesiam dispensasse in primo affinitatis gradu dixi, dixerunt ante me Bassæus *verb. Matrimonium, n.72.* & alij, in quorum gratiam, & confirmationem aliquas dispensationes recensebo, quæ ab Ecclesia concessæ hodie inueniuntur authenticè adnotatæ.

14. Duas sorores successiuè duxit Emanuel Lusitanorum inuictissimus Rex Alexandro III. Pontifice Romano dispensante. Catharina vxor fratris sine prole defuncti, nupsit Henrico VIII. Angliæ Regi *ex Iulij II.* dispensatione.

15. De nouerca, cùm sit in primo etiam gradu est eadem omninò difficultas, Bellarminus *controuers. de matr lib 2. de impedim.* & ex eo Beyerlingius, *in Theatro, verb matrimon pag.328.* nunquam dispensatum fuisse ab orthodoxa Ecclesia credit. Basseus autem *in florib. verb. matrim n.72.* (cito edit. prim.) non matrimonium solùm, sed & matrimonia fuisse celebrata cum nouercis ex dispensatione Ecclesiæ affirmat, sed non probat. Ita Caramuel.

RESOL. LXXXII.

An Pontifex possit dispensare vt quis contrahat matrimonium cum vxore fratris sui, vel vt fœmina nubat viro sue sororis?

Ex quo deducitur, quod nullus affinitatis gradus in linea transuersa dirimit matrimonium iure naturæ?

Ex part. 8. tr. 1. Res. 68.

1. NEgat Paludanus *in 4. dist. 41. q. 1. art. 5. concl. 2.* & aliqui ex veteribus; & mordicus sustinent hanc sententiam Nouatores nostri temporis. Probatur hæc opinio; quia *in cap. gaudemus, de diuortiis*, decernitur, infideles coniunctos in secundo gradu separandos non esse; ergo vt notum supponitur, secus esse in primo gradu. atque ideò in eo gradu irritum esse iure naturæ matrimonium.

2. Verùm ego puto affinitatem ex copula coniugali in primo gradu lineæ transuersæ non dirimere matrimoniũ inter naturali & proinde posse Pontificem ex iusta causa inter dictos affines dispensare, vt matrimonio copulentur. Probatur hæc opinio, quia in antiquo Testamento. Iacob accepit duas sorores in vxores, *Genes.29.* Thamar nurus Iudæ Patriarchæ matrimonio iuncta est duobus eius filiis, *Genes.38.* quæ tamen non reprehenduntur à Scriptura, nec indicatur in diuina dispensatione factum.

3. *Secundò*, *Leuit.18.* dicitur *Sororem vxoris tuæ pellicatum non accipies nec reuelabis turpitudinem eius illa viuente* quibus positis verbis iudicatur non fuisse illicitum in antiquo Testamento accipere in vxorem sororem coniugis defunctæ.

4. *Tertiò* Pontifices aliquoties dispensarunt vt affines in eo gradu matrimonium inter se contraherent. Alexander VI. dispensauit cum Emanuele Rege Lusitaniæ, vt acciperet in vxorem sororem vxoris defunctæ. Iulius II. dispensauit cum Catharina vidua Regis Angliæ, vt copularetur fratri mariti defuncti omnibus penè orbis Christiani Academiis tale matrimonium approbantibus. Videri potest Nauarr. *c.22 n.84.* Clemens VIII. dispensauit cum Rege Poloniæ, vt acciperet in vxorẽ sororem vxoris suæ defunctæ. Denique licet inter huiusmodi personas sit satis arcta necessitudo quæ reddat matrimonium aliquo modo indecens, nisi subsit causa non tamen est tanta vt illud irriter.

5. Dices *primo Math.14.* Ioannes Baptista dicebat Herodi: *Non licet tibi habere eam*, scilicet Herodiadem, *vxorẽ fratris tui*; cùm tamen Herodes Gentilis legibus Iudaicis non astringeretur, & proinde eius matrimonium debuerit esse irritũ iure naturæ. Respondeo, fuisse vere irritum iure naturæ, quia acceperat eam in vxorẽ, fratre suo viuo, vt plures in illũ locum obseruant. Vide Hieronymum. Vel si dicamus cum quibusdã frattem Herodis mortuum fuisse, dicendum nihilominus non licuisse ei vxorem fratris sui accipere in vxorẽ cùm Herodes profiteretur legem Iudaicam, quæ prohibebat fratrẽ matrimonio copulari vxori fratris defuncti, vt patet *Leu.18.* quãdo scilicet frater reliquerat semen, vt hic contigit.

6. Dices *secundo, cap. citato Leuit.* dicitur: *Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis* Respondeo, hanc legem in nouo Testamento non obligare. Adde intelligi, quando maritus defunctus reliquerat semen, nam ex *c.25. Deuter.* constat licuisse vxori coniungi fratri viri sui, qui semen non reliquerat.

7. Dices saltem, quo casu proles relicta est ex priori matrimonio, vxor videtur iure naturæ prohiberi, ne fratrem defuncti in maritum accipiat, vt patet ex *c. vltim. citato* vbi Pontifex concedens, vt ij qui cum relicta fratris sui matrimonium inierant cum ea remaneant, addit, fratribus decedentibus sine prole. Respondeo: Pontificem non velle eo solo casu remanere, sed vel maximè posse eo casu. Ex his patet nullum affinitatis gradum in linea transuersa matrimonium dirimere iure naturæ.

8. Potest igitur Pontifex in illo dispensare sicut de facto dispensauerũt. Vnde apponã hic verba Franc. Ramos *in consult. iuridic.* &c de hoc casu *n 437.* vbi sic ait. *El Pontifice Alexand. VI. di sponso año 1500. con D. Manuel Rey de Portugal, para que casasse con la Infanta Doña Maria hija de los Senores Reyes Catholico, y hermana de la Reyna Doña Isabel de qui en estaua viudo. como lo refiere despues de otros el padre Ioan de Mariana, lib. 27 de su historia de Espana c. 8. y de los Theologos el Cardinal Caietano in 2. 2. D. Thomæ q 154 art. 9 in glossa responsi ad 3.*

9. *Pocos años despues en el de 1509. Iulio II. successor de Alexãdro dispensò con Henrique VII. Rey de Inglatierra, para que casasse con la Reyna Doña Catha-lina hija de los Reges Catholicos, y viuda de Artus, Principe de Cales hermana de Hẽrique como testifica Henrico Spondano; in auctario annal. Baron. anno 1509. Mariana lib.26.c.17. y demas de auer cõfirmado esta dispẽsacion Leon. X. y Adriano VI. hauiẽdose despues a causa del desẽfrenado appetito de aquel Rey mouido pleyto sobre el valor de la dispẽsaciõ, y matrimonio, la cõfirmo, y la declarò, per legitima con parecer de las Vniuersidales Catholicas de Europa, y assenso*

del Eminentissimo Collegio de Cardinales en publico Consistorio Clemente VII. en veinte y tres de Março año de 1534. cuya sententia, y decreto pone à la letra el P. Fr. Alfonso de Castro lib. 1. de potestate legis pœnalis cap. 12.

20. El mismo Clemente VII. dispensò con el Adelantado Pedro de Alvarado Governador de vn gouierno particular de las Indias Occidentales para que casasse con Beatriz hermana de Francisca su primera muger, como escriue Guillermo Estio sobre el 4. de las sentencias, dist. 43. §. 1.

11. Clemente VIII. con el Duque de Francauilla para el matrimonio que contraxo con hija del Conde de Salinas despues de auer estado casado con otra hermana, hija tambien del Conde vease a Fr. Luis de S. Iuan sobre el 4 de las sentencias tom. 1. q 6 art. 7 conc. 1.

12. Gregorio XIII. con la Condessa de S. Gadea para que sin embargo del voto de castidad, que auia hecho en manos de vn Obispo casasse con su tio hermano de su padre; con quien antes auia estado casada otra hermana suya, que fue dispensacion de tres impedimintos de los mayores; assi affirma el P. Henrique in summa 3. p. lib. 12. c. 3 n 9. littera D.

13. Paulo V. con Sigismundo Rey de Polonia, para que casasse cõ hija del Archiduque de Austria, hermano de su muger primera testifica lo el P. Esteuan Baunio de Sacramentis tr. 12 q 2. § de impedim affinit. conc. 1. & 3.

14. Y vltimamente en nuestros dias he visto copias de dispensaciones de nuestro muy S. Padre Vrbano VIII. en España con D. Miguel de Noroña, y D. Maria de Castro hija del Marques de Castel Rodrigo, y en Flandes con Claudio Lamoral Principe de Ligne, y Clara Maria de Ligne Princessa de Nassau, y prima hermana suya para que no obstante esse impedimiento, y el de ser Doña Maria hermana de la muger primera de D. Miguel, y la Princessa de Nassau viuda de hermano de Principe de Ligne, pudiessen contraher matrimonio.

15. Estas raçones, y sobre todas las authoridad del decreto de Clemente VII. y demas exemplares referidos, ha hecho que despues dellos la primera opinion que affirmaua no ser dispensable por su santidad el impedimiento del primer grado de affinidad en los transuersales, no solo no se tuuo por probable, sino falsa, y erronea como la califica el P. Fr. Alfonso de Castro, de potestate legis pœnalis, lib. 1 c. 12. y otros graues Autores y la opinion segunda, que seguimos de que este impedimiento es dispensable este como esta oy fuera de toda controuersia, y disputa entre Catholicos. Ita ille, qui postea pro hac sententia plures Doctores adducit; quibus adde Theologos subscriptos in quodam voto impresso in praxi Genuensi, edita Romæ apud Mascardum anno 1630. c. 20.

16. Restat modò respondere ad argumentum desumptum ex c. gaudemus, de diuortiis, & respondeo ibi solùm esse sermonem de gradibus consanguinitatis, & de illis quo pacto sit intelligendum suppo- Sup. hoc supra in Res. 30. § Verum, ad medium, & §. Restat. nere cũ Martino Perez de matrim. disp. 38 sect. 5. n. 1. quod ibi quæsitũ fuerat à Pontifice an Pagani qui in secũdo, vel tertio, vel vlteriore gradu lineæ trãsuersalis cõtraxerant matrimoniũ in Paganismo postea ad fidem conuersi post Baptismum, deberẽt simul remanere, vel ab invicẽ separari. Respõdet non esse separandos, quia in prædictis casibus Pagani licitè contrahunt matrimoniũ, quia constitutionibus Canonicis non arctantur. Ergo apertè definit Põtifex saltẽ virtute, non esse valida iure naturæ matrimonia illa in secundo, tertio, & vlterioribus gradibus Nec verò inde inferendũ est cum Soto in 4. dist. 40. quæst. vnica, art. 4 manifestè prædicto textu definiri in primo gradu esse irritũ matrimoniũ iure naturæ. Quia hoc non fuerat à Pontifice postulatũ, & ita nihil circa hoc eo capite decernit. Quare ibi solùm declarauit id quod certum erat, relinquẽs primum gradum, qui sub dubio manet. Sicut ex eo quòd Concilium Tridentinum sess. 14 de Panitentia, can. 7. definiat, circumstantias mutantes speciem esse necessariò confitendas; non sequitur declarare, eas, quæ non mutant, sed intra eandem speciem notabiliter aggravant, non esse necessariò in confessione explicandas. Præterea idem ostenditur, quia viri in Scriptura sacra valdè commẽdati inierunt matrimonium in secundo gradu. Abraham enim duxit Sarã, quæ aliter dicta est Iescha, filiam fratris sui Aram, vt patet Gen. 11. Aram quoque Pater Mosis duxit Iochabed, sororem patris sui, Exod. 6. n. 20. quã ibi Latinus textus vocat patruelẽ; sed Hæbreus textus habet patruam. Signum igitur est inter hos consãguineos matrimonium iure naturæ irritũ non esse. Rursus idẽ constat ex Concilio Tridentino sess. 24. de reformatione matrimonij c. 5. vbi statuit, vt in secundo gradu nunquã dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam. At dispensari ab Ecclesia non posset in hoc gradu, si matrimoniũ in hõc ipso gradu contractũ alio iure quàm Ecclesiastico, nempe iure naturæ esset irritũ. Et certè quod iam sæpius ab Ecclesiæ capite Romano Põtifice, tã in hoc, quã in vlterioribus gradibus, re ipsa dispẽsatũ non dubiũ est. Denique idẽ ratio satisfacere videtur, quia inter eos consãguineos in linea trãsuersa, nulla est superioritas naturalis, & à secũdo gradu non est tãta sanguinis cõiunctio, vt in eorũ carnali cõiunctione fiat irreverẽtia notabilis, quãvis nõnulla appareat indecẽtia, præsertim in secũdo gradu.

RESOL. LXXXIII.

An Pontifex possit dispensare ex iusta causa, vt matrimonium ineatur inter auum & neptem, vel inter aviam & nepotem?

Et docetur matrimonium inter auum & neptem, & inter nepotem & aviam esse validum iure naturæ?

Ex part. 8. tr. 1. Res. 69.

§. 1. NEgatiuè videtur respondendum; quia inter dictos matrimonium de iure naturæ est interdictum. Et ita tenet Coninck de Sacram. disp. 32. dub. 1. n. 16. conc. 3. vbi sic ait: Videtur ibidem dicendum de matrimonio aui & neptis, auiæ & nepotis, & probabiliter absolutè, de omnibus descendentibus respectu ascendentium per lineam rectam. Ita expressè deciditur l. nuptiæ 53. & l. vlt. ff. de rit. nuptiarum, quæ sumptæ sunt ex Caio, & Paulo antiquis Iurisconsultis; in quibus dicitur ascendente in infinitum iure gentium (qua ratione Iurisconsulti ius naturæ appellant) incestuosas nuptias contrahi, easque consistere non posse. Et meritò; quia hi omnes dicuntur verè parentes, & debetur iis naturaliter idem honor, qui patri, & matri, imò secundum receptissimam consuetudinem maior, tanquam veris, & altioribus principiis. Et apud omnes gentes hæc matrimonia non fuerunt minus abominabilia, quàm patris cum filia; imò huius exempla faciliùs reperies, quàm illorum. Atqui vt patet ex dictis n. 13. & 14. matrimonium patris & filiæ ideò præcipuè à Deo negatum iure naturæ est irritum, quia est contra reuerentiam parenti debitam; ergo vbi similis iure naturæ debetur reuerentia erit similiter irritum. Sup. conte- to in hac Res. supra in Res. 81. fin- nauter in §. Itaque, dicẽ- dum. sed lege eam per to- tam.

2. Nec obstat, quòd cap. non debet de consanguinitate dicitur hanc non dirimere matrimonium vltra quartum gradum, quia loquitur de consanguinitate in linea transuersa, non autem in recta: quia ius non cõsiderat casus moraliter impossibiles, qualis est, vt quis

quis ducat filiam abnepotis sui, cùm post Evangelio nullum legatur exemplum alicuius, qui viderit filiã abnepotis sui: multò minus qui potuerit eam ducere.

3. Sed his non obstãtibus contrariæ sententiæ adhæreo, quam tuetur Sanchez *lib.7 disp.51.num.19.* Quia auus, & cæteri ascendentes non sunt principium nepotum per se, sed per accidens; ad rationem enim filij, vt filius est, solùm desideratur vt à parentibus originem trahat: ac per accidens est, vt suus pater alium patrem habuerit; filij enim Adami cæteri auo, ita veri filij fuerunt, ac illum habentes. Ac proinde reuerentia debita auis à nepotibus, non est debita necessariò, & per se, sed per accidens, vtpote quæ in sola ratione principij, & causæ per accidens fundatur. Non ergo ea reuerentia, & superioritas per accidens, ita impedimentũ de iure naturæ præstabit matrimonio inter eos, vt illud eodem iure irritet. Et confirmatur, quia auus respectu nepotis non habet rationem genitoris, sed solam rationem causæ quasi applicantis genitorem, at causa applicans aliam causã suo effectui, non est per se, sed per accidens causa illius effectus. Quare loquendo de reuerentia naturali, non est verum maiorem exhiberi auo, quia reuerentia naturalis respectu aui est per accidens: at respectu patris est per se. At est verum de reuerentia politica; auum enim vt primum dominum & primum in gubernãdo principium reuerentur. Et ideò huius sententiæ videtur expresse D. Thomas *2.2.q.154.art.9. in solutione ad 3.* vbi ait in commixtione personarum coniunctarum aliquid esse, quod est secundùm se indecẽs, & repugnans naturali rationi, sicut quòd commixtio fiat inter parentes, & filios, quorum est per se, & immediata cognatio: alias verò personas, quæ non coniunguntur per se ipsas, sed per ordinem ad parentes, non habere ita ex se ipsis indecentiam, sed variari circa hoc decentiam, vel indecentiam secundùm consuetudinem & legem humanam. Et ita hanc sententiam tenet etiam Bonacina *de matrimon.q.3 punct.5. §.n.8.* & nouissimè Caramuel *in Theol.moral.l.2 n.* 145. vbi docet matrimonia inter auum & neptem. & inter nepotem & auiam esse valida iure naturæ, Vnde sequitur posse Pontificem dispensare, vt inter illos matrimonium contrahatur.

RESOL. LXXXIV.

An Pontifex possit dispensare, vt fratres & sorores contrahant inter se matrimonium.

Et explanatur, an matrimonium fratris cum sorore sit iure naturali nullum? Ex part.8.tract.1.Resol.70.

§.1. NEgatiuè respondet Vasquez, Rebellius, Sãchez, & alij, quos citat & sequitur Bonacina *de matrim.q.3 punct.5 n.1.* quibus adde Mæratium *de sacram.Matrim.disp.9 sect.7.* Probatur hæc opinio ex *Genes.* 12. ex quo videtur patere matrimonium fratris cum sorore iure naturæ esse nullum; non enim potuit Abraham suadere Sarai, vt diceret se eius sororem ad hoc, vt non haberetur eius vxor, nisi quia compertum esset inter fratrem, & sororem matrimonium inire non posse, eamque esse communem opinionem, quæ non potuit aliunde procedere, quam quòd ex ipso lumine naturæ matrimonium huiusmodi censeretur nullum, cùm nondum vlla lex positiua hac de re esset lata. Confirmatur ex eo quòd Sara dicta esset soror Abrahæ, Pharao existimauit non esse vxorem. Consimilia habentur *cap.20.*

2. Probatur *secundo* ex Augustino *lib.15.de ciuitate Dei, c.16* qui postquam ostendisset matrimonium fratris, & sororis in initio mundi fuisse necessarium ad generis humani propagationem, dicit: Quòd profectò, quanto est antiquius, cum ellente necessitate, tanto postea factum est damnabilius religiõne prohibente. Et *infra*: Fieri ergo debuit, quando potuit, vt existente copia inde ducerentur vxores, quæ non erant iam sorores, & non solùm istud vt fieret; nulla necessitas esset, verùm si fieret, nefas esset. Idem docet *l.21. contra Faustum, c.35.* ex quo loco patet fratrem, & sororem ex altero tantùm parente se contingentes iure naturæ non posse inter se coniungi.

3. Probatur *tertiò*, teste eodem Augustino *c. citato de ciuitate*, gentes, quæ fraterna coniugia permiserunt fuerunt grauiter reprehensæ, meliore scilicet consuetudine talem exhorrescente licentiam, quod etiam reprehendit Theodoretus *l. de legibus, sub medium*. Huius rei ratio non ita commodè videtur adferri posse; nihilominus non videtur contemnenda ea moralis ratio, quòd ex ipso lumine naturæ constet fratrem, & sororem maximam sibi inuicẽ reuerentiã debere, cui repugnat nimia familiaritas quæ in actu coniugali cernitur, & turpitudo coniuncta cum irreuerentia respectu eius, qui carnaliter cognoscitur. Quod tamen posteriori dubio diximus, ex diuina dispensatione posse subsistere matrimonium filiæ cum patre, vel filij cum matre, longè potiori iure dicendum ex eadem posse subsistere matrimonium sororis cum fratre.

4. His tamen non obstantibus, ego affirmatiuam sententiam probabiliter docui *in part.4. tr.4. resol. 93.* & nunc iterum doceo cum D.Th. *2.2.q.145.art.9 ad 1.* & *ibi* expresse Caietanus. Pro hac sententia etiam *loco citato* adduxit Hurtad. Præpositum, & Pontium, quibus nunc addo Baunium *in Theol. mor. tom.1. tr.12.de Imp. Consi.q.2.* & Patrem Perez *de matr. disp. 28 sect 5.n.4.* Probatur hæc opinio, quia fratres non habent inter se immediatam coniunctionem, & obseruantiam, ac reuerentiam, sed tantùm ratione parentum: quæ non videtur ita aduersari matrimonio vt hoc irritet. *Secundò*, non videtur intelligibile Deum voluisse inter eos irritum esse matrimonium, per quos volebat genus humanum initio propagari, & ita illud instituere, vt necesse fuerit in filiis Adæ institutionem immutare, concedendo, vt ij inter se contraherẽt, qui per matrimonij institutionem ad hoc erant inhabiles; ergo euidens est non negasse fratribus facultatẽ tranferẽdi dominiũ sui corporis mutuo, cùm id non sit intrinsecè malũ, nec rectæ rationi naturali necessariò repugnans. Quamuis enim in prædicto matrimonio reperiatur ex natura rei aliqualis indecentia, ob tantã sanguinis coniunctionem, ratione cuius illicitũ est inter prædictos matrimonium, sicut est illicitũ inter astrictos voto castitatis simplici in sæculo, non tamen ideò tale matrimonium inualidum erit, ac irritum. Denique, res adeò grauis, qualis est irritatio matrimonij, nequit statui sine fundamento sufficienti, quod hic non est, vt patebit ex solutione argumentorum, quæ proposita sunt pro contraria sententia.

Quæ hic est supià Resol.80 à §. Verum pro coronide.

5. Ad argumenta verò contraria respondendum, illicitũ esse tale coniugium iure naturali sine magna causa; negari enim non potest ob tantam sanguinis coniũctionem reperiri indecentiam manifestam in copula inter eos, & in matrimonio ad eã ordinato; ob quod ferè ab omnibus gentibus fuit iure positiuo vetitum; hinc tamen non colligitur esse irritum iure naturali: nam maior, vel saltem æqualis turpitudo grauis cernitur in eo quod idem duas sorores ducat vxores, aut duo fratres eidem vxori copulentur, vtroque consummato matrimonio, & tamẽ dis-

spensati in eo posse, & iure naturali valere matrimonium, fatetur omnes. Æque etiam grauis turpitudo remittitur in eo, quòd quis nouercam, aut priuignam ducat vxorem, vel relictam auunculi; & tamen solo Ecclesiastico impedimento ea coniugia diiimuntur. Denique non minor turpitudo relucet, quòd matrimonium infidelium cõsummatum dissolui possit. & vterque cum altera consummare coniuge superstite; & tamen auctoritate Pontificis fieri posse multi existimant. Non ergo ratio illa ex irreuerentia, ac turpitudine desumpta efficax est, sed infirma.

6. Et quidem, si mores hominum consulantur, cùm aliquid ab omnibus recipitur, satis indicatur ab ipso iure manare naturæ; quod verò modò ab his, modò ab illis satis etiam ostédit non deduci necessariò ex naturæ principiis. Id certè inuenitur in matrimonio inter fratres: nam apud multas gentes fuit reprobatum & reiectum; apud alias verò etiam laude dignas fuit vsu, & consuetudine probatum, ac receptum. Nam apud Ægyptios fuisse in vsu matrimonia sororum, & fratrum referunt Diodorus, & Pausanias *in Atticis* Ptolomeum nupsisse Arsionē sorori tradunt historici. Apud Athenienses id in more receptum affirmat interpres Aristophanis, fatetúrque Ludouicus Viues *lib* 15. *de Ciuitate Dei cap* 16. Addo ex sacris litteris non leue colligi fundamẽtum exẽplo Thamar sororis Amon. Quæ vt habetur 2 *Reg.* 13. dixit ad illum: *Noli frater mi, noli opprimere me, vel facere stultitiam hanc, quin priùs loquere ad Regem, qui non negabit me tibi.* Quibus verbis inaniter se defendere conaretur puella, si illicitum, inauditum, non vsu receptum, aut quòd iusta subsistente causa, fieri non posset coniugium. Et hæc omnia docet Perez *vbi suprà*. Et ideò hanc sententiam, præter Doctores citatos, tenet etiam Caspensis *in cursu Theolog. tom. 2. tract. 26 sect. 5. n. 1.*

7. Vnde non grauabor hîc apponere verba R.P. N. Texeda *in Theol. moral. tom. 1. lib. 4 tract. 2. n. 26.* vbi ex Victoria obseruat quòd inter ea, quæ prohibẽtur *Lenit.* 8 præter primum gradum lineæ rectæ, id est, inter ascendentes, & descendentes, fortasse omnia alia sunt prohibita iure naturali secundariò, hoc est, sunt prohibita absolutè, & non vrgente aliqua graui causa, & rationabili. Quod ostendo, nam ex tali matrimonio iure naturali secundariò prohibito sæpe sequitur aliquid, quod licèt finem principalem matrimonij non tollat, tamen ex parte officij vel obstat fini, vel est contra reuerentiam naturalem debitam consanguineis, vt quòd nepos dominetur amitæ, & sit caput eius, aut materteræ, cui debetur idem honor, qui matri; & non videtur rationi naturali consentaneũ vt amita seruiat nepoti, & ipsa nepotem timeat. Cæterùm omnia ista, quæ videntur secum aliquam indecentiam afferre, non sunt ita intrinsecè mala quin possint aliquo magno bono honestari, & compensari, quod ex tali matrimonio sequi potest. Et ideò, etsi iure naturali interdicatur quòd quis habeat duas vxores sorores, tamen id licitum fuit tempore Iacob, qui habuit duas sorores vxores. Atque eodem pacto dico, quòd etsi matrimonium inter fratrem, & sororem sit interdictũ iure naturali, cùm tamen non sit inter dictum iure naturali primariò, quò ea prohibentur, semper sunt mala, nec ex quacumque causa possunt honestari: sed iure naturali secũdariò, quo ea, quæ prohibentur, etsi absolutè mala & inhonesta sint, possunt tamen honestari, & fieri licita ob aliquam magnam causam; & ideò ob illam si occurrat, rectè potest fieri dispensatio, vt frater contrahat matrimonium cũ sorore, sicut temporibus pristinis dispensatum est, vt quis duas haberet vxores. Vnde dico, quòd licèt prohibitum sit fratrem contrahere matrimonium cum sorore sua, tamen si occurrat aliqua grauissima causa ad contrahendum matrimonium inter illos, illud ius naturale, quod interdicebat inter fratres matrimonium, illudmet præcipit, vt ob vrgentem causam occurrentem licitum sit id facere, quia non est intrinsecè malum, & pro semper, sed propter maius bonum fieri potest. Hucusque Texeda,

8. Et tandem hanc sententiam esse probabilem fatentur ipsimet aduersarij vt Coninck *de Sacram. disput* 32. *dub.* 1. *num.* 9. Vnde Franciscus Ramos in sua erudita, & docta allegat iur. *de impedim. matr. num.* 51. sic ait: *A los fundamentos considerados, por la sentencia contraria, se responde brevemente; al primero, que la suppositcion, de que el impedimento del primer grado de consanguinidad en los transuersales, como entre hermano, y hermana haze irrito el matrimonio por derecho natural aunque es conforme à la opinion mas comun, y recibida, pero no de manera, que la contraria dexe de ser muy probable, como la renonce aun de los que siguen la primera, Pedro Ocagania* de Sacrament. tract. de matrim. quæst 55. num. 7. *el P. Sanchez* lib. 7. de matrim. disp. 52. n. 10. & 11. *que repetidamente la llama valde probabilis, y a la verdad lo es por razon y autoridad pues de mas de santo Thomas, que claramente fue deste semir. 2. 2.* quæst. 154 in respons. ad 3 y *S. Buenauentura, Alexandro de Halles, Scoto, Durando, Cayetano, el Abulense, y otros veinte y quatro autores, que cita por esta parte Sanchez* dict. num 10 *la siguen tambien, y fundan copiosamente, que el matrimonio no es irrito por derecho natural entre hermano, y hermana, y que este impedimento es dispensable despues de Richardo, el Carthusiano, Ol. altro. Gentiano Herueto, Guillermo Hamero, los maestros Fr. Luis de Leon, y Fr. Basilio de Leon, que refiere* lib 7. de matrimon. cap. 32. n. 3. & seqq *y prueue esta sentencia con testimonios de la sagrada Escritura, y Concilios, y de S. Hieronymo, S. Agustin, Clemente Alexandrino, a que annado la ley vlt.* D. de ritu nupt. *siente lo mismo con Propósito, y Gaspar Hurtado, Antonino, Diana* 4 parte tract. 4. miscell. resolut. 93. verb. ted immeritò, *y fuera de todos los referidos Adam Tannero* tom. 4. in 3. p. D. Th. disp. 8. de matrimon. quæst. 4. dub. 4. num. 59. & 60. *Esteuan Baunie* de Sacram. tract. 12. quæst. 2. assert. 1. *Ægydio Coninck* eodem tr. 2. tomo, disp. 12. dub 1. conclus. 4. num. 19. in fine, & *ex Valerio Reginaldo* lib. 31. num. 119. *Andres Molfesio* in summa, tom. 1. n. 110. *y no hauer basta oy en la Iglesia exemplar de dispensacion semejante, no impide pueda hauerle, pues tam poco le huuo dispensacion in radice matrimonij en Espana hasta la edad de Bonifacio VIII. Summo Pontifice, y D. Sancho el 4. Rey de Castilla, con quien se dispensò y despues muy frequentemente con otros, como lo observa eruditamente el Señor D. Iuan Bautista de la Rea, grande en Cathedra, toga, y escritos* 1. to. decis. Granat. 8 n 20. & 24. Hucusque Ramos, licèt ipse, vt dixi contrariam sententiam magis probabiliorem teneat.

Vt in anno præterita.

9. Sed post hæc scripta, inueni nostram sententiam docere etiam ex Societate P. Escobar *in Theol. moral. tract. 7. exam. 9. c. 9. n. 107.* & putare euidentem doctissimum, & amicissimum Caramuelem *in Theol. mor. lib. 2. disp. 3. art. 5. n. 544. concl. 3.* Quia ait ipse, primi fratres non contraxerũt contra ius naturæ, & tamẽ matrimonium contraxisse de fide est. Nec iuuat ad necessitatem extremam recurrere, quia rerum naturæ necessitatis violentia non mutantur.

RESOL. LXXXV.

An possit dari casus, quod Pontifex possit præcipere

pere patri, vt sumat in vxorem filiam suam?
Et in primis quæritur, an matrimonium inter Patrem & filiam sit iure naturæ irritum?
Et an, si daretur casus, quod in mundo supereſſent tantum Pontifex pater, & filia, an Pontifex teneretur sumere in vxorem illam fœminam, & dispensare secum in cœlibatu?
Et quid, si in supradicto casu Pontifex fuisset impotens, & inhabilis ad contrahendum? Ex part. 8. tr. 1. Resol. 71.

§. 1. CAsus est curiosus. Sed antè videndum est, an matrimonium inter patrem, & filiam sit iure naturæ irritum; & in partem negatiuam inclinat Caramuel *in Theolog. mor. lib. 2. n. 545. Quis credat auditui nostro?* Accipe eius verba. Matrimonium in primo gradu rectæ lineæ (putà patris & filiæ, filij & matris) irritum iure naturæ docent omnes, subscribo, ne singularis videar, licet nō reperiā rationem, quæ persuadeat esse hoc impedimentum naturale. Si cōtingat Authores reperiri, qui negent, illis me adnumerabo, aliàs in sententia cōmuni remanebimus dicentes esse contra naturæ ius, licèt lumine naturæ cōsule non videatur aliquam habere repugnantiam; melius est enim intellectum in doctrinæ obsequium captiuare, quam aperire nouam in materia grauissima.

1. Sed statim Caramuelis scrupulum demiraris, quē scis non turbari, cùm solus vias nouas frequentissimè ingreditur & maximè in hoc opere, quod totum novæ vitæ aperiendæ, & firmādæ conscribitur. Et respondeo pusillanimē esse, qui in scientiis naturali. bus claras notitias proprias alienis cōiecturis postponit. Et quia multæ quæstiones in Theologia sūt, quæ mores non tāgunt, etiam pusillanimem, quem aliena authoritas moretur contra rationes solidas. At vbi de Sacramentorum valore, & conscientiæ securitate agitur, non tam liberè procedendum est. Esto nesciam, cur matrimonia patris & filiæ, filij & matris debeant credi irrita iure naturæ, esto rationes fortes videātur mihi contrariū persuadere; facilius est vnum quàm omnes Doctores errare; ideoque prudēter, vt opinor, doctrinæ communi subscribam, quādiu non nisi solus ab illa discedere possim; quod si reperiam comites sufficientes, vt contraria sententia euadat authenticè probabilis, si illis adnumerer, dolor esset in causa timor meus, quòd illa probabilitate careret, ac ideò illicò eisdem subscriberem. Ita Caramuël. qui antea *num* 541. obseruat connubia patris, & filiæ non fuisse contra legem naturalem, expressè docuerunt multi Ethnici, quorum historias quotidie legimus in variis libris. Hibernī ingenio sunt felices, & præcones habuerunt viros præclaros, & doctos: antequam Euangelium admitterent, in sua idololatria fuerunt exacti, timorati, & solicitī, nihilominus aliquando publica resolutione decretum licere filiam duci à patre. Historiam expēdit Suarius die Maij xv. ex Petro Camerensi & aliis, asserens B. Dympnam pulcherrimum adolescentem Regis Hiberniæ filiā, & cœlesti lumine illustratam, non ē dedisse Christianæ Religioni. Mortua matre in comitiis de Dympnæ sponso, Regis genero, imò futuro Rege tractabatur. Dilectæ filiæ Rex Monarcham tanta dignum Principe exoptabat. Examinatur, controuertitur, disputatur & tandem ex plurium suffragiis conscripti Patres resoluerunt, cuinam deberet nubere, & Legati belli & pacis doctissimi Regi anxio Concilij resolutionē insinuarunt. Nos quidē inquiunt inuictissime Rex, Maiestatis tuæ iussis obtemperantes, nullū præter te tanta Principe digū reperire potuimus, & præter Dympnā, nulla est inter Principes digna te cōiuge. Si placet, iube illam tibi potiùs, felici matrimonio coniungi. Placuit parenti resolutio, displicuit virgini, quæ sub initiū dissimulans in Belgium profugit, vbi capitur, in patriam redux cùm cōstans remanet, vltima sententia condemnatur.

3. Omitto huius historiæ circūstantias, aliquas, licèt dignissimas ponderatione. Video tamen inter Hibernos supponi talia matrimonia esse licita, quia si ij, si sensissent illa iure naturæ, cui etiā in Gentilismo tenebantur, esse irrita, nullo modo decreuissent connubiū, nec insolenti decreto acquieuisset Rex; aut saltē vt vulgo satisfacerent, colore & prætexsu iuris excusassent. Præsumendum est igitur non fuisse insolens decretum, nullo contradicente.

4. Nec sufficit resistisse constanter Beatam Principē, quia ipsa Christiana erat & in nostra Religione interdicunt talia matrimonia. Imò nec videtur deduci coniecturā aliquam contrariam. Ideò Dympna corde virili restitit, quia Christianis in primo gradu contrahere matrimoniū non licet; ergo idcò Regis Consiliarij, imò & ipsemet Rex connubium huiusmodi instituerunt, quia in Religione idololatrica permittebant; forte eò collineantes, vt illam longiùs à Christianismo auerterēt. Hæc Caramuël.

5. Hæc opinio potest probari; quia matrimonium initum inter personas consanguineas in primo gradu lineæ cōsanguinitatis non aduersatur substātiæ eius, nempe fini principali, ob quem institutum est, nēpe prolis generationi: ergo non est ipso iure naturali irritum. Antecedens est manifestum, quia inter patrem, & filiam rectè potest esse prolis generatio, quæ est finis matrimonij. Consequentiā ostendo quia solùm matrimonium est iure naturæ irritum, quando substantia matrimonij destruitur.

6. Sed nullo modo eius sententia est admittenda. Dico igitur, matrimonium in gradu primo consanguinitatis lineæ rectæ, vt inter patrem & filiam, matrem & filium, iure naturæ esse illicitum, ita communis omnium Doctorum sensus. Et ratio est, quia tale matrimonium continet talem indecentiam notabilem, vt omnes gentes aliquo modo bene institutæ illud semper abominatæ sint, & si quæ illud permiserint, habitæ sūt omninò barbaræ & bellūnæ: ergo id matrimoniū iure naturæ illicitum est. Hinc omninò incredibile videtur Deū dedisse homini potestatem transferendi in alium dominium corporis sui, ad eum casum, qui nullo vnquam casu futurus fuisset non summè inhonestus, & quē recta ratio summè detestatur, sed talis est omnis vsus matrimonij inter filiam & patrem, vel inter filium & matrem, vt constat: ergo omninò incredibile est illis concessisse illam potestatem contrahendi; fieret igitur illicitè, ac iniquè tale matrimonium.

7. Vnde colligo tale matrimonium, nullo vnquā casu, sine expressa Dei concessione licitè & honestè cōtrahi posse, tametsi soli patet & filia ex omni hominum genere supereſſent, propter eius maximam indecentiam, ita à ratione abhorrentem. Vnde in eo casu potiùs præsumi debet Deum velle totum humanum genus perire, quòd permisisset in eum statum incidere, in quo non posset vlteriùs licitè conservari sine concessione rei quā ita ipsa natura abhorret, præsertim cùm infinitis aliis modis decētissimis potuisset eum casum impedire.

8. Obiicies, nōnullos sanctos Patres, vt Chrysostomum *homil. 44. in Genesim*, & B. Ambros. *lib. 1 de Abraham, c. 3.* excusare filias Loth cum patre dormientes, à peccato, quia hoc fecerunt existimantes omnes alios homines periisse. Vnde in tali casu cēsent hi Patres hoc fore licitū. Respondeo negādo antecedens: solùm enim prædicti Patres volūt eas ex perturbatione errasse, tam circa mundi interitū,

quàm circa necessitatē huius remedij. Nam etiamsi vere tunc illa soli fuissent in mūdo, & tali casu licitè filia patri nuberet; tamen illæ excusari sine ratione non poterant, quæ sine vllis nuptiis patri copulatæ sunt, cúmque astutè inebriarunt, vt ad tantum scelus ignarum pellicerent, quod scribant solarium nūquam admissurum: talium igitur est prædictos Patres dixisse, secluſa ignorantia, & omni animi perturbatione, potuisse illa vnquam licitè fieri.

9. Et ideò nouissimè inuenio hanc sententiam firmare Baunium *in Theolog. moral tom. 1. tract. 12. impediment cognat q.* 1. & Magistrum Texedā *in Theolog. moral. tom. 2. lib. 4 tract. 2. n.* 11. & 12. vbi sic ait. Dicendum est matrimonium inter consanguineos in primo gradu lineæ rectæ initum, esse ipso iure naturæ irritū. Sic docent omnes Doctores tam Theologi, quàm Iuristæ. Probatur ratione D. Thom. *in 4. dist. 40 quæst. vnic. art. 1. in corp.* quem sequuntur Sotus *ibi ad* 3. *consil.* 2. Caietanus 2. 2. *q.* 154. *art.* 3. *ad* 3. quia in matrimonio cōiuges efficiuntur socij, & pares in ordine ad maritale connubium: at hoc esse non potest inter filias, & parentes, cum filij ex natura sua sint parētibus impares, & subiecti illis, quibus debent maximam reuerētiam præstare; ergo matrimonium inter illos est iure naturali irritum; imò si bene perpendatur, matrimoniū inter parentes, & filias aduersatur lumini naturæ, & ideò matrimonium inter illos reputatur res nefaria.

10. Obijcitur: Possunt parentes, & filij ad inuicem sibi mutuam corporum tradere potestatem cum vera dominij translatione ad vitam individuam peragendam, possunt enim procreare filios, ac cum maiori amore, & amicitia illos nutrire, &c. Respondeo matrimoniū inter parentes, & filios non ideò prohiberi iure naturali, quia aduersetur omninò substantiæ eius, neque fini principali: sed quia aduersatur debito ordini, & conuenientiæ, quæ inter contrahentes seruari debet; cùm autem matrimonium eò tendat, vt personæ, quæ aliàs inter se sunt distinctæ per coniunctionem, communicationem, & amicitiā efficiantur vna caro, peruertitur ordo si pater contrahat cum filia, & filius cum matre: nam filij sunt aliquid patris, & substantia eius, & ideò matrimonium inter ipsos aduersatur iuri naturali, & eius lumini, quod dictat filios subditos esse debere parentibus, & non illis æquari. Ita Texeda.

11. His suppositis, & non obstantibus, quæro, an possit dari casus, in quo Pontifex possit præcipere patri, vt sumat in vxorem filiam? Respondeo affirmatiuè, videlicet, si in mundo supereſſent tantùm Pontifex, pater & filia. Dices in hoc casu propter præceptum obligans cōseruandi speciem humanam propter bonum commune, Pōtifex teneretur sumere in vxorem illā fœminam, & dispensare secum in cœlibatu. Sed demus Pontificem esse impotentem, & inhabilem ad cōtrahendum, cùm in tali casu remanerent tātùm pater & filia, quid faciendum? Eritne in tali casu licitum patrem & filiam inter se cōtrahere: Mæratius *de sacram. Matrim. disp. 9. sect. 6.* & Coninck *disp. 32. n. 14.* & Hurtado *disp. 18. disſic. 3.* negant licere sine expressa Dei cōcessione. Probant, quia etiam in dicto casu irorgatur maxima irreuerentia oppositæ pietati, aut obseruantiæ cui priuatus cedere, aut acquiescere nequit, cùm sit oppositæ pietati, aut obseruantiæ & non iustitiæ, cuius damno potest ex rationabili causa cedere, & acquiescere. Addunt tamen ex Dei concessione, qui potest debitum reuerentiæ extinguere, aut aliter coniunctionem inter dictos consanguineos honestare, posse inter illos matrimonium licitè contrahi.

12. Sed plus addit Perez *de matrimonio. disp.* 38. *sect. 3. num.* 11. docet enim, & si solus pater & filia, vel mater & filius ex omni hominum genere supereſſent, non fore licitum in eo casu matrimonium cōtrahere, nec Deum posse talem facultatem cōcedere. Et probatur, quia illud est adeò intrinsecè malū & ita à ratione abhorrens, non secus ac mendaciū, vt nulla decenti causa cohonestari possit. *Secundum* liquet, quia cùm talis vsus nequeat vllo modo honestari propter intrinsecam indecentiam, non secus ac odium Dei & mendacium, non videtur possibilis Dei concessio ad tale matrimonium, & vsum peragendum. Vnde in eo cuentu iudicandum est Deum velle totam genus humanum perire, ne talis indecentia committatur, præsertim cùm facilè potuisset eum casum impedire infinitis aliis modis decentissimis.

13. His tamen minimè suffragantibus, Basilius Pōtius *de matrimonio lib. 7. c. 31. n. 5.* Henriquez *lib. 12. c. 9.* Baunius *in Theolog. moral tom. 1. tract. 12. de imped. consanguin. q. 2. assert. 3.* Filliucius *tom. 1. tr. 10. par. 2. c. 5. n.* 168. Caspensis *in cursu Theolog. tom. 2. tr. 26 sect. 5. n. 39.* Sanchez *lib. 7. disp. 51. num.* 10. & alij, quos ipse refert, affirmant licere tale matrimoniū in casu extremæ necessitatis propagandi genus humanum. Probant, quia malum Ordinis inferioris, quale damnū, priuatum irreuerentiæ paternæ consurgēs ex tali matrimonio, debet cedere & cohonestari propter superioris Ordinis bonum commune conseruationis speciei humanæ, vt nimirum huic cōsulatur, sicut solet & debet damnum vitæ cohonestari propter bonum rationis.

14. Et præter Doctores citatos hanc sententiā tenet nouissimè Magister Texeda *in Theolog. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 2. num.* 15. vbi sic ait. Si roges, an matrimoniū inter patrem, & filiam initum, & inter filium & matrem, ita malum sit, vt nulla circumstantia honestari possit, nisi Deus in illo dispenſet. Casus, qui proponi potest, vt si solus pater & filia permanerent, aut sola mater, & filius. Dico tamen cum Caietano 2. 2. *q.* 154. *art.* 9. *ad* 3. Soto *in 4. dist. 40. quæst. vnic. art. 3. verb. igitur*, matrimonium inter patrem & filiam, & inter matrem & filium non esse ita intrinsecè malū, quin non possit ex aliqua iusta causa honestari, quia ex matrimonio patris cum filia, & matris cum filio, possibilis est prolis generatio. Et ideò si contingat quòd in mundo nullus alius remaneret, Titius, v. g. & Caia eius filia, inter eos licitum esset matrimonium propter extensionem generis humani, ad quam homines tenentur maiori vinculo naturali, quàm teneantur parentes non contrahere cum filiis.

15. Quare D. Chrysostom. *homil. 44. in Genes.* & D. Ambros. *lib. 1. de Abraham. c. 6.* meritò excusauit filias Loth à peccato, dum cū patre concubuerint, existimabant post desolationem illarum ciuitatum solas cum patre in mundo remansisse, atque vt genus humanum non totaliter destrueretur, & finiretur bonum commune, eum patre concubuerant, vt ex illo filios acciperent. Ita Texeda.

16. Stante igitur in hac posteriori sententia, respondendum est ad quæsitum superiùs factūm, posse Pontificem in tali casu præcipere patri & filiæ, vt matrimoniū contrahant, & ipsi teneretur obedire. Et ratio est, quia si aliquando pater potest præcipere filio, vt certum contrahat matrimonium & filius tenetur obedire & cōsentire, vt indicant Sotus *in 4. dist. 39. q. 1. art. 4. concluſ. 3.* Nauarrus *in manual cap. 13. num.* 15. & ex causa magnæ necessitatis admittit Pater Auerſa *de sacram. Matrimon. quæst. 4. sect. 3.* & alij. Quanto magis dicendum est in nostro casu; posse Pontificem præcipere patri, vt ducat in vxorem filiam suam, propter euitandum damnum commune interitūs vniuersi; cui cedere debet damnum

tum priuatum irreuerentiæ paternæ ex tali matrimonio consurgens: & in tali casu Pontifex non dispensaret sed declararet ius naturale non obligare.

RESOL. LXXXVI.

An Pontifex possit dispensare, vt fidelis matrimonium contrahat cum fideli, vel hæretica?

Et an matrimonium fidelis cum infideli non sit irritum neque iure diuino, neque iure naturali, sed tantum iure Ecclesiastico?

Idem dicendum est de matrimonio fidelis cum hæretica.

Et an in locis, in quibus consuetudine legitima derogatum est, ne petatur dispensatio ad contrahendum matrimonium cum Hæreticis, procedat etiam in Regibus? Ex part. 8. tract. 1. Resol. 74.

5. 1. VIdetur negatiuè respondendum, quoad infidelem: nam *primo in cap. 9. & 10. lib. 1. Esdræ*, separati sunt Hebræi à coniugibus infidelibus, duxerant; & ideo Vasquez *in 3. part tom. 4. disp. 2 cap. 4. n. 10.* & alij, quos citat Sanchez *lib. 7. disp. 71. n. 6.* asserunt matrimonium fidelis cum infideli esse irritum iure diuino. Cõfirmatur ex auctoritate D. Pauli 2. Corinth. 6 *Nolite iugum ducere cum infidelibus* quæ verba sanctus Hieronymus *lib. 1. contra Iouinianum*, accipit de matrimonio cum infidelibus cauendo, ne sensim fideles inclinetur ad eorum infidelitatem, & vitia. Et quamuis prædicta verba intelligantur de vitando fidelium commercio; inde etiam vrgens deducitur argumentum: nam si ipsum commercium prohibetur, ne contagione sua fidelis pereat multò magis abiicienda connubia, in quibus cum illecebris voluptatis serpunt doctrinæ pestiferæ, & sese animis tantùm insinuabunt periculosiùs, quanto dulciùs. Idem firmatur verbis illis 1. Cor. 7. *Si dormierit vir eius* (id est, mortuus sit, *cui vult nubat, nubat tantum in Domino*, id est, in Christianismo, seu nubat viro probo, & Christiano. Ita Ambr. Theodoretus, Theoph. Anselmus, Sedulius, D. Thom *ibi*, & Augustinus 1 *de adulter coniug. cap. 21.* & Tertullianus *lib. 2. ad vxorem.*

2. *Secundo*, eo ipso, quòd Christus matrimonium personæ baptizatæ instituit in Sacramẽtum, videtur tritasse matrimonium illius cum infideli, quia tale matrimonium adhuc ex parte personæ baptizatæ nequit esse Sacramẽtum, quia ratio Sacramenti tantùm conuenit toti matrimonio quod in vtroque cõtrahẽte reperitur, & non in vno solo. Firmatur, quia alias Ecclesia nõ posset irritare matrimonium fidelis cum infideli, vtpotè, quæ in hunc nullam habet facultatem.

3. His tamen non obstantibus, dicendum est, matrimonium fidelis cum infideli non esse irritum, nẽque iure diuino, neque naturali. Et ita tenet Rebellus *lib. 3. quæst. 9. n. 2.* Præpositus *in 3. part quæst. 7 de impediment. matrimon. dub. 17. num. 156.* Hurtadus *de matrimon. disp. 24 difficult. 1. num. 2.* Coninck *de Sacrament. disp. 32. num. 3.* & alij communiter. Non esse prohibitum iure naturali patet, nam Esther nupsit Assuero Regi infideli in infidelitate manenti. Item sancta Monica virum habuit Paganum, teste Augustino *lib. 9 Confess. cap. 9.* S. Clotildis nupsit Clodoneo Regi Francorum Ethnico, teste Gregorio Turonẽsi *l. 2 c. 28.* Et ratio est, quia cultus disparitas non omnino ac directè opponitur huic matrimonij, ita vt contra subsistentiam eius esse dicatur. Neque enim pugnat cum individua vitæ societate, cùm fieri possit, vt nec discordiæ, nec dissensiones oriãtur, aut faro. Neque etiam impedit matrimonij finem, hoc est, filiorum procreationem & educationem, quia licèt difficilè posset tamẽ rectè in pia religione proles institui. Vnde quamuis personæ contrahentes aliquando non expediant ad prolem bonè educandam, non sufficit, vt matrimonium inter eas sit ex natura rei nullum; quia quando id contingit, prouenit per accidens ex malitia personæ infidelis: alias etiam esset nullũ inter personas infideles ex natura rei, quia istæ potiùs conuenient ad malam prolis educationem. Non est igitur fundamentum aliquod vt dicamus, matrimonium cum infideli irritum esse iure naturali: erit quidem illicitum ex natura rei, quando est probabile periculum malæ educationis prolis aut desertionis fidei in persona fideli, sed non erit irritum. Firmatur, nam matrimonium personæ fidelis cum hæretica fere eadem incommoda affert contra matrimonij finem, ac fidelis cum infideli; aduersatur enim bonæ prolis educationi, mutuæ cõiugum tranquillitati ac paci. estque non leue periculum peruertendi fidelem: & tamen nullus dicit hoc matrimonium esse iure naturæ irritum; ergo.

4 Sed neque dictum matrimonium est irritum iure diuino.

Probatur *Primo*, nam, vt obseruat Præpositus *vbi supra*. Paulus V. in Bulla quæ incipit *Vt animorum saluti*, data anno 1616. 21. Iunij concessit Episcopo Funianensi in Iaponia & superioribus Societatis in regno Chinarum, vt ad decennium possent dispensare in impedimento disparitatis cultus, vt matrimonia essent legitima: ergo hoc impedimentum non irritat matrimonium iure diuino cum Pontifex in impedimento iuris diuini non possit dispensare. Nec similiter dirimit iure naturæ quod præcedenti conclusione diximus, quia Pontifex nequit etiam in tali impedimento dispensare.

5. Probatur *Secundo*; non apparet ex Scripturæ, traditione, vel Ecclesiæ sensu de tali impedimento, sed potiùs apparet cõtrarium ex eo quòd Christus non dederit vlla præcepta morum, sed solum fidei, & Sacramentorum, quoad ea suscipienda. Confirmatur: Christus solùm eleuauit matrimonium ad esse sacramentale, de cætero quoad necessaria contractus legitimi illud relinquens legi naturæ, iuxta quã non irritatur matrimonium fidelis cum infideli.

6. Probatur *Tertio*; initio Ecclesiæ vix aliter potuerunt fideles matrimonia inire, quàm cum fidelibus. Cõfirmatur ex eo quòd S. Monica nupserit viro infideli, vt testatur Augustin *lib. 9 Confessionum cap. 9.* cuius matrimonium non fuit iudicatum inualidum, & ex eo quòd S. Hieronymus *lib. 1. aduersus Iouinianum*, testetur suo tempore frequentia matrimonia fidelis cum infideli, quæ licèt valdè improbet, non tamen censet inualida. Similiter & Augustinus *lib. de fide & operibus, cap. 19.* agens de matrimoniis fidelis cum infideli, ait: Quæ nostris temporibus iam non putantur esse peccata, quoniam reuera in nouo Testamento nihil inde præceptum est.

7. Dicendum est igitur, matrimonium fidelis cum infideli, esse solo iure Ecclesiastico irritum. Ita cõmuniter Doctores, & sequitur ex præcedentibus dictis. Quia verò clarè non constat de iure aliquo scripto, dicendum est, id patere ex receptissimo & antiquissimo Ecclesiæ vsu vim legis obtinente, & ex Apostolorum traditione. Vnde Pontifex in eo dispensare potest, quia in omni iure Ecclesiastico potest dispensare. Ita Hurtadus, & alij *vbi supra*.

8. Restat modò respõdere ad argumenta superiùs posita. Et ad locum Esdræ respondeo; præceptum illud quatenus irritãs prædicta matrimonia iudiciale fuit, & consequenter morte Christi expiauit. Quòd fuerit iudiciale, liquet ex eo, quia cũ solis infidelibus incolis terræ Chanaam coniugia interdicta fuere.

Vnde cùm *Esdr. 1. cap. 9.* numerantur Ægyptij inter eos infideles, sermo est de Ægyptiis eiusdem terræ Chanaam incolis, vt notauit rectè Caietanus. In noua verò lege gratiæ idem constat; quia generaliter in lege gratiæ nullum ius diuinum purè positiuum agnoscitur. Tum quia nullus est locus Scripturæ sacræ in nouo Testamento, in quo ea irritatio cótineatur. Tum etiam, quia in lege gratiæ nullum ius diuinum purè positiuum agnoscitur, præterquam fidei, & Sacramentorum Cùm ergo præceptum hoc non pertineat ad fidem, vel Sacramenta suscipienda sed ad contractum naturalem à Christo eleuatùm ad Sacrament rationem ritè celebrandum, si naturale non est, vt probaui nec diuinum positiuum erit. Non enim Christus Dominus in matrimonio aliquid immutauit, quòd ad ius naturæ pertineret, sed tantùm id, quòd contractus quidam naturalis erat, eleuavit ad esse Sacramenti.

9. Ad confirmationem testimoniorum D. Pauli respondeo testimonia relata solùm probare id matrimonium iure diuino esse prohibitum; in illis tamẽ nulla de eius irritatione mentio fit. Ex alio capite stat matrimonium iure naturali, vel positiuo prohiberi, & non esse irritum eo iure, nã matrimonium contra priorem sponsalium fidem, vel aduersùs simplex castitatis votum emissũ in seculo, est prohibitum iure naturali dictante fidem homini per sponsalia datam esse præstandam, & iure diuino esse Deo soluendam fidem; & tamen cóstat in neutro eventu matrimonium esse irritum.

10. Ad secundum argumentum respondeo, Christum non instituisse in sacramentum Matrimonium personæ baptizatæ adhuc vt partẽ Sacramenti, nisi quando etiam est cũ altera baptizata, quamuis non posset fieri Sacramentum: quia etiam matrimoniũ inter non baptizatos potest validè fieri, quamuis nó fiat Sacramentum. Quare dictum matrimonium tametsi irritũ sit in ratione Sacramenti, quia nequit diuino iure consistere, nisi inter duos fideles baptizatos: non tamen erit inualidum in ratione contractus naturalis, attento solo iure diuino, sed solo iure Ecclesiastico. Ad confirmationẽ negatur sequela. Nam satis est Ecclesiam habere potestatem in personam fidelem baptizatam, vt possit eius matrimonium cum infideli irritare; quia cùm matrimonium necessariò exigat duos contrahentes habiles, eo ipso quòd Ecclesia reddit inhabilem fidelem, vt cum infideli contrahat, corruit omninò matrimonium quod nequit claudicare,

Quamuis nõ plenè sup. hoc, & seqq. lege tamen in tom. 2. tr. 6. doctrinam Res. 11.

11. Sed quid dicendum de matrimonio fideli cum hæretica, an sit nullũ. Ratio difficultatis pro parte affirmatiua desumitur ex VI. Synodo *can. 72.* dum matrimonium inter personã Catholicam & hæreticam dicitur irritum, & esse dissoluendum.

12. Conueniunt tamen communiter Doctores, matrimonium inter dictas personas esse validũ. Ita Sancius *lib. 6. disput. 72.* & Ægidius *disp. 31. dub. 3.* & id supponitur *in c. decretũ. 14 de hæreticis, in 6.* Et ratione constat, quia id nullo iure irritatur, quia non Ecclesiastico scripto, quia nullum extat; dictus autem *can 72* in quo irritum dicitur, nullius est authoritatis, quia non fuit editus à VI. Synodo, sed post ipsam dissolutam, cum multis aliis canonibus, quos Trullanos vocat, editus fuit à nonnullis Episcopis: neque id irritatur iure aliquo Ecclesiastico, quod consuetudine sit introductũ, aut esse constet, quia non fuit Ecclesiæ in vsu, sed potiùs oppositum.

13. Addimus tamen, matrimonium inter dictas personas esse prohibitum iure Ecclesiastico, vt patet ex concilio Chalcedonensi *can 13.* & ex cõmuni consuetudine Ecclesiæ id habentis vt illicitum: & non esse prohibitum alio iure, non diuino, quia de eo non constat, neque naturali, quia id non est contra rationẽ, secluso probabili periculo peruersionis personæ Catholicæ, & malæ educationis prolis, cui verè potest obuiari. Vnde Pontifex in dicta prohibitione dispensare potest, vt inter dictas personas possit licitè contrahi matrimonium. Ita Hurtadus *de matrimon. disp 24 diffic 2.*

14 Et ideò Perez *de matrimon. disput. 46 sect. 2. n. 7.* docet posse Papam dispensare, vt fidelis cum hæretico contrahat, sicut vt & fidelis cum infideli non baptizato contrahat Hoc est certum, quia Pontifex dispensare potest in omni iure Ecclesiastico, quo attento matrimonium cum hæretico illicitum est, & illud aliud cum infideli est irritum Quòd si Pontifex dispenset ex iustissima causa vt si hæreticus, vel infidelis esset potens, & speraretur eius conuersio, & publicum subditorum bonum spirituale, nec immineret periculum prolibus, quia paratus esset permittere, vt catholicè educarentur; quo casu illud matrimonium desineret iuri naturæ repugnare, tunc certè talis dispensatio non solùm esset valida, sed licita, & omni prorsus culpa vacans. At si dispensaret Pontifex sine vlla iusta causa; ea dispensatio non excusaret contrahentes à peccato mortali contra ius naturæ, at efficeret validum matrimonium, vtpotè quod solo iure Ecclesiastico irritetur. Vnde istud matrimonium valeret, sed illicitè contraheretur, quatenus iure naturæ est illicitum. Sicut si Pontifex dispensaret absque legitima causa, vt Sacerdos vxorem duceret valeret matrimonium, quo solo iure Ecclesiastico erat irritum; at peccaret mortaliter Sacerdos contra votũ castitatis quod iure naturali diuino impedit matrimoniũ. Ita Perez; sed hîc obiter quære, an in locis, in quibus consuetudine legitima derogatum est, ne petatur dispensatio ad contrahendum matrimonium cum hæreticis, procedat etiam in Regibus. Et affirmatiuè respondet Emin. Cardinalis Lugo *in doctissimo tr. de Fide disp. 22 sect. 22 num. 10* quia si non tenentur petere dispensationes subditi: ergo neque Princeps: sed ego nego consequentiam, nam est dispar ratio inter matrimonia Regum & aliorum, nam matrimonia regum sunt maioris momenti & possunt multa pericula & inconuenientia adducere; quæ quidem diiudicanda, & perpendenda sunt, non ab alio, nisi à S. Pontifice, & ideò nostram sententiam tenet Hurtadus de Mendoza *vol. 1. de Fide, disp. 76. §. 233.* itaque in permissione dictæ consuetudinis, nunquam Pontifex intelligitur includere Reges.

RESOL. LXXXVI.

An Pontifex possit dispensare in radice matrimonij ita vt legitimatus succedat etiam ad temporalia.

Et aduertitur Pontificem graviter peccaturum, si sine aliqua magna causa hanc legitimationem, seu dispensationem in radice concederet.

Et ex doctrina sup a dicta quæstionis infertur, an vocatus ad feudum, maiorem, fideicommissum, & ideò exclusus, quia professus in approbata Religione, vel Sacris initiatus, si à Papa dispensetur, vt nubat; an iste sic dispensatus succedat in maioratu feudo, & fidei-commisso, non obstante quod substitutus in pacifica maneat possessione? Ex part 8. tr. 1. Res. 75.

§. 1. DIximus *suprà*, posse Pontificem dispensare in radice matrimonij. Nunc videndum est, an hoc procedat etiam ad temporalia, & negatiuè

negatiuè respondet Nauarrus *lib.4.consilior.in 1 edit. consil.qui filij sint legitimi.consil.2.* vbi ait, Gregorium XIII.anno Domini 1584.noluisse dispensare, dicendo, se non posse legitimare filios susceptos ex matrimonio irrito, sicut non potest dispensare quoad sæcularia cum spuriis absque matrimonio. Eiusdem opinionis meminit fuisse Molinam *tom.3 de iustitia, tract.2. disp.624. num 3.* & Ceruantes *l.12. Tauri, num.106.* quibus adde Hurtadum *de matr. disp.26.difficil.num.5* Coninck *de Sacram. disp.38. dub.4.* & nouissimè amicissimum Perez *de matrim. disp.44. sect.5. num.4.*

2. Sed ego puto omninò affirmatiuæ sententiæ adhærendum esse, quam canonizauit sacra Rota in nouissimis *decis.112.* coram Seraphino; & in Syracusana illegitimitatis 19. Octobris 1573. coram Clemente VIII. Puteus *decis.483. lib.2.* & communiter Iurisconsulti, quibus adde Sanchez *de matrim. lib.8. disp.7.num.4.* Sanctarellum *in variis resolut. quæst 43. n.3.* & alios. Vnde sacra Rota *vbi supra*, addit, hanc dispensationem in radice inducentem prolis legitimitatem esse tantæ virtutis, & potentiæ, vt operetur etiam in præiudicium tertij aliàs vocati ad successionem, seu successuri; nam cum hac dispensatione matrimonium de facto reponatur in tali statu validitatis, in quo fuisset, si illud legitima dispensatio præcessisset, seu tollatur impedimentum, ac si non fuisset, in quo statu matrimonium fuisset validum, ad eundem etiam statum reducitur proles ex eo matrimonio suscepta. Quare provt si talis proles esset genita ex vero, & legitimo matrimonio, procedente legitima dispensatione succederet patri, nec illius successio diceretur in præiudicium tertij, cùm ille tertius non esset vocatus ad successionem, nisi in casu deficientiæ prolis legitimæ, vnde illa existente verum esset dicere, nulli præiudicium ex successione similis prolis fieri, ita eodem modo dicendum est de filio nato ex matrimoio nulliter contracto de facto, superueniente super illo dispẽtatione in radice, quæ matrimonium reddit validum, ex tunc & filios ex illo susceptos legitimos ex eodem tempore, & ab initio suæ conceptionis, vt *suprà* ostensum est. Ex quo etiam infertur, vt in tali casu nõ possit propriè dici præiudicium alicui tertio illatum, seu inferri, cùm numquã huic tertio ius succedendi competierit stante tali prole ab initio suę conceptionis legitimæ per dispensationem in radice. Et quamuis (subdit Rota *in fine dict. num.16.*) dum ista dispensatio non obtinetur, haberet ille tertius aliquam spẽ succedendi, illa euanuit per dispensationem in radice subsecutam. Confirmat Rota *num.17.* huiusmodi dispensationem in radice operari in præiudiciũ tertij (si id præiudiciũ vocari potest,) quia sublato per dispensationem impedimento, istud præiudiciũ venit cõsecutiuè, quod non attenditur per Doctores à Rota *dict.num.16.* relatos: vnde si dicas, sublato per Papam impedimento cessare quidem illegitimitatẽ quoad spiritualia, & damna secuta iure ciuili, in quo nequit Summus Pontifex, nisi pro statu suo temporali dispensare, & consequenter requiri in effectibus ex eodem iure ciuili insurgentibus.

3. Respondet Rota (eodem modo soluit Sanchez *dict.disp.7.num.4.*) Papam in his effectibus de iure ciuili secutis nõ posse directè dispensare, at posse indirectè. & per quandam consequentiam destruendo legem canonicam, & Ecclesiasticam, ex qua tanquã ex fundamento effectus, seu damna à iure ciuili inducta pendebant. Aliqua enim, quæ indirectè, & principaliter fieri nequeunt, indirectè, & per quandam consequentiam fieri possunt, ex Bartol. *in l.1. n.1. ff. de auth. tut.* dicente, quòd quando aliquid per se separatim ab alio est prohibitũ, sed illud necessariò sequitur ad positionem alterius permissi, quod non licet directò, licet per consequentiam; vt *in l.fi. vnius §. illud, ff. de pactis. l.si is, qui duos in fine ff. de liberatione legata. & l.non soluũ ff. de in integrum restitutione.* Et constat etiam ex *cap. ex literis, de iure patron.* iuxta quod caput ius patronatus, quod per se, ac directè vendi non potest absque labe simoniæ, in consequentiam tamen venditur, vendito fundo, cui annexum est.

4. Neque obstat, quòd Princeps sæcularis habens plenam potestatem legitimãdi in terris suæ ditioni subiectis, non possit tamen illud facere in præiudicium tertij habentis ius ad succedendum in aliqua primogenitura, quantumcunque talis legitimatio operetur quoad alios effectus: nam militat diuersa ratio in Summo Pontifice, qui habet potestatẽ dispensandi super matrimonio, & qui præcipue illud legitimat, & approbat, & super illo de facto cõtracto in radice dispensat. Ex quo sequitur, vt proles ex tali matrimonio suscepta sit legitima vt ab initio. & ex his in consequentiam necessariam venit effectus talis dispensationis, etiam in præiudicium tertij.

5. Quæ potestas dispensandi super matrimonio, seu legitimandi super radice matrimonij, cùm desit in Principe sæculari, eò quòd hæc dispensatio, seu legitimatio spectet solùm ad Romanum Pontificẽ, & nõ ad Principes sæculares, neque etiam ad Imperatorem, vt tradunt Hostiensis *in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi, num.8. versic. si ergo Papa, ibid.* Ioannes Andreas *col.3. verb. Imperator autem.* Socinus *in rubric. ff. de liber. & posthum. n.7. & consil. 65. num.8. lib.3.* & Parisius *consil.2. num.22. lib.2.* quos refert, & approbat Ioan. Baptista Lup. *de illegit. & natal. restit. lib. dict. comment.4. §.1. num 58.* non mirum si illius legitimatio non operetur in præiudicium tertij. Et quamuis Antonius Gabriel *dict. tit. de legitimat. conclus.3 num 2.* dicat plures Doctores (quos *ibidem* refert) tenere legitimationem hanc super radice matrimonij fieri nõ posse per Imperatorem; subdit tamen contrarium esse verius de iure. immo tanquam certum est tenendum: & Doctores ab eodem Antonio Gabriele allegato, Ioan. Baptista Lupo *dict.num 58.* ait, non agere de legitimatione, per quam disponatur, seu dispensetur super radice matrimonij, sed tantùm de restituenda prole naturæ, & ingenuitati antiquæ, ac proinde de legitimatione per rescriptum, non habita ratione ad matrimonium, id quod declarant Socinus *in l. Gallus, §. si eius. col.4 in principio, versic. sed vltra ea, quæ ipse dicit. ff. de liber. & posthum.* & alij, tum relati à Ioanne Baptista, tum ab ipso Gabriel. In quo casu verũ est legitimationem hanc à quolibet Principe sæculari concedi posse, non verò legitimationẽ super radice matrimonij, quæ prouenire potest à solo summo Põtifice, qui in causa matrimoniali, aut altera spirituali dependente à lege canonica supremam habet potestatem; *cap. proposuit*, vbi glossa *in verb. supra ius, de consuet. prab. cap. si Papa, dist.40. cap. vt constitueretur. dist.50. cap. nouit*, & *ibi* scribentes *de iudiciis*, & Doctores in præcedentibus allegati.

6. Aduertit tamen Nauarrus *num.15. consiliorum super num 322. relatorum* (quem in hoc sequuntur Sanchez *lib.8. dict. disp.7.num.5.* & Sanctarellus *dict. quæst.43. num.13. in fine.*) Summum Pontificem grauiter peccaturũ, si sine aliqua magna, & iusta causa hanc legitimationem, seu dispensationem in radice (quæ resultare potest in graue damnum tertij, scilicet, succedentis in hæreditatẽ, si proles talis non legitimaretur) concederet; quia non debet vti plenitudine potestatis sine tali causa: licèt possit ita vti, vt valeat actus, secundùm Innocentium communiter receptum *in cap. innotuit, de elect.* ab eodem Nauarro allegatum,

allegatum. Præter quæ nescio an sit credibile, quod refert additionator *ad consil. Navarri in fine dict. consil. 2. tit qui filij sint legitimi, in 2. edit.* scilicet, Gregorium XIII. mense Nouemb. 1584. negasse petitam hanc dispensationem in radice, ac dubidisse se non posse: si enim Pontifex ita respondit, credendum id fecisse, quia in casu sibi proposito deesset iusta causa.

7. Et ideò hanc sententiam tenuit nouissimè Fragosus *de Reipublicæ regim. p. 1 lib. 3. disp. 6. n. 27.* vbi quæres, an Papa possit legitimare, quoad sæcularia & temporalia filios genitos ex matrimonio irrito, respondet posse. Quia, ait ille, potest suam legem Ecclesiasticã reuocare, quoad effectus iure humano ex ea sequutos, atque etiam ingressos tollere, perinde ac si nunquam ea lex sancita esset, vt constat ex *Clement. vnic. de immunitate Ecclesiast.* ibi, quidquid ex eis secutum est, vel ob eas, penitus reuocamus, & eas habere volumus pro infectis. Nec circa hoc potest esse dubium, cùm in iis quæ sunt de iure positiuo, amplæ sit illius potestas. Idem, quia dispensando in radice matrimonij, reuocandóque impedimentum, retrotrahitur ad principium matrimonij dispensatio illa, remanéntque filij suscepti ex eo matrimonio, perinde ac si nati sint ex eo ab initio valido. vt cum multis ibi ostendimus, præter quos id etiam tenent Ludouicus Lopez *2. part. instruct.* vbi *de matrimon. cap. 2. ltim. col. 2. concl. 3* Borges *de irregular. 2. part. tit. de interpretation. extensione, & restrictione dispensationis, n. 19* Couarruuias *in epitome 2. part. c. 8. §. 8. n. 13.* Anastasius Germon. *de sacror. immunitatibus lib. 3. c. 11. n. 105.* Royas *epitome successionum c. 2. n. 113.* & alij dicentes, posse Summum Pontificem indirectè, & per quandam consequentiam legitimare, & habilitare ad temporalia, dispensando in ipsa matrimonij irriti radice, delendo, reuocãdoque omnia damna ex eo matrimonio incursa, restituendoque prolem natalibus, quæ haberet, si ex matrimonio valido nasceretur.

8. Nec obstat si dicas posse Papam dispensare in iis, quæ sunt iuris Ecclesiastici, accedente nouo consensu, vt matrimonium subsistat, non tamen posse contraire damnis ex iure ciuili secutis, quia fatemur, non posse in illis dispensare directè, sed indirectè, revocando legem suam Ecclesiasticam, ex qua omnia pendebant, quæque prius matrimonium irritabat. Quod adeò verum est, vt possit Pontifex ad hunc effectum etiam mortuis parétibus dispensare in radice matrimonij, quod dispensatio hæc non innitatur in ablatione prioris impedimenti dirimẽtis, vt validè de novo contrahatur matrimonium, quod fieri non potest, sed tantùm innititur revocationi Pontificiæ legis; qua posita extinguntur effectus ex matrimonio irrito prouenientes; ita Navarrus *lib. 4. consil. in 1. edit tit. de sponsalibus, consil 3. à n. 10. & penult in 2. edit. tit. qui filij sint legitimi, consil. 2. à n. 10* Sylvester *verb Papa, ad finem.* Ancharanus *consil 409 col. 2.* Ant. de Rafel. *de legit lib. 2. in principio, n. 22.* quos sequitur Molina *de prim* post alios *ibi* relatos *lib 3. c. 2 n. 2 vers. si verò impedimentũ ex solo iure canonico procedebat* dicens posse filium in primogenio, atque in cæteris bonis temporalibus remouente Summo Pontifice ab eo matrimonio, in quo consensus interuenit, impedimẽtum, validumque matrimonium declarante.

9. Vnde nostram sententiã contra Molinam mordicus tuetur Ioannes del Castillo *tom. 5. controu. c. 105. & n. 18.* & nouissimè etiam insurgens contra Molinam Petrus Gonzales *de lege politica l. 2. c. 1 n. 24. & seq.* quæ quidẽ opinio procedit etiam si tolleret, vt dictum est, ius ab alio quæsitum, siue cederet in præiudicium eorum, qui in hæreditate iam successissent. Quod probatur: tum quia Pontifex, dum tollit legem suam Ecclesiasticam, cuius abrogationem retrotrahit ad tempus præteritum, vtitur iure suo, consequenter nemini facit iniuriam: tum quia posita illa legis abrogatione, filius legitimatus efficitur habilis ad illam hæreditatem adeundam, quam vocati illa conditione tacita adierant, nisi alij habentes potius, & firmius ius existant. Sic Decianus *cons 5. num. 67. & seqq. lib 1.* Puteus *decis. 483. num. 2 lib. 2.* Ancharanus, Peregrinus, & alij, quos allegans sequitur Sanchez *dict. lib. 8. de matrimon. disp. 7. num. 6.* Basilius Pontius cum aliis per eum relatis, *dict. lib. 11. de matrimonio cap. 6. §. 1. num. 10.* quibus accessit Barbosa ad *cap. per venerabilem, num. 6 qui filij sint legitimi,* in suis collectaneis.

10. Ex quibus infertur ad illam quæstionem, an vocatus ad feudum, maioratum, fideicommissum, & ideo excluſus, quia vel professus in approbata Religione, vel sacris initiatus, si à Papa dispensetur, vt nubat, an iste sic dispensatus succedat in maioratu, feudo, & fideicommisso, non obstante, quòd substitutus in pacifica maneat possessione; dicendum enim est, hunc succedere: siquidem ablato per Papam impedimento, iam ille factus est habilis ad maioratum, vel fideicommissum, ac si nunquam aliud impedimentum habuisset, non secus ac si primò cessione, deinde diuina virtute ad vitam renocatus fuisset: ita non obstante iure alterius quæsito, iste sic dispensatus ad maioratum, feudum, vel fideicommissum, purificatis omnibus eius conditionibus, restituitur.

11. *Notandum* est etiam hîc obiter, constare Clementem IV. Alphonsi III. Portugalliæ Regis, ex Beatrice illegitimè susceptos, viuẽte adhuc Methilda, Bononiæ Comitissa, legitima eius vxore, eadem postea mortua, legitimasse, regnóque successisse, vt post alios testatur Augustinus Barbosa *de officio Episcopi, part. 1. tit. 3 c. 2 n. 101.* item, ex hoc textu *in dict. cap. per venerabilem, §. Rationibus igitur,* manifestum est filios Philippi Augusti, Francorum Regis, ab Innocentio III. ad effectum succedendi in paterno regno legitimos effectos. Quod si postea illi regno non successerunt, sed Ludovicus VIII. ortus ex Isabella prima eiusdem Philippi legitima vxore, quemadmodum scriptum reliquit Cuiacius *in dict. cap per venerabilem,* & latiùs Paulus Emilius *in vita Philippi Augusti;* certè id parum ad rem nostram referre videtur, cùm nostra disceptatio sit tantum modo de potestate Papæ legitimandi non subditos, etiam quoad iura succedendi; & cùm Pontifices in his relatis casibus, hac potestate in facto vsi fuerint, non videtur de illa amplius ambigendum.

12. Et hæc omnia latiùs præter meum institutum adnotare volui, quia displicet mihi aliquos Theologos recentiores nolle huic opinioni in fauorem Pontificiæ iurisdictionis adhærere, quam communiter amplexi sunt Doctores, & ipsamet Tribunalia Principum sæcularium.

RESOL. LXXXVIII.

An potestas statuendi impedimenta matrimonij, spectet priuatiue ad summum Pontificem.

Et sicut ius integrum est Summo Pontifici in vniuersa Ecclesia impedimenta matrimonium dirimentia statuere, an ita Episcopus in suis diœcesibus. Et part 8. tr. 1. Resol. 76.

§. 1. POsse ex vi sui muneris, si solùm ius diuinum, & naturale inspiciatur, sicut integrum est seq. huius Summo

Sup. doctrina

Summo Pontifici in vniuersa Ecclesia impedimẽta matrimonium dirimentia statuere, ita Episcopis in suis diœcesibus, affirmant Sanchez *lib.7. disp.1.n.9.* ex Couarruuia 4 *Decretalium 2. part. cap.6. §. 10. num 16* Basilius Pontius *lib.11 num.12* Gaspar Hurtado *disp.12. diffic.2.num 5* & alij. *Primo*, Episcopus ex vi sui officij est plenè, & perfectè Pastor, & Princeps in sua Diœcesi, quamuis subordinatus Pontifici; ergo habet plenam potestatem condendi in sua diœcesi quascunque leges, & statuendi quidquid saluti spirituali suorum subditorum expediat; ergo & statuendi impedimenta matrimonij. *Secundò*, olim ab Episcopis constituta fuere multa impedimenta tantùm in suis Diœcesibus, & à Conciliis Prouincialibus, & nationalibus, quæ postea ab vniuersali Ecclesia vel præcepta sunt, vel approbata, vel partim recepta, seu approbata, & partim explosa.

Sed contrariam sententiam tenet Pater Perez *de matrimon disput.21 sect.4 num.4. & seq.* vbi sic ait.

2. Suppono *Primò*, quod videtur mihi verius, Episcopum iure diuino non habere actu determinatam potestatem iurisdictionis, sed eam iure Ecclesiastico à Papa accipere, nec habere maiorem, quam hic concedat. Ratio est, quia tametsi potestas ordinis Episcopalis, & dignitas eam consequens sit iuris diuini, attamen nullus Episcopus ex vi suæ ordinationis præcisè habet vllam iurisdictionem, sed eam habet iure humano à Papa. Patet, quia nihil Episcopis competit, præcisè ex iure diuino, nisi quòd habent ex vi ordinationis; at Episcopus ex sua ordinatione præcisè non habet vllam iurisdictionẽ, aut aliquos subditos, vt constat in Episcopis merè titularibus, qui nullos subditos habent, atque adeò nec vllam iurisdictionem, quæ sine subditis esse non potest. Quòd igitur habeant tantam, vel tantam Diœcesim, aut tam paruam, aut tam magnam iurisdictionem, pendet à iure humano, atque adeò Episcopi habent totam suam iurisdictionem à Summo Pontifice.

3. Suppono *Secundò*, Episcopos, vt hanc, vel illam iurisdictionis potestatem nullo modò habeant, non esse opus Papam eam ipsis negare, sed sufficere, quòd eis non concedat. Ratio est, quia potestas iurisdictionis non est ex natura rei in Episcopis, vt dictum est, sed eam habent totam à Papa; ergo vt illam habeant, non satis est, vt non prohibeatur, sed necesse est, vt concedatur; ergo nec mutare, nec dispẽsare in legibus Papæ possũt, nisi ab ipso concedatur. Addo id adeò esse verum, vt etiamsi admitterẽ, quod probabile est, vt multis Doctoribus probatur, Episcopos iure diuino quoque habere suam iurisdictionis potestatem, idem dicendum esset; quia ea, quæ à Deo sunt, ordinata sunt; cùm ergo potestas Summi Pontificis ipso iure diuino superior sit, & superna, etiamsi alij Pastores, & Episcopi eodem diuino iure sub illo instituti essent cum potestate iurisdictionis, haberent ex supremo Pastore pròportionatam illã potestatem; quæ talis non esset si facultatem ex se haberent, ad dispensandum in legibus superioris, absque illius concessione; hoc enim monstruosũ esset.

4. His præmissis dico, potestatem impedimenta matrimonij inducendi nullo modo competere Episcopis etiam seclusa omni Pontificis prohibitione. Moueor duplici ratione. *Prima* est, quia talis potestas nec iure diuino illis competit, vt constat ex suppositione prima; ne iure Ecclesiastico, quia nullum tale extat; ergo illam non habent. Patet consequentia, quia ista est maior potestas, quàm sit potestas dispensandi, & maioris authoritatis, & dignitatis; ergo pendet ex concessione Papæ iuxta suprà dicta. *Secunda* ratio traditur à nostro Coninckio, quæ mihi videtur satis efficax, nam per talia impedimẽta matrimonium propriè, & per se irritatur, quatenus est contractus merè ciuilis, & tantùm consequenter, quatenus est Sacramẽtum: ergo dum Ecclesia sibi hanc potestatẽ assumit, vtitur potestate illa indirecta, quã habet circa res temporales, vt de iis disponat, quatenus hoc expedit bono spirituali fidelium, quæ immediatè concessa est toti Ecclesiæ, & eius capiti supremo; nullo verò modo singulis Episcopis. Quia circa res ciuiles inuitis Principibus nihil possunt statuere, tametsi saluti fidelium expediat, dummodo non sit eorum saluti omninò necessarium. At inducere noua impedimenta matrimonij, tametsi posset esse fidelibus expediens, sed non eorum saluti omninò, ac simpliciter necessarium; ergo non est talis facultas in Episcopis. Hucusque Perez, qui postea respondet ad argumenta superiùs posita. Et hanc sententiam ante Perez docuit Coninck *de Sacram. disp.30 dub.1.num.80.*

5. Sed quicquid sit de his opinionibus, & dato quòd opinio Sanchez, & aliorum esset probabilis, hodie certum est ex contraria consuetudine vim legis habente soli Romano Pontifici potestatem inducendi impedimenta matrimonij reseruatam esse. Et ita rectè obseruat Castrensis *in cursu Theolog. tom.2.tract.26.disp.9.sect.1.num.7.* Bayman *lib.5. tract.10. part.4 c.1.num.4.* Auersa *de sacrament. Matrimon quæst.9.sect.3.* Pontius *lib.6 cap.1 n.21* Franciscus de Lugo *opusc. de sacram. cap.15.num.12.*

Sup. hoc in Res. not. præteritæ, & in eodem 3.

RESOL. LXXXIX.

An Pontifex habeat potestatem eximendi fideles ab impedimentis constitutis à Principibus Ethnicis, si in eorum Prouincijs habitent.

Et si quis Iudæus sit subditus Regis infidelis, an in illis seruandis impedimentis subiaceat eidem Regi?

Et quid est dicendum, si subditus sit Romani Pontificis, vt Romæ Iudæi degentes, an ei subiaceant in statutis impedimentis in Ecclesia pro fidelis baptizatis? Ex part.8.tract.1.Resol.77.

§.1. NEgatiuam sententiam tenet Becanus *de sacrament. Matrim.c.49.quæst.21.* Sanchez *de Matrim lib.7 disp.3 num.7.* Coninck *de Sacram. disp.10.dub.1.n.7.* & Perez *de matrim disp.21.sect.5. n.3.* vbi sic ait: De Principe infideli supremo conueniunt Doctores omni tempore fuisse in eo, & in Republica libera, & esse potestatem impedimenta statuendi ex iusta causa suis infidelibus, vt notauit benè D. Thomas *in 4 dist.39 quæst.vnica, art.1. ad 1.* Et ratio est, quia in istis Principibus est potestas ferendi leges ad tranquillitatẽ, & bonum Reipublicæ tuendum; ergo sicut ad hunc finem possunt statuere leges circa alios contractus ciuiles, & possunt aliquos, v.g. prodigos, & pupillos reddere inhabiles circa alios contractus, ita etiam circa contractum matrimonij, qui est ciuilis, in officium cõmunis boni institutum possunt condere leges tam impedientes, quàm illum irritantes, est enim planè eadẽ ratio, quia matrimonia infidelium Sacramenta non sunt, nec infideles sunt subiecti Ecclesiæ, sed solis suis Principibus. Vnde fit, vt matrimonium contractum ab infidelibus contra leges à suis Principibus latas matrimonium dirimẽtes, nullũ sit. Hinc.

2. Colligo *Primò* id, quod de aliis infidelibus dicitur, extendi etiam debere ad Hebræos; cùm enim isti veram Rempublicam liberam non habeant, sed aliorũ Principum gubernationi subiiantur, tenentur legibus irritãtibus matrimonium, quas Principes infideles tulerũt, quorũ domino subduntur leges enim eorũ cæremoniales cessarũt, & statuta lege Mosaica

Mosaica, *Leuitici* 18. expirarunt Christi passione, & morte. Quod intelligendum videtur, nisi Principes infideles, quorum dominio subduntur, illis copiam fecerint patriis legibus vtendi, atque secùdùm illas viuendi. Nam in eo casu vim haberent, non quia ipsorum Hebræorum leges essent, sed quia ab eorum Principibus infidelibus approbarentur, aut permitterentur.

3. Colligo *Secundò*, Principes Gentiles statuentes impedimenta matrimonij dirimentia obligare etiã fideles in suis partibus commorantes, qui civiliter sunt illis subiecti. Neque Ecclesia illis hanc potestatem, vtpote sibi non subditi potuit adimere, cum hoc ad bonum spirituale fidelium non sit absolute necessarium. Quare si aliquo impedimento dirimente à Principibus prædictis statuto, fideles isti contraherent, esset nullum matrimonium; quia ratio Sacramenti superaddita matrimonio fidelium, non impedit in Principibus potestatem statuendi impedimenta dirimentia, sed sola reseruatio Pontificia, quæ ad principes infideles extendi nequit. Neque enim constitutionibus Ecclesiasticis hanc sibi reseruantibus potestatem arctantur, vt habet *cap. gaudemus de diuortijs*. Ita Perez.

4. Vnde Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 14. diffic. 1. num 5.* hæc ait: *Lo segundo se infiere, que si los Christianos que habitan en tierras de infideles contraxessen grado eprohibido entre ellos en los casos en que estan sugetos a sus leyes, de lo qual diximos en su lugar, seria el matrimonio nulo, como dize Sanchez, porque alli no ay reseruacion del Pontifice, que lo impida; y como en los demas contratos deuen guardar sus leyes, tambien en este.*

5. Sed his non obstantibus, contrariam sententiã tenet Layman *lib. 5. tr. 10. part. 4. c. 1. n. 3.* vbi ita ait: Porrò quod dicunt Sanchez, & Coninck, fideles subiectos Principibus Ethnicis astringi impedimentis matrimonij, iuxta ritum ac leges eorum ciuiles; id alij Doctores non meminerunt, contrariúmque probabilius est, quod attinet ad impedimenta dirimentia, sicuti notauit Adamus Tannerus *de matrim. thesi* 137. Cùm non excedat potestatem indirectam Ecclesiæ, omnes vbique terrarum degentes Christianos eximere legibus ciuilibus, & subiicere Ecclesiasticis, quod attinet ad matrimonij validitatem, aut inualiditatem; quippe cum plurimum propter Sacramenti dignitatem interfit, in hac re vniformitatem inter omnes Christianos existere. Hæc Layman; cuius sententiæ ego libenter adhæreo, & ad illam magis firmandam adduco auctoritatem Caspens *in cursu Theol. tom 2 tr. 26. disp. 9 sect. 1. n. 5* vbi ita asserit. Infertur *Secundò*. Si aliquis Christianus sit subditus Regis infidelis, qui pro sua republica aliqua instituit impedimenta dirimentia, eundem Christianum non subiacere his impedimẽtis, sed solùm subiici statutis ab Ecclesia, quia in eo articulo non est subditus illius Regis, sed solius Ecclesiæ: eo vel maximè, quia eius matrimonium contrahendum est verè Sacramentum. Vnde à contrario infertur, si aliquis Iudæus, v. g. sit subditus Regis infidelis in illis seruãdis impedimentis subiacere eidem Regi; quia neque ipse est Christianus, neque eius matrimonium Sacramentum. Quod si subditus sit Romani Pontificis (vt Romæ Iudæi degentes) ei non subiacet in statutis impedimentis in Ecclesia pro fidelis baptizatis. Cæterùm si Romanus Pontifex, vt dominus temporalis eorum, vellet eis statuere impedimenta, tenerentur ipsi Iudæi iis impedimentis, cùm hæc iam non conferentur Ecclesiastica, sed purè civilia. Sic ille; cui adde Auersam *de sacrament. Matrimon. quæst. 9. sect. 2.* & ante omnes sapientissimum Basilium Pontium *lib. 6. cap. 1. num. 7.*

RESOL. XC.

An Pontifex possit supplere consensum in matrimonio, vel saltem præcipere, vt ab aliquibus contrahatur?

Et an Deus aliquando coniunxerit matrimonium inter aliquos sine illorum consensu? Ex part. 8. tract. 1. Resol. 82.

§. 1. REspondeo aliquos asserere, neque Deum de potentia absoluta posse supplere consensum in matrimonio. Ita docet Pontius *de matrim. lib. 2. c. 3.* Ochagauia *de Sacram tr. 2 q. 8 n. 2.* Sanchez *l. 2. disp. 26 n. 5.* & alij. Probatur *Primò*, quia matrimonium, vt sic, est coniunctio animorum, quæ sine consensuum vnione non potest intelligi. *Secundò*, Deus non potest constituere relationem in aliquo absque fundamento, puta paternitatem absque generatione: vinculum autem hoc relatio est, cuius fundamentum est consensus. *Tertiò*, matrimonium est traditio ad statum martimonialem, sicut votum est traditio ad religionis statũ: ergo sicut hoc nulla ratione fieri potest absque voventis consensu, ita nec illud. *Quartò*, copulatio animorum inter coniuges pendet ab illorum voluntate, & consensu, non tantùm in genere causæ efficientis, sed quodammodo etiam in genere causæ formalis; sicut visio pendet à potentia visiua, & coniunctio affectiua amantis, & amati, ab amore voluntatis: hæ autem fieri nequeunt absque propriis causis.

2. Sed mihi placet omnino contraria quam tuetur Henriquez, & Coninck, quos citat & sequitur Hurtadus *de matrim disp. 3 difficult. 6.* Quibus addè Mæratium *disp 7 sect. 1.* Auersam *de sacram. Matrim. q. 3 sect. 1.* Valentiam *tom. 4. disp. 10 quæst. 3 punct. 1.* Tannerum & Caspensem *vbi infra* Becanum *de Sacram cap 45.* & alios. Dico itaque quòd possit Deus de absoluta sua potentia facere inter duos matrimonium, non accedente consensu. *Ratio prima*: Consensus est causa efficiens matrimonij. Sed Deus cuiuslibet causæ efficientis se solo potest vicem supplere, vt sine sole potest illuminare, sine alimento potest vitam animalium conseruare, sicut se solo nullo intercueniente auxilio alicuius efficientis, mundum ex nihilo produxit. Ergo etiam poterit absque consensu inter duos stabilire matrimonium. *Ratio secunda*: Deus tanquam Dominus absolutus habet potestatis plenitudinem, non solùm in bona sed etiam in vitam, & in corpus cuiuslibet hominis, Sed Deus potest alicuius bona alteri tradere illo inuito; sicut Ægyptiorũ tradidit Hebræis. Ergo & corpus vnius potest tradere in potestatẽ alterius ad vsum matrimonij. *Ratio tertia*: Deus maiorem habet potestatem in hominem, quàm homo in semetipsum. Sed homines suis propriis voluntatibus possunt se in matrimonium colligare, facto inter se pacto; ergo & Deus, qui est Dominus voluntatis humanæ, poterit sine consensu voluntatum stabilire matrimonium; quod enim facit consensus voluntatũ in matrimonio, hoc Deus se solo poterit facere.

3. Sed aliquis curiosus inquiret, an Deus aliquãdo coniunxerit matrimonium inter aliquos sine illorũ cõsensu. Respondeo; Victoria existimat duplex tale matrimoniũ extitisse. *Primò*, quando adduxit Deus Euam ad Adam. Nam de illorũ consensu in matrimoniũ, nihil expressũ habet sacra Scriptura. Quòd enim Adam dixit expergefactus, *Hoc os ex ossibus meis*, id, (vt docet D. Augustinus) locutus est spiritu Prophetico.

Prophetico. Vnde videtur illud matrimonium iuxta diuino esse perfectum. *Secundò*, accidit in coniugio Oseæ, cui Dominus præcepit: *Accipe tibi vxorem fornicariam*. Nam mulieres fornicarias sine illarum consensu tradidit Deus in potestatem illius.

4. Verisimilius tamen est, vt cum Soto dicamus *in 4. dist. 27. quæst. 1. art. 2.* vbi dicit: Non est credibile, quòd Deus aliquos coniunxerit in matrimonium sine illorum consensu. Et cùm dicit sacra Scriptura, quòd Deus adduxit Euam ad Adam, illa adductio potuit fieri cum consensu libero Euæ. Nam Deus omnia suauiter disposuit; & hoc maximè in statu innocentiæ seruauit. Idem de matrimonio Oseæ intelligendum, cùm Deus illi præcepit, accipere mulierem, videlicet, accedente illius consensu, quia sciebat Deus illam consensuram, & vt consentiret id facturus erat.

5. His tamen non obstantibus, quoad primum dubium proposito respondeo, quòd potuit Deus hanc potestatem communicare Ecclesiæ, non tamen communicauit. Ratio, quia non expediebat; tale enim matrimonium esset violentum: sed nullum violentum est perpetuum, quia est dissolubile. Deinde sic violenter coniuncti nullum amorem mutuum inter se retinerent, nec debitam curam prolis: quia quod quis non eligit, etiam non diligit & facilè contemnit, (vt ait Papa Nicolaus 20. *q. 2. cap. præsens.*) Vnde nulla potestas, neque Ecclesiastica, neque ciuilis, potest inter aliquos constituere matrimonium sine illorum consensu. Quod confirmatur: tum quia aliàs pari modo vinculum matrimoniale posset humana potestate dissolui. Tum quia cùm matrimonium sua natura ad sobolis educationem, mutuúmque amorem ordinetur, aduersatur fini ac naturæ eiusdem, vt aliena voluntate hominis coalescat, per quam subortus inde defectus compensari nullo modo potest; secus fit in aliis contractibus, in quibus etiam solis Ecclesia, sine Respublica maius dominium habet, quàm homo ipse.

6. Nec obstat *cap. his qui fidem 3. de sponsalibus*, vbi decernitur, sponsalia transire in matrimonium per copulam subsequutam, & ex *cap. final. de conditionibus appos.* vbi etiam decernitur, matrimonium sub conditione impossibili contractum esse validum; & tamen in his sæpè deficit consensus contrahendi: ergo potest Ecclesia absque coniugum consensu eos vinculo coniugali associare. Respondetur, in neutro ex illis casibus in foro interno matrimonium fieri, si consensus deficiat: tamen, quia ex facto ab Ecclesia præsumitur talis consensus, in foro exteriori matrimonium validum esse iudicat, & probationem dissensus contra talem præsumptionem non admittit.

7. Obiicies *secundò*, quia Eugenius IV. dixit, causam efficientem matrimonij regulariter esse mutuum consensum contrahentium; ergo aliquando extra morem ordinarium potest esse aliud, neque humana potestas, causa efficiens matrimonij, hoc est, vinculi coniugalis, vt *suprà*, exposuimus. Respondetur, particulam, *regulariter*, non esse construendam cum illo verbo, mutuus consensus, sed cum illo, per verba de præsenti expressius; quia expressio etsi regulariter fiat per verba, quandoque tamen fit per nutus, & alia signa, vt in muto contrahente, &c.

8. Quoad secundum dubium, assero, quòd licèt non possit Pontifex supplere consensum in matrimonio, potest tamen ex aliqua iusta causa cogere aliquos ad contrahendum. Et ita tenet Adamus Opatouius *de Sacrament. tract. de matrimonio, disp. 2. quæst. 7. num. 67.* vbi sic ait: Nota quòd licèt potestas Ecclesiastica non possit supplere consensum, potest tamen licitè aliquos cogere ad matrimonium contrahendum, quando est publica necessitas. Et *ratio* est *prima*, quia Ecclesia in corpora hominum, licet non habeat directum dominium, habet tamen indirectum. *Ratio secunda*, quia quilibet Christianus obligatur obtemperare Ecclesiæ, sub reatu peccati mortalis, quando illi aliquid iustum, honestum, idémque vtile præcipitur. Vnde tali causa postulante, videlicet necessitate publica, potest Ecclesia aliquos in particulari obligare ad matrimonium. Ita ille; cui addè Caspensem *in cursu Theologico, tom. 2. tract. 26. disput. 3. sect. 1. num. 8.* Tannerum *tom. 4. disp. 7. quæst. 3. dub. 7. n. 146.* Henriquez *lib. 11. cap. 6. num. 11.* & Sanchez *lib. 2. disp. 27. num. 3.*

RESOL. XCI.

An Pontifex possit constituere impedimenta dirimentia, & potuerit irritare matrimonium clandestinum, vt patet in Concilio Tridentino sess. 24. cap. 1. de Matrim.

Et an sit licitum contrahere matrimonium clandestinum, ita vt sit ratum?

Et notatur Ecclesiam habere potestatem ad irritandos contractus immediatè, & directè ad reddendos eos nullos, & habere etiam potestatem ad irritandas personas ad tales contractus, quod est irritare ipsos contractus indirectè. Ex part. 8. tract. 1. Resol. 59.

§. 1. VIdetur negatiuè respondendum. *Primò*, quia Ecclesia non recepit à Christo potestatem Excellentiæ, vnde non potest mutare substantiam Sacramentorum; ergo Pontifex non potuit inhabiles personas facere, quia hæ personæ sunt materia matrimonij. *Secundò*, matrimonium clandestinum est validum de iure naturæ: ergo Ecclesia non potuit illud irritare, quia nequit ius naturæ mutare. Et ideò ex his rationibus, quidam ex Catholicis olim, priusquam res hæc ab Ecclesia in Conc. Trid. esset definita, ea de re vehementer dubitarunt, ita vt quadraginta Episcopi, multíque alij DD. qui ad Conc. Trid. conuenerant, in ea fuerint sententia, Ecclesiam non posse matrimonia clandestina, adeóque impedimentum dirimens matrimonij constituere. Eadémque ratione Ruardus Tapperus *artic. 20.* rem ferè indecisam reliquit, an possit Ecclesia irritare, subiungens, si Ecclesia irritet, falsæ inniti præsumptioni fraudis, ac proinde cessante fraude, valere matrimonium. Et apud Sanchez *lib. 3. disput. 4. num. 1.* refertur etiam Sotus *in 4. dist. 28. quæst. 1. art. 1. in solutione ad 1.* quasi id similiter indecisum reliquerit, iudicióque Ecclesiæ definiendum; sed quod apud eum non reperi, cùm potiùs contrarium expressè doceat *in 4. distinct. 34. quæst. 1. art. 1.* Alij verò concedunt quidem, Ecclesiam posse matrimonium irritare indirectè, nimirum inhabilitando personas, non autem directè annullando immediatè ipsum contractum, vt inferiùs dicetur. Cæterùm nunc ex fide constat, Ecclesiam posse eiusmodi impedimenta constituere, quod qua ratione, & quousque fieri possit sequentibus assertionibus declaratur.

2. Sed his non obstantibus certam esse contrariam sententiam patet ex definitione Concil. Trid. Dico igitur, quamvis iure ipso naturali vnusquisque liber est ad contrahendum etiam clandestinè, hoc est, ex sua creatione, & ex conditione naturæ suæ, rectè dicitur, quòd quis habeat facultatem ad contrahendum matrimonium illud; verùm ius hoc non est præcepti, sed permissionis, & idem est, quod facultas ad contrahendum: quamvis autem iuri naturali, vel diuino, quod est præcepti, nulla lege humana, etiam Ecclesiastica derogari possit, etiam per modum con-

ditionis ad contractum requisitæ, vt non posset Ecclesia ab eo, qui vult ordinari, exigere sub conditione vt fornicaretur, vel, vt conferret Sacramenta in alia forma à Christo instituta; iuri tamen naturali, & diuino permissionis, & facultatis rectè derogari potest, non solùm per modum conditionis requisitæ ad contractum, sed etiam absolutè, hac ratione iuri naturali libertatis, quod quis habet, derogari potuit per ius gentium, per quod introductæ sunt seruitutes.

3. Et hac ratione iuri naturali, quod quis habet, vt possit nubere cuilibet clandestinè, Ecclesia derogauit per hoc quòd personas effecit inhabiles ad matrimonium, vt consanguineos intra quartum gradum, & ad contrahendum clandestinè, sicut Ecclesia prohibet, vt certis diebus non vescamur carnibus, cùm iure naturali non esset prohibitum eis vesci omnibus diebus, sed licere eo iure.

4. Et ad magis explicandam præsentem quæstionem, *nota*, Ecclesiam habere potestatem ad irritandos contractus immediatè, & directè ad reddendos eos nullos, & habere etiam potestatem ad irritandas personas ad tales contractus, quod est irritare eos contractus indirectè. Quòd possit irritare contractus directè, probatur *primò*, quia contractus humanus est actus hominis subordinati alicui communitati, cuius sit pars, & à qua pendeat, quantum ad politicam gubernationem; ergo potest, quando conueniat bono communi, Ecclesia hos contractus suorum membrorum irritare. *Secundò* probatur, quia Ecclesia irritauit alios contractus, vt professionem factam ante annos 16. expletos, & ante annum expletum Nouitiatus, vt constat ex Trident. *sess. 25. de Regularibus, cap. 15.* Et etiam irritauit matrimonium contractum inter liberum, & seruam, dum ignoratur conditio seruilis, vt patet ex *cap. 2. de coniugio seruorum.* Ergo potest irritare alios contractus. Quòd autem Ecclesia possit irritare indirectè inhabilitando, personas, patet, quia in his, quæ ad bonum spirituale Ecclesiæ pertinent, quale est matrimonium, fideles subiiciuntur illi, tanquam eius membra; ergo, quando expedit tali bono spirituali, potest eos inhabiles reddere ad contrahendum certo modo. Et confirmatur, quia respublica ciuilis potuit aliquas personas inhabiles reddere ad contrahendum absque aliquibus conditionibus, vt effecit minores inhabiles ad contrahendum sine licentia, & authoritate tutorum; ergo Ecclesia potest idem facere.

5. His suppositis sit *prima conclusio*. Ecclesia irritauit directè matrimonium clandestinum, irritum reddendo huiusmodi contractum. Ita defendunt Henriquez *lib. 11. de matrimon. cap. 5. num. 3. & 4.* & Sanchez *lib. 3. de matrimon. dist. 4.* Probatur ex Tridentino *sess. 24. cap. 1. de matrimon.* his verbis: Eiusmodi contractus irritos, ac nullos esse decernit, prout præsenti decreto irrito facit; vbi est sermo de matrimonio clandestino. *Secunda conclusio*. Ecclesia irritauit matrimonium clandestinum indirectè inhabilitando personas in ordine ad illud, ita Doctores citati, & probatur ex ipso Tridentino *ibidem*, vbi loquens de clandestinè contrahentibus, ait, eos ad sic contrahendum inhabiles reddens.

6. Ex his sequuntur duo notatu digna. *Primum* est, Ecclesiam irritando, huiusmodi contractũ matrimonij clãdestini directè, etiam indirectè irritasse sacramentũ Matrimonij clandestini, quia cùm sacramentũ Matrimonij fundetur supra cõtractum, destructo contractu, consequenter, & indirectè destruitur Sacramentum, *Secundò* sequitur, Ecclesiam irritando matrimonium clandestinum mutasse materiam, & formam sacramenti Matrimonij, non proximam, sed remotam: proxima enim materia, & forma sunt mutuus consensus signis, vel verbis expressus sufficiens ad validè, & mutuò tradendum corporum dominium, & hæc semper manent inuariata, & hæc elegit Christus ad esse sacramenti Matrimonij; remota verò materia, & forma sunt istæ, vel illæ personnæ cum istis, vel illis conditionibus, cum hoc, vel illo modo: & hæc variantur ab Ecclesia modò requirendo hunc modum, modò illum: modò admittendo has personas, modò alias, sicut viderit pro qualitate temporum expedire, sicut fecit in Trident. *loco citato*. Vbi præsentiam Parochi & testium ad valorem matrimonij requisiuit: tum, quia oportebat, rem tanti momenti cum solemnitate fieri; tum, quia clandestini matrimonij modus, erat contrarius fidei matrimonij, & indissolubilitati, facilè enim vxores sic habitæ deserebantur.

7. Restat modò respondere ad argumenta contraria in principio apposita; ideò ad primum, respondeo *primò*, Ecclesiam in hac constitutione non attingere matrimonium in ratione Sacramenti, sed quia matrimonium est contractus coniugalis; attingit igitur in ratione contractus: ita, quòd potuit declarare hunc, & talem contractum, cui hæ conditiones desunt, Parochus, testes, denuntiationes, nullum esse; quia hic contractus est iuris humani: vnde subest potestati Ecclesiæ.

8. Respondeo *secundò*, Ecclesiam non posse immutare, aut constituere materiam, & formam Sacramentorum, quia hoc ad Christum pertinet, in quo plenitudo potestatis excellentiæ residebat: est tamen in potestate non solùm Ecclesiæ, sed cuiuslibet priuati efficere in particulari, vt aliqua res non sit materia alicuius Sacramenti, v. g. aqua, si tantum vini habeat admisti, vt suam naturam amittat, iam sic non poterit esse materia baptismi. Similiter, si quis vino admisceret tantam quantitatem aquæ, vt desineret esse vinũ, iam nõ erit materia consecrationis calicis. Pari ratione Ecclesia non facit, vt contrahentes & illorum consensus sint materia, & forma sacramẽti Matrimonij (quia hoc ad Christum Dominum spectat:) sed solum hoc facit, vt aliqui contrahentes non possint habere rationem materiæ, & formæ, hic, & nunc, cum his, & illis circumstantiis. Sicut enim Respublica sæcularis reddit aliquos inhabiles ad celebrandos actus politicos, v. g. ad contractus emptionis, & venditionis: ita & Ecclesia aliquos reddit inhabiles ad celebrandum contractum matrimonij. Et licèt assistentia Parochi, & testium sit aliquid accidentale, hæc tamen in his locis, in quibus promulgatum est Concil. Trident. ita sunt necessaria ad validitatem contractus matrimonialis, vt sine his aut sine aliquo horum, sit omninò nullus contractus matrimonialis, & nullam inducens obligationem.

9. Respondeo *tertiò*. Negari in Ecclesia eam potestatem, est omnino hæreticum. Nam dogma Catholicum est, Ecclesiam in rebus definiendis, quæ spectant ad fidem, & ad promouendos bonos mores, non posse errare, vt habetur *can. 3. & 4. sess. 24.* in quibus dicitur, Ecclesiam habere potestatem constituendi impedimenta, quæ dirimant matrimonium, & quòd in eo non possit errare.

10. Itaque ex his omnibus concedendum est, quòd Ecclesia non possit mutare materiam, & formam Sacramentorum, non enim ideo dicenda est mutare materiam, & formam matrimonij, quia hæc non sunt personæ, & consensus quomodocumque spectati, sed personæ legitimæ, similiter legitimi consensus. Porrò Ecclesia non facit, vt personæ legitimæ, & consensus legitimus non sufficiant ad valorem matrimonij, sed solùm vt personæ aliter contrahentes, quàm præscribit, nec sint, nec censeantur legitimæ: similiter quòd consensus aliter præstitus non sit legitimus, quod potest facere, eò quòd matrimonium non tantùm sit Sacramentum, sed sit etiam contractus ciuilis, qui subest publicæ potestati humanæ,

ita

ita vt hæc possit varias conditiones in cõtractu requirere, sine quibus nõ subsistat, nec censeatur legitimus, vel etiam materia legitima. Ex quibus patet discrimen inter hoc Sacramentum, & Baptismum, & quòd non sequatur Ecclesiam non posse irritare matrimonium, eò quòd non possit inualidum reddere Baptismum.

11. Ad secundum argumentum, videlicet, matrimonium clandestinum est validum de iure naturæ: ergo Ecclesia non potest illud irritare, quia nequit ius naturæ mutare. Ad hoc enim respondetur, matrimonium clandestinum esse validum de iure naturæ, quando consensus est legitimus, & non irritatus per Ecclesiam, quia tamen modò est irritatus, ideo non valet tale matrimonium, in quo casu Ecclesia mutat ius naturæ remotè, & materialiter, non proximè, & formaliter, vt modò dicebamus.

12. Non desinam tamen hic animaduertere, quòd Ecclesia potest impedimenta matrimonij dirimentia vtroque modo constituere, non solùm scilicet indirectè inhabilitando personas, sed etiam directè, & immediatè annullando ipsum contractum. Ita docent Henriquez *lib. 11. cap. 5. n. 3 & 4.* Suarez *3. part. tom. 3. disp. 2. sect. 6.* & Sanchez *lib. 3. disp. 4. num. 4.* Nec re ipsa dissentiunt Sotus *4. dist. 26. quæst. vnica*, Paludanus *quæst. 4. art. 3.* Adrianus *in 4. quæst. 1. de matrimon.* dum docent, Ecclesiam posse constituere impedimenta dirimentia matrimonij, reddendo materiam inhabilem, non autem variando essentialia matrimonij, præsupposita materia idonea; quod ad modum superiùs explicatum rectè assertum est. Sunt tamen alij nonnulli, qui videntur sentire, Ecclesiam tantùm primo modo constituere posse matrimonij impedimenta: è quibus à Sanchez *loco cit. num. 3.* referuntur Palatius *dist. 28. disp. 3.* & Petrus Ledesma *quæst. 45. art. 3.* aliique nonnulli.

13. Probatur assertio. Tum quia ipse etiam in se contractus magis quodammodo, quàm ipsi contrahentes subiiciuntur potestati eius Reipublicæ, ad quam pertinet, seu in qua peragitur. Tum quia Ecclesia re ipsa etiam ita irritauit alios contractus; puta professionem factam ante annum Nouitiatus, vel sexdecim annos expletos, vt patet ex Concilio Tridentino *sess. 25. de Regularibus, cap. 16.* nèmque simoniacam beneficiorum commutationem, *cap. cum olim. & cap. quæsitum, de rerum permutatione.* Tum quia sine controuersia Respublica ciuilis ita potest irritare contractus merè ciuiles, impediendo scilicet, ne consensus contrahentium sufficiat ad transferendum dominium, sine certis conditionibus. Denique verius est Concilium Tridentinum *sess. 24. c. 1. de reform. matr.* reipsa nunc irritasse vtroque modo matrimonia clandestina, quandoquidem non solùm personas ad sic contrahendum inhabiles reddit, sed insuper adiungit: Eiusmodi contractus irritos ac nullos esse decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit.

14. Sed si quæras hic obiter, an sit licitum clandestinè contrahere matrimonium, ita vt sit ratum? Respondeo, Dominicus Soto *in 4. dist. 28. quæst. 2. art. 2.* ob certas causas fieri docet. *Prima*, si aliqua persona videlicet virgo iam plena nubilis annis, & quæ vigesimum quintum annum excessit, detinetur à tutoribus ne nubat, & interim illius bona paterna consumuntur; aut si præuideat, quòd minus sibi conueniens persona nuptui est tradenda. *Secunda*, si quis ex aliqua repentina causa, vt ex subito vulnere valet sibi mortem instare, & cum muliere cum qua dissolutè vixit, contrahit matrimonium, vt liberi, quos ex ea suscepit, sint legitimi. *Tertia*, si videt, quòd aliter instantem mortem euadere non possit, vt deprehensus in stupro, nisi nubat: tunc licitè, & validè contrahere potest. Ita Sotus, quem sequitur Opatouius *de Sacram. tract. de matrimon. disput. 2. quæst. 12. num. 115.* Sed sacram Congregationem sentio contrarium respondisse, & de hac quæstione ego alibi.

Alibi in Resol. & §§. not. præteritæ.

RESOL. XCII.

An possit Pontifex aliquos priuatos reddere inhabiles ad contrahendum matrimonium? Ex part. 8. tract. 1. Resol. 60.

§. 1. Respondeo, Pontificem ex iusta causa posse etiam priuato, ac particulari impedimento dirimente constituto, aliquos priuatos reddere inhabiles, ne inter se matrimonium possint contrahere, puta ob causam vitandæ magnæ perturbationis Reipublicæ, aut grauium discordiarum, vt post Ostiensem, Ioannem Andr. Ancharanum, Felinum, itémque Paludanum *4. dist. 32. q. 1. art. 1.* Antoninum *3. p. art. 1. c. 16.* docent supplementum Nauarri *lib. 4. tit. de matrim. contra interdictum. edit. 2. consil. 1.* & Sanchez *lib. 7. disp. 1. n. 7.* qui referunt id à Pontifice re ipsa factitatum, licèt olim dubitauerit Nauarrus *lib. 4. consil. 24. de sponsal. edit. 1. & consil. 1. tit. de matrim. contra interdictum, edit. 2.* Ratio est, quia non est maior ratio totius Ecclesiæ, quàm aliquarum particularium personarum. Et probabile est, ob grauitatem delicti, posse Pontificem aliquem etiam perpetuò inhabilem reddere ad matrimonium, vt cum quibusdam Canonistis docet etiam Sanchez *ibid. num. 8.*

2. Sed non deseram hìc apponere verba Bossij *tract. de contract. matrim. cap. 11. n. 32. & 33.* vbi sic ait: An autem Pontifex possit interdicere, & prohibere alicui ad tempus, puta ad annum, ne contrahat cum tali certa persona, & si secus fiat, sit nullum. Nauarr. *lib. 4. consil. tit. de sponsal. consil. 24. in 1. edit. & consil. 1. tit. de matrimon. contracto contra interdictum Ecclesiæ, in 2. edit.* Respondet, Papam ex iusta causa, puta ad impedienda peccata, quæ inde possunt prouenire, (vt puta si filius iuuenis nobilissimæ familiæ vellet inuito patre, cum vilissima muliere contrahere) posse tali iuueni ad tempus (vt interim mediis suasionibus, vel orationibus iuuenis, si fieri potest, inducatur ad deponendum prauum propositum) interdicere, ne cum tali muliere contrahat inuito patre; & etiam Parocho, & Episcopo iuuenis, aut fœminæ interdicere, & prohibere ne tali matrimonio assistant, vel alij Sacerdoti licentiam assistendi concedant: sed ait, quòd huiusmodi impedimentum ex prædicta prohibitione prouenies, esset quidem impediens, sed non dirimens, & nullo modo expedire, vt Summus Pont. suo interdicto particulari personas alias habiles ad contrahendum matrimonium inhabiles reddat; ita, vt contractum sit nullum, neque huiusmodi rei extare in Ecclesia exemplum. Quod idem tenuit Henriquez *lib. 11. c. 2. num. 1. in textu, & comm. litt. C*, & eiusdem sententiæ videtur esse Bellarminus *ad can. 1. sess. 24. de reformat. matrimon. in addit. n. 6.* At Sanchez *lib. 7. de matrimon. in disput. 1. num. 7.* ad id allegans Ostiensem, Cardinalem, & alios, asserit, quòd sicut Papa ex iusta causa potest reddere inhabiles ad matrimonium omnes personas certi generis, v. g. consanguineos vsque ad quartum gradum, ita licitè potest reddere inhabiles personas priuatas ex graui causa (qualis videtur allegata) id postulante, cùm ex parte potestatis Papæ non sit maior ratio vnius, quàm alterius; & de facto huiusmodi potestate vsum fuisse Summum Pontificem, ait Additionator ad Nauarr. *d. consil. 1. de matrimon. cont. interd. Eccl. contract.* vbi ita habet: Aduertendum tamen temporibus nostris Papam ex causa, prædictæ consimili, inhabilitasse quandam Illustrissimam personam ad contrahendum cum quadam muliere. Itémque,

Sup. hoc in tom. 2. tr. 6. lege doctrinam Resol. 70. per totam. & aliarum eius annot. primæ penult. & vlt. & signanter ad medium §. 1. vers. Imo idem dicendum est.

& quendam alium, qui, vt eluderet sponsalia de futuro, pro quibus his mouebatur, tentabat cum alia contrahere matrimonium de præsenti : timebantur autem in vtroque casu non leuia scandala; imò Sanchez *d. disp. 1. n.* 8. asserit Papam in pœnam alicuius grauis delicti posse reddere aliquam personam perpetuò inhabilem ad matrimonium, quæ aliàs iure naturæ habilis sit ; idque confirmat authoritate Calderini, & Alexandri de Næuo. De quo tamen potest dubitari; maximè, si matrimonium tali personæ esset necessarium. Et hæc omnia docet Auersa *de Sacramento Matrimonij, quæst. 9. sect. 4.* cui adde Coninck *de Sacrament. disp. 30. dub. 1. num. 9.* & Perez *de matrimon. disp. 21. sect. 3. num. 8.*

RESOL. XCIII.

An Pontifex sine iusta causa irritando aliqua matrimonia, sint inualida? Ex part. 8. tr. 1. Resol. 61.

§. 1. REspondeo, requiri iustam causam ad hoc, vt Pontifex impedimenta matrimonij dirimentia constituat; qua non existente, probabile est, matrimonium contra eiusdem prohibitionem initum valere, vt ex communioti, post Hostiensem *in summa, tit. de matrimonio contracto contra interd. Eccles. n. 3.* Henricum *cap. fin. n. 1. eodem tit. & cap. quanto, n.* 8. *de consuetud.* Ledesma *2. part. quæst. 53. art. 4.* & alios quosdam docet Sanchez *lib. 7. disp. 1. n. 6.* etsi contrarium dixerint Veracrucius *1. part. art. 46.* & Vega *tom. 2. cap.* 34. dubitante etiam Hostiensi *cap. tua fraternitas, sub finem, de sponsa duorum.* Ratio est, quia cùm matrimonium sit alioquin iuris naturalis, & diuini, non potest Pontifex illud pro libitu interdicere, nec eius contrahendi ius adimere.

2. Nec obstat dicere quòd multa potest peccando efficere Pontifex, cùm tamen factum teneat. *Secundò*, quia cùm olim potuerit dirimere matrimonium intra septimum consanguinitatis gradum contractum, vt constat ex *cap. ad sedem 35. quæst. 5.* donec gradus restricti sunt. *cap. non debet, de consang. & affin.* ita hodiè poterit in vlterioribus gradibus matrimonium initum dissoluere.

3. Non obstant hæc : nam respondeo, fatendo Pontificem dispensando in iis, quæ sunt de iure humano absque causa, peccare, aut validam esse dispensationem. Secus autem est, dum interdicit matrimonium in gradibus iure naturæ concessis, non existente iusta causa. Et olim dum Ecclesia interdixit matrimonium vsque ad septimum consanguinitatis gradum, iustam interdicendi causam habuit : at pòst, successu temporis experientia docuit expedire gradus restringere, vt dicitur *cap. non debet, de consanguinit. & affinit.* & ita *ibi* restricti sunt. Posset autem Pontifex etiam modò plures gradus prohibere ; si iudicaretur adesse nouam causam plures interdicendi. Id enim non posse iustè, nec validè, circa iustam causam, affirmamus. Et ita præter Doctores citatos, nostram sententiam tenet Tannerus *tom. 4. disp. 8. quæst. 4. dub. 1. num.* 11.

RESOL. XCIV.

An Pontifex habeat potestatem soluendi matrimonium ratum, sed nondum consummatum?

Et an etiam in dicto casu possit dispensare ob communem pacem, altero ex contrahentibus inuito?

Et an non sit de iure diuino, nec naturali vinculum, seu separationis prohibitio talis matrimonij rati, & non consummati?

Et an Episcopus possit dispensare in matrimonio rato?

Et notatur aliquem euectum ad Pontificatum ante matrimonium consummatum, posse dispensare in matrimonio rato.

Et quid in tali casu dicendum est, si matrimonium sit consummatum? Ex part. 8. tract. 1. Resol. 62.

§. 1. SVppono, communiter Doctores asserere matrimonium consummatum baptizatorum non posse ab Ecclesia, nec à Pontifice dissolui ; quia ex vna parte est indissolubile iure diuino, & naturali, & ex altera neque in Ecclesia, neque in Pontifice agnoscitur peculiaris aliqua facultas ad id concessa, absque qua nequit dissoluere, quod iure diuino, & naturali est indissolubile.

2. Hoc supposito circa præsens dubium negatiuam sententiam tenet Sotus *dist. 31. quæst. vnica, §. tertio modo dici potest.* Paludanus *dist. 27. quæst. 3. art. 3.* Sotus *quæst. 1. art. 4. §. his tamen non obstantibus.* Victoria *de matrimonio, n.* 281 Petrus Ledesma *quæst. 67. de matrimonio, art. 2. dub. 1. concl. 2.* & plures alij citati à Sanchez *lib. 2. disp. 14. num. 1.* Sup. hoc in Resol. seq.

3. Probatur *primò*, quia matrimonium ratum est indissolubile, vt patet ex definitione matrimonij suprà allata ; ergo nequit per Pontificem dissolui. *Secundò* probatur, quia aliàs posset Pontifex in matrimonio consummato dispensare, quia solùm differt accidentaliter à matrimonio rato. *Tertiò* probatur, quia aliàs posset dispensare Episcopus in matrimonio rato, quia hoc non inuenitur ei prohibitum, & quidquid potest Papa in toto Orbe, potest Episcopus in suo Episcopatu. *Vltimò* probatur, quia aliàs posset matrimonium ratum cum vna contractum dissolui per matrimonium cum alia consummatum : patet, quia primum matrimonium est solubile, & secundum, minimè. Et ita hanc sententiam præter Doctores citatos tenet Basilius Pontius *de matrimon. lib. 9. cap. 3.* Couarruuias *4. Decret p. 2. cap. 7. §. 4. n. 14.* & alij, quos citat & sequitur ex Societate Iesv Mæratius *de matrimon. disp. 6. sect. 7.* Sup. cõtenta in hoc §. in Resol. not. præteritæ impugnanter in eius §. Nec obstat. Et sup. contento in hoc vers. Tertiò. infrà in Resol. 98. & legeam per totam, & alias Resol. & §§. eius annotationum.

4. Sed contrariam sententiam tenendam esse existimo, quam tuetur Sanchez *lib. 2. disp. 14.* Lessius *lib. 2. cap. 40. dub. 19.* Henriquez *lib. 11. cap. 8. num. 11. in commentario litera F*, atqui non est vllo modo verisimile Pontifices in re tanti momenti errare, cùm eorum error grauiter Ecclesiæ noceret. nam non solùm esset in facto, sed redundaret in doctrinam Ecclesiæ pernicioſam, quia suo facto implicitè docent post matrimonium ratum coniuges posse à se inuicem separari sine iniuria, & sine graui irreuerentia erga Sacramentum.

5. Confirmatur ; eorum error esset circa vnum ex præcipuis capitibus Religionis nostræ, qui sanè esset intolerabilis.

6. Dices, errorem tantùm esse speculatiuum, in quo excusantur, eò quòd sequantur probabilem variorum Doctorum sententiam. Respondetur, id non satisfacere, cùm etiam error speculatiuus in doctrina morum, vel ex facto, ex quo sequeretur error in doctrina morum & præsertim in Sacramentis, esset pernicioſissimus Ecclesiæ. Vnde dicendum Pontificem in hoc non solùm excusari propter Doctorum authoritatem, sed potiùs ex eo quòd adhibito maturo examine id fecerit, confirmati Doctorum sententiam.

7. Confirma

7. Confirmatur propositio, nullus potest dubitare quin Dominus Deus non solùm in fauorem religionis, sed etiam variis aliis de causis possit matrimonij vinculum soluere, nec potest meritò dubitari quin possit hanc facultatem communicare Ecclesiæ; cùm ergo nihil sit quod apertè contrarium euincat ex facto Pontificum, omninò dicendum est eam communicasse ne alioquin Ecclesia ex eorum facto grauissimè deciperetur.

8. Dices, aliqui doctissimi, & sanctissimi Pontifices huiusmodi dispensationes negarunt, existimantes se id non posse, Innocentius VIII. Adrianus VI. Pius V. vt refert Ledesma *suprà*. Respondetur, tanquam priuatos Doctores ita respondisse, quibus hac in parte præualet dispensatio ab aliis facta tanquam ab Ecclesiæ Pastoribus: quod de Adriano VI. confirmat quod dicit Rebellius *lib. 2. quæst. 14. sect. 3. num. 4.* respondisse scilicit eum, se dare quod posset, sed tamen credere nihil posse.

9. Dicendum est igitur, matrimonium ratum non esse indissolubile naturâ suâ: rumpi ergo Papæ auctoritate poterit, cùm erit necesse. Consequentia probatur, quæ nec naturæ, nec diuinæ repugnant legi, hæc à Pontifice concedi possunt mortalibus, cùm est ad Dei gloriam aut eorum bonum necesse, ea non negari, at tempora incidere ea possunt, quibus è re communi multorum, aliquorum autem priuata sit, ac Dei matrimonium ratum dissolui, vt si viro non conueniat cum fœmina, si illi ista, & isti vicissim, ille exosus sit ac grauis, si ex quo mutuam sibi, ac reciprocam fidem sunt polliciti, causa se noua dissidij prodidit, ac verò etiam futuri inter eos diuortij, puta quia amborum alter, turpi ac fœda laborat inualetudine, quæ ne contagione ad sanum penetret, eúmque malè perdat, metuendi iusta est causa. Antecedens est certum, professio cœnobitica matrimonium inane reddit, ac nullum, testimonio Tridentini *in sess. 24. can. 6.* vbi est his verbis: *Si quis dixerit matrimonium ratum, non consummatum per solemnem professionem alterius coniugis, non dirimi, anathema sit.* Idem dixere Pontifices, Vrbanus III. *in Decretali ex part. 9.* Alexander III. *in cap. ex publico 7. de conuersione coniugatorum.* Ibi enim scribit, quod Dominus in Euangelio dicit, non licere viro nisi ob fornicationis causam, vxorem suam dimittere, intelligendum esse, secundùm prolationem sacri eloquij, de his quorum matrimonium carnali copula est consummatum: ergo si erit duntaxat ratum, concessione Pontificis secedere alteri ab altero fas erit.

10. Deinde, vt *suprà* diximus, non est credibile à Christo negatam esse suo Vicario potestatem, quæ ad bonam decentémque Ecclesiæ gubernationem est necessaria: at exigit conueniens Ecclesiæ gubernatio, vt Pontifex soluendi rati matrimonij potestatem habeat, cùm sæpè multum ad eius bonum pertinere possit eius solutio; eam ergo potest Pontifex concedere, ex iusta causa, sic vt vtrique Parti liberum sit cum alio contrahere.

11. Et tandem non minus repugnat Pontificem errare in moribus, quàm fide: at dissolutio matrimonij rati, est quidpiam ad mores pertinens, quam tamen dispensationem Pontifices indulsisse pluribus historici narrant, vt de Martino V. Antoninus 3. *part. tit. 1. cap. 2.* de Eugenio IV. Nauarrus, de Paulo III. Iulio III. Pio IV. & Gregorio XIII. Henriquez *in summa, lib. 11. de matrimon. cap. 8. n. 11. in comment. littera F.* de aliis Caietanus *tom. 1. opusc. tract. 28.* quorum tam testimonia, quàm sacrorum Pontificum facta, materiam sic argumentandi nobis suppeditant, in dubiis standum est sententiæ Superiorum, *cap. ad aures, extrà de temporibus ordinationum, & can. quid culpatur 23. quæst. 1.* at Pontifex est Superior, & dispensat in matrimonio rato: ergo, &c. Et præter Doctores citatos hanc nostram sententiam tenet Tannerus *tom. 4. disp. 8. quæst. 5. dub. 4. n. 62.* & Ioannes Valerus *in differ. vtriusque fori, verb. dispensatio, differ. 6.* vbi testatur Summum Pontificem sæpenumero dispensasse in tali matrimonio rato, & non consummato, testatur Diuus Antoninus *supra tit. 1. c. 22.* Ledesma *in 2. 4. quæst. 69. art. 7. col. 5.* Caietanus *in opuscul. dicta quæst. 25.* Et in hac specie ter, vel quater dispensasse Pium V. testatur Nauarrus *in addit. ad manual. cap. 28. fol. 45.* & facit *cap. fin. de sponsal. duor.* ibi *de catero.* Vbi matrimonia antea contracta non reuocat. Et Henriquez *de matrim. cap. 8. §. 11. in glossa F.* testatur Gregorium XIII. vno die dispensasse cum vndecim, & in ext. dicit sæpè idem fecisse Paulum IV. & Martinum V. Eugenium IV. & Benedictum, & etiam posse, ob communem pacem, dispensare, altero ex contrahentibus inuito, quod est mente tenendum, & vidimus ita fecisse Greg. XIII. cum Duce Albano, vulgò de Aula de Tormes qui contraxerat primò matrimonium de præsenti per procuratorem, cum filia Ducis de Alcala, Hispali; & secundò cum alia, quod consummauerat. Ex quibus constat non esse de iure diuino, nec naturali, vinculum, seu prohibitionem separationis talis matrimonij rati, & non consummati; & consequenter Papam posse in eo dispensare, & ita est tenendum.

Sup. hoc inuito infra in Resol. 96. §. Vnde. propè finem, vers. vbi notandum. & in alio §. eius not. & pro parte lege ibi §. Notandū secundo. & §. eius not.

12. Et certè sufficere deberet cuicumque Christiano, quamtumuis literato, Romani Pontifices (& præcipuè Pium V. alioqui sanctissimum, ac eximium Theologum) sæpè dispensasse in prædictis matrimoniis nondum consummatis, quod facere solent, vel pro pace seruanda, vel pro odio, & inimicitiis euertendis, ortis post contractum matrimonium, vel propter lepram superuenientem, vel promouendum virum ad Episcopatum ratione maioris boni, vt dicit Borgas. *vbi suprà in fin.* vel vt permaneat in secundo consummato. Ita Henriquez *vbi suprà, §. 12. glossa Q. in fine.* Sufficere etiam debet, eosdem Romanos Pontifices declarasse non fuisse de mente Christi, *Matth. 5. & 19.* includere prædictum matrimonium cui interpretationi summa fides adhibenda est, *cap. hæc est fides 24. quæst. 1.* & docet Innocent. *in cap. quod suscepti muneris, de foro compet.* & Nauarr. *in cap. nouit, de iudic. notab. 3. coroll. 4. & in cap. fin. de simon. notab. 3.*

13. Restat modò respondere ad argumenta superiùs in contrarium posita. Et ad *primum* respondetur, matrimonium ratum esse indissolubile, quia nequit mutuo consensu contrahentium, & ea facilitate, qua alij contractus dissoluuntur, dissolui; at dispensatione Pontificis solui potest. Ad *secundum* respondetur, matrimonium ratum, & consummatum non differre, accidentaliter, neque essentialiter, sed solùm integraliter, sicut homo integer in membris, & homo manu orbatus: integratur enim matrimonium per copulam, sicut venditio integratur per possessionem rei venditæ. Ad *tertium* dicimus, non posse Episcopum in matrimonio rato dispensare, quia res ita ardua alteri superiori reseruatur *in cap. ex literis, el secundo, de sponsalibus.* Ad *vltimum* respondetur, matrimonium consummatum cum vna, post ratum cum alia, non posse dissoluere ratum, quia non est validum, neque Pontifex posset hoc statuere, quia daretur occasio dirimendi matrimonia rata.

14. Nec etiam obstat dicere *primò*, quòd Christus Dominus, dixit Matt. 19. *Quod Deus coniunxit, homo non separet*; non solùm loquutus est de matrimonio consummato, sed solùm de rato. Et confirmatur, quia eadem ratione liceret affirmare, posse Romanum Pontificē dispensare in polygamia vnius viri cum multis vxoribus; hæc autem fundamenta infirma sunt. Nam ad *primum* respondetur, quamuis concedamus illam

Christi sententiam comprehendere etiam matrimonium ratum non consummatum ; adhuc tamen asserendum est, Romanum Pontificem non posse dissoluere tale matrimonium vt hominem , & vt humana pollentem potestate, qua ratione in Regibus, & Principibus talis potestas non residet : sed vt Vicarium Christi & diuina pollentem auctoritate , quo sensu non dicitur homo , sed quasi Deus ad eum modum, quo *Matth.* 16. secundùm expositionem Hieronymi , Apostoli non homines, sed Dij appellantur. Ad *secundum* respondetur , non posse Romanum Pontificem dispensare in polygamia , cùm possit in matrimonio rato , quia polygamia prohibetur iure naturali antecedenter ad omnem voluntatem hominum, & consequenter abstinere ab illa , cf. iuris naturalis promanantis à solo Deo , & non à voluntate hominum : idcirco dispensare in illa est solius Dei, vt olim in veteri lege , vnde superat potestatem Romani Pontificis : at ius naturale , & obligatio vinculi matrimonij non se habet hoc modo , sed oritur ex iure naturali pendente à voluntate hominum, quæ cùm sit subiecta superiori Romano Pontifici, hic potest dispensare super huiusmodi iure, & rumpere vinculum, quod inducit humana voluntas, siue in vinculo matrimonij, siue in obligatione voti, & iuramenti , ergo , &c.

14. Hinc *notandum* pro curiosis , aliquem euectum ad Pontificatum ante matrimonium consummatum, posse dispensare in suo matrimonio rato. Ita docet Sanchez *tom. 3. lib. 7. disp. 38. num. 20.* sed quid in tali casu faciendum , si matrimonium sit consummatum ? Respondeo , quòd si vir absque licentia vxoris ad summum eueheretur Pontificatum , potest ab ipsa reuocari , vt ei teneatur debitum reddere. Cùm enim hoc sit ius iustitiæ prius , non potuit lædi per Pontificatum , quantumuis bona fide assumptum, eò quòd vxor mortua crederetur. Ita docent gloss. *cap. si quis pecunia , verb. non Apostolicus , dist. 79. & ibi* Archidiac. *ad fin & ibi* Turrecr. citato Hugone, *art. 3. n. 12.* Ioann. Andr. *cap. constitutus , in fin. de conuersion. coniugator. & ibi* Anton. *fin.* Ancharan. *fin.* idem Abb. *cap. vxoratus , in fin eodem tit. & cap. licet de vitanda , n. 4. de elect.* Henric. *cap. coniugatus , n. 3. de conuers. coniug.* Monald. *summa* , vbi de voto , *tit. de voto coniugatorum , vers. item si vir susceperit Ordinem.* Astensis *summ. 2. part. lib. 8. titul. 22. art. 2. q. 1.* Anton. *3. part. tit. 1. cap. fin.* Sylvest. *matrim. 8. q. 12. dict. 3.* supplementum summæ Pisanæ , *verb. impedimento 11. n. 2.* Maiolus *lib. 1. de irregul. c. 34. num. 3.* Quamuis Doctor quidam, quem refert tacito nomine Bellamera *dict. cap. si quis pecunia , in fine* senserit minimè restituendum esse vxori , nec teneri ei reddere debitum ; quòd ob maius commune bonum vxor priuanda sit absque culpa iure suo : & ipse cogitandum relinquit.

RESOL. XCV.

An Pontifex possit dispensare , seu potius dissoluere matrimonium ratum , & non consummatum.

Et quid circa hoc ipsum de Episcopis ?

Et discutitur , an quidquid potest Papa in tota Ecclesia , possit Episcopus in sua diœcesi ?

Et infertur an Princeps Gentilis possit dissoluere matrimonia rata suorum subditorum ? Ex part. 8. tr. 3. Resol. 97.

§. 1. NEgatiuam sententiam ex Neotericis mordicus sustinet Basilius Pontius *de Matrim. lib. 9. c. 3. n. 3. & seq.* & nouissimè P. M. Texeda *in Theolog. mor. tom. 2. lib. 4. tract. 1. n. 290. & seq.* cum aliis penes ipsos.

2. Sed ego contrariæ sententiæ adhæsi *in tract. de potestat. Pontif.* circa sacramenta , & nunc etiam adhæreo. Probatur *primò* ; quia Christus suo Vicario contulit plenam potestatem ad ea quæ bono Ecclesiæ regimini necessaria sunt , sed potestas dispensandi in matrimonio rato est valdè necessaria in Ecclesia; nam eius dissolutio sæpe expedire potest bono fidelium, & aliàs fieri potest absque magno inconuenienti ; ergo sine fundamento negari non potest Pontifici peculiarem potestatem accepisse à Christo ad id, quod non leuiter firmatur , quia id sæpissimè fecerunt Pontifices. Et Nauarrus *in summa cap. 22. num. 21.* affirmat se obtinuisse plures dissolutiones factas à Paulo III. & Pio IV. Et refert Suarez *lib. 6. citat. cap. 16. num. 6.* se vidisse Bullam Gregorij XIII. continentem dispensationem in matrimonio rato. Atque hoc argumentum ab effectu est magni habendum , quia non est verisimile Pontifices doctissimos, & pios temerè vsos fuisse potestate in re tam graui ; sed ad minimum existimasse hanc partem probabilissimam esse, maximè cùm hîc non solùm tractetur an hoc liceat , sed etiam an factum teneat. *Secundò*, constat ex sectione tertia , matrimonium ratum dissolui per professionem solemnem in Religione , & dissolui non iure naturali professionis , neque iure diuino , sed iure Pontificis ; ergo Pontifex dissoluere potest matrimonium ratum baptizatorum. *Tertiò*, Pontifex habet potestatem remittendi vota omnia etiam solemnia religionis, vt tenuit verior sententia, & multis probat Lessius *de Iustit. c. 40. dub. 14.* & Suarez *lib. 6. citat. cap. 16.* ergo potiori iure poterit dissoluere matrimonium ratum. Patet consequentia, quia votum solemne est fortius vinculum , cùm dissoluat matrimonium ratum ; & vtrobique est traditio , & minor in matrimonio , cùm fiat soli homini; in voto autem Deo , & homini.

3. Nec obstat dicere *primò* , si matrimonium ratum à Pontifice potest dissolui , poterit & consummatum, cùm inter ea non sit alia diuersitas , quàm accidentalis. *Secundò* , si id facere Pontifici licitum est respectu totius Ecclesiæ , idem quoque concedendum erit Episcopo in sua Diœcesi , cùm semota omni reseruatione , idem hic possit in locis suæ iurisdictionis, ac ille in tota Ecclesia , quæ duo tamen sunt absurda. *Tertiò*, matrimonium est ex lege diuina indissolubile, at Pontifex in lege diuina dispensare non potest, *can. sunt quidam 25. quæst. 1. Quartò* , Pontifex Sacramenta mutare non potest : ergo nec matrimonium ex indissolubili reddere solubile.

4. Non , inquam hæc obstant ; & ideò respondendum est.

Ad primum argumentum , falsum esse matrimonium consummatum à rato distingui tantùm accidentaliter , differt enim tanquam integraliter perfectum, ab imperfecto , nec enim consummatio, perfectio est merè accidentalis , sed integralis, quæ matrimonium complet in perfecta significatione , vnionis scilicet Christi cum Ecclesia, per carnem assumptam, in qua fundatur omnimoda indissolubilitas matrimonij consummati , & hanc perfectionem integralem non habet matrimonium ratum , licet habeat rationem integram signi , quæ essentialiter constituit Sacramentum ; quare matrimonium ratum à consummato non accidentaliter differt , nec essentialiter , sed medio modo , sicut totum integrale perfectum , ab eo quod caret parte aliqua.

5. Secundi argumenti neganda est sequela ; cùm enim sit incertum , an id Pontifex possit, multo magis est incertum , an id Episcopus vendicare sibi queat. Vnde Suarez *de cens. disp. 7. n. 5.* & alij , rectè obseruat Axioma illud : quidquid potest Papa in tota Ecclesia , potest Episcopus in sua Diœcesi , nisi prohibeatur,

In Resol. præterita.

Sup hoc seprà in Resol. 78. & 79. & signanter §. Ad secundam , &c.

Sup. contentis in hoc §. In Resol. præterita §. Probatur, & pro secundo contento ad fin. 4. huius §. infrà in hac ipsamet Resol. §. Secundi argumenti. & in aliis eius annotationum.

Sup. hoc in Resol. 1. not. seq. & in aliis eius annot. primæ.

Sup. hoc suprà in hac

hibeatur, existimat, absolutè loquendo, non esse verum; quia nec ratione fundari potest, nec inductione probari. Nam Episcopus cum suis subditis nequit dispensare in gradibus prohibitis ad contrahendum matrimonium, quia licèt non sit illi expressè prohibitum, non est tamen expressè concessum. Potuit etiam Papa irritare clandestina matrimonia, quod sine dubio non potuisset Episcopus in suo Episcopatu. Potest etiam Papa personas reddere inhabiles ad matrimonium ratione delicti, quod nullus concedit Episcopus in suis Diœcesibus. Denique instituto censurarum ita est propria Summi Pontificis, vt ab Episcopis in suis Diœcesibus propria auctoritate fieri non possit, non quia sit illis prohibitum, nullibi enim talis prohibitio inuenitur, sed quia non est concessum.

6. Sed circa præsentem quæstionem vide ea, quæ diximus *in tractat. de potest. Pontificis circa Sacramenta*; vbi etiam responsum est ad tertium argumentum superiùs adductum. Et si denuò obstabis.

7. *Primò*, quod *Matth.* 19. dicitur: *Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet*, ergo nullus homo, quantumuis Summus Pontifex, potest matrimonium, quamuis nondum consummatum, dissoluere. Et ratione probari potest.

8. *Primò*, quia matrimonium, etiam nondum consummatum, est Sacramentum significans vnionem Christi cum Ecclesia; ergo sicut vnio Christi cum Ecclesia nequit absolui, neque Pontifex poterit dissoluere matrimonium, quamuis tantùm ratum.

9. *Secundò*, quia alias Princeps Gentilis posset dissoluere matrimonia rata suorum subditorum, quia non habet minorem auctoritatem circa contractus ciuiles, & profanos suorum, qualis est contractus matrimonij eorum, quàm Pontifex circa contractum matrimonij sacrorum baptizatorum; quia Princeps Gentilis etiam habet supremam auctoritatem in suos.

10. Sed ad hæc argumenta faciliùs respondetur.

Ad primum igitur dico, testimonium *Matth.* 19. adductum, tantùm intelligitur de matrimonio consummato, vt constat ex contextu, & ait Alexander III. *in cap. 7. de conuersione coniugatorum*. Et ad primam rationem respondemus, matrimonium ratum defectu commixtionis corporum, qua coniuges fiunt vna caro, non significare vnionem Christi cum Ecclesia factam media Incarnatione, quam consummatum significat; ratione tamen coniunctionis animorum pertinentis ad ipsum matrimonium ratum, quod quodammodo est indissolubile, nempe à Pontifice potestate ordinaria; & quodammodo est indissolubile, nempe potestate extraordinaria Pontificis, congruenter fuisse assumptum ad significandam vnionem Christi cum Ecclesia media charitate factam, quæ est indissolubilis quoad Ecclesiam semper sanctam, & dissolubilis, quoad membra particularia.

11. Ad secundum respondeo, Principem Gentilem non posse dissoluere matrimonium, adhuc tantùm ratum, suorum subditorum: quia non habet potestatem peculiarem ad id à Deo, sed tantùm habet ordinariam superioris humani, quia neque Pontifex potest.

12. Vnde pro superiùs dictis, *notandum* est, dissolutionem matrimonij rati baptizatorum, non fieri à Pontifice auctoritate generali superioris humani, sed quasi supernaturali, vt gerente vicem Dei peculiari, & extraordinaria potestate, superaddita potestati humanæ. Moueor, quia vt probatum est *suprà*, indissolubilitas matrimonij etiam rati, prouenit ex ipsa institutione diuina, qua Deus illud decreuit, nec hominibus aliter concessit facultatem transferendi domicilij vsus corporis, nisi per indissolubile vinculum; vnde prædicta matrimonij insolubilitas ex iure diuino positiuo; ergo nequit Pontifex eam dissoluere potestate ordinaria superioris humani, sed extraordinaria, qualem etiam habet ad dissoluendam professionem solemnem.

RESOL. XCVI.

An Pontifex, sine causa possit dissoluere vinculum matrimonij rati.

Et notatur, quod posita graui causa Pontifex non necessariò requirat consensum partium ad dissoluendum matrimonium, sed id possit, etiam eis inuitis, quamuis non expediat.

Et an Pontifex possit legem ferre, vt matrimonium ratum per subsequens consummatum dissoluatur.

Et notatur, quod matrimonia sed rata, seu consummata Infidelium non baptizatorum, non potest Pontifex sua Pontificia potestate dispensando soluere?

Et an sit circa hoc alia ratio Hæreticorum.

Et quid si Pontifex habeat supremam iurisdictionem temporalem in quosdam infideles? Ex part. 8. tr. 1. Res. 63.

§. 1. AFfirmatiuè respondent, qui censent insolubilitatem matrimonij rati, oriri ex solo humano iure: quamuis enim Princeps peccet dispensans sine causa in sua lege, dispensatio tamen est valida, vt communiter Doctores. Verùm ex eo capite nullo modo videtur probabile Pontificem posse absque causa tollere vinculum matrimonij rati, quia est omninò improbabile, quòd insolubilitas matrimonij rati oriatur ex solo iure humano.

2. Alij ergo omninò verius censent requiri iustam causam, non tantùm vt licitè fiat, sed etiam vt validè; cùm enim vinculum matrimonij etiam rati, vt minimum ex iure diuino sit insolubile, & proinde Pontifex non possit illud propria authorite soluere, sed solùm vicaria; nullo autem modo sit verisimile Deum dedisse potestatem suo Vicario pro arbitrio validè matrimonium soluendi, omninò verius est requiri iustam causam ad valorem dispensationis in voto, vel iuramento. Confirmatur; talis potestas non posset censeri cedere in bonum Ecclesiæ, & ædificationem animarum, sed cederet in maximum detrimentum, vt cuiuis facile patere potest. Verius ergo est Pontifici non esse ita illimitatè potestatem concessam, sed ex graui causa saltem prudenter existimata. Non tamen videtur exigi certi generis, sed existimo omnem eam sufficere, quam pro qualitate tam grauis negotij prudentes iudicarint sufficientem.

3. Vnde sufficit si ex permanentia in matrimonio grauis perturbatio in Regno, vel Republica meritò timeatur, ita vt pax eius turbetur, & dissidia intestina oriantur propter huiusmodi coniunctionem, quæ sit sopienda per dissolutionem matrimonij. Iusta enim causa censeri potest, si eadem dissidia inter magnates, & primarias familias alicuius Reipublicæ orianrur ex aliquo matrimonio, cùm harum familiarum dissidia communiter cedant in grauem Reipublicæ perniciem. Magna inæqualitas contrahentium potest iustam causam suppeditare ad dissoluendum matrimonium, cùm ex huiusmodi coniunctionibus valde infelices exitus in matrimonio sequantur; denique quælibet grauis causa, quæ iudicio prudentum censeri possit proportionata dissolutioni matrimonij. Vbi *notandum* quòd posita graui causa Pontifex non necessariò requirat consensum partium ad matrimonium dissoluendum, sed id possit etiam eis inuitis, quamuis non expediat. Et hæc omnia docet Præpositus *in 3. part. D. Thomæ, quæst. 5. de insolubilitate*

Sup. hoc suprà in Res. 94. §. Et tandem. cursim post medium vers. Et etiã

posse, & infrà in hac ipsamet Res. §. Notandũ est tamen hic primo.

bilitate matrimonij, dub. 8. n. 62. cui adde Tannerum tom. 4. disp. 8. q. 5. dub. 4. n. 68.

4. Sed non deseram etiam hîc apponere verba Hurtadi disp. 8. de matrim. difficult. 3. n. 12. sic asserentis. Adsimus tamen, dissolutionem matrimonij rati baptizatorum non fieri à Pontifice auctoritate generali superioris humani, sed vt gerente vicem Dei, peculiari, & extraordinaria potestate superaddita potestati ordinariæ, qua non posset separare, quod Deus coniunxit. Et quia Pontifex id non efficit potestate ordinaria superioris humani, sed extraordinaria, credimus, vt optimè Sancius, & plures alij, dissolutionem matrimonij rati absque rationabili causa factam, non solùm esse illicitam, qualis etiam esset, si potestate ordinaria fieret absque causa, sed etiam inualidam, quia credendum non est, eam potestatem extraordinariam accepisse Pontificem ad id valide faciendum pro solo arbitrio absque causa. Ita ille, cui adde Baunium tom. 1. Theolog. moral. tract. 12. de impedim. matrim. q. 5.

Sup. causis & contento in hoc §. in Res. seq. lege §. Sed his, & §. Nam.

5. Et tandem ex Sanchez Ochagauia tract. 2. de sacrament. Matrim. essentia, q. 5. n. 5. adducit etiam causas, ex quibus stantibus potest Pontifex dispensare in matrimonio rato, & non consummato: ait enim, quòd iustæ liquæ causæ sunt. *Prima* est notabilis in qualitate disparitas. *Secunda* est, quando magnum scandalum timetur, & magnæ rixæ inter sponsos, aut consanguineos eorum oriri possunt. *Tertia* est lepra, aut alius grauis morbus superueniens, ratione cuius nunquam possit sponsus ad sponsam accedere. *Quarta* impotentia superueniens matrimonio rato. *Quinta* est, vt vir maximè conueniens bono communi efficiatur Episcopus.

Sup. hoc suprà in §. Vnde, huius Res. propè finem, à vers. Vbi notandum, & in alio §. eius annot.

6. *Notandum* est tamen hic *primò*, quòd iusta existente causa dispensare potest Pontifex in matrimonio rato absque mutuo consensu coniugum. Ratio est, quia potestas hæc dispensandi non in gratiam ac bonum præcipuè priuatum ipsorum coniugum, sed in primis ipsius Ecclesiæ necessum est.

Et Sup cõtento in hoc §. Notandũ secundo suprà in Res. 94. §. Et tãdẽ post mediũ, vers. Et etiam posse & infrà in Res. seq. §. Sed hic.

7. *Notandum secundò*, Pontificem posse legem ferre, vt matrimonium ratum per subsequens consummatum dissoluatur, licèt id olim in Ecclesia factum fuisse, atque ita etiamnum futurum esse, nisi obstaret *cap. licet, de sponsa duorum*, dixerit Medina: quem benè refellit Sanchez. Certè *in cap. licet, cit.* significat quidem Alexander III. aliquando à suis quibusdam prædecessoribus ita fuisse iudicatum, dirimi matrimonium ratum per subsequens consummatum. Sed particulare id iudicium non habebat vim, seu rationem canonis vniuersalis, sed solùm cuiusdam decisionis in lite particulari, adeoque propriè non tam ius, quàm factum concernebat.

8. *Notandum tertiò*. Matrimonia seu rata, seu consummata infidelium non baptizatorum, non potest Pont. Pontificia sua potestate dispensando soluere. Videtur communis Doctorum sententia, qui solùm de matrimonio rato Christianorum loquuntur. Ratio est; quia dispensatio, cùm sit vsus quidam iurisdictionis, non habet locum nisi in superiore erga subditos: atqui verò Pontificiæ potestati, & iurisdictioni non subiiciuntur infideles Ethnici, iuxta Apostolum 1. Corinth. 5. vers. 12. *Quid enim mihi de iis, qui foris sunt, iudicare?* Alia ratio est hæreticorum, qui cùm baptizati sint, Pontificiæ, & Ecclesiasticæ potestati omnino subiiciuntur.

9. Dixi verò, Pontificia potestate, quia si Pontifex habeat supremam iurisdictionem temporalem in quosdam infideles, tunc probabiliter, vt alij supremi domini temporales, ad quos eiusmodi infidelium causæ temporales, vtpote merè politicæ, pertinent, poterit eiusmodi matrimonia infidelium rata, non consummata, ex causa rationabili soluere: cùm, vti *suprà* dictum est, ipsa ratio naturalis suadeat, talent potestatem supremo Principi cuiusque communitatis conuenire, respectu eorum matrimoniorum, quæ ipsius aliquo potestati iudicanda incumbunt.

RESOL. XCVII.

An Pontifex possit dissoluere matrimonium ratum, & non consummatum solum inter magnos Principes?

Et explanantur causæ dispensandi in matrimonio rato.

Et an Pontifex lege vniuersali statuere possit, vt matrimonium ratum dissoluatur per subsequens matrimonium consummatum? Ex part. 8. tract. 1. Res. 65.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Basilius Pontius *de matrimon. lib. 9. c. 3. n. 14.* Et ratio est, quia obligatio status monastici apud Deum non maior est, ac strictior, quàm cuiusliber alterius voti simplicis; & tamen cùm Pontifex quotidie dispenset in votis simplicibus, statu monastico nullum liberat, nisi alicuius regni deficiat hæres, quia matrimonium quoddam spirituale, cui se etiam tradidit, contractum est. Et tamen sæpe ex non dissoluto statu monastico graues rixæ, inimicitiæ, infelices exitus, fornicationis pericula, amicus auersus ab institutis Regularibus sine probabili correctionis spe, defectus consensus, quem vt præstent, induci non possunt, morbi contagiosi superuenientes, quibus redduntur inhabiles ad obsequia præstanda Religioni, cui se traditionis contractu obligarunt, mutuus etiam Religionis, & Religiosi consensus. Quòd si nulla istarum causarum idonea censeatur ad dispensandum in obligatione status monastici, in matrimonij vinculo iure saltem diuino insolubili, & ex cuius dissolutione maiora possunt incommoda sequi, quàm ex dissolutione status monastici, adeò leues causæ sufficient.

Sup. his causis, & contento in hoc §. Ex Res. præterita, lege §. Et tandem.

2. Sed his non obstantibus, contrarium dicendum videtur, ex causis, quas afferunt Doctores, posse Pontificem dissoluere matrimonium ratum; vnde Baun. *in Theolog. moral. tom. 1. tract. 12. de impedim. matrimon. q. 5.* sic ait. Causæ dispensandi in matrimonio rato sunt hæ. *Prima*, notabilis in qualitate disparitas, quæ est mutuæ amicitiæ, concordiæque, ad quam matrimonium ordinatur aduersa, vt quàm maximè. *Secunda*, si lepra superueniens, amorem vtriusque erga se inuicem imminuat, cùm enim non alius sit matrimonij terminus, quàm vitæ, incredibile est à Deo Pontifici ius negatum leuandæ esse dissolutione matrimonij tantæ molestiæ, quanta angi coniuges in vita est necesse, quorum in se mutuo nullus est amor. Causa *tertia* est, timor scandali, vt si fixatum inter consanguineos coniugum, aut ipsosmet, ob disparitatem amborum in genere, stirpe, & opibus periculum immineret. *Quarta* est, defectus voluntatis contrahendi in alterutro, ipsius maximè testimonio, qui non consensit, nec induci ad consentiendum potest. Ita ille, & ante illum Sanchez *lib. 8. disp. 16.*

3. Vnde ad propositam quæstionem contra Pontium negatiuam sententiam tenet Perez *de matrimon. dis. 20. sect. 7. num. 11.* putans, nimis rigidum esse, asserere, non esse dispensandum à Papa in dissolutione matrimonij rati, nisi cum magnis Principibus, & vbi alicuius regni iactura imminet. Moueor, tum ex ipso vsu, nam, vt docent viri graues, dispensarunt de facto Pontifices cum aliis viris, qui non erant magni Principes, nec imminebat regni alicuius iactura. Vsus autem, & consuetudo multum valet

hac

hac in re; non enim verisimile est Pontifices pios, & valdè doctos temerè vsos fuisse sua potestate in re tam graui. Tum etiam, quia cùm matrimonium ratum sit præcisè vinculum mutuo consensu coniugum initum, non videtur ita indissolubile, quin per postestatem publicam supernaturaliter concessam dissolui nequeat ad bonum Ecclesiæ regimen, & ad salutem fidelium spiritualem. Ita Perez, qui postea respondet ad argumenta Pontij, & obseruat, satis iustas esse causas enumeratas à Sanchez, & ab aliis, vt possit Pontifex dissoluere matrimonium ratum.

4. Nam in primis notabilis in qualitate disparitas, quando contrahentes sunt notabiliter conditione impares, & affectione cæca, & magna leuitate ducti ineunt matrimonium, causa iusta censetur; quia nihil magis aduersatur mutuæ amicitiæ ac concordiæ ad quam ordinatur matrimonium, quàm notabilis disparitas; inde enim, experientia teste, infelices exitus oriuntur. Præterea grauis timor scandali magni futuri, vnde graues rixæ, ac neces oriantur in magnum damnum commune, causa est sufficiens; quia inde facilè ad discordiam perpetuam, & vxoris necem deueniri potest. Rursus lepra alteri superueniens, quæ impediat mutuum corporis vsum ob magnum contagionis periculum, causa est vrgentissima. Nam matrimonium ordinatur ad mutuum corporis vsum, ratione prolis procreandæ, & etiam ad extinguendum ardorem libidinis; & lepra hunc vsum legitimè impedit ob magnum contagionis periculum, vnde absolutè finis matrimonij ordinarius non obtinetur. Vnde refert Burgasius *de irregularitate, part. 6. titul. de sponsal. num. 74.* Martinum V. dispensasse ob lepram. Sufficiens est etiam causa illa, vt vir efficiatur Episcopus, si id sit valdè necessarium ad bonum commune: nam causa bono communi consulendi, sufficiens esse censetur. Denique mutuus coniugum consensus, non solus præcisè, sed provt est coniunctus cum tali odio, ac discordia, vt inde infelices exitus timeantur absque vlla remedij spe, sufficiens est causa, vt constat ex secunda causa iam adducta.

In hoc in de praeter. q. Soran. sec. num. 2. & alij nec.

5. Sed hîc obiter non deseram apponere quæstionem illam, an Pontifex lege vniuersali statuere possit, vt matrimonium ratum dissoluatur per subsequens matrimonium consummatum. Affirmant aliqui, quos citat Sanchez *de Matrimon. lib. 2. disp. 14. n. 3.* ergo contrarium sentio, & ideo dico, non posse. Id enim præberet maximam causam superinducendi aliam, quod cederet in grauem iniuriam matrimonij & coniugis.

6. Dices, *cap. licèt, de sponsa duorum*, Alexander III. ait: Si inter virum & mulierem legitimus consensus interueniat de præsenti, ita quidem quòd vnus alterum in suo mutuo consensu verbis consuetis expresse recipiat, &c. non licet mulieri alij nubere, & si nupserit, etiamsi carnalis copula sit secuta, ab eo separari debet, & vt ad primum redeat, Ecclesiastica districtione compelli, quamuis aliter à quibusdam prædecessoribus nostris sit aliquando iudicatum. Inde enim videtur aliquando id factum, quod tamen sit reuocatum per prædictum capitulum, ita aliqui. Respondeo negando assumptum. Nam ex *cap. cùm*, non satis constat, num prædecessor ille de quo agit Alexander III. id Ecclesiæ proposuerit per modum constitutionis; an verò solùm vt priuatus sententiam dixerit in re fortè, tunc non ita clara. Ex qua solutione corruit argumentum hæreticorum, qui ex prædicto *cap.* conantur, probare Pontifices posse errare in docenda Ecclesia, cùm vel errauerit Alexander III. vel eius prædecessor contraria sibi inuicem docentes.

hoc la- tum. 9. rro- n. 6. ter in Sect. 2.

7. Sed *primò* dicendum id minimè sequi, etiamsi vtcsque tanquam Pontifex egisset. Solùm enim sequitur, quòd Alexander III. reuocasset constitutionem sui prædecessoris, qua decreuerat, vt matrimonium ratum solueretur per subsequens consummatum, quod non arguit eos contraria docuisse.

8. Dicendum *secundò*, prædecessorem nihil proposuisse Ecclesiæ tanquam Pastorem, sed solùm vt priuatum suam sententiam declarasse. Vide etiam Sanchez *vbi supra n. 4.*

RESOL. XCVIII.

An Episcopus in casu aliquo raro possit dissoluere matrimonium ratum, & non consummatum?

Et docetur, quòd non potest Episcopus dispensare in aliquo euentu in professione solemni Religiosorum.

Et adducitur etiam, an Episcopus in sua Diœcesi possit quidquid Papa potest in tota Ecclesia, nisi ab eo prohibeatur? Ex part. 8. tract. 1. Resol. 64.

§. 1. CAsus esset in eo euentu, in quo necessitas est, valdè vrgens, ita vt si non dissolueretur, animarum & corporum periculum magnum immineret, absque vlla remedij spe, & accessus ad summum Pontificem sit tardus, ac difficilis, ita vt sit manifestum periculum in mora. Affirmatiuè respondet Baunius *in Theolog. moral. tom. 1. tractat. 12. de impediment. matrim. q. 5.* vbi sic ait. Addo defendi posse probabiliter, Episcopum in casu necessitatis, idem in hac materia, facere posse, quod Papæ est permissum ex causa; pro qua sententia faciunt Sanchez, *de matrim. lib. 1. disp. 61.* Barbosa *de potestate Episcopi, part. 2. allegat. 33.* asserunt enim hi omnes, Episcopum in sua Diœcesi posse quidquid Papæ licitum est in tota Ecclesia, nisi ab eo prohibeatur. Ita Baunius.

Sup. hoc suprà cursim in Resol 94. §. Probatur, vers. Tertio probatur. & § Restat. post medium, vers. ad tertium. & in Resol 95. §. Nec obstat. vers. secundo, & in principio §. 2.

2. Sed hanc sententiam prorsus refellendam esse existimo, & carere omni probabilitate constanter assero: vnde illam reiicit nouissimè doctissimus Pater Perez *de matrimon. disp. 29. sect. 8. n. 2.* vbi probat facultatem hanc dissoluendi matrimonium ratum non consummatum, nullo modo esse extendendam ad Episcopos sine expressa Papæ delegatione, in quocumque casu, & quantacumque necessitas excogitetur. Probo id *primò*, ex ipso vsu, vel potiùs non vsu. Numquam enim legimus, vel audiuimus Episcopum aliquem in aliquo euentu vsurpasse sibi talem potestatem. Vsus autem est optimus interpres legum. *Secundò*, manifestum est iuris principium, generalem clausulam non comprehendere casus speciales, in quibus superior verosimiliter non esset aliquid concessurus: sed potestas dispensandi in matrimonio rato secundùm præsentem statum, & vsum Ecclesiæ est valdè specialis, quam non legimus vnquam Pontificem inferiorib⁹ concessisse; habétque tantam facultatem, ac tam difficilem vsum, vt ipsi Pontifices rarò illâ vtantur; ergo nunquam licet per Epikeiam interpretari in aliquo casu esse concessam Episcopo. *Tertiò*, in voto castitatis simplici, & similibus reseruatis, ideò colligunt Doctores posse Episcopos dispensare in casu vrgentis necessitatis, quia vsus, & antiqua consuetudo dispensandi in hac occasione indicat, vel non fuisse mentem Pontificis hæc vota in similibus casibus sibi reseruare, vel saltem postea ad dispensandum in eis tacitè eam facultatem concessisse: ergo è contra cùm nunquam fuerit vsus, vel consuetudo dispensandi in matrimonio rato, nullam omninò in ordine ad illud facultatem habuerunt. Et certè hic vsus manifestè indicat casum tantæ necessitatis adeò extraordinarium esse, vt moralis non reputetur, ideòque propter illum non esse verosimiliter factam

Sup. hoc tertio latè infrà in tr. 2. Resol. 75. & in aliis eius primæ not.

tractari à Pontificibus hanc exceptionem, vel huius potestatis delegationem, sine qua non potest in inferioribus esse ea potestas. Denique idem firmatur, quia vt omnes Doctores affirmant, non potest Episcopus dispensare in aliquo euentu in professione solemni Religiosorum; ergo neque in matrimonio rato.

Alibi in Res. quæ hic est suprà 95. §. Nec obstat. vers. Secundi argumenti. & in Res. 94. §. Probatur. vers. Tertio probatur & magis latè infrà in 2. Resol. 27. à principio, & in Res. 22. §. Notandum. propè finem, & in Res. 25. §. 2. & §. Itaque. & seqq. vsque ad §. Hinc, & in aliis earum annotationum.

3. Ad argumentum verò quod adducit Baunius satis alibi à nobis responsum est; & ad illum respondet Perez, dictum illud Doctorum, posse Episcopum in sua Diœcesi quidquid Pontifex in toto Orbe, sic esse intelligendum, vt excipi debeant res tam arduæ, & graues, circa quas adhuc de Pontificis potestate ab ipsis Doctoribus dubitatur. Cùm enim deceat grauissimas causas summo Christi Vicario reseruari, censendum est Christum illi soli reseruasse. Addo expresè reseruari in iure Canonico dissolutionem matrimonij rati Summo Pontifici, dum præcipit Pontifex Episcopis vt compellant ad sponsalia, & multo magis ad matrimonium ratum seruandum. In qua lege, cùm sit superioris, nequit Episcopus dispensare. Extat *cap. ex litteris Syluani, de sponsalibus, & matrimoniis*, vbi Alexander III. præcepit Episcopo Pictauiensi, vt compellat iuuenem quendam accipere illam, quam iuraurat se ducturum in vxorem. Extat etiam *cap. licèt, de sponsa duorum*, vbi etiam Alexander III. præcipit Salernitano Archiepiscopo, vt Ecclesiastica districtione compellat virum, qui primò contraxerat matrimonium ratum cum vna, & postea alij mulieri nupserat copulâ secutâ, vt ad primum matrimonium ratum redeat, nam posterius matrimonium consummatum fuit prorsus irritum.

RESOL. XCIX.

An possit Pontifex dispensare in matrimonio consummato Infidelium, quando ambo baptizantur?

Et an Pontifex ex causa possit dispensare in matrimonio fidelium consummato? Ex part. 8. tract. 1. Resol. 66.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 6. Resol. 125. §. Sed si. & seq.

§. 1. HOc dubium mouet Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 2. disp. 27.* & sic ait. Videtur non posse, cùm per Baptismum fiat illud matrimonium, sacramentum, vt dixi hoc *lib. 2. disp. 9. n. 5.* & cùm sit iam consummatum, repræsentabit indissolubilem vnionem Christi cum Ecclesia, quæ est ratio omnimodæ indissolubilitatis matrimonij consummati, vt dixi *disp. 13. n. 7.*

2. Nauarr. *lib. 3. consiliorum, tit. de conuersio. infidelium, in prima editione, consil. 1. in 2. consil. 3. in solutione ad secundum dubium, à n. 12.* latè hoc tractat, & defendit posse. Cuius sententia mihi placet: quia firmius est matrimonium ratum fidelium, quàm consummatum infidelium, maiorem enim firmitatem sortitur matrimonium ex ratione sacramenti, quam habet ratum fidelium, quàm ex ratione contractus naturalis, quam solum habet matrimonium consummatum infidelium, vt latè probaui *dict. disp. 13. num. 7.* & ita illud dicitur ratum, hoc autem non *cap. quanto, de diuor. & cap. fin. 28. q. 1.* cùm ergo possit Pontifex dispensare in matrimonio rato fidelium, poterit à fortiori in consummato infidelium, & fauet Abbas *cap. ex publico, n. 14. de conuers. coniugat.* vbi ait, ex statuto Ecclesiæ dissolui matrimonium per conuersionem solam alterius coniugis. Nec obstat argumentum propositum, quia cùm post factum Sacramentum, nondum consummatum sit, non repræsentabit indissolubilem vnionem Christi cum Ecclesia per carnem, & ita reputabitur tanquam matrimonium ratum fidelium, quod Pontificis dispensatione dissolui posset. Hucusque Sanchez.

3. Sed aduersus illum insurgit Pontius *lib. 9. c. 2. n. 8.* negans matrimonium infidelium consummatum posse dissolui auctoritate Pontificis, & hanc fuisse hactenus communem sententiam Doctorum affirmat. Et Pater Vasquez *disp. 2. de matrimonio c. 6. n. 38.* falsissimam docet esse quorundam doctrinam, qui ex eo quòd indissolubilitatem matrimonij ex significatione vnionis hypostaticæ oriri existimauerint, deducere non dubitarunt, matrimonium consummatum infidelium, cùm ad fidem conuertuntur, dissolui posse auctoritate Pontificis, eo quòd non sit signum coniunctionis Christi cum Ecclesia. Id quod anno Domini 1588. cùm ipse Gabriel Vasquez esset Romæ, à Summo Pontifice Sixto V. obtinere pro viribus contenderunt, & repulsam passi sunt, in quorum sententiam ipsum nunquam scribere voluisse affirmat.

4. Vnde ex his nouissimè Pater Perez *de matrimonio. disp. 20. sect 10. n. 8.* sententiam Sanchez non admittit, & existimat, cùm vterque coniugatus est conuersus ad fidem, & baptizatus, & matrimonium consummatum erat ante Baptismum, non postea, adhuc in eo casu non posse Pontificem dispensare, nec tale matrimonium dissoluere. Et ratio est quia iam susceptо Baptismo est illud matrimonium ratum, & consummatum. Parum autem refert quòd ante Baptismum consummatum fuerit: tum quia reuera effecti sunt vna caro: tum maximè, quia ex matrimonio consummato ante Baptismum, nascitur post baptismum affinitas, vel irregularitas, vt communiter docent omnes Doctores, & suo loco dicetur: ergo reputatur pro consummatione, ac si post Baptismum facta fuisset; aliàs ea impedimenta non orirentur ex copula habita ante Baptismum.

5. Ex quo patet solutio ad argumenta opposita, diuersam esse rationem de matrimonio rato fidelium, & de illo infidelium consummato; nam cùm istud sit iam consummatum, & sit effectum vna cato, & ex ipso ante Baptismum consummato nascatur post Baptismum affinitas, vel irregularitas, reputatur pro consummato, ac si post Baptismum factum, fuisset consummatum; & ideo est in hoc sensu plusquam matrimonium ratum, atque omnino indispensabile à Papa, & indissolubile.

6. *Notandum* est hîc obiter malè aliquos Iurisperitos dixisse, posse Pontificem ex causa dispensare in matrimonio consummato: quos refert, & reprobat Couarru. 4. *Decret. 2. part. cap. 7. §. 4. n. 15.* & multi alij. Et Henriquez *lib. 11. de matrimon. cap. 2. n. 3. in commento, littera T*, refert D. Antoninus 3. *part. titul. 1. c. 21. §. 5.* asserere Martinum V. & Eugenium IV. dispensasse in matrimonio consummato, dispensationes tamen fuisse irritas: sed falsò id imponit Diuus Antoninus, nam de matrimonio rato loquitur.

RESOL. C.

An Pontifex possit transferre Episcopum ex vna Ecclesia ad aliam ob pinguiores reditus, & quonam iure sit prohibita translatio Episcopi ex vna ad alteram Ecclesiam, an iure diuino, an vero Ecclesiastico?

Et cur Pontifex hoc matrimonium spirituale per consecrationem consummatum magis dissoluere possit, quam carnale consummatum?

Et in textu huius Resolutionis causa iusta apponuntur, ad hoc faciendum.

Et

Et eursim infertur posse Episcopum cogere Parochum dignissimum, vt se opponat concursui alicuius beneficij Curati, aut Canonicatus Magistratus.

Et breuissimè deducitur, quòd vinculum matrimonij carnalis morte solutur, ita vt non teneatur redire ad vxorem resuscitatus. Ex part. 11. tract. 4. & Misc. 4. Rel. 40.

5.1. REspondeo negatiuè, & ad hanc difficultatem enodandam primùs videndum est: quonam iure sit prohibita translatio Episcopi ex vna ad alteram Ecclesiam, an iure diuino, vel Ecclesiastico, & esse prohibitam de iure diuino docuit Vasquez *in 3. part. D. Thomæ tom. 3. disp. 241.* & alij.

2. Probatur ex *cap. inter corporalia de translatione Episcoporum*, dicens, quòd inter Episcopum, & Ecclesiam est spirituale vinculum matrimonij, quod est fortius, quam vinculum matrimonij naturalis. Et esse hoc vinculum inter Episcopum, & Ecclesiam, ait: constat non tam constitutione Canonica, quàm authoritate diuina; quod clare videtur docuisse Euaristus Papa *Epist. 2. quæ est de Epis. electis*, dicens quòd Christus est sponsus, & Ecclesia eius sponsa, cuius nos filij sumus; Sacerdotes verò, id est Episcopi vice Christi legatione funguntur in Ecclesia, & sicut ei sua coniuncta est sponsa, id est Ecclesia, sic Episcopi iunguntur Ecclesiæ vnicuique proportione sua. Idem docet Calistus Papa *Epist. 2. ad omnes Galliarum Episcopos c. 1. & sic cap. licet, de transl.* dicit idem Innocentius III. quòd hoc matrimonium Episcopi cum sua Ecclesia in electione initum, ratum in confirmatione, & in consecratione intelligitur consummatum. Cùm ergo fortius sit spirituale vinculum, quàm carnale, sicut istud iure diuino naturali, & non solum Ecclesiastico est insolubile, ita potiori ratione vinculum spirituale.

3. Verùm Pater Suarez *de Religione tom. 3. lib. 1. c. 16. n. 6. cum seq.* putat dictam translationem esse veritam de iure Ecclesiastico, & hæc opinio mihi placet, quod patet ex Praxi Ecclesiæ; & ad argumenta Vasquez respondeo; iurisdictionem, & indissolubilitatem in actu primo, atque in ordine ad vniuersalem Ecclesiam, vel ad aliquam peculiarem vage, ita esse de ratione intrinseca Præsulatus iure diuino, vt impossibile penè sit vnum sine altero simul inueniri; secus verò censendum est de indissolubilitate cum hac, vel illa certa Ecclesia, quæ pendet ex iurisdictionis applicatione, iure Ecclesiastico Pontificio facienda. Omnia autem iura à Vasquez allata, tum ex fine ad quæ sancita sunt; tum ex tenore, tum ex Glossis, tum ex vsu Ecclesiastico sic explicanda sunt, vt velint, non posse huiusmodi vinculum cum Ecclesia, propria auctoritate Episcopi solui, sed solum ex facultate Pontificis, vt probè Panormitanus *capite tuam, de ordin. coniug. num. 3.* nec ordinaria, sed specialiter ei concessa; atque in hoc sensu, & iam absoluta, dicenda dispensatio in hoc vinculo propter grauem profectò causam desiderauit; non tamen adeò grauem, ac requisitam in dispensatione ad ius diuinum, sine qua si habeatur, etsi illicita, valida tamen erit.

4. Vnde ex his assero, translationem Episcopi ex vna ad alteram Ecclesiam esse faciendam à Pontifice ex iusta causa, & ideò ad necessitatem, vel euidentem, publicam, communemque vtilitatem Ecclesiarum, iustitia, atque vrgentia causarum translationis reddenda est, quibus Papa dispensans prospicere tenetur. Deduco ex *cap. quanto de transl.* non enim homo (ait Innocent. III.) sed Deus separat, quos Romanus Pontifex (qui non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in Terris) Ecclesiarum necessitate, vel vtilitate pensata, non humana, sed diuina potius authoritate dissoluit, & ni dispensatio hos haberet, necessitatis, vel vtilitatis cardines, profectò non videretur appellanda dispensatio, vt notat Abbas, hîc *num. 5.*

5. Probatur deinde, quia quod detrimentum Reipublicæ Christianæ potest excogitare maius, quàm ambitioni ostium reserare: ab amore sponsæ, quo maximè prosequi eam tenetur sponsus Episcopus, & auocari, & recedere, qui quidem cum altera mox contrahere, vt sperat ita inertiæ locum dare, quæ aggredi tenebatur difficilia omittere præclara, & laboriosa ad bonum ouium spectantia potius declinare, ac per translationem subterfugere; Immò scandali præbere occasionem non vulgarem carpendi Ecclesiam Catholicam stultiloquis hæreticis, quippe qui Præsulatus negotium ad quæstum potius, lucrumque temporale, ac priuatum commodum referri, paruula licet data occasione blaterant, qua ad commune bonum Christianæ Reipublicæ, ac spirituale cuiuscumque, quippè, quod vt sic, & vt partis in totius corporis bonum commune dici poterit etiam redundare? quæ ac sexcenta alia absurda lectori primo etiam intuitu occurrentia, demonstrabunt, quam vrgentes causas requirat hæc translatio. Tertiò probatur conclusio ex *cap. scias frater 7. q. 1.* quod causam necessitatis, aut communis vtilitatis necessariam ostendit ibi: Nam plurimorum vtilitas vnius vtilitati, aut voluntati præferenda est. Etenim illuc decet Prælatum accedere, vbi plus lucri spiritualis facere potest, licet maior ibi sit pœna, vt habet Glossa verbo plurimorum ex *cap. sancta 2. q. 8.* Demus finem huic assertioni.

6. Et tandem exponam hîc vnum à consiliis à Cardinale Bellarmino sanctitate vitæ, ac sapientia Eminentissimo, quinto loco exaratum in scriptura, quam Clementi VIII. Pontifici Maximo ex magno Christianæ Ecclesiæ zelo tradendam curauit, atq; habetur *c. 5. lib. 3. eiusdem Vitæ*, ait itaque: Quinta res (Bellarmini sunt verba, quibus libenter vtor, ne meis præclaram tanti viri doctrinam obscurem) est facilis translatio Episcoporũ de vna Ecclesia ad aliã; Translatio enim Episcoporũ secundùm canones, atque vsum veteris Ecclesiæ, necessitatem, vel maiorem vtilitatẽ: neque enim institutæ sunt Ecclesiæ propter Episcopos; sed Episcopi propter Ecclesias. Nunc autem quotidie translationes fieri videmus ea solum de causa, vt Episcopi vel honore vel opibus augeantur. Propterea notum est ex *cap. inter corporalia, de translatione Episcoporum*, vinculum matrimonij spiritualis esse aliquo modo maius, quam vinculum matrimonij corporalis, & ideò non posse solui, nisi à Deo, siue à Vicario Dei declarante voluntatẽ Domini sui; Quis autem credat velle Deum vt ob solum temporale lucrum, vel honorem vinculum huius sancti coniugij dissoluatur? præsertim; cum id sine detrimento animarum fieri nequeat, vt experimentum ipsum docet; neque enim Episcopi Ecclesias diligunt, quas breui se deserturos sperant, vt ad alias commodiores transeant. Adhæc autem Pontifex scripto suo in oris singraphæ Bellarmini, vt aliis præstiti monitis hisce respondit. Nos cum difficultate transferimus, & non defuimus monere Principes per nos, & per Nuntios nostros. Hæc verba tum Eminentissimi Cardinalis, tum Sanctissimi Pontificis expressi, vt omnibus pateat, quam caute Pontifices, & Reges in his translationibus procedere debeant.

7. Notandæ sunt tamen hîc aliquæ causæ ex sacris canonibus ad translationem Ecclesiarum faciendam Prima causa malitia est Plebis, quando Plebs adeo duræ ceruicis existit, vt proficere nequeat. Sic habetur

habetur *in cap. nisi cum pridem, de renunciat.*

8. Secunda causa, veræ ac notabilis persecutionis ex Math. 10. *si vos persequuti fuerint in vna Ciuitate, fugite in aliam*, quæ affertur septima *q. 1. cap. sicut alterius*, non ob priuatum solum Episcopi bonum, sed ne cura Pastoris in detrimentum vertatur ouium. Quamobrem addit Textus, si autem vtilitatis causa fuerit mutandus, &c. ac infrà necessitatis, &c.

9. Tertia est senectus, illa videlicet, per quam impotens redditur Episcopus ad exequendum officium pastorale ex *cap. nisi cum pridem, de renunciat. §. alia causa.* Verum hæc causa licet ad renunciationem sufficere videatur iuxta *cit. cap.* non tamen ad translationem, ne respectiuè modo infrà declarando.

10. Et tandem reliquum est mihi adnotare, neque defectum œconomiæ atque administrationis rei temporalis Ecclesiasticæ, neque ad disciplinam Ecclesiasticam conseruandam prudentis, notam absolutè sufficere ad translationem, sed ad coadiutorem dandum, vt constat ex *cap. quia frater 9. quæst. 1.* Pelagij Papæ, & meritò, cùm hi defectus cuicumque administrandæ Ecclesiæ noceant: non tamen inficior, non tantum alicui, vel prudentiæ, vel œconomiæ, vel aliarum ad regimen desideratarum aliquando virtutum esse necessarium, quantum ad vnam Diœcesim, & Ecclesiam, quam in præsentia regit, administrandam aliquando requiritur, quod satis profecto censeretur ad minorem Ecclesiam regendam, ad quam facultas fieri posset absque eius tamen detrimento transeundi ob hanc ipsam causam, atque ob bonum Ecclesiæ quam relinquit, quod etiam dictum volo de senectute, corporisque imbecillitate; quæ quidem ex se, vt paulò ante institui dicere, ad mutationem Ecclesiarum minimè sufficiunt, sed solum ad coadiutorem habendum ex *capit. petisti. 7. q. 1.* verum respectiuè, vt ita dixerim, quæ impedimento est senectus, vel afflicta valetudo regiminis magnæ Diœcesis, poterit sanè non obstare alteri minoris, immò salubritas aëris, cœlique temperies Ciuitatis, ad quam fit transitus, ad hanc poterit translationem prodesse; dummodò non Episcopi tantum consulatur personæ, sed vel bono communi Ecclesiæ quæ omittitur, nec probè regi à sene, vel attritæ valetudinis Præsule potest, vel alterius, ad quam transitus habetur, seruatis semper iis, quæ probè notantur in *cap. nisi cum pridem, de renunc. §. alia verò causa est.*

11. Et hæc omnia docet Geruda *de Episc. tom. 1. lib. 1. disp. 1. cap. 4. & tom. 2. l. 7. disp. 11. c. 2. & 3.* & circa præsentem quæstionem ne deseras etiam recognoscere Hurtadum *var. tom. 2. tract. 12. cap. 1. §. 9. limit. 2. num 1595. cum seq.* qui *num. 1628.* respondet ad quæsitum huius resolutionis, sic enim asserit; Nullus Episcopus quamuis dignissimus dimoueri potest à suo Episcopatu, præcisè vt ei pinguius beneficium conferatur, nisi alia subsit causa rationabilis. Quod si Episcopus nolit transferri, nequit Pontifex ipsum cogere, nisi subsit magna Ecclesiæ vtilitas, vel nisi transferatur, aliquod magnum damnum timeatur vel Reipublicæ, vel Ecclesiæ; sufficit tamen, vt Pontifex possit id præcipere, quod speretur aliqua vtilitas vel in temporalibus, vel in morum reformatione illius Ecclesiæ, ad quam fit translatio. Propter quam rationem existimo posse Episcopum cogere Parochum dignissimum, vt se opponat concursui alicuius beneficij Curati, aut Canonicatus Magistral. Ita Hurtadus.

12. Sed ex superius dictis: si aliquis curiosus inquirat cur Pontifex hoc matrimonium spirituale per consecrationem consummatum magis dissoluere possit, quam carnale consummatum? Ratio est, quia matrimonium carnale consummatum Christus induxit ad significandam indissolubilem vnionem Christi, cum Ecclesia per carnem assumptam, & proinde ex ratione huius significationis habet omnimodam indissolubilitatem; at verò matrimonium spirituale etiam per consecrationem consummatum, non haper hanc significationem, vti nec matrimonium carnale ratum, & nondum consummatum, quod proinde per ingressum Religionis dissolui potest, vt posteà dicetur.

Ref. 2. curfissime in fine §. Aliqui

13. Quo pacto ergo inquies in *c. inter corporalia 2. h. t.* dicitur, spirituale vinculum fortius esse carnali? Respond. non dici fortius quoad omnimodam indissolubilitatem, quandoquidem variis modis dissoluatur, veluti translatione, depositione, renunciatione, auctoritate summi Pontificis facta; Sed quoad alios respectus, veluti quia per matrimonium spirituale solui potest carnale, & spirituale ad se trahit carnale, non è contra. Nam, vt diximus, matrimonium carnale ratum non consummatum, dissoluitur per ingressum Religionis, etiam altero inuito *c. ex publico 10. de conuersione coniugat.* & post matrimonium carnale, etiam consummatum, possunt coniuges mutuo consensu Religionem profiteri, vt etiam posteà dicetur: è contra verò matrimonium spirituale non dissoluitur per carnale, nec semel professi Religionem possunt postmodum contrahere matrimonium carnale: Adde, quod matrimonium spirituale etiam indè fortius vinculum dici posset, quod operetur fortius, quatenus imprimit characterem, qui etiam post mortem manet, cum interim matrimonium carnale per mortem alterius prorsus soluatur, & hæc omnia docet Andreas Vallensis *in Paratila ad decret. lib. 1. tit. 7. n. 4.*

14. Vnde non deseram hîc apponere verba alterius Professoris Louanienſis, & ideò Henricus Zoesius *in comment. ad decretales lib. 1. tit. 7. num. 2.* sic ait, Solius enim Romani Pontificis est authoritas transferendi Episcopos *d. can. sicut in fine c. 1. & 2.* vbi quod dicit Innocentius, vinculum matrimonij spiritualis esse fortius vinculo carnalis, non meretur reprehensionem, quasi secum pugnaret Pontifex, vt quidam volunt in sedem Apostolicam minus bene adfecti, cum optimus ille, sanctissimusque omnium iudicio habitus Pontifex, rectè prætulerit vinculum spiritualis matrimonij, quasi fortius carnali, quod hoc soluatur morte; Ita vt non teneatur redire ad vxorem resuscitatus, secundum Apostolum ad Roman. 7. & communem opinionem, de qua infra *tit. de secund. nupt.* Prætereà per ingressum, & conuersionem alterius, vt dicetur *ad tit. de conuers. coniugat.* Spirituale verò non tollitur per mortem propter impressum characterem & per translationem, non aliàs quam auctoritate summi Pontificis, cui soli vt iam dictum est, auctoritas transferendi Episcopos. Et hoc est quod in *d. c. 2.* solum intendit disputare Pontifex. Hæc Zoesius.

Sup. hoc infrà in tr. 2. ex doctrina

RESOL. CI.

An Papa sit Dominus bonorum Ecclesiasticorum, & beneficiorum, ita vt de potentia absoluta possit priuare quoslibet Prælatos, vel Beneficiarios etiam sine causa, & bona Ecclesiæ arbitratu suo alienare possit.

Vel de plenitudine potestatis an possit dare bona Ecclesiæ, Monasterij, &c. cui voluerit, & res vnius Ecclesiæ, vel Monasterij in aliam Ecclesiam, vel pium vsum transferre?

Sed cursim docetur, quod si aliquis aliquid acceperit

à Papa sine causa dante, tenetur restituere. Ex par. 11. tract. 3. & Misc. 3. Resol. 14.

§. 1. NOuissimè Michaël Tarrada *in amplitudine Beneficiaria disp. 1. quæst. 1. numer. 37.* affirmatiuam sententiam docet, sic enim ait; Summus Pontifex est dominus absolutus rerum, & personarum Ecclesiasticarum. Communis & verissima opinio Doctorum *in cap. quæ in Ecclesiarum, de constitutionibus, & in cap. 2. de præbendis in 6.* Textus *in cap. inter, de fide instrumentorum cap. proposuit de concess. præbenda, Clement. 1. vt lit. pendente*, Glossa *in Canone consequens distinct. 11. Panormitanus in disp. 1. incipiente Episcopus colum. 1.* Barbatius *in dict. cap. quod translationem n. 92. & 93.* Mendoza *in reg. 6. cancell. q. 1. n. 3.* Rebuffus *in tra. nominationum. q. 11. n. 54. cum duobus seqq.* Ideò potest priuare de potentia absoluta quoslibet Prælatos, vel beneficiatos etiam sine causa *cap. 20. de donation.* Glossa *in Canone per principalem 9. quæst. 3.* & hanc verissimam asserit esse sententiam Abbas *in cap. 1. de voto Innocent. in cap. inquisitioni de re iudicata DD. in dict. c. 2. de præben. in 6.* Decius *in cap. vlt. de confirmat. vtili notatur in cap. ex gestis*, licet ibi fuerit iusta causa deponendi Anastasium Cardinalem tituli Sancti Marcelli de Clericis non residentibus, Corrasius *in c. 1. secundæ par. suæ paraphraseos*, vbi dicit, quod priuatio potest fieri in qualibet parte mundi à domino Papa tanquam Episcopo totius orbis, Archidiaconus, & Ioannes Andreas *in c. 1. de constit. in 6. extrauag. Sancta, de elect. in comm.* Gomez. *in proœmio regull. cancellariæ q. 2. vers. considerata*, & quoad hoc nullum esse dubium debet, quicquid dicat Rebuff. *in tract. nomin. q. 15. n. 30.*

2. Hoc tamen non facit Summus Pontifex, licèt illud de iure possit, Guillelmus de Monte Lauduno *in clement.* Romanus *de præbendis*, quia sanctus est *can. in sancta de consecratione distinct. 1. can. 1. distinct. 70.* vbi est bonus Textus Symmachi Papæ, & omnes in sua iustitia, iureque confouet *cap. licet, de ætate, & qualitate*, suum cuique seruari desiderans *can. fuit semper 9. q. 3.* quia iura cuncta in scrinio sui pectoris habere dignoscitur *dicto cap. 1. de constit. in 6.* Ideò nec ad dexteram, nec ad sinistram omninò declinat, sed incedit via regia, provt ipse asserit in sua decretali vna, vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

3. Obiicies; id quod nostrum est non potest à nobis tolli sine nostra culpa, toto *tit. de restit. spoliat.* sed beneficia sunt beneficiatorum, vt est communis & vera opinio Doctorum; ergo non possunt eis auferri sine illorum culpa. Respondeo maiorem quidem esse veram quoad inferiores Papæ, sed non quoad Papam; qui omnimodam habet potestatem in res, & personas Ecclesiasticas per *c. proposuit de concess. præbend.* cum infinitis aliis.

4. Instabis nemini debet fieri iniuria ab vllo siue Papa, siue Imperatore *c. nuper de donat. inter virum, & vxorem*, & probatur argumento deducto ex *cap. ex parte de foro compet.* qui eo casu peccarent eò grauius, quò sunt maiores cæteris Gloss. *in cap. 3. verb. maiores de transl. Episcopi*, sed si auferrentur beneficia possessoribus legitimis à Papa fieret eis iniuria. Ergo non potest Summus Pontifex illa tollere. Respondeo concessa maiore, nego minorem; Ille enim non censetur facere iniuriam, qui iure suo vtitur, *cap. cum Ecclesia de elect. c. dilectus de officio legati*, licet inferatur præiudicium alteri secundariò, quod tanquam consecutiuum non consideratur. Huc vsque Tarrada.

5. Sed Papam non esse dominum, sed summum administratorem bonorum Ecclesiasticorum tradunt communiter Theologi, & ideò ex hoc Lessius *de Iust. lib. 2. cap. 4. dub. 5. n. 19.* infert, quòd Papa non potest vnius Monasterij bona sine iusta causa dare alteri Monasterio, vel Ecclesiæ absque peccato iniustitiæ: cuius ratio non est alia, quàm quòd non habeat illorum dominium, sed solùm ius administrationis. Et hoc etiam docet Caramuël *in Theolog. Regular. disp. 56. num. 825.* vbi sic ait, Quodcumque Benedictinorum Monasterium (idem dicito de quacunque Congregatione habente bona in communi) habet verum, perfectum, priuatum, & actuale dominium proprietatis, in omnia illa bona tam mobilia, quam radicalia, quæ sua dicuntur. Dominium iurisdictionis immediatè pertinet ad Abbatem domus, quæ est mater eiusdem Monasterij: hic enim ex natura rei, ni dentur sanctiones legitimæ, quæ aliter disponant, habet dominium iurisdictionis in omnes filiationes, vt videbimus inferius suo loco. Dominium iurisdictionis supremæ pertinet ad Pontificem Maximum, ad quem spectat etiam dominium politicum perfectum, ratione cuius poterit, si detur causa grauis id exigens, bona vnius Monasterij dare alteri eiusdem, vel alterius Ordinis, vel alij Ecclesiæ. Causam grauem id exigentem postulo, vt Pontifex possit bona vnius Monasterij dare alteri, vt præcludam aditum adulatoribus, & ostendam dignitatem Pontificiam ad bonum publicum Ecclesiæ esse institutam, non autem ad confusionem, & turbationem singularium: Non posse Pontificem pro arbitratu suo sine causa bona vnius Cœnobij sibi assumere, vel alteri, aut Monasterio, aut Ecclesiæ dare (Ecclesiæ etiam nomine Episcopos intellige; & S. R. E. Cardinales) docet Lessius subscribens communi Doctorum opinioni. Quoniam ad hoc vt Pontifex Summus posset sine causa bona mei Monasterij auferre, deberet habere in bonis dicti Monasterij ius dominij actualis, quale habet sæcularis in suis bonis, & quale ipsemet Pontifex in bonis Capuccinorum, & Fratrum Minorum de Obseruantia. Cæterum in bonis aliarum Religionum dominium actuale non ad summum Pontificem pertinet, sed ad communitatem. Ita ille.

6. Hanc autem sententiam tenet Layman. *lib. 3. tract. 4. c. 10. num. 15.* vbi sic ait; Quid de summo Pontifice sentiendum, vtrum bona Ecclesiæ arbitratu suo alienare possit? Respondeo cum Nauarr. *Comment. de spoliis clericorum §. 2. & 3.* licet Papa Canonici iuris solemnitatibus absolutè loquendo astrictus non sit, sicut alij Prælati: tamen & ipse naturali, ac diuino iure prohibetur alienationes inutiles efficere, cum bonorum Ecclesiæ non dominus, sed Summus administrator à Christo constitutus sit, non ad dissipandum, sed ad dispensandum. Quare, ita distinguit Nauarr. *cit. §. 3. num. 8. iuncto §. 15. numer. 4.* Quod alia alienatio rerum Ecclesiasticarum facta à Papa est iusta, & valida, quæ videlicet rationabili causa nititur: alia est valida, & non iusta, si absque rationabili causa res vnius Ecclesiæ in aliam Ecclesiam, aliiumvè pium vsum transferatur: alia denique neque iusta, neque valida, si res Ecclesiæ sine rationabili causa in vsus prophanos alienentur, verbi gratia laïcis sine iusta causa donentur. Huc vsque Layman, cui adde Dicastillum *de iust. lib. 2. tract. 3. disp. 1. dub. 15. n. 19. & tract. 15. disp. 1. dub. 6. par. 2. n. 262.* asserens Pontifices esse constitutos à Christo administratores bonorum Ecclesiasticorum, non autem dominos.

7. Hoc etiam docet Episcopus Malderus *de iust. tract. 1. cap. 4. dub. 8.* firmans Papam non esse dominum bonorum Ecclesiasticorum, ne quidem specialiter pertinentium ad Ecclesiam Romanam *cap. non licet 12. quæst. 2.* neque enim potest pro suo ar-

bitrio hæc bona alienare, sed tantùm vt fidelis, & prudens dispensator; idem etiam dicit Fragos. *tom. 2. lib. 3. disp. 9. §. 4. num. 1.* Turrecremata *in Summa l. 2. c. 113.* Sanchez *in Sum. tom. 2. lib. 7. c. 29. n. 96.* Vide Tannerus *t. 3. disp. 10. q. 6. dub. 8. n. 311.* Loquens de domino bonorum Ecclesiæ dixit, vel esse penes ipsam communitatem Ecclesiasticorum, vel penes solum Deum, vel Christum Dominum. Ergo Papa dicendum est esse de talibus bonis tantùm summum administratorem.

8. Et ideò occasione illorum verborum D. Pauli 1. Cor. 4. *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministrorum Dei:* hùc iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur, dicit Sotus *de Iust. lib. 3. q. 6. art. 2. ad 5.* Non est opus argumento, vbi Apostolica tuba canit, à qua ius Canonicum discrepare non potuit, nec credendus est Pontifex assensisse vnquam assentationi dicentium esse eum dominum. Et ideò D. Thomas *in 2. 2. q. 63. art. 2. ad 1.* in quo loco Cardinalis Caietanus sic ait; sub nomine Ecclesiastici Prælati clauditur etiam Papa, est enim Christi minister, & dispensator ministeriorum Dei; ideò oportet fideliter dispensare, *& q. 43. art. 8.* addit, quod si quis alio[illegible] acceperit à Papa, sine causa dante, tenebitur restituere, sicut depositarius, & dispensator. Ita Caietanus. Et idem Sanctus Magister in eadem *2. 2. q. 100. artic. 1. ad 7.* sic ait; Quamuis enim res Ecclesiæ sint eius (hoc est Papæ) vt principalis dispensatoris, non tamen sunt eius vt domini, & possessoris. Idem docet ibidem Caietanus tradens Papam non esse dominum rerum Ecclesiasticarum, sed dispensatorem, nec de plenitudine potestatis posse ad libitum dare bona Ecclesiæ cui voluerit, sed teneri fideliter dispensare, vt recta ratio suadet iuxta illud. Hinc iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis iuueniatur, sic Caietan.

9. Quæ quidem omnia antea dixerat D. Bernardus ad Eugenium Papam *de consider. l. 3. c. 1.* Dispensatio (ait) tibi credita est, non data possessio. Si pergis vsurpare, & hanc; controdicit tibi qui dicit meus est orbis terræ, & plenitudo eius; possessionem, & dominum cede huic; tu curam illius habe; pars tua hæc, vltra ne extendas manum.

10. Verùm his non obstantibus Filliucius *tom. 3. tract. 44. c. 3. n. 10.* putat esse opinionem probabiliorem illam, quæ asserit Pontificem esse dominum bonorum Ecclesiasticorum, & beneficiorum, & vsque ad *n. 56.* latè discurrit, quo pacto Pontifex possit alienare bona Ecclesiastica, vel auferre bona alicui Ecclesiæ, & dare aliis Ecclesiis, aut beneficium vni collatum, alteri tradere, & ideò quando hi casus occurrerint, dictum Filliucium adi, & non pigeat, qui licèt, vt diximus, teneat, Papam habere verum dominium bonorum Ecclesiasticorum, & beneficiorum, tamen in supradictis casibus sæpius arctat, vt par est, manus Pontificis, & eius auctoritatem, & demonstrat quando illicitè tali vteretur dominio.

11. Sed quid ego sentiam in hac quæstione dicam breuiter. Absit quòd cum Soto parum modestè Canonistas assentatores Pontificis vocem; displicet tamen id, quod asserit Filliucius, eorum opinionem esse probabiliorem: itaque adhæreo sententiæ Theologorum asserentium, Papam non esse dominum bonorum Ecclesiasticorum, & beneficiorum, sed tantùm summum administratorem; Et ideò præter Lessium *vbi suprà*, & alios vide Molinam *de Iust. tract. 2. disp. 29.* Fragosum *tom. 2. lib. 3. quæst. 1. n. 5.* Azorium *tom. 2. lib. 6. cap. 12. quæst. 7.* Stephanum Fagundez *in præcepto Decalogi tom. 2. l. 8. cap. 22. num. 2 cum seq.* Probatur nostra sententia ex D. Paulo *ad Cor. 4. fol. 147.*

12. Secundò, quia si Papa esset verus dominus omnium beneficiorum, posset omnes fructus eorum in suam propriam, & peculiarem vtilitatem conuertere, & pro libito eis vti, quod nemo sanæ mentis dicet. Et tandem iura, quæ allegantur pro opinione, & parte contraria, & præcipuè Clementina 1. *vt lite pend.* quæ commendat plenam, & liberam dispositionem suprematque dispensationem summorum Pontificum, circa omnia beneficia Ecclesiastica, Episcopatus etiam, & Archiepiscopatus, eò tantum tendunt, vt Papa non sit dominus, sed supremus dispensator illorum; & quòd dicatur libera, id tantùm significat quòd Papa nullum agnoscat superiorem in terris, non tamen vt sit dominus illorum. Vnde cum ita sit libera, & suprema, vt nullum superiorem habeat, non excusatur à peccato. Libera ergo plenitudo potestatis summi Pontificis in beneficialibus respicit tantùm facultatem conferendi beneficia validè, vt sibi placuerit, cum à nemine pendeat, & nemo ei contradicere valeat, non tamen vt illicita prouisio desinat esse illicita.

13. Distinguendum est igitur inter beneficiorum prouisionem, & priuationem, & de primo negotio asserit summum Pontificem prouidere licitè beneficia cuicumque voluerit, dummodò prouisus idoneus sit comparatione non digni; & dummodo conferat digniori respectu digni: si tamen dignis, relictis dignioribus; aut indignis relictis dignis conferat, asserit peccare, sed prouisionem tenere, quia est summus dispensator, & non habet iudicem in terris. Ex his infertur, quòd Papa non possit de plenitudine potestatis licitè auferre beneficia iis, qui illa pacificè obtinent pro mero arbitratu suo absque vlla causa, & satisfactione illorum, qua de re duæ sunt opiniones. Probat hoc Fagundez ex variis rationibus, & respondet ad omnia ea, quæ Canonistæ adducunt aduersus superius dicta, præsertim ad Textum *cap. 2. de præbend. in 6. & Clem. 1. vt lit. pend.* meritò igitur teste Sarmiento *lib. 1. Select. cap. 8. num. 25.* Pius V. dicere solebat Pontificem non esse dominum beneficiorum, sed dispensatorem, & proinde beneficia non esse manualia.

RESOL. CII.

Quamtis non plenè sp. prima diffic. huius tituli, lege tamen, & non pigebit, in tom. 2. tr. 1. doctrinam & rationes Resol. 140.

An Pontifex, si propter tremorem manus dexteræ non potest eleuare Calicem, nec frangere Hostiam, possit secum dispensare super hos Ritus, & cæremonias vt Missam celebret.

Et an habeat iustam causam dispensandi super hoc?

Et an ad id teneatur?

Et quæritur, & discutitur, an fractio, & mistio Hostiæ pertineant ad essentiam Sacrificij.

Et an Pontifex possit dispensare cum aliis super supradictos Ritus.

Et notatur Regem Galliæ ex dispensatione aliquoties in communione sumere vtramque speciem.

Et Carthusienses non eleuare Sacrum Calicem pro conseruatione suarum cæremoniarum.

Et asseritur Principem Supremum posse licitè dispensare absque causa.

Et docetur in assumptione vtriusque speciei non concedi abundantiorem gratiam, quam sub vna tantum.

Et an sit obligatio præcepti diuini celebrandi Missam saltem ter, vel quater in anno?

Et discutitur, an habens priuilegium Bullæ Cruciatæ audiendi Missam tempore interdicti, & habens Breue audiendi Missam in priuato Oratorio, teneatur illam audire.

Et

Et aduertitur, quod licet quis ex præcepto diuino teneatur integrè confiteri, tamen pro adimpletione talis præcepti non tenetur adhibere medium, etiam si facile posset, vt scribere peccata; etiam si certo sciat tempore confessionis non omnia in memoria occurrenda.

Item pro adimplendo præcepto annuæ confessionis, si pœnitens, v. g. esset mutus, vel confessarius surdus, non tenetur pœnitens confiteri per scripturam, etiam si commodè posset hoc facere.

Item similiter excommunicatus, aut interdictus licet facile possit absolutionem à censura obtinere, excusatur tamen à præcepto Missæ, si illam non obtineat. Ex part. 12. tract. 3. & Misc. 4. Resol. 3.

§. 1. REspondeo affirmatiuè, quoad primum punctum, nam vt ego firmaui *in par.* 8. *tract.* 1. *resolut.* 1. *cum seq.* Summus Pontifex, licèt non possit dispensare, nec mutare ea, quæ pertinent ad essentiam Sacramentorum, potest tamen dispensare, & mutare ea quæ pertinent ad eorum accidentalia, ritus, & cæremonias, quod etiam obseruat Eminentiss. Cardinal. Lugo *de Sacrament. Eucharist. disput.* 19. *section.* 8. *numer.* 1. *& alij communiter.* Sed in Sacrificio Missæ, vt benè docuit Pater Dicastillus *de Sacrament. tom.* 1. *tract.* 5. *dispu.* 1. *dub.* 4 *numer.* 69. ritus cæremoniæ, & iple Canon pertinent ad essentiam sacrificij, nec fuerunt à Christo Domino compositæ, sed ab Apostolis, & ab ipsa Ecclesia, ergo cum in casu nostro nihil dispensetur, vel mutetur circa substantialia Sacrificij missæ, sed tantùm circa accidentalia, sequitur necessariò posse ipsum Summum Pontificem circa supradictos ritus dispensare, aut aliquid immutare, vtpotè non pertinentes ad essentiam Sacrificij.

2. Nec obstat dicere celebrantem non posse per alium efficere id, quod pertinet ad essentiam Sacrificij, non enim posset per alium consecrare Hostiam. Ergò neque per alium frangere, vt faciendum est in casu nostro; nam Guilielmus Estius *in 4. sentent. tom. primo, distinct.* 12. Melchior Canus *de Locis Theol. lib.* 12. *super* 13. *ad quartum argumentum*, Valentia *tom.* 4. *disput.* 6. *quæst.* 9. *punct. prima, §. cum aliis*, docent fractionem, & mixtionem Hostiæ pertinere ad essentiam Sacrificij; ergo facienda est necessariò ab ipso celebrante. Respondeo; hanc opinionem communiter à Doctoribus non approbari, & ideò illam refellit Mercerus *de Sacrament. in* 3. *part. Diui Thomæ, quæstion.* 83. *dub.* 3. *præpos.* 3. Cardinalis Lugo, *de Sacrament. Eucharist. disput.* 19. *sect.* 3. *numer.* 40. Suarez *in* 3. *part. tom.* 3. *disput.* 75. *sect.* 3. *§. Tertiò dicendum.* Dicastillus, *de Sacrament. tom.* 1. *tract.* 5. *disp.* 1. *dub.* 9. *numer.* 149. Granadus *in Tertiam partem contro.* 6. *tract.* 14. *disput.* 3. *sect. prima, numer.* 1. & 2. Hurtadus *disput.* 1. *de Sacrificio Missæ difficult.* 6. Coninchus *de Sacrament. quæst.* 83. *artic.* 1. *dub.* 5. Caspensis *in Curs. Theol. tom.* 2. *tract.* 23. *disput.* 1. *volum.* 2. *num.* 21. Vasquez *in* 3. *part. tom.* 3. *disput.* 222. *cap.* 2. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 5. *de Eucharist. cap.* 1. *numer.* 22. Leandrus *de Sacrament. tom.* 2. *tract.* 8. *disp.* 1. *quæst.* 15. Villalobos *in Summa tom.* 1. *tract.* 8. *difficult.* 5. *numer.* 4. Castrus Palaus *tom.* 4. *tract.* 22. *quæst.* 2. *numer.* 2. Tannerus *tom.* 4. *disp.* 5. *quæst.* 9. *dub.* 2. *numer.* 40. & 41. Ioan. Vvigers, *de Sacrament. quæst.* 83. *dub.* 9. *numer.* 35. Hentiquez *lib.* 9. *cap.* 9. *numer.* 19. Præpositus *in* 3. *part. quæst.* 83. *artic.* 1. *dub.* 6. *numer.* 33. Auersa *de Sacrament. Eucharist. q.* 13. *sect.* 2. *& alij communiter.* Probatur ex D. Thoma *in* 3. *part. quæst.* 83. *art.* 6. *ad* 6. vbi docet, si contingat fractionem omitti non fore propterea imperfectum Sacrificium. Secundò, quia Missale Romanum in Rubricis docet, nihil esse repetendum, si Hostia ante fractionem incidat in calicem per negligentiam, vel aliter, idcóque relinquenda erit Hostia in cælice, vsque ad sumptionem. Tertiò, quia huius fractionis non fit mentio in Lithurgia Sancti Basilij, proinde non fuit vsitata per Ecclesiam vniuersam. Quartò, quia Christus non est vsus mysstica fractione, illa enim, quam adhibuit, fuit in ordine ad distributionem in Discipulos. Similiter Christus mixtione non fuit vsus, panis enim, quem Iudæ porrexit, non erat consecratus, neque vino intinctus, sed iusculo. Licèt itaque Christus panem fregerit, tamen illa fractio non se habuit formaliter ad rationem Sacrificij, sed solùm materialiter, vt Sacramentum distribueretur Apostolis. Nec obstat quod habet Apostolus 1. *Corinth.* vbi pro eo, quod habeamus, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, in Græco κλώμενον frangitur, quia Apostolus non vult fractionem, quæ adhibetur ab Ecclesia esse de ratione nostri Sacrificij, sed alludens ad sacrificia cruenta, ita loquitur: nec aliud vult, quam hoc est Corpus meum, quod pro vobis offertur, non intendens id fieri per realem specierum fractionem. Ita Doctores citati, quibus etiam adde Baunium *in Theol. moral. tom.* 1. *tract.* 6. *quæst.* 4. & omninò videndum Augustinum Bernal. *de Sacrament. disput.* 22. *section.* 1. *§. secundo, numer.* 13. *cum seq.* Ergo cum fractio, & mixtio non sint de essentialibus Sacrificij Missæ, sequitur posse illas Summum Pontificem dispensare, vel aliquid immutare, vt faciet in casu nostro, vndè Dicastillus *vbi suprà dub.* 12. *numer.* 259. & Lessius *in* 3. *part. quæst.* 82. *artic. primo, dub.* 6. *numer.* 28. indiuidualiter notauit fractionem Hostiæ, vel mixtionem particulæ cum sanguine in Calice, esse tantùm cæremoniam nudam, licèt grauem, & significatiuam, & eleuationem Sacramenti non esse de substantia docet Serra *in* 3. *partem Diui Thomæ, quæst.* 83. *articul.* 1. *dub.* 2. vbi notat, quod Carthusienses non eleuant Sacrum Calicem, ex priuilegio, vt reor, Summi Pontificis, pro conseruatione suarum cæremoniarum, quod est valdè notandum, quia à multis non obseruatum. Ergo potest Pontifex circa hos ritus dispensare. Et ideò ad confirmationem omnium supradictorum non deseram hìc apponere verba Petri de Ledesma *in Summa tom. primo, de Sacrament. Eucharist. cap.* 24. *conclus.* 10. vbi sic ait, *Seria pecado mortal dezir Missa sin mezclar el aguden el vino, mas por dispensacion del Pontifice auiendo causa legitima, podria ser licito lo contrario. Lo que se hà dichio desta ceremonia se hà de dezir tambien de otra muy graue ceremonia, y vecina ala sustancia del Sacrificio, qual es el dezir Missa con pan sin leuadura, el diuidir la Hostia, y mezclar la Hostia con la especie del vino.* Ita ille, & post illum Pater Franciscus Lugo *de Sacrament. lib.* 5. *capit.* 9. *quæstion.* 3. *numer.* 25. vbi docet quod, *si Sacerdos non possit eleuare Hostiam, vel frangere posse* ex iusta causa Pontificem dispensare. Si ergo Pontifex cum aliis in supradictis ritibus, & cæremoniis potest licitè iusta existente causa dispensare, quanto magis dicendum est posse cum se ipso in casu nostro.

3. His itaque suppositis, posse Sanctissimum Dominum nostrum celebrare existimo cum Sacerdo-

dote assistente, hoc pacto videlicet. In consecratione, si non potest sumere Hostiam in manibus, tangat illam, & proferat verba consecrationis; deinde, quia non potest manibus eleuare Calicem, sine periculo euersionis sanguinis, faciat eleuare illum à Sacerdote assistente, & ipse Pontifex tangat manu pedem Calicis dum eleuatur, & tandem in fractione, & mixtione cum speciebus vini, dum hæc efficiuntur à dicto Sacerdote, quia Pontifex non potest hoc facere suis manibus, dicat tamen verba, quæ dici debent, & postea suo tempore sumat species etiam ex manibus dicti Sacerdotis, asserendo ipse verba, *Domine non sum dignus*, &c. & alia, quæ dicenda sunt. Et sic supradicti ritus non prorsus tolluntur, sed tantùm in aliquo immutantur cum adiutorio Sacerdotis assistentis; nec nouum est in Sacrificio Missæ celebrantem aliquid operari cum assistente, circa ritus, & cæremonias ipsius Sacrificij, vt patet in Missa Papali, & etiam in Missa solemni, & vt vulgò dicitur cantata, in qua Diaconus infundit vinum in Calicem, & simul offert cum Sacerdote dicens, *Offerimus*, &c. tenens interim dextera pedem calicis, & sinistra brachium Sacerdotis, & in aliis pluribus, de quibus Castaldus *in Cæremon. lib. 1. sect. 7. cap. 5.*

4. Sed quia ad licitè dispensandum, opus est iusta causa, ideò respondeo ad secundum punctum affirmatiuè, nam vt asserit Præpositus *in 3. part. quæstion. 8. dispens. matrim. dub. 9. numer. 29.* Arriaga *in Curs. Theol. tom. 4. disput. 30. subsection. secunda, numer. 10.* & alij communiter dignitas personæ, cui concedenda est dispensatio, iustam causam præbet dispensandi, vnde dignitas Imperialis fuit iusta causa dispensandi, vt Carolus Quintus Sacram Synaxim sumeret post cibum, vt obseruat Pater Famianus Strada *in Histor. Belgica lib. 1. decad. 1.* Et etiam dignitas Regalis præbuit iustam causam dispensandi, vt Rex Galliæ aliquoties in communione sumeret vtramque speciem, vt testatur Cœllotius *de Hierar. Eccles. lib. 5. cap. 17. §. secundo*, Iacobus Guarnerus *in Tabula Chronographica ad annum 1437.* Ergo quanto magis dicendum est in casu nostro dignitatem Pontificiam, præbere iustam causam dispensandi, sicuti coniunctam cum pietate, & deuotione puto præbuisse etiam iustam causam dispensandi Leoni III. vt plures Missas quotidie celebraret, vt testatur Pater Henriquez *in summa* & Cardinalis Baronius *tom. 6. anno 816.* & Pio III. vt celebraret sedendo, sicuti habetur in Diariis Romanis Magistri cœremoniarum. Et quidem, si Diuus Paulus ad Hebræos, *capit. 5.* dixit. *Omnis Pontifex ab omnibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis, & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso Sacrificium offerre.* Et ideò Sanctus Cyprianus *Epist. 54. ad Cornelium*, sic ait, *Episcopatus nostri honor grandis, & gloria hoc est Eucharistiam dedisse Martyribus, vt Sacerdotes, ideſt vt Episcopi Sacrificia Dei quotidie celebremus hostiam Deo, & victimas præparemus.* Vt enim notat ibi Panelius *numer. 12. mos erat apud veteres, vt quotidie Sacrificia celebrarent Episcopi.* Ergo ex his iustam causam habere in casu nostro Pontificem dispensandi, vt Missam celebrare possit nemo cordatus negabit. Imò Arriaga *in curs. Theol. tom. 4. disput. 30. sect. 1. num. 8. & 9. in fine* docet esse probabilem sententiam aliquorum asserentium Principem supremum posse licitè dispensare absque causa, quod etiam docet ex Glossa, Bartholo, & aliis Ioan. Machadus. *de Perfecto confessario, tom. 1. lib. 3. part. 8. tract. 3. docum. 7. num. 3.*

Sup. hoc supra in Ref. 49. §. Nota tamen. cursim in fine.

Sup. hoc quamuis pro validitate

5. Sed quidquid sit de hoc in casu nostro Pontifex iustam habet causam dispensandi, ideò quæritur, quod erat tertius punctus, an teneatur in rigore & sub onere peccati mortalis dispensare.

6. Et affirmatiuè videtur respondendum ex doctrina Sancij *in selectis disp. 43. num. 8.* & aliorum, quos citat Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 10. numer. 2.* quia si causa iusta adest exercendi potestatem dispensandi, Prælatus tenetur illam exercere, alias contra debitum sui muneris faceret; sed in casu nostro adest causa dispensandi, vt visum est. Ergo Summus Pontifex tenetur hanc potestatem dispensandi secum exercere.

7. Verum mihi placet sententia aliquorum, videlicet posse dari casum sufficientem ad dispensandum, si velit Superior: non tamen sufficientem ad illum constringendum ad dispensationem præstandam; *nisi adesset publicum scandalum, vel dispensationis negatio noceret notabiliter, & grauiter bono communi, vel speciali alicuius personæ.* Et ita ego olim docui *in par. 8. tract. 3. resol. 27.* & ante me docuit Salas *de legibus tract. 14. disput. 20. sect. 7. in fine.* Sanchez *vbi supra num. 6.* Suarez *de Legibus lib. 6. cap. 18. numer. 21. & de Religione tom. 1. lib. 4. cap. 20. numer. 15.* Hurtadus *de Matrim. disp. 5. difficult. 20. numer. 31.* Castrus Palaus *tom. 1. tract. 3. disput. 6. punct. 8. numer. 10. & alij.* Sed in nostro casu non adest scandalum publicum, quia si Pontifex non celebrat, hoc euenit ex manifesta eius infirmitate, quæ omnibus patet; & ipse frequenter sacram Eucharistiam coram omnibus, audiendo Missam, deuotè percipit; quod scandalum ergo (his suppositis) ex non celebratione Pontificis oriri potest, nisi Pharisaïcum, quod nullus euitare tenetur iuxta doctrinam D. Thomæ, *in secunda secundæ quæst. 33. art. 7.* Deindè in casu nostro ingens damnum boni communis non apparet, nam celebratio vnius Missæ Summi Pontificis quid addit, vel minuit, ad Missas infinitas, quæ quotidie in Ecclesia offeruntur. Et tandem non adest ingens damnum boni spiritualis ipsius Pontificis, nam vt dictum est ipse frequenter sacram Synaxim sumit, & licèt celebrando sumeret vtramque speciem corporis, & sanguinis, vnde secundum aliquos abundantiorem gratiam acciperet, vt tenet Cardinalis Lugo, *de Sacrament. Eucharist. disput. 12. section. 3.* Bernal. *de Sacrament. Eucharist. disput. 41. section. 2. §. 1.* Leandrus *de Sacrament. tom. 2. tract. 7. disput. 11. quæst. 25.* & alij penes ipsos. Attamen non deserunt Doctores magni nominis asserentes in sumptione vtriusque speciei non concedi abundantiorem gratiam, quàm sub vna tantùm. Et ita ego sentio, cum D. Thoma *in 3. par. quæst. 80. art. 11. ad 3.* & ibi Caietanus, Araujo, Nugnus, Serra, Syluius, & alij expositores Sancti Magistri, quibus adde Cardinalem Bellarminum *lib. 8. de Eucharist. capit. 23.* Henriquez *lib. 8. cap. 8. numer. 2.* Coninchum *de Sacram. q. 79. art. 1. dub. 2. n. 34. & 46.* Suarez *in 3. par. disp. 63. sect. 6. & disp. 72. sect. 1. 2. 3.* & plures alios penes ipsos. Vnde pro hac sententia Leandrus adducit 20. Doctores *de Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 11. quæst. 25.* Ergo ex his apparet Sanctissimum Dominum Nostrum in rigore loquendo non teneri sub peccato mortali in casu nostro dispensare, vt celebrare possit eo modo, quo superius dictum est.

dispensationis sine causa, lege infrà in tr. 2. doctrinam Ref. 7. signanter à lin. 4. vers. cum iniuſſi sit principe, & si placet vide etiam alias Ref. eius not. & pro licita dispensatione in hoc casu lege ibi Ref. 8. & alias eius primæ not.

Quæ hic est frà in tr. 2. Ref. 15.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 2. Ref. 34. &

8. Dices, quando adest obligatio adimplendi aliquod

aliquod præceptum, quis tenetur vti priuilegio, quo posito potest præceptum adimplere, & sic habens priuilegium Bullæ Cruciatæ audiendi Missam tempore interdicti, & qui habens Breue audiendi Missam in priuato oratorio tenetur illam audire, & vti illis priuilegiis, vt tradunt Authores, quos citat, & sequitur nouissimè Gallegus *in Bullam Cruciatæ capit. 4 dub. 28.* Tanner. *tom. 3. disp. 3. quæst. 6. dub. 2.* Præpositus *in 3. part. quæst. 83. art. 6. dub. 4.* Bardi. *in Bulla Cruciatæ tract. 1. cap. 2. sect. 6.* Andreas Mendo *in Bull. disp. 15. cap. 3.* & alij. Ergo cum adsit obligatio præcepti Diuini celebrandi Missam saltem ter, vel quater in anno, vt tradunt Doctores, quos citat, & sequitur nouissimè Thomas Hurtado *in var. tom. 1. tract. 4. cap. 7. resol. 29. §. 2. num. 337.* sequitur Summum Pontificem ad implendum hoc præceptum teneri vti priuilegio, *videlicet authoritate, qua potitur dispensandi.*

Sup. his priuilegiis, pro priuilegio Bullæ Cruciatæ vide infra in Resolutionibus. an. n. post. fol. & pro priuilegio Oratorij in fol. noct. vide fol. & in aliis earū mentionē.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 1. de doctrina Resol. 5. ignanter §.

9. Sed ad hoc respondeo non deesse Doctores præstantissimos, qui hæc omnia negant, & ideo docent aliquem non teneri pro adimplendo præcepto, vti priuilegio, & sic asserunt habentes priuilegium Bullæ cruciatæ, non teneri audire Missam tempore interdicti, & ita docet Aulla, & alij plures quos ego citaui *in par. 1. tract. 11. resol. 2.* & hanc sententiam nouissimè tanquam probabilem, problematicam admittit, & tuetur me citato Remigius *in pract. Confess. tract. 6. c. 7. §. 1. num. 6.* & me citato Merolla *in Theol. moral. tom. 3. cap. 6. dub 2. difficul. 2. num. 59 & 68.* & me citato Dicastillus, *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 5. dub. 10. num. 156.* vnde Escobar de Mendoza *in pract. Confess. par. 2. lib. 3. cap. 8. num. 84.* in casu simili sic ait. *Vn Ciego sabelos Psalmos no esta obligado à recitar los Maytines pues no puede leer las lecciones, ni esta obligado à buscar qui en la ayude. Ni esta obligado à admitir le porque rezar, con compañero, es priuilegio, del qual puede vno vsar, y dexar de vsari libremente.* Ita ille, cui adde Remigium *in pract. Confess. tract. 5. cap. 7. §. 15. num. 3.* Ioan Hentiquez *in qq. Pract. sect. 36. quæst. 26. num. 63.* Sancium *in select. disput. 15. num. 8.* & Possentium *in Recoll. qq. moral. verb. Hora Canonicæ cap. 1. num. 24.* Et sic plures negant ex eadem ratione habentem priuilegium à Summo Pontifice, audiendi missam in Oratorio priuato domus suæ, si sit infirmus, vel carceratus; negant inquam teneri ad præceptum audiendi Missam in diebus festiuis, & ita docet Homobonus *in resp. cas. conscient. 1. resp. 41.* Ledesma. *in sum. de Sacram. Eucharist. cap. 27. consil. 15.* Escobar. *in Theolog. moral. tract. 1. exam. 11. num. 97.* & me citato Pellizzarius *in man. Regul. tom. 1. tract. 8. c. 2. n. 159.* Ergo & in casu nostro licèt Pontifex habeat priuilegium, id est authoritatem dispensandi non tenetur ea vti, vt supponitur in argumento contrario, stante obligatione præcepti Diuini, vt sacerdos aliquando celebret.

Quæ nunc tenentur in 4. tes. fol. 134. & in tr. 1. fol. 31. §. 1. al medium, & in Resol. 16. Addis. ad mihi. verb. Tam. & ex addita 51. & quæri. 8. sep. huius in Resol. In fin. Cap. contento in hac textu infra in tr. 6. fol. 36. & 37. & 44. alias 3. & verb. Ex addita, & ia. & in multis aliis earum mentionē.

10. Sed quidquid sit de veritate harum opinionum, ego puto nihil contra nos efficere, est enim dispar ratio inter adductos casus, & casum nostrum; nam in allatis exemplis, Bulla Cruciatæ supponitur iam sumpta, & ideo illi tenentur audire missam, quia vrget obligatio præcepti, & impedimentum per susceptionem Bullæ, iam ablatum est. At in nostro casu dispensatio adhuc non extat, & quæritur, an Pontifex teneatur illam adhibere, quod nos negamus? Secus omnes negant in allatis exemplis non teneri tempore interdicti quis sumere Bullam, si illam non habeat ad audiendum sacrum, nec infirmus, vel carceratus, si non habet priuilegium de Oratorio priuato teneri illud petere a Pontifice etiamsi certò sciret concessurum. Ita & in casu nostro, & ideo, vt dixi allata exempla sunt magis in fauorem nostræ sententiæ, quam contra.

11. Instabis, quod obligatus ad implendam aliquam legem, præsertim ordinatam ad implendum præceptum diuinum, vt est in casu nostro, tenetur adhibere media, quæ non sunt magnæ difficultatis. Respondeo distinguendo; si sunt solita, nec cadunt ex interpretatione sub obligatione legis: nego. Et ratio est, quia quando lex non potest seruari eo modo, quo communiter, & vniuersaliter solet seruari, desinit obligatio.

12. Confirmantur superius dicta aliis exemplis, & Primò; licèt quis ex præcepto diuino, teneatur integrè confiteri, tamen pro adimpletione talis præcepti; non tenetur adhibere medium, etiamsi facile posset, vt scribere peccata, etiamsi certò sciat tempore confessionis non omnia in memoriam occurrenda; ita Possentius *in recollect. quæst. moral. verb. confess. Sacrament. num. 2 punct. 2. §. 1. num 4. & alij.* Item pro adimpletione præcepti annuæ confessionis, si pœnitens v. g. esset mutus, & Confessarius surdus, non teneretur pœnitens adhibere medium, & remouere hoc impedimentum, confitendo videlicet per scripturam præsente Sacerdote; etiamsi commodè posset hoc facere. Ita docent 13. Doctores, quos etiã me citato adducit Leandrus *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 3. quæst. 61.* Similiter excommunicatum, aut interdictum licèt facile possit absolutionem à censura obtinere, excusari tamen à præcepto Missæ, si illam non obtineat, & ita me citato tenet Dicastillus, vbi infra, & etiam me citato Leandrus *de Præceptis Ecclesiæ tract. 2. disp. 2. q. 5.* Isambert. *in 3. part. quæst. 80. disp. 6. art. 2.* Azorius *par. 1. lib. 7. cap. 41. disp. 3.* Fagundez *præcep. 3. Eccles. lib. 1. cap. 6. num. 7. & alij* Ratio verò horum hominũ est illa, quam adducit Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 5. c. 5. dub. 10. num. 134.* quia nemo tenetur se constituere in numero eorum, qui præcepto comprehenduntur, si ab illo ex lege non comprehenditur; sed solum tenetur præceptum implere, quando est in statu, quod à lege sub ipso præcepto comprehensum est. Ergo ex his omnibus infertur, & patet, Pontificem in casu nostro in rigore non teneri sub peccato mortali mediante dispensatione, se constituere in statu, quo possit adimplere præceptum celebrandi; nec ad dictam dispensationem faciendam obligari, sed posse tuta conscientia non celebrare ratione impedimenti, quo patitur iuxta doctrinam omnium Magistri D. Thomæ *in 3. par. quæst. 82. art. 10. ad 3.* vbi sic ait: *Debilitas, vel ægritudo superueniens ordini Sacerdotali ordinem non tollit, executionem autem ordinis tollit quantum ad consecrationem Eucharistiæ.* Ita ille, cuius doctrinam includere etiam Summum Pontificem indiuidualiter tradit Maiolus *de irreg. lib. 2. c. 4. n. 8.*

Sup. hoc in tom. 1. tr. 3. ex doctrina Resol. 64. fignanter prope fiaem, & melius in Resol. 70.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 3. Resol. 72. &c.

Sup. hoc excommunicato in to. 5. tr. 1. Resol. 129. & 130. & in tom. 2. tr. 3. Resol. 14. §. vlt. à principio.

DISCEPTATIONES APOLOGETICÆ, DE PRIMATV SOLIVS D. PETRI: AC DIFFERENTIA INTER IPSVM ET D. PAVLVM.

An Diuus Paulus fuerit Pontifex, & Caput Ecclesiæ cum D. Petro.

IN quadam Epistola impressa Parisiis anno 1645. & ad Sanctissimum D. N. nunc feliciter regnantem directa, eius Auctor Anonymus, mordicus affirmatiuam sententiam tuetur. Et ad illam confirmandam, coaceruat ex impio M. Antonio de Dominis, quam plurimas SS. Patrum auctoritates, in quibus asserunt, Pontifices esse Successores, & Vicarios D. Petri, & D. Pauli, in quibus etiam asserunt, D. Petrum, & D. Paulum fuisse Episcopos Romanos, Collegas, Principes Apostolorum, Fundamenta, Cardines, Duces, Coryphæos, Pastores, Apices, Columnas, Diademata, Oculos totius Ecclesiæ, ac similia Encomia significantia æqualitatem inter D. Petrum, & D. Paulum. Vnde ipsimet Pontifices, multis in locis fatentur, multa facere auctoritate sibi præstita à D. Petro & D. Paulo. Ex quibus Anonymus, infert hanc conclusionem, & consequentiam. Ergo D. Paulus simul cum D. Petro fuit Caput & Pontifex Ecclesiæ.

Sed hanc opinionem prorsus refellendam esse puto: vnde diuidam hanc disceptationem in tres sectiones; in prima firmabo, Primatum Ecclesiæ fuisse collatum vni & soli Petro. In secunda demonstrabo, Paulum in ordine ad Primatum, fuisse subditum Petro. In tertia, respondebo ad argumenta Anonymi.

SECTIO PRIMA.

An Primatus Ecclesiæ fuerit collatus soli Petro, priuatiuè quoad alios.

§. 1. REspondeo affirmatiuè. Probatur primò ex verbis Christi Matth. 16. *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claues Regni Cœlorum, &c.* In quibus verbis demonstratur expresè, Christum promisisse collaturum Primatum Ecclesiæ soli Petro & non aliis. Et ideo dixit Bernardus *lib. 2. de Cons. cap. 8. Priuilegium Petri singulare*, & Cypr. *de Vn. Eccles. Petri Cathedra singularis.* Et ideo sancti Patres vno ore asserunt Primatum Ecclesiæ *vni soli, & tantummodo B. Petro* collatum fuisse. Ne sim longior, paucos ex multis adducam. D. Gregor. *lib. 4. Epist. 36.* Certè *Petrus Apostolus primum membrum*, sanctæ, & vniuersalis Ecclesiæ est. *Paulus, Andreas, Ioannes*, quid aliud *quam singularia sunt Plebium capita?* Rupertus *in Euang. lib. 1. cap. 25.* cui titulus est, De Primatu Petri Apostoli, inter Principes Regni Dei. Itaque, ait, potestas quidem est communis omnium, *sed vnum, & singulare vnius est Petri Priuilegium*, cui prius, & singulariter dictum est, *& tibi dabo claues*, &c.

2. Sanctus Burcardus VVormiacensis Episcopus *in Decret. part. 1. lib. 1. cap. 1. & 2.* In nouo Testamento post Christum à Petro Sacerdotalis cœpit ordo, cui ipsi primo Pontificatus in Ecclesia sancta datus est, dicente Domino ad eum; *Tu es Petrus*, &c. Itaque hoc Priuilegium *beato clauigero Petro sua vice solummodo commisit.*

3. Damasus *Epist. 2. Princeps Apostolorum Petrus solus, & præ omnibus creditus est*, atque percipere meruit à Christo claues Regni cœlorum.

4. Pacianus *Epist. 3. ad Sympronianum: Ad Petram* locutus est Dominus *ad vnum ideo, vt veritatem fundaret ex vno.*

5. Cyprianus *Epistol. 73. ad Iubaianum:* Ecclesia vna est, & *super vnum*, qui claues accepit, Domini voce fundata est. Et *lib. de Vnitat. Ecclesiæ. Super illum vnum ædificat Ecclesiam suam*, & illi pascendas mandat oues suas.

6. S. Thomas ex Cyrillo Alexandrino *lib. 1. contra errores Græcorum, cap. 32.* Habetur ex Doctorum Græcorum authoritatibus, quod Romanus Pontifex in Ecclesia plenitudinem potestatis habeat. Dicit enim Cyrillus Patriarcha Alexandrinus; sicut Christus accepit à Patre sceptrum Ecclesiæ, gentium, & Israël, egrediens super omnem Principatum & potestatem: sic & Petro, & eius successoribus plenissimam potestatem plenissimè commisit, *vt etiam nulli alij quam Petro Christus*, quod suum est plenum, *ipsi soli* dedit.

7. D. Leo *serm. 2. de Natali Apost. Petri & Pauli?* dicens Beato Petro Apostolo: Tibi dabo claues Regni Cœlorum, & quæcunque ligaueris super terram, &c. Transiuit quidem in Apostolos alios ius istius potestatis, *sed non frustra vni commendatur*, quod omnibus intimetur. *Petro enim singulariter* hoc creditur, Et *serm. 3. de Anniuer. sui Pontificatus: Vnus de toto mundo Petrus eligitur*, qui & vniuersarum gentium vocationi, & omnibus Apostolis cunctisque Ecclesiæ Patribus præponatur.

8. Optatus Mileuitanus *lib. 2. contra Parmenionem: Solus Petrus claues accepit.* Et iterum: Negare non potes scire te in Vrbe Roma, à Petro primo Cathedram Episcopalem esse locatam, *in qua sederit omnium Apostolorum Caput Petrus.* Audiat Anonymus, quod Petrus Romæ sedit caput omnium Apostolorum, ergo Pauli; & ideo infra vocat illam Petri Cathedram, *Cathedram singularem*, vt vocauit Bernardus loco citato *de Consil. lib. 2.* Idem Optatus *lib. 7. de Schism.* Petrus præferri Apostolis omnibus meruit, & claues Regni Cœlorum communicandas cæteris *solus accepit.*

9. Petrus Damianus *serm. 27. Vnus est*, quem præ nobilitant *singularis Primatus insignia.*

10. D. Augustinus *serm. 49. de verbis Domini: In Petro vno* Christus firmat Ecclesiam. Et *lib. 3. de Baptism.*

Baptism. cap. 17. Vnus est Petrus, qui figuram Ecclesiæ gerat. Et rursus: *Vni Petro* in typo vnitatis Dominus dedit potestatem. Et *serm. 24. de Sanctis.* Paulum cum Petro laudans asserit: *In vno Petro figurabatur vnitas* omnium Pastorum. Hoc etiam dicere voluit D. Leo *Epist. 8.* in illis verbis: Firmitas, quæ per Christum Petro tribuitur, *per Petrum* cæteris confertur. Hinc D. Thomas *in 4. sentent. dist. 24. quæst. 3. art. 2. q. 3. ad primum argum.* asserit: Quamuis omnibus Apostolis data sit potestas communiter ligandi, & soluendi, tamen vt in hac potestate aliquis ordo significaretur, primo *soli Petro* data est, vt ostendatur *quod ab eo in alios* debet ita potestas descendere. Et *lib. 4. contra gentes, cap. 76.* hoc ipsum confirmat, dicendo: Dominus *soli Petro* promisit, Tibi dabo claues Regni Cœlorum, vt ostenderet, quod potestas *Clauium erat per eum* ad alios deriuanda ad conseruandam *Ecclesiæ vnitatem.* Et ante omnes hoc etiam docuerat Tertullianus in Scorpiaco: Si Cœlum, ait, clausum putas, memento claues eius hîc Dominum Petro, *& per eum* Ecclesiæ reliquisse. Nota illud, *per eum*, quia vt dixit Optatus *vbi supr.* Solus Petrus claues accepit.

11. Vnde meritò Iulius Primus *Epist. 2. ad Theodorum*, exponens illa verba, Tu es Petrus, &c. Habet inquit, *Petrus potestatem singulari priuilegio*, sibi concessam aperire, & claudere ianuas Regni Cœlestis, quibus voluerit, &c. Rectè itaque dixit Pius II. *Epist. 228.* Post Christum *Petrus fuit Pontifex vnus*, qui Ecclesiæ præfuit, Petro mortuo, eius Successores. Alias Patrum authoritates adducam vbi infra in probatione 2. & 3. Nunc tantum addam verba piissimi, & doctissimi Alberti Pighij *Eccles. Hierarch. lib. 3. cap. 7.* vbi testatur, *Sanctorum omnium Patrum fuisse communem, & concordem sententiam, Primatum Ecclesiæ vni Petro singulariter datum.* Ita ille, & post illum de hac communi sententia Patrum, nempe *soli Petro fuisse* à Christo traditum Primatum Ecclesiæ, testatus est etiam Nauclerus *de Monach. tom. 1. part. 2. lib. 1. cap. 8. fol. 305.* omnino videndus, & Salmeronius *tom. 4. tract. 21. part. 3.* asserit, *quod traditio Patrum vnum Petrum agnoscit* post Christum Ecclesiæ fundamentum.

12. Sed Anonymus dicet, multos alios Patres ab ipso congestos, & allatos asserere contrarium, nempe Primatum Ecclesiæ extitisse etiam penes Diuum Paulum. Respondeo hoc esse merum somnium, nam Patres ab ipso adducti nunquam dixerunt Primatum Ecclesiæ fuisse penes Paulum, & expresè, & verbis rotundis dixerunt de Petro, & eorum verba sanè interpretanda esse, & reducenda ad bonum sensum, vt inferius, & in posteriori Disceptatione patebit. Et plura loca Patrum ab Anonymo adducta, fuerunt desumpta ex penu Martini Lutheri, & Marci Antonij de Dominis, vnde illa deberet Anonymus veteri in Proscenium adducere, nec obstat dicere Lutherum, & Spalatensem ex illis locis Patrum adductis, in quibus videtur Paulum æqualem fuisse Petro, falsum inferre, Petrum videlicet non fuisse Pontificem, sed Anonymus hoc non admittit, sed infert simul cum Petro Paulum Pontificem fuisse. Hoc, inquam, non obstat, nam ex illis locis Patrum malè intellectis, Spalatensis, & alij hæretici peccarunt per defectum, nullum Pontificem in Ecclesia admittendo. Anonymus verò peccat per excessum, duos constituendo. Vnde ex his omnibus meritò Michaël Nauclerus *de Monarch. Eccles. tom. 1. part. 2. lib. 1. cap. 1.* sic ait: *Potestas summa penes vnum Principem spiritualem, Pastoremque vniuersalem esse debet, cui oues suas, & agnos Christus Dominus pascendos, regendosque sublimi authoritate concessit. Hunc verò Pastorem Oecumenicum Monarchicumque Principem alium à Sancto Petro, & successoribus eius legitimis Apostolicæ Sedis hæredibus à Christo Domino fuisse creatum quis mentiendo audebit imprudenter asserere, nisi quem Dæmonum prestigiis dementatum nefanda, impiaque hæreticorum dogmata fefellerunt?* Ita Nauclerus. Quid ad hæc respondebit Anonymus, Gallus est, qui loquitur, & doctor sapientissimus, ex inclyto Musæo Sorbonico?

13. Probatur secundò nostra opinio, ex alio loco sacræ Scripturæ *Ioan. 21.* vbi Christus dixit Petro: Pasce oues meas, in quibus verbis apparet Primatum Petri fuisse gratiam specialem, ei tantummodo concessam. Nam sicut *Matth. 16.* post illam eximiam Petri confessionem: Tu es Christus filius Dei viui, fuit specialiter ei promissus primatus totius Ecclesiæ. Et ego dico tibi: quia tu es Petrus, &c. Ita & hic, post eximiam amoris significationem per tres geminatas responsiones: Tu scis Domine quia amo te, fuit ei specialiter Primatus concessus in his verbis: Pasce oues meas, in quibus caput totius Ecclesiæ fuit constitutus. Nam idem est: pasce oues meas, nemine excepto, etiam Apostolos, etiam Paulum; & sic exponit dicta verba Pitigianus *in 3. sent. tom. 2. dist. 15. quæst. 2. art. 1. concl. 2.* Duvallius *de Rom. Pontif. part. 1. quæst. 3. & 4.* Bellarminus *lib. 1. de Rom. Pontif. cap. 16.* Corduba *in qq. lib. 10. de potestate Papæ, quæst. 14.* Castillo *4. sent. in tom. 2. disp. 16. q. 2. n. 4 & seqq.* qui respondent ad aliqua loca D. Pauli adducta à Luthero, qui contendebat Paulum non efficere ouem Petri, sed illum ei æqualem constituere. Idem etiam asserit Suarez contra Regem Angliæ *lib. ... cap. 10. n. 3. & n. 20. & c. 11. n. 8.* iuncto *n. 20.* Sed audiamus Valentiam *tom. 3. disp. 1. quæst. 1. punct. 7. §. 29.* Absolutè, inquit: pasce oues meas, quo ipso apertè significaret alienum fore à suo ouili, quicumque Petrum pastorem non agnosceret, quamobrem, nec Apostolos quidem à Petri cura eximit. Nisi fortè non illi fuerunt Christi oues. Ita ille.

14. Audi etiam Maldonatum *in Ioan. cap. 25. ver. 15.* Quæso cùm Christus dicit: pasce oues meas, pasce agnos meos, quas oues, quos agnos intelligit? Dicam clarius, comprehendit cæteros Apostolos, an non? Qui id affirmauerint, reperiuntur Eusebius, Cyprianus, quin & Auctores Græci à Romano Pontifice studio nationis abhorrentes. Qui verò negauerit, præter Lutheranos, & Caluinistas nuper repertus est nemo, quorum facillimè potest opinio refutari? quid enim est: pasce oues meas, nisi pasce gregem meum, pasce Ecclesiam meam? Quicumque ergo intra Ecclesiam erant, pascendos illi tradidit, reliqui verò Apostoli extra Ecclesiam, vt opinor, non erant. Denique Christus non dicit Petro: has, aut illas oues, sed pasce oues meas, omnium ergo suarum ouium curam illi dedit. Hæc Maldonatus.

15. Sed egregie Caietanus supra omnes *in opusc. tom. 1. tract. 3. de Romano Pontif. institut. cap. 10.* pasce oues meas, inquit, aut omnes, aut istas, aut nullas, vel vagè oues committuntur. Et quidem quod non has, vel illas determinatè commiserit, verba ipsa testantur, quòd verò nullas, veritati aduersantur: quod autem vagè reliquerit & Christi sapientiæ derogat, & veritati pronominis adiuncti contrariatur. Sapientis enim Gubernatoris, & Potentis est definire, prouidere, non vagam relinquere prouisionem suam, & constat quod ex hoc ipso, quod solo pronomine *Meas* demonstrat oues non vagè, sed indefinitiuè loquitur, sed ex hoc ipso, quod nullas suas eximit, omnes suas comprehendit, dicendo: pasce oues meas, & propterea non oportuit apponere omnes, quia quæcumques oues ad quas extendens pronomen *Meas*, comprehenduntur, cùm dicitur: pasce oues meas, sicuti *Ioan. 10.* omnes comprehensæ sunt Christi oues, cum dixit

Dominus : Animam meam pono pro ouibus meis, & rursus : Oues meæ vocem meam audiunt, vnde ly *Meas*, vniuersalis signi supplere effectum, altiori ratione necessario apposítum patet. Et hinc confirmatur sensus Catholicus, quoniam, quod ibi *Ioan.* 21. videlicet, Christus promisit, hic exhibuit, & propterea qui ei totam Ecclesiam promisit, hîc omnes oues commisit. Et confirmatur rursus ex verbis *D. Ioann.* 10. Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus pastor. Si enim ex omnibus ouibus, ouile vnum constare debet sub vno pastore, *consequens est, vt cum vnus pastor instituitur, & dicitur. pasce oues meas, illius vnius ouilis cura committatur:* Hucusque acutissimus Caietanus, qui in fine dicti c. 10. asserit in dictis verbis : pasce oues meas, Christum dedisse potestatem Petro etiam supra Paulum. Hinc Episcopus Massilienſis Coeffeteau contra Marcum Antonium de Dominis *lib* 1. *c.* 5. *num.* 2. *sic ait: Cum Petrus Princeps Apostolorum vocatur, nedum reliquorum, sed etiam ipsius Pauli Princeps significatur, quod non secus, quam reliqui, sit in numero ouium, quas pascendas susceperit Petrus.* Ita ille. Quod etiam uouissime docet eruditus Pater Ioannes Bagosius *in Apologetica fidei p. lib.* 3. *disp.* 8. *cap.* 3. *sect.* 1. vbi firmat de iure diuino fuisse Petrum constitutum à Christo Principem, & caput Apostolorum. Et postea *cap.* 4. *sect.* 1. idem confirmat, & inter Apostolos apponit etiam D. Paulum, & subditum ; ac inferiorem Petro fecit.

16. Rectè itaque ex omnibus supradictis communiter asserunt Sancti Patres, in citatis verbis : pasce oues meas, solum Petrum, & non alium fuisse in Ecclesiâ Pastorem supremum constitutum. Nam omnes alios tanquam oues ab ipso regendas Christo in dictis verbis ei subiiciuntur, quod patet ex contextu ipsius litteræ. Vnde Theophylactus exponens ista verba : pasce oues meas, præfectura ait ouium totius Mundi *Petro commendatur, non alteri, sed huic traditur.* D. Cypr. *lib. de vnit. Eccl.* sic asserit Petro iterum post resurrectionem suam dicit : Pasce oues meas, super illum vnum ædificat Ecclesiam suam, & illi pascendas mandat oues suas, & quamuis Apostolis omnibus, post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, & dicat, sicut misit me Pater, & ego mitto vos, *Tamen vt vnitatem manifestaret,* vnam Cathedram constituit, & vnitatis eiusdem originem *ab vno incipiente* sua authoritate disposuit. Hoc erant vtique & cæteri Apostoli, quod & Petrus pari consortio præditi, & honoris & potestatis, sed exordium ab vnitate proficiscens, Primatus *Petro datur, vt vna Christi Ecclesia, & Cathedra vna monstretur.* Sic ille. Sed non minus elegantèr Bernard. *lib.* 2. *de consid. c.* 8. Pasce oues meas : oues meas, inquit, cui non planum non designasse omnes ? Nihil excipitur, vbi distinguit nihil & fortè præsentes cæteri condiscipuli erant, *cum committens vni*, vnitatem omnibus commendaret in vno grege, & in vno pastore. Idem etiam docet D. Leo *serm.* 3. *de anniuers. sui Pont.* de toto mundo, *vnus Petrus eligitur*, qui & vniuersarum gentium vocationi, & omnibus Apostolis cunctisque Ecclesiæ Patribus præponatur. Vt quamuis in populo Dei multi Sacerdotes sint multi Patres, *omnes tamen regat Petrus*, quod principaliter regit & Christus, & paulò post : *Ideò Petro singulariter hoc creditur*, quo cunctis Ecclesiæ Rectoribus forma proponens, &c.

17. Et tandem adducam hîc authoritatem D. Chrysostomi, qui ex dictis verbis, pasce oues meas, non solum firmat Petrum fuisse constitutum Ecclesiæ supremum pastorem, sed etiam Paulum, vt talem eum existimasse. Pasce, inquit, oues meas. Cur tandem aliis prætermissis de his solum Petrum affatur : Singularis, siue eximius ex Apostolis, & os discipulorum, & cœtus, ac vertex erat. *Idcirco & Paulus* ascendit, vt cum studiosè videret præter cæteros, ita Chrysostomus, *Hom.* 87. *in Ioan.*

18. Dicendum est igitur cum Duvallio *de Rom. Pont. p.* 1. *q.* 3. Azorio *tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 9. *q.* 1. Castillo *vbi sup. n.* 19. & aliis in his verbis : Pasce oues meas, Christum compleuisse promissionem factam Petro *Ioan.* 21. Et ego dico tibi quia tu es Petrus, &c. Ergo sicut ibi verba Christi satis exprimunt, & vnanimiter S. Patres exponunt, & declarant primatum soli, & tantummodo D. Petro, & non aliis fuisse promissum, sic dicendum est hic cum iisdem Patribus, etiam soli, & tantummodo Petro traditum fuisse, vt iam satis firmauimus.

19. Sed contra superius dicta, posset aliquis dicere in fauorem Anonymi non obstare verba : pasce oues meas ; nam sicut non esset hæreticum ; imò satis probabile, asserere secundum aliquos ex priuilegio Beatam Virginem exceptam fuisse ex illis verbis generalibus ; Omnes in Adam peccauerunt. Ita dicendum est, non esse hæreticum asserere cum Anonymo, Paulum ex priuilegio fuisse exceptum ab illis verbis : pasce oues meas, sed satis probabile ex authoritate Patrum, quos ipse adducit. Respondeo, esse magnam disparitatem inter exceptionem Beatæ Virginis quam admittunt Doctores ab illa regula generali. Omnes in Adam peccauerunt ; & inter exceptionem Diui Pauli secundum Anonymum ab illis verbis, pasce oues meas. Nam primò, adsunt multæ rationes, quare excipienda sit Beata Virgo ab illis verbis : Omnes in Adam peccauerunt, quas enumerat, & obseruat Valentia *tom.* 2. *q.* 11. *punct.* 11. Sed nulla ratio adest pro exceptione D. Pauli ab illis verbis : pasce oues meas, imò contrarium dicendum apparet, nam præter alias rationes, ex dicta exceptione, Status Ecclesiæ Monarchicus saltem minueretur, contra id quod dixit Ezechielis *cap.* 34. Suscitabo super eos Pastorem vnum, & *cap.* 37. Erit vnus Pastor omnium vestrum ; deinde ex dicta exceptione sequeretur absurdum, & ad quod tollendum dixit Hieronymus *lib.* 1. contra Iouinianum *Inter duodecim vnus eligitur*, vt capite vno constituto schismatis tolleretur occasio. Secundò, non desunt ex S. Patribus quamplures Doctores asserentes B. Virginem fuisse exceptam propter multas rationes, ab illis verbis generalibus : Omnes in Adam peccauerunt. Sed nullus Pater, nullus Scholasticus, vsque adhuc ausus est dicere ab illis verbis : pasce oues meas, exceptum D. Paulum, imò omnes Paulum in dictis verbis inèludunt, & docent in regimine fuisse subditum D. Petro. Patres verò quos Anonymus adducit in fauorem nihil asserunt, vt ego satis in hac Disceptat. & in sequenti probaui. Tertiò, quia in aliquibus generalibus locutionibus B. Virgo non includitur, vt colligitur ex Trident. vbi declarat Virginem non comprehendi sub definitione sua generali, de peccato originali, & consequenter idè declarat, vel certè dat declarandi facultatem de locutionibus Scripturæ, quia Concilium id definit, quod censet in Sacra Scriptura doceri. Confirmatur hoc à simili, quia tam sunt generales locutiones illæ de peccato actuali : Non est homo, qui non peccet. 2. *Paral.* 6. Et in multis offendimus omnes, *Iacob.* 3. In quibus verbis non intelligitur excludi Virginis priuilegiũ. Ergo eodem modo videntur explicandæ locutiones generales Scripturæ de peccato originali. Ergo non valet argumentũ in fauorem Anõnimi, desumptum ex verbis : Omnes in Adam peccauerunt, vt sicut ex illis excluditur Beata Virgo, ita & potest excludi D. Paulus ex illis : pasce oues meas. Nam vt probauimus, dispar est ratio inter exceptionem Beatæ Virginis ab illa regula

generali:

generali: Omnes in Adam peccauerunt, & inter exceptionem prætensam ab Anonymo D. Pauli ab illis verbis: pasce oues meas. Itaque notabiliter dicendum est cum Ioanne Præposito insigni Societatis Iesv Theologo *in p. 2. D. Thomæ, q. 83. dub. 4. §. poster.* & aliis, quod propositiones vniuersales Sacræ Scripturæ non includunt illos, quos aliunde colligitur habere priuilegium in contrarium, vel ex alio loco Sacræ Scripturæ, aut Patrum authoritate, vel alia ratione, vt aliqui Doctores in Beata Virgine in ordine ad peccatum originale dixerunt. At in nostro casu, neque ex rationibus, neque ex aliquo loco Sacræ Scripturæ, neque ex authoritate Patrum potest colligi priuilegium exceptionis D. Pauli ab illis verbis pasce oues meas; imò rationes, Scriptura, & Patres sunt in contrarium, vt suprà probauimus. Ergo videant quo pacto possent Aduersarij excipere D. Paulum ab illa propositione vniuersali: pasce oues meas. Vnde non desinam hic apponere verba Francisci de Ouiedo insignis Theologi Societatis Iesv *in p. 2. D. Thomæ, tract. 6. controuers. 9. punct. 1. num. 1.* vbi sic ait: Censeo aliquem excipere sine fundamento à propositione vniuersali reuelata, non solùm esse temerarium, erroneum, & suspectum de hæresi, sed manifestè hæreticum: est enim negare obiectum proximè actum, terminare assensum formalem & immediatè in se ipso reuelatum. Propositio enim vniuersalis immediatè de omnibus particularibus reuelatur, neque alio modo credimus innumera fidei mysteria, nisi propter reuelationes vniuersaliter factas. Ideò tenet communis Theologorum sententia in materia de fide, similia omnia contenta in propositione vniuersali reuelata de fide esse. Hucusque Ouiedo. Ex cuius doctrina videant Aduersarij, si possunt excipere Paulum ex illa propositione vniuersali: pasce oues meas, & quam censuram eius opinio mereatur. Nec obstat recurrere ad authoritatem Patrum, quos ipsi adducunt, nam nihil asserunt ad rem, & optimè explicantur à Theologis, vt à nobis latius in his disceptationibus explicandum est. Probatur tertiò nostra sententia ex symbolo Nicæno in illis verbis: Et vnam Sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Dicitur enim Ecclesia vna præter alias rationes, vt obseruant Patres ab vno Pastore suo Episcopo, cum plebs Christiana (vt Cyprianus *lib. 4. Epist. 9.* inquit, adunata cohæret, & ita docet Valentia *tom. 3. disput. 1. part. 1. punct. 7. §. 15* Franciscus de Castillo *in 4. sent. tom. 2. disp. 3. quæst. 10. num. 11.* Bellarminus *de Rom. Pontif. lib. 1. cap. 9.* & omnes Theologi communiter. Quod ita certum est, ait Duvallius *de Rom. Pontif. part. 1. quæst. 2.* vt à quoquam, citra fidei iacturam negari non possit. Ezech. enim *cap. 14.* de fidelibus in noua lege ante fuerat pronunciatum. Suscitabo super eos Pastorem vnum, & *cap. 37.* Et erit vnus Pastor omnium vestrum, & Ioan. 10. postquam Christus de filiis Israël locutus esset, subiunxit: Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili; & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus Pastor. *Quibus accedit plurimum Conciliorum definitio, & vnanimis veterum Patrum omniumque Christianorum consensus*, cui resistere ex Augustino *Epist. 118. insolentissima est insania.* Hucusque Duvallius. Sed dicet Anonymus suam sententiam non lædere vnitatem Ecclesiæ & statum Monarchicum, quia licet ipse asserat Paulum, & Petrum fuisse Pontifices, non tamen dicit constituisse duo Capita, sed ambo vnum Ecclesiæ caput effecisse. Ergo in tali sententia vnitas, & Ecclesiæ Monarchia non offenditur, & adducit exemplum Sanctissimæ Trinitatis, cuius status est perfectè Monarchicus, quia licet tres personæ distinctæ, omnes tamen habent tantùm vnam potentiam supremam, & independentem in singulis, quam inomnibus, vnde sunt vnus Dominus; vnus Rex secundum fidem.

20. Respondeo, & miror, quod res tam grauis, ita gratis ab Anonymo asseratur. Proferat quidem vnum solùm Patrem; qui asserat Paulum, & Petrum Pontifices effecisse vnum Ecclesiæ Caput: ego dabo Caput meum; proferat locum vnum, & vincat, sed omnio de suo cerebo fingit, vnde postquam ex verbis Patrum malè intellectis statuerit in Ecclesia duos Pontifices, Paulum, & Petrum, vt fugiat consequentiam: Ergo Ecclesia fuit corpus biceps sine auctoritate, sed gratis asserit Paulum, & Petrum effecisse vnum caput, & ita constituunt vnitatem Pastoris in Ecclesia. Sed omninò talis sententia reprobanda venit, nam Sacræ Scripturæ ita communiter à Sanctis Patribus intellectæ, & explicatæ clamant, vnitatem Ecclesiæ à Christo Domino fuisse ex vno solo Petro fundatam. Vnde sapientissimè dixit Caietanus *tract. de Rom. Pontif. instit. cap. 5.* Oportet saluare non solum significationem, sed etiam derivationem, hoc est, non solum vt vnitas Ecclesiæ significetur per vnitatem Petri, *sed etiam vt vnitas Ecclesiæ proficiscens ab vnitate Petri, ita vt initium habeat Ecclesiæ vnitas ab vno Petro.* Ita Caietanus.

21. Sed audiamus Patrum verba. Pacianus *Epist. 3.* ad Sympronianum. Ad Petrum, inquit, locutus est Dominus, *ad vnum ideò, vt vnitatem* fundaret ex vno. Cyprianus *lib. de vnit. Eccl.* loquitur Dominus ad Petrum. Ego tibi dico, quia tu es Petrus, & super hanc petram, &c. Et eidem post resurrectionem suam dicit: Pasce oues meas, & quamuis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, & dicat: Sicut misit me Pater, & ego mitto vos, si cui remiseritis peccata, remittuntur illis. Tamen vt vnitatem *manifestaret vnitatis eiusdem originis ab vno incipiente* sua auctoritate disposuit. Et *Epist. 40.* Deus vnus est, & Christus vnus, & vna Ecclesia, & Cathedra vna super Petrum Domini voce fundata. Vide alia aurea verba Cypriani adducta paulò supra in probatione prima.

22. Iulius II. *quæst. 1. ad Episcopos Orientales.* Connexio totius corporis vnam sanitatem, vnam pulchritudinem facit, & hæc quidem connexio totius operis vnanimitatem requirit, *Quoniam & inter Beatissimos Apostolos* in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis, & cum omnium par esset electio, *Vni tamen* datum est, vt cæteris præemineret.

23. Optatus *lib. 2. contra Parmenidem*: Cathedra vna est, quæ est prima de dotibus, *in ea sedit primus Petrus*, succedit Linus, Lino Cletus, &c.

24. Alexander II. *in Concilio Romæ celebrato.* Cùm omnibus discipulis parem legandi, atque soluendi potestatem Dominus daret, Petro pro omnibus claues Regni Cœlestis se daturum promisit. Quicumque ergo ab vnitate Ecclesiæ, *quæ per Petrum intelligitur*, fuerit alienus, execrare potest, consecrare nec potest.

25. Anselmus *in cap. 16. Matth.* Eam potestatem ideò quasi *vni Petro concessit specialiter, vt ad vnitatem nos inuitaret.* Ideò cum Principem Apostolorum instituit, vt Ecclesia quasi vnum principalem Vicarium Christi habeat.

26. Iterum Cyprianus *Epistol. ad Iubaianum: Ecclesia quæ vna est super vnum*, qui claues accepit, voce Domini fundata est.

27. D. Augustinus *lib. de Pastor. cap. 14.* Imò verò & in ipso Petro vnitatem commendauit, *multi erant Apostoli, & vni dicit: Pasce oues meas.* Sed non desinam hic apponere verba Summi Pontificis Bonifacij VIII. *in extrauagant.* Vnam Sanctam, sic enim inquit, vnam Sanctam Ecclesiam vigente fi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fide credere cogimur, & tenere. Igitur Ecclesiæ vnius, & vnicæ vnum corpus, vnum caput, non duo capita quasi monstrum, *Christus videlicet, & Christi Vicarius Petrus, Petrique successor.* Hæc pauca verba iugulant Anonymum: primo asserit Pontifex, vnum corpus, vnum caput. Et statim explicat, quid intelligat in his verbis, Vnum corpus, vnum caput, *Christus videlicet, & Christi Vicarius Petrus, Petrique successor.* Ergo secundum Bonifacium constituunt in Ecclesia vnitatem coporis, & capitis *Christus, Petrus, & Pontifex:* quæro ego ab Anonymo, quare ipse contra Bonifacium addit & Paulum, quis ei hanc tribuit auctoritatem? sunt meræ nugæ; rerum omnibus supradictis addamus auctoritatem aliquorum recentiorum. Itaque Nicolaus Sanderus *de Claue Dauid, lib. 3. c. 5.* vbi probat vnitatem Ecclesiæ ex institutione Christi ab vno Petro processisse, sic ait: Deus per naturam vnus, & in personis trinus, atque ideò nec vnitatis primum fabricandæ, nec multitudinis ex vnitate postea propagandæ vnquam immemor, sicut primum firmauit vnum Adamum, ac deinde ex illo vno fecit omne genus hominum. Itémque sicut populum sibi peculiarem selecturus, primum vocauit vnum Abrahamum (vt Isaias ait) ac deinde benedixit ei & multiplicauit eum. Sicut etiam ex Ægypto populum suum educturus, primum vocauit vnum Moysem; ac deinde tulit de spiritu eius, tradiditque eum septuaginta viris, vt sustinerent onus populi vnà cum illo. Sic etiam veteribus adaptans noua, naturam perficiens, figuram adimplens, & legem statuens: vnum Simonem Ioannis *filium vocauit Cepham*, hoc est petram. Deinde Iesu Christi diuinitatem ei, primum, ac per eius Confessionem, aliis reuelans, promisit se supra petram ædificaturum Ecclesiam suam. Mox eidem Petro claues Regni Cœlorum contulit, quarum vsum postea cæteris Apostolis communicauit. Eum quoque fecit primum Apostolorum, cui postea vndecim socios adiunxit, qui onus Ecclesiasticæ molis vnà cum illo sustinerent. Ei præterea fidem contulit tam stabilem, & firmam, vt fratres suos confirmare tum posset, tum deberet. Eum postremò in gradu singulari, quo Christum cæteris Apostolis plus amauit, Pastorem ouium, atque agnorum constituit, alios postea simul cum illo ad docendum, ac baptizandum omnes gentes mittens. Ita & in Ecclesia ædificanda primus, ac solidissimus militantium lapidum est Petrus, & in familia gubernãda Princeps moderandarum clauium est Petrus, & in legatione obeunda Chori Apostolici Coryphæus est Petrus, & in fidei causis decidendis columna maxima immobilis est Petrus, & in grege plus aliis amando, pascendóque, *Vnus & singularis pastor est Petrus.* Vndique igitur Apostolici ordinis caput est, cui Dominus tam eminentem gratiam, ac potestatem contulit, vt nemini maior, nemini par, nemini aliqua omnino potestas daretur. Vna est igitur Ecclesia, super Petrum fundata, ab ipso incepit, per ipsum conseruatur. Hæc Sanderus. Sed audiamus Stanislaum Socoleuium Polonum, virum suo æuo celeberrimum *lib. 2. de veræ, & falsæ Ecclesiæ discrimine, cap. 3. fol. 237.* Capitis, inquit, vnitas quæ? non alia quam vnitas Pastoris; quis hoc doceret? Christus Dominus, & erit vnum ouile, & vnus Pastor; quis Pastor? quis alius, nisi sponte errare velis, quia ille, cui munus pascendi toties repetitis vicibus: pasce oues meas, pasce agnos, committitur? Ita ille. Rectè itaque dixit alius Stanislaus Cardinalis Hosius *in Confessione Cath. fidei, cap. 26.* Vnitatis constituendæ principium Christus, & retinendæ per eundem Christum *Petrus statuitur.* Quoniam verò præsentiam sui corporalem Ecclesiæ substracturus erat, vnius vti ministerio voluit, per quem vnitas hæc retineret: Tu es Petrus, & super hanc Petram, &c.

28. Cùm igitur ex supradictis Sacræ Scripturæ locis clarè pateat, & Patres asserant, vnitatem Ecclesiæ Christum ex vno, & in ipso Petro fundasse; necesse sequitur propositionem Anonymi non esse admittendam, nempe Paulum fuisse cum Petro Pontificem, quia & contra Symbolum Nicænum, & contra Scripturas, & Patres, vnitas Ecclesiæ non ex vno, sed ex duobus à Christo fundata fuisset. Ergo, &c.

29. Ad exemplum verò, quòd ipse adducit de Sanctissima Trinitate. Respondeo, in Trinitate vnam habere Monarchiam, quia tres personæ sanctissimæ Trinitatis habent vnam potentiam, vnam voluntatem, vnam intelligentiam, & vnam essentiam simplicissimam, sed in Paulo, & Petro non extabat vna voluntas, vna eadémque forma, essentia, & natura simplicissima, & per consequens non poterat existere vna mens, vna potentia, vna voluntas. Ergo, &c.

30. Dicendum est igitur ad vnitatem Ecclesiæ, & gubernationem Monarchicam ex institutione Christi Pontificatum super vnum constitutum fuisse, vt rectè obseruat Salmeronius *tom. 4. part. 5. tract. 5.* Duardus *in Bulla Cœnæ, lib. 2. cap. 1. q. 5.* Ioan. Gerson. *lib. de Auser. Papæ, consider. 8.* Duvallius *de Rom. Pont. part. 1. q. 2.* Azorius *tom. 2. lib. 4. cap. 11.* vnde contra Almainum, & Ocham teste Ioanne Maiori *in 4. sentent. dist. 24. quæst. 3.* dicendum est, quod ex nulla vrgenti causa possit summus Pontificatus duobus æqualiter dari, nam tribus modis fingi posset duos summos esse Pontifices. Primò, vt summa potestas in duos diuideretur, quorum vnus in Oriente, summa Ecclesiæ administratione potiretur; alter verò in Occidente, vt olim duo erant Imperatores, Orientalis, & Occidentalis. Secundò, vt æquè singuli summam in Ecclesia potestatem haberent; ita vt vterque in solidum gubernaret, & ita fuerunt aliquando duo Imperatores Augusti. Tertiò vt ambo simul Primatum tenerent, ita vt neuter sine altero quidquam posset, sed omnia simul ambo præstarent. At nullo ex prædictis modis possunt duo esse Summi Pontifices, quia sic necessario fieret, vt summa Pontificis ex parte minueretur: nam si duo primo modo crearentur, esset eorum potestas diuisa, ac proinde neuter in totum orbem, nec vnus omnia præstare posset. Si verò secundo modo, toti Ecclesiæ duo Summi Pontifices præficerentur, etiam vtriusque potestas ex parte minueretur, nam vterque esset Christi ouis, & tamen vnus non alteri præesset, ac proinde neuter in vniuersas Christi oues potestatem haberet. Nec tertio item modo duo esse possunt Ecclesiæ Pontifices, neuter enim summam haberet potestatem, vt qui vnus sine altero nihil posset. Et hæc omnia rectè obseruat Azorius *vbi suprà*, quæ quidem accidissent etiam cum D. Paulo, & Petro, si fuissent ambo Pontifices, vt vult Anonymus: Ergo, &c.

31. Reassumendo igitur omnia, quæ vsque adhuc dixi, assero propositionem hanc: Paulus fuit Pontifex simul cum Petro, esse contra textes Euangelij *Matth. 16. Ioan. 11.* à Sanctis Patribus communiter ita intellectos, & declaratos, nempe, Primatum Ecclesiæ fuisse largitum à Christo Domino vni, & soli D. Petro, ex quo vno Christus Dominus fundauit vnitatem Ecclesiæ in Symbolo Nicæno expositam sub illis verbis; Et vnam sanctam, &c. Addam etiam verba Patrum Concilij Florentini, sic Asserentium. Definimus Sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem in vniuersum orbem tenere primatum & ipsum Pontificem Romanum successorem esse Beati Petri Principis Apostolorum, & in ipso Beato Petro pascendi, regendi & gubernandi vniuersalem Ecclesiam à Christo plenam potestatem traditam esse. Si igitur Concilium in dictis verbis definit Pontificem esse successorem Beati Petri.

Ergo

Ergo non Pauli, quia alioquin trunca & manca esset doctrina, & definitio Concilij, quod absurdum est dicere. Item Concilium asserit beatum Petrum fuisse Principem Apostolorum, ergo & Pauli. Et tandem firmat Pontifici in Beato Petro à Christo traditam esse potestatem. Si in Petro, ergo non in Paulo. Quod etiam fatetur Innocentius tertius, *in cap. solita, de maiorit. & obedient.* asserens: Nobis in Beato Petro sunt oues Christi commissæ, dicente: pasce oues meas. Et in Petro dixit successoribus suis: Quodcunque ligaueris, &c. Vide Concilia & Canones, quando loquuntur de primatu nullam efficere mentionem de Paulo, sed tantum de Petro, & tamen Anonymus contra Scripturam, Concilia & Canones vult in primatu Ecclesiæ Paulum Petro associare.

SECTIO II.

An Diuus Paulus quoad Primatum Ecclesiæ fuerit subditus Diuo Petro, licèt æqualis quoad Apostolatum.

§. 1. REspondeo affirmatiuè; vnde suppono, distinguendum esse inter Apostolatum & Primatum. Et ideò licet Apostoli fuerint pares Diuo Petro quoad munus Apostolatus, & quoad clauem doctrinæ, fuerunt tamen inferiores quoad regimen & primatum. Clarè hoc patefecit Hieronymus *lib. 1. contra Iouinianum*: Super Petrum inquit, fundatur Ecclesia. Et licet id ipsum in alio loco super Apostolos fiat, & coniuncti claues Regni Cœlorum accipiant, & ex æquo (quod attinet quidem ad prærogatiuam Apostolatus) super eos Ecclesiæ fortitudo solidetur: *tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt Capite constituto Schismatis tollatur occasio.* An verò ab Hieronymo, vel amplius aliquid ad æqualitatem in Apostolatu declarandam, vel clarius ad Petri nihilominus præeminentiam in authoritatem Regiminis tuendam, dici potuit? Et D. Leo *Epist. ad Anastasium Tartensem Episcopum*: Inter Beatissimos inquit, Apostolos, in pari honoris consortio fuit quædam discretio potestatis. Et cùm omnium par esset electio (nempe ad Apostolatum) *vni tamen datum est vt cæteris emineret.*

2. Sed audiant Lectores, aurea verba incomparabilis viri Cardinalis Baronij *tom. 1. ann. 34.* sic asserentis: Sicut enim, quæ cæteris Apostolis æquè ac Petro contulit, & communia omnibus esse voluit, euidenter expressit, nimirum cùm dixit de his, quæ ad sacrificium pertinent: Hoc facite in meam commemorationem. Quæ ad verbi prædicationem, quæque ad Baptismum: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos. Quæ insuper ad remissionem peccatorum spectarent: Quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in Cœlo, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in Cœlo. Vel cùm dixit: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum remiseritis, retenta sunt. Siue cùm aperit illis sensum, vt intelligerent Scripturas. Ita etiam, quæ peculatia voluit esse Petri, aperte significauit. Siue cùm dixit: Tu vocaberis Cephas. Vel cùm ait: Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Aut cùm subdit: Et tibi dabo claues Regni Cælorum. Ac denique eum eodem modo perficiens, ac adimplens, ait: Pasce agnos meos, & pasce oues meas. *Ex his igitur videas Dominum nostrum, certo quodam discrimine adhibito, quæ communia essent omnibus Apostolis, & quæ Petro tantummodo contulisset, egregiè distinxisse:* vt non miteris, si eadem adhibita distinctione Patres dixerunt aliquando, omnes Apostolos pari fuisse præditos potestate; aliquando Petrum cæterorum Caput, & Principem. Hæc Baronius.

3. Supposita igitur hac distinctione, & differentia inter Apostolatum, & primatum, quam nemo ex Catholicis negabit, asserò constanter, quoad munera Apostolatus, fuisse Paulum Diuo Petro æqualem, sed contrarium dicendum est in ordine ad primatum, & ad potestatem iurisdictionis. Nam in hoc Paulus non fuit æqualis, sed minor D. Petro. Et ita obseruat ex doctoribus Sorbonicis, piissimus, & doctissimus Andreas Duvalius *in tract. de Rom. Pontif. 1. quæst. 3. in fine.* firmat enim Paulum, & Petrum fuisse æquales, tum in fidei feruore, tum denique in passione; quia eodem tempore, & loco, & sub eodem Tyranno Martyrium subierunt; *non autem in ratione potestatis.* Idem etiam, ex eodem Musæo Sobornico, docuit Nicolaus Coeffeteau Episcopus Massilienſis, ex almo Ordine Prædicatorum, contra M. Antonium de Dominis *tom. 1. lib. 1. cap. 3. fol. 56.* vbi sic ait: Breuissimè dico, posse Paulum conferri cum Petro duplici respectu, scilicet vel ratione priuatæ sanctitatis, laboris pro Ecclesia suscepti, zeli, ad eóque Officij, & gradus Apostolici, & hoc respectu Paulum Petrum parem facere non dubitamus. Rectè enim Leo dicit: De eorum meritis, atque virtutibus, nihil nos debere sentire discretum. *Vel ratione iurisdictionis, & potestatis, sicque Paulum primas concedere Petro asseueramus.* Ita ille.

4. Vnde vtinam Aduersarij vestigiis Doctorum Sorbonicorum adhærerent, inter quos etiam, tanquam illorum, & omnium Magister ponendus est Angelicus Doctor D. Thomas, qui *in lect. 2. Epist. 2. ad Galat.* exponens illa verba D. Pauli: Cùm autem venisset Petrus Anthiochiam in faciem restitit, cum Glossa ibi dixerit: Restitit ei tanquam par. D. Thomas interpretans, quo pacto sint dicta verba Glossæ intelligenda, asserit: *Dicendum est quod Apostolus fuit par Petro in executione authoritatis, non in authoritate regiminis.* Quid ad hæc respondebunt Aduersarij; Thomas est, qui loquitur. Si leo rugit, quis non pauebit ad eius occursum? Sed iterum audiant ipsum, de directo contra ipsos loquentem. Ipsi asserunt, Diuum Paulum fuisse æqualem D. Petro. Thomas asserit fuisse subditum D. Paulum D. Petro. Accipe eius verba in suo vltimo testamento, nempè *in 2. 2. quæst. 33. art. 4. ad secundum*, vbi firmans illam conclusionem, quod subditus, & inferior potest cum debitis circumstantiis superiorem corripere, sic asserit: *Paulus qui erat subditus Petro*, propter imminens periculum scandali circa fidem Petrum publicè arguit. Ita ille & ante illum, hanc opinionem esse communem testatur Abulensis *in cap. 18. Matth. quæst. 86.* sic asserens: Vbi tamen specialiter imminet periculum fidei, nisi Prælati publicè arguantur, possunt subditi, imò debent arguere Prælatos suos. *Vnde Paulus etiàsi esset subditus Petro*, vt communiter asseritur propter imminens periculum scandali, arguit Petrum publicè. Hæc Tostatus. Idem docuit D. Antonius *in Chronica part. 1. tit. 6. cap. 4.* sic asserens: Quando dicitur specialiter de Petro & Paulo, quod sunt pares, intelligendum est, vel quoad meritum & præmium, vt videtur sentire Ambrosius & Leo Papa, vel quoad potestatem Ordinis. Quantum autem ad iurisdictionem. Petrus maior Paulo, & omnibus aliis fuit. Gabriel Biel *in Can. Missæ, lect. 74.* Paulus, ait, qui erat sub Petro, propter imminens periculum scandali Petrum publicè arguit. Et quamuis Hieronymus *ad Galat. 2.* dicat: Paulus Petrum reprehendit, quod non auderet, nisi se non imparem sciret, sed hoc non de officio Ecclesiasticæ dignitatis, sed de puritate vitæ, & sanctitate conuersationis intelligitur. Solus enim Petrus inter Apostolos primatum gerebat. Ita ille. Idem firmat

firmat etiam Cardinalis Turrecremara in *summa de Eccles. lib. 2. cap. 13.* vbi sic asserit: Patet quomodo, siue in quo Paulus non dicebatur inferior Petro, scilicet in duobus. Primò hoc, quod à Christo immediatè erat institutus Apostolus, vt Petrus, & alij. Secundò in hoc, quod à Deo perfectè instructus in Euãgelio erat, sicut & ipse Petrus. Non autem doctus est par Petro in potestate iurisdictionis, quoniam non latebat ipsum Paulum, Petrum caput esse Ecclesiæ. Vnde eum vocabat Cephas, quod caput secundum linguam Græcam sonat, vt dicit Beatus Isidorus. Cæterum licet Paulus non immediatè à Petro Apostolatus officium susceperit, sicut nec alij Apostoli, sed à Christo immediatè, non sequitur quod B. Petrus non fuerit Pauli, sicut & aliorum Apostolorum Princeps & Prælatus. Hæc Turrecremata, cui adde Beatum Ioannem à Capistrano *de Auctor. Papæ, p. 1. fol. 8. & part. 7. fol. 113.* Thomam Vvaldensem *tom. 1. lib. 2. c. 3.* Paludanum *lib. de Eccles. potest. art. 1. concl....* Cardinalem Iacobatium *de conciliis lib. 10. art. 7. fol. 669. & 717. litt. B.* Cardinalem Caietanum *tom. 1. Opusc. de Auct. Papæ, & Concily capit. 3.* Cardinalem Polum *in defens. unit. Eccles. lib. 2. fol. 69.* Cardinalem Baronium *tom. 1. ann. 34.* Cardinalem Bellarminum *de Roman. Pontif. lib. 1. cap. 17. per totum.* Io. Driedonium *tom. 1. lib. 4. cap. 3. part. 3. fol. 237.* Albertum Pighium *de Hier. Eccles. lib. 3. cap. 11.* Nicolaum Sanderum *de visibili Monarch. lib. 6. cap. 6.* Laurentium Arturum *in disp. Theol. de Petri Principatu, num. 41.* Pueronium *de Aristocratia Regulari, tom. 1. cap. 3. num. 11. 21. & seq.* Petrum de Sot. *in Defensione Catholicæ Confessionis, cap. 89. part. 1.* Alphonsum Aluarez *in Thesauro Christianæ Religionis, cap. 1. num. 59.* Campanellam *de Monarch. Messiæ, cap. 12.* Genebrardum *in Chronologia, lib. 4. ann. 32.* Nauclerum *de Monarch. Eccles. tom. 1. part. 2. lib. 2. cap. 3.* Simancham *in instit. Cathol. tit. 45. n. 5.* Bzouium *de Rom. Pont. c. 36.* Pitigianum *in 3. sent. tom. 3. dist. 25. q. 2. art. 1.* Ioannem Vviggers *in tom. 2. 2. D. Thom. tract. de Pont. art. 10. q. 1. dub. 1. num. 68. & seq.* Bagotium *in Apologetico Fidei, part. 1. lib. 3. disp. 8. cap. 4. sect. 1.* Lorinum *in Act. Apost. cap. 28. vers. 30.* Ios. Stephanum *de potestate coërcitiua Pontificis, cap. 8. n. 2.* M. Antonium Capellum *de Pont. Petri, disp. 1. c. 12.* Sylium *in 2. 2. Diui Thomæ, quæst. 33. art. 10.* Tannerum *tom. 3. disp. 1. q. 4. dub. 2.* Agricolam *de Primatu Petri, cap. 7.* Coninch *de fide, spe, & charitate, disput. 12. dub. 1. n. 11. & disp. 28. dub. 4. n. 52.* Salmeronium *in Epist. 2. ad Galatas*, & latius *tom. 4. part. 3. tract 5. fol. 423.* Seratium *opusc. de vita D. Pauli, part. 4. n. 70.* Valentiam *tom. 3. disp. 2. q. 1. punct. 7. §. 31.* Becanum *de Republic. Eccles. lib. 2. c. 7.* Perez *in Pentatheruum Fidei, lib. de Rom. Pontif. cap. 20.* Cornelium *in Epistol. 2. ad Galat. vers. 7. n. 3.* Bañez *in 2. 2. D. Thomæ, q. 1. art. 10. dub. 4. in responsio. ad primum argumentum.* Christophorum Marcellum *de auctor. Papæ contra Caluinum, lib. 1. sect. 1. c. 12. 29. & 38.* Panuinum *de Primatu Petri, part. 2. c. 3. & in respons. ad 2. & 3. argum.* Echium *de Primatu Petri, lib. 3. c. 37.* Xistum Senensem *in Biblioth. lib. 6. annot. 269. & 271.* Arcudium *tract. de purgat. contra Barlaanum.* Cariophylum *in refutat. contra Galganum Blasphemia 33. & 35.* Nardium *de Papatu Romano, c. 1 fol. 10.* Arriaga *in p. 2. D. Thom. tom. 2. disp. 18. sect. 1. n. 3. & 4.* Amicum *in cursu Theologiæ, tom. 2. disp. 6. sect. 2. n. 77. & seqq.* Thomam Campegium *opusc. de Rom. Pont. c. 12. n. 6. 7. & 8.* Alphonsum Mendoza *in quodlibeto, q. 4. Scholast. n. 1.* Antonium Delphinum *de Ecclesia, lib. 2. fol. 114.* Franciscum de Castillo *in 3. sent. tom. 2. disp. 16. quæst. 2.* Alex. Carenium *de Potest. Rom. Pont. lib. 1. c. 1.* Antonium Polum *in Lucidario potest. Pap. lib. 4.* Gordonum *in Epitom. Controuers. tom. 1. contr. 25. n. 8. & seqq.* & alios penes ipsos.

5. Quid dicet Anonymus ad tantam nubem testium? Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum. Qua fronte poterit se opponere torrenti Doctorum, quos ego omnes in fronte vidi, firmantes cum primis Magistris Sacræ Theologiæ D. Thoma & Petro Lombardo, Paulum fuisse æqualem Petro in ordine ad Apostolatum, sed in ordine ad regimen & Primatum fuisse inferiorem, & subditum D. Petro, & vt ait Suarez *contra Regem Angliæ, lib. 3. cap. 11. num. 21.* illum recognouisse vt caput & Principem suum?

6. Quod etiam probatur ex facto ipsius Pauli *ad Galat. 1.* cum ad videndum Petrum accederet. Non, vt ait Hieronymus ibidem, dicendi studio, quia & ipse eundem prædicationis haberet Authorem, *sed honoris priori Apostolo deferendi.* Quæ verba, vt rectè obseruat Coefeteau *lib. 1. cap. 9. num. 27. non prioritatem ætatis, vocationis, aut ordinis*, sed sublimiorem Principatum demonstrant. Et ideò rectè ibidem D. Ambrosius dixit: Dignum fuit, vt cuperet videre Petrum, quia primus erat inter Apostolos, cui delegauerat Saluator curam Ecclesiarum. Hinc D. Chrysostomus *homil. 87. in Ioannem*, asserit: Petrus os erat Apostolorum, & Princeps, propterea & Paulus eum visurus ascendit. Quod etiam docuit Theodoretus, & Oecumenius *apud Baronium, tom. 1. annotat. 38.* & Theophylactus asserit etiam Paulum ascendisse Hierosolymam videre Petrum, quia voluit honorare eum, ceu maiorem se, vide Simancham *in Cath. instit. tit. 45. num. 5.* Bañez *in 2. 2. D. Thom. q. 10. art. 1. rub. 4.* Valentiam *tom. 3. disp. 1. quæst. 1. punct. 3.* Tannerum *tom. 3. disp. 1. quæst. 4. dub. 2.* Antonium Paulum *in Lucidario Potestatis Papalis, lib. 4.* Capellum *disp. 1. de Potest. summi Pontificis, cap. 9.* & Sorbonicum Doctorem Michaëlem Nauclerum *de Monarchia, tom. 1. part. 2. lib. 2. cap. 3.* asserentes, Paulum ascendisse videre Petrum tanquam Principem suum, & caput. Vide etiam Estium *in Epist. 1. ad Gal. n. 18.* & Salmeronium *tom. 15. disp. 21.* cum Nicolao Sandero *de visibili Monarchia, lib. 6.* & Alberto Pighio *de Hierarch. Eccles. lib. 3. cap. 11.* & Bozio *de signis Eccles. lib. 3. cap. 2. & lib. 5. cap. 3.*

7. Sed audiamus æqualitatem, & differentiam inter Diuum Petrum, & D. Paulum, à Diuo Thoma, & Scholasticis superius positam, etiam à Sanctis Patribus antea confirmatam. Agmen ducat Augustinus, sic itaque asserit, *serm. 3. in festo Diui Petri, & Pauli*, Cùm omnes Beati Apostoli parem gratiam apud Dominum Sanctitatis obtineant, nescio quo tamen pacto Petrus, & Paulus videntur præ cæteris, peculiari quadam in Saluatore, fidei virtute præcellere. Quod quidem ex ipsius Domini iudicio possumus approbare. Nam Petro, sicut bono dispensatori Clauem Regni Cœlestis dedit; Paulo, tanquam idoneo Doctori gentium, Magisterium Ecclesiasticæ institutionis iniunxit: scilicet, vt quos iste erudierit ad fidem, ille suscipiat ad salutem, vt quorum corda Paulus patefecerit doctrina verborum, eorum animabus Petrus aperiat Regna Cœlorum. Clauem enim quodammodo à Christo scientiæ & Paulus accepit. Clauis enim dicenda est, qua ad fidem peccatorum corda reseruantur, mentium secreta panduntur, & quicquid intrinsecus tenetur clausum, in palam rationabili manifestatione producitur. Clauis, inquam, est, quæ & conscientiam ad confessionem peccati aperit, & gratiam ad æternitatem Mysterij Saluatoris includit. *Ambo igitur Claues à Domino acceperunt, scientiæ Iste; Ille potentiæ.* Ita Augustinus. Ergo non potuit Paulus par esse Petro in eodem genere Primatus: nam ipse accepit clauem scientiæ, Petrus autem potentiæ.

8. Hoc etiam confirmatur ex aureis verbis Gregorij

Gregorij *lib.4. Epist.38. indict.13.* superius citatis: Certè ait, Petrus Apostolus primum membrum Sanctæ, & vniuersalis Ecclesiæ est. *Paulus, Andreas, Ioannes*, quid aliud quam singulares sunt plebium capita? Quid clarius dici potest. Vide quomodo à Gregorio, respectu Primatus, & ordinariæ Iurisdictionis, Petrus solus ponatur; Paulus verò cum cæteris Apostolis constituatur. Itaque concedimus Paulo parilitatem cum Petro in munere Apostolatus, non autem in Primatu. Idem, clarè docuit Innocentius III. *serm.98. de D. Petro, & Paulo*: Petrus, ait, socium habuit Beatissimum Paulum, vnde cum singulariter præmittitur: Duc in altum, pluraliter subditur, Et laxate retia in capturam. Quia *Solus Petrus tanquam vniuersalis Princeps Ecclesiæ*, in altitudinem supremæ Prælationis ascendit: *Sed ipse cum Paulo, retia prædicationis ad capiendos homines in Vrbe laxauit.* Recognosce in his verbis differentiam inter Petrum, & Paulum, & quod ille acceperit Clauem potentiæ, & regiminis, iste verò Clauem scientiæ; & prædicationis. Solus igitur in regimine fuit Petrus, licèt in prædicatione socium habuerit Paulum.

9. Hæc veritas etiam expressa inuenitur apud Diuum Leonem *sermone 1. in Natal. Petri, & Pauli*, vbi de vtroque loquens, sic ait: Isti sunt viri, per quos tibi Euangelium Christi Roma resplenduit, & quæ eras Magistra erroris, facta es Disciplina veritatis. Isti sunt patres tui, verique Pastores, qui te Regnis Cœlestibus inserendam multo melius, multóque felicius condiderunt, quàm illi quorum studio prima mœnium tuorum fudamenta locata sunt, ex quibus is, qui tibi nomen dedit, fraterna te cæde fœdauit. Isti sunt, qui te ad hanc gloriam prouexerunt, vt gens sancta, populus electus, ciuitas Sacerdotalis & Regia, per *Sacram Beati Petri Sedem*, Caput Orbis effecta, latius præsideres Religione diuina, quàm dominatione terrena. Vide Lector in his verbis tanquam Patres, & Pastores Romanæ Ecclesiæ laudatos Petrum & Paulum à Magno Pontifice, qui *tamen ad Cathedræ Petri fastigium sue dignitatis originem constantissimè semper retulerit.* His ergo duobus Apostolorum Principibus, tanquam firmissimis columnis nixa Ecclesia Romana, vtrumque illorum laudibus in Cœlum vehit, sed Petro Principatum iurisdictionis asscrit, Paulo verò Primatum Scientiæ adscribit, vt in dispari genere circa Primatus Petri labefactionem, aut euertionem Apostolorum Principes meritò censeantur.

10. Hanc etiam æqualitatem, & differentiam inter hos duos Apostolos agnoscens Fortunatus *in lib.3. Carminum* in honorem Petri, & Pauli ita cecinit.

Cœlorum portæ, lati duo lumina Mundi,
Ore tonat Paulus, fulgurat arce Petrus.
Inter Apostolicas radiante luce coronas.
Doctior hic monitis, celsior ille gradu.
Hunc per corda hominum referantur, & astra per illum
Quos docet iste stylo, suscipit iste polo.
Pandit iter Cœli hic dogmate, clauibus alter,
Est via cui Paulus, ianua fida Petrus.

11. Et tandem non desinam hic apponere eximia verba Hugonis de S. Victore, qui eadem discrimina inter hos Apostolos *in serm.64. de Apost. Petri, & Pauli*, ita complexus est. Petrus cæteris eminet excellentia Potestatis, Paulus excellentia Prædicationis. Petrus Sol, Paulus Luna: Petrus Sol per collatam sibi diuinitus potentiam, Paulus Luna, per collatam sibi cœlitus sapientiam. Luminare maius fecit Deus, dum dixit Petro: Caro, & sanguis fidei Sacramentum non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui est in Cœlis. Et illum tunc lucere in Cœlo præcipit, dum illi Claues Regni Cœlorum contradidit; Luminare minus fecit, dum Saulum strauit, & Paulum erexit. Petrum Soli comparo, cum Petro soli dictum esse constet: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, &c. Petróque soli inter cæteros, & præ cæteris à Domino cura Pastoralis principaliter, & specialiter iniuncta est, vbi dixit: Pasce agnos meos. Hucusque Hugo.

12. Vnde ex his omnibus apparet minimè admittendam esse opinionem Anonymi, asserentem D. Paulum fuisse æqualem Petro, & simul cum ipso Pontificem & Caput Ecclesiæ. Nam in ordine ad primatum dicendum est, Paulum non solum non fuisse æqualem, sed subditum Petro. Sicuti de cæteris Apostolis tradit Granadus *in 2. 2. contr.1. tract.7. disp.1. sect.2. n.10.* Duvallius *de Rom. Pont. part.1. q.4.* cum Valentia *tom.3. disp.1. q.5. punct.7. §.18.* & aliis. Et ideo D. Thomas, & Tostatus *vbi suprà*, vt visum est, dixerunt, *Paulum fuisse subditum Petro*, quod antea dixerat B. Petrus Damianus *lib.6. Epist.18.* in qua loquens de correctione, quam ad *Galat.2.* fecit Petro D. Paulus, sic asserit; Quid est Beate Paule, quod *Priorem* tuum increpationibus laceras: obiurgationibus exacerbas? Quo pacto non veteris, cum ante hominum ora confundere, *cui speciali iure* concessum est vniuersi totius Ecclesiæ Orbis præsidere, &c. In quibus verbis, velint nolint, opus est, Aduersarij recognoscant, non solum Primatum Petri, sed inferioritatem Pauli erga ipsum, cùm Damianus apertè vocat Petrum Priorem, id est, Superiorem Pauli.

13. Sed audiamus Diuum Cyprianum *Epist.71. ad Quintum*, idem asserentem, loquitur ibi de eadem correctione facta Petro à D. Paulo, & exaggerans humilitatem, cum qua Petrus illam sustinuit, sic ait: Nam nec Petrus, super quem ædificauit Dominus Ecclesiam suam, cùm secum Paulus de Circumcisione disceptaret, postmodum vindicauit sibi aliquid insolenter, aut arroganter assumpsit, vt diceret se *Primatum* tenere, & obtemperare, à nouellis, & posteris sibi potius debere, &c. Videant aduersarij, quomodo D. Cyprianus clarè sentit, Paulum fuisse Petro subditum, & inferiorem: nam alioquin non bene dixisset, quod correctus à Paulo poterat ei obiicere suum Primatum, & Superioritatem in alios. Hinc dixit etiam D. Augustinus *lib.2. de Baptism.* contra Donat. *cap.1.* in Scripturis Sanctis didicimus Apostolum Petrum, in quo *Primatus* Apostolorum tam excellenti gratia præeminet, aliter, quam veritas postulat de Circumcisione agere solitum: *à Posteriori* Apostolo Paulo fuisse correctum, & si aliquis asserat, Patres in dictis locis loqui *de Prioritate, & Posterioritate ordinis, aut ætatis.* Respondeo hanc esse responsionem impij Marci Antonij de Dominis, ex cuius pistrino farinam suorum argumentorum, & responsionum sæpius accipit Anonymus. Sed talem responsionem non est dubium ex ipsis verbis Patrum elusam remanere. Nam, vt legentibus patet, apertè faciunt mentionem de *Prioritate Regiminis, Iurisdictionis.* Quod etiam fecit Venerabilis Beda, exponens verba D. Pauli, *Epist.2. cap.3.* Sicut charissimus noster Paulus, &c. Ecce inquit, Primus Apostolorum quasi oblitus sui *Priorat us, & datarum sibi Clauium Regni Cœlestis*, datam Paulo sapientiam miratur, quia nimirum moris est electorum, vt aliorum magis, quam suas mirentur virtutes, per quas se ad perfectum excitent. Ita ille. Perpende in his verbis, Bedam tribuere clauem potentiæ, & regiminis Petro; Paulo verò clauem scientiæ, & eius inferioritatem erga Petrum clarè constituere, nam si Paulus Petro in Primatu esset æqualis, ineptè dixisset Beda, ad Petri humilita-

tem extollendam ipsum Prioratus sui pene oblitum, & claues receptas, Pauli sapientiam glorificasse. Dicendum est igitur cum communi sententia Patrum, & Theologorum, Paulum Petro non fuisse æqualem, sed inferiorem. Hinc rectè D. Gregorius *homil.18. in Ezechielem*, Paulum cum Petro comparans, *Minorem fratrem eum appellat.* Vide etiam omnino Thomam Vvaldensem *tom.1. lib.2. art.1. cap.3.* vbi ex multorum Patrum authoritate aduersus Vviclef, apertè probat inæqualitatem inter Paulum, & Petrum, & illum hoc fuisse inferiorem demonstrat. Et quia semper aduersariis debitor sum, contra ipsos aliquem Doctorem Sorbonicum adducere, videant Genebrardum Chronologia *lib.3. ann. Christi 32. fol.368.* vbi docet, ex multis Patribus Petrum Paulo fuisse maiorem.

14. Et quidem respondent mihi aduersarij: Si Paulus fuit simul cum Petro Pontifex, vt ipsi contendunt, afferant quæso aliquam Pauli actionem, in qua appareat tanquam Caput Ecclesiæ, & Pontificem se gessisse, voluant, & reuoluant totum Euangelium, certè non inuenient. Sed ego illis ostendam contrarium, videlicet *in Act. Apostol. cap.15.* nam cùm Antiochiæ orta esset quæstio, aut Gentiles Christiani deberent circumcidi, & seruare legem Moysi, missi sunt D. Paulus & Barnabas Hierosolymam ad Apostolos. Ergo Paulus non fuit Pontifex cum Petro, nam si Pontifex esset, Christiani Gentiles, & Iudæi acquieuissent eius determinationi. Venit igitur D. Paulus Hierosolymam, vbi ad illius quæstionis decisionem celebratum fuit primum Concilium, de quo mentionem fecit Synodus Constantinopolitana II. *Collat.8.* in conclusione trium Capitulorum. In isto verò Concilio adfuit Paulus, vt cæteri Apostoli, & seniores. Petrus autem vt solus Pontifex, & caput, & vt Iudex quæstionem definiuit, & abrogauit legalia. Vnde Lucas *vbi supra*, asserit: Cùm autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres, &c. Quasi (ait D. Antoninus *in Chronica, tom....tit.6. cap.2. §.10.* explanans dicta verba) Princeps Apostolorum, & Pontifex Ecclesiæ, qui audita controuersiæ in vtramque partem disceptatione, hic eam primus quasi iudex definit, vnde mox eius sententiam sequitur Iacobus, & alij. Quod etiam obseruat hic Iacobus Gagneus Theologus Parisinus, Ioannes Lorinus, Gaspar Sanctius, & Cornelius à Lapide, quibus adde Cardinalem Turrecrematam *in summa de Ecclesia, lib.1. cap.5.* Cardinalem Baronium, *tom.1. anno Christi 51.* Salmeronium *tom.12. tract.43.* Sotum *in 4. dist.20. quæst.1. art.2. conclus.4.* Christophorum Marcellum Archiepiscopum Corcyræ *de auctoritate Papæ contra Lutherum, lib.1. cap.20.* Et omnino videndum Ioannem Bagotium *in Apologetico Fidei, part.1. lib.4. disputat.6. cap.2. num.2.* Pitigianum *in 3. sentent. tom.2. distinct.25. quæst.2. art.1.* Tannerum *tom.3. disp.1. quæst.4. dub.2. num.73.* Bouerium in Censura contra M. Antonium de Dominis *part.2. lib.1. cap.10. fol.232.* Capellum *de Pontific. B. Petri, disp.1. in cap.11. num.10.* Panuinum *de Primatu Petri, part.2. cap.3. respons.1. ad primum argumentum.* Gauinam *in controu. tom.2. lib.4. art.2. fol.488. & tom.3. part.2. controu.3. art.1. fol.85. ad quintum argumentum.* Coëffeteau *de Rep. tom.1. lib.1. cap.9. num.25.* Becanum *in Man. contr. lib.1. cap.4. num.45. & 51.* Sanderum de Claue Dauid *lib.2. cap.5.* Agricolam *tract. de Primatu Petri, cap.7. sub monit. ad Lectorem.* Bañez *in 2.2. D. Thomæ, quæst.10. art.1. dub.4.* Ioan Vvigers *in 2.2. Diui Thomæ, quæst.1. art.10. dub.1. num.94.* Alphonsum de Castro *aduers. hæret. lib.10. vers. Papa.* Bellarminum *de Roman. Pontif. lib.1. cap.22.* Paulianum *de Iubil. lib.3. cap.1.* Antonium Polum *in Lucidario potestatis Papalis, lib.4. fol.37.* Pueronium *de Aristocratia Regulari, tom.2. cap.3. num.26.* Qui omnes firmant, D. Petrum in supracitato Concilio tanquam omnium Caput extitisse, & vt Pontifex lege lata, quid de Circumcisionis præcepto, ac Idolatriis obseruandum esset, præscripsisset. Et ideò Diuus Hieronymus *Epistol.89. quæ est 11.* inter Epistolas Diui Augustini *cap.3.* rectè asseruit *Petrum fuisse Principem illius Decreti.* Et Tertullianus *lib. de Pudicitia, cap.21.* dixit Petrum omnium spiritu instinctum de nationum vocatione præfatum. Et quod Paulus fuerit præsens in dicto Concilio, tanquam vnus ex Apostolis, & non tanquam Caput eorum, vt Petrus, patet ex supradictis Doctoribus, & ex verbis Scripturæ, & dixit Theodoretus *Epist.113. ad Leonem Papam*, vbi ita ait: *Si Paulus præco veritatis, Tuba S. Spiritus ad magnum Petrum accurrit, vt ijs, qui Antiochiæ de legalibus institutis contendebant, ab ipso afferrent solutionem.* Multo magis nos, qui absentes sumus, & pusilli ad Apostolicam vestram Sedem currimus, &c. Quod etiam ex Sophronio Patriarcha Hierosolymitano *Epist. ad Honorium Papam*, obseruarunt Nauclerus *de Monarch. tom.1. part.2. lib.3. cap.12.* & Bozius *de signis Eccles. tom.1. lib.5. cap.3.* & ne deseras videre Rodolphum Cupres *tract. de Sacrosancta vniuersali Ecclesia, verb. Statuta Papæ, art.2. fol.159.* Videat modo Anonymus, si Paulus fuit Pontifex simul cum Petro, & Caput Ecclesiæ, vt ipse perperam vult, cùm in dicto Concilio Hierosolymitano tanquam vnus ex aliis Apostolis interfuerit sub Principe, & Capite Petro.

15. Liceat etiam hic animaduertere Petrum immediatè à Christo Episcopatum accepisse; Paulum verò ab Apostolis, vel vt alij volunt, Lucio & Manahen ministris Ecclesiæ, vt patet *in Act. Apostol. cap.13. vers.1.2.& 3.* Et ita etiam docet Cardinalis Bellarminus *de Rom. Pontif. lib.1. cap 23.* vbi sic ait: Saltem Paulum, quem Christus de Cœlo vocauit, & Apostolum fecit, non Episcopum ordinauit, sed iussit ordinari per manus impositionem ministrorum Ecclesiæ, vt patet *Actor.13. & ex Leone in Epist. ad Dioscorum quæ est 81. in operibus eius, sed in tomis Conciliorum 79.* vbi loquens Leo de ordinatione Episcoporum, exemplum hoc Pauli adducit: & ex Chrysostomo, qui in hunc locum Actorum dicit, adeò veram fuisse Pauli Ordinationem, vt in ipsa nomen mutauerit. Statim enim subiungitur, Saulus, qui & Paulus. Ita Bellarminus.

16. Sed non desinam hic apponere etiam verba Patris Bouerij in Censura Marci Antonij de Dominis *part.2. lib.2. cap.2.* vbi loquens de Paulo, & Barnaba, statuit illos accepisse Episcopatum è manibus Apostolorum; & non immediatè à Christo vt perperam voluit Spalatrensis. Sic itaque Bouerius asserit: Cùm Episcopatus quædam dignitas sit, quæ propriè Ecclesiæ gubernationem respicit, *ea sanè ab alio conferri non potest, præterquam ab eo, cui vniuersalis Ecclesiæ gubernatio, vt capiti credita est, vel ab illo, cui ea potestas delegata sit*; Christus quidem necdum in Cœlum assumptus visibiliter decem Apostolos Episcopos instituit, ac vndecimum Petrum omnium Episcoporum pontificem creauit: quapropter, eo in Cœlum assumpto, hoc creandorum Episcoporum munus in Petrum velut Christi Vicarium, & visibilem Ecclesiæ Monarcham transiatum fuit; quod sanè ad eum solum spectare debuisset, nisi singulari priuilegio, id Apostolis quoque à Christo concessum, ac velut delegatum fuisset. Cùm itaque hi Apostoli post Christi ascensionem tantùm Episcopatum acceperint, quando,

hæc

hæc creandorum Episcoporum potestas tantùm permanes Apostolos manebit : hinc velut indubitatum statuimus, eos ab Apostolis Episcopos ordinatos fuisse.

17. Neque obiicere potes, hos Apostolos simul cum Apostolatu Episcopatum à Deo immediatè accepisse : *Nam cum Episcopos creare ad Ecclesiæ iurisdictionem pertineat* ; postquam semel Christus Ecclesiæ potestatem instituit, nam nunquam postea aut abstulit, aut diminuit ; sed quæ Ecclesiæ propria sunt, Ecclesiæ integra esse voluit ; quæ verò Dei, Deo perficienda reliquit. Ita fit, vt horum quidem electionem ad Apostolatum, ad quam Ecclesiæ potestas pertingere non poterat, Deus per se ipsum præstiterit : Episcopatum verò, qui ab Ecclesiæ potestate pendebat, & ab ea perfici poterat, non per se, sed per Apostolos iisdem conferre voluerit. Hucusque Boërius, egregiè quidem pro casu nostro.

18. Nec obstat dicere Paulum *Epistol. 2. ad Galatas*, asserere, Apostolos nihil ei contulisse. Nam respondeo cum Henriquez, & Cornelio, hoc enim ipse à Christo didicit ; sicut Apostoli, quibus quoad Apostolatum æqualis, fuit. Scio Legionensem *in cap. 1. Epistol. ad Galat.* Caietanum *in Acta Apostolor. cap. 13.* Suarez *in 3. part. tom. 3. disputatione 34. sect. 1.* & alios asserere *in loco suprà citato, Actor. 3.* Paulum non fuisse ordinatum Episcopum ; quia illa manuum impositio, de qua textus ille loquitur, non fuit ordinatiua, sed deprecatiua : at communis sententia est in contrarium. Et ratio est, quia nusquam legimus, Saulum, & Barnabam ordinatos fuisse Episcopos, nisi hic, vnde postea *in cap. 14. Actor. & seq.* inuenimus, Episcopalia munia obiisse, ordinando per ciuitates Presbyteros. Et nunquam in Scripturis apparet Paulum, præter Apostolatum, ac diuini Verbi disseminandi potestatem aliud à Deo accepisse : nam si eius vocationem perpendas, quando is primò ad fidem & Apostolatum à Deo accersitus fuit, nihil amplius de eo scriptum inuenimus, nisi : Vade, quoniam Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus & Regibus, & filiis Israël, vbi de solo Apostolatu agitur. Et idem Paulus, præter Apostolatum, nihil à Deo se accepisse commemorat, cùm ait : Paulus Apostolus, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, & Deum Patrem.

19. Dicendum est igitur, quod quia Christus ordinauit Apostolos Episcopos, hi alios, & alios : ergo & Paulus ab iis ordinatus est, hoc enim postulabat ordo Hierarchicus à Christo institutus, vt cum ipse Petrum, & Apostolos ordinarit, cæteri omnes ab eis, vel eorum successoribus ordinarentur ; & ita, vt dixi, docent communiter Doctores ; vt videre est apud Cornelium à Lapide, & apud Ioannem Lorinum *vbi suprà in Act. Apostolor. cap. 13.* quibus omnibus adde sapientissimum Salmeronium *tom. 12. tractat. 36.* vbi sic ait Arator in sui Poëmatis principio *lib. 2.* insinuat, Saulum, & Barnabam ordinatos fuisse Antiochiæ à Beato Petro, dicens :

Spiritus accensam verbo radiante lucernam
Sub modio lucere vetans, secernite Saulum
Dixit in oris opus : quem mox sacravit euntem
Imposita Petrus ille manu. Cui sermo Magistri
Omnia posse dedit.

20. Quæ, si vera sunt, colligimus, Petrum post liberationem carceris Antiochiam venisse, quæ extra Herodis Agrippæ ditionem posita erat, & vbi Marsus Syriæ Præses parum gratus Agrippæ gubernabat. Quòd si ille non adfuit ; profectò non deerant iam multi Episcopi per Apostolos promoti, qui Paulum, & Barnabam possent ad sacros Presbyteratus, & Episcopatus Ordines promouere. Vnde & Oecumenius existimat Saulum, & Barnabam accepisse manuum impositionem à Lucio, & Manahen. Et cùm Spiritus sanctus tantùm iussisset segregari Barnabam, & Saulum : at illi addiderunt ieiunia, & preces, & imposuerunt manus, docebántque in ipsis Ecclesiæ exordiis quid posteris esset faciendum. Ita Salmeronius, cui etiam adde Gasparum Sanctium *in Acta Apostolorum, cap. 3. numero 5. & 6.* & Henriquez *in summa, lib. 10. cap. 3. numero 3.* & Christophorum Marcellum *de Auctoritate Pontificis contra Lutherum, libro 2. cap. 14.* Videat modò Anonymus, si possit Paulum Petro in Pontificatu coæquare, dum fuerit ordinatus Episcopus à Ministris Ecclesiæ, vel ab Apostolis.

21. Patet igitur ex omnibus supradictis, Paulum, secluso Apostolatu, in ordine ad potestatem Regiminis, non fuisse æqualem, sed inferiorem D. Petro. Meritò itaque dixit Aequius *de Romano Pontific. cap. 34.* Neque Paulus, qui plus omnibus laborauit, neque Andreas maior natu, neque aliquis Apostolorum alius, *sed solus vnicus Petrus Claues accepit.*

22. Nec aduersus supradicta obstant primò, verba nimis vrgentia Diui Cypriani *lib. de vnitat. Eccles.* asserentis. Hoc erant vtique cæteri Apostoli, quod erat Petrus, pari consortio præditi, & honoris & potestatis. Quod etiam habetur *in cap. loquitur Dominus 24. quæst. 1.* Vnde Innocentius III. *in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi*, asserit, Paulum accepisse plenitudinem potestatis. Respondeo, magnam esse differentiam inter potestatem Pauli, & aliorum Apostolorum, & inter potestatem Petri. Ideò Anacletus *Epistola 2.* sic ait : Cæteri Apostolicum eodem (scilicet Petro) pari consortio honorem, & potestatem acceperunt, ipsúmque Principem eorum esse voluerunt. Et Melchiades Papa *Epistola ad Episcopos Hispaniæ.* Inter Beatos Apostolos fuit quædam discretio potestatis, & licet cunctis par electio foret, Beato tamen Petro concessum est, vt & aliis præemineret.

23. Concedo igitur Apostolos habuisse quidem potestatem in vniuersum Orbem, sed extraordinariam tanquam delegatos, Petrum verò habuisse potestatem ordinariam tanquam Caput, & ex officio. Itaque potestas data est Petro, vt per successionem perpetuò in Ecclesia duraret : aliis verò Apostolis solùm data est per modum cuiusdam legationis, & personalis muneris finiendi cum vita eorum. Insuper hæc potestas, quoad actum ferendi leges, in Petro erat simpliciter superior, & independens ; in Apostolis verò, inferiori modo, & cum multa differentia, quia Petrus poterat suis legibus, vel præceptis alios etiam Apostolos obligare, & nullus poterat eius leges reuocare : alij verò Apostoli nec Petrum obligare poterant, & Petrus in rigore poterat eorum leges non admittere, seu reuocare. Et ita docet (respondens ad textum Diui Cypriani) Suarez *de legibus, lib. 4. capite 3. num. 7. 8. & 9.* cui adde Acugnam in Decretum Gratiani *part. 1. distinctione 21. cap. 2. numero 6.* Dominicum Bañez omnino videndum *in 2. 2. D. Thomæ quæstione 1. artic. 10. dub. 4. in respons. ad primum argument.* Granadum *in 2. 2. D. Thomæ, controuers. 1. tract. 7. disp. 1.*

sect. 2. num. 10. Amicum *in cursu Theolog. tom. 4. disput. 6. sect. 2. num. 79.* Perez *in Pentateuchum sacri, lib. de Roman. Pontif. cap. 21.* Valentiam *tom. 4. disput. 1. punct. 7. §. 28.* Driedonum *lib. 4. de variis dogmatibus cap. 32. part. 3.* Aluarum Pelagium *de planctu Eccles. lib. 1. cap. 60.* Canum *de loc. Theolog. lib. 8. cap. vlt. ad argument. 11.* Sotum *in 4. distinct. 20. quæst. 1. artic. 2. & 3.* Becanum *in manual. controuers. lib. 1. cap. 4. num. 47. & seq.* Bouerium *in controuers. tom. 2. lib. 1. Demonst. 3.* Symboli *de vnitate capitis visibilis art. 9.* Alexand. Turre. *de Eccles. Hierarch. lib. 4. Rad. 12.* & alios.

24. Et hanc differentiam procedere etiam in Paulo indiuidualiter patet ex Suarez vbi suprà *num. 4.* iuncto *num. 7. & seq.* Et docet etiam expressè eruditus ex numquam satis laudata Societate Iesu Theologus Nicolaus Serrarius *opuscul. de vita Diui Pauli part. 4. num. 7.* vbi sic ait: Cum summo Pontificatu auctus esset Petrus, soluſque ordinariam in totam quacunque diffusam Ecclesiam potestatem haberet: omnes tamen alij Apostoli, & maximè sanctus Paulus, extraordinariam accepit. Sic enim initio decebat, vt omnium omnibus Ecclesiarum solicitudo quædam inesset, omnes omnium Prouinciarum procurationem, quodammodo haberent, vt tanto & facilius, & citius, & diligentius Euangelium, omnes in oras, & regiones spargeretur. Ordinaria tamen, & legitima cura, & administratio penès vnum Petrum, eiusque posteros semper mansit. Sicuti cum Sacerdotio summo initiatus esset Aaron, ordinario is munere fungebatur; quod eius etiam posteri retinuerunt: extraordinariam tamen simul etiam tenebat eius frater Moyses. [Quare Patres si quando comparationem inter Petrum, & Paulum instituunt, quatuor ferè hæc docent. Primò hosce duos Apostolos aliis omnibus antecellere. Secundò, vter illorum virtutibus, & meritis altero maior sit, nobis incertum esse. Tertiò, Paulum scientia, & doctrina, Petro antestare. Quartò, Petrum, & potestate, & auctoritate primas tenere.] Hæc Serrarius nimis conducentia ad casum nostrum, prò responsione ad authoritates Patrum ab aduersariis adductas, ad quas latius infra.

25. Nec obstat dicere secundò, omnia supradicta esse vera, sed procedere loquendo de D. Paulo seorsum sumpto, secus si de Paulo cum Petro coniuncto, efficientibus vnicum in Ecclesia Principem, & caput. Respondeo hoc esse verbis illudere, & hanc nouam D. Pauli mixtionem: Dico nouam, quatenus asserit D. Paulum effecisse cum D. Petro, vnum Caput, atque constituisse vnicum principem Ecclesiæ. Hanc, inquam nouam D. Pauli mixtionem cum Petro non agnoscunt, neque indicant sacræ Scripturæ, nec veteres Patres, nec Theologi; ergo tanquam figmentum chimæricum admittenda non erit; cùm igitur Scripturæ absolutè ad solum Petrum Primatum Ecclesiæ conferant, & veteres Patres quos plena manu, & ad satietatem superius adduxi in prima, secunda, & tertia probatione, cum omnibus Scholasticis, etiam simpliciter solum Petrum, & non aliud Caput, & Pontificem Ecclesiæ vocant, prorsus negantes D. Paulo Clauem Potentiæ, & iurisdictionis eo modo, vt Petro competit. Nescio quo pacto Paulus possit ab Aduersariis vocari Ecclesiæ Pontifex, Princeps, & Caput, vt Petrus.

26. Sed instabis dicendo, cum aduersariis *numer. 14.* non officere, si aliqua loca Sanctorum Patrum faciant mentionem solum de Primatu Petri, & non Pauli; quia etiam in aliis locis Patrum, solius Pauli Primatus astruitur: non, inquam, secundum ipsos, hoc obstat? quia in Scripturis, Pater Deus appellatur; ita & filius, Dominus: & tamen hoc non obstante, non excluditur Diuinitas Filij, cum Patri Diuinitas attribuatur, nec Dominatio Patris excluditur, cum filio conferatur. Sic & in nostro casu non excluditur Primatus Pauli, dum attribuitur Petro à sanctis Patribus? nec excluditur Primatus Petri, dum attribuitur Paulo, & sic nominato Petro intelligitur nominatus Paulus, & nominato Paulo, intelligitur nominatus Petrus, vt eorum indiuidua æqualitas demonstretur.

27. Sed hæc responsio non est admittenda, & est satis futilis, & straminea. Nam in Scripturis, expressa Diuinitate Patris, non excluditur Diuinitas Filij, quia alibi Scriptura facit mentionem de Diuinitate Filij; & expressa Diuinitate Filij alibi Scriptura facit mentionem de Diuinitate Patris, intelligitur Diuinitas Filij expressa: & expressa Diuinitate Filij, intelligitur expressa Diuinitas Patris. Sed ego quæro ab Aduersariis, cùm in Scriptura habeamus expressum Primatum solius Petri, vt in multis locis apparet: afferant ipsi aliquem locum Scripturæ tribuentem Paulo Primatum Ecclesiæ, & ego dabo manus, & argumentum eorum vim habebit. Sed cùm in Sacris litteris tantum de Primatu Petri (vt visum est) efficiatur mentio, & nulla mentio efficiatur de Primatu Pauli, sequitur, non posse argumentari de vno ad alium, sicut argumentum de Diuinitate Patris ad Diuinitatem Filij, & è contra.

28. Nec valet dicere, hanc mentionem Primatus Pauli, docere aliquos Patres. Nam cùm Scriptura (cui standum est) de tali Primatu ne quidem vnum verbum asserat; ideò Patres (secundum mentem Aduersariorum) hoc asserentes, reducendi sunt ad bonum sensum, & interpretandi sunt iuxta differentias, & discrimina, quæ diximus supra, adducta à D. Thoma, & aliis Patribus, & Theologis Scholasticis, vt infra magis in particulari dicemus. Et ideò Patres ab Anonymo adducti, quando postèa, apertè, & in terminis loquuntur de Primatu Ecclesiæ, semper faciunt mentionem de Petro, & ne verbum quidem asserunt de Paulo? imò, vt probatum est, & fatentur Paulum quoad Primatum fuisse Petro subiectum & inferiorem. vnde miror quo pacto Aduersarij possint hæc verba proferre, *num. 20.* videlicet à Christo ipso indissolubili modo constrictam Pauli cum Petro in eundem loci Primatum societatem? Bone Deus, in quonam quæso Sacræ Scripturæ Textu, hunc Primatum Pauli cum Petro obseruauerunt; In lucem quidem promant: quia ego, nec vlli ante me inuenerunt. Quando Christus dixit Petro: Pasce oues meas, inter illa etiam erant Apostoli, & etiam Paulus. Sed quando & quo pacto fuerit ex oue postea effectus Pastor (vt volunt Aduersarij) mihi & Theologis ignotum est. Desinant igitur Aduersarij admirari; si patribus (sunt eorum ipsissima verba, *num. 19.*) credimus Petro Ecclesiæ Primatum assignantibus? quid est, cur eundem Paulo asserentibus non patiamur? Respondeo breuiter, Primatum Petri credimus, quia in Scriptura habetur expressè, & ideò apertè à sanctis Patribus etiam asseritur. Verum Primatum Pauli non credimus, quia non solum non habetur in sacra Scriptura, sed nec etiam in sanctis Patribus inuenitur, sed tantum ex laudibus, & encomiis, quæ D. Paulo simul cum Diuo Petro Patres attribuunt, Aduersarij illud non bene deducunt; & inferunt: nam sanctorum Patrum loca, vt probatum est, & probabitur, de Primatu non sunt intelligenda. Ergo credimus Patribus asserentibus Primatum Petri, quia cum sacra Scriptura hoc manifestè dicunt. Non credimus Aduersariis Pauli Primatum asserentibus, quia id Scriptura non dicit, nec Patres

ab

ab ipsis adducti, benè intellecti, & expositi, hoc asserunt.

29. Hinc benè perpendant Aduersarij, quomodo audeant summo Pontifici persuadere, eorum opinionem esse certissimam traditionem omnium Patrum, & totius vniuersalis Ecclesiæ. Dicant quæso, quis ex Patribus dixit, non solum Petrum, sed etiam Paulum fuisse Caput Ecclesiæ, & Patrem cum Petro, quoad supremum eius Primatum? Certè ferè nullus. Hoc inuenio dicere Auctorem huius Epistolæ, qui illud deducit, sed malè, ab aliquibus Patribus perperam ab ipso intellectis. Et quidem si talis opinio esset admittenda tanquam omnium Patrum, & Ecclesiæ traditio (vt volunt Aduersarij) sequeretur, D. Thomam, & totam scholam Theologorum negantem expresè æqualitatem Pauli, quoad primatum cum Petro, sequeretur, inquam, aduersari directè communi traditioni Ecclesiæ, & sanctorum Patrum, quod abhorrent aures audire, & in Ecclesia Dei, in re tam graui D. Thomas cum omnibus Theologis, pugnaret contra omnes Patres. Agnoscant aduersarij, quanta laborant in Charybdi?

30. Et videant si nouus Papatus Diui Pauli ab ipsis inuentus dici possit totius Ecclesiæ traditio. Nam quidem traditiones Ecclesiæ sunt apertissimæ, & luce meridiana clariores. Quis enim scit, parvulos esse baptizandos ex traditione Ecclesiæ, ait Augustinus *lib.* 10. *Genes. ad litteram*, *cap.* 23. Quis non scit Symbolum fidei esse verè canonicum, & Apostolicum, de quo Baronius *tom.* 1. *ann.* 44. Quis non scit in Calice ante consecrationem, esse aquam admiscendam, vt obseruat Cyprianus *lib.* 2. *epistol.* 1. Quis non scit obligationem ieiunij Quadragesimalis, de quo D. Leo *sermone* 7. *de ieiun.* Et sic dicendum de omnibus aliis Ecclesiæ traditionibus, & præsertim diuinis, & Apostolicis, quæ omnibus fidelibus patent, & vt tales ab omnibus creduntur. Sed dicant mihi Aduersarij, ista eorum traditio de nouo Papatu Diui Pauli, quandonam in Ecclesia innotuit? quis vsque adhuc, ex Christi fidelibus illam sciuit? Quis ex Theologis, & Controuersistis, quando de traditionibus Ecclesiæ agunt, de illa fecerunt mentionem? Certè nullus. Ipsi soli post 1646. annos in Ecclesia Dei, talem traditionem prædicauerunt. Dicere autem Patribus ab ipsis citatis innotuisse, & de illa testari, sunt meræ nugæ, est merum somnium, vt infra satis patebit. Cùm itaque vna ex Notis traditionum Ecclesiæ sit consensio, vt optimè obseruat eruditus Ioannes Bagotius in Apologetico fidei *part.* 1. *lib.* 4. *disput.* 4. *cap.* 2. *sect.* 1. *num.* 4. Valentia *tom.* 1. *disput.* 1. *quæst.* 1. *punct.* 7. §. 45. & alii communiter. Et in assertione aduersariorum, quod Paulus fuerit Pontifex cum Petro, non solum est consensio inter Doctores, sed positiua dissensio. Nam ex sanctis Patribus, & ex ipsa sacra Scriptura D. Thomas, & omnes Scholastici contrarium firmant, nempe Paulum fuisse inferiorem, & subditum Petri, nec ei æqualem in regimine. Bone Deus! qua fronte audent Aduersarii asserere eorum sententiam esse certissimam traditionem vniuersalis Ecclesiæ, cùm habeat tot, tantósque insignes contradictores, quos vsque ad satietatem supra retulimus. Vereantur igitur vocare eorum sententiam traditionem Patrum, & Ecclesiæ. Nam traditio Ecclesiæ est in contrarium, & si in hac disceptatione breuitati non studerem, latius demonstrarem discurrendo per priora, & posteriora sæcula, Patres semper docuisse Primatum soli, & vni Petro collatum fuisse, licet breuiter hoc firmatum sit supra in probatione prima, secunda, & tertia. Vnde rectè dixit magnus Salmeronius *tom.* 4. *tract.* 2. *part.* 3. nostram sententiam esse *traditionem Patrum*, & tamen Anonymus contendit, suum figmentum, Patrum esse traditionem. Ergo habebimus in Ecclesia duas traditiones Patrum sibi inuicem aduersantes, quid absurdius dici potest? sed prorsus eliminanda, & detestanda est hæc noua associatio Pauli cum Petro in regimine, & Primatu Ecclesiæ, quam Anonymus nouissimè in Proscenium deduxit.

31. Nam regimen Ecclesiæ militantis fuit institutum, vt optimè ex multis obseruat Duvallius *de Roman. Pontif. part.* 1. *quæst.* 2. Bellarminus *lib.* 1. *cap.* 9. Pueronius *de Regul. Aristocrat. tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 3. Paulianus *de Iubil. lib.* 3. *cap.* 1. & alii, ad instar Ecclesiæ triumphantis tanquam quædam eius imago, sed in Ecclesia triumphante præter Deum, & post lapsum Luciferi, non adfuit alius Princeps, nisi solus Michaël sine societate alterius Angeli. Sic & in Ecclesia militanti præter Christum non est admittendus alius Princeps, & Caput, nisi solus Petrus sine societate Pauli, & post ipsum eius successores. Adde quod Gersonius Cancellarius Parisiensis *lib. de Auferibilitate Papæ*, *Consider.* 8. asserat nullam aliam politiam in Ecclesia constituisse Christum immutabiliter præter Monarchiam, & contrarium asserere, putat esse hæreticum. Sed si Christus post institutum Pontificem Petrum, instituisset postea, vt vult Anonymus, etiam Paulum, mutasset regimen Ecclesiæ contra id quod firmat Gersonius, & tunc Ecclesia dici potuisset mutata, sicut etiam quælibet res publica censetur mutari, quando modus, seu forma gubernandi mutatur: quod de Ecclesia dicere videtur absurdum, vt optimè obseruat Beccanus *in Man. Contr. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 25. Ergo contra Anonymum dicendum est cum Gersone regimen Monarchicum Ecclesiæ, semper immutabiliter extitisse penes solum, & vnum Petrum.

32. Et ideò Concilia Generalia alium Pontificem non agnoscunt nisi Petrum, & eius successores, supra adduximus Concilium Florentinum, cui nunc addo Concilium Nicænum, *Can.* 19. *Arabico*, Concilium Nicænum 1. *Can.* 4. Concilium Chalcedonense 3. *Act.* 3. Et Concilium Ephesinum, *tom.* 2. *cap.* 16. vbi sic habetur. Nulli dubium, imò sæculis omnibus notum est, Sanctum, Beatúmque Petrum, Apostolorum Principem, & Caput, fidei que columnam, Ecclesiæ Catholicæ fundamentum à Christo Regni Claues accepisse, nec non per successores suos hucusque viuere. Celebris est etiam locus alter *Concilij Generalis Lugdunensis sub Gregorio X.* Ipsa quoque (ait) sancta Romana Ecclesia, summum, & absolutum Primatum & Principatum, super omnem Ecclesiam Catholicam obtinet, quem se ab ipso in Beato Petro Apostolorum Principe, & vertice, cuius Romanus Pontifex est successor, cum potestatis plenitudine recepisse veraciter, & humiliter recognoscit. Agnosce quæso quomodo Concilia, quando apertè, & clarè loquuntur de Primatu Ecclesiæ, solum faciant mentionem de Petro, & nunquam de Paulo, & tamen Anonymus audet Paulum in Primatu Petro consociare: ergo Patres in omnibus Conciliis Generalibus, dicendum est, immemores fuisse Primatus Pauli in Ecclesia? Ergo eorum verba in re tam graui fuerunt semper trunca, & manca? Absit hoc dicere, sed de Paulo nunquam mentionem fecerunt; quia Christus Dominus aliud Caput in Ecclesia non reliquit, nisi Petrum. Itaque istum nouum, & alterum Pontificem, Paulum videlicet nostro Anonymo relinquamus; nos autem cum tota Ecclesia Diuum Paulum tanquam

Apostolum, & inter Apostolos maximum, humiliter veneramur; sed Pontificem à Christo institutum solum, & vnum Petrum priuatiuè quoad Paulum constanter credendum esse putamus.

33. Et tandem, vt finem imponam huic sectioni, non deseram hîc apponere aliquas Patrum auctoritates, in quibus faciendo mentionem de Petro, & Paulo, Petrum prærogatiua Primatus in Ecclesia extollunt; Paulum verò aliis laudibus cõdecorant; vnde ex hoc manifestè patet, Paulum cum Petro minimè Pontificem fuisse, vt perperam vult Anonymus. Pulcher locus est ille Cyrilli Hierosolymitani *Catec.* 6. vbi ait: Errorem autem aut latius se proferentem coarguerunt duo viri boni huc perlati, Petrus, & Paulus Ecclesiæ Præfecti, & Simonem se Deum ostentantem, talemque existimatum confestim morte affecerunt. Nam cum Simon se se sublimem in Cælo statum iri profiteretur, & in aërem dæmoniorum vehiculo ferretur, genibus flexis prouoluti serui Dei, precum interuentu in magum eiaculati sunt, & in terram eum deiecerunt. Vide lector quod in his verbis Petrus, & Paulus vocantur Ecclesiæ Præfecti, quis detinebit Anonymum, vt ex illis non inferat suam solitam consequentiam; Ergo Paulus & Petrus fuerunt simul Pontifices; sed audi quid postea subiiciat Cyrillus: Nihilque mirum videtur tametsi mirabile sit; Petrus enim is erat, qui Claues Cœlorum circumferebat, nec admiratione dignum; Paulus enim is erat, qui ad tertium vsque Cœlum, & Paradisum raptus, arcana verba audierat, quæ homini proloqui nemini licet. In quibus verbis patet, quod Cyrillus simul, & in eodem contextu loquens de Petro, & Paulo, Petro Primatum Ecclesiæ attribuit, alludens ad illa verba Christi: Et tibi dabo Claues Regni Cœlorum, vnde in *Catech.* 17. vocauit etiam illum Principem Apostolorum, & Regni Cœlorum Claugerum. Sed aliis laudibus Cyrillus Paulum exornat, nec cum Petro participem de Primatu Ecclesiæ facit, verum alio nomine commendat, quòd nimirum ad tertium vsque Cœlum, & Paradisum raptus fuisset.

34. Quod etiam factum inuenio apud Gregorium Nazianzenum Orat. 26. in qua sic asserit: Paulus Magnus veritatis præco, gentium in fide Magister, qui ad tertium vsque Cœlum peruenit, qui Paradisi spectator fuit, &c. Sed statim, & in eodem contextu loquens de Petro, dicit: Hic quidem Petra vocatur, & fundamenta Ecclesiæ fideique credita accipit, &c. Vide quomodo charactere Primatus Ecclesiæ distinguat Nazianzenus Petrum à Paulo, Paulum multis exornat encomiis, sed Ecclesiæ Primatum vni Petro tribuit. Idem fecit D. Chrysostomus *Homil. 9. de pœnit.* in qua plura encomia confert Petro, & Paulo; sed Primatum Ecclesiæ soli Petro attribuit. Et supra adduxi alia verba D. Chrysostomi *Homil. 87. in Ioann.* vbi ita loquitur. Cur tandem aliis prætermissis, de his solùm Petrum affatur; singularis siue eximius ex Apostolis, & os discipulorum & cœtus vertex erat. Et statim addit: Idcircò Paulus ascendit, vt eum studiosè videret. Vnde ex omnibus superius dictis manifestè paret, quod Patres, quando loquuntur clarè & apertè de Primatu Ecclesiæ, tantùm faciunt mentionem de Petro, & non de Paulo; & hoc etiam in illis locis, & in eodem contextu, in quo nominant Paulum simul cum Petro, & illis laudibus exornant; Primatum enim Petro soli conferunt. Et ideò in terminis aliqui asserunt, Paulum, quoad Primatum fuisse Petro subditum, & inferiorem. Vide etiam præter citatos Patres Nicolaum Pontificem *Epist.* 1. ad Imperatorem Michaëlem, vbi laudat Petrum, & Paulum, tanquam duo lumina magna Cœli, in Ecclesia Romana constitutos; sed cùm præcisè de dignitate, & auctoritate suæ sedis loquitur, soli Petro illam tribuit. Ioannes VIII. *in Epist.* 18. ad Episcopos Manaducensem, & Equilensem, cum aliàs Petrum & Paulum Principes Apostolorum nuncupasset, tamen cùm de sedis Apostolicæ auctoritate pressus agit, sedem vocat Petri. Et Leo IX. Ep. 1. ad Michaëlem Imperatorem loquens de Petro, & Paulo: Cathedralem, & Primatum tribuit Petro, Paulum verò Doctorem gentium vocat. Alios etiam Patres inuenies in sectione sequenti.

35. Sed piaculum existimarem, si ad confirmationem supradictorum, non adducerem verba Clem. VI. in Extr. Vnigenitus Dei Filius, &c. vbi sic asserit: Quantum apud homines glorioſi Principes Terræ, Petrus, & Paulus, per quos Euangelium Christi Romæ resplenduit, & per quos Ecclesiæ religionis sumpsit exordium, qui facti Christiani populi per Euangelium genitores, gregis Dominici Pastores, fidei Lucernæ, Ecclesiarum Columnæ, præ cæteris Apostolis peculiari quadam prærogatiua in ipso Saluatore fidei virtute præcellunt. Quorum VNI, scilicet Apostolorum Principi, sicut bono dispensatori Claues Regni Cœlorum commisit. Alteri tanquam idoneo Doctori, Magisterium Ecclesiasticæ eruditionis iniunxit, in speciali veneratione haberi debeant, &c. Vidisti amice Lector æqualia encomia, & laudes, quibus Clemens Pontifex exornat simul Petrum & Paulum, vocat enim illos Pastores gregis Dominici, Lucernas fidei, Columnas Ecclesiarum; ex quibus verbis encomiasticis Anonymus noster certè inferet: Ergo Paulus & Petrus fuerunt simul Pontifices. Sed Clemens talem infringit conclusionem, nam statim declarat illam æqualitatem à se positam inter Paulum, & Petrum, non esse in ordine ad Primatum; & ideò illicò differentiam ponit inter Paulum, & Petrum, quoad supremum Ecclesiæ regimen: nam vni soli Petro tribuit (vt loquitur D. Augustinus, & D. Maximus) Claucm Pontentiæ, Paulo verò Clauem Scientiæ, dicens, vt visum est; Quorum VNI, scilicet Apostolorum Principi, sicut bono dispensatori Claues Regni Cœlorum commisit; alteri tanquam idoneo Doctori Magisterium Ecclesiasticæ eruditionis iniunxit. Hæc, vt dixi, Clemens Pontifex: cuius verba desumpta sunt à D. Maximo Taurinensi Episcopo *Hom.* 3 de Petro, & Paulo, qui, teste Gennadio, ferè mille ducentis annis ante ipsum vixerat. Hanc etiam inæqualitatem inter Paulum & Petrum manifestat Ecclesia in orationibus appositis in Missa, quas recitat in eorum festiuitatibus. Nam in Oratione Diui Petri sic ait: Deus qui B. Petro collatis Clauibus Regni Cœlestis ligandi, atque soluendi Pontificium tradidisti, &c. In oratione verò D. Pauli, hæc profert: Deus qui multitudinem Gentium B. Pauli Apostoli prædicatione docuisti, &c. Vide quomodo Ecclesia tribuat Petro Primatum, & Clauem potentiæ, alludens ad alia verba Christi: Et tibi dabo Claues Regni Cœlorum; Paulo verò tribuit Apostolatum, & Clauem scientiæ, iuxta illud, quod dixit Christus: Vas electionis erit mihi iste, vt portet nomen meum in Gentibus.

36. Denique, si aliquis curiosus mihi instaret, an præter verba superius allata: Ascendi Ierosolymam videre Petrum, in Epistolis D. Pauli extaret aliquis locus, qui pro Primatu Petri supra alios posset adduci. Et respondeo affirmatiuè ex consideratione Cardinalis Baronij *tom. 2. ann. 57. num. 3.* ex qua apparet Paulum in suis Epistolis, Primatum Petri supra alios ostendisse: nam 1. *Cor.* 1. ait; *Ego quidem sum Pauli: ego autem Apollo: Ego verò Cephæ: ego autem Christi.* Ex quibus verbis Baronius colligit, quòd cum Petrus Corinthi nondum prædicasset, sed tantùm Paulus, & Apollo: qui se Pauli, aut Apollo esse dicebat, se quidem tanquam ad prædicationis auctores referebant: qui se verò se Cephæ, aut Christi esse affir-

affirmabant, cùm ad rationem prædicationis sibi vendicare non possent, ij ad Christum, tanquam Fidei auctorem, & ad Petrum velut Ecclesiæ Caput à Christo institutum, tantùm respiciebant: neque hi à Paulo reprehenduntur; sed priores illi tantùm, qui se aut Pauli aut Apollo esse contentiosè affirmabant, vt ex eodem Paulo constat, qui postea tantùm in eos inuehitur, qui se aut Pauli, aut Apollo esse asserebant. Et licèt hanc Baronij considerationem impugnet impius M. Antonius de Dominis *lib. 1. c. 9. n. 27.* illam tamen defendunt Episcopus Massilienſis Coëffeteau, & Pater Bouerius, & meritò. Nam quæro primò; Corinthij solùm Cepham, qui nondum ipsis prædicauerat, neque illis præterquam nomine notus erat, inter alios Apostolos in Caput sibi constituerunt; cùm enim id neque prædicationis, neque solius Apostolatus intuitu præstarent, planè nulla alia videtur esse ratio, cur id dicerent, nisi quòd Petrum in Ecclesia supremum Primatum gerere non ignorarent. Quòd verò non tantùm Paulus Cepham superadderit; sed ipsi Corinthij id de Cepha dixerint, aperte testatur Paulus, cùm ait: Ego autem dico, quod vnusquisque vestrum dicit: *Ego quidem sum Pauli: Ego autem Apollo: Ego verò Cephæ.* Quo fit, vt falsum sit, Paulum ad exemplificationem tantùm nomen Cephæ superaddidisse. Deinde certum est Paulum tantùm, qui se aut Pauli, aut Apollo; non qui Cephæ, aut Christi esse dicebant, reprehendisse.

37. Adducam etiam & alium locum D. Pauli manifestantis primatum Petri supra alios; sic enim *Cor. 15.* asserit: *Tradidi enim vobis, quod accepi, quod Christus mortuus est pro peccatis nostris, & resurrexit tertia die, & quia visus est Cephæ & post hæc vndecim.* Quæ verba videlicet, *Et quod visus est Cephæ*, explanans Theophylactus, sic asserit: In primis, qui cæteris omnibus præeminebat auctoritate, ponit. Vnde Pater Iustinianus ex Societate Iesu etiam dicta verba exponens, *n. 6.* hæc profert: ait Apostolus se tradidisse Corinthiis, Christum se videndum præbuisse Cephæ, tanquàm Apostolorum Principi, cuius apud omnes authoritas summa esse deberet. Ita Iustinianus; cui adde Estium, asserentem Paulum primo loco dixisse Christum visum esse Cephæ, id est Petro, quia Petri tanquam Apostolorum Principis prima erat auctoritas, qui proinde primus nominandus erat. Et adducit Oecumenium obseruantem, quod Christus apparuit primùm Petro tanquam primario Duci venerandi discipulorum Chori. Et tandem alium locum Pauli adducit pro Primatu Petri supra alios. Ioseph Stephanus Valentinus *in lib. de potestate coactiua Rom. Pont. cap. 8.* vbi sic ait: Glorietur licet Paulus, se ipsum gentium Apostolum, & à Hierosolymis ad Illyricum vsque Euangelium detulisse; nunquam tamen sibi suo iure, quemadmodum Petrus, totius Orbis curam vendicabit. Habuit Paulus suos sibi præscriptos terminos. Aliis etiam omnibus secundum cuiusque mensuram, & regulam singulatim sua regio contigit. Solius tamen Petri auctoritas, nullis certis terminis circumscripta, non solum singulas, sed omnes prouincias moderabatur, omniaque diuina auctoritate sibi commissa gubernat. *Nos autem*, ait Paulus *2. ad Corinth. c. 10. non in immensum gloriabimur, sed secundùm mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus, mensuram pertingendi vsque ad vos: non enim quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos.* Sed singula diligenter perpendamus. *Non* inquit, *in immensum gloriabimur*, εἰς ἄμετρα, id est, non diffusè, ac sine modo extollimur, & de alienis laboribus, vt ait Theodoretus efferimur; *sed secundùm mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus*, ἐμέρισεν id est, partitus est nobis Dominus, atque singulatim distribuit, mensuram pertingendi vsque ad vos. Suus cuique modus & mensura præscripta fuit, nec totus orbis, vt in eo præessent singulis Apostolis contingit, sed pars. *Quibus tanquam agricolis vineam distribuit Deus*, vt ait Chrysostomus, & Theophylactus in hoc loco, *si orbem terrarum per singulas partes dispertiuit, & assignauit*, vt in eas quas quisque susceperat colendas, diligenter incumberet. *Petro tamen omnes creaturæ sunt traditæ* (vt S. Greg. lib. 7. Epistol. 95.) *cum ipse* (vt idem est auctor lib. 4. Epist. 38.) *primum sanctæ, & vniuersalis Ecclesiæ membrum fuerit, Paulus, Andreas, & Ioannes, singularium plebium capita.* Ita Ioseph Stephanus, ex eius tamen sententia. Sed istam inferioritatem Pauli, erga Petrum, aliqui obseruant, bis hîc Romæ Paulum demonstrasse. Nam vt notat ex Dionysio Areopagita *Epist. ad Timoth.* Melchior Canus *de locis Theol. lib. 6. cap. 3.* Alexander Turre *de Hier. Eccles. lib. 4. rat. 12.* & alij, cum Petrus & Paulus ducerentur ad supplicium, extremas salutes sibi dederunt, & Paulus dixit Petro: Pax tecum fundamentum Ecclesiarum, Pastor ouium, & agnorum Christi; in quibus verbis recognouit illum vt Caput suum, & totius Ecclesiæ, alludens ad illa verba *Matth. 16.* Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; & etiam alludens ad alia verba *Ioan. 21.* pasce oues meas. Deinde obseruant Rodolphus Cupers *in tract. de Sacrosanct. Eccles. ad cap. oportebat dist. 79. fol. 123.* & alij, quod cùm Simon Magus per aëra à dæmonibus veheretur, dixit Paulus Petro. Tuum est impetrare, meum est orare; vt superioritatem Petri demonstraret. Et ideò sapientissimus Ioannes Echius *de Primatu Petri lib. 3. c. 37.* sic asserit. Quantum verò ad Regimen, & potestatem attinet, sic Petrus fuit superior Paulo, quem velut Ecclesiæ Caput venerabatur, & quod Illustrissimus Princeps Georgius Saxoniæ Dux ponderabat pro Petro, quod cùm Simon Magus illud ederet populo, dixit Sanctus Paulus se oraturum, vt Petrus præciperet. Vide, imperium agnouit in Petro, & in hoc ei cessit. Ita Echius.

38. Quod confirmatur ex his, quæ obseruant Nauclerus *tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 3.* nempe hanc deiectionem Simonis Magi, à D. Petro factam, demonstrare summam eius Præfecturam & Monarchiam in Ecclesia Christi. Sed satis inconcussè in hac sectione firmatum est, Paulum (vt cæteros Apostolos) fuisse parem Petro in ordine ad Apostolatum, at in ordine ad Regimen fuisse Petro subditum & inferiorem, & præter Doctores vbi suprà vsque ad satietatem citatos, vide Bouerium *in censura contra M. Antonium de Dominis lib. 1. c. 3.* Videat modò Anonymus, quo pacto potuerit Paulum, Pontificem cum Petro facere.

SECTIO III.

Continens Responsiones ad argumenta adducta ab Anonymo pro Papatu D. Pauli.

§. 1. REstat modò (vt magis nostra sententia firmetur) respondere ad argumenta in contrarium adducta ex authoritate multorum Patrum, qui indissolubili societate annectentes Paulum cum Petro, æqualitatem inter ipsos adfuisse demonstrare videntur. Sed ex superius dictis clara est responsio: nam fuisse æquales in eodem genere, nego; si in diuerso genere concedo. In ordine ad Apostolatum, concedo; in ordine ad Primatum, nego. Quoad clauem potentiæ, nego; quoad clauem doctrinæ, concedo. Verùm perpendamus aliqua loca adducta ab aduersariis; Asserunt primò, Petrum, & Paulum

vocari ab aliquibus Patribus Princi pes Apostolorũ & quòd summitatem principalem Ap ostolatus obtinuerint. Sed quid ad rem ? Ergo Paulus est æqualis Petro in ordine ad Primatum? Nego consequentiam. Audiat Anonymus ipsos Sorbonicos. Sic itaque asserit Episcopus Massiliensis Coëffeteau *contra M. Antonium de Dominis, lib. 1. c. 4. n. 2.* Petrum, & Paulum Principes Apostolorum vocarunt, Hieronymus, Moses Barcephas Syrus, Nicolaus I. Ioannes VIII. & alij. In diuerso genere fatemur, in eodem negamus. Hoc discrimen : de quo plura aliàs, ipsi Sanctissimi Patres nos docuerunt. Maximum, qui Gennadio teste, ante ferè mille ducentos annos Ecclesiam Taurinensem, summa pietate, & doctrina rexit, sat fuetit hic testem citasse. Is igitur cùm Christianæ fidei, ac Ecclesiarum omnium Principes nuncupasset, quo sensu accipiendum esset, statim significandum duxit. Cùm (inquit) omnes Beatissimi Apostoli parem gratiam apud Dominum Sanctitatis obtineant, nescio quo tamen pacto Petrus, & Paulus videntur præ cæteris, peculiari quadam in Saluatore, fidei virtute præcellere; quod quidem Petro (attende discrimen) sicut bono dispensatori Clauem Regni Cœlestis dedit, Paulo tanquam idoneo Doctori, Magisterium Ecclesiasticæ Institutionis iniunxit, scilicet, vt quos iste erudierit ad salutẽ, ille suscipiat ad quietem; vt quorum corda Paulus patefecerit doctrina verborum, eorum animabus Petrus aperiat regna cœlorum. Clauem enim quodammodo à Christo scientiæ & Paulus accepit. Ambo igitur Claues à Domino acceperunt, scilicet scientiæ iste, ille potentiæ : diuitias immortalitatis ille dispensat, scientiæ Thesauros iste largitur. Itaque vides Petro suum constare Primatum etiam si Paulus Princeps, & ipse Apostolorum dicatur. Est enim Princeps Petrus iurisdictionis auctoritate, est idem Paulus merito Doctrinæ. Hucvsque Coëffeteau. Et ante illum Cardinalis Bellarminus, quem audient Aduersarij pro sua sententia adducere : sic enim ait, *lib. 1. de Romano Pontif. cap. 27.* Sicut Petrus dicitur Princeps Apostolorum, qui institutus est Caput, & Pastor ouium, ita etiam Paulus dici potest Princeps Apostolorum, quia munus Apostolicum exuberantissimè adimplẽuit. Ita ille ; cui etiam adde Ioannem Vviggers *in 2. 2. D. Thomæ, de Fide, & Spe, & Charitate, ad quæst. 1. art. 10. dub. 1. num. 102. tract. de Pontifice.* Ergo licet Paulus etiam vocetur Princeps Apostolorum, non sequitur (vt volunt aduersarij) fuisse Pontificem cum Petro, & Caput Ecclesiæ, cum in diuerso genere dicatur Paulus Princeps Apostolorum à Petro. Et hoc dicere volunt Patres adducti, nec aliter intelligendi sunt. Et ideò, præter Doctores citatos vide Zachariam Bouerium *in Censura contra M. Antonium de Dominis, lib. 1. cap. 5.* vbi optimè explicat in quo sensu Patres vocent Petrum, & Paulum Principes Apostolorum, absque præiudicio Primatus Petri ? quod etiam probauit *in c. 11.* Itaque, quando Petrus seorsim vocatur Princeps Apostolorum, tunc intelligitur esse Princeps respectu omnium Apostolorum, etiã respectu Pauli, quia respectu omnium habet curam, & gubernationem pastoralem, Nemo enim excipitur ab eo, quod illi dictum est, pasce oues meas. Quod autem Petrus, & Paulus simul vocantur Principes Apostolorum, hoc intelligendum est, non de vero Principatu, aut gubernatione Pastorali; sed de eminentia laborum, ac molestiarum, in quibus illi duo præcellebere. Ita magna est differentia inter Petrum, & Paulum. Primò, quia Petrus duplici titulo vocatur Principes Apostolorum: tum propter eminentiam potestatis, seu præfecturæ, tum propter eminentiam laboris. At Paulus, posteriori tantùm. Secundò, Petrus, & seorsim solus, & coniunctim cum Paulo vocatur Princeps. At Paulus seorsim nunquam; quòd benè notandum est. Et ita docet Martinus Becanus *de Republ. Eccl. lib. 2. c. 4. num. 15.*

2. Secundò. Alias Patrum auctoritates adducunt aduersarij, asserentes, Petrum, & Paulum fuisse fundamenta Ecclesiæ, concedo : ergo fuerunt in summa Potestate, & Iurisdictione : ergo constituunt vnicum Principem, & Caput Ecclesiæ, nego. Et alioquin de omnibus Apostolis hoc posset dici ; nam non solum à Patribus, sed etiam à sacris litteris vocantur Ecclesiæ fundamenta. Audi itaque ex præclara Societate Iesu Turrianum *t. 1. in 2. 2. D. Thomæ, disp. 15. dub. 1.* ita aientem : Tribus modis Apostoli dicuntur fundamenta Ecclesiæ sine vllo tamen Petri præiudicio. Vno modo, quia ipsi primi Ecclesias vbique fundarunt. Secundò, ratione Doctrinæ illis reuelatæ, quam omnes prædicaueruut. Tertiò quia omnes habuerunt potestatem in omnes Ecclesias, quamuis Petrus peculiariter, vt illi in Primatu succederetur. Hæc Turrianus. Nihil igitur officit ad Primatum Petri, quod Paulus cum ipso vocetur à Patribus fundamentum Ecclesiæ : nam ex hoc (vt patet ex Turriano) non potest deduci, fuisse æqualem D. Petro in Regimine ; vt malè inferunt aduersarij. Qui quidem audiant etiam Zachariam Bouerium, *in controuers. tom. 2. in demonstrat. 3. Symboli de Vnitate capitis visibilis, art. 8.* asserentem, cum qua differentia, Paulus cum cæteris Apostolis, & Petrus dicantur fundamenta Ecclesiæ. Apostoli (ait idcircò fundamenta nuncupantur, quia fundauerunt Ecclesiam in fide, & Doctrina Christi. Quemadmodum ait Paulus 1. *Corinth. 3.* Vt sapiens Architectus fundamentum posui. Quod etiam tradit Beatus Ignatius *Epist. 5.* Vna est Ecclesia (inquit) quam fundauerunt Sancti Apostoli in Sanguine Christi, propriis sudoribus, & laboribus. Petrus verò singulari quodam modo Ecclesiæ fundamentum dicitur, quia supremus Rector, ac Gubernator Ecclesiæ à Christo institutus est. Ita ille, quod etiam fusius docuit *in Censura contra M. Antonium de Dominis, part. 2. lib. 1. c. 6.* Vide etiam Tannerum *tom. 3. disp. 1. quæst. 1 punct. 7. §. 28.* Ioannem Vviggers *in 2. 2. D. Thom. tract. de Pontifice ad q. 1. art. 10. dub. 1. n. 24. cum seq.* Alphonsum de Castro *aduersus Hæres. lib. 10. vers. Papa.* Dico itaque quod Paulus, & alij Apostoli dicuntur fundamenta Ecclesiæ, quia omnes fundarunt vbique illam, non enim Petrus solus per se conuertit totum Mundum ad fidem, sed diuersas Religiones susceperunt, ad fidem Christi adiuuerunt. Vnde Paulus *ad Rom. 15.* ait. Sic autem prædicaui Euangelium hoc, non vbi nominatus est Christus, nè super alienum fundamentum ædificarem. Admittimus igitur Paulum, & alios Apostolos suis modis dici fundamenta Ecclesiæ, sed tamen addimus peculiarem fundamenti rationem competere Petro. Vnde sequitur proindè, quod sit ipse vniuersalis Rector, & Caput Ecclesiæ. Vide præter Doctores citatos Pitigianum *in 3. sentent. tom. 2. dist. 25. q. 2. art. 1.*

3. Tertiò. Non obstat authoritas aliquorum Patrum vocantium Paulum Collegam D. Petri : nam hoc nomen etiam vsurpatur in eo, qui minorem habet potestatem, & dignitate sit inferior ; alioquin omnes Episcopi essent pares Summo Pontifici, & in eodem honoris culmine, ac dignitatis Ecclesiasticæ æquali gradu collocati ; vt notissimè perperam voluit impius Claudius Salmasius *de Primatu Papæ lib. 1. cap. 6. fol. 94. & 95.* nixus authoritate D. Cypriani *Epist 2. ad Antonianum*, in qua vocauit Cornelium Pontificem Romanum Collegam suum. Et ideò dicendum est quod sicut D. Cyprianus, vocando Pontificem Collegam suum, non intellexit facere

illum

illum æqualem sibi, vt certum est. Ita & Patres ab aduersariis adducti vocando Paulum Collegam Petri, non intenderunt facere Paulum æqualem Petro: nam, vt dictum est, nomen, Collega, aliquando non significat omnimodam paritatem, vnde adducam hic verba eruditi Iacobi Pamelij *in Epist. 4. Cypriani*, vbi vocauit etiam Fabianum Pontificem Collegam suum, & ideò Pamelius ait: Collegæ dicuntur, non illi dumtaxat, qui eiusdē potestatis sunt, vt duo Consules, duo Tribuni, sed & qui eiusdem sunt Collegij. Vnde & presbyteri Episcoporū Collegæ dicuntur à Concilio Carthaginensi IV. can. 25. Atqui quāto sint Episcopis inferiores presbyteri, infrà demonstrabimus. Potest ergo quis Collega esse sui superioris, non ea tamen ratione, qua ille superior est. Hinc in Concilio Africano Aurelij Carthaginensis Episcopi Collegæ dicuntur omnes Episcopi, Consacerdotes, ac Coepiscopi, can. 21. 22. ac 31. Et tamē tanta fuit Carthaginensis Episcopi præeminentia, vt nihil, illo inconsulto, cæteris Episcopis, ac Primatibus Numidiæ, ac Mauritaniæ, agere licuerit, can. 20. eiusdē Concilij. Hucusque Pamelius. Quæ quidem desumpsit à Doctore Parisino, Remundo Rufo, *qui in Apologia pro Pontifice Romano, contra Molineum fol.* 119. post multa sic asserit: Potest ergo quis Collega esse superioris sui, non ea tamen ratione, qua ille superior est. Suetonius de Augusto sic scribit: Perpetuam Tribunitiam potestatem recepit, in qua semel, atque iterum per singula lustra Collegam sibi cooptauit. Ibidemq; ait de Cæsare: Nemini vero dubium est Tribunum illum Collegā Augusti potestate, dignitateque, nisi Tribunitia patem non fuisse. Ita ille. Dico igitur, quod sicut presbyter dici potest Collega Episcopi, non quatenus Episcopus est Episcopus, sed quatenus Episcopus est etiam Presbyter. Ita Paulus Apostolus dicitur à Sanctis Patribus collega Petri, non quatenus Petrus Papa & Caput Ecclesiæ est, sed quatenus Petrus est etiam Apostolus. Itaque Paulū, & Petrum concedo Collegas fuisse ratione prædicationis, & Apostolatus; sed in regenda Ecclesia, & quoad Primatum, Paulum inferiorem fuisse Petro, dicendum est.

4. Quartò, ad argumentum, quod aduersarij adducunt, & de quo exaltant, & Io triumphe videntur canere, D. Epiphanium asserere, Paulum, & Petrum fuisse Episcopos Romanos: Ergo fuit par Petro in Primatu Ecclesiæ. Respondeo primò. Quod Epiphanius loquendo in terminis de Primatu Ecclesiæ, sic ait, *in lib. Ancorātus, non longe ab initio*: Ipse Dominus constituit Petrum primum Apostolorum, Petram firmam, super quam Ecclesia Dei ædificata est. Itaque secundum Epiphanium in primatu Paulus nō est par Petro; quia ait ipse, Petrum fuisse à Christo constitutum primum Apostolorum: Ergo & Pauli. Et super Petrum Ecclesiam fundatam esse: ergo non super Paulum. Deinde *lib. 2. Hæres. 51.* post multa sic concludit. Quare Petrum Discipulorum suorū Principem elegit, vti perspicuè declaratum est. In quibus verbis Dionysius Petavius animaduertens *n.* 17. sic ait: Egregius locus, ex quo liquet Petrum Andreæ, ac cæteris Apostolis, non ætatis, aut vocationis ordine, sed Principatus, ac Dignitatis anteponi. Ergo etiam & D. Paulo. Itaque D. Epiphanius, quando dixit Paulum fuisse Episcopum Romanum, reducendus est ad bonū sensum, & explicandus. Ideò respondeo secundò, contra Primatum D. Petri, hoc argumentum adduxisse terram illam pestem Ecclesiæ, Marcum Antonium de Dominis. Dico igitur, solum Petrum Episcopum Romanum extitisse. Vnde passim Patres Romanā Ecclesiam, Petri Cathedram vocant. Pro omnibus adducam tantū Optatum *lib. 2. contra Donatistas*, sic asserentem: Negare non potes, scire te in Vrbe Roma Petro primam Cathedram Episcopalem esse collatam in qua sederit omnium Apostolorum (ergo & Pauli) Caput Petrus; vnde & Cephas appellatus est. Ita ille. Igitur dicitur à D. Epiphanio Paulum cum Petro, Episcopum Romanum fuisse, non quia præcise, & in rigore fuerit, sed quia socius, & Collega D. Petri, fundauit simul cum ipso Ecclesiam Romanam, cuius tamen Episcopatus penes Petrum stetit. Vide Franciscum Agricolam *tract. de Primatu S. Petri Apost. cap.* 10. *in sua monitione ad Lectorem.* Igitur quando Epiphanius dixit Paulum fuisse Episcopum Romanum, hac ratione dixit, qua Episcopalia munera Romæ exercuit.

5. Quod potest confirmari ex opinione Feuardentij Doctoris Sorbonici in Diuum Irenæum *lib. 3. cap. 3.* vbi sic ait: Mihi perplacet Sanderi doctissimi Theologi conciliatio, Petrum quidem Clementē ordinasse, *Sed huic Linum, & Cletum in Catalogo Episcoporum Romanorum præponi, Quod eos Petrus sibi coadiutores asciuisset.* Ita ille. Si igitur secundùm Feuardentiū aliqui Patres apposuerunt, & vocant, Episcopos Romanos Linum, & Cletum, non quia verè fuerunt Pontifices, sed quia in vita D. Petri fuerunt eius Coadiutores: quid mirū, si D. Paulus ab Epiphanio vocetur etiam Romanus Episcopus, non quia talis fuisset, sed quia magis quàm Linus, & Cletus D. Petrū coadiuuit & in Ecclesia Romana fundanda fuit eius socius, & Collega. Sed notandum est hic cum P. Zacharia Bouerio *in Censura M. Antonij de Dominis lib. 4. c. 1.* quod duplex fundationis genus quoad rem spectat, considerandum est, vnum quidem, quod per Euangelij disseminationê, & fidei prædicationem peragitur: ea verò est huius fundamenti ratio vt tum primum aliqua Ecclesia fundari dicatur, cum populus ab errore reuocatus, ad Christi fidem conuertitur. Alterum est cum populo ab errore conuerso, & Christi fide imbuto, nouus ibi Episcopatus erigitur, & Episcopalis Sedes in Ecclesia fundata à suo Episcopo administratur. Primum quidem fundationis genus, si Romanam Ecclesiā spectamus, Petro, & Paulo æquè conuenire potest, vterque enim Romæ Euangelium disseminavit, vterque in Romana Vrbe ad Christi fidem introducendam laborauit, quanquam prior Petrus ad eam accesserit, quo fit, vt etiam vterque hoc fundationis genere ipsius Ecclesiæ fundator appellari queat. Vnde ex hoc sequitur, vt Romani Pontifices Petrum, & Paulum Romanæ Ecclesiæ auctores cognoscunt, Bullas sub vtriusque nomine conficiant, vt infrà dicemus, plumbeum sigillum vtriusque imagine connectant, vtriusque officium simul coniungant ac in omniferè Pontificali munere, cum B. Petri memoriam celebrant, Paulum à Petro nunquam disiungant, neq; enim id alia ratione præstant: quàm quod æquè à Petro, & Paulo Romanam Ecclesiā hoc fundationis genere fundatam esse profitentur: at verò si alterum fundationis genus spectes, Petrus dumtaxat Romæ Ecclesiæ fundator fuit, is enim solus Romanā Ecclesiam vt proprius Episcopus rexit, solus sine Paulo eam Ecclesiam, ac simul cunctas Orbis Ecclesias Pontificia auctoritate administrauit. Vide etiam eumdem Bouerium *lib. 2. c. 7. & c. 4.* vbi firmat, quod licet Paulus cum Petro in Romana Ecclesia fundanda laborauerit, non tamen illius Episcopus fuit, aut Roma simul duos Episcopos habuit, sed vnum Petrū dumtaxat. Dicitur itaque Romana Ecclesia à duobus Apostolis fundata, eo quod Petrus primùm, deinde Paulus Romanum populum Christiana fide imbuerint; at Episcopatus tantummodò apud Petrū manſit. Et ita hanc sententiam in terminis, præter Bouerium vbi supra, tenet Coëffeteau *contra Rempubl. M. Antonij de Dominis tom. 2. lib. 4. cap. 1. n. 8. & 11.* vbi sic ait: Iunxisse operas Principes Apostolorum, ac de communi consilio, cum alterum Romæ natus esset

esset, rebus Ecclesiæ consuluisse, nullus dubitat. Sed Paulum egisse Romæ Episcopum, si Ecclesiastici vocabuli vis, & energia attendatur, vix est, vt concedi possit, cùm Cathedram ibi figere non potuerit, occupatâ (vt omnes Patres asserunt) ea Sede à Petro Apostolorum Corypheo. Accedit, quod cùm Paulus Gentium Apostolus diuinitus constitutus esset, vt omnibus nationibus Euangelij lucem præferret, nulli certo loco astringi, ac veluti alligari debuit. Quod ergo à quibusdam scriptoribus Paulus inducitur Episcopus Romanus, ad functiones Episcopales, quas Paulo vbique obire licuerit, omninò referendum est, non ad Cathedræ illam erectionem, quam vni Petro acceptam habet Ecclesia Romana. Sic ergo intelligendus Epiphanius, qui expressis verbis Paulum cum Petro Episcopum Romanum facit: scilicet ad munera Episcopalia respexit, cum tamen eum non lateret Episcopatus Romani, propriè spectati fundamenta, vnum iecisse Petrum. Hinc scilicet, vt ostendimus, plerique eorum, qui Catalogos Romanorum Pontificum contexunt, à Petro, prætermisso Paulo, initium ducunt, ac demum ad Linum, Clementem, ac deinceps alios progrediuntur. Hucusque Episcopus Massiliensis. Vnde D. Augustinus *Epist.* 164. recenset Episcopos Romanos à S. Petro, ad Anastasium *tom.* 2. his verbis: Quanto certius, & verè salubriter ab ipso Petro numeramus, cui totius Ecclesiæ figuram gerenti, Dominus ait: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Petro enim successit Linus, Lino Clemens, &c. Vide etiam Amicum *tom.* 4. *disput.* 5. *sect.* 1. *num.* 6. qui adducit D. Irenæum. Hinc Patres aperte, & clarè Romanam Cathedram, & Episcopatum D. Petro tribuunt, vt Gregorius *Epist.* 37. *ad Eulogium Episcopum Alexandrinum.* Hieronymus *lib. de viris illustribus. c.* 1. Damasus *in vita D. Petri.* Seuerus Sulpitius *Hist. Sacr. lib.* 2. D. Leo *serm.* 1. *in natal. B. Petri, & Pauli.* Bernardus *Epist.* 237. *ad Eugenium Papam*, & alij communiter. Et ideò sententiam superius impugnatam, nempè Paulum fuisse etiam Episcopum Romanum; latè, præter doctores adductos, refellit Martinus Becanus *de Republ. Ecclesiast. lib.* 3. *cap.* 2. *per totum*, & ideò Ioannes Lorinus *in Acta Apost. c.* 28. *vers.* 31. *in fine* loquens de Petro, & Paulo sic asserit: Dempta Primatus, & Romani Episcopatus in Petro prærogatiua, paria ferè omnia de vtroque prædicant Patres, vt proptio de hac re sermone demonstraui. Nec aliter Epiphanius ambos vocans Romanos Episcopos intelligendus est, quàm propter functiones Episcopales, quas vbique licuit Paulo obire, etiam Romæ, sed salua dicta Petri prærogatiua Capitis. Hæc Lorinus. Vide etiam ex Doctoribus Sorbonicis Naucletum *de Monarch. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 4 *cap.* 10.

6. Ex his omnibus breuiter contra Aduersarios assero, Petrum, & Paulum fuisse Episcopos Romanos hoc modo, videlicet Petrum propriè, ac titulo; Paulum officio adiutoris Petro subordinati. Hinc Photius *in Bibliotheca cap.* 254. *fol. mihi* 303. loquens de Ioanne Apostolo Ephesi Episcopo, sic ait: Ab exilio reuocatus, Ephesinæ præfuit Sedi, & per se cum septem Episcopis Ephesinam Diœcesim rexit. Ita ille. Itaque tempore D. Ioannis, regebant Ecclesiam Ephesinam octo Episcopi, non quia omnes essent Episcopi Ephesini, sed Ioannes erat propriè, ac titulo Episcopus, alij verò septem erant Episcopi officio adiutorum. Sic Ioanni subordinatorum. Sic dicendum est in casu nostro, fuisse Petrum, & Paulum Episcopos Romanos, Petrum propriè, Paulum tanquam eius coadiutorem.

7. Et tandem ad confirmationem supradictorum, apponam hic verba Sulpitij Seueri *lib.* 2. *Hist.* sic asserentis: Et tempore Diuina apud Vrbem Religio inualuerat Petro, vti Episcopo gerente, & Paulo posteà quàm ab iniusto Præsidis Iudicio Cæsarem appellauerat, Romam deducto, ad quem audiendum plures conueniebant, qui veritate intellecta, virtutibusque Apostolorum, quas tunc crebrò ediderant, permoti ad cultum Dei se conferebant In quibus verbis apertè patet, Sulpitium Episcopatum Romanum soli Petro tribuere, cùm tamen faciat mentionem de Paulo, & ipsum consociet Petro in virtutibus, & prædicatione, non autem in Episcopatu. Quod etiam patet apud D. Hieronymum, in Catalogo ad Dextrum Prætorij Præfectum, vbi docet Petrum Romæ vigintiquinque annis Cathedram Sacerdotalem tenuisse, & statim loquens in eodem contextu de Paulo asserit tantùm, quod pro Christo Romæ truncatur. Et in libro Pontificali, qui Damaso, vel Anastasio tribuitur, hæc de Petro habentur: Petrus ingressus Vrbem Romam sub Claudio Cæsare, ibi sedit Cathedram Episcopatus annos vingiquatuor, mensem vnum, dies octo. Hic martyrio cum Paulo coronatur post passionem Domini annis triginta octo. Vide quomodo apponat Paulum socium Petro in martyrio, non autem in Cathedra. Malè igitur Anonymus ausus est consociare Paulum cum Petro in Episcopatu Romano: nam Cathedra Romana semper penès vnum Petrum fuit. Recognoscat etiam Anonymus Bedam *in Act. Apost. cap.* 15. vbi sic ait: Scimus Petrum, & Paulum Apostolos anno post resurrectionem Domini trigesimo octauo, id est vltimo Neronis anno passos fuisse martyrium, & B. Petrum Romæ vigintiquinque annos Episcopalem sedisse Cathedram. Vide quomodo Beda loquens de Petro, & Paulo Romæ simul degentibus, in Cathedra tamen solùm Petrum constituat, & Episcopum Romanum esse dicat. Quod etiam manifestat Prudentius Hymno 2. de sancto Stephano. Hic Romæ iam regnat duo Apostolorum Principes, Alter vocatur Gentium. Alter Cathedralem possidens primam, recludit creditas Æternitatis Ianuas. Satis igitur ex omnibus supradictis remanet labefactatum argumentum desumptum ex Epiphanio, qui vocauit Petrum, & Paulum Episcopos Romanos, nã sano modo Epiphanius intelligendus est, & in eo sensu, in quo supra à nobis explicatum est. Adde, quod etiam negandum est Aduersariis, Epiphanium vocare Petrum, & Paulum Episcopos Romanos, sed vt ex textu Græco translatandum est, Episcopos apud Romam, est enim magna differentia, aliquos v. g. esse Episcopos Cathanenses, & esse Episcopos in vrbe Cathanæ. Latius hoc argumentum refellere volui, quia defensores Anonymi Achillem suum putabant.

8. Quintò, non obstat argumentum ab Aduersariis adductum, nempè Pontifices vocati successores D. Petri, & Pauli; nam respondeo, ita Patres locutos fuisse, non quasi Paulus cum Petro iunctus, fuerit Caput Ecclesiæ, & Pontifex Romanus; sed quia cum Petro fundauit Ecclesiam, Prædicatione, Miraculis, Martyrio, &c. Et ideò ex hoc Patres vocant Pontifices, successores Petri, & Pauli. Sed non deseram hìc apponere verba Ioannis à Capistrano de *Auctor. Papæ, part.* 3. *secundæ partis principalis. fol.* 113. vbi sic ait: Romanus Pontifex non solùm Petri, sed etiam Pauli successor est, Petri quidem in plenitudinem potestatis, Pauli verò in plenitudinem legationis, id est Scientiæ. Ergo Pontifices dicuntur successores Petri, & Pauli, non in eodem, sed in diuerso genere. Et vt penitus remaneant Aduersarij conuicti, adducam hìc verba D. Epiphanij Hæres. 41. fol. mihi 300. vbi sic ait: *Credo, Hyginy Papæ temporibus fuit, qui in Apostolorum Iacobi, & Petri, & Pauli successione nonum locum tenebat.* Quid ad hæc verba respondebunt Aduersarij; si ipsi asserunt Petrũ,

&

& Paulum fuisse Pontifices, quia Patres asserunt Pontifices fuisse successores Petri, & Pauli, non solum duos, sed etiam tres Pontifices in Ecclesia habebimus, quia vt vidisti, Epiphanius dicit Hyginium Papam, non solum fuisse successorem Petri, & Pauli, sed etiam Iacobi. Hic locus D. Epiphanij penitus Aduersarios euertit & conuincit, & ideò rectè obseruauit Bouerius *in Censura M. Antonij de Dominis lib. 1. cap. 5.* Quod si Romani Pontifices æquè in eorum bullis Petri, & Pauli nomen vsurpent, hos duos Apostolos meritò venerantur, eo quod simul Romanam Ecclesiam fundauerint, & eandem proprio sanguine consecrarint, manente tamen illibato Primatu Petri. Vnde modo superius explicato, venit intelligendus Eusebius *lib. 3. c. 21. Histor.* asserens Clemetem III. in vrbe Roma tenuisse Pontificatum post Paulum, & Petrum. Quæ omnia confirmantur ex responsione ad aliud argumentum Anonymi, asserentis Pontifices sedere in Throno D. Petri, & Pauli, vt de seipso testatur Gregorius VII. in Excommunicatione lata contra Henricum IV. anno 1580. Ergo, ait Anonymus, Paulus fuit Pontifex simul cum Petro; sed non obseruant, vel noluit obseruare, Gregorium VII. in dicta Bulla posuisse, & agnotisse differentiam inter Petrum, & Paulum; vnde in principio dictæ Bullæ sic ait: Beate Petre Princeps Apostolorum, & tu Beate Paule Doctor Gentium dignamini quæso aures vestras ad me inclinare, &c. Ergo dicendum est sedere Pontifices in Throno D. Petri, & Pauli, quia sunt eorum successores, sed diuerso genere, dicuntur enim sedere in Throno D. Petri in ordine ad Clauem potentiæ, & ideò dixit Gregorius VII. Beate Petre Princeps Apostolorum; dicuntur sedere in Throno D. Pauli in ordine ad Clauem scientiæ, & ideò dixit Gregorius, & tu Beate Paule Doctor Gentium, &c. Igitur Pontifices sedent in Throno D. Petri, & D. Pauli, & dicuntur eorum successores, quia ambo Ecclesiam Romanam fundauerunt: Petrus vt Caput habens Clauem Potentiæ, Paulus vt Apostolus Clauem Scientiæ. Vnde ex his patet responsio ad aliam auctoritatem Patrum asserentium Pontifices esse Vicarios D. Petri, & Pauli. Nam respondeo hoc esse verum, sed diuersa ratione. Audi Coëffeteau vbi suprà contra M. Antonium de Dominis *tom. 2. lib. 4. cap. 1. num. 12.* Pontifex dicitur Vicarius Apostolorum, quod in labores eorum introierit. Dicitur Vicarius Pauli, quod Romam suæ authoritatis sedem nactus sit, quam Paulus sua doctrina illustrarit, ac etiam suo sanguine conspersérit, & veluti sacrarit. Dicitur verò Vicarius Petri, quod eam Cathedram insideat, in qua Petrus Episcopus sedit.

9. Sextò; non obstat etiam argumentum desumptum ex verbis Pontificum asserentium efficere aliquid authoritate D. Petri, & D. Pauli. Nam ad illud optimè respondet Martinus Becanus *de Repub. Eccles. lib. 3. cap. 2. num. 5.* Cui adde Nicolaum Coëffeteau loco citato contra M. Antonium de Dominis *tom. 2. lib. 4. cap. 1. num. 12.* asserit enim Apostolicam authoritatem, qua potitur Pontifex, etiam in Paulo residisse, quippe qui non secus ac Petrus, Christi Apostolus fuerit. Quare mirum esse non debet Pontificis, quem hæredem Apostolorum nuncupat Hieronymus, potestatem ad Paulum etiam referri; maximè verò, quod cum Petro operam nauarit, & Ecclesiam instituerit, quodque totum sanguinem cum doctrina ei profuderit. Igitur, dicuntur Pontifices multa præstare authoritate Petri, & Pauli, quod vterque nouellam illam plantam excolerit, ac demum cruore suo asperserit, ac irrigatit. Sed primas in ea Ecclesia fundanda habuit Petrus, tum quod primus Romæ Euangelium promulgarit, tum quod eam sedem pro authoritate Capitis Ecclesiæ ad summæ dignitatis gradum euexerit. Paulus equidem cum secutus, institutos in fide Romanos confirmauit, sed sedem Romæ non fixit, cuius ratione eius Vrbis Episcopus censeri possit. Ita ille, quem ex industria sæpius in hac Disceptatione adducere volui, vt appareat armis contra aduersarios desumpta, etiam esse à præclaro Musæo Sorbonico.

10. Confirmant hanc responsionem verba nostri Patris Duardi *in Bulla Cœnæ lib. 2. can. 1. quæst. 5.* vbi sic ait: Licèt Pontifex dicat Censuras ferre authoritate Petri, & Pauli, non intelligitur eas ferre authoritate diffusa in eum à Paulo, sicut diximus de Petro, sed quia Diuus Paulus Ecclesiæ Romanæ vnà cum D. Petro fuit cooperator, & fundator, non tamen fuerunt in eodem tempore duo Pontifices, quia in Ecclesia duo Pontifices eodem tempore esse non possunt, quoniam hoc esset contra Christi institutionem, qui vnum duntaxat Principem totius Ecclesiæ constituit, & tanto fortius, quia minueretur Pontificia potestas; per coadiutorem autem Pontificis Maiestas in nullo minuitur, quoniam penès coadiutorem non ius ipsum, ac titulum potestatis transferre dicitur, sed tantùm administrationem maiorem, vel minorem ad sui libitum. Hæc Duardus.

11. Nec deseram hîc apponere verba Antonij Poli, quæ satis deseruiunt pro responsione, quo sensu Pontifices dicuntur successores D. Petri, & D. Pauli, efficere aliquid authoritate D. Petri, & D. Pauli, & quo pacto dicuntur Petrus, & Paulus Episcopi Romani, sic itaque asserit in Lucidario potestatis Papalis *lib. 4. fol. 36.* Solus Petrus fuit superior, omnes alij subditi, etiam Paulus, sed in rebus gestis Papalibus Paulus Petro coniungitur, quia vrbem suo martyrio consecrarunt, & in passione fuerunt socij. Ita ille.

12. Vnde Bouerius, vt supra obseruauimus in Censura Contra M. Antonium de Dominis *lib. 4. cap. 1.* rectè notat, quia Petrus, & Paulus fundauerunt Ecclesiam Romanam prædicatione, & Romanos ad Christi fidem conuerterunt; hinc fit vt Romani Pontifices, Petrum, & Paulum Romanæ Ecclesiæ authores agnoscant, Bullas sub vtriusque nomine conficiant, plumbeum sigillum vtriusque imagine cohonestent, vtriusque officium simul coniungant, ac in omni ferè Pontificali munere cum B. Petri memoriam celebrant, Paulum à Petro nunquam disiungant, *neque enim id alia ratione præstant, quam quod æquè à Petro, & Paulo Romanam Ecclesiam prædicatione fundatam esse profitentur.* Malè igitur Anonymus ex verbis, quæ aliquando in Bullis Pontificiis apponuntur, videlicet auctoritate D. Petri & D. Pauli, &c. malè, inquam, infert æqualitatem Pauli cum Petro in primatu Ecclesiæ, nam quoad primatum semper fuit Paulus subditus Petro, & ei subordinatus. Itaque dicendum est, Pontifices asserere aliqua facere subnixos auctoritate Petri, & Pauli, quia fuerunt hæredes Apostolorum, & ideò D. Bernardus ad Eugenium lib. 3. vocat illum hæredem Apostolorum, potestate Petrum. Et D. Hieron. *Epistol. 2. ad Damasum.* Qui Apostolos inquit, honore sequeris, sequaris & merito. Vnde in Symbolo Nicæno dicitur: Et vnam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam, quia præter alias rationes, Apostoli, vt obseruat Franciscus del Castillo *in 3. sentent. tom. 2. disput. 13. quæst. 11. p. 4. num. 13.* Becanus *in Man. contr. lib. 1. cap. 3. conclus. 2. num. 14.* & alij Sanctam Ecclesiam fundauerunt. Et ideò Pontifices aliquando vocati sunt Episcopi Apostolici, & Ecclesia à D. Hieronymo *lib. 2. contra Ruffinum.* vocatur Sedes Apostolica. Et D. Augustinus *Epist. 162.* sic ait: In Romana Ecclesia semper Apostolicæ Cathedræ viguit Principatus. Dum igitur Pontifices asserunt aliquid efficere auctoritate D. Petri,

&

& D. Pauli, hoc modo intelligendi sunt, videlicet auctoritate D. Pauli, vt Apostoli, auctoritate verò D. Petri, non solùm vt Apostoli, sed vt Apostolorum Capitis. Consociant verò Pontifices semper Paulum & non alium Apostolum cum Petro, quia Paulus cum Petro in Ecclesia fundanda simul laborauit, & in passione, & morte socij fuerunt.

13. Ad illud verò de Imagine Pauli ad dexteram Petri collocata, Respondeo, quod eius solutio patet lippis, & tonsoribus. Videtur Ioannes Vviggers *in 2.2. D. Thomæ. Tract. de Pontifice ad quæst.1. art. 10. dub.1. num.103.* Alexander Caterius *de potestat. Rom. Pontif. lib.1. cap.5.* Iustinianus *in Epistola Pauli tom.1. disput.1. de Apostolatu cap.9.* Bellarminus *lib. 1. de Rom. Pont. cap.27. & 29.* eius validus defensor Iacobus Gretserus, cum Amico *in Cursu Theologico tom.4. disp.6. sect.2. num.82.* & Becano *de Republic. Ecclesiast. lib.3. cap.2. num.7.* Dico igitur hunc maiorem honorem Ecclesiam Paulo detulisse, non propter maiorem potestatem, sed propter maiorem sapientiam & doctrinam, qua Ecclesiam illustrauit; vti solet sæpè Ecclesia minores Sanctos maiori solemnitate celebrare, propter illustriora exempla, quæ posteris reliquerunt. Vel dicendum est morem fuisse apud antiquos, iuniorem ambulantem cum seniore incedere à dextris senioris, eumque obsequij causa paululum præcedere. Ex qua consuetudine fieri potuit, vt etiam in Imaginibus Paulus depingeretur à dextris Petri.

14. Et tandem ex superioribus adductis patet etiam responsio ad omnes alias Patrum auctoritates, quas Aduersarij plena manu cumulant, ex quibus propter individuam Pauli cum Petro societatem, & propter eximias, & titulos eis æqualiter præstitos, conantur firmare parilitatem inter illos. Nam vnica cum schola omnium Theologorum respondetur (vt supra dictum est) dictos Patres locutos fuisse in ordine ad intrinsecam, & essentialem potestatem Apostolatus, non autem de potestate extrinseca, quæ in ordine, & dispositione regiminis posita est, qua inferiorem Paulum fuisse Petro, constanter dicendum est. Quando igitur Patres videntur æquare Paulum Petro, loquuntur (vt in scholis dicimus) de Petro vt Apostolo, non de Petro vt Papa. Et ita rectè præter Doctores, vbi supra citatos, tenent Suarez *de legibus lib.4. cap.3. num.4.* Respondeo secundò. Quòd licèt Patres ex verbis Encomiasticis datis Petro, & Paulo in eorum festiuitatibus, vel vigiliis, panegyricè, & non dogmaticè loquentes, videantur aliquando illos pares constituere; intelligendi sunt de paritate, quæ non dicit omnimodam æqualitatem, sed tantùm similitudinem, vt optimè obseruat in terminis Cardinalis Turrecremata *in summa de Ecclesia lib.2. cap.12.* Sic ego inuenio Sanctum Clementem in principio *Epist. 2.* ad D. Iacobum, Fratrem Domini, vocare illum, Episcopum Episcoporum, & Episcopum omnium Ecclesiarum Dei; quæ quidem verba, certum est competere soli Petro, & eius successoribus: sed quia ibi Clemens enomiasticè loquitur, ideò sane intelligendus est, & eius verba ad bonum sensum reducenda, vt fecit Pueronius *de Regularium Aristocratia, tom.2. cap.3. num.37.* Sic & in casu nostro; licèt aliqui Patres in Encomiis datis Petro, & Paulo videantur illos æquare, tamen, quia panegyricè loquuntur, eorum verba sano modo interpretanda veniunt, vt suprà visum est. Et ne deseras etiam recognoscere Bouerium in Censura M. Antonij de Dominis, *lib.1. cap.11.* vbi contra Anonymum explicat plura loca Sanctorum Patrum, æqualitatem inter Petrum & Paulum significantia, sed in diuerso genere intelligenda esse manifestè demonstrat. Vnde ego obseruo, quòd aliqua loca Sanctorum Patrum videntur significare, Paulum Petro præcellere; alia æqualem esse; alia dubium esse vter præcellat. Origines *lib.1. contra Celsum*, vocat Paulum fundatorem Ecclesiarum post Christum præcipuum. Ambrosius *lib.2. de Spiritu sancto in fine*, sic ait: Vna enim gratia fulgebat in his, quos Spiritus vnus elegerat. Nec Paulus inferior Petro. Idem Ambrosius *serm.66. de Natal. Petri, & Pauli*, asserit: Beati Petrus, & Paulus eminent inter vniuersos Apostolos, & peculiari quadam prærogatiua præcellunt. Verùm inter ipsos, quis cui præponatur incertum est. Ergò supradicta, & alia similia verba Sanctorum Patrum, de Petro & Paulo loquentium, intelligi non possunt de Iurisdictione, Regimine, & Primatu, nam alioqui Patres inter se essent contrarij; non enim inter se cohærent hæc tria. Paulus præcellit Petro Iurisdictione, Paulus par est Petro Iurisdictione, Paulus vtrum præcellat Petro Iurisdictione, dubium est. Itaque supradicta verba Patrum, vel similia adducta ab Anonymo exponenda sunt de vocatione ad Apostolatum, de virtutibus, de scientia, de laboribus, de meritis, &c. Et ideò Patres non pugnant inter se. Nam optimè possunt cohærere inter se hæc tria: Paulus in laboribus, & doctrina præcellit Petro. Paulus est par Petro in ordine ad Apostolatum, Paulus vtrum præcellat meritis Petro apud Deum, incertum est. Hinc dixit Augustinus Triumphus *de potest. Eccles. quæst.7. art.6.* Paulus fuit minor Petro, & maior, & æqualis; Minor quidem fuit potestate Prælationis; quia solus Petrus fuit Cephas, id est Caput totius Ecclesiæ; Maior autem prærogatiua electionis, quia electus fuit à Christo post Resurrectionem, & post Glorificationem; vnde in Bulla Papæ Paulus ponitur à dextris, Petrus autem à sinistris. Sed æqualis fuit officio prædicationis. Ita ille. Concludendum est igitur, ex omnibus superius dictis, quod duplex potest constitui comparatio inter Petrum, & Paulum. Vna, quoad Apostolatum, & sic fuit par Petro, quoad Sanctitatem, Sapientiam, Laborem, & Zelum, & his etiam fuit vel potuit esse Paulus par, vel maior Petro. Altera comparatio inter Paulum & Petrum potest constitui quoad Regimen & Iurisdictionem, & sic Petrus fuit maior Paulo; vt satis suprà contra Anonymum firmatum est.

15. Et quidem, si ex eius opinione aliud non sequeretur inconueniens, (quod est negandum) nisi admiratio Hæreticorum, esset quidem penitus respuenda. Nam profectò possent ipsi exclamare Manhù, quid est hoc; Papani, & Romanenses, dicerent (ipsi per derisum nos vocant) per tot annorum myriades pugnarunt contra nos vsque ad sanguinem, negando Paulum fuisse æqualem Petro, nunc verò concedunt. Et vsque adhuc, pro aris, & focis aduersus nos contenderunt Caput Ecclesiæ fuisse solùm Petrum, nunc verò addunt simul etiam & Paulum. Quid, inquam, quæso ex his nouitatibus, Hæretici ore impio in Romanam Ecclesiam non effutirent; Quasnam quæso illationes, & consequentias ex hac opinione contra Primatum Petri, ipsi pessimè non inferrent; Hoc cogitandum prudentioribus relinquo. Prorsus igitur talis sententia refellenda venit, & his nouitatibus aures claudendæ, nec à semitis, quas Patres nostri vnanimiter calcarunt, discedendum est, vt per calles inuios incedamus.

16. Nec obstat dicere, id quod Aduersarij asseruerunt *num.19.* & 20. Infirmari Petri primatum, Pauli primatu conuulso, cum eadem & paria sint Sanctorum Patrum de Petri, & Pauli primatu testimonia; tolli, & obscurari alterum non posse, vt non alter continuò collabatur, nec sperni de altero Patrum sententias, quin de vtroque condemnentur. Sed hæc omnia neganda sunt. Primatus enim Petri non eget societate Pauli; satis enim firmatus est, non semel,

sed

sed toties in apertis Sacræ Scripturæ locis in traditione Ecclesiæ, & in Sanctorum Patrum testimoniis luce meridiana clarioribus; & authoritates Patrum ab Aduersariis adductæ, satis supra explicatum est, quando interpretandæ veniant. Ideò obseruandum est multa tribui Petro, Quæ etiam Paulo tribuantur propter communem Apostolatus dignitatem, qua vterque tam insigni gloria effulsit, vt difficile sit censere, quis cui sit hac parte anteferendus. Cæterùm, vt plurimum propter capitis authoritatem, qua Paulum vicit Petrus, cùm eis eadem tribuuntur, non eodem respectu tribuuntur, sed in Paulo quidem Patres sedulitatem, diligentiam, curas, peregrinationes, eximiam sapientiam, virtutes, signa, prodigia, reuelationes, & æruminas, & labores in dissemi-nando Euangelio susceptos spectant, à quibus eum commendent. Cùm verò Petrum iisdem laudibus ornant, ad Primatum, Principatum, & supremam potestatem, quam à Christo sit consecutus, respiciunt. Non valet igitur argumentum Aduersariorum de laudibus æquè datis Paulo, & Petro à Sanctis Patribus: nam dicta loca explicata, vt supra excellentiam Pauli demonstrant, & Primatum Petri confirmant, & bene intellecta, tribuunt Petro & Paulo ea, quæ ipsis de iure competunt.

17. Ad id verò, quod asseritur *num.* 13. de extraordinaria, & singulari causa qua secundum mentem Aduersariorum mandatus fuerit duobus Apostolis totius Ecclesiæ Principatus, ob dissimilitudinem morum, & studiorum inter gentiles, & Iudæos: & ideò Paulus Gentibus destinandus fuerat, Petrus verò Iudæis, ex authoritate D. Hieronymi. Respondeo Matthæum Illyricum in legenda *de Petri Episcopatu, & Papatu* dixisse, Petrum constitutum fuisse *Episcopum, vel Papam Iudæorum, & Paulum Gentium*, sed hæc sunt deliramenta hæreticorum. Dico igitur, redeundo ad casum nostrum, Paulum à Christo fuisse constitutum Apostolum Gentium in ordine ad prædicationem, modo quo infra declarabitur, non autem in ordine ad iurisdictionem, ita vt cum Petro fuerit Princeps Ecclesiæ, & Caput (vt volunt Aduersarij.) Et ideò quando *ad Galat.* 2. & *Act.* 9. & 13 de Pauli electione ad Apostolatum mentio efficitur, tantùm ibi de prædicatione, & ne verbum quidem de Iurisdictione dicitur, vt omnes obseruant Expositores, Antonius Capellus *in disput. 1. de Summo Pontificatu Petri, cap.* 8. Salmeronius *tom.* 15. *disp.* 24. *in Epist. 2. ad Galat.* Tannerus *tom.* 3. *disp.* 1. *quæst.* 4. *dub.* 2. *num.* 98. & 99. Bellarminus *de Roman. Pontif. lib.* 1. *cap.* 6. Peuronius *de Arist. Regul. tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 32. Granina *in controuers. tom.* 4. *part.* 2. *in Continent. quæst.* 1. *fol.* 28. Vnde Sanderus *de visibili Monarch. lib.* 6. *cap.* 6. asserit, Paulum in dicto loco dixisse se Apostolum Gentium, non ad coarctandam Petri potestatem, nec ad metas Petro circumscribendas, verùm ad Euangelium dilatandum, saluo interim Primatu Petri, quem Paulus etiam post tot Gentes Christo subiectas agnouit, & honore, quo par erat, affecit, ab eoque dissolutionem controuersiæ, quæ Antiochiæ orta erat, & dexteras societatis expetiit: non quod ipse de sua doctrina (quam à Christo immediate acceperat) dubitaret, sed vt tota Ecclesia sciret, illum vnitatem amare, Primatū Petri agnoscere, & eundem Spiritum sanctum in se, atque in aliis Apostolis esse confiteri. Ita ille & ante illum Cardinalis Turrecremata *in summa de Eccles. lib.* 2. *cap.* 3. exponens dictum D. Pauli, negat expressè, quod per illa verba, Paulus æquiparasse se vellet Petro in potestate Regiminis, quem sciebat Rectorem constitutum, & Caput totius Vniuersalis Ecclesiæ, nec Paulus credidit Petri potestatem restrictam esse solum ad Circumcisos, licet appropriatè pro illo tempore, ad illos specialiter verbum prædicationis extenderet. Quoniam Petrus in Antiochia, sedibus & in Hierusalem, & multos conuertit ibidem, & alibi ex gentibus; sicut patet Actum 12. de Cornelio, & 11. vbi reprehensus legitur à Circumcisis fractius, quod ad gentes ingressus fuisset, & cum conuersis ex gentibus manducasset. Hæc Turrecremata, cui adde Capellum, Tannerum, & alios citatos supra: aliaque non bene Aduersarij, ex destinatione Pauli ad prædicandum Gentibus Euangelium, eius Primatum inferunt. Nam non valet argumentum de prædicatione ad Iurisdictionem.

18. Ideò piaculum existimarem, si non apponerem hic verba Cardinalis Baronij *tom.* 1. *Anno Christi* 34. *fol.* 265. sic asserentis: Quod pertinet ad Apostolicum munus Euangelij prædicandi, atque peccata soluendi, æque omnes Apostolos plenissima potestate in vniuersum mundum missos esse, idem ipse Gregorius profitetur, qui & eadem ratione, Paulum Apostolum Caput Gentium esse, & totius Ecclesiæ principatum obtinuisse testatur. *Cæterum quantumlibet amplissimus fuerit eius Apostolatus, quem accepit ad gentes saluandas: tamen nihil est, quod potestate æquari possit Principi Apostolorum omnium Petro*, quem cum præfecerit Dominus vniuerso Gregi, Gentes etiam eiusdem subdidit potestati. Futuræ enim erant & ipse Christi oues, de quibus ait aliquando: Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus pastor. Cùm itaque non nisi omnium ouium dicat vnum ouile esse futurum, vnumque pastorem, cuius Dominus oues suas omnes, & agnos curæ subiecerit: *Illum ipsum fuisse Petrum, nec alium præter ipsum, eadem potestate, quia ipsum in vniuersali Ecclesia vnicum institutum esse pastorem, ex his quæ dicta sunt, neminem puto, nisi sorte delirum, & mente captum, non intelligere.* Hucvsque Baronius. Vide etiam Ioannem Driedonem *tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 3. *par. fol.* 237. vbi explicat verba D. Ambrosij aientis: Quod sicut Petrus Primatum accepit ad fundandam Ecclesiam Iudæorum: ita, & Paulus Primatum accepit ad fundandam Ecclesiam Gentium. Explicat inquam, dicta verba de Primatu Prædicationis, non autem de Primatu Gubernationis, & Regiminis, quod ad solum Petrum pertinere probat. Et tandem Reginaldus Cardinalis Polus in defensionem vnitatis Ecclesiæ ad Henricum VIII. Regem Angliæ *fol.* 69. 70. 71. ex multis probat D. Paulum fuisse inferiorem D. Petro; & respondet ad argumentum cuiusdam Sampsonis hæretici, qui, vt vult etiam Anonymus, ex dictis verbis D. Pauli *ad Galat.* 2. contendebat ipsum esse æqualem D. Petro. Vide etiam Albertum Pighium *de Hierarch. Eccl. lib.* 3. *cap.* 11.

19. Itaque dicendum, est diuisionem illam factam inter Petrum, & Paulum de Iudæis & Gentilibus non pertinuisse ad iurisdictionem, sed ad propagandum Euangelium: quæ tamen diuisio ita accipienda, vt obseruat Ioannes Vviggers *in* 2. 2. *D. Thomæ tract. de Pontif. quæst.* 1. *art.* 10. *dub.* 1. & alij communiter. Marcus Antonius Capellus *disput. 1. de Pontif. Petri, cap.* 12. Adamus Tannerus *tom.* 3. *disp.* 1. *quæst.* 4. *dub.* 2. *num.* 99. Alexander Caterius *de potest. Roman. Pontif. lib.* 1. *cap.* 5. & alij, quod scilicet Petrus præcipuam operam collocaret pro illo adhuc tempore, sicut & prius fecerat, circa conuersionem Iudæorum: non autem, quod idcirco potestate prædicandi gentibus esset priuatus, vel à prædicatione inter gentes prohiberetur. E contra autem Paulus principaliter incumberet conuertendis gentibus ad fidem, non tamen ita vt ideò interdictum ei foret, etiam Iudæis per occasionem, & opportunitatem Euangelium annuntiare.

20. Quod etiam ista partitio hoc modo sit intelligenda, manifestum est ex scripturis: nam & Petrus *Act. cap.*10. prædicauit Cornelio, & domui eius toti: & ibidem cælesti visione ter admonitus didicerat etiam se ad gentes destinari, vt eis Euangelicam gratiam annuntiaret. Vnde & cap.15. dicit Petrus: *Vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire gentes verbum Euangelij, & credere:* sic tamen, vt ab initio debuerit studere conuersioni Iudæorum, vti diximus: quem ordinem indicat Christus *Act. cap.* 1. quando sic locutus est ad Apostolos: *Et eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria vsque ad vltimum terræ.* Et propterea etiam diximus, quòd pro illo adhuc tempore principaliter Petrus incumberet prædicationi apud Iudæos: nam postquam Romam venit, longè latéque etiam inter gentes Euangelium per se, & per alios disseminauit, vt cumulate impleret, quod audierat Act. cap.10. *Occide & manduca*, vt notat Esthius circa prædicta D. Pauli verba.

21. Quod Paulus quoque non fuerit prohibitus prædicare Iudæis patet ex cap. 9. Act. vbi Christus de illo dicit: *Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israël.* Vbi licet significetur, quod primario destinetur ad conuersionem gentium quæ primo loco exprimuntur, tamen etiam indicatur, quòd possit, imò quòd & portabit nomen Christi coram filiis Israël. Hinc etiam factum est, quod quocumque per gentes, & nationes proficisceretur, intraret quoque & euangelizaret in Synagogis Iudæorum, vbi eæ reperiebantur, vt *Act. cap.* 13. apud Salaminam, & Antiochiam Pisidiæ fecisse legitur, & cap.14. apud Iconium, cap.16. apud Thessalonicam, & 1. ad Corinth. 9. dicit: *Et factus sum Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer.* Docet autem hæc ita se habere Hieron. ad hunc locum Pauli, vbi proposita quæstione, an non licuerit Petro gentilem trahere ad fidem, & Paulo Iudæum, Respondet omninò licuisse, imò hoc fuisse vtriusque propositum, vt ex toto mundo Ecclesiam congregarent: sed tamen Petrum habuisse principale mandatum de Iudæis, saltem vt ab illis inciperet, sicut hoc explicuimus: Paulum autem de gentibus.

22. Volui (amice Lector) hanc diuisionem Petri, & Pauli, quoad Iudæos, & Gentiles latius explicare, vt prorsus labefactata remaneat opinio Anonymi asserentis dissimilitudinem morum, & studiorum inter Iudæos, & Gentiles fuisse causam, & rationem, & quare Christus, post Primatum datum Petro, voluerit posteà Paulum cum ipso in Primatu associare, quod merum figmentum esse ex superius dictis patet: nam nullam Iurisdictionem, quoad Primatum, Paulus accepit, dum fuit factus Apostolus Gentium à Christo Domino. Et ideò dum Antiochiæ orta esset inter Gentiles, & Iudæos dissensio de obseruatione legalium, Paulus illam non determinauit, sed ad Petrum, vt obseruat Theodoretus propter eius determinationem cucurrit, vt patet Actor.15. vbi (vt visum est suprà) Petrus, tanquam Caput Ecclesiæ congregauit Concilium, & sententiam in fauorem Gentilium tulit. Et miror quomodo Anonymus possit pro sua sententia adducere verba D. Hieronymi, quæ nihil pertinent in ordine ad Primatum, sed loquuntur de Apostolatu. Et ideò Hieronymus, quando in specie locutus est de Primatu, soli Petro tribuit; ideò dixit lib.1. contra Iouinianum: *Inter duodecim vnus eligitur, vt capite constituto schismatis tolleretur occasio.* Et lib. 3. in Matth. circa cap. 6. *Simoni, qui credebat in Petram Christum, Petri largitus est nomen, & secundum Metaphoram Petræ rectè dicitur ei ædificabo Ecclesiam meam super &c.* Et in cap.1. ad Galat. exponens illa verba D. Pauli, Ascendi Hierosolymam videre Petrum. *Iui* (inquit) *non discendi studio, sed honoris priori Apostolo deferendi.* Et tandem Epistol.57. ad Damasum scribens, sic ei asserit. *Beatitudini tuæ, id est Cathedræ Petri consocior.* Et Epist. 58. *Ego* (inquit) *clamito si quis Cathedræ Petri iungitur meus est.* Vide quomodo Hieronymus, quando de Primatu agit, apertè, & verbis claris illum tantùm Petro tribuat. Malè itaque pro sua sententia Hieronymum adducit Anonymus; nam in loco ab ipso adducto, (vt diximus, & patet) non loquitur de Primatu, sed de Apostolatu.

23. Verùm quia in hac disceptatione non solùm Theologis, sed etiam Dominis Canonistis debitor sum, videant ipsi suam Glossam *in cap. Paulus, & Petrus 2. q.7. vers. Imparem*, vbi notat, Paulum fuisse parem Petro in meritis, non autem in administratione. Et *in cap. Puto, eodem loco*, docet, Paulum fuisse æqualem Petro in martyrio, & tamen Petrum fuisse maiorem in dignitate. Et Paulò infrà *in cap. Beati Petrus, & Paulus*, habentur in summario hæc verba. Æquales fuerunt meritis, licet gradu differentes Petrus, & Paulus. Et supradictis textibus adde etiam *cap. in illis* 80. *dist. cap. Est. Et aliud* 14. *quæst.* 1. *cap. plurimos* 82. *dist. cap. multis* 17. *q.*1. & suprà adduximus *cap. solitæ, de maior. & obedient.* Et Extrauagant. *Vnam sanctam, & Vnigenitus.* Videatur etiam inter alios Canonistas, Cardinalis Iacobatius *tract. de Conciliis lib.* 10. *art.* 7. *fol.*717. *litt. B*, vbi asserit cum D. Thoma, & aliis Theologis, Paulum in Regimine, & Primatu fuisse inferiorem D. Petro, quod etiam Aluarez ex Iurisconsultis confirmat *in Thes. Christ. Relig. c.*1. *per totum.*

24. Sed dices (vt receptui canam) si æqualitas Pauli cum Petro consistit tantùm, vt probatum est, in ordine ad Apostolatum, hæc quidem fuit communis aliis Apostolis. Quare ergo Patres, & Pontifices ab aduersariis citati; tot eximiis, & iisdem laudibus, & titulis, Paulum solùm simul cum Petro exornant, & semper consociant? Respondeo ex tribus rationibus. Primò, vt rectè obseruat Angelicus Doctor *in Epistol.* 1. *ad Galat. cap.* 1. propter præclaras circumstantias suæ electionis ad Apostolatum: Fuit enim electus Apostolus à Christo post suam Resurrectionem, & Glorificationem. Vnde ipse dixit ad Galat.1. Creditum est mihi Euangelium Præputij, sicut Petro Circumcisionis. Qui enim operatus est mihi inter gentes, &c.

25. Secundò, propter plures exantlatos labores in prædicatione Euangelij, ita vt ipsemet dixerit: plus omnibus laboraui, & fatetur se habuisse solicitudinem omnium Ecclesiarum. Vide Alexandrum Caterium *de potestat. Roman. Pontif. lib.* 1. *cap.* 5. Adde & propter plura, & doctiora, quæ scripsit, in quibus non solùm æqualis fuit cæteris Apostolis, sed etiam ipso Petro excellentior. Vnde dixit Augustinus *lib.*3. *ad Bonifacium, cap.*3. Apostolus dum dicitur, si non exprimatur quis Apostolus, non intelligitur nisi Paulus, quia pluribus est Epistolis notior. Et notat indiuidualiter Ioannes Vviggers *in* 2. 2. *tract. de Pontifice ad quæst.*1. *art.* 10. *dub.*1. *numer.*103. Iustinianus *in Epist. Pauli tom.* 1. *disp.* 1. *de Apost. cap.* 9. & Amicus *in cursu Theolog. tom.* 5. *disp.* 6. *sect.* 2. *n.* 81. Vide etiam Peuronium *in Aristocratia Regulari tom.* 2. *c.*3. *n.*33.

26. Tertiò. Propter Martyrium in eodem tempore, & loco, cum Petro passum, Romanam Ecclesiam condecorauit, & propter prædicationem Euangelij, Romanis exhibitam simul cum Petro

cum

cum differentia tamen, quam obseruat Cardinalis Baronius *tom. 1. anno 41. num. 15.* vbi sic ait: Cæterum, quod spectat ad Irenæi sententiam, cùm dicat tunc à Matthæo Euangelium scriptum esse, cùm à Petro, & Paulo Romana Ecclesia fundaretur: non sic accipienda esse putamus eius verba, vt non nisi post Pauli Romam aduentum id factum esse voluerit significare, sed potius intellexisse, ipso initio fundationis Romanæ Ecclesiæ, à Matthæo Euangelium esse conscriptum; cùm scilicet Petrus Romam accessit, & tantæ molis erigendæ posuit fundamentum, quod factum est post quatuor annos, anno scilicet secundo Claudij Imperatoris, Dominique quadragesimo quinto, nec sic Irenæum de Paulo meminisse credimus, quasi non ante Pauli Romam aduentum Matthæus scripserit; sed communi potius, tum ipsius, tum cæterorum Patrum vsu loquendi, cùm de Romanæ Ecclesiæ fundatione fit mentio, Paulum æquè, ac Petrum nominasse, *non quod Paulus eodem quo Petrus tempore Romam venerit, ac simul cum Petro primum fundamentum iecerit, sed quod desuper adificauerit, ac denique eandem Ecclesiam vna cum Petro sanguine consecrauerit.* Ita Baronius, quicquid contra illum latret impius Spalatrensis asserens, Petrum prius Romæ Euangelium, non prædicasse, quam Paulus ad eam vrbem accesserit; sed hoc falsum est, nam Baronij sententia est vera; siquidem ex omnium ferè vetustissimorum Scriptorum Monumentis constat, Petrum, secundo, vel quarto Claudij Imperatoris anno, Romam accessisse qui fuit annus quadragesimus secundus, vel quadragesimus quartus post Christum. Paulum verò imperante Nerone, non antea Romam venisse, tunc scilicet, cùm Cæsarem sub Festo appellauit, qui fuit annus quartus Imperij Neronis (annum quippe integrum in nauigatione expleuerat) & quinquagesimus annus post Christum, certum est. Cùm igitur Claudius quatuordecim ferè annis Romanum Imperium rexerit, si tres Imperij Neronis his addas, certè Petrum quindecim, aut saltem tredecim annis Paulum Romæ præcessisse reperies.

27. Quod quidem fatetur ipse Paulus Epist. 1. ad Romanos, dicens: Desidero enim videre vos vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis *ad confirmandos vos*, id est, simul consolari in vobis per eam, quæ inuicem est, fidem vestram, atque meam. Ad quem locum ita Theodoretus. Quia primus eis magnus Petrus doctrinam Euangelicam præbuit, necessariò intulit. *Ad confirmandos vos.* Non aliam, inquit doctrinam affero, *sed eam, quæ iam oblata est, confirmare, & arbores iam plantatas irrigare volo.* Quid clarius dici potuit; Cum igitur in vitâ D. Petrus, & D. Paulus, in fundatione Ecclesiæ Romanæ fuerint socij, & collegæ, vt loquitur Augustinus *lib. de baptism. contra Donatistas cap.* 4. & Cyprianus Epist. 71. eo modo quo supra ex Baronio, & aliis explicauimus, meritò ipsa Ecclesia post mortem in eorum veneratione, & laudibus socios, & collegas etiam illos efficere voluit. Et ex hoc Patres quasi indissolubili societate, simul alios pariter, æqualibus encomiis extollere consueuerunt; manente tamen illibato Primatu Petri.

28. Glorietur itaque Sancta Romana, & Catholica Ecclesia, & recognoscat fundamenta, & originem suam à Beatissimis Apostolis Petro, & Paulo, sub diuersa tamen ratione, & formalitate. A Diuo Petro tanquam à Capite, ac primam supremam; & ordinariam Iurisdictionem habente A Diuo Paulo: tanquam in munere Apostolatus, in virtutibus, in meritis, in Prædicatione, in sanctitate, & in Martyrio D. Petro pari; imò D. Petro superiori, in laboribus, in sapientia, & circumstantia electionis ad Apostolatum, iuxta ea quæ superius dicta sunt.

29. Dicendum est igitur, Paulum quoad regimen fuisse subditum Petro, qui solus à Christo Domino fuit Pontifex institutus, & vnicus Episcopus, qui Cathedram Romanam rexit. Nam duos sedentes vna sedes non capit. Nec Romanos geminos vnum Regnum capere potuit, quos vnum vteri excepit hospitium. Et quidem si Ecclesia comparatur cum exercitu bene ordinario; *Cant. 6. 3.* Item cum Regno, *Dan. 2. 24.* Item cum Ouili, *Ioan. 10. 16.* Item cum Domo *1. Timoth. 3. 15.* Item cum humano corpore. *1. Corinth. 12.* sequitur, quòd sicut exercitus bene ordinatus regitur ab vno Imperatore, Regnum ab vno Rege, Ouile ab vno Pastore, Domus ab vno Patrefamilias, corpus humanum ab vno Capite; ità etiam Ecclesiam ab vno Rectore Petro, & eius successoribus gubernandam fuisse, dicendum est: vt supra ex apertis verbis Bonifacij VIII. probauimus in Extrauagant. Vnam sanctam, quam confirmauit Concilium Lateranense sub Leone decimo. Et exemplo etiam Synagogæ Veteris Testamenti, quæ fuit figura Ecclesiæ, vt notat Becanus *in Annalib. vet. Testamenti cap. 6. quæst. 3.* & alij. Nam semper gubernata fuit ab vno Capite, seu Monarcha, nimirum à Pontifice, cui reliqui omnes erant subiecti, vt patet *Deut. 17. 12.* & fatetur ipse Caluinus *lib. 4. Institut. cap. 6. §. 2.* & Magdeburgenses *Cant. 1 lib. 1. cap. 7.* Et tandem exemplo rerum naturalium, tam animatarum, quam inanimatarum, in quibus natura, vt obseruat Reinhardus Koning *in Theatro politico parte prima capite 10. numero 7. cum seq.* Henricus Velstenius *Politicarum Quæstionum, Decad. 7. quæst. 3.* Monarchiam expressit, sic rerum principia vnam causam, apes & grues vnum Regem, partes corporis cor vnum, orbis lineas vnum centrum, stellas omnes Solem vnum, & summatim res quaslibet naturales aliquod vnum habere præeminens cernimus. Respuenda est igitur ista noua, inaudita, & chimærica mixtio, & consociatio Pauli cum Petro in Regimine Ecclesiæ. Aquila Imperialis constat ex vno corpore, & duobus capitibus, nunc verò Anonymus vult formare Aquilam Ecclesiæ ex duobus corporibus & vno capite. Vsque adhuc in Ecclesia credidimus Deum vnum, & trinum, nunc Anonymus cogit nos credere Papam binum & vnum. O lepidum inuentum? Dicendum est igitur regimen Ecclesiæ tanquam Monarchicum, & Regale; vt rectè docent Doctores Sorbonici Andreas Duvallius *de potestate Romani Pontificis parte prima, quæstione secunda.* Alliacensis *tractatu de origine Ecclesiasticæ potestatis conclus. 2.* Celaia *in 4. sententiar. distinct. 24. quæst. 4. & 7.* cum aliis, fuisse constitutum à Christo Domino super vnum Petrum, & eius successores immutabiliter: Ergo non supra Paulum, quia essentia, & ratio Monarchiæ, aliter non constat, quàm si vnus præsideat, vt patet ex Platone *in dialog. de Regno.* Aristotele *8. Ethicor. cap. 10.* Simplicio *1. Physicor. text. 19.* Aphrodyseo *Metaphysic. 12.* & notant Henricus Hænonius *in disputationibus Politicis disput. 9. n. 3. littera A.* Henningus Arnisæus *in doctrina Politica cap. 9.* Theodoretus Reinchinch *de regimine seculari, & Ecclesiastico libro 1. Class. capite 1. numero 1.* Christophorus Besodus *in Synopsi Politicæ doctrinæ lib. capite 4. numero 2.* Gregorius Schonborner *in Politica lib. 5. cap. 1.* & alij communiter. Vnde hoc supposito dixit Cancellarius Parisiensis Ioannes Gersonius *in lib de Auferibilitate Papæ considerat. 8.* Nullam

aliam politiam in Ecclesia instituit Christus immutabiliter præter Monarchicam, & quodam modo Regalem, & oppositum sentientes, quod videlicet fas sit esse plures Papas, errant in fide, & vnitate Ecclesiæ, contra articulum hunc: *Et vnam sanctam Ecclesiam.* Et si pertinaciter maneant, iudicandi sunt Hæretici, sicut Marsilius de Padua, & alij. Ita Gersonius.

30. Quibus omnibus adde aurea verba Pij II. Pontificis *in Bulla Retract. tom. 4. Concil.* vbi sic ait: Non duos instituit Dominus, qui suum locum tanquam capita tenerent æqualia; sed VNVM constituit, vt Verticem, & Ducem, & Pastorem vniuersi Gregis, Simonem Petrum dicens: Tu es Petrus, &c. Quæ nulli alteri seorsim dicta leguntur, nisi Petro, vt in Petro Vnitas, & summa contineretur Auctoritas. Ita Pontifex. Et tandem claudat hanc disceptationem Eusebius Episcopus Alexandrinus *homil. de Resurrectione*, qui explanans illa verba: *Dicite Discipulis, & Petro.* Sic introducit Christum loquentem: Veni Petre; ne timeas nihil Tibi de gloria Chori Apostolici minui, non Te à dignitate remoui, non dedi alteri Claues; ne timeas Petre, qualis eras, talis es. Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in Cœlis; ne timeas Petre, quod promisi impleo, super tuam fidem, quæ sit Petra, ædificabo Ecclesiam meam. Hæc Eusebius. Quid clarius dici potuit ad apertè manifestandum primatum Ecclesiæ fuisse singulare priuilegium vnius Petri, priuatiuè quoad alios; seclusis tamen Romanis Pontificibus suis successoribus.

31. Meritò igitur dixit Doctor Parisiensis Almaynus *de potestate Ecclesiar. cap. 3.* quod VNI PETRO & successoribus eius data fuit potestas constituendi Canones per vniuersum orbem. Si VNI PETRO, ergo non etiam & Paulo, vt vult perperam Anonymus. Itaque desinat ipse in posterum ex omnibus superius dictis Paulum Petro in Primatu consociare. Sed Ecclesiæ Primatum soli Petro tribuat, Paulum verò quoad munus Apostolatus, supra omnes alios exuberantissimè expletum, & propter alia eius egregia merita meritò summis laudibus extollat; & sic secundum iustitiam, dabit vnicuique quod suum est. Memor Vlpiani Iurisconsulti statuentis duos in solidum dominos esse non posse vnius rei, quod obseruant Doctores communiter *in quamuis, ff. de iurisdict.* teste Ioanne Coruino *de iurisprudentia Romana libro 1. capite 68.* & quidem si in Concilio Nicæno *Can. 8.* teste D. Augustino *Epistol. 110.* statutum fuit, duos Episcopos non esse constituendos in vna Ciuitate; quanto magis dicendum est in vna Ecclesia Christum duos non instituisse Pontifices. Solus igitur Petrus, vt habetur *in cap. in nouo distinct. 21.* Ecclesiæ Pontificatum accepit, & ideò subdit ibi Pontifex, Petrum reliquos Apostolos habuisse pro eorum PRINCIPE: ergo necessariò sequitur secundum Anacletum auctorem dicti Canonis, etiam Paulum recognouisse Petrum vt Principem suum; nisi Anonymus velit dicere Paulum non fuisse Apostolum. Sed comprimendus est calamus, nam in immensum iret. Stet igitur firma nostra tam sæpè reiterata conclusio, Paulum quoad Pontificatum minimè æqualem Petro fuisse, sed inferiorem; & subditum, nec aliam Ecclesiam agnoscere post Christum supremum Caput, nisi solum, & vnicum Petrum, eiusque legitimos successores. Hæc fides Orthodoxorum.

DISCEPTATIO APOLOGETICA POSTERIOR, DE PRIMATV SOLIVS D. PETRI:

CONTINENS RESPONSIONES, AD PLVRA LOCA Sanctorum Patrum in Manuscripto cuiusdam Anonymi pro nouo Papatu D. PAVLI perperam intellecta.

Responsiones ad Scripturam cuiusdam Anonymi in fauorem noui Papatus D. Pauli.

§. 1. SVperiori disceptatione iam composita, & prætcrito mense Ianuario Sanctiss. D.N. humiliter exhibita, statim post paucos dies Eminentiss. dominus meus Cardinalis Panziroli mihi legendum præbuit manuscriptum ad manus Sanctissimi delatum, sine nomine Auctoris, quem tamen non existimo Auctorem Epistolæ, sed alium congerentem ex libro lingua Gallica conscripto, plura Sanctorũ Patrum loca quæ opinionem nouam de Primatu D. Pauli videntur firmare. Et licèt ex dicta mea priori disceptatione ad omnia dicta loca facilis pateret responsio, necessarium tamen duxi clarè, & breuiter more meo, sigillatim supradictas auctoritates refellere, seu, vt melius dicam, ad verum sensum, secundum intelligentiam Theologorum, exponere. Et ideò suppono, id quod breuiter in priori disceptatione, sed nunc aliquantulum fusius, & magis clarè, declarabo; suppono inquam in Apostolis (& inter ipsos D. Paulum includo) tria seorsim consideranda esse. Primò Apostolatum. Secundò, Sacerdotium; seu Presbyteratum. Tertiò, administrationem sacræ Politiæ, quæ designatur nomine Pontificatus. Quoad institutionem, & munera Apostolatus, omnes Apostolos pares confitemur. Quoad institutionem & munera Presbyteratus item: at inæquales asserimus ratione Pontificatus. Elegit duodecim, eosque nominauit Apostolos, *Matth. 10. Marc. 3. Luc. 6.* quorum munus esse voluit, euangelizare, testificari omnibus gentibus, miracula patrare.

2. Eosdem Sacerdotes ordinauit, *Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. ad Corinth. 11.* collata potestate conficiendi sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, & offerendi Deo incruentum sacrificium corporis, & sanguinis sui. Huic potestati, mox annexuit alteram, dimittendi peccata in foro interiori, *Ioan. 20.*

3. Ad Apostolatum, & Sacerdotium, quæ communia fuerunt Christo cum Apostolis, accedebat in Christo

Christo iurisdictio, & administratio politica rerum sacrarum, quæ in eo solo tanquam in supremo Capite resedit, quandiu terras incoluit. Translata nimirum à Synagoga ad Ecclesiam, à Leui ad Iudam, ab Aarone ad Christum Cathedra Moysis quicquid religiosum est, ad Deum attinet, perinde ac ouile ad pastorem suum iure Pontificatus ad Christum pertinebat.

4. Hanc ascensurus ad Patrem non concessit Redemptor aliis Apostolis (quando enim?) *sed vni Petro*; sicut ante tot symbolis se facturum promiserat, consequenter vno isto iure quoad ordinem Politicum omnibus aliis Apostolis Petrum præposuit, omnes alios Apostolos Petro subiecit.

5. Itaque ex his dicendum Paulum, & alios omnes Apostolos in potestate Ordinis, & ratione Apostolatus fuisse æquales; singuli enim potestatem Euangelium vbique terrarum prædicandi, ligandi, & soluendi, & omnium, quæ pro mundi conuersione moraliter erant necessaria, à Christo, non à Petro acceperunt. In ratione tamen Officij Pastoralis inæquales fuerunt; tum quia Petrus à Christo Pastor vniuersalis est institutus, vt expressè habet Chrysostomus, explicando verba hæc, *Pasce oues meas, id est, esto præpositus loco mei, & primus in medio fratrum.* Quò fit, vt vniuersalis potestas in Petro, tanquam in vero, & legitimo Pastore ordinariè resederit, in cæteris verò Apostolis tantùm extraordinariè, & per accidens, atque propter necessitatem: quia scilicet in dispersionem gentium erant abituri, & longis locorum interuallis à Petro separandi, vt pro Ecclesiarum, quas ipsi fundabant, necessitatibus, vix ac ne vix quidem eum possent conuenire.

6. Ex quibus sequitur, quòd duæ res sunt in quibus Petrus Apostolus antecelluit reliquis Apostolis, non quidem proptiè, vt Apostolus, sed vt singulare fundamentum, & caput Ecclesiæ, & Pastor ouium Christi, & Cœli ianitor constitutus. Vna est, quòd illam Apostolatus auctoritatem in vniuerso orbe, accepit ipse à Domino tanquam ordinariam, & duraturam, suisque adeò successoribus relinquendam: eo quod vniuersæ Ecclesiæ, quæ vnquam futura esset, fundamentum est constitutus, nec talis fundamenti locum ipse perpetuò, nisi per suos etiam successores tenere potuit. Reliqui verò Apostoli eam auctoritatem non eo modo acceperunt, sed eorum quasi extraordinarium priuilegium fuit, quòd & in orbem vniuersum, & à Christo proximè illam auctoritatem Apostolatus acciperent. Itaque illis è vita decedentibus, dignitas etiam eiusmodi Apostolatus esse desiit.

7. Altera res, in qua Petrus reliquis Apostolis antecelluit est, quòd ipse quidem potestatem accepit etiam quandam in ipsos Apostolos: tanquam omnium videlicet (nemine excepto) qui ad Ecclesiæ ædificium, & ad Christi gregem pertinent, fundamentum, & pastor singulariter constitutus. Itaque regere ipsos atque in fide confirmare cum auctoritate potuit, iisque præscribere, & modum, & locum ad fungendum ministerio Apostolico, quatenus ad Ecclesiæ bonum id expediret. Et hæc omnia firmat Tertullianus *de præscript. cap.* 20. & docet Caietan. *in opusc. tom. 1. tract. 1. de auctor. Papæ Concilij, cap.* 3. cum tota Theologorum Schola.

8. His suppositis, quia Anonymus suam Scripturam distinguit in tres classes auctoritatum, nempe Summorum Pontificum, veterum Sanctorum Patrum, & Eminentissimorum Cardinalium, eodem ego procedam ordine, & ipsissima Anonymi verba adducam; & postquam verba Sanctorum Patrum ab ipso adducta secundum verum sensum exposuerim, adducam ex iisdem Patribus verba, quæ in aliis locis loquendo apertè *de Primatu Ecclesiæ, illum tribuunt Petro*, vt ex his clarè appareat, quæ fuerit mens dictorum SS. Patrum, & loca eorum obscura declarentur per clara.

Responsiones ad loca Summorum Pontificum.

§. 1. AD primum locum S. Leonis Pontificis *serm. 1. de Nat. Apost.* respondeo, quod nihil facit ad rem, quia licèt ipse faciat pares Petrum & Paulum; hoc intelligendum est, in electione ad Apostolatum laboribus, & morte, quod concedimus: ergo in regimine nego consequentiam. Nec obstant illa verba, quod *Christus Pauli, & Petrum inter omnia Ecclesiæ membra prouexerit in tantum Apicem, vt duo lumina constituat in corpore, cui caput est Christus*; nam respondeo hanc auctoritatem impium M. Antonium Spalatrensem adduxisse, vt efficeret Paulum Petro æqualem, sed ad illam sic respondet Doctor Sorbonicus, & Episcopus Massilienſis Coëffeteau *tom. 1. lib. 1. cap. 11. num. 24.* vbi sic ait: Res similis monstri est Leonem, qui sexcentis locis Petrum omnibus Apostolis, & cunctis Ecclesiæ Pastoribus Præpositum scribit, testem huius æqualitatis quam inter Petrum & Paulum somniat Spalatrensis proferri. Et supra clarissimo eiusdem Patris testimonio ostendimus, Petrum totius Ecclesiæ spectabile Caput illi habitum: hinc verò propterea Petrum, & Paulum, tanquam geminum lumen oculorum in Ecclesiæ corpore posuit, quo illos cum Christo conferat æterno Ecclesiæ capite, à quo lucem sint mutuati, qua Ecclesiam collustrarunt. Sed hic rursus aduertere debuit aduersarius, vt duo lumina Ecclesiæ censeantur Petrus & Paulus, propterea æqualitatem inter eos admittendam non esse. Sol & Luna duo sunt clarissima sydera, & lumina cœli, nec tamen Luna Solis splendorem exæquat. Ita Coëffereau. Vide aliam responsionem apud Becanum *de Regim. Eccles. lib. 2. cap. 7. obiect. 7. num.* 68.

2. Vel etiam dici potest, Vocari duo lumina Ecclesiæ Petrum & Paulum, quia Romanam Ecclesiam ambo fundarunt per prædicationem, manente tamen illibato Primatu D. Petri. Et quod hæc sit mens D. Leonis patet ex eius *Epist.* 84. vbi sic ait: Quoniam & inter Beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis, & cùm omnium par esset electio, vni tamen datum est, vt cæteris præemineret. Cùm ergo ex mente D. Leonis vnus fuerit (id est solus Petrus) qui Primatum inter omnes Apostolos obtinuit, malè modo ex verbis D. Leonis non bene intellectus ab Anonymo asseritur, D. Paulum habuisse etiam Ecclesiæ Primatum, nam D. Leo vni Petro attribuit. Sed sentiant Aduersarij D. Leonem clarè etiam loquentem alibi *Serm. 3. Anniu.* De toto mundo vnus Petrus eligitur (ergo non Paulus) qui, & vniuersarum Gentium vocationi, & omnibus Apostolis (ergo etiam, & Paulo) cunctisque Ecclesiæ præponitur.

3. Et tandem non deseram hic apponere alia verba eiusdem S. Pontificis *Epist. 87. ad Viennenses.* Ita Dominus noster Iesus Christus, humani generis Saluator instituit, vt veritas, quæ antea legis, & Prophetarum præconio continebatur per Apostolicam tubam in salutem vniuersitatis exiret: sicut scriptum est, *in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Sed huius muneris Sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, *vt in Beatissimo Petro Apostolorum omnium summo principaliter collocaret:* vt ab ipso quasi quodam capite dona sua, velut in corpus omne diffunderet. Videat modo Anonymus

quo pacto possit adducere S. Leonem pro sua sententia.

4. Ad secundum locum D. Gregorij *lib.4. in 5. Reg. in quo D. Paulus dicitur effectus Caput nationum, & obtinuisse totius Ecclesiæ Principatum.* Respondeo hæc Encomia non solùm dari posse D. Paulo, sed etiam aliis Apostolis: nam vt optimè obseruat Duvallius Doctor Sorbonicus *tract. de Rom. Pontif. part.1. quæst.3.* Apostoli ratione gubernationis, fuerunt nationum Capita; sed tamen non eodem modo, quo Petrus; illi enim in gubernatione Ecclesiæ summam, & amplissimam potestatem, vt Legati, & Apostoli sortiti sunt: At verò Petrus, tanquam Pastor ordinarius eam habuit. Et ideò Paulus, & Apostoli particularia Ecclesiarum vocantur capita ab ipsomet D. Gregor. *lib.4. Epist.38.* Petrus verò, totius vniuersalis Ecclesiæ. Deinde assero non solùm Paulum, sed etiam alios Apostolos obtinuisse Ecclesiæ Principatum: nam, vt obseruat Bouerius *Controuers. tom.2. lib.1. Demonstr.6. Symboli, art.5.fol.293.* Apostoli tametsi Petrum sibi, ac toti Ecclesiæ Prælatum à Christo agnoscerent, tamen cum extraordinaria pro Christo legatione fungerentur, vniuersas orbis Ecclesias sibi subiectas habebant, & ideò omnes Apostolicum ius exercere poterant. Itaque D. Gregorius quando asserit Petrum, & Paulum obtinuisse Ecclesiæ Principatum. Respondeo distinguendo, quòd Paulus, & alij Apostoli obtinuerunt Principatum Ecclesiæ, ratione potestatis extraordinariæ, quam habebant in totam Ecclesiam; Petrus verò, ratione potestatis ordinariæ, & tanquam Caput. Vide etiam Cardinalem Baronium *tom. 1. annum.* 34. exponentem hunc locum ab Anonymo adductum.

5. Nec obstat, alia auctoritas D. Gregorij asserentis in oratione de Diuo Paulo & Petro, *Deus qui ligandi, soluendique licentiam tuis Apostolis contulisti &c.* Nam respondeo, hæc verba etiam aliis Apostolis competere; nam vt rectè obseruat Cardinalis Baronius *tom.1. ann.34.* Christus dixit eis: Quæcumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in Cœlo; & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta, & in Cælo. Sed in his verbis, vt rectè notat Bañez *in 2.2. quæst.2. art.10. fol.326.* non infertur aliqua potestas Iurisdictionis, sed Ordinis: ergo malè pro primatu Pauli adducuntur. Dicendum est igitur cum Tannero *tom.3.disput.1.q.10. dub.2. num.96.* Petro soli nominatim Claues soluendi, & ligandi traditas esse, tanquam supremo patrifamilias & gubernatori Ecclesiæ; Paulo verò, & reliquis Apostolis, vsus potius clauium, quam absoluta potestas ac possessio clauium tradita est; sed de hoc infra iterum redibit sermo.

6. Verùm quia Anonymus adducit pro sua sententia D. Gregorium; sentiat quid ipse asserat clarè loquens de Primatu Ecclesiæ. Apertè enim D. Petro tribuit, & nihil loquitur de Paulo; vide *lib.1. quæst. 24. lib.3. Epist.33. lib.6. Epistol.37. & lib.4. cap.32.* ad Mauritium Imperatorem scribens sic ait: Cunctis Euangelium scientibus liquet, quod voce Dominica *Sancto & omnium Apostolorum Principi Petro Apostolo totius Ecclesiæ cura commissa est.* Ipsi quippe dicitur, *Petre amas me? Pasce oues meas, &c.* Ecce claues Regni cœlestis accipit, potestas ei ligandi & soluendi tribuitur, cura ei totius Ecclesiæ, & Principatus committitur. Imò idem D. Gregorius apertè fatetur, Petrum habuisse Ecclesiæ Primatum, & Paulum ei fuisse inferiorem; sic enim loquens de correctione facta Petro à Paulo, asserit *Homil.18. in Ezech.* Quatenus, qui primus erat in Apostolatus culmine, & primus esset in humilitate. Pensate ergo in quo mentis vertice stetit Petrus, qui Epistolas Pauli laudauit, in quibus scriptum se vituperabilem inuenit. Ecce à MINORI SVO reprehenditur, & reprehendi non dedignatur, sed caueat Anonymus, responsionem hæreticorum asserere, nempe, Paulum minorem esse Petro ætate; nam D. Gregorius clarè mentem suam aperuit, nempe in quo D. Petrus se maiorem minoremve Paulo dicat, asserit enim: *Vt qui primus erat in Apostolatus culmine, esset primus in humilitate.* Ergo ista verba constituunt Petrum Paulo maiorem non solùm ætate, sed dignitate. Ergo in ordine ad Primatum Ecclesiæ, standum est verbis claris D. Gregorij, qui apertè Petro solo tribuit.

7. Ad tertiam auctoritatem Adriani 1. *Epist. ad Constantinum, & Helenam Imperat.* in qua Anonymus notat ponderanda omnia, nempe, *quod Papa Petri & Pauli Vicarij, eorumque Throni successores dicuntur, quòd Ecclesia Romana, eorum Ecclesia; quod Petrus, & Paulus Apostolorum Coryphæi, & Orthodoxæ fidei fundatores appellantur. Sed hoc maximè, quod eorum vtrisque collata à Deo potestas ligandi & soluendi peccata in Cœlo & in terra dicitur.* Respondeo, & concedo totum. Ergo Petrus & Paulus fuerunt æquales in regimine; dico bardam esse consequentiam: nam diuerso modo, omnia supradicta competunt Petro & competunt Paulo. Itaque dicuntur Pontifices Vicarij & Successores D. Petri, & D. Pauli, diuersa tamen ratione, vt obseruat Beatus Ioannes à Capistrano *de Auctoritat. Papæ, part. 3. fol.113.* Dicuntur Petri Vicarij, & Successores, in plenitudine potestatis, Pauli verò in plenitudine legalitatis, id est scientiæ. Dicitur Ecclesia Romana, D. Petri & D. Pauli, rectè quidem; quia ambo illam prædicatione, & martyrio fundauerunt, & Episcopi fuerunt, Petrus tamen propriè, ac titulo; Paulus verò, ordine, & officio adiutoris, & ideo quia Paulus fuit socius & collega Petri in fundanda Ecclesia Romana, rectè dixit Adrianus Pontifex *illam esse Ecclesiam Petri, & Pauli.* Ergo Paulus fuit in Primatu cum Petro, nego consequentiam. Dicuntur etiam ab Adriano, *Petrus, & Paulus Coryphæi*; sed vt vult Coëffeteau contra M. Antonium de Dominis *tom. 1. lib. 1. cap.4. n. 1.* Petrus iurisdictionis auctoritate, Paulus merito doctrinæ, vel vt asserit Bellarminus *libro primo de Rom. Pontifice, cap.27.* quia Petrus institutus est Caput & Pastor omnium. Paulus, quia munus Apostolicum exuberantissimè adimpleuit. Dicuntur Petrus, & Paulus, Orthodoxæ fidei fundatores, concedo; & hoc etiam de omnibus Apostolis dicendum est, vt docet D. Ignatius *Epist.5.* ergo Paulus & alij Apostoli fuerunt Petro æquales; nego, consequentiam: nam diuerso modo Petrus fuit fundator fidei, ac Paulus, & cæteri Apostoli: Paulus, & Apostoli fundatores fidei fuerunt, sine tamen Petri præiudicio, quia ipsi Ecclesiam fundauerunt in sanguine Christi propriis sudoribus, & laboribus: Petrus verò singulari modo dicitur fundator fidei, quia supponimus Rectorem, & Gubernatorem Ecclesiæ institutum fuisse. Dicitur itaque Petrus fundamentum Ecclesiæ, & fidei quia dictum fuit ei à Christo *Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam*; Paulus verò vocatur Ecclesiæ, & fidei fundamentum, eo quod diuina luce collustratus, egregios pro Ecclesia Dei labores susceperit, eam aduersus Pseudo-Apostolos magna constantia, ac zelo defenderit, ac nihil non gesserit, vt omnes Christo lucrifaceret. Vide Tannerum *tom.3. disp.1. quæst.4. dub.2.n.96.* Valentiam *tom.3. disput.1. quæst.5. punct.7.§.28.* Turrianum *in 2.2. tom.1. disp.15. dub.1.*

8. Et tandem concedimus potestatem ligandi, & soluendi Petro, & Paulo fuisse concessam: sed diuersa ratione, vt infra probabimus, & docet

Duvallius

Duvallius *de Rom. Pontif. part.1. qhæst.2.* Nam Paulus, & alij Apostoli acceperunt quidem quandam auctoritatem quoad vsum Clauium, vt scilicet clauderent Cœlum, aut aperirent, retinendo, vel remittendo, seu quod idem est, soluendo, vel ligando peccata. *Math.28. Ioann.20.* Claues autem ipsæ, hoc est, plena, atque summa potestas id omni ratione faciendi Petro soli promissæ, atque adeò tributæ sunt. Vide Valentiam *tom.3. disputat.1. quæst.1.punct.7.* & Pitigianum *in 3.sent.tom.2.dist.25. q.2.art.1.circa finem.*

9. Ad quartam auctoritatem Nicolai I. *Epist.1. ad Michaëlem Imperatorem, in qua asseritur Paulum Apostolorum Principem in Ecclesia Romana tanquam luminare maius diuinitus constitutum, & non à Petro, sed à Domino facultatem potestatis super vniuersam Ecclesiam recepisse*; sed omnia hæc non faciunt Paulum Petro æqualem in Primatu; quia Paulus vocatur Princeps Apostolorum, vt supra vocatus fuit ab Hadriano I. Coryphæus Apostolorum: igitur fuit Princeps Apostolorum merito doctrinæ, non auctoritate iurisdictionis, vt Petrus. Sic Coëffeteau, & Bellarminus paulò ante. Et ideò omnes Apostolos S. Leo *serm.3.* vocauit Principes Ecclesiæ. Dicitur autem luminare maius, quia vt ipsemet Paulus asserit in fundanda Ecclesia plus omnibus aliis Apostolis laborauit, & ideo obseruauit Nauclerus de Mornachia *tomo.1. parte 2. libro 4. capite 10.* Paulum non fuisse assignatum Episcopum alicuius Ecclesiæ particularis, quia in omnibus Ecclesiis debebat laborare. Dicitur potestatem non à Petro, sed à Domino accepisse; sed quid ad rem; Hoc enim de omnibus Apostolis dicendum est; & ideò quoad hoc, omnes sunt æquales Petro, manente tamen illibato eius Primatu.

10. Et ideò Granadus *in 2.2. Controuers. 1. tractat.7. disputat.1. sect.2. numero 10.* docet, & supra nos etiam docuimus, Apostolos fuisse æquales in Apostolica dignitate, in eo nimirum quod à Domino electi sunt tanquam fundamenta Ecclesiæ, & iurisdictionem acceperunt in vniuersum Orbem; id quod tantum voluit sanctus Cyprianus *libro de vnitate Ecclesiæ*, dum dixit, Apostolis omnibus post resurrectionem tributam fuisse parem potestatem: nam quòd Petrus fuerit omnium Caput, ipsemet ibidem testatur, & probat ex Euangelio; & eodem modo Victor Episcopus Carthaginensis *in Epistola Synodica, quæ legitur tom.2. in Concilio Lateranensi sub Martino I. consult.2.* dicit: Omnes Apostolos pari honoris, & potestatis consortio præditos. Excelluit ergo Petrus in eo, quòd cæteri Apostoli erant illi subiecti, non autem sibi inuicem; & in eo etiam quòd Petrus hanc in vniuersum Orbem iurisdictionem habuit ex officio, cæteri ex delegatione. Itaque concedimus Aduersariis, Paulum non accepisse facultatem in vniuersalem Ecclesiam à Petro, & id certum est: ergò fuit æqualis Petro in primatu: hoc negamus, & est impertinens consequentia. Itaque pro Papatu Pauli, nihil officit auctoritas adducta Nicolai. I. sed Anonymus pro sua firmanda sententia relinquit Pontifices', & transit ad Patres.

Responsiones ad loca Sanctorum Patrum.

§. 1. ITaque adducit primò plura lota D. Chrysostomi, & incipit *ex homil.18. in Epist. ad Romanos*, vbi asserit: *Christus S. Paulo omnem Euangelij prædicationem, omnia vniuersi mundi negotia, mysteria sua, & omnem denique Ecclesiæ administrationem concedit.* Sed hæc farina desumpta ex pistrino M. Antonij de Dominis, qui hunc locum Chrysostomi perperam, vt Anonymus adducit. Sed respondeo, hæc verba, posse etiam competere omnibus Apostolis, præcipuè tamen competunt Paulo, qui, vt ipse fatetur, habuit sollicitudinem omnium Ecclesiarum, sed nullam mentionem faciunt de Primatu, vt rectè obseruat Episcopus Coëffeteau *tom.1. lib. cap.11. fol.287.* contra M. Antoniam de Dominis. At Anonymus quod est de prædicatione dictum, semper perperam more suo, ad gubernationem transfert.

2. Secundò adducit verba *Homil.2. in Epistol. ad Romanos*, vbi ait: *Quæri tunc temporis non potuisse à Paulo, cur sese in magnæ huius Vrbis regimen seu gubernationem ingereret, respondisset enim hanc sibi necessariam esse curam vtpote à Deo imperatam*: ergo ex hoc sequitur Paulum Petro fuisse æqualem in Primatu; nego consequentiam. Nam Paulo fatemur verè hanc potestatem imperatam fuisse à Deo, vt Delegato, Petro verò vt Ordinario. Vide Bannez *in 2.2. quæst.1. art.10. fol.327.* Vel dicendum est ex doctrina Caietani *opusc. 1. de Auctor. Papæ cap.3.* apud Chrysostomum verbum *regimen* significare executionem, non auctoritatem regiminis, quod sonat imperium. Verum, ait Caietanus, quia vnum pro alio quandoque poni potest, si etiam inueniretur paritas in auctoritate regiminis, piè exponendum esset, pro excutiua potentia, dedit enim Saluator omnibus Apostolis communiter vt exequi possent in eis, ad quos mittebantur, omnia quæ poterat exequi Petrus, puta instituere Ecclesias, Episcopos docere, excommunicare, &c. Petro autem absolutè dedit potestatem omnium. Et si Paulus aliquo modo, id est, executiue erat par Petro quantum ad defensionem fidei, vt ex secunda secundæ dictum est. Et si non penetras differentiam hanc, inter potestatem executiuam, & præceptiuam, vide illam in exemplo, Episcopi habent officium prædicandi, & Fratres prædicatores habent officium prædicandi (cum ad hoc instituti sint) sed differenter, quia Episcopi ex propria auctoritate hoc faciunt, Fratres verò prædicatores authoritate Papæ delegantis eis id officium, hanc prædicationis exercendæ potestatem. Sic enim proportionaliter de potestate gubernandi Ecclesiam in Petro, & aliis Apostolis fuit: Petrus enim ex propria sui Pontificatus officij authoritate gubernabat, alij verò Apostoli, ex priuilegio Domini, delegantis eis gubernatoris officium. Huc vsque Caietanus; vnde patet responsio ad verba Chrysostomi ab Anonymo adducta.

3. Tertiò adducitur *Homil.7. in Epist. ad Ephes.* vbi asseritur: *Petrum, & Paulum ambos ea quæ sursum sunt & deorsum, & ipsas Cœli & terræ claues hæreditate accepisse, & possedisse.* Respondeo esse verba emphatica; & diuerso modo, vt supra probatum est, Claues Paulus, & cæteri Apostoli acceperunt, quàm Petrus. Audi Origenem *tract.6. in Matth. ferè in medio.* Quoniam oportebat, inquit, aliquid maius habere Petrum, ideò illi quidem sic dicit; Et tibi dabo claues Regni Cœlorum, & quæcumque ligaueris super terram, erunt ligata & in Cœlis. Non ergo modica differentia est, quod Petro quidem sint datæ claues non vnius Cœli, sed multorum Cœlorum, vt quæcunque ligauerit super terram, sint ligata non tantùm in vno Cælo, sed in omnibus Cœlis, & quæ soluerit super terram, sint soluta non solùm in vno Cœlo, sed in omnibus Cœlis. *Ad eos autem, qui multi sunt ligatores, & solutores in terra, sic dicit, vt soluant, & alligent non in Cœlis, sicut Petrus*, sed in vno Cœlo, quia non sunt in tanta perfectione sicut Petrus. Item Beatus Leo *Epist. 89. ad Episcopos per Viennensem Prouinciam constitutos: Petro*, inquit: *præ cæteris est tra-*

dita soluendi, atque ligandi potestas. Vide acutissimum Caietanum *tract. 3. de Roman. Pont. Institut. c. 5.* vbi doctè docet differentiam traditionis clauiū factæ Petro, & aliis Apostolis à Christo Domino: quod etiam facit Pitigianus *in 3. sentent. tom. 2. dist. 25. quæst. 2. art. 2. in resp. ad argument.* & Ioannes Vviggers *in 2. 2. D. Thomæ de Potest. quæst. 1. art. 10. dub. 1. n. 39.*

4. Quartò affert verba *in cap. 2. ad Galatas* explicans verba Pauli, qui dedit Petro in Apostolatum, dedit & mihi inter gentes. *Non se* (asserit) *comparat Paulus aliis Apostolis, sed eorum capiti ostendens eandem dignitatem vtrique collatam fuisse.* Respondeo cum M. Antonio Capello *in disput. 1. de summo Pontificatu Petri, cap. 12.* Salmeronio *tom. 15. disput. 24. in Epist. 2. ad Galatas fol. 105.* Tannero *tom. 3. disputat. 1. quæstio. 4. dub. 2. num. 98. & 99.* & aliis communiter, quod in dictis verbis D. Pauli *ad Galatas 2.* nulla mentio de Primatu efficitur, sed tantùm de prædicatione. Ergo verba D. Chrysostomi adducta non sunt intelligenda de dignitate Primatus, sed de dignitate Apostolatus; & ideò Paulus dictus est Apostolus Gentium, Petrus Apostolus Iudæorum; sed hoc non arguit eorum paritatem in Primatu, vt optimè obseruat Campegius *de potestate Roman. Pontif. cap. 11. num. 7.* & nos latè in priori Disceptatione probauimus.

5. Quintò in proscenium adducit locum *Hom. 1. Epistol. ad Romanos.* Ibi enim dicitur: *Mutatum fuisse Paulo, sicut & Petro nomen, vt eandem, quam habebat Petrus Caput Apostolorum super eos prærogatiuam, & ipse haberet.* Respondeo & fateor suprà omnes alios Apostolos Paulum & Petrum habuisse prærogatiuam mutationis nominum. Sed si aliquis ex hoc inferret; ergo Paulus in Primatu fuit æqualis Petro; Anathematizo talem consequentiam, tanquam nimis impertinentem: distat enim nimis mutatio nominis à Primatu. Adde quod, vt optimè obseruat Becanus *in Manuali controuers. libro 1. capite 4. numer. 45.* sola mutatio nominis in Petro, non indicaret Primatum, & eminentiam eius super omnes alios Apostolos, nisi simul adiuncta esset cum aliis prærogatiuis Petri, quæ simul sumptæ eius indicant primatum, videlicet. Primò, quod quando in Euangelio recensentur nomina Apostolorum, semper primo loco ponatur Petrus. Secundò, quod Scriptura loquatur de Petro, tanquam de Principe: de aliis Apostolis, tanquam de subditis. Tertiò, quòd Petrus sæpè loquatur nomine omnium Apostolorum, tanquam illorum Antesignanus. Quartò, quod inter omnes Apostolos, soli Petro facta sit prima reuelatio diuinitatis Christi. Quintò, quod soli Petro inter Apostolos promissa sit stabilitas fidei, & cathedræ. Sextò, quod Christus pro solo Petro, & seipso voluerit, tributum solui in Capharnaum. Septimo, quod post Resurrectionem inter omnes Apostolos, soli Petro primum apparuerit. Octauò, quod Petrus sua authoritate vocauerit alios ad electionem noui Apostoli, in locum Iudæ proditoris. Nonò, quod primus promulgauerit Iudæis Euangelium, post acceptum Spiritum Sanctum. Decimò, quod primum miraculum apud Iudæos fecerit, in confirmationem Euangelij. Decimo primo, quod etiam primus prædicauerit gentibus Euangelium, & quod ipsi oblata sit visio cœlestis, de vocatione gentium. Decimo secundo, quod primus in Concilio Hierosolymitano sententiam dixerit. Igitur malè Anonymus ex sola mutatione nominis Pauli infert, Primatum Ecclesiæ habuisse, vt habuit Petrus; nam Primatum in Petro arguimus, non ex sola mutatione nominis, sed simul ex aliis prærogatiuis suprà enumeratis quibus caret Paulus.

6. Sextò, profertur locus *in c. 1. Epist. ad Gal.* vbi ait: Paulum Petro nulla re indiguisse, nec illius voce, sed illi dignitate parem fuisse. Respondeo, & angor sæpius eadem repetere, sed Anonymus ad id me agit. Dico igitur verum esse Paulum Petro vlla in re indiguisse, & dignitate parem fuisse, nam à Christo immediatè accepit potestatem, & dignitatem Apostolatus, & non à Petro; sed non ex hoc sequitur, in Primatu fuisse æqualem Petro; quando igitur Chrysostomus dicit, Paulum parem fuisse dignitate, intelligitur de dignitate Apostolatus, non de dignitate Primatus. Et ideò asseritur in capite eo minus *dist. 19 Huius muneris Sacramentum, ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit; at in B. Petro Apostolorum omnium summo principaliter collocauit.* Quibus verbis apparet, conformitas quædam æqualitatis, paritatisque in munere, officioque communi omnium horum primorum, Christi Discipulorum: quod omnes essent Apostoli, missi in omnem terram, ad prædicandum omni creaturæ Euangelium. At distinctio magna iurisdictionis, & authoritatis, quod omnes, licèt immediata Christi concessione, creati sunt Apostoli, à Sancto Petro, in iuridica functione penderent, eius subditi potestati: sic iubente, & ordinante Domino, pasce oues meas, his verbis illum suæ Monarchicæ dominationis, per participationem consortem faciente. Vide Duvallium *de Roman. Pont. part. 1. q. 2.* Campegium *de potest. Rom. Pont. c. 11. n. 2.* & alios communiter.

7. Et tandem concludit Anonymus D. Chrysostomum innumeris in locis vocasse Paulum etiam seorsim à Petro Principem, Ducem, Coryphæum Apostolorum, primum omnium à Christo, quæ omnia subordinationem, & dependentiam à Petro non sonant, sed potius æqualitatem. Sed hoc vltimum gratis dicitur, & prorsus negandum est; & quo sensu Paulus dicatur Princeps, Dux, Coryphæus Apostolorum & primus omnium superius explicatum est, & inferius etiam explicabitur.

8. Sed contra Anonymum necesse est adducere aliqua loca Diui Chrysostomi, in quibus loquens apertè de Primatu, illum Petro tribuit Et ideò non deseram hic apponere eius verba *Homil. 87. in Ioannem*, sic enim ait: Pasce oues meas. Cur tandem aliis prætermissis de his solùm Petrus efficitur; *Singularis, siue eximius ex Apostolis, & os discipulorum, & cœtus vertex erat.* Idque comparatione D. Pauli, de quo continentet addit. Idcirco & Paulus ascendit, vt eum studiosè videret præter cæteros. *Et Homil. 55. in Matthæum*, ait: Petrum Pastorem, & Caput fuisse; & vniuerso terrarum Orbi à Christo præpositum. *Et Homil. 17.* ex variis Matthæi locis, asserit: Princeps Apostolorum Petrus, super quem Christus fundauit Ecclesiam. Vide eundem *lib. 2. de Sacerdot. hom. 2. de Encom. Petri, & Pauli.* Vide Coëffeteau *tom. 1. lib. 1. cap. 111. num 25.* vbi contra M. Antoniū Spalatrensem ex cuius penu Anonymus multa desumit, ex multis aliis locis D. Chrysostomi probat, illum in ordine ad Primatum, Petrum Paulo prætulisse.

9. Verùm deueniamus ad auctoritates desumptas à Diuo Ambrosio, siue vt ipsemet fatetur à Pseudo-Ambrosio.

Primò, *in cap. 1. Epistol. ad Galatas*, ait: Paulum à Petro visum propter affectum Apostolatus, & vt sciret Petrus hanc sibi datam licentiam, quam ipse acceperat. Concedo Paulum non eguisse licentia Petri ad prædicandum Euangelium, cùm hanc à Christo immediatè acceperit, vt cæteri Apostoli: ergo fuit par Petro in Primatu, nego consequentiam: non enim valet argumentum de prædicatione ad iurisdictionem. Vide M. Antonium Capellum *disp. 1. de Pontif. B. Petri capite 11.* & alios communiter.

10. Secundò,

10. Secundò, *in cap. 2. Epist. eiusdem*, ait: Gratiam Primatus sibi vendicat soli concessam à Deo, sicuti & soli Petro concessa est inter Apostolos. Distinctione opus est. Duplex est Primatus: Primatus Iurisdictionis, & Primatus Prædicationis. Primatum Iurisdictionis solus Petrus accepit: dixit enim Rupertus Abbas in Euangel. *lib. 2. cap. 25. Primatum esse omnium, & singulare vnius Petri priuilegium:* Primatum verò prædicationis, Petrus & Paulus à Christo acceperunt; hoc modo videlicet, vt optimè obseruat Ioan. Driedonius *tom. 1. lib. 4. cap. 3. part. 3. fol. 237.* quia Petrus designatus est ad prædicandum Iudæis; (& ideò dictus Apostolus Hebræorum) Paulus verò designatus ad docendas gentes, & ideò Apostolus gentium dicitur; sed hoc intellige salua facultate quam alij Apostoli, & ipse Petrus, & Paulus habebant vbique, & promiscuè prædicandi tam gentibus, quam Iudæis. Sed obserua versutiam Anonymi, qui, vt talem responsionem effugeret, non adducit verba, quæ D. Ambrosius ante dixerat. Itaque totus locus Ambrosij sic ait: Ab Apostolis, qui clariores inter cæteros erant, quos & firmitatis causa, columnas appellat, quique cum Domino semper in secretis fuerant, gloriam eius digni in monte respicere: ab his itaque probatum dicit donum, quod accepit à Deo, vt dignus esset habere *Primatum in prædicatione gentium sicut & habebat Petrus in prædicatione Circumcisionis.* Et sicut dat Petro socios viros egregios inter Apostolos, ita & sibi iungit Barnabam, qui Diuino iudicio ei adiunctus est; gratiam tamen Primatus sibi soli vendicat concessam à Deo, sicut & soli Petro concessa est inter Apostolos. Ita Ambrosius. Sed Anonymus hæc vltima verba adducit, & tacet priora; & tamen vltima verba explicantur à prioribus, in quibus Ambrosius, (vt clarè legentibus patet) non agit de Primatu regiminis, de quo est quæstio, sed de Primatu prædicationis. Vnde apparet quo pacto Anonymus non quærit veritatem, sed voluit, & reuoluit se ad nos fallendum, vt melius potest.

11. Tertiò, adducit locum Ambrosij *in 2. cap. eiusdem Epist. ad Galat.* sic asserentis. Quis eorum, nempè Apostolorum, auderet Petro primo Apostolorum, cui Claues Regni Cœlorum Dominus dedit, resistere, nisi alius telis, qui fiducia electionis suæ sciens se non imparem constanter improbaret, quod ille sine consilio fecerat. Sed miror, hunc locum Ambrosij adducere Anonymum: cùm habeat capillos nimis canos, & ad illum responderint omnes Theologi, & eorum Antesignanus Diuus Thomas *in cap. 2. Epist. ad Galat. lect. 2. & glossa in cap. Paulus, & Petrus 2. quæst. 7.* nempè Paulum fuisse parem Petro in meritis Apostolatus, non in administratione regiminis. Vide etiam Cardinalem Turrecrematam *in summa de Eccles. l. b. 2. cap. 13.*

12. Quartò, adducit verba *in Epist. 2. ad Corinth. cap. 11.* Hoc ergo dicit (nempe Paulus) quia minor non est, neque in prædicatione, neque in signis faciendis, Apostolis prædecessoribus suis non in dignitate, sed tempore. O bone Deus, ad quid deseruiunt verba ista pro Primatu Iurisdictionis, cum nihil de ipso agant, & loquantur tantùm de prædicatione, & miraculis. Patientia nobis necessaria est, vt dixit Christus in Euangelio. Sed, vt verum fatear, hæc verba, & alia, quæ vltimo adducit Anonymus ego non inuenio in meo Codice apud Ambrosium. Sed modò sentiat Anonymus quid dicat iste Pseudo Ambrosius, quando loquitur clarè de Primatu Ecclesiæ; explanans enim illa verba *ad Galatas primo.* Deinde post annos tres ascendi Hierosolymam videre Petrum, sic inquit. Dignum fuit videre Petrum, quia primus erat inter Apostolos, cui delegauerat Saluator curam Ecclesiarum. Vide quomodo in his verbis clarè designet Primatum Petri.

13. Ad tertiam auctoritatem D. Augustini *Sermone 25. de Sanctis*, sic asserentis: Christus est Petrum priorem, tamen ambos (Petrum scilicet, & Paulum) vno ditauit honore. Respondeo mālè ab Anonymo hæc verba citari pro honore Primatus, sunt enim intelligenda de honore, & vocatione ad Apostolatum. Et ita tenet, vt patet ex Dominicanorum inclyta Familia Petrus de Soto *in Defensione Catholicæ confessionis, cap. 89. part. 3.* vbi docet, quoad honorem Apostolatus, Paulum non fuisse inferiorem Petro; & ita etiam docet Sixtus Senensis *in Bibliotheca, lib. 6. Annot. 271.* nam sicut Christus Petrum ad Apostolatum immediatè assumpsit, sic etiam & Paulum, & ideò dicuntur (vt loquitur Augustinus) vno honore ditari, manente tamen Primatu penes solùm Petrum. Et ideò, in fine dicti sermonis, dicitur: Beatissimum Petrum Piscatorem modo genibus prouolutis adorare gentium multitudinem. Quod apertè patet apud eundem Augustinum *lib. 2. de Baptism. contra Donatistam, cap. 1.* vbi sic ait: In scripturis sanctis dicimus, Apostolum Petrum, in quo PRIMATVS Apostolorum, tam excellenti gratia præeminet, aliter quàm veritas postulat de circumcisione agere solitum à POSTERIORI Apostolo Paulo fuisse correctum. Vide quo pacto Diuus Augustinus Primatū regiminis in solo Petro cognoscat, & ei Paulum inferiorem faciat. Hinc idem Augustinus *in Psalm. 108.* asseruit Petrum Primatum in discipulis habuisse. Vide eundem Diuum Augustinum *quæst. 75. ex nouo Testament. tract. 56. & 66. in Ioannem, serm. 13. de verbis Domini, Epist. 108. & 165. serm. 124. de tempore. Et lib. 1. de Baptism. cap. 15.* ait: Vnus est Petrus, qui figuram Ecclesiæ gerat. Et rursus: Vni Petro in typo vnitatis Dominus dedit potestatem. Idem alibi *Serm. 27. de Sanctis*, Paulum cum Petro laudans asserit: In vno Petro figurabatur vnitas omnium Pastorum. Agnoscat igitur Anonymus, quod quando D. Augustinus apertè loquitur de honore Primatus, illum soli, & vni Petro tribuat; itaque locus adductus ab ipso, intelligendus est de honore Apostolatus.

14. Ad quartam auctoritatem Maximi Taurinensis Episcopi *Homil. 4. in natal. Apostol. Petri, & Pauli*, in qua sic asseritur. Quos pro iustitiæ pietatisque plenitudine Saluator mundi, humano generi, & Patres dedit esse, & Iudices. Respondeo, quod hoc non solùm concedimus Petro, & Paulo, sed omnibus Apostolis, nonne de iis canit Ecclesia in Hymno. Vos sæculi iusti Iudices, &c. Dicere autem cum Anonymo, apud Maximum idem esse Iudicem humani generis, ac habere Clauem Potentiæ, super humanum genus, & ita sic se explicat *Homil. 1. in eodem natali*, in quo Petrum, & Paulum Claues Cœli occupasse, ait. Et Ecclesiarum omnium Principes dispensatione Cœlesti factos esse dicit.

15. Sed respondeat mihi Anonymus, si Maximus eo quod dixit, Paulum recepisse Claues Cœli, accepit æqualem Primatum cum Petro, & Clauem Potentiæ. Ergo omnes Apostoli fuerunt etiam Pontifices vt Petrus. Probo consequentiam, quia Diuus Hilarius *lib. 6. de Trinitate*, docet Apostolos accepisse Claues Regni Cœlorum, sic enim ait. Vos, ô Sancti Beati viri (Apostolos alloquitur) ob fidei vestræ meritum Claues Regni Cœlorum sortiti, & ligandi atque soluendi in cœlo, & in terra ius adepti, &c. Quid respondebit Anonymus? videat in quas angustias se iniecit. Si Paulus accipiendo Claues Regni Cœlorum, Papa effectus est, etiam Apostoli Pontifices erunt; quia secundum Hilarium etiam illi Claues acceperunt.

16. Habe

16. Habebimus itaque tredecim Pontifices, Petrum cum duodecim Apostolis, & Paulum. Dicendum & itaque contra illum, quod quando aliqui Patres asserunt, Paulum, & alios Apostolos Claues Regni Cœlorum occupasse, hoc non eodem sensu est intelligendum, quo Beato Petro promissæ, & traditæ sunt, scilicet principaliter, & vt supremo Ecclesiæ post Christum Rectori, &c. Ianitori: sed eatenus Apostolos quoque easdem accepisse; quatenus videlicet ius etiam ligandi, & soluendi à Christo sunt consecuti, quod ius, Clauium potestas quidem in se quoque concludit, & possidet, sed longè tamen latius patet, & sese extendit generale nimirum, & supremum Ecclesiæ regimen designans, atque complectens, quod vni solique Petro, non aliis Apostolis à Christo promissum, & datum esse Hilarius non obscurè fatetur, cum ait, Sanctum Petrum sua fidei confessione quam solus, tacentibus cæteris Apostolis, ediderat supereminentem locum, promeruisse. Quatenus igitur Clauium potestas ligandi, & soluendi, remittendi item, & retinendi peccata facultatem includit, suo, sed non pari modo, cæteris Apostolis cum Beato Petro est communis, licèt illa sub nomine Clauium, illis nec data sit nec promissa: quatenus verò Primatum, & generalem totius Ecclesiæ, ac supremam curam, & moderationem, omnium Christi fidelium designat. Et ita in hoc sensu dixit Optatus Mileuitanus *lib.1. contra Parmenionem, solus Petrus claues accepit:* Vnde (vt superius explicatum est) locum D. Hilarij explicat Franciscus Agricola *tract. de Primatu S. Petri, cap.3. fol.47.* Vide etiam Valentiam *tom.3. disp.1. quæst.1. punct.7.§.28.* Quando verò Maximus asserit Petrum, & Paulum dispensatione diuina factos esse Principes omnium Ecclesiarum. Respondeo: Quod sicut Petrus, & Paulus dicuntur Principes Apostolorum non in eodem, sed in diuerso genere; sic & in nostro casu dicuntur facti fuisse Principes omnium Ecclesiarum. Petrus quò ad Primatum, & supremum regimen, Paulus verò in ordine ad prædicationem. Etenim alij Apostoli fuerunt, vt Episcopi alicui particulari Ecclesiæ addicti, Paulus verò nulli, quia omnes Ecclesias prædicando debebat sua sapientia erudire. Et ideò Isidorus Peluſiota *lib.3. Epist. 176.* sic ait: Vnusquisque Apostolorum, vt ita dicam, vna regione susceptâ, eam optimè informauit: Paulus verò tanquam alatus agricola, orbem pene vniuersum perlustrauit, & ad ipsos terræ fines vltimos peruenit. Ex hoc ergo dicitur factum fuisse Principem omnium Ecclesiarum. Vnde agnoscat Anonymus loca Patrum in quibus videtur triumphare, vt fumum euanescere, quia ab ipso male sunt intellecta, & simul audiat, quando Maximus quem ipse citat loquitur apertè de Primatu Ecclesiæ quid sentiat, sic enim ait Hom.1. *Hic est Petrus vni Christus ascensurus ad Patrem pascendas ouiculas suas, agnosque commendat*, vt quos ille pietate miseratione que redemerat, hic fidei suæ virtute seruaret, & rectè sanctei arbiter occultorum Dei filius *pascendas oues suas, tuendasque commisit*, cui nouerat in nutriendo grege Dominico, nec studium deesse, nec fidem. *Et homil.3. de iisdem.* Quanti ergo meriti apud Deum suum, Petrus erat, *vt ei post nauiculæ paruæ remigium totius Ecclesiæ gubernacula tradidit?*

17. Ad quintam authoritatem Sancti Fulgentij *Serm.18. in natal. Apostol.* ita aientis: O beata Apostolorum merita, vt vna duobus concessa sit gratia, &c. Hic nota, ait Anonymus, vnam ambobus gratiam datam non ab alio quàm à Christo. Concedo totum, nam rectè ipse Paulus *ad Galat.2.* dixit, creditum est mihi Euangelium præputij, sicut & Petro circumcisionis: qui enim operatus est Petro in Apostolatum circumcisionis, operatus est mihi inter gentes. Quæ quidem verba (vt probat Cardinalis Turrecremata *in summa de Ecclesia, lib.2.cap.13.* & Cardinalis Baronius *tomo primo, anno 38.* & alij Theologi communiter) non sunt intelligenda de Primatu, sed de prædicatione. Itaque quando Diuus Fulgentius asserit, vnam gratiam Petro, & Paulo datam fuisse, intelligendus est de gratia Apostolatus, & prædicationis: fuerunt enim ambo in hoc æquales: & ideò Petrus dicitur Apostolus circumcisionis, Paulus præputij. Nam ex speculi quodam Dei mandato, & spiritus instinctu, præcipua, præter Gentiles, Iudæorum cura, Petro, vt Apostolo commissa fuit: præcipua gentium, præter Iudæos Paulo credita; ita vt posset tamen vnusquisque & gentibus, & Iudæis promiscuè euangelizare, vt de facto fecerunt. Vide Bellarminum *de Roman. Pontif. lib.1.cap.16.*

18. Ad sextam auctoritatem Primasij Vticensis Episcopi *in Epistol.2. ad Galat.* asserentis: Non illi (id est Petro ait Paulus) sum inferior, quia ab vno simul ambo in vnum ministerium ordinati; Concedo Paulum Petro non fuisse inferiorem in ordine ad Apostolatum, quia fuerunt à Christo ambo ad dictum ministerium ordinati. Ergo Paulus fuit æqualis Petro in Primatu, nego consequentiam: nam non valet argumentum de Apostolatu ad Primatum. Vnde clarè patet, Anonymum coaceruare Sanctorum Patrum auctoritates, quæ ad rem non faciunt; Et recognoscat Sixtum Senensem *in Bibliothec. lib.6. Annot. 269.* vbi adducit hunc locum Primasij ab Anonymo adductum, & negat ex illo posse deduci æqualitatem Pauli cum Petro, quoad regimen, bene quidem quò ad Apostolatum, docendi officium, & Euangelicæ prædicationis curam.

19. Ad septimam auctoritatem Synodi Oecumenicæ Octauæ *in Synod. Epistol. ad Adrian.2.* vbi sic asseritur, Christus olim quidem illustrem, & præcipuam operatus est vestram magnam Ciuitatem Romanam per eos Sanctos lapides, qui ab Oriente ad eam deuoluti sunt, Petrum aio, & Paulum, eximiam, & principalem Apostolorum summitatem. Respondeo Petrum, & Paulum dici eximiam, & principalem Apostolorum summitatem, non in eodem, sed in diuerso genere; Petrus, vt Caput, Paulus verò, quia fuit excellentior, non solùm omnibus Apostolis, sed etiam Petro. Primò, in prædicatione: vnde tota Ecclesia Paulum, quasi suum, totiusque orbis Doctorem colit, & indigitat, atque antonomasticè Apostolum nominat. Vnde in collecta de S. Paulo ita precatur. Deus qui vniuersum mundum S. Pauli Apostoli prædicatione docuisti. Quare merito S. Paulum admiratur Chrysostomus *hom. 4. de eius laudibus.* Etenim inquit, homo ignobilis (Paulus) abiectus, & circumforaneus, qui artem exercebat in pellibus, in tantum virtute progressus est, vt vix triginta annorum spatio Romanos, & Persas, & Parthos, & Medos, & Indos, & Scythas, & Æthiopes, & Sauromatas, & Saracenos, & omne prorsus humanum genus, sub iugum mitteret veritatis.

20. Secundò, excellentior fuit aliis, in laboribus: Vnde ipsemet scribens *ad Corinthios, Epist.1. cap.11.* ait: Abundantius illis laboraui; Catalogum suorum laborum exponens; *in Epist.2. cap.11.* asserit: In laboribus multis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, &c. Et ideò rectè D. Hieronymus *Epistola ad Paulinum*, ita affatur: Subitus calor, longum vincit teporem. Paulus Apostolus de persecutione mutatus; nouissimus in ordine: primus in meritis est; quia extremus licet, plus omnibus laborauit.

21. Et tandem tertiò, Paulus in doctrina etiam alios Apostolos: & etiam Petrum excelluit: Vnde Tostatus *in lib.3. Regum, cap.20. quæst.8.* docet, quod Paulus

Paulus fuit excellentior in doctrina omnibus Apostolis; sed subdit, non tamen in potestate. Ergo secundum Tostatum contra Anonymum, non fuit Paulus par Petro in potestate, quia si talis esset vtique excelleret, quoad hoc, Apostolos, sicut excelluit Petrus. Dicendum est itaque, rectè cum Sancta Synodo, vbi supra, Petrum, & Paulum fuisse eximiam, & principalem Apostolorum summitatem, in diuerso tamen genere, vt dixi, non in eodem. Et ideò debebat Anonymus aduertere, alias Synodos Generales, loquentes de Primatu Ecclesiæ, solùm D. Petro tribuere, ita Concilium Florentinum in Decreto vnionis *sess.* 25. determinat, Pontificem esse Vicarium Christi, & successorem D. Petri. Concilium Nouum Oecumenicum sic ait: Si quis tanta efferatur audacia quemadmodum Photius, & Dioscorus, siue scripto, siue sine scripto, insanos quosdam contra Cathedram Coryphæi Apostolorum Petri iactare audeat, eandem cum illis sententiam damnationis subeat.

12. Ad octauam auctoritatem Beati Laurentij Iustiniani *Sermone de Sanctis Apostolis Petro & Paulo*, aientis: Ambo igitur iustificati gratis à Domino; ambo dum Apostolatus adepti sunt apicem, Dei gratiam in se exhibuere laudabilem, de imis si quidem ad summam prouecti, omnium fidelium effecti sunt Principes. Respondeo, ad hæc omnia patere responsionem ex paulò superius dictis. Concedo Petrum, & Paulum adeptos apicem Apostolatus, & ad summa peruenisse: sed aduertit Becanus *de Repub. Eccles. lib. 2. cap. 7. obiect. 7. num. 53.* inter summos, vnum posse esse altiorem, quàm reliquos. Nec etiam obstant verba sequentia Diui Iustiniani, videlicet, Meritò igitur Clauium Cœlestis Regni potestate præditi, ligandi animas, atque soluendi officio fungebantur; nam alio modo Petrus accepit Claues Regni Cœlorum, ac Paulus, & alij Apostoli, vt supra sæpius ostendimus; sed nunc etiam Anonymo addam auctoritatem Hieronymi *lib. 1. contra Iouinianum.* Supra Petrum, inquit fundatur Ecclesia, & licet idipsum in alio loco, super Apostolos fiat, & cuncti Claues Regni Cœlorum accipiant, *& ex æquo*, (quod est pro qualitate Apostolorum cum Sancto Petro ratione Apostolatus obseruandum) super eos Ecclesiæ fortitudo solidetur: *Tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite constituto schismatis tollatur occasio.* Sed videamus quid sentiat Beatus Iustinianus de Primatu Ecclesiæ quando apertè de illo loquitur. Sic itaque asserit *cap. 12. de Obedientia.* Huis siquidem Apostolicæ Sedis arcem, hucusque Catholicæ Ecclesiæ Monarchiam *Apostolus Petrus primus accepit*, quando Dei filium esse Dominum nostrum Iesum Christum confessus est, dicens: Tu es Christus filius Dei viui. Quamobrem ab eodem Domino audire promeruit. Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Verum tandem Anonymus deuenit ad tertiam classem locorum Eminentissimorum Cardinalium, & ideò illa expendere necesse erit.

Responsiones ad loca Eminentissimorum Cardinalium.

§. 1. AD primam auctoritatem Petri Damiani *Opusc. 31. cap. 4.* aientis: Quandam si dici liceat, cum Christo similitudinem Paulus tenet, dum non vni dumtaxat Ecclesiæ, sed omnibus præsidet. Et infra. Planè ipse toto terrarum Orbe vniuersalem fundauit Ecclesiam, sic enim in omnibus ius tenet præsidendi. Respondeo, quòd in dicto Opusculo Præfata dixit, cum clausula, saluo cæterorum Apostolorum iure. Ergo à fortiori, multo magis, saluo iure Petri, quem ibidem *Senatus Apostoli Primum Principem* vocat, quod nunquam de Paulo dixit. Ad id verò quod asserit *de fundatione Ecclesiæ vniuersalis*, respondeo, quod communi ratione Apostolatus, omnibus Apostolis conuenire potest, sed Paulo præcipuè, propter maiores labores in fundanda Ecclesia susceptos. At verò D. Petro fundatio vniuersalis Ecclesiæ competit tanquam eius capiti, & ideò singulari ratione, vnde Christus dixit: Tu es Petrus, &c.

2. Ad locum *Opusc. 4.* in quo dicitur esse sacrilegium negare Petrum, & Paulum, in Apostolici Senatus culmine principatum possidere. In quibus verbis docet Anonymus luculentissimè inter Petrum, & Paulum æqualitatem expressam fuisse. Respondeo distinguendo, si enim asseris Petrum, & Paulum in Apostolici Senatus culmine Principatum possidere in eodem genere, & nego: si asseris diuerso genere, & concedo. Deinde dici potest Principatum in quo Paulus Petri frater est, esse ipsum Apostolatum, de quo dicitur *Psalm. 138.* Nimis confortatus est Principatus eorum. Vnde omnes Apostoli sunt Ecclesiæ Principes constituti super omnem, & Principes populorum congregati cum Deo Abraham. *Psalm. 44. & 46.* Principatus verò, seu Primatus inter, ac super cæteros Apostolos vnius est Petri. Itaque asserò, Petrum in Apostolici Senatus culmine Principatum possidere, tanquam Caput, & Pastorem omnium Paulum verò, quia munus Apostolatus exuberantissimè plus quàm alij Apostoli (vt supra probauimus) adimpleuit. Vide Bellarminum *lib. 1. de Roman. Pontifice, cap. 27.* Et ideò optimè dicit Coëffeteau *tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 7.* quòd quando Patres asserunt, Petrum, & Paulum accepisse principatum Ecclesiæ, respondendum est accepisse diuerso modo, Petrum præcipuè, & tanquam Caput, primam curam totius Orbis suscepisse: Paulum, & etiam alios Apostolos tanquam ipsius socios: & ideò non cum pari dignitate, cùm ipse esset in Collegio Princeps. Vide Albertum Pighium *de Ecclesiastica Hierarchia, lib. 3. cap. 8.* & Cardinalem Baronium *tom. 1. ann. 34.*

3. Ad locum *Serm. 17.* ego verba adducta in illo sermone non inuenio. Sed responsio patet ex supradictis.

4. Ad locum *lib. 2. Epist. 1.* in qua Damianus vocat Petrum, & Paulum Lateranensis Ecclesiæ brachia, quibus, subdit Anonymus, nihil æqualius: ergo Petrus & Paulus inæquales inter se esse non possunt? O pulchra consequentia. Respondeat Anonymus mihi quæso, si quis vellet illum fustibus percutere, vel alapis, seu colaphis cædere; nonne ipse optaret percuti, & cædi magis brachio sinistro, quam dextro: Certè quidem. Sed ne iocosa inter seria misceamus.

5. Respondeo, quod quando Damianus vocauit Petrum & Paulum brachia Ecclesiæ, non voluit significare omnimodam parilitatem, inter ipsos, sed similitudinem, vt cæteri Patres, quando Petrum, & Paulum iisdem laudibus encomiasticè condecorarunt. Et quod ista fuerit mens Petri Damiani in supracitatis verbis clarè apparet *in sua Epist. 8. lib. 6.* quam citauit *in Discep. priori*, & etiam hic apponere volo. Sic itaque ait loquens cum Paulo *de correctione facta Petro.* Quid est B. Paule quòd PRIOREM tuum increpationibus laceras? Quo pacto non vereris eum ante hominum ora confundere, cui speciali iure concessum est vniuersi totius Ecclesiæ Orbis præsidere? In quibus notanda sunt tria. Primò quòd Petrus vocetur Prior, id est superiòr Pauli: Ergo quomodo Paulus erit æqualis cum Petro. Secundò quòd præsidentia totius orbis, dicitur Petro concessa speciali iure. Quòd si Paulus esset æqualis, hoc verum non esset; neque Damianus poterat D. Paulo dicere illa verba; Quo pacto non vereris, &c. quia Paulus

posset

posset respondere, se reprehendisse Petrum caput Ecclesiæ; quia ipse etiam habebat Ecclesiæ Principatum, vt caput; tanquam Petrus: Agnoscat igitur Anonymus, Damianum sensisse Paulum Petro inferiorem fuisse. Idem Damianus *serm.* 27. sic ait, loquens de Petro. *Vnus est enim, quem præ cæteris attollit, singularis Primatus insignia.* Sic Damianus asserit Primatum fuisse singulare priuilegium concessum soli Petro: gratis Anonymus hoc priuilegium concedit etiam Paulo. Videat etiam eundem Damianum *serm.* 31. vbi docet, *Curam ouilis totius Sanctæ Ecclesiæ, Petro à Christo cõmissam fuisse.* Sed moris est nostri Anonymi, obscura indigitare, clariora relinquere, vtinam ipse ad indagandam veritatem libros voluerit, & non ad defendendum id, quod semel dictum est.

6. Ad secundam auctoritatem Cardinalis S. Georgij, *de Iubileo, c.* 12. vbi vocat Petrum, & Paulum bases Ecclesiæ, Religionis Apices, fidei conditores, auctores, præduces, & fontes. Respondeo hæc encomia etiam aliis Apostolis competere, nec obstare Primatui Petri, supra illos. Pariunt tamen aliquam difficultatem, alia verba eiusdem Cardinalis asserentis, *Petrum, & Paulum in eiusdem loci Primatu iunctos fuisse.* Respondeo hoc Encomium Paulo tribui, qui ipse solus inter alios Apostolos cum Petro fundauit Ecclesiam Romanam; nam Ioannes Romæ patum extitit, & ideò dicitur à Damiano habuisse simul cum Petro eiusdem loci Primatum; sicut etiam dicitur ab Epiphanio *Hæresi* 27. Episcopus Romanus, non propriè; vt supra dictum est, sed officio adiutoris, Petro subordinati. Et ideò dixit D. Leo *serm.* 3. *de nat. Apost.* Ad hanc ergo sortem, tu beatissime Petre Apostole, venire non metuis, consorte gloriæ tuæ Paulo Apostolo aliarum solum adhuc Ecclesiarum ordinationibus occupato. Vide responsionem ad sequentem auctoritatem. Adde etiam vt suprà ex Ambrosio obseruauimus, duplicem esse Primatum, Prædicationis, & Regiminis. Quando ergo dicitur, Paulum habuisse in citato loco Primatum cum Petro, intelligitur de Primatu prædicationis; quia inter omnes Apostolos, ipse solus cum Petro fidem Romæ prædicauit, & Romanam Ecclesiam plantauit; Petrus tamen primò, deinde Paulus, confirmando eos, quos Petrus ad fidem traxerat; vt optimè obseruat Becanus *de republ. Eccles. lib* 3. *cap.* 2. *n.* 5. & alij. Vnde ex hac ratione, Patres vocauerunt etiam Petrum & Paulum, Collegas.

7. Ad tertiam auctoritatem Godofredi Cardinalis Sanctæ Prisæ *lib.* 1. *Epist.* 7. aientis: Romanum Pontificem sedere in Petri, & Pauli sede. Concedimus quidem, sed diuerso tamen modo hæc sedes competit Petro, ac Paulo; & ideò Pontifices dicuntur Vicarij, & successores D. Petri, & Pauli, & multa efficere auctoritate D. Petri, & D. Pauli non in eodem genere, sed diuersa ratione, vt supra in priori disceptatione, sæpius explicatum est. Sed omnino Anonymus, præter alios recognoscat Antonium Delphinum *de Ecclesia, lib.* 2. *fol.* 114. vbi fusè probat, Pontifices non esse successores *D. Pauli quoad iurisdictionem, sed quantum ad ministerium Apostolatus*, & quatenus Paulus fundauit Ecclesiam Romanam prædicatione vnà cum Petro: & ideo dicuntur à Cardinali Godofredo, Pontifices sedere in Petri, & Pauli sede. Nota quod Anonymus in hoc loco nimis se extendit in declarando quo pacto Patres tribuant Petro clauem potentiæ, & Paulo clauem scientiæ: neque ex hoc putat inferri posse inter ipsos inæqualitatem; nam alioquin si diceretur solam potentiæ clauem conuenisse Petro, vt Paulo solam scientiæ, in hoc etiam Paulus Petro præferretur. Sed respondeo cum Episcopo Coëffeteau *tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 11. *n.* 25. quod Apostolica quidem auctoritate maximus fuit Paulus, sed Apostolorum caput non fuit, vna cum reliquis Apostolis, Petro commendatus, & commissus. Petrus verò etsi summa fidei cognouit, quippe quem pater cælestis docuerit, non ægrè tamen scientiæ, ac sapientiæ palmam Paulo concedit, ab eáque eum commendat. Charissimus (*inquit Epist.* 2. *cap.* 3.) frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis. Itaque Patres vt significent Primatum Petri super omnes Apostolos, & Paulum, recte asserunt Petrum habuisse clauem potentiæ Paulum verò scientiæ, eo modo, quo supra explicauimus.

8. Ad quartam auctoritatem Cardinalis de Cusa *Epist.* 2. de vsu communionis ad Bohemos. Dico Anonymum facere de illa, vt loquuntur Iurisconsulti, magnum festum, & ideò ait: Notanda omnia, quæ dicit dictus Cardinalis, & quod ambo Paulus, & Petrus, vnicam communis Principatus sedem fundauisse, ambo suum vnicum primatum successoribus reliquisse, ambo immediatè sub Christo, ita vt neuter alteri subesset, ambo potestatis vniuersalis tam in Iudæos, quàm in gentes plenitudine prædicti dicuntur. Sed respondeo, hæc omnia reduci posse ad bonum sensum, ex distinctionibus sæpè superiùs adductis; nec terrere nos debent illa verba: quod Petrus, & Paulus ambo immediatè dicuntur sub Christo, ita vt neuter alteri subesset; nam intelligenda sunt quo ad missionem prædicandi vbique Euangelium; & ideò M. Antonius Capellus *disp.* 1. *de Pont. B. Petri, c.* 12. ita asserit: Nos, tantum abest, vt Paulo eximio Apostolorum Petrum anteferamus in munere Apostolatus, vt potius, & Paulum, & omnes alios, Petro in potestate Apostolatus pares esse dicamus, neque Apostolos, qua Apostolos, missos arbitramur à Petro; sed à Christo, si enim eos non Christus, sed Petrus misisset, non amplius Apostoli Christi, sed Petri Apostoli essent. *Tota inæqualitatis nostræ ratio in solo ordine politico posita est, cuius hic apertè Paulus primus Petro concedit.* Ita Capellus; & ideo Cardinalis de Cusa, vbi loquitur apertè de primatu Iurisdictionis, & regiminis soli Petro tributi, vt patet in eadem *Epist.* 2. ab Anonymo citata, vbi sic asserit: Si scire velis an in Ecclesia existas, hac vestiges ratione, si cathedræ Romani Pontificis adhæreas quæ per continuas successiones bonorum malorúmque in Petrum Principem continuatur. Vnde *lib.* 2. *de Concordant. Cathol. cap.* 34. hæc etiam asserit: In hac quidem gratia dicimus quoad Apostolatum omnes Apostolos æquales; sicut quoad ipsum sacerdotium omnes sacerdotes, sed abundantiori gratia dicimus Petrum inter Apostolos primum. Ita dicit Augustinus super Ioan *serm. vlt.* Quod Petrus abundantiori gratia fuit vnus, idémque primus Apostolus, & propter Primatum Apostolatus gerebat figurata qualitate personam Ecclesiæ. Et illum Primatum Petri, quo ipse abundantiori gratia à Christo dotatus fuit, Sacræ litteræ mihi exprimunt ibi, cum Christus diceret; Tu es Cephas. Et paulo infra citans D. Hieronymum, sic ait: Super Petrum fundatur Ecclesia: licèt alio loco super omnes Apostolos fiat, & cuncti claues Regni Cœlorum accipiant, & ex æquo super eos Ecclesiæ fortitudo solidetur: tamen propterea inter duodecim vnus eligitur; vt capite constituto, schismatis tollatur occasio. Ecce sententiam D. Hieronymi, cui non licet contradicere. Ex qua habetur Petrum constitutum caput Apostolorum, & eis per Christum Prælatum. Hæc Cardinalis Cusanus, qui vt patet, concedit rotundis verbis Primatum Petro, sine vlla Pauli societate. Sed tamen postea pessimè docet, hoc non obstante, Concilium esse supra Papam. Vnde videat Anonymus, Cardinalis Cusani opinionibus non esse facilè adhærendum: ipse enim ad fuit in Conciliabulo Basilææ. Qui docuit etiam pessimè testè Pitigiano *in* 3. *Sent. tom.* 2. *dist.* 25. *q.* 2. *art.* 1. *in fine*, per consensum Ecclesiæ, & non ex iure diuino, Primatum Petri, & successorum eius, introductum fuisse.

9. Ad

ni Veneti tract. de Potestate Romani Pontificis; Respondeo me talem opusculum præ manibus non habere, & verba, quæ adducit Anonymus, reduci possunt ad bonum sensum. Adde, quod mihi dixit Eminentissimus Dominus Cardinalis Spada, plures Patres in Synodo Tridentina Congregatos asseruisse, opusculum citatum esse cautè legendum.

10. Non desinam tamen hic obseruare, quod ego penès me habeo quàdam Epistolam dicti Cardinalis impressam Florentiæ anno 1538. directam Paulo IV. vbi loquens de compositionibus, facit mentionem de dicto opusculo citato ab Anonymo de potestate Pontificis, & sic ait: Iam enim cùm essem laicus, incidissemque in locum, vbi oportebat Maiestatem, & Auctoritatem huius SANCTISSIMÆ SEDIS tueri, non tantum verbis, & oratione id præstiti, verum etiam amico cuidam meo viro grauissimo, opusculum quoddam conscripsi: quo, quantum pro temporis angustia, & per negotia, quæ mihi obeunda tunc erant, fecuit satis perspicuè, ni fallor, ostendi SVMMAM HANC PONTIFICIS AVCTORITATEM nullo humano iure constitutam fuisse; sed à DEO OPTIMO, VNICOQVE EIVS FILIO, collatam fuisse sanctissimo Petro, eiusque successoribus. Ita Cardinalis Contarenus. In quibus verbis, vt clarè patet, testatur se in dicto opusculo, quod pro se citat Anonymus, firmasse supremam potestatem Pontificis collatam fuisse D. Petro, & nullam facit mentionem de Paulo. Ergo verba adducta ab Anonymo, interpretanda sunt de auctoritate Apostolatus, quæ æqualis fuit inter Petrum, & Paulum: & non de auctoritate Primatus; ná quãdo de Primatu loquitur apertè Cardinalis Contarenº, soli D. Petro tribuit. Ergo, &c.

11. Ad auctoritatem sextam Cardinalis Poli *libr.* 2. de vnione ad Henricum IX. Respondeo quod non facit ad rem, & ipse Cardinalis in toto *libr.* 2. apertissimis verbis tuetur Petri Cathedram, & Petri Primatum: & in fine dicti *libr.* faciens mentionem de Paulo sic ait: Charitas, inquit; per quam domus Dei regitur, eum morem, vt ab inferioribus superiores reprehendi non soleant, perpetuo retineri non patitur: sed vbicumque Ecclesiæ vtilitas poscere videtur, nequaquam dubitat inferior superiorem reprehendere. *Quemadmodum Paulus eo tempore fecit dum Petrum se superiorem reprehendit.* Ita ille. Ex quibus Cardinalis Polus apertè declarat, Paulum fuisse inferiorem Petro. Sed, morisest nostri Anonymi in luce meridiana velle cæcutire. Et ideò Ludouicus Maioratus *in clypeo militantis Ecclesiæ lib.* 3. *cap.* 44. *tom.* 220. in fauorem nostræ sententiæ adducit Cardinalem Polum; sed ad maiorem Anonymi confusionem adducam hic verba Cardinalis Poli *in tract. de summo Pontifice quæst.* 6. vbi sic ait: Et si Paulus sciebat se Apostolum esse gentium, tamen Petrum multo ante hoc officio cum sibi à Deo commendatum fuisset fungi instituisse, Paulum autem ex eius consensu, vtriusque verba ostendunt; sic enim apud Lucam Petrus loquitur, sicut elegit Deus gentes per os meum audire verbum eius. Paulus autem de eodem munere loquens se illud quidem iubente Deo, sed ex consensu Petri obire instituisse testatur cum Cephan dexteram sibi dedisse cum aliis societatis, vt Petrus in circuncisione, ipse gentibus euangelizaret. At Petrus nullo cæterorum consensu requisito id ipse tamquam summus vniuersi gregis pastor suscepit, cui & oues & agros commendans Christus, totius gregis curam tradiderat. Hæc omnia Cardinalis Polus. Videat modò Anonymus, qua fronte potuerit Polum pro sua sententia, & pro nouo Papatu Pauli adducere.

12. Ad auctoritatem septimam Cardinalis Bellarmini *libr.* 3. *de Romano Pontifice cap.* 2. vocantis Petrum, & Paulum Episcopos Romanos, iam in eam priori disceptatione fuit responsum, nempe Paulum dici Episcopum Romanum, quia Romæ munia Episcopalia exercuit. Fuit igitur Episcopus Romanus, officio adiutoris Petri subordinati, non autem titulo, ac propriè, vt Petrus. Nec obstant alia verba dicti Cardinalis *libr.* 1. *cap.* 27. ibi enim loquitur ex hypothesi, *& ideò in dicti. cap.* 27. per totum demonstrat apertè inæqualitatem inter Petrum, & Paulum. *Et eodem lib.* 1. *cap.* 16. aperte asserit, Paulum fuisse Petro subiectum, & Petrum fuisse maiorem Paulo in officio gubernandi. Et tamen Anonymus audet Bellarminum pro sua sententia adducere.

13. Denique audiamus Anonymum claudentem suam scripturam his verbis: His omnibus auctoritatibus coronidem imponet Angelici Doctoris præcipui Scholæ Parisiensis Magistri doctrina, qui verba hæc *in cap.* 2. *Epist. ad Galat.* commentans, mihi enim qui videbantur esse aliquid (inter quos Petrum numerat) nihil contulerunt, sic loquitur in persona Pauli. Ab his autem scilicet Petro, & Ioanne, licet ad horam cesserim eis, nihil tamen accepi ab eis potestatis vel doctrinæ, & ibi licet essent magnæ auctoritatis (Petrus scilicet & Ioannes,) tamen nihil addiderunt doctrinæ meæ, nec potestati. Ita Anonymus. O frontem! Et quis quæso auderet citare Angelicum Doctorem pro hoc nouo Papatu D. Pauli; qui in eadem met *Epistola* 2. *ad Galat. lect.* 2. apertè docet, Paulum non fuisse æqualem Petro in regimine, & Primatu, quod notauit etiam ex dicto loco D. Thomæ, Caietanus *in opusc.* 1. *de auctoritate Papæ, cap.* 3. Vnde *in* 22. *quæst.* 33. *art.* 4. *ad* 2. apertè dixit, *Paulum fuisse subditum D. Petro*, & tamen Anonymus Paulum Petro æqualem facit, & audet D. Thomam pro se citare, qui etiam alibi *opusc.* 1. videlicet contra Græcorum errores *par.* 2. asseruit primatum Ecclesiæ *Soli Petro, & non alij datum fuisse.* Itaque quando in persona Pauli D. Thomas asserit Petrum, & Ioannem nihil addidisse suæ doctrinæ aut potestati. Respondeo concedendo nihil Petrum addidisse doctrinæ Pauli, nam omnia quæ pertinebant ad fidem à Christo ipse didicerat, & fuerat diligenter instructus, vt obseruat inter alios Ioan. Vviggers *in* 2. 2. *D. Thomæ de fide spe & Charitate Tract. de Pontifice ad quæst.* 1. *art.* 10. *dub.* 1. *num.* 70. & Bellarminus *lib.* 1. *de Rom. Pont. c.* 16. concedo etiam, Petrum non addidisse aliquid suæ potestati extraordinariæ: videlicet; quia hanc etiam à Christo, Paulus sicuti & cæteri Apostoli in vniuersam Ecclesiam accepit. Vnde D. Cyprianus *lib.* 1. *de Vnitate Ecclesiæ*, dixit: Omnes Apostolos fuisse eadem potestate præditos, &· docet Suarez *de fide disputat.* 10. *sect.* 1. *num.* 25. Caietanus *opusc.* 1. *de Auctoritate Papæ, cap.* 3. *& alij.* Ergo Paulus par fuit Petro in Primatu? nego consequentiam; nam potestas extraordinaria, quam Paulus, & cæteri Apostoli acceperunt à Christo, in Petro fuit ordinaria tanquam ex officio, & vt Capite, ac omnium Apostolorum, & etiam Pauli, Principe, vt obseruat Xystus Senensis in Bibliotheca *lib.* 6. *annot.* 169. & Theologi communiter cum Andrea Duvallio *de Rom. Pontif. part.* 1. *quæst.* 2. Sed nota, quod licèt Paulus nihil potestatis aut doctrinæ, vt dictum est à Petro acceperit, tamen Euangelium à Christo acceptũ noluit prædicare nisi prius, vt ita dicã, fuisset bullatus à Petro tanquã Capite Ecclesiæ. Hoc eruditè, vt sæpe solet ex SS. Patrũ auctoritate probat Pater Franciscus Turrianus præclarissimæ Soc. Iesu vir celeberrimus, aduersus Magdeburgenses pro *Epist. Pont. lib.* 2. *cap.* 4. vbi sic ait. Sciebat quidem Paulus se esse discipulum.

13. Ad quintam auctoritatem Cardinalis Contare-Christi,& è cœlo edoctum,nec enim ab homine accepit, quod dicit,sed per reuelationem Iesu Chr.sciebat inquam nihil sibi doctrinæ ex illa cum Iacobo, Petro, & Ioanne communicatione accessurum, nec illa quicquam Paulo contulerunt, vt ipse testatus est. Sciebat tamen sic à Domino sancitum esse in Euangelio, quod sibi reuelatum erat, vt Cephas esset omnium Hierarcharum siue Episcoporum Princeps: à quo tanquam petra, & capite omnes fratres firmando, ac solidandi, ac dirigendi essent in iis, quæ ad dogma fidei pertinerent, itaut periculum esset ne in vacuum currerent, dum id non fieret. Narrauit itaque Galatis dogma fidei, auctoritate Cephæ, Ioanne & Iacobo in consilium adhibitis,firmatum ac solidatum,& veluti sigillo Apostolicæ Petræ signatum, ac munitum. Ita Turrianus, cui adde Valentiam *in Analysi fidei Catholicæ, libr.7. cap.6.* sic asserentem. Diuus Paulus significat quidem Apostolatus dignitate parem se Petro fuisse; quod minimè sanè impedit quominus, vt ipse etiam ouis Christi erat, Petro inferior fuerit. Iam quod nihil sibi à Petro, & ab illis collatum esse dicit, significat quidè nihil se ab illis didicisse quod pertineret ad fidem, vt qui erat ab ipso Christo eo in genere eruditus. Quamquam approbationem quidem Euangelij sui à Petro,vt à Principe hoc est ab Ecclesiæ auctoritate, cui Petrus præsidebat petiit. Hæc Valentia. Dicendum est igitur ex superius adductis Primatum Ecclesiæ fuisse collatum vni & soli Petro,& contrarium dicere aduersatur, vt probaui in priori disceptatione, verbis Matth. 16. Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est. Et ego dico tibi; quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Et tibi dabo claues Regni cœlorum. In qua promissione Pontificatus, voluit Christus Dominus, ita ad viuum delineare Petrum, vt clarè ostenderet, gratiam Primatus, fuisse tanquam singularem, concessam individuæ personæ Petri, vt egregiè probat omninò videndus Gregorius de Valentia *in Analysi fidei Catholicæ, libr.7. capit.2.* per totum. Ruardus Tapper. *in declaratione Articul. Louanien art.13.* & Albertus Pighius *in controuersiis part.2. Contr.16.* Et quidem,vt optimè obseruat ante omnes Caietanus, & postea Bellarminus, *de Rom. Pontif. libr.1. cap.12.* Duvallius *part.2. qu.3.* Vviggers *in 2.2.tract. de Pont. ad quæst.1. artic.10. dub.1.* & alij; Nullus Notarius in Concilio alicuius testamenti posset delineare tam diligenter, & exactè aliquem Legatarium,aut Hæredem,vt apparet Christum Dominum delineasse personam Petri in promissione Primatus Ecclesiæ: Nam primò vocat illum nomine antiquo, Beatus es Simon; postea verò addit statim nomen Patris:Beatus es Simon Bar-Iona,vt faciunt Notarij in testamentis, vocando Hæredem, vel Legatarium nomine proprio,& addendo nomē patris, V.G. Franciscus quondam Ioannis. Et hoc ad distinguendum Petrum à Simone fratre Thadæi.Deinde vocat illum nomine, quo tunc vtebatur. Et ego dico tibi,quia tu es Petrus, & statim reiterat idem nomen. Et super hanc petram, videlicet,& super te Petrum ædificabo Ecclesiam meam. Et tandem subiungit. Et tibi dabo, &c. quæ quidem sunt pronomina, certam personam designantia. Ergo in dictis verbis, tam particulariter delineantibus Petrum,manifestè patet Christum voluisse demonstrare, se collaturum Primatum Ecclesiæ singulariter vni Petro priuatiuè quoad omnes alios. Quod postea manifeste fecisse, patet *Ioan.21.* Nam adimplendo hanc promissionem Petro factam, dixit ei:Petre pasce oues meas. Non dixit(ait Bernardus *lib.2.de Consid. cap.8.* Bonifacius VIII. *in Extrauag. vnam sanctam, de Maior. & Obedient.* Et omnes Expositores) has,vel illas; sed indefinitè,oues meas;videlicet,omnes oues meas,nemine excepta. Ergo contulit Primatum Ecclesiæ Petro priuatiuè, quoad omnes alios. Probo consequentiam:Nam clarè patet per illa verba; Pasce oues meas constitutum fuisse solum Petrum pastorem,cæteros verò in Ecclesia tanquam oues remansisse; Ergo Primatus Ecclesiæ fuit collatus vni, & soli Petro, cæteris omnibus exclusis. Ergo propositio ista non est admittenda, Paulus fuit simul Pontifex cùm Petro;quia facit Paulum Petro æqualem, contra expressa verba Christi constituentis Petrum Pastorem,& Superiorem Pauli, & constituentis Paulum ouem, & subditum Petri. Nam quando Christus dixit Petro, pasce oues meas, idem est ac si dixisset, pasce Paulum:Propositio enim generalis censetur immediatè reuelata de omnibus particularibus & contrarium asserere, docet esse hæreticum, Franciscus Ouiedo *in part.2. D. Thomæ Tract.6. controu.9. punct.1. num.1.* & alius Societatis Iesu præstantissimus Theologus Adamus Tannerus *Tom.3. disput.1. quæst.1. dub.3. num.71.* ergo ista propositio, Paulus fuit Pontifex cum Petro,refellenda venit, quia facit Paulum Petro æqualem, & non ouem Petro subiectam contra propositionem generalem expressè reuelatam.

14. Nec obstat dicere cum defensoribus Anonymi, supradicta procedere, & vera esse, si Paulus ex priuilegio non fuisset exceptus ex illis verbis, pasce oues meas;& ex oue à Christo postea factus pastor,simul cum Petro totius ouilis Ecclesiæ. Sed respondeo, quòd hoc sine fundamento asseritur, nec Patres ab Anonymo adducti,vnquam hoc dixerunt,& ita prorsus negandum est, vt patet ex superius dictis in mea priori disceptatione, & P. Ouiedo vbi supra docet excipere aliquem sine fundamento ex verbis generalibus S.Scripturæ, non solum esse temerarium,erroneum & suspectum de hæresi, sed esse hæreticum, quia propositio vniuersalis immediatè ab omnibus reuelatur. Facit etiam ad horum confirmationem doctrina viri celeberrimi Patris Amici, etiam ex Societate Iesu *in Cursu Theologico, tom.4. disputat.16. sect.2. num.33. & disput.7. sect.1. num.33.* in quibus locis firmat, quòd quotiescunque in aliqua propositione reuelata continetur alia implicitè, non solùm expressè reuelata, sed etiam implicitè contenta, pertinet ad eamdem fidem, non quidem vt deducta, sed vt explicita, & ideò asserit illam propositionem esse hæreticam, quæ directè opponitur alicui veritati reuelatæ, aut conclusioni per euidentem discursum explicatæ, vt implicitè, & virtualiter contentæ in aliqua expressè reuelata. Ergo cùm expressè in Scriptura habeamus reuelatum, omnes oues Christi fuisse subiectas in illis verbis, Pasce oues meas, sub regimine Petri Pastoris vnici; implicitè, & virtualitet habemus etiam in dictis verbis reuelatum, Paulum tanquam Christi ouem, fuisse etiam sub Regimine Petri constitutum. Ergo qui illum facit Pontificem cum Petro, & ei æqualem, pessimè facit; quia contradicit veritati virtualiter contentæ,in veritate expressè à Christo Domino in Scriptura reuelata.

15. Sed penes me superiùs dicta confirmātur ex illa vera & celebri doctrina,quòd quando loca Scripturæ non sunt adeò clara, si in eodem sensu explicantur communiter à SS. Patribus tunc concors illa sententia Patrum demonstrat illum esse verum sensum Scripturæ, & piaculum est, ab illo recedere, imò hæreticum. Ita docet expressè ex Societate Iesu P. Azorius *tom.1. lib.8. cap.2. quæst.2.* ita docent Doctores nostri sacri Tribunalis, Antonius Saura *in vot. Platonis Pralud.4.* Simancha *in Institut. Cath. tit.54. n.5.* Pegna *in Direct. Inquis part.2. comm.27.*

16 Et

16. Et ideò non deseram hic apponere verba Pitigiani, *in 3. Sentent. tom. 2. dist. 25. quæst. 1. art. 10.* sic asserentis. Quinque sunt testimonia ordinaria, siue Iudices infallibilis veritatis fidei; Sacra Scriptura, Traditiones Apostolicæ, Definitio Concilij Generalis, Definitio Papæ, & Consensus omnium Doctorum, & Patrum: qui dicitur consensus totius Ecclesiæ. Hæc Pitigianus. Vnde Iacobus Gretserus *in Responso ad Theses Hunnianas cap. 15.* dixit, Sanctorum vnanimem traditionem tuendam esse, ac ipsas Sacras litteras. Quibus adde omnino videndum Gregorium de Valentia *in Analysi fidei Catholicæ libro 8. capite 8.* Melchiorem Canum de locis *Theolog. libr. 7. cap. 3. conclus. 5.* Petrum de Soto *in Defensione Catholicæ confessionis part. 2. capite 33. & 69.* Alphonsum de Castro *aduers. Hæres. lib. 1. cap. 7.* Salmeronium *tom. 8. tract. 2.* Granadum *in p. 2. D. Thomæ tract. 8. disput. 2. sect. 2. numer. 5.* & alios penes ipsos. Itaque communis opinio Patrum declarat verum sensum Scripturæ, & ideò eorum communis sententia in expositione alicuius scripturæ loci, constituit catholicam veritatem, non quia id ab ipsis simpliciter asseritur, sed quia id asserere, sacram scripturam testantur. Non est igitur communis sensus Patrum formaliter ipsa Reuelatio, aut veritas Diuina, sed est testificatio de veritate diuina, & ideò creditur communi consensui Patrum, non tantum quia ipsi ita senserint, sed quia ita sensisse scripturam demonstrent, & eam esse traditionem Ecclesiæ manifestent.

17. Et quidem, cum traditiones credere necesse sit, & ad scripturæ intelligentiam easdem adiungere oporteat, vt tradit Lyrinensis, *cap. 2.* Traditiones non aliundè agnoscuntur, quàm ex sensu Patrum, vt rectè obseruat Grauina *in contr. tom. 3. part. 1. libr. 4. contr. 2. quæst. 3. art. 7. fol. 251. & 3. lib. 4. art. 4. fol. 505.* Bagotius *in Apologetico Fidei tom. 1. lib. 4. disputat. 4. cap. 2. sect. 1. & 2.* cum aliis. Consequens ergo est, vt ipsorum vnanimis consensus sit ipsa Ecclesiæ vox, traditio. Quod confirmatur; quoniam sicuti quia Iudæis tradita erant eloquia Dei, oportebat (vt dicit Hilarius *in Psalm. 2.*) ad Seniores illos recurrere pro intelligentia scripturarum, quæ in numero, & officio illorum seniorum conseruabatur, multò magis dicendum est hoc meruisse fidam Christi Ecclesiam, vt non solùm ei crederentur eloquia Dei, sed sensus quoque illi apertè traderetur, præsertim cùm Euangelium primario in corde Ecclesiæ descriptum sit, nec tantum in verborum foliis, sed in sensu, non in superficie, sed in medulla sit exaratum. Ad Patrum ergo intelligentiam, in quibus sensus Ecclesiæ cernitur, est confugiendum, Et ideò *in 6.* Synodo Generali *can. 19.* sic dicitur: *Si ad scripturas pertinens controuersia aliqua excitata fuerit, non eam aliter interpretentur Episcopi quam quomodo Ecclesiæ luminaria, & Doctores suis scriptis exposuerunt.* Quòd etiam determinauit Concilium Meldense *canon. 34. Concilium Senonense decret. 4. Concilium Lateran. sub Leone X. sess. 11. & Concilium Tridentinum sess. 4.*

18. Vnde hoc quod mandarunt aliis Sacra Concilia circa amplectendum sensum communem Sanctorum Patrum in facti contingentia semper obseruarunt; Idcirco in Concilio Ephesino *in Epistol. Alexandrinæ Synodi ad Nestorium*, cùm contra Nestorium definita essent sic dicitur: *Hoc itaque rectæ fidei ratio protestatur, in tali sensu Sanctos Patres fuisse comperimus, ideoque illi non dubitauerunt Sanctam Virginem dicere Theotocon, &c.* Et in Epist. Synodi contra Nestorium Patres Concilij ad definitionem se accingentes, dicunt. *Sequentes itaque omnium Sanctorum Patrum confessiones quas loquente Spiritu sancto protulerunt, & interpretationi eorum æquis vestigiis inhærentes, profitemur &c.*

19. In Chalcedonensi Concilio *Act. 1. & Act. 4.* dicitur *sequentes Sanctos Patres docemus, &. Act. 5.* acclamatur. *Hæc est fides Patrum. Act. 6.* post Episcoporum subscriptionem piissimus Imperator ad sanctam Synodum dixit: *Pia, & Catholica fide à sancta, & vniuersali Synodo secundum Patrum expositionem declaratam, iustum simul, & expediens esse nostra tranquillitas approbauit, omnem de cætero contentionis occasionem, de sancta fidei religione penitus amputari.*

20. *In Conc. Nican. 2.* cùm contra Iconomachos ageretur, testimoniis Patrum Nysseni, Basilij, Chrysostomi, Cyrilli &c. Imagines tenendas definitum est, vt patet *Act. 2. & 4. in actione 7.* sic concluſum est. *His sic se habentibus, Regiam viam incedentes, & sanctorum nostrorum, & diuinorum Patrum doctrinæ insistentes, & Catholicæ Ecclesiæ, in qua Spiritus sanctus inhabitat, & traditionem obseruantes, definimus cum omni diligentia, &c.* & declarans quomodo eis debeatur cultus subdit. *Sic sanctorum nostrorum Patrum optima disciplina, vel traditio Catholicæ Ecclesiæ, quæ à finibus vsque ad fines Euangelium suscepit, &c.* Et ita in fine acclamatur: *Hæc est fides Apostolorum. Hæc est fides Patrum, hæc est fides Orthodoxorum.*

21. Et tandem in Concilio Florentino testimoniis sanctorum Patrum de processione Spiritus sancti contra Græcos disputatum est. Vide *sessionem 25.* & multas præcedentes.

22. Meritò igitur Dionysius *de Cœlesti Hierar. lib. 1. cap. 1.* sic ait: Ad sanctissimam Scripturarum intelligentiam, prout illas à Patribus accepimus contuendas pro viribus pergamus. Vnde Vincentius Lyrinensis *aduers. hæres. Nouat. c. 39.* ita asserit: *Quicquid, vel omnes, vel plures Patres,* vno eodemque sensu manifestè, frequenter, perseuerantèr accipiendo, tenendo tradendo firmauerunt, id pro indubitato, certo ratoque habeatur. Ita ille, Vide Gratianam *tom. 4. in continuat. par. 2. fol. 285. & tom. 2. l. 4. fol. 502. & 503.* Itaque applicando omnia supradicta in casu nostro assero cum cõmuni Patrum sententia (vt satis firmauit *in priori disceptat. probat. 1. 2. & 3.*) exponendo hæc loca Sacræ Scripturæ, Tu es Petrus, &c. Tibi dabo claues, &c. Pasce oues meas, &c. quæ inter se mutuam relationem habent, asserat in dictis verbis Primatum Ecclesiæ, soli Petro, & non aliis promissum, & traditum fuisse; sequitur hanc propositionem nempe, Paulus fuit Pontifex cum Petro, sequitur iniquam esse detestandam; quia est expressè contra sacram Scripturã, ita secundum traditionem Ecclesiæ, & communem sententiam Patrum expositam & intellectam, asserẽtem, videlicet, Primatum Ecclesiæ soli Petro à Christo domino collatum fuisse. Et ideò Bouerius ad M. Antonium de Dominis *in Censura p. 2. l. 1. cap. 6.* sic ait: Quæris, cur Petrus solus à nobis Caput, & Pastor ordinarius Ecclesiæ asseratur, Dicimus, id à nobis affirmari, quia illi soli à Christo dictum fuit, Tu es Petrus, &c. Quæris vlterius, cur Petrum, illis verbis, facimus, singulare quoddam fundamentum, *quod alij Apostoli non fuerint? Respondemus, eò quod ea verba, ex omnium Patrum sententia eum sensum præseferant.* Ita ille. Vnde Andreas Duvallius Doctor Sorbonicus *in 2. 2. D. Thomæ tract. de fide, q. 1. art. vlt.* rectè docuit in expositione Sacræ Scripturæ consulendam esse primùm iugem & continuam Ecclesiæ traditionem, vbi enim omni tempore in Ecclesia recepta fuit obscura alicuius loci expositio ab ea sine piaculo recedi non potest, alias non tantùm hæc expositio negaretur, sed etiam ipsa traditio, & Ecclesiæ auctoritas. Ita ille.

Sed in nostro casu iugis & continua Ecclesiæ traditio fuit, vt patet ex Patribus omnium sæculorum, ex sacris Canonibus, & Conciliis Generalibus verba Matth. 16. & Ioan. 21. esse intelligenda de Primatu Ecclesiæ vni, & soli Petro concesso. Ergo hunc esse veram sensum Scripturæ, necessariò fatendum erit. Quod etiam manifestè patet ex Bulla Ioannis XXII. contra Marsilium de Padua, & Ioannem Iandunum, datam Auenione X. Kalend. Nouembris, Pontificatus ann. 12. in qua Pontifex dogmaticè, & ex Cathedra loquens excommunicat dictos hæreticos, & aduersus illos supra citatis locis S. Scripturæ statuit Primatum Ecclesiæ fuisse collatum à Christo Domino vni, & soli Petro, & inter alia hæc asserit: *Quod autem B. Petrus plusquam alij Apostoli auctoritatis habuit, ex prædictis euidenter concluditur. Certum est enim quòd maior est auctoritas Pastoris, quam gregis. Petrus autem totius gregis Dominici generalis constitutus est Pastor,* QVOD DE NVLLO ALIO APOSTOLO DICI POTEST, &c. Quid ad hæc verba respondebit Anonymus; Si Pontifex asserit, Petrum ita fuisse constitutum Pastorem ouilis totius Ecclesiæ, VT HOC DE NVLLO ALIO DICI POSSIT. Quo pacto ipse post tot annorum myriades, audet alium Pastorem in Ecclesia constituere nempe Paulum; Cuinam credendum erit, amice Lector, Anonymo, an Pontifici; Sunt nugæ nugarum, & durum est contra stimulum calcitrare. Recognosce omnino dictam Bullam Ioannis XXII. in qua inuenies confirmata omnia à nobis superius dicta, videlicet Primatum Ecclesiæ fuisse priuilegium singulare vnius Petri, & regimen Ecclesiæ Monarchicum, fuisse ipsi soli collatum supra omnes alios Apostolos, & per consequens supra Paulum. Bullam verò Ioannis inuenies per extensum apud Bzouium *in Annalib. Eccles. tom.* 13. *anno Christi* 1327.

24. Et tandem pro curiosis Lectoribus, & pro coronide huius disceptationis, non deseram hic apponere aliquas authoritates recentiorum Doctorum, qui in indiuiduo opinionem Anonymi refellunt, & quam malè oleat demonstrant, & primò, celebertima facultas Parisiensis in Censura contra M. Antonium de Dominis *libr.* 1. *cap.* 5. *num.* 18. statuit iurisdictionem Apostolicam ordinariam extitisse in solo D. Petro, & contrarium asserere, putauit esse schismaticum & hæreticum, & hanc censuram Sorbonicam contra opinionem Anonymi in specie adducit & approbat eruditissimus, & doctissimus Isaacus Habert *lib.* 2. *de Cathedra singulari S. Petri cap. in fine.* Dicere autem cum Anonymo se constituere Paulum Pontificem, potestate extraordinaria, Petrum verò potestate ordinaria, hoc est verbis eludere: nam realiter, & in effectu, ambos veros Pontifices efficit, independenter vnum ab altero, sine vlla subordinatione, contra regimen Monarchicum Ecclesiæ, institutum à Christo super vnum immutabiliter. Facultas verò Parisiensis, fecit mentionem de potestate Apostolica ordinaria ad differentiam potestatis extraordinariæ Apostolorum, quæ tamen nullam æqualitatem tribuebat illis cum Petro in ordine ad Primatum Ecclesiæ. Sed potestas extraordinaria quam Anonymus tribuit Paulo, constituit illum Summum Pontificem simul cum Petro, & sine vlla ad Petrum subordinatione, vt Petro subordinati erant alij Apostoli. Ergo, &c. Item Michaël Nauclerus *de Monarch. Eccles & Sacul. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 1. inquit: Constituere in Ecclesia alium à Sancto Petro, & successoribus eius Pastorem, est dogma Hæreticorum. Andreas Duvallius *tract. de Rom. Pont. part.* 1. *quæstio.* 2. docet Regimen Ecclesiæ institutum fuisse à Christo immutabiliter Monarchicum in VNO Pastore; & hoc ita esse certum, vt à quoquam circa fidei iacturam negari non possit. Et postea *quæstio.* 3. & 4. probat, illum vnicum Pastorem fuisse Petrum, & firmat Paulum fuisse Petro subditum, & inferiorem. Ioannes Gersonius Cancellarius Parisiensis *tom.* 1. *lib. de Statibus Ecclesiast. consider.* 1. ait, Statum Papalem Monarchicum, & Regalem fuisse à Christo immediatè collatum Petro super alios Apostolos, & contrarium dicere firmat esse Schismaticum, impium & hæreticum. Si Primatus, secundum Gersonium, fuit à Christo collatus Petro super alios Apostolos: ergo necessario sequitur, & super Paulum, quod apertè probat Becanus *de Republ. Eccles. cap.* 4. *num.* 15. & Coëffeteau *tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 5. nam alioquin Paulus non fuisset ouis Christi, nec Apostolus.

25. Sed relinquamus Doctores Gallos Franciscus del Castillo *in* 3. *sent. tom.* 2. *disp.* 16. *quæst.* 4. *n.* 4. *cum seq.* 10. Vviggers *in* 2. 2. *D. Thom. tract de Pont. q.* 1. *artic.* 10. *dub.* 1. *num.* 2. iuncto *num.* 59. & 68. *cum seq.* Bellarminus *de Rom. Pontif. lib.* 1. *cap.* 16. Pueronius *de Aristocratia regulari, tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 11. 30. & *seq.* Alphonsus Mendoza *quæst.* 4. *Scholastica num.* 1. *in fine.* Bannez *in* 2. 2. *D. Thomæ quæst.* 5. *artic.* 10. *dub.* 4. Suarez *contra Regem Angliæ lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 3. & 20. & *cap.* 11. *num.* 8. iuncto *num.* 10. asserunt esse de fide Petrum habuisse iurisdictionem super omnes Apostolos, & inter illos apponunt D. Paulum, respondendo ad aliqua loca *Epist.* 2. *ad Galat.* ex quibus Hæretici inferre contendunt, æqualitatem Pauli cum Petro. Et tandem Antonius Polus, *in lucidario potestatis, lib.* 4. Carena *in praxi S. Officij, part.* 1. *tit.* 1. §. 4. *num.* 34. Amicus *in cursu Theologico, tom.* 4. *disput.* 6. *n.* 68. iuncto *n.* 127. docent esse de fide, Pontificatum fuisse institutum supra solum Petrum, & contrarium firmant esse hæreticum. Concludendum est itaque alium Pontificem à Christo in Ecclesia non fuisse institutum, nisi solum, & vnicum Petrum, & post Petrum Romanos Pontifices eius Successores. Ita docent Oracula S. Scripturæ per traditionem & vniuersalem Ecclesiæ consensum, ac concordè Sanctorum Patrum sententiam nobis exposita, & declarata. Ita docent Cœcilia generalia, & Sacri Canones. Ita omnes Theologi, Scholastici, Positiui, Polemici, & Morales. Ita Doctores vtriusq; iuris, tam Ciuilis, quam Canonici; vnde aliter sètire, ac docere, nefas esse manifestè patet.

26. Et hæc dicta sufficiant, circa nouum Papatum D. Pauli, quem ego ex superius dictis, hìc Romæ ante omnes reprobaui, & post me alij viri doctiores, feliciter refellerunt, quod vbique locorum faciendum esse puto. Nota tamen Lector, quod licet ego in his Disceptationibus, opinionem Anonymi, tam acriter vt par erat, impugnauerim; tamen existimo illum reconditæ eruditionis virum, & ad ostendendum ingenij acumen, hanc quæstionem pertractandam, suscepisse. Vnde spero in posterum, quod tanquam pius, & Catholicus pro publico Ecclesiæ bono, ad vtiliora scribenda, calamum suum conuertat, exemplo D. Augustini, & Pij II. Pontificis, qui aliqua scripserunt, quæ postea respuerunt.

MONITIO AVCTORIS AD LECTOREM POST HVIVS Operis impressionem.

NOta Lector, quod post hasce disceptationes impressas, antequam licentiam à Reuerendissimo P. Mag. S. P. illas publicandi obtinuissem; emanauit Decretum sacræ congregationis sancti Officij, in quo SS. D. N. INNOCENTIVS X. sententiam à me in superioribus disceptationibus impugnatam, tanquam hæreticam merito damnat, declarat. Decretum impressum fuit in Typographia Cam. Apostolicæ, factum sub die 24. *Ianuarij* 1647. *& publicatum die* 25. *eiusdem Mensis.*

TRACTA

TRACTATVS SECVNDVS
DE
DISPENSATIONIBVS.

RESOL. PRIMA.

Quid sit dispensatio?

Et notatur inter dispensationem, & dispensandi potestatem esse quoddam discrimen, ex eo quod dispensatio est strictè interpretanda: potestas verò dispensandi, etiamsi delegata sit, est latè interpretanda, seu intelligenda. Ex part. 8. tractat. 3. Resolut. 1.

§. 1. DEFINITVR dispensatio à glossa *in cap. requiritis, 1. quæst. 7. verb. & plerisque*, iuris communis relaxatio, facta cum causæ cognitione ab eo, qui ius habet dispensandi. Cæterùm hæc definitio supponit, ad validè dispensandum necessariam esse causæ cognitionem, quod controuersum est inter Doctores, quorum aliqui censent etsi non licitam, validam saltem fore dispensationem, etiamsi absque causa concedatur. Quamobrem illam sic alij definiunt: Dispensatio est iuris relaxatio à potestatem relaxandi habente facta. Alij demum, omissa causa efficiente, per formalem sic breuiùs perstringunt: Dispensatio est iuris relaxatio, per quam *Primò* differt à legis interpretatione, quòd hæc declarat tantum legem vim obligandi non habere in aliquo casu, vel persona particulari: illa, adhuc vigente legis obligatione, iusta aliqua exigente causa, subditum eximit à legis obligatione, qua alioqui obligatus teneretur. Quo fit, vt legem interpretari, non sit tantùm superioris, sed etiam subditi, qui per Epikeiam poterit in casu particulari declarare, legem non obligare, vt in extrema, vel graui necessitate non obligare legem de non contrectanda re aliena inuito domino: in probabili periculo infirmitatis, scandali, aut alicuius notabilis damni non obligare præceptum de sacro audiendo die festo. Contra verò, in lege dispensare non potest, nisi superior cùm sit actus iurisdictionis, qui superioritatem requirit in dispensante, & subiectionem in eo, cum quo dispensatur. Et hæc omnia docet Amicus *in curs. Theolog. tom. 5. disp. 6. sect. 1. n. 5.* cui ego addo Granadum *in part. 2 D. Thomæ, tract. 2. disp. 6. sect. 1. num. 1.* Pontium *de Matrim. lib. 8. cap. 3.* Castrum Palaum *tom. 1. tract. 3. disp. 3. punct. 1. num. 2.* & alios penes ipsos.

2. *Notandum* est tamen hîc cum Granado *vbi supra, tract. 3. part. 2. disp. 17. num. 1.* inter dispensationem, & dispensandi potestatem esse quoddam discrimen, quòd nimirum dispensatio est strictè interpretanda cùm sit relaxatio iuris, & quodammodo contra ius, cuius correctio vitari debet, quoad possibile fuerit. Potestas verò dispensandi etiamsi delegata sit, est latè interpretanda, seu intelligenda, cùm sit beneficium concessum ab eo, qui potestatem contulit, quando nulli iuri contrariatur, vt verè non contrariatur ista potestas. De hoc discrimine legendus est Thomas Sanchez *lib. 8. de Matrim. disput. 1.* & 2. vbi varias exceptiones, & limitationes, atque ampliationes huius generalis doctrinæ solita eruditione exhibet, & declarat. Sed de hac materia *infrà* iterum redibit sermo.

Infra in Resolutionibus quæ hîc sunt etiam infra 20. 48. & 49. & pro parte in aliis §§. earum notationum.

RESOL. II.

An possit Pontifex dispensare in iure Diuino positiuo.

Et an possit Pontifex authoritate diuina dispensare, & relaxare vota, & iuramenta? Ex p. 8. tr. 3. Res. 2.

§. 1. AFFIRMANT Canonistæ, & asserunt in omni iure diuino positiuo, seclusis fidei articulis, posse ex causa graui, & vrgente Pontificem dispensare. Sic Panormitanus *in cap. proposuit, de concess. præbend. num. 20.* Felinus *in cap. quæ in Ecclesiarum, de constitut. num. 19. & 20.* & pluribus exornat, *& in cap. de constitution. num. 23.* Dec. *cons. 112. num. 3. & in supradicto cap. quæ in Ecclesiarum, n. 44. in nouis.*

2. Aliqui etiam Legistæ *in leg. manumissiones, ff. de iust. & iure, & l. 2. Cod. de seruientibus.* Confusè autem loquuntur de lege diuina positiua, & naturali, & interdum sub lege diuina comprehendunt ius gentium, & de dispensatione impropriè, & latè, vt comprehendit interpretationem; loquendo autem in rigore, & in nostra specie suadetur hæc sententia ideò inducta, nam Pontifex dispensat. *Primò*, in ministerio Confirmationis, vt sit simplex Sacerdos; cùm tamen iure diuino sit Episcopus. *Secundò*, in residentia Episcoporum, ad quam ipsi iure diuino tenentur. *Tertiò*, in voto etiam solemni, cùm sit ex institutione diuina: nam status religiosus à Deo institutus est. *Quartò*, in illa lege Dei: *Quos Deus coniunxit, homo non separet*; vel dispensando in matrimonio rato, *l. in vinculo spirituali*, inter Episcopum, & Ecclesiam sponsam suam, iuxta mentem Innoc. III. *cap. inter corporalia, de translat. Episcop.*

Sup. seqq. in hoc, & seq. §. infra in hac ipsamet Res. à §. Restat & pro hoc primo magis latè suprà in tr. 1. Res. 11. & in aliis eius primæ annot. & pro Vinculo spirituali contento in lin. ante finem S. 2. huius Res. magis latè supra in tr. 1. Res. 100. §. Sed.

3. *Secundò*, ex ratione illius textus: nam Pontifex quando hæc facit, non operatur potestate humana, sed diuina: nihil ergo mirum est, quòd in iure diuino dispenset, manifestum enim est Deum posse hanc potestatem concedere; nam quod potest per se facere in hoc genere, potest facere per hominem, sicut inter homines superior potest inferiori concedere, vt in sua lege dispenset. Et hanc potestatem videtur Deum dedisse illis verbis, *Pasce oues meas: Quodcunque ligaueris & solueris*, &c. Et hæc dispensatio interdum est valdè conueniens, & non possumus accedere ad Deum ipsum, vt dispenset: non enim gubernamur ordinariè immediatis Dei concessionibus, vel reuelationibus, licèt interdum miraculosè fiant; ergo pertinuit ad suauem Dei prouidentiam vt hanc potestatem suo Vicario relinqueret, sicut nunc etiam pertinet ad prudentiam Pontificis concedere inferioribus Episcopis, vt in aliquibus legibus Pontificiis dispensent.

4. Sed his non obstantibus, Theologi prorsus contrariam sententiam tenent, quos citat, & sequitur Castrus Palaus *tom. 1. tract. 3. disputat. 6. punct. 3. num. 5.* & ratio est, ait ille, quia Pontifex non habet hanc potestatem, nisi à Christo Domino illi sit specialiter commissa. At hæc commissio non constat, *Primò*, ex illis verbis: *Quodcumque ligaueris super terram*; tùm quia illa verba nimis generalia sunt. Ex verbis autem ita generalibus non debet inferri concessio rei ita grauis, & extraordinariæ; quia propter eius grauitatem specialem concessionem desiderabat. Quocirca nunquam intellexerunt Pontifices illis verbis esse talem potestatem concessam, aliàs sæpè usi illa fuissent, sicuti vtuntur aliis potestatibus sibi datis, quasque habere agnoscunt. Item hæc potestas non cædebat in ædificationem Ecclesiæ, sed potiùs in illius destructionem; destruebat enim veritatem; & firmitatem Ecclesiæ: Ecclesia enim per totum orbem terrarum est vna, non solùm in articulis fidei, sed etiam in religioso cultu, qui in sacrificiis, & Sacramentis continetur: si igitur hic religiosus cultus variari posset decursu temporis, vix vnitas Ecclesiæ agnosceretur. Adde Christum Dominum nulla alia præcepta positiua Ecclesiæ imposuisse, præter illa quæ pertinent ad fidem, & ad Sacramenta, & sacrificia, si igitur in his admittatur dispensatio, facilè Ecclesia corruere poterit, cùm eius fundamenta corruant. Denique nulla potest cogitari causa legitima dispensandi in aliquo præcepto diuino, quæ in omnibus præceptis locum non habeat: at concedere potestatem dispensandi in omnibus, videtur Ecclesiæ vnitati & stabilitati omnino pernicioſum. Ergo etiam videtur pernicioſum concedere potestatem dispensandi in quolibet ex his præceptis diuinis. Maiorem probo exemplis. Sæpè continget casus, vt ob defectum aquæ paruulus absque Baptismo moriatur; sæpè, vt Sacerdos non adsit absoluendo. Poterit ergo in his casibus dispensare, vt aqua rosata pro naturali apponatur; & laicus nomine Sacerdotis absoluat? Absit. Item in aliqua religione esse potest summa penuria tritici, in alia vini. Dispenset ergo Pontifex, vt in pane hordeaceo, vel in sicera conficeretur? Item ex obseruatione sigilli Confessionis, graue damnum Sacerdoti, vel Regno imminere potest. Dispenset ergo Pontifex in tali præcepto? Quòd si in his, & aliis dari non possit dispensatio, in nullo præcepto diuino est concedenda; quia firmitas horum præceptorum magis expedit Ecclesiæ, quàm quælibet alia causa, quæ pro dispensatione illorum excogitari potest. Et hæc omnia docet Palaus *vbi suprà*, cui ego addo Merollam *tom. 2. disp. 4. cap. 6. dub. 10. per totum*, omninò videndum.

Sup. hoc supra ad medium, §. 2. huius Resol. Vers. Primo. &c.

5. Restat modò respondere ad argumenta contraria superiùs posita, & ad obiectionem de Ministro Confirmationis, assero, vel institutionem Christi non fuisse omninò limitatam ad Episcopum, sed cum illo addito, quod ponunt Concilia, ordinarium ministrum esse solùm Episcopum: vel certè in eo casu specialiter concessit Deus potestatem dispensandi, vt colligi videtur ex vsu, & traditione Ecclesiæ, non verò in aliis: in exemplo verò de residentia, Sot. 13. *Institut. quæst. 3. artic. 4.* sentit tantùm posse id fieri per modum interpretationis: aliqui illum reiiciunt, quia tunc reuera tollitur obligatio, quæ inhæret; ergo illa non est interpretatio pura, sed materiæ mutatio: nam illa non esset obligatio iuris diuini positiui, sed naturalis, in quod non cadit dispensatio, sed materiæ mutatio, qua facta cessat obligatio. Nam obligatio illa oritur ex officio Pastoris, & promissione in eo inclusa; Pastor autem supremus potest credere quasi iure acquisito, & promissione, & curam ouium alij committere, & ita cessat obligatio: idem suprà agentes de lege naturali diximus in voto, & matrimonio rato. Solemnitas autem voti non est de iure diuino, & indissolubilitas matrimonij, si aliquo modo est maior in lege noua, solùm est in matrimonio consummato, & illa omninò indispensabilis est, & ita patet ad omnia exempla posita in primo argumento.

6. Ad secundum verò argumentum respondeo talem dispensationem non fuisse vtilem futuram Ecclesiæ, quia præcepta diuina positiua sunt paucissima, & facillima; & propterea multò magis commodum est, vt immutabilia semper retineantur, quàm quod potestas sit in illis dispensandi, ad euitandum in aliquo rato casu aliquod incommodum priuatum.

7. Potest Pontifex authoritate diuina dispensare, & relaxare vota, & iuramenta, sed hoc non est propriè dispensare in lege noua diuina: solum est cedere iuri Dei quæsito ex voto, vel iuramento, per authoritatem quam habet ad talem cessionem, tanquam eius œconomus, seu dispensator.

RESOL. III.

An Pontifex possit dispensare in his, quæ statuta sunt à iure Canonico positiuo.

Et an possit Pontifex dispensare in legibus Episcopi, & aliorum Prælatorum imo, & in Concilio includenti ipsum Pontificem?

Et an possit fieri lex in Concilio, qua sub mortali obligetur Pontifex ad non dispensandum ex vlla causa?

Et an in lege, & præceptis Apostolorum Papa dispensare possit?

Et ex doctrina huius Resolutionis aliqua alia notabilia inferuntur, & explorantur. Ex parte 8. tract. 3. Resol. 3.

§. 1. REspondeo affirmatiuè ex *capite proposuit, de concess. præben.* Dico igitur, quod Papa potest dispensare in legibus Episcopi, & aliorum Prælatorum; quia inferior potestas non obligat, nisi cum subordinatione ad superiorem, & cum dependentia à superiore. Idem est de æquali in eadem sede & iurisdictione; qualis est successor: quia, moraliter loquendo, idem censetur. Sic Pontifex dispensare potest in toto iure Canonico: quia ipse est æqualis suis Antecessoribus, imò & Concilio includenti etiam ipsum Pontificem; maior verò Concilio solo, & sine Pontifice sumpto. Idem docet Couarruuias *part. 4. cap. 6. §. 9. numer. 6.* Turrecremata *3. Summæ, cap. 52. & 53.* Vasquez *disput. 178. cap. 2. numer. 15.* Viualdus *append. ad candelab. cap. 12. à numer. 17.* Victoria *relect. de potest. Papæ, numer. 4. & seqq.* Glossa *cap. vbi periculum, de elect. in 6.* Panormitanus *c. significasti, de electione,* & alij multi, quos referunt, & sequuntur Vasquez *suprà*, Azorius *tom. 1. lib. 5. cap. 15. quæs. 5.* qui cum aliis meritò carpit Victoriam *suprà prop. 12.* affirmantem posse fieri legem à Concilio, qua sub mortali obligetur Pontifex ad non dispensandum vlla ex causa. Nam Concilium nullam potest legem condere, qua Papæ auferat potestatem dispensandi validè in illa, etiam sine causa, aut licitè, cùm affuerit causa, quæ in omni lege positiua contingere potest. Neque potest definire Concilium nullam talem causam contingere posse. Et esto definiret, & esset verum; tamen tunc non lege Concilij, sed diuina ligaretur: vide Viualdum *append. ad candelab. cap. 12. numer. 20.* & Cordubam *l. 4. quæst. 8.* qui tamen nimis fauet Victoriæ.

2 Addit

2. Addit Cordub. *lib.8. q.8. & 9.* etiam illos, qui dixerunt, Concilium esse supra Papam, non fuisse ausos negare, Papam posse in legibus Concilij dispensare: quia videlicet cùm Concilia non semper existant, expedit ad bonam gubernationem Ecclesiæ: vt in eorum legibus Pontifex dispensare valeat, qui semper moraliter adest. Et ita in ea sententia esse dicendum, ait Victoria *suprà prop.* 14. Sed negat in ea opinione posse irritare omnem legem Concilij, quia in re non loqui consequenter, ait Corduba *illa quæst.9.* Addimus & nos, Pontificem posse dispensare in quacunque lege Apostolica humana, vt optimè docet D. Thomas *quodlib.4. artic.13.* Victoria *relect. de potestat. Papæ*, Couarruuias cum multis, quos refert, *2.part.4. cap.6. §.9. num.6.* Nam vt ait Molina *tract.1. de Iustit. disput.5. in princip.* ius positiuum diuinum est, quod à Deo in se vel humanitate sua de iis, quæ ad naturale ius non spectant, latum est, idque sine ministerio Angeli, siue alicuius alterius suorum seruorum, vt Moysis, vel Apostolorum condiderit. Ius verò humanum sunt reliqua præcepta, quæ homines tulerunt accepta à Deo potestate pro ministerio, & dignitate cuiusque ad leges condendas. Vnde colligitur, præcepta, quæ Apostoli, quatenus Pastores, & Rectores Ecclesiæ tulerunt, ad ius humanum pertinere: cuiusmodi sunt præcepta de ieiunio Quadragesimæ, de obseruatione diei Dominicæ, de bigamo non ordinando, de quo 1. *Timoth.3.* & alia huiusmodi. In his ergo præceptis Apostolorum Papa dispensare potest, quia potest in omni iure Ecclesiastico: quamuis Apostoli in aliis prærogatiuis, & gratiis fuerint excellentiores: tamen in potestate iurisdictionis Pontifex non est inferior illis, etiam Petro, cuius est successor. Et hæc omnia docet Salas *de legibus, disput.20. sect.3. num.16.* cui ego addo Suarez *lib.10. cap.14. num.2.* Pontium *de Matrim. lib.8. cap.5. num.2.* Couarruu.4. *Decret.2. p. cap.6.§.3.n.6.*

RESOL. IV.

An Pontifex possit directè secum dispensare in his omnibus, in quibus cum aliis potest?
Et an hoc etiam tribuatur Episcopis, Principibus secularibus, & Prælatis etiam Regularibus? Ex part.8. tract.1. Resol.5.

§.1. REspondeo quòd Summus Pontifex potest secum directè dispensare in his omnibus, in quibus cum aliis potest. Ita sentiunt D. Thomas *in 4. distinct.20. quæst.1. articul.5. quæstiuncula 4. ad tertium.* Syluester *verb. lex, quæst.14. in fine.* Caiet. *1.2. q.96. articul.5. col.3.* & Lessius *lib.2. de voto, c.40.dubitat.17.* & probabile putat Suar. *lib.6. de voto, cap.11.*

2. Probatur *primo*; quia potest Summus Pontifex sibi concedere Indulgentias absoluendo se à vinculo pœnæ immediatè, & directè, vt præclarè nobis significarunt D. Thomas *in 4. distinct.20. quæstion. vnic. articul.5. versus finem*, & alij graues Doctores; ergo, & potest secum directe dispensare.

3. *Secundò* probatur, quia potest secum dispensare in votis à se emissis; ergo in aliis rebus. Antecedens probatur, quia dispensatio voti, nihil est aliud, quàm quædam condonatio facta nomine Dei alicui homini per Prælatum Ecclesiæ, qui in terris gerit vicem Dei, vt optimè docuerunt Suarez *lib.6. de voto, cap.9.* & Less. *loco cit.* Sed condonatio non postulat distinctionem personarum, nam qui habet à Rege facultatem condonandi omnibus debita, potest etiam sibi condonare pecuniam debitam Regi; ergo Summus Pontifex potest secum dispensare in votis.

4. *Tertiò*, quia duplex est iurisdictio, alia contentiosa requirens partis citationem, & probationem testium, siue coactiua, & punitiua, vt iurisdictio ad excommunicationem ferendam: alia secùm iurisdictio est directiua, & voluntaria, vt dispensandi potestas. *Prima* quidem videtur requirere necessariò distinctionem personarum; at *Secunda* minimè: vnde secundam potest quis in se exercere.

5. *Quartò* probatur, quia in omni opinione potest Pontifex, & alius superior, cùm dispensat cum tota aliqua communitate, in qua ipse est, frui tali dispensatione, in quo casu indirectè secum, & consequenter dispensat, & vtitur iurisdictione: ergo etiam potest secum directè, & seorsum dispensare, nulla enim inter hæc duo considerabilis differentia apparet.

6. *Quintò* probatur; quia aliàs peioris esset conditionis, & sortis Summus Pontifex quamdum ad hoc, quàm alij subditi, quia alij habent hominem, qui possit circa eos directè dispensare, & Pontifex minimè: imò propter has rationes idem tribuit Sanchez *tom.5. disput.3.* Episcopis, Principibus sæcularibus, & Prælatis etiam regularibus, quia isti habent in suos subditos Religiosos potestatem quasi Episcopalem. Iuxta Navarr. *in summa cap.12. n.75.* & etiam idem tribuit habentibus potestatem vniuersalem delegatam in aliquam communitatem, cuius ipsi partes sunt. Sed de his infrà iterum redibit sermo.

Sup. his Episcopis, Principibus, &c. in Resolutionibus not. seq.

Infrà in duabus Res. seq. & inferius in tr.3. lege doctrinā Res. 19. & aliarū eius primæ annot.

RESOL. V.

An qui habet potestatem dispensandi in lege cum aliis, possit secum dispensare.
Ita vt non solum Summus Pontifex, & Episcopi, sed etiam omnes Prælati, & Superiores Ecclesiastici tam seculares, quam Regulares etiam locales, & illis absentibus vice Rectores, & vice Priores, &c. habentes iurisdictionem ordinariam dispensandi tam in votis & iuramentis, quam in aliis rebus possint dispensare secum eadem modo, quo possunt cum aliis subditis.
Imo, & habentes iurisdictionem delegatam dispensandi in vniuersum cum aliqua communitate, cuius ipsi sunt partes, secus verò quando haberent limitatam potestatem, dispensandi cum certis personis.
Idem dicendum est tam de Supremo Principe seculari, quam de omnibus aliis Superioribus secularibus habentibus potestatem ordinariam, aut vniuersaliter delegatam ad dispensandum in rebus secularibus. Ex p.8. tr.3. Resol.16.

§.1. VT, v. g. in votis irregularitatis, præceptis Ecclesiæ, &c. Et supponendum dupliciter posse aliquem cum seipso dispensare: vno modo indirectè, vt cùm Princeps in aliqua lege dispensat cum tota communitate, indirectè & consequenter intelligitur dispensare cum seipso in eadem communitate contento: sicut cùm Pontifex per Iubilæum dispensat cum tota Christianitate, vel cum ipsa vrbe, indirectè & consequenter intelligitur dispensare secum ipse in eadem Christianitate; & vrbe incluso. Alio modo potest quis secum ipse dispensare, delegando suam potestatem alteri, vt secum dispenset. Vt si Princeps suam potestatem in lege dispensandi alicui committat, vt iuxta eam secum dispenset. Sicut cùm iuxta aliquos

Sup. contentis in hac Res. dempta diffic. not. seq. in Res. præterita, & in Res. seq. & infrà in tr.3. Res.18. & in aliis. eius primæ annot.

Sup. hoc recitanter, & Contrariũ, in Resol. 2. not. præteritæ in fine, §. Neque, & magis latè suprà in c. 1. Resol. §. penult. & vlt. & in aliis eius not.

Summus Pontifex suam iurisdictionem absoluendi à peccatis delegat proprio Confessario, vt iuxta eam ipsum absoluat. Dixi, *iuxta aliquos*: nam iuxta meam sententiam hanc potestatem absoluendi Summum Pontificem à peccatis in sacramento Pœnitentiæ quiuis sacerdos habet à Christo vi sacerdotij, quod etiam docet Amicus *tom.* 8. *disputat.* 15. *sect.* 1. Alio modò potest quis secum dispensare immediatè & directè, vt si Princeps immediatè sibi legis dispensationem applicet. De dispensatione mediata, & indirecta duobus prioribus modis facienda, nullus rationabiliter dubitare poterit, cùm per eam non idem in seipsum nisi tantùm remotè, sed alius in se iurisdictionis actum exerceat. Ergo totus controuersiæ cardo versatur in eo, an idem directè & immediatè possit cum seipso dispensare. Et negatiuè respondet Azorius *tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 15. *quæstion.* 6. Suarez *de Relig. tom.* 2. *lib.* 6. *de voto, cap.* 19. *numer.* 4. Henriquez *lib.* 6. *de pœnitent. capite* 4. *numer.* 3. *in glossa littera I, & capite* 7. *numer.* 5. *littera B, & libro* 4. *de Indulgentiis capite* 8. *numer.* 1. *littera H*, cum aliis.

2. Probatur hæc opinio vniuersaliter, quia idem super se ipsum iurisdictionem exercere nequit, *l. ille, à quo, ff. ad Trebell. & l. penult. ff. de recep. arbitr.* & docet D. Thomas *in* 4. *distinct.* 20. *quæstione* 1. *art.* 5. *quæst.* 4. *ad primum*. At dispensare cum aliquo, est erga eum iurisdictionem exercere; ergo nullus Prælatus potest secum dispensare. Confirmatur, quia dispensare est actus superioris in subditum, atque adeò dispensatio non subditis minimè prodest: at nemo se ipso superior esse potest.

3. *Secundò* probatur, quia eiusdem est ligare, & soluere, *cap. inferior, distinct.* 21. *& cap. cùm inferior, de maior. & obed.* At nemo potest se lege aliqua ligare; ergo neque potest se ipsum à legis obligatione absoluere, secum dispensando. Confirmatur, quia communis Theologorum sententia *in* 4. *distinct.* 20. sustinet, nec Romanum Pontificem posse sibi indulgentias directè concedere, & hoc non alia ratione, nisi quia concedere Indulgentias est actus iurisdictionis.

4 *Tertiò* probatur ex *cap. fin. de instit.* vbi decidit eum qui beneficium conferre potest, non posse se ipsum instituere. Et redditur ratio his verbis: Cùm inter dantem, & accipientem debeat esse distinctio personalis. At dispensans est beneficium dispensationis, impertiens is verò, cum quo dispensatur, est id beneficium recipiens.

5. His tamen non obstantibus, affirmatiuæ sententiæ adhæreo: & ideò apponam hic ea, quæ circa præsentem quæstionem obseruat, & docet Granadus *in part.* 2. *controu.* 1. *tractat.* 3. *disput.* 17. *sect.* 2. *num.* 12. Dicendum est igitur Principem, seu Prælatum, qui potest dispensare cum subditis, posse etiam immediatè, & directè secum dispensare. Doctores commodiùs referam in secunda probatione huius assertionis. Nunc

6. Probo *primò*; quia dispensatio non est actus iurisdictionis contentiosæ, aut coactiuæ, in qua oporteat produci testes, aut puniri reum, hæc enim videntur exigere distinctionem personarum, sed est liberalis & gratuita relaxatio iuris, quæ quidem nihil habet, quod necessariò exigat distinctionem inter personam relaxantem, & eam cui relaxatur, præsertim cum nullo iure id caueatur, vt ex dicendis patebit.

7. *Secundò* probatur descendendo in speciali ad Prælatos. In primis enim Summum Pontificem posse dispensare secum in suis legibus, docent Sylvester *verb. lex, quæstion.* 14. *in fine*. Suarez *lib.* 6. *cap.* 12. Sanchez *lib.* 8. *de matrimon. disputat.* 3. *num.* 6. cum multis quos refert. Et probatur tum ex suprema Pontificis dignitate, & potestate; tum ex eo quòd ipse potest validè se eximere à lege sua etiam sine causa, vt *disputat.* 5. & dicemus in sequente: ergo poterit etiam dispensare in illa, quod est multò minus. Eadem ob easdem rationes dicendum est de supremo Principe sæculari, scilicet Rege, aut Imperatore, qui in suis etiam legibus poterit dispensare, vt rectè tres authores proximè citati.

8. Deinde licèt Prælati sint inferiores, v. g. Episcopi, possunt dispensare secum in legibus, quas ipsi condiderunt, vt rectè notauit Suarez, quia comparatione istarum legum omnino plenam potestatem habent, & cùm possint se ab illis validè eximere, etiam sine causa, sicut Summus Pontifex à suis, vel suorum Antecessorum poterunt etiam secum in illis dispensare, quod minus est.

9. *Tertiò*, licet lex non sit lata ab ipso Episcopo, sed à Summo Pontifice, vel Concilio, poterit secum dispensare eo ipso quod possit cum subditis. Sic sentit Sanchez *numer.* 8. & probatur prima ratione; & præterea, quia cùm possit indirectè secum dispensare, quando nimirum cum tota Diœcesi sua dispensaret, iuxta *suprà* dicta, non est cur non possit dispensare directè. *Quartò* idem cum eodem Thoma Sanch. dicendum est de Prælatis Religionum, etiam localibus, est enim eadem ratio, & videtur expressa sententia S. Thomæ 2. 2. *quæst.* 185. *art.* 8. *in fine corporis*, vbi ait: Prælatos Religionum posse secum dispensare in præceptis, seu ordinationibus suæ Regulæ, cùm tamen non ab ipsis, sed à superiori potestate dimanent, vt in plurimum.

10. Denique valdè probabile videtur, quod Sanchez addit *concl.* 5. cum Manuele Rodriguez, scil. licèt quis habeat delegatam potestatem ad dispensandum cum omnibus personis alicuius Communitatis, cuius ipse est pars, consequenter posse etiam dispensare secum directè, & immediatè, quia eadem ratio est illius atque eius qui habet potestatem ordinariam. Secus verò esset, si potestatem solùm haberet ad dispensandum cum aliquibus, nam eo ipso censeretur restricta ad illos, & non posset ad ipsum dispensantem extendi, vt *in conclus.* 6. Idem Sanchez aduertit.

11. Restat respondere ad argumenta contraria, &

Ad primum dico, iurisdictionem hanc voluntariam posse ab aliquo in semetipsum exerceri, & satis esse, si eadem persona, respectu sui ipsius, sit superior, & inferior, secundùm diuersas rationes.

12. Ad secundum respondeo; distinguendum esse id Axioma; eiusdem esse ligare, & soluere; est enim verum ad hunc sensum, vt nemo possit in vniuersum soluere legem, nisi, qui illa ligare potest. Ad intellectum in quolibet casu speciali, non est vniuersaliter verum, sed ipsemet, qui facultate dispensandi cum communitate gaudet, quamuis se ipsum non possit lege ligare, potest tamen secum dispensare. Sicut videmus Episcopum, qui lege iuniij generali non ligat, posse in illa lege in casu speciali dispensare, licèt nequeat illam in vniuersum soluere.

13. Ad confirmationem respondetur, esse valdè probabile contrarium, vt de Pontifice sustinet Henriquez *lib.* 6. *de pœnit. cap.* 7. *num.* 5. *& lib.* 7. *de Indulgent. cap.* 28. *num.* 1. *comm. littera H*: Suarez *de Indulgent. disp.* 52. *sect.* 1. *num.* 22. & licèt *num.* 19. non definiat idem de Episcopis, sed iudicandum di-

cit

citiuxta concessiones eis factas:at hoc non innuitur, quia concedere indulgentias sit actus iurisdictionis, neque quia requiratur distinctio personarum?sed ratio huius traditur à D. Thoma *in 4. distinct.20. quæst.1. art.5.quæstiunc.vlt.* quod nulla possit iusta causa subsistere, vt Prælatus possit sibi directè indulgentias concedere.

14. Ad tertium respondetur, decisionem illius textus non esse generalem, sed restringi ad beneficiorum collationes,vt docet Panormitanus *in d.c.fin.n.5.* dicens, id statuisse Pontificem in eo textu, eo quòd pernicioſi exempli esset, ac ambitionem sapiens, si Prælatus beneficia, quorum distributor est, sibi conferret.Vnde dum textus *d. cap. fin.* reddit eius decisionis rationem,quòd inter dantem, & accipientem debeat esse distinctio personalis,dicendum est, hanc rationem non esse generalem, sed est specialis in illo casu, vt vitetur iniquum ambitionis exemplum in prælatis.

15. Itaque ex his omnibus dicendum est, posse non solùm Summum Pontificem, & Episcopos, sed etiam omnes Prælatos, & superiores Ecclesiasticos, tam sæculares, quàm regulares habentes iurisdictionem ordinariam dispensandi, tam in votis, & iuramentis,quam in aliis rebus secum dispensare, eodem modo quo possunt cum aliis subditis, imò & habentes iurisdictionem delegatam dispensandi in vniuersum cum aliqua communitate, cuius ipsi sunt partes, secus quando haberent limitatam potestatem dispensandi cum certis personis, aut cum certo personarum numero.Et idem dicendum est tam de supremo principe sæculari, quàm de omnibus aliis superioribus sæcularibus habentibus potestatem ordinariam, aut vniuersaliter delegatam ad dispensandum in rebus sæcularibus,in omnibus enim etiam hi secum propriè poterunt dispensare, in quibus possunt cum subditis. Ita docet Sanchez *lib.8. de matrimon. disput.3. à n.6. vsque ad 11 & lib.4. Decalogi, cap.37.num.45.*

16. De Summo Pontifice id docent Authores secundæ opinionis, & rationes factæ pro illa id probant,& Flaminius *de resig. Benefic. lib.3.quæstion. vlt. num.130.* & Suarez *3.tomo,in 3.part.quæstion.82. art. 11.disput.36. sect.2.vers. solet verò, col. antepenultima, & tom.4.* vbi de Indulgent. *disputat.52. sect.1. n.20.* & Caietan. *1.2.quæst.96. art.5. col.3. vers. Ad hoc dubium præmittenda sunt*; & Sotus *in 4. distinct.18. quæst.1.art.5.conclus.2. & lib.1.de Iustit. quæst.6.art.7. ad finem.* De Episcopis idem docet Sanchez *d. lib.8. de matrimonio, disput.3. n.8.* & Rodriguez *in Bulla Cruciata.§.8.dub.6. num.11. & tom.2.summæ, cap.30. n.4.* & alij.

17. De Prælatis Regularibus, siue Generalibus, siue Prouincialibus, siue aliis superioribus localibus, qui toti domui præsunt,& illis absentibus de Vicerectoribus,& Viceprioribus superiorum absentium vicem gerentibus, quando eis hæc iurisdictio non restringitur, idem docet ipse Sanchez *d. lib.8.de matrimonio,disp.3.n.6.* Armilla *ver.Monachus.n.9.* Molina *tom.1. de iustit. tract.2.disp.347. vers. Prælati in Religione.* Azorius *lib.7. Instit. moral. c.29. q.6.tom.1.* Rodriguez *duplici loco, modo allegato.*

18. De habentibus potestatem delegatam ad dispensandum in vniuersum cum aliqua communitate, cuius ipsi sunt partes, docet idem Sanchez *citatus, n.10.* & Rodriguez *tom.2.summæ, cap.30. num.4.* De Principibus, & superioribus sæcularibus,siue sint supremi, siue non supremi, idem docet Sanchez *allegatus,num.7.* & Sylvester *verb. lex, quæst.14.in fine,* vbi generaliter loquens ait : posse Principem secum dispensare.

19. Et ratio generalis, quæ in omnibus superioribus iurisdictionem, & potestatem ordinariam, tam ciuilem & politicam, quàm Ecclesiasticam habentibus militat,est,quia iurisdictio hæc secum dispensandi,non est contentiosa, quæ, testium probatione,ac partium citatione egeat,vt distinctionem personarum exigat,quasi iniquum sit in propria causa sibimet ipsi ius dicere contra ius ab aduersario inuentum,*l.vnica, C.ne quis in sua causa*; sed solùm eget directione, & prudenti iudicio ad perpendendam iustam dispensationis causam; quod non repugnat erga se ipsum habere. iuxta Resol. & in §. Ex his, Resol. seq.

20. Neque hæc iurisdictio est coactiua,aut punitiua,quæ in semetipsum exerceri repugnat:sed est voluntaria iurisdictio,quæ tali repugnantia caret, neque est instar excommunicationis sententiæ, quæ sicut distinctionem postulat inter excommunicantem, & excommunicatum, ita eam postulat inter absoluentem, & absolutum, cùm per modum iudicij proferatur; neque pertinet ad absolutionem sacramentalem, quæ iure diuino postulat distinctionem personarum inter absoluentem, & absoluendum, & hanc distinctionem constituerunt D.Thomas *in 4.distinct.20.q.1. art.5.quæstiunc.4.ad 3.*& Sotus *in 4.distinct.21.quæst.1. art.4. in fine corporis*, & Ludouicus Lopez *2. part. Instructorij*, vbi de Indulgentiis *cap.5. col.33. ante versiculum, Præterea circa illam*; assentes actum qui instar sententiæ exerceretur, vt excommunicare, non posse ab aliquo erga se ipsum exerceri; secus de actu, qui per modum dispensationis fit.Ratio verò,quæ potest militare in iis dumtaxat, qui potestatem habent delegatam, est, quia potestas illa non est limitata, sed in vniuersum concessa, alioqui enim ipsi peioris essent conditionis, quàm cæteri subditi, cum quibus ipsi ex generali commissione possunt dispensare.

21. De Principibus sæcularibus patet, quia non minorem habent potestatem, & iurisdictionem in temporalibus,quàm Papa,& Prælati in spiritualibus. Quare sicut illi possunt secum in spiritualibus dispensare; ita & hi in temporalibus. Item,quia capite, *per venerabilem, qui filij sint legitimi*, decernitur Regi integrum esse sobolem propriam illegitimam legitimare dispensando cum ea,quoad successionem,& dignitates temporales. Sup. hoc supra in §. De habentibus ad medium vers. De Principibus, & in aliis §. eius not. pro hac q.

RESOL. VI.

An Prælati possint dispensare in propriis votis, sicut possunt dispensare in votis subditorum; idem est de irregularitatibus, præceptis Ecclesiæ, atque de cæteris omnibus, quoties id possunt cum subditis dispensare.

Ex quibus infertur non solùm Summum Pontificem posse secum dispensare in his omnibus, in quibus potest cum subditis, sed & idem est de aliis Principibus sæcularibus Supremis, cum habeant plenissimam potestatem in temporalibus, sicut Pontifex in spiritualibus.

Idem est de Episcopis, & Prælatis Regularibus siue Generalibus, siue Prouincialibus, siue Præpositis localibus, qui toti domui præsunt; & in eorum absentiam vices gerentibus, vt sunt Vice Rectores, Vice Priores &c.

Idem est de habente potestatem delegatam ad dispensandum in vniuersum cum aliqua Communitate, cuius ipse est pars, secus verò si haberet limitatam potestatem dispensandi cum certis personis, vel cum determinato numero personarum. Ex part.10.tr.14. & Misc.4.Resol.27.aliàs 25.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docent Molina *to. 1.de Iustit. tract.2. disp 2.q.7.* Suarez *tom.4. part.3. tract.de Indulgent. distinct.52. sect.5. numer.20.* & Sup.contentis in hac Resol. in duabus præce-

dctibus Resol. & infrà 20. 3. lege doctrinam Resol. 17. & 18. & in tom. 1. tr. 5. Resol. 67. 8. Hisp. tamē, & in tom. 4. tr. 6. Resp. 3. 5. 2. ad lin. 5. & vers. Et sicut.

& tom. 3. in 3. part. quæst. 82. art. 11. dist. 36. sect. 2. Henriquez *lib. 6. de Pœnit. cap. 4. numer. 3.* Azorius *lib. 7. inst. mor. cap. 19. quæst. 6.* Emanuel Sà *in Summ. verb. Religiosus, num. 47.* Sanchez *lib. 8. de Matrim. distinct. 3. & in Summa lib. 4. cap. 39. numer. 10. 11. & 12.* Salas *de legib. quæst. 90. tractat. 14. disput. 2. sect. 12.*

2. Sed aduersus supradictos Doctores insurgit Magister Texeda *in Theol. Mor. tom. 2. lib. 3. tract. 3. §. 3. contr. 7. q. 2. n. 38.* quia nemo potest esse in sua propria causa, nec sibi ipsi Superior. Secundò, quia dispensatio in votis est actus iurisdictionis, quam nemo in seipsum exercere potest, *l. penult. ff. de æscr. arbitr.* Tertiò, quia is, qui potest, & tenetur beneficium alteri conferre, non potest sibi illud applicare, cuius ratio est, quia inter dantem, & recipientem debet esse personalis distinctio, *cap. fin. de Inst.* Scio tamen præfatos Auctores ad priora argumenta respondere, nullum inconueniens indicari, vt in moralibus eadem persona secundùm diuersas rationes diuersa possit exercere officia, & ideò non repugnare fatentur, quod idem Prælatus Regularis hanc dispensandi iurisdictionem possit erga seipsum exercere; sicut illam potest erga subditos, dispensando cum illis in suis votis: & adducit exemplum Suar. quia idem sub diuersis rationibus non est inconueniens quod sit agens, & patiens, & Sanchez adducit exemplum de Christo Domino, qui vt Deus homo satisfecit de rigore Iustitiæ; & quatenus vna erat ex personis diuinis sibi ipsi satisfecit debitor etiam incertorum de rigore iustitiæ soluit, si sibi (quatenus pauper est) debitum applicet; tunc enim, vt debitor satisfacit de Iustitia, & vt pauper est, recipit beneficium restitutionis à seipso: Ex qua deducunt posse Regulares Prælatos cum sibi ipsis in votis dispensare, sicut possunt cum suis subditis.

3. Sed contrà, quia actui Iurisdictionis ex natura sua repugnat, quod possit exerceri ab eodem erga se, nam actio Iurisdictionis præsupponit in exercente illam superioritatem, quam erga se nemo habet; non enim aliquis est sibi Superior, excepto Christo, qui ratione humanitatis est inferior ad seipsum in quantùm Deus. Confirmatur, quia nemo potest esse subditus, & Prælatus; at si Prælatus posset secum in votis propriis dispensare, simul esset Prælatus, & Superior, & simul subditus; & inferior: ergo. Confirmatur secundò, quia ex opposita sententia sequeretur, quod idem confessor posset sibi ipsi Sacramentum Pœnitentiæ impendere, & seipsum absoluere à peccatis, quod falsum est; cùm inter absoluentem, & absolutum debeat esse distinctio personalis, & quod vna sit superior ad alteram superioritate iurisdictionis. Nec exempla à præfatis Auctoribus adducta sunt alicuius momenti: non Primum, quia licèt hoc idem secundùm diuersas rationes posset esse agens, & patiens, non tamen secundùm aliquam potest exercere Iurisdictionis actum in seipsum: nec etiam Secundum; nam Christus Dominus, vt Deus homo satisfaciens de toto rigore Iustitiæ, & vt vna erat ex personis Diuinis, non exercuit aliquem Iurisdictionis actum in seipsum, nec sibi ipsi fuit inferior. Et ex hoc constat ad exemplum alterum de debitore, qui soluens debita incerta, donat sibi aliquam partem tanquam pauperi; non enim tunc exercet aliquem Iurisdictionis actum, sicut exercet is, qui in Votis dispensat, sed tantùm exercet actum restituendi.

4. Obiicitur. Religionis Prælati siuè sint Prouinciales, siuè Generales, siuè Præpositi Locales, qui totius domus curam habent, non debent esse peioris conditionis, quàm subditi, cum quibus ipsi Superiores dispensant: ergo sicut Regulares Prælati possunt cum subditis dispensare, possunt etiam in Votis propriis id facere. Respondetur, sufficere, & satis esse vt Regulares Prælati non sint quantum, ad hoc peioris conditionis, quàm Religiosi subditi, quod in eorum Votis possint alij dispensare: nam in Votis Prælati localis potest dispensare Prouincialis & in Votis Prouincialis Generalis, & in votis Generalis Summus Pontifex, cui immediatè subiicitur tanquam Superiori, vel potest in illis dispensare Capitulum generale, &c. Et hæc omnia docet Texeda *loc. cit.*

5. Sed ego puto contra ipsum, non esse recedendum à sententia Molinæ, & aliorum *vbi suprà*. Dico igitur posse Prælatos erga seipsos dispensare directè, verè, ac propriè in votis, Irregularitatibus, præceptis Ecclesiæ, atque in cæteris omnibus, quoties id possunt cum Subditis.

6. Probatur hæc opinio, quia non repugnat iure naturæ, hanc dispensandi Iurisdictionem ab aliquo erga seipsum exerceri, neque Ecclesiastico: ergo poterunt Prælati exercere illam erga seipsos. Quod non repugnat iure Ecclesiastico, patet quia nullus reperitur Textus hoc vniuersaliter interdicens. Dixi vniuersaliter, nam *c. fin. Instit.* in casu speciali collationis Beneficiorum, aduertendum pernicioſum Prælati exemplum, deciditur eum qui beneficium conferre potest, non posse seipsum instituere. Ita Abbas *ibi, numer. 5.* Quod verò non repugnet iure naturæ. Probatur. Primò, quia iurisdictio hæc secum dispensandi, non est contentiosa, quæ testium probationem, ac partis citationem desideret, vt vel sic distinctionem personarum exigat, quasi iniquum sit in propria causa, sibimet ius dicere, contrà ius ab aduersario intentum *leg. Vnica Cod. ne quis in sua causa.* Sed solùm postulat veluti directionem ex prudenti iudicio ad perpendendam dispensationis causæ iustitiam, quod non repugnat erga seipsum ab aliquo haberi, quamuis expedientius foret alieno iudicio stare. Neque est hæc Iurisdictio aliqua punitiua, seu coactiua, quam in semet exerceri repugnat: Sed est voluntaria Iurisdictio, ac proindè huiusmodi repugnantia caret. Neque est propriè aliqua sententia, per quam quis condemnatur, vel absoluitur, vt ita requirat distinctionem personarum; cuiusmodi est absolutio Sacramentalis, quæ iure Diuino postulat distinctionem personalem inter Absoluentem, & absolutum. Atque ita discrimen hoc inter actum iurisdictionis contentiosæ, seu coactiuæ, & iurisdictionis voluntariæ constituerunt D. Thom. *loco cit. ad 3.* & ibid Durand. *quæst. 4. num. 10.* Ledesm. 2. *part. 4. q. 29. art. 4. fin.* Sot. *dist. 21. quæst. 1. art. 4. in fin. corp.* Lopez, 2. *part. Instr. vbi de Indul. cap. 5.* Valent. 4. *part. disp. 7. quæst. 20. punct. 3.* Confirmatur, quia in voluntaria Iurisdictione, potest quis plurium vices sustinere dummodò exercitium vnius actus, non obstet exercitio alterius. Quod latè probat Abbas, *cap. Ex litteris, num. 11. de Probation.* & constat *ex leg. si consult. ff. de adopt.* vbi si filius-familias Præses sit, potest semetipsum emancipare, vel in adoptionem tradere; & hoc non alia ratione, nisi quia non repugnat, eandem personam secundum diuersas rationes, diuersa munera obire, ac esse subditum, & Superiorem respectu sui ipsius.

7. Ex his infertur, non solùm Summum Pontificem posse secum dispensare in iis omnibus, in quibus potest cum Subditis, & idem de aliis Principibus supremis Sæcularibus, cùm habent plenissimam potestatem in temporalibus, sicut Pontifex in Spiritualibus; verùm etiam Episcopi possunt secum dispensare eo modo, quo possunt cùm Subditis; qui vt probauimus suprà, vti hac Iurisdictione erga seipsum non repugnat iure naturæ. Nec etiam iure Ecclesiastico

Sup. his §. suprà in Resol. 5. vlt. sed fe ge eam pot totàm. & in Resol. 5. §. Ch summo, & S De habent bus, ad pro dium, & vlt. Et pu Episcopis

clesiastico, quia ius Ecclesiasticum perens distinctionem personalem inter dantem, & accipientem, non generaliter id decidit, sed in casu speciali collationis Beneficiorum, ad vitandum pernicioſum Prælati exemplum.

8 Secundò infertur, idem dicendum esse de Præsidibus Regularibus, siuè Generalibus, siuè Prouincialibus, siuè Præpositis localibus, qui toti domui præsunt, & eorum absentium Vicegerentibus, vt sunt Vicerectores, Vicepriores; hi enim omnes possunt secum dispensare in omnibus iis, in quibus possunt cum subditis: quia hi omnes iurisdictione quasi Episcopali funguntur in suos Religiosos; vt probat Nauarr. *lib. 1. consil. in 2. edit. tit. de tempor. ord. consil. 6. n. 1. & in Sum. c. 12. n. 75.* Et ratio est; quia sunt Patres ordinarij suorum Religiosorum, sicut Episcopi Sæcularium: ergo idem dicendum est de ipsis, quod de Episcopis diximus suprà.

9. Et tandem idem dicendum est de habente tantùm potestatem delegatam ad dispensandum in vnius cum aliqua Communitate, cuius ipse est pars, quòd scilicet, possit in iisdem rebus secum quoque dispensare; tùm quia potestas illa non est limitata; tùm etiam, ne peioris conditionis sit, quam cæteri ex ea Communitate: denique quia procedit eadem ratio in Superioribus ponderata in fauorem Ordinariorum, nempè, ipsum Dispensantem cum eadem Communitate, posse quoque illa dispensatione frui. Secus verò dicendum existimo quando quis haberet limitatam potestatem dispensandi cum certis personis, vel cum determinato numero personarum, quarum illæ non exprimantur; tunc enim nequiret secum dispensare. Prior pars constat, quia potestas illa non extenditur vltra concessionis limites. Cùm ergo sit ad certas personas, in quibus ipse non comprehenditur, non poterit erga seipsum. Posterior verò pars probatur, quia cùm sit ad certum numerum personarum restricta, non videtur mens concedentis, vt in eo comprehendatur ipse Delegatus. Item, quia deficit ratio potissimùm suprà ponderata in habente potestatem dispensandi cum aliqua Communitate, cuius ipse est pars: nam in casu nostro, nulla Communitas ei subest, cum qua dispensare possit, sed tantùm potest cum numero determinato.

RESOL. VII.

An Pontifex possit dispensare sine causa, & dispensatio sit valida? Ex part. 8. tr. 3. Resol. 4.

§. 1. QVidam negant, inter quos refertur Fortunius Garcia *in repet. l. Gallus. §. & quid sit tantum, num. 296. & 297. col. 135. ff. de liber. & Postlum.* vbi ait, cùm iniustum sit Principem contra leges dispensare sine causa, se nescire, quomodo id huius efficere possit: nec quoad veram iustitiam securum esse, cum cum quo ita dispensatur. Et Mendoza *1. de pactis quæst. 2. num. 35.* & quando dispensatio est magni momenti, ita vt noceat, idem tenet Menchaca *lib. 1. quæstionum illustrium, cap. 25. num. 16. & c. 26. num. 26.* & non valere in foro conscientiæ; sed in externo, tenet Loazez *de matrim. Regis Angliæ, dub. 4. num. 14. & 15.* eandem sententiam tenuere Bernard. Hyppolyt. & Iason apûd Couarruuiam *2. part. de Matrimon. c. 6. §. 9. num. 8.* & Azorem *tom. 1. lib. 5. cap. 15. quæstion. 3.* eamdem in manuscriptis secutus fuerat Vasquez, sed in codicibus impressis, *disput. 178. c. 3.* ex professo quidem eam explicuit, confirmauit, & defendit.

2. Et ratio est, quia dispensatio Papæ in legè propriè procedit à potestate clauium, quæ est ministerialis, & data Pontifici in ædificationem, & non in destructionem: & ideò non est data, vt ea quispiam ad libitum abutatur, sed sub certa regula, & mensura ad bonum commune pertinenti, sub qua non continetur illa dispensatio sine causa; erit ergo irrita, nec mirum, cùm sit contrarium iuris diuinum, quod prohibet, sine causa dispensare in iure humano.

3. His tamen non obstantibus, affirmatiuæ sententiæ adhærendum esse puto, quam ipse Vasquez fatetur esse communem inter Theologos, & illam ex neotericis tenet Paulus *tom. 1. tract. 3. disput. 6. punct. 8. §. 1. num. 1.* qui citat Suarez, Sanchez, Salas, Pontium, & Couarruuiam, quibus ego addo Granadum *in part. 2. controuers. 7. tract. 3. part. 2. disp. 7. sect. 3. num. 26.* Valentiam *tom. 3. disp. 5. q. 2. punct. 2.* Sotum *de Just. lib. 1. q. 7. art. 3.* Sancium *in selectis, disp. 54. n. 38.* Aragon. *in 2. 2. q. 89. art. 9.* Henriquez *lib. 5. c. 22. n. 5.* Molfesium *in summa tom. 1. tract. 10. cap. 4. n. 51.* & alios pènes ipsos.

4. Probatur hæc opinio, quia lex pendet ex voluntate imponentis illam: ergo si ipsemet voluntate sua respectu alicuius aufert illam, ablata manet respectu illius, licèt fortasse peccet eam auferendo: vnde glossa *l. relegati, ff. de pœnis*, ait vt lex positiua non liget, est in Principe pro ratione voluntas.

5. Probatur *secundò* quia alios obligari, & hunc non obligari ex voluntate Principis sine causa rationabili, non sunt res incompatibiles ex terminis, nec potest satis ostendi, vnde habeant incompatibilitatem: quia esto peccet Princeps eximendo aliquem sine causa; tamen non inde sequitur, exemptionem esse nullam: nam etiam peccat dando beneficia indignis, aut minus dignis, & alia multa faciendo, quæ tamen valida sunt: & sicut aliquis potest malè vti dominio proprietatis prodigè donando, & aliis modis, tamen facta tenent: ita potest Princeps malè vti potestate, & dominio iurisdictionis in distributione officiorum, honorum, vel onerum (in quibus leges, & mandata comprehenduntur) ita tamen, vt factum teneat.

6. Probatur *tertiò*; quia quando duo habent eandem causam dispensationis, & non est contra bonum commune dispensare cum vtroque, si dispensetur cum vno, & non cum altero, dispensatio est valida, quamuis alteri nonnulla irrogetur iniuria, & is, cum quo non dispensatur, iure offendi possit: ergo similiter, si omnibus eandem causam obligationis habentibus, aliqui obligentur lege, & alij non siue in principio, siue postea, factum tenebit, esto contineat aliquam iniuriam, & offensionem eorum qui lege obligantur.

7. Restat modò respondere ad argumentum contrarium superiùs positum; ideò dico iure quidem diuino prohibitam, sed non irritam esse dispensationem in propria lege sine causa: sicut lex diuina naturalis diuites astringit ad superflua in graui necessitate pauperibus eroganda: non tamen reddit irritam retentionem. Et potestas clauium, quamuis sit veluti ministeralis, & instrumentoria in ordine ad dispensationem in votis, & indulgentiis, & iuramentis; tamen in ordine ad dispensationem in propria lege est principalis, & ideò, licèt sine causa dispensatio in propria lege fiat, & dispensans peccet, tamen dispensatio tenet.

RESOL. VIII.

An Pontifex dispensando sine causa peccet mortaliter, vel venialiter.

Et an Princeps secum dispensans in legibus, quas ipse debet ex honestate obseruare, peccet mortaliter, vel venialiter.

Et

Et infertur subditum petentem dispensationem sine causa peccare eodem genere peccati, quo peccat Superior illam concedens.

Contingere autem potest, vt excusetur subditus, si ignorantia inuincibili laboret, & non excusetur Superior, cognoscens causam non adesse; & è contra. Ex part.8.tr.3.Ref.6.

Sup. hoc in Ref.seq.& in Ref. 1. post seq.§.vlt. in principio, & suprà in tr.1. Ref.17.& ex Ref.102.lege §. Sed quia, in fine, vers. Imo Arriaga,& in 4. tr.7. Ref.27. §.2. Videibi à lin.8. & vers. Imo,& ibi in tr.6. Ref. 70. §. vlt.

§. 1. ESse mortale fatentur non pauci, quia est contra iustitiam distributiuam, vel legalem & quia ex se multum derogat communi bono,& occasionem præbet,vel leges paruipenduntur,& violentur. Vnde Tridentinum *sess.25. cap.18. de reform.* ait, sine causa dispensare nihil aliud esse, quàm vnicuique ad leges transgrediendas aditum aperire, & *sess.25. c.5. de reform.* grauiter prohibet dispensationes sine causa. Confirmatur, quia sine malitia extrinseca ex propria materia potest talis culpa esse grauis, vt dispensare in pluralitate beneficiorum, in cælibatu Sacerdotum, in obseruatione Quadragesimæ, & similibus, quæ ad graues Ecclesiæ obseruationes pertinent: ergo ex proprio genere talis culpa grauis est. Et ita hanc tenet Suarez *de legibus, lib.6. c.18. num.17.* Couarruuias *in 4. Decret.2. part. cap.6.§.9. num.7.* Sanchez sibi contrarius, vel se retractans, *in opusc. lib.5. cap.1. dub.5. num.6.* Malderus *in part.2. quæst.97. art.2. dub.2. post.1. conclus.* & Granadus *in part.2. controuers.7. tract.3. part 2. disp.17. sect.3. num.24.* qui hanc rationem adducit; quia argumenta superiùs adducta probant esse grauem inordinationem in eo, quòd superior sine causa relaxet legem suam in materia graui, & alioqui si solùm esset culpa venialis,non tam expresse Concilia causam exigerent ad dispensandum, nec tantam curam adhiberent Pontifices in eo, quòd ordinarij verificent causas dispensationis.

2. Et post hæc scripta inueni hanc sententiam docere Gordonum *in summ. lib.2.q.15. c.5.n.1.* vbi sic ait: Dicendum *primò* est, non posse legislatorem vllum (etiamsi supremus sit) licitè dispensare in lege sua, absque iusta causa,multo minus in aliena; est D. Thomæ assertio 1.2.*q.97. art.3.* quem sequuntur alij Theologi, cum Caietano *q.96. art.4.* & Sot.1.*de Iustit. q.7. art.3.* & in hanc communem sententiam Nauarrus *cap. si quando, de rescript. excep.8. n.13.* & recentiores consentiunt. Ratio est, quia vt legislatores leges debent statuere, (non certè ob suam priuatam vtilitatem) sed ob bonum publicum;ita quando cum hoc, vel illo dispensant sine vlla iusta causa, tunc & officiunt bono communi, & imprudenter agunt, abutentes suo munere,& legem minuentes institutam ad bonum publicum.

Sup. aliena infrà in fine §. Sed ego, huius Ref.& infrà in Ref. 35.§.

3. Est autem hoc peccatum mortale ex genere suo, nempe quòd intra propriam speciem potest esse mortale ex grauitate materiæ. Exemplum clarum dant Theologi,cùm quis sine causa dispensat de recitandis precibus Canonicis. Ita Caietanus *in sum. verb. dispensatio.*

4. Deinde certum est hoc esse contra iustitiam legalem, & distributiuam, præsertim dum legislator absque vlla causa,personas excipit: violata autem iustitia constituit ex genere suo peccatum mortale, ex recepta Theologorum doctrina. Contingit tamen interdum hoc peccatum esse veniale; scilicet in leuioribus legibus ex leuitate materiæ.

Sup. hoc infrà in hac ipsamet Ref.§. Ex his infertur, ad medium, à vers. Et contra,& in aliis eius annot. Et

5. Ex his facilè colligo, subditum posse grauiter peccare, si absque causa petat talem dispensationem; quod contingit, quando nititur sciens & prudens inducere ad id Prælatum, quia cooperatur ad mortale peccatum. Hucusque Gordon.

6. Sed ego negatiuam sententiam docui *in part.1.tract.10. resol.35.* Dico igitur Pontificem dispensando sine causa peccare tantùm venialiter, secluso scandalo,& damno notabili aliorum. Probatur; quia non videtur grauis deformitas partem toti non se conformare. Ergo secluso scandalo, & damno aliorum, non est graue peccatum sine causa dispensationem concedere. Quocirca, si concessa dispensatione sine causa, sumerent dispensati occasionem grauem contemnendi legem; tunc certè teneretur Princeps sub mortali dispensationem talem negare. Et idem est, & graue damnum Ecclesiæ, vel subditis ex tali dispensatione proueniret, & sine dubio prouenirent, si cum Sacerdote absque vlla causa dispensaretur in cœlibatu,vel in recitatione continua horarum, vel in pluralitate beneficiorum. Et ex his soluitur fundamentum contrarium: ideò enim Concilium prohibet grauiter dispensationem sine causa, quia ex illa oriuntur supradicta inconuenientia. Quare in casu, in quo illa sequuntur, erit mortale. Adde inferioribus præcipi grauiter posse, ne dispensationem sine causa concedant,quia hi mortaliter peccant, vt dicemus,eò quòd nulla sit dispensatio.

7. Ex his infertur,Principem secum sine causa dispensantem in legibus, quas ipse debet ex honestate obseruare, peccare mortaliter,vel venialiter,iuxta diuersas sententias nuper relatas, quia iure naturæ tenetur non discordare à subditis sine causa. Quòd si dicas, posita secum dispensatione, iam discedit cum causa, obstat, quia hanc dispensationem concedere sibi non potest, & concessam tenetur reuocare. *Secundò* infertur subditum petentem dispensationem sine causa peccare eodem genere peccati, quo peccat superior illam concedens; quia petit rem intrinsecè malam. Contingere autem potest, vt excusetur subditus, si ignorantiâ inuincibili laboret, & non excusetur superior cognoscens causam non adesse. Et è contra contingere potest, vt excusetur superior putans esse causam; cùm tamen subditus non excusetur, qui optimè nouit causam, non adesse. Sic Suarez *lib.6.c.18.n.12. & 13.* Basil. & Leon. *lib.8. c.14. num.5.* Et ita hanc sententiam tenet Pontius, Salas, Valentia, Nauarrus, Sanchez, quos citat, & sequitur Palaus *tom.1. tract.3. disp.6. punct.6. §.1. n.5.* quibus ego addo nouissimè Tannerum *in part.2. disp.5. sect.7. dub.2. n.29.* Layman. *lib.1. tract.4. c.22. n.13.* Reginaldum *tom.2. lib.31. cap.26. num.193.* Molfesium *in summ. tom.1.tract.4. cap.12. n.27.* Escobar *in Theolog.moral.tract.1. exam.16. cap.44. n.124.* Merollam *tom.3. c.6. dub.21. num.293.* Opatouium *de Sacram. tract.de Matrimon. disput.4.quæst.18.n.66.* & Trullench. *in Decal.tom.1.lib.3.c.2.dub.7.n.28.*

Sup. hoc post subdito prà in hac Ref.§.Ex his facile, & frà in Ref. seq.§.1. cum sim post dium, vel petere, & Ref 1. post seq.§.vlt. in medium, & in Ref.a. post seq. & infra in tr.1. Ref. 27.§. vlt.

8. Et tandem non deseram hîc apponere verba Villalob. *in summa tom.1. tract.2. diffic.41. num.6.* sic asserentis. *El superior que dispensa en su propria ley, sin causa, peca, como dizen santo Thomas, Soto, Cordoua, Couarr. y otros. El fundamento es, porque la tal dispensacion es contra el buen gouierno, y en agrauio de los otros que quedan obligados à la ley: y assi esta tal dispensacion, mas se ha de llamar dissipacion,como dizen Archidiacono, y Ioan Andrés.*

9. *Y no obsta contra la conclusion dezir, que el Papa dispensa muchas vezes sin causa en grados prohibidos; porque de verdad no dispensa sin causa, que la causa en tal caso es el mas dinero que da para los gastos de la Iglesia, el que pide la dispensacion sin causa: como tambien se da causa de las Indulgencias que se conceden en la Bulla, la limosna, que se da, con la qual y las demas, se junta vn tesoro para defender la Iglesia de los enemigos: lo qual todo es muy importante al bien comun.*

10. *La duda es entre los Dotores, que pecado sea el dispensar sin causa en la propria ley? Couarruuias dize, que por ventura muchas vezes es peccado mortal:*

mortal: mas yo tengo por mas probable, que de ordinario no es mas que pecado venial: sino es en caso que huuiesse graue daño de otros, ò escandalo. Ita ille, & ego.

11. Ad argumenta verò contraria, respondeo, non omne peccatum contra iustitiam distributiuam (contra quam solam directè, & per se limitat hoc pactum) esse ex genere suo graue, & mortale: sed ea tantùm, in quibus reperiri potest materia grauis, secluſis scandalo, & aliis incommodis extrinsecis. Hanc autem materiam grauem negamus hìc reperiri posse, nisi recurramus ad scandalum, & alia incommoda extrinseca; nam iniuria inæqualitatis, quæ fit inter subditos, si aliquis sine causa ab onere legis liberetur, cùm per se non cedat in maius onus alterius, vel in aliud damnum, leuis est in tota latitudine propria: secus ea, quæ interuenit in distributione honorum & dignitatum. nam per se tribui minus digno cedit in magnum damnum dignorum, Reipublicæ, & Ecclesiæ.

12. Ad primam confirmationem ex Tridentino sumptam respondeo, dispensare sine causa esse aliquam occasionem violandi legem, & interdum esse tantam, vt sit scandalum, & peccatum mortale: id tamen esse per accidens; ob hæc tamen incommoda extrinseca grauiter prohiberi potest, dispensare sine causa, quando illa timentur. Inferioribus etiam grauiter præcipi potest, nè in legibus superiorum sine causa dispensent: quia id ex genere suo mortale est, cùm tales dispensationes sint nullæ.

13. Ad secundam confirmationem, iam dictum est, dispensationem sine causa in illis graue peccatum esse propter dedecus, & damnum Ecclesiæ, vel status Ecclesiastici.

RESOL. IX.

An si Superior dispenset in propria lege sine causa peccet mortaliter?
Idem quæritur de subdito dispensationem petente sine causa, & illa vtendo. Ex part. 1. tr. 10. Resl. 35.

§. 1. ALiqui respondent esse posse, ex genere suo, peccatum mortale: & pro hac sententia Sanch. *de matr. tom. 3. disput. 18. n. 6.* citat Caietan. Armillam, Ledesmam, Vegam, Rodrig. & alios. Idem etiam docet Gran. *contr. 7. tr. 2. p. 3 disp. 17. sect. 3. n. 24.*

2. Sed tu tenè contrariam sententiam, quam docet citatus Sanchez *n.* 7. Valentia *tom. 2. disp. 7. q. 5. punct. 5.* & alij, quos citat, & sequitur Salas *de legib. disp. 20. sect. 5. n. 54. & 55.* quibus ego addo Villalobos *in sum. tom. 1. tr. 2. dub. 4. n. 6.* ita asserentem: *Duda es entre los Doctores, que pecado sea el dispensar sin causa en la propria ley,* Couarr. *dize, que por ventura muchas vezes es pecado mortal: mas yo tengo por mas probable, que de ordinario no es mas, que pecado venial, si no es en caso, que huuiesse graue daño de otros, ò escandalo.* Ita ille. Itaque, secluſo scandalo, & graui aliorum damno, non est peccatum mortale dispensare, seu petere dispensationem, & illa vti sine iusta causa: imò ego puto probabiliter, non peccare neque venialiter, si aliquis vtatur dispensatione obtenta sine iusta causa: quia, cùm talis dispensatio sit valida, nulla ampliùs legis obligatio remanet, cuius transgressio ad culpam venialem obligare possit. Ergo, &c. Et hanc opinionem probabilem vocat Sanch. *n.* 10. & Salas *vbi sup.* & nouiss. Mald. *in p. 2. q. 97. a. 4.* quæcit. Suar. & alios.

RESOL. X.

An dispensatio sine causa in lege propria, vel inferioris sit valida?
Et an dispensans sine causa peccet mortaliter, vel tantum venialiter?
Idem dicendum est de petente dispensationem sine causa. Ex part. 1. tract. 10. Resol. 32.

§. 1. NEgatiuè respondent aliqui, quos nouissimè sequitur Vasquez *in part. 2. tom. 2. disp. 178. cap. 4. per tot.*

Sed contrariam sententiam communiter docent Doctores, quorum nomina inuenies apud Salas *de leg. disp. 20. sect. 4. n. 37.* & Suarez etiam *de legib. lib. 6. c. 19. n. 6.* & ex neotericis docet etiam hanc sententiam Pontius *de matr. lib. 8. cap. 14. n. 7.* Lorca *in p. 2. tom. 2. disp. 27.* & Villalobos *in sum. tom. 1. tr. 2. dub. 41. n. 5.* vbi sic ait: *Quando dispensa el Papa en su propria ley, aunque sea sin causa, es valida la dispensacion. Esta conclusion es comun, y el fundamento es, porque aquella ley era propria, y pende de su voluntad, la qual puede mudar. Lo mismo se ha se dezir de Obispo, y del qualquiera Prelado, que dispensa en su propria ley.* Ita ille. Sup. hoc suprà in Resl. 7. & infrà in Resl. 39. §. Et Deo.

2. Nota tamen hìc obiter contra Suar. *de leg. lib. 6. c. 18. n. 9.* Valentiam *tom. 2. disp. 7. q. 5. punct. 6.* & alios, Superiorem dispensantem in propria lege, sine iusta causa, non peccare mortaliter, sed tantùm venialiter; secluſo tamen scandalo & graui alterius damno. Et ita docet Layman *in Theol. mor. lib. 1. tr. 4. c. 22. n. 13.* & alij penes ipsum, quibus adde Tannerum *in p. 2. disp. 5. q. 7. dub. 2. n. 29.* quod etiam verum est in petente dispensationem: nam tantùm venialiter peccat; licèt posteà in vsu dictæ dispensationis sine iusta causa obtentæ, nullam culpam, etiam venialem, committat. Et ita ego sentio contra Laym. & Sanch. *de mat. lib. 8. disp. 18. n. 12. & 13.* fretus authoritate Mald. *in p. 2. q. 97. art. 3. dub. 2.* Suar. *de ll. l. 6. n. 14.* Azor. *p. 1. l. 5. cap. 15. q. 3.* & aliorum.

Sup. hoc in duabus præcedentibus, Resl. & in aliis earum primarum annot.

Pro petente dispensationem in Resl. seq. & aliis eius nor. & pro vtente dispensatione sine causa infrà, in Resl. 12. & in aliis eius primæ annot.

RESOL. XI.

An petens dispensationem à Superiore sine causa peccet mortaliter, vel tantum venialiter? Ex part. 8. tract. 3. Resl. 8.

§. 1. REspondeo id non esse mortale ex genere, licèt possit esse mortale per accidens ratione scandali, vel damni Principis, aut aliorum, ita Nauarr. *prælect. 9. num. 12. & cap. 12. n. 37.* Sanchez 8. *de matrimon. disp. 18. n. 8.* Probatur; quia Princeps dispensando sine causa, solùm peccat venialiter ex genere, & per se, vt diximus: ergo & subditus petendo dispensationem solùm peccat venialiter ex genere, & per se; secus per accidens: quo pacto possunt intelligi Petrus Ledesma, & Couarr. *suprà.*

2. Dices, si peccatum, est saltem veniale, dispensationem sine causa petere: ergo qui quotidie expresè petunt dispensationes sine causa à Pontifice concedi, ad euitanda dubia, quæ circa causarum, quæ allegantur, veritatem suboriri solent, peccant. Respondet Sanchez *suprà, & disput. 19. num. vltimo*, quamuis non detur causa ex parte personæ, cum qua dispensetur, dari ex parte Pontificis, qui ad sumptus boni communis taxat aliquam pecuniariam compositionem. Adde, satis magnam causam esse conciliare animos Principum, & nullum dubium relinquere de valore dispensationis: quòd tamen esset, si nollet dispensationem absque causa, quæ narratur, vel tacetur, validam esse. Et ita nostram sententiam præter Doctores citatos, tenet etiam Valentia *tom. 2. disput. 7. quæst. 5. punct. 9.* & Sot. *de iust. lib. 1. quæst. 7. art. 3.* ait forsan non esse culpam lethalem.

Sup. hoc suprà in Resl. 8. §. Ex his facilè. & §. Ex his infertur. ad medium, & in Resl. 9. §. 2. post medium, vers. petere, & in Resl. 10. §. vlt. ad medium, & suprà in tr. 1. Resl. 27. §. vlt. ad lin. 7.

RESOL. XII.

Sup. hæc prima dific. huius tituli suprà in Resol. 9. §. vlt. cursim post medium, vers. & illi vti, & in Resol. 10. §. vlt. post medium, vers. licèt postea, & lege etiã doctrinam Resol. 2. not. seqq. & infrà ex Resol. 55. §. 2. suprà in tr. 1. Resol. 27. §. Con esta opinion.

An vtentes dispensatione à Superiore facta sine causa peccent.

Et an peccet grauius Legislator iniusta dispensatione secum vtendo, quam subditus?

Et an Legislator in tali casu peccet duplici titulo, vno eam non reuocando, dum potest: altero ea vtendo? Ex part. 8. tr. 3. Resol. 9.

§. 1. PEccare saltem venialiter, docet Amicus *tom. 5. disp. 6. sect. 7. n. 109.* Quoniam licèt talis non peccet contra legem humanam, quæ per dispensationem etiam iniustam tollitur, peccat tamen contra legem naturalem, quæ dictat, non debere partem absq; legitima causa à toto discordare. Cæterùm notant huius nostræ sententiæ authores, tale peccatum in subdito non excedere malitiam culpæ venialis. Conueniunt tamen grauius peccare legislatorem, iniusta dispensatione secum vtendo, quàm subditum: tum quia legislator peccat duplici titulo; vno eam non reuocando, dum potest; altero ea vtendo: subditus verò vno tantùm titulo ea contra legem naturalem vtendo. Tum quia grauius est, & rationi difformius, vt caput, quod reliqua membra sua virtute, & exemplo regere, & ad bonum publicum per legis obseruantiam promouere, & animare debet, ab eis discordet, quàm vt vnum priuatum membrum ab alio. Ita ille, cui adde Sanchez *lib. 8. disp. 18. n. 12.* Salas *de legib. disp. 20. sect. 6. n. 52.* Syluium *in part. 2. q. 97. art. 4.* & alios.

Sup. hoc legislatore suprà in Resol. 8. §. Ex his infertur, & infrà late in Resol. seq.

2. Sed mihi magis placet contraria sententia quam tuetur Gordon. *in sum. lib. 2. quæst. 13. cap. 5. n. 4.* Pontius *lib. 8. cap. 14. num. 5.* Suarez *de leg. lib. 6. cap. 19. n. 14.* Vasquez *disput. 178. cap. 4.* Et ratio est, quia non peccat contra legem positiuam, quæ iam non est, neque etiam contra naturalem, quia dispensator non tenetur ex iure naturæ se aliis conformare; habet enim causam legitimam exemptionis, scilicet dispensationem validam, etiamsi illicitè obtentam. In quo est valdè diuersa ratio subditi, & superioris. Superior namque vtens dispensatione sibi sine causa in lege concessa peccat, quia tenetur dispensationem reuocare, & potest: at subdito non incumbit tale onus. Neque etiam esse potest peccatum, quia cooperatur dispensationi iniquè à superiore concessæ, quia solùm cooperatur, cùm petit, petita iam, & concessa vtitur illa, qui vsus non videtur specialiter esse prohibitus.

RESOL. XIII.

Superius in Resolutionibus positis in annot. 1. Resol. Præteritæ, & in ipsamet Resol. Sup. hoc in Resol. præterita ad lin. 9. & suprà in Resol. 8. §. Ex his infertur.

An si Superior sine causa secum dispensaret esset licitus vsus talis dispensationis, vt de subdito superius diximus? Ex part. 8. tr. 3. Resol. 10.

§. 1. REspondet negatiuè Granad. *in part. 2. controuers. 7. tr. 3. part. 2. disp. 17. sect. 3. n. 28.* & ita asserit, quòd si sine causa superior secum dispensauisset in lege, non posset licitè vti illa; quia semper manet obligatus, saltem ex vi iuris naturalis ad seruandam legem, ita vt caput concordet cum membris, quæ adhuc tali lege obligabantur; si verò dispensasset cum subdito, posse istum licitè, vti dispensatione; quia iam verè exemptus est à lege pro tempore, quo durat dispensatio, & nec est in eius potestate reuocare dispensationem, nec ad ipsum spectat obligatio concordandi cum cæteris subditis legem obseruantibus, nisi fortè per accidens, quando inde oriretur scandalum, aut aliud damnum, quod subditus vitare teneretur. Ita Granad. cui adde Vasquez *disp. 178. c. 4.* Salas *de legib. disp. 20. sect. 5. num. 60.* & Suar. *lib. 9. cap. 19.*

2. Putant igitur hi Doctores hanc legislatoris dispensationem esse inutilem, & nullam, tum quia tenetur iure naturali, quoties causa non excusat, seruare suam legem. De hoc autem iure dispensandi potestate caret; tum quia hæc naturalis lex, est huic legislatori lex superioris: de lege autem superioris non potest, vti *suprà* dixi, inferior dispensare sine causa; ergo sic dispensans, dispensaret de lege non sua: quod sine causa irritum esset.

3. His tamen non obstantibus, contrariam sententiam tenet Amicus *tom. 5. disp. 6. sect. 7. n. 105.* cum Caiet. *in part. 2. quæst. 96. artic. 5.* Probat hanc suam sententiam; nam alioqui deterioris conditionis foret Princeps, quàm ipsi subditi. *Secundò*, quoniam, vt ipsemet Suar. concedit, si lex sit de irritando aliquo contractu, vel inhabilitanda persona, tales effectus non incurruntur à Principe iniustè secum dispensato. Velut si Pontifex sine causa secum dispensaret in matrimonio, & in gradu iure humano prohibito, tale matrimonium à Pontifice contractum esset ratum, & validum etiamsi contra legem naturalem peccaret, non conformando se vt caput reliquo corpori. *Tertiò*, quoniam eodem modo ab obligatione legis sit immunis Princeps sine causa dispensatus, ac ipse subditus: ergo si valida est dispensatio subditi sine causa data, valida etiam erit dispensatio Principis sine causa secum facta. Consequentia patet: nam validitas dispensationis rectè colligitur ex liberatione à lege: quemadmodum è contra, inualiditas dispensationis colligitur ex non liberatione à lege. Antecedens probatur: nam non ideò subditus sine causa dispensatus liberatur à lege, quia illam non seruando, culpam & reatum pœnæ non incurrat, cùm hæc incurrat vi legis naturalis, quæ per sublationem humanæ non tollitur: sed quia non incurrit proprios effectus legis humanæ, qui sunt obligare ad determinatam pœnam, irritare actus, inhabilitare personas, & huiusmodi. Atqui hæc eodem modo non incurruntur à Principe sine causa secum dispensato, atque ab ipso subdito: ergo eodem modo Princeps, ac subditus sine causa dispensatus est immunis à lege; Vt si Princeps sine causa secum dispensaret in solemnitate testamenti, vel Papa in matrimonio, eodem modo in vtroque Principe actus esset ratus, & validus, atque in subdito sine causa dispensato.

4. Confirmatur; quia nullus assignari potest effectus legis humanæ, quem incurrat Princeps sine causa secum dispensatus, & non incurrat subditus etiam sine causa dispensatus: igitur non minus valida dispensatio Principis cum se ipso, quàm cum subdito sine causa facta. Antecedens probatur: nam effectus legis humanæ, est violatio iuris humani, si ea non seruetur, in obedientia, incursio taxatæ personæ, irritatio actus, inhabilitatio personæ: nullum autem ex his effectibus incurrit Princeps sine causa secum dispensatus, sed effectus dumtaxat legis naturalis, qui sunt culpa, & reatus pœnæ in communi, si violetur: ergo.

5. Ad fundamentum Suarez, concedo Principem ad propriam legem seruandam non obligari immediatè à sua voluntate, sed à lege naturali, & rationis dictamine, cui per iniustam dispensationem non derogatur: nego tamen hinc sequi, non posse validè secum sine causa dispensare, vti potest cum subditis, ob rationes *suprà* assignatas: sed ad summum hinc tantùm sequi, Principem, siue in propria lege secum dispenset, siue non dispenset, eam non seruando, nunquam eos effectus incurrere, qui pendent ex pura lege

lege humana, & voluntate ipsius legislatoris cuiusmodi sunt certa pœna, actus irritatio, inhabilitas personæ, &c. quod probabile, quamquam hæc ipsa non obseruatio propriæ legis secum inuoluit implicitam saltem dispensationem. Hucusque Pater Amicus, cui ego addo Gordonium *in summa lib. 2. q. 1. c. 5. n. 3.* cuius verba hîc non grauabor apponere; sic enim ait: Sanè obligatio Principis per legem propriam in radice quidem sua, naturali rationi consona est: ægrè tamen euinci potest hanc obligationem esse merè naturalem, & propriè sic obligare: nam vt commemoraui *q. 9. num. 31.* non obtemperare legi ciuili, cùm subditus eam transgreditur, est contra rectam rationem naturalem; non tamen licèt inferre hanc transgressionem esse propriè contra legem naturæ: lex enim humana ibi se habet, vt causa proxima, & secunda; ita vt si non poneretur, non sequeretur effectus & culpa. Ita ergo in præsentia æquitati naturali consonum est, vt Princeps sine causa non discordet à lege sua: si tamen aliter faciat, transgressio est legis humanæ positiuæ; planè in subdito operante contra legem sui superioris: nec iustum aliquod inter hos discrimen profertur, quod etiam modo notaui *quæst. 6. n. 4.* legem quidem naturalem concurrere cum omni oblatione, & iusta lege: sed hoc tantùm est generali quadam ratione attingere illarum legum effectus, & mediatè: manet ergo, legislatorem secum validè quidem dispensare sine causa; tamen malè, *q. 9. num. 49.* vt cùm dispensat malè cum subdito. Ita Gordonus. Et ideò ego huic sententiæ libenter adhæreo.

RESOL. XIV.

Quanam sint causæ iustæ ad dispensandum? Ex part. 8. tract. 3. Resol. 7.

§. 1. Respondeo, quòd causa, quæ dispensationem licitam reddit, duplex est.

Altera intrinseca, quæ fundatur in aliqua oppositione ad ipsam obseruantiam legis, reddens illam aut difficilem & onerosam, aut moraliter impossibilem, vt debilitas corporis reddit ieiunij obseruantiam grauem & difficilem; abstinentia à carnibus die Veneris, aut Sabbati in eo qui alios cibos ad comedendum non habet, redditur moraliter impossibilis. Vnde iuxta priorem modum lex dicitur negatiuè cessare, quoniam etsi possit eius non obseruantia hominem excusare, ipsius tamen obseruantia non redditur iniqua, cùm adhuc licitè possit, ac sæpè debeat seruari, donec accedat superioris dispensatio. Iuxta posteriorem modum dicitur lex cessare contrariè, quia nimirum eius obseruantia redditur illicita, & contraria fini atque intentioni legis, ad cuius obligationem tollendam non est opus superioris dispensatione, sed sufficit epikeia & interpretatio.

2. Altera causa, quæ dispensationem licitam reddit, est extrinseca, desumiturque ex variis circumstantiis, tum personæ, cum qua dispensatur, velut ex eius necessitate, vtilitate, virtute, nobilitate: vnde Trid. *sess. 25. cap. 18. de reform.* monet, in dispensationibus concedendis personarum delectum habendum esse: tum personæ dispensantis, ad ostendendam videlicet suam erga subditos clementiam, & liberalitatem: tum Reipublicæ, cultusque diuini, in cuius incrementum & promotionem omnis dispensatio redundare debet.

3. Porrò quæuis causa ex enumeratis sufficiens est, ad licitam & iustam reddendam dispensationem, quinimmo & aliquando debitam. Quocirca duplex distinguitur in iure dispensatio: altera debita, altera gratiosa, seu gratuita, vt constat ex *c. quanto à nobis 2. q. 4.* vbi *debita*; & ex *c. didici 1. q. 7. & c. Apostolicæ, de Clerico excom. & c. licet, de electione in 6.* vbi dispensatio appellatur *gratia*. Cæterùm dispensatio potest esse debita, vel ex præcepto, si ad eam concedendam ius, aut superior præceptiuis verbis vtatur, secus si solùm vtatur verbis permissiuis: vel ex iustitia, si illa necessaria censeatur ad publicum bonum Reipublicæ, aut priuatam vtilitatem spiritualem subditi petentis: vel ex misericordia, & charitate, quæ in graui periculo damni spiritualis, aut temporalis obligat superiorem ad dispensandum. *Gratiosa* est, quæ etsi aliquam iustam causam habeat, non tamen superiorem cogit ad eam concedendam; cùm nimirum illa non censetur necessaria ad aliquod notabile damnum spirituale, aut temporale subditi vitandum. Et hæc omnia docet Amicus *tom. 5. disp. 6. sect. 6. n. 78. & 79.* cui adde Granado *in part. 2. controuers. 7. tr. 3. sect. 3. n. 25.* & Salas *de legibus, d. sp. 20. sect. 8. n. 75.*

Sup. hoc in Res. seq. lege §. Sed si seqq.

SECTIO XV.

An quando intercedit iusta causa, teneatur Superior ad dispensandum?

Et etiam quæritur, quando dispensatio est debita, & quando est gratia.

Et explanatur, quod in quatuor casibus dispensatio est debita, extra quos non erit debita, sed gratia.

Et infertur, quod teneatur Episcopus dispensare cum Clerico, nè resideat ratione studij, & in denunciationibus matrimonij, & interstitiis, & aliis similibus. Ex part. 8. tr. 3. Res. 27.

§. 1. Affirmatiuè respondet Sancius *in select. disput. 43. n. 8.* & alij, quos citat Sanchez *de matr. l. 3. disp. 10. n. 2.* quia potestas dispensandi commissa est Prælatis in bonum Reipublicæ, & subditorum: ergo si causa iusta adest exercendi hanc potestatem, videtur Prælatus teneri illam exercere; aliàs contra debitum sui muneris faceret. Ita Suarez *de legibus, lib. 6. c. 18. n. 20.* Salas *disp. 20. sect. 7. n. 70.* Sanchez *de matr. lib. 3. disp. 10. n. 6.* Sancius *in select. disp. 43. n. 8.* Sed respondeo non semper existente iusta causa, dispensationem esse debitam, sed quandoque esse gratiam.

Sup. hoc supra in tr. 1. Res. 101. §. Verum. sed lege ibi à §. Sed quidquid.

2. Sed si quæras quando dispensatio est debita, & quando gratia? Respondetur in quatuor casibus esse debitam, extra quos non erit debita, sed gratia. *Primò*, quando ius disponit, ac præcipit, vt existente tali causa concedatur dispensatio, seu debeat Prælatus dispensare, tunc enim erit debita dispensatio, vt *in d. can. Domino sancto*, vbi id notant gloss. & Turrecrem. Quando verò ius solùm concedit, vt possit dispensari, non est debita dispensatio, vt notant Doctores *in d. §. de adulteriis*, ex ipso textu. Similiter potest esse debita dispensatio per præceptum ab homine, vt dispensationibus, quas concedit Pontifex, remittens causas Ordinariis, vel discreto Confessario, mandans, vt dispensent, si preces veritate nitantur, tunc enim, impleta conditione, dispensatio est debita.

Sup. hoc, & seqq. in hac Res. in Res. præterita §. vlt. paulo post initiū, vers. Cæterum.

3. *Secundò*, quando est necessaria ad commune bonum, vel vitandum publicum scandalum, vel quid simile. Ita notatur *in can. cùm constitueretur, dist. 50.* vbi gloss. & Turrecrem. *n. 9.*

4. *Tertiò*, quando fuerit necessaria ad spirituale bonum postulantis, vel ad vitandum graue periculum animæ. Quia Prælatus ex officio tenetur prouidere in his casibus saluti subditi.

5. *Quartò*, si subditus grauiter ea dispensatione indiget ad vitandum aliquod graue damnum in persona, vel aliis rebus temporalibus, & sine dispendio

potest illi concedi; tunc enim Prælatus tenetur, saltem ex charitate, eam dispensationem concedere.

6. Ex his infertur, quòd tenetur Episcopus dispensare cum Clerico, ne resideat ratione studij, ex *cap. cum ex eo, de elect. in 6.* quia *ibi* apponitur hæc causa, ex qua potest dispensari; sic relato Ioanne Andrea, Decio, Francos docet Sanchez, Suarez, & Salas *suprà*. Item tenetur dispensare in denunciationibus matrimonij, si probatur adesse suspicionem malitiosi impedimenti. Item in interstitiis, si id vtilitati Ecclesiæ viderit expedire, ob eandem rationem.

RESOL. XVI.

An saltem delegatus teneatur dispensare, si adsit causa sufficiens.

Et an excusentur Regulares nolentes dispensationes votorum concedere pœnitentibus virtute suorum priuilegiorum?

Et quidè, si priuilegium sit concessum in fauorem pœnitentis, vt est priuilegium Bullæ Cruciatæ, & Iubilæi? Ex part. 8. tract. 3. Resol. 28.

Sup. hoc pro Bulla Cruciatæ, & priuilegiis Regularium in tom. 4. tr. 3. Res. 72. per totam.

§. 1. REspondeo, quòd Sanchez *in summa, tom. 1. lib. 4. c. 5 4. n. 12.* loquens de voto distinguit inter Delegatos habentes priuilegium dispensandi in sui fauorem concessum, vel in fauorem dispensaturi. Et de habentibus priuilegium in sui fauorem, negat teneri dispensationem concedere postulanti, eo quòd nemo teneatur suo priuilegio vti, & sic excusat Regulares nolentes dispensationem votorum concedere pœnitentibus, quia ipsi non astringuntur vti suo priuilegio: at si priuilegium concessum sit in fauorem pœnitentis, vt est priuilegium Bullæ, & Iubilæi, affirmat teneri electum Confessarium dispensationem concedere, quia pœnitens petit ius ex priuilegio sibi concessum.

2. Sed aliter existimat esse in hac parte distinguendum, aut enim loqui possumus de Confessario, antequam pro dispensatione votorum, vel impedimentorum illum eligat, vel facta electione, & ab ipso acceptata; si post factam electionem, & acceptationem deneget tibi Confessarius dispensationem, pro qua obtinenda causam iustam habes, infidelis est, & iniustus; quia iam quasi ex iustitia ratione acceptatæ electionis obligatus est concedere. Et hoc siue concedenda sit dispensatio ex priuilegio in tui fauorem concesso, vel in fauorem dispensantis. Quia iam ipse priuilegiatus se ipsum obligauit vti priuilegio suo, eo quòd electionem acceptauerit. Verùm si loquamur antequam ipse Confessarius acceptet electionem sui ad dispensationem concedendam, nullo modo tenetur tibi dispensationem concedere, etiamsi confessionem audiat, quia priuilegium concessum per Bullam, non est ad erectandum Confessarium ad dispensationem concedendam, sed est priuilegium concedens facultatem dispensandi Confessori volenti, non renuenti; aliàs quilibet Sacerdos approbatus requisitus per Bullam teneretur confessionem cuiuslibet pœnitentis, qui illum requirit, auscultare: quod est sine fundamento dictum.

RESOL. XVII.

An causa dispensationis debeat esse manifesta iusta, an potius sufficiat causa iusta dubia?

Et an idem dici possit, quando Superior dispensat in causa tantum probabili?

Et quid, quando dubium est, an causa aliqua dispensandi existat? Ex part. 8. tr. 3. Res. 29.

§. 2. REspondeo quod Ioannes Medina *C. de Pœnitent. quæst. de dispensatione super Confess. reuel. ad finem*, & Bonacina *de legibus, disput. 1. q. 2. punct. 3. n. 7.* asserunt peccare dispensantem, quando causa non est mani ste iusta, non tamen explicant, an dispensatio sit v. ida, necne.

2. Sed contrariam sententiam, & rectè, docet Merolla *tom. 2. disputat. 4. cap. 6. dub. 3. dissic. 1. numer.* 307. Quia in eo dubio est in benigniorem partem inclinandum, & credendum est, facultatem superiorum extendi etiam ad causam dubiè iustam, hoc enim videtur petere bonum, & suaue Ecclesiæ regimen, esset enim multis scrupulorum occasionibus exposita potestas, si ad causas solas certò iustas extenderetur, & vix auderent superiores dispensare. Sic docent Syluester *verb. Dispensatio, quæst. 14. numer. 20. in fine.* Palacios *in 4. dist. 38. disp. 3. vers. Est igitur dispensatio.* Sanchez *lib. 4. summ. cap. 45. n. 10.* Si verò non versaretur dubium circa causæ sufficientiam: sed an causa aliqua dispensandi existeret, non posset dispensare. Quia potestas dispensandi necessariò exigit causam, atque adeò extendi non debet ad dubium, an sit aliqua causa, nec recta Ecclesiæ gubernatio petit eam potestatem, sicut petit, quando constat de causa, & de sola eius sufficientia dubitatur; vt benè inquit Sanchez *loco citato.* Sed quidquid sit de hoc, certum est, subditum esse tutum in conscientia, si dubius de causa, rem totam exponat superiori, si ille dispenset. Quia suum non est iudicare, an in rei veritate causa adsit, sed superioris iudicio stare potest, ergo, &c. Et ita respondendum est ad propositam quæstionem, in tali casu dispensationem non solùm esse validam, verùm etiam superiorem nullo peccati vinculo se astringere. Et ita hanc sententiam tenet etiam Amicus *tom. 5. disp. 6. sect. 6. num. 81.* vbi sic ait. Quòd si superior de iustitia causæ dubitet, an licitè dispensare possit. Negant aliqui, eo quòd superior exoneret se periculo dispensandi sine iusta causa. Affirmant, & quidem probabiliùs alij, inter quos Sanchez *in summa, tom. 1. lib. 4. cap. 45.* Ratio, quoniam in dubio præsumendum est, superiorem concedere facultatem dispensandi inferiori, cùm hoc postulet prudens, & discreta gubernatio ad tollendos superiorum scrupulos. Confirmatur; nam in casu dubio reseruato præsumitur superior (vt communior fert opinio) facultatem concedere inferiori ab illo absoluendi: ergo etiam in causa dispensandi dubia. A fortiori id sequitur, si superior in sua lege dispenset, eò quòd in causa dubia inclinare debet in benigniorem partem subditi petentis. Cæterùm intelligendum est de dubio speculatiuo, non autem practico. Nam qui in causa dubia dispensat, debet practicè iudicare, licitum sibi esse in tali casu dispensare: alioqui peccaret in dubiis dispensando, iuxta ea, quæ de conscientia dubia disputata sunt; *tomo.* Ad fundamentum oppositæ sententiæ respondeo idem dici posse, quando superior dispensat in causa tantùm probabili, cùm tamen omnes concedant, in causa probabiliter iusta licitè posse superiorem dispensare. Ratio est, quia dubio futuræ dispensationis sine iusta causa præualet certa vtilitas tum spiritualis quietis superioris dispensantis, tum spirituale, vel temporale bonum dispensandi. Ita Amicus, cui ego, vt dixi prorsus adhæreo.

Sup. hoc in duabus Res. seqq. & in tom 4. tr. 6. Res. 3. §. 2. in principio.

RESOL. XVIII.

An Superior possit dispensare in dubio, si causa sit iusta.

Et docetur pro praxi, cum dubitatur, an sine dispensatione

satione teneatur quis ieiunare, vel aliam legem seruare, eo ipso esse sufficientem causam ad dispensandum, nec opus esse aliqua commutatione. Ex part.4. tr.3. Resol.44.

§.1. REspondeo affirmatiuè cum Sanchez *in summa tom.1.lib.4.c.44.n.10.* vbi sic ait: Quia in benigniorem partem est in eo dubio inclinandum, & credendum, facultatem Superiorum esse in hoc dubio, id enim petit bonum, & suaue Ecclesiæ regimen, esset enim multis scrupulorum occasionibus exposita potestas. Si ad causas solas certas extenderetur, & vix auderent Superiores dispensare. Et ita hanc sententiam tenet etiam Syluester *ver. dispensatio quæst.* 14. vbi agens de Prælatis Regularium, quibus permittitur dispensare in regulis, sic ait: Dispensare possunt quando eis constat de causa legitima, & etiam si dubitent, quia ad clementiorem partem declinandum est. Ita Sanchez, licèt contrariam sententiam teneat Bonacina *de legib. disp. 1. quæst. 2. punct. 3. num.7.* Verùm mihi placet opinio affirmatiua, quam præter Sanchez, & Sylueſtrum tenet Caietanus *in 2. 2.quæst.147. art.4. in principio*, & nouissimè Iacobus Granado *in 1. 2. D.Thomæ contr.7. tract.2. disp 6. sect.1. n.2.* vbi etiam cum aliquibus iunioribus docet, cùm dubitatur an, sine dispensatione teneretur quis ieiunare, vel aliam legem seruare, eo ipso esse sufficientem causam ad dispensandum, nec opus esse aliqua commutatione.

Sup.hoc in cas.6. Resol.2. & 3 remitte à principio, & multis eius primæ not. vide conclusionem.

RESOL. XIX.

An licite possit Prælatus dispensare, quando dubitat, vtrum causa dispensationis sit iusta? Ex part. 1. tr. 10. Resol.31.

Sup.hoc in 2 dubio præcedentibus Resol. in cas.6. Resol.3.4. in principio.

§.1. NEgatiuè respondet Bonacin. *de legib. disp.1. q.2.punct. 3. n.7.* quia fieri potest, vt causa re ipsa non sit sufficiens: sed qui periculo se exponit dispensandi sine iusta causa peccat: ergo, &c.

2. Hæc opinio est probabilis: sed contrariam probabiliter docet Sanchez *in sum. tom.1. lib.4. cap.45. n.10.* quia in benigniorem partem est in dubio inclinandum; & credendum est, facultatem Superiorum esse in hoc dubiam: id enim petit bonum, & suaue Ecclesiæ regimen: esset enim multis scrupulorum occasionibus exposita potestas, si ad causas solas certas extenderetur, & vix auderent Superiores dispensare. Ita ille. Et hanc opinionem docuit etiam doctissimus Sylueſter *verb. dispensat.p.14. n.10.* vbi agens de Prælatis Regularibus, quibus permittitur dispensare in Regulis, sic asserit: [Dispensare possunt, quando eis constat de causa legitima, & etiam si dubitent: quia ad clementiorem partem declinandum est.] Hæc doctrina est valdè attendenda: quia multi scrupuli ex illa tolli possunt.

RESOL. XX.

An inferior possit dispensare in lege Superioris, quando dubitat, an casus egeat dispensatione? Ex part.8. tr.3. Resol.72.

Sup.hoc in Resol.& in Resol. post signan. 3. 2. & tione tom.2. tr. 1. Resol.131.§. vltimo. hic in.

§.1. REspondeo, quòd quidem si dubium sit positiuum, non excludens probabilitatem, certum esse debet posse dispensandum absque dispensatione operari, nulli enim morali periculo se exponit, sequens opinionem probabilem. Sic Bonacina *disp.1. q.2. punct. 1. n.18.* & multis relatis Barbosa *2. part. de potestate Episcopi, allegat. 35. num.18.* At si dubium sit negatiuum, neque valet iudicium probabile efformare, tibi dispensationem superuacaneam esse in tali casu, existimat Bonacina *supra*, dispensationem petendam esse à Sede Apostolica, ne te expenas periculo faciendi contra legem superioris, & quia praxis ita obtinuit.

2. Sed istam Bonacinæ sententiam impugnat Castrus Palaus *tom.1. tractat. 3. disp.6. punct.5. num.10.* & asserit. Si æquè dubium sit, an casus indigeat, vel non indigeat dispensatione, reputandum esse non indigere; quia tunc est præsumptio pro libertate, neque alicui morali periculo faciendi contra legem exponeris; si verò inclines te indigere dispensatione: adhuc existimo te reputari posse non indigere illa, quia non debes censeri lege adstrictus, quousque de lege tibi certò moraliter constet. Concesso tamen gratis in illo dubio tibi esse necessariam dispensationem, existimo Episcopalem sufficere: tum quia non videtur Pontifici reseruatus casus dubius, sed certus: tum quia potestas dispensandi latè est interpretanda. Ita Paulus. Et quo ad hoc vltimum idem docet ex Sà Salas *de legibus, disp.20. sect.3.n.28.*

frà lege doctrinam Resol. 78. & alterius vers. eius primæ not. quamuis ibi sit quæstio de dubio valore voti.

Sup.in Resol. 1.not.præteritæ §.3.ad medium.

Sup.hac potestate sup. in Resol.1. §. vlt.à medio, & infrà in Resol.22. curasim in §.2. propè finem, & in Resol.49. & in alio §. earum annotationum.

RESOL. XXI.

An Episcopus, v. g. quando dubitat, an res egeat dispensatione, possit in lege Superioris dispensare? Ex part.4.tr.3. Resol.46.

Sup. hoc in Resol.præterita, & in aliis eius primæ annot.

§.1. AD hanc dubitationem respondet Bonacina *de legibus disp.1. quæst.2.punct.1.n.18.* distinguendo, vel probabiliter ait: Opinamur rem non indigere dispensatione, & tunc non est necesse dispensationem petere à Summo Pontifice, vel Episcopo, quia licitum est sequi opinionem probabilem deposito practicæ dubio; vel non probabiliter opinamur, sed practicè dubitamus opus esse dispensatione, & tunc cèseo petendam esse dispensationẽ à Sede Apostolica. Et ratio est, tũ quia non debemus exponere nos periculo delinquendi contra legẽ Superioris, in qua Episcopus exceptis quibusdam casibus dispensare non potest: tum quia praxis in oppositum extare videtur, Ita ille.

2. Sed ego contrariam sententiam probabiliorem esse censeo, quam tuetur Castrus Palaus *tom. 1. tr.3. disp. 6. punct. 5. num.10.* Layman *lib. 1. tract.4. c.22. num.4.* Emanuel Sà *ver. dispensatio, num.1.* Barbosa *de potest. Epis. part. 2. allegat. 35. n.19.* & alij penes ipsos. Ratio est, quia in tali casu adest præsumptio pro libertate, neque alicui morali periculo faciendi contra legem exponeris; & etiamsi inclines te indigere dispensatione, adhuc existimo te reputari posse non indigere illa, quia non debes censeri lege adstrictus, quousque de legẽ tibi certò moraliter constet. Concesso tamen gratis in illo dubio tibi esse necessariam dispensationem, existimo Episcopalem sufficere; tum quia non videtur Pontifici reseruatus casus dubius, sed certus; tum quia potestas dispensandi latè est interpretanda. Sic Castrus Palaus *loco citato.*

Sup.hoc in Resol.præterita ad medium §.2.

RESOL. XXII.

Quando casus dubius egeat dispensatione?

Et an Episcopus possit dispensare in lege Pontificia, quando dubium est, an casus egeat dispensatione?

Et an Prælatus inferior possit dispensare in legibus Superioris. Si ei interdictum non sit?

Et an Episcopus possit in sua Diœcesi, quidquid potest Papa pro tota Ecclesia, nisi à pontifice prohibeatur? Ex part.3. tract.6. & Misc.2. Resol.82.

§. 1. HIc casus frequenter potest accidere, & quidem si dubium sit positiuum, non excludens probabilitatem, potest dispensandus absque dispensatione operari; nam sequitur opinionem probabilem. Ita Barbosa *de potest. Episc. part. 2. alleg. 35. n. 18.* difficultas verò est, quando dubium est negatiuum, & iudicium, affirmare quis non potest dispensationem superuacaneam esse; & quidem in hoc casu Bonacina *de legib. disp. 1. q. 1. punct. 1. n. 18.* putat dispensationem petendam esse à Pontifice.

Sup. hoc suprà in Res. 20. & 21. & in aliis positis in annot. prima Res. 1. huius annot.

2. Sed Castrus Palaus *in opere morali, tom. 1. tr. 3. disp. 6. punct. 5. n. 10.* existimat, quòd si æquè dubium sit, an casus indigeat, vel non indigeat dispensatione, reputandum esse non indigere, quia tunc præsumptio pro libertate; si verò inclines te dispensatione indigere, adhuc existimat te reputari posse non indigere illa; quia non debes censeri aliquo præcepto seu lege obligatus, si de lege non aliter certò non constet. Sed dato, & concesso, quòd in tali dubio necessaria sit ad rectè operandum, dispensatio Episcopalis sufficit; quia Pontifici non videtur reseruatus casus dubius, & potestas dispensandi latè est interpretanda. Ita Barbosa *vbi suprà, n. 19.* Emanuel Sà *ver. dispensatio, n. 1.* & hanc sententiam probabilem esse docet Salas *de leg. disp. 103. n. 28.* & loquens de voto reseruato docet Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 6. c. 26. n. 6.* & Sanchez *in summa, tom. 1. lib. 4. c. 49. n. 26.*

Sup. hac potestate in fine Res. 1. not. præteritæ, &c.

3. Notandum est hîc obiter, vt *suprà* etiam cursim adnotauimus, aliquos docere, Prælatum inferiorem posse dispensare in legibus Superioris, si ei interdictum non est. Ita D. Antonius *part. 1. tit. 17. §. 20.* Sotus *in 4. dist. 27. q. 1. art. 4. §. at quo tandem* Couarruu. *in cap. alma mater, part. 1. §. 7. n. 8.* & alij. Et hanc sententiam probabilem esse putat Bonac. *de legib. disp. 1. q. 2. punct. 1. n. 27.* & alij, & faciunt pro hac sententia Sanch. *de mat. tom. 1. lib. 1. disp. 61. n. 3.* & DD. quos citat Barbosa *de potest. Episc. part. 2. alleg. 33. n. 17.* asserentes Episcopum in sua Diœcesi posse quidquid potest Papa in tota Ecclesia, nisi à Pontifice prohibeatur.

Sup. hoc infrà in Res. 24. & 25. & lege etiam doctrinam Res. 23. & ex Res. 27. §. Probatur, ad medium, &c.

Et sup. hoc, quod hîc asseritur de Episcopis infrà in Res. 27. & in aliis Res. & §§. eius primæ not.

4. Verùm ego contrariæ sententiæ tanquam probabiliori adhæreo, quam tuetur Gutierr. *in qq. can. lib. 1. c. 5. n. 10.* Suarez *de legib. lib. 6. c. 24. n. 4.* Basilius Ponsius *de matrim. lib. 8. c. 6. n. 1.* Salas *de legib. disp. 20. sect. 3. n. 20.* Barbosa, & Bonacina *vbi suprà*, & colligitur *ex cap. cùm inferior, de maior. & obedien. & ex Clem. Ne Romani, de elect.* vbi cauetur inferiorem non posse superioris iura mutare. Adde quòd plures sunt irregularitates, & inhabilitates à iure statutæ, in quibus nequeunt Episcopi ex proprio munere dispensare, etiam si non inueniantur prohibitæ.

RESOL. XXIII.

An possit Episcopus dispensare in lege Pontificia, quando in ea dispensare posse conceditur, non tamen cui concedatur?

Et aliqua alia notabilia circa hoc in textu huius Resolutionis explanantur. Ex part. 8. tr. 3. Res. 18.

Ad elucidandam doctrinam huius Res. lege duas Res. seqq. & §. Notandum, Res. præteritæ, & infrà ex Res. 27. §. Probatur, ad medium, vers. Vnde, & inferius in tr. 3.

§. 1. HAnc quæstionem clarè, & doctè pertractat Amicus *tom. 5. disp. 6. sect. 5. n. 63. & seqq.* vbi sic asserit. Quotiescumque in canone, seu lege superioris additur, *nisi in ea dispensetur*, nec explicatur, à quo facienda sit dispensatio: tacitè censetur superior facultatem dispensandi inferiori Prælato concedere, hanc regulam tradunt communiter Theologi, Canonistæ. Ratio regulæ est, quoniam nullum debet esse verbum in lege, aut canone, quod suum effectum non habeat. At nisi verbum *nisi dispensetur*, in lege, vel canone superioris positum, intelligatur per Prælatum inferiorem, nullum habebit effectum: ergo. Maior patet; quia nullum verbum otiosum ac frustraneum præsumitur legislator in sua lege ponere. Minor probatur; quia cùm certum sit, per superiorem in tali lege, vel canone dispensare posse, frustrà tale verbum in ea poneretur, nisi per illud legislator intelligeret, potestatem dispensandi inferioribus Prælatis concedere. Ab hac regula.

Sed ego, & vide etiam aliam Res. eius secundæ not.

2. Excipitur *primò*, nisi lex, vel canon superioris astringat solùm Prælatum inferiorem: quia tunc non videtur esse mens superioris, vt ipse Prælatus inferior possit secum ipse in propria causa dispensare. Nam licèt hoc non repugnet, vt *suprà* ostensum est; non est tamen absq; vrgente causa admittendum. Vnde consultius esse diximus, si id semper per alium fiat. Dixi *solum Prælatum*: quia si simul cum Prælato astringat etiam communitatem, non dubito, quin possit tunc superior directè dispensando cum tota communitate, indirectè etiam & mediatè dispensare secum.

3. Excipitur *secundò*, nisi canon sit solius Pontificis, & non etiam alicuius Concilij Generalis, cuius decretis vt derogetur, necessaria est expressa mentio: nec sufficit tacita & implicita Pontificis concessio, vt ordinaria praxis docet, & communiter testantur Doctores, qui legi possunt apud Henriquez *lib. 7. de Indulgent. c. 27. n. 3. in comment. sub littera S.* & Sanchez *lib. 3. de matrimon. disp. 26. n. 7.*

4. Cæterùm etsi omnis casus, etiam Concilij Generalis, à Pontifice dimanet, aliquis tamen peculiariter tribuitur Pontifici, aliquis Concilio, ratione originis, ex qua eius materia ortum ducit. Etenim si ortum ducit ex Pontifice, quia nimirum Pontifex fuit primus, qui canonis materiam Concilio discutiendam proposuit, dicitur canon, seu lex Pontificis: contrà verò si ortum ducit ex Concilio, quia Concilium eius canonis materiam primò examinandam ac definiendam proposuit, dicitur lex, seu canon Concilij, esto firmitatis robur accipiat à Pontifice: signa autem ex quibus dignosci possit, quæ decreta originem ducant ex Pontifice, quæ verò ex Concilio, hæc esse possunt. Quando Pontifex legem seruandam proponit, nulla mentione facta Concilij, tunc signum est, illam proponere vt suam; quando verò illam seruandam proponit authoritate Concilij, vult vt acceptetur tanquam lex Concilij. Verum illam proponit his verbis: Sacro approbante Concilio: authoritate sacri Concilij decernente nobiscum sacro Concilio: definimus eum, vel ex consilio Concilij; quoniam, vt optimè cum aliis aduertit Sanchez *lib. 8. de matrimon. disputat. 5. num. 11.* consensus, cùm sit actus voluntatis, importat immediatum influxum in legem per modum obligantis. Consilium, cùm sit actus intellectus, importat remotum dumtaxat influxum in legem per modum tantùm dirigentis & consulentis. Præterea quando in ipsa canonis subscriptione additur, *ex Concilio*, originem trahere censetur ex Concilio: nam particula *ex*, proximam causam denotat. Secus si dicatur, *in Concilio*; quia tunc si Concilio interfuit Pontifex, originem duxisse censetur ex ipso Pontifice, solúmque per huiusmodi verba significatur, illum editum fuisse in Concilio.

5. Contra hanc exceptionem sentit Sanchez *citata disputat.* qui non obstante, quòd ipse putet decretorum Concilij Generalis faciendam esse expressam mentionem, vt illis derogare censeatur: adhuc tamen docet, posse Episcopum dispensare in canone, quando Pontifex concedit in eo dispensari posse, etiamsi talis canon originem ducat ex Concilio, eúmque Concilij authoritate seruandum proponat: alioqui frustraneè, inquit, adderentur ea verba, cùm nullum haberent effectum. Sed dicendum cum aliis, ea verba poni, ne sit postea opus speciali mentione Concilij,

Concilij, quando Pontifex talis decreti dispensationem concedit.

6. Excipiunt *tertiò* aliqui, quando lex, vel canon iniungit pœnam, quæ à solo supremo Principe iniungi potest: nam tunc sicut solius supremi Principis est, pœnam imponendo damnare: ita eiusdem solius erit, pœnam tollendo, absoluere, cùm eius sit soluere, cuius est damnare. Hanc tamen exceptionem cum Alciato reiicit Sanchez *lib. 8. de Matrimon. disput. 5. n. 4.* Ducitur eodem fundamento: quia aliàs verbum, *nisi dispensetur*, frustra poneretur. Sed dici posset illud poni ad facilius impetrandam ab ipso supremo Principe dispensationem. Et hæc omnia docet Amicus *loco citato*, cui ego addo Merollam *tom. 2. disput. 4. c. 6. dub.* omnino videndum; qui optimè materiam hanc examinat.

RESOL. XXIV.

An Episcopus iure Ordinario possit dispensare in lege Concilij, seu Summi Pontificis, quoties facultas dispensandi non adimitur? Et notatur, quod quando Concilium, seu Summus Pontifex censuræ absolutionem non reseruat, potestatem Episcopis absoluendi ab illa videtur concessisse. Ex part. 3. tr. 5. & Misc. 2. Resol. 23.

§. 1. NEgatiuam sententiam docent communiter Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 2. disput. 40. num. 1. & tom. 2. lib. 7. disput. 7. num. 6.* vbi sic asserit. Eo ipso quòd lex editur à Pontifice vel Concilio, nec conceditur dispensatio, nequit Episcopus dispensare, sed censetur reseruata dispensatio, propter id principium generale, quòd inferior nequit in lege superioris dispensare. Ita Sanchez, & nouissimè Vgolinus *de potest. Episc. cap. 57. §. 1.* Alterius *de censuris tom. 2. disput. 8. cap. 3. ver. sed controuersia.* Barbosa *de potest. Episc. part. 2. allegat. 33. num. 18.* Reginaldus *in praxi tom. 3. lib. 31. cap. 27. num. 202.* Molinus *de ritu nup. lib. 2. differ. 11. num. 145.* Gutierrez *in can. qq. lib. cap. 5. num. 10.* Gratianus *in discept. forensib. cap. 397. numer. 33.* & alij penes ipsos.

Sup. hoc in Resol. præterita, & in aliis eius primæ annot.

2. Non retiecam tamen aliquos contrarium docere, & quia apud me Basilius Pontius instar multorum est, ponam eius verba *lib. 6. de matrim. cap. 8. n. 11.* vbi sic asserit. Quæritur an Episcopus dispensare possit, vt adhibeatur solemnitas nuptialis temporibus prohibitis. Equidem olim iurè ordinario potuisse Episcopum dispensare, indubitatum est. Deinde extraordinario iure planum videtur dispensare posse, scilicet si aliquis casus vrgeat, & non sit facilis aditus ad Pontificem, sicut in multis aliis iudicandum est. An autem extra hunc casum post legem latam à Concilio vniuersali dispensare possit Episcopus, ex eo pendet an inferior Ordinarius in lege lata à Superiori possit aliquando dispensare, quod nulli negant, quos refert, & sequitur Sanchez, alij è contra affirmant posse, sequuti Sotum *in 4. dist. 32. q. vnic. art. 3. in fine*, qui nec sunt numero pauci, nec auctoritate inferiores; quorum accedo sententiæ. Dispensare itaque Episcopum posse assero, interim dum illi non admittitur facultas dispensandi. Ita Pontius, qui magnam tribuit Episcopis auctoritatem, vnde etiam si facilis esset aditus ad Summum Pontificem, possent ex iusta causa, & de iure ordinario super leges Concilij generalis dispensare. Sed his non obstantibus, ego à negatiua sententia non discederem.

Sup. hoc in Resol. seq. ad lin. 6. §. alter casus 8.

3. Notandum verò hìc obiter, quòd stando in prima sententia, quam ego teneo, quando Concilium, seu Summus Pontifex censuræ absolutionem non reseruat, potestatem Episcopis absoluendi ab illa videtur concessisse. Ita Miranda *in manuali Prælat. tom. 2. quæst. 30. art. 10. concl. 2.* Sanchez *de matrim. tom. 2. lib. 1. disp. 61. num. 3.* Suarez *de legibus, lib 6. cap. 14. num. 2.* Henriquez *lib. 10. cap. 35. num. 2. in glossa littera D.* Sayrus *de cens. lib. 2. c. 19. à num. 2.* Gutierrez *can. qq. lib. 1. cap. 5.* & alij communiter.

RESOL. XXV.

An Episcopus sine aliqua delegatione possit dispensare in legibus Summi Pontificis, quando non constat à Pontifice restrictam fuisse potestatem illius?

Et an quidquid potest Papa in toto Orbe, potest Episcopus in sua Diœcesi, nisi expressè prohibeatur. Et inter cætera, quæ in corpore huius Resolutionis explanantur, & inferuntur, tandem notatur Parochos non posse dispensare in legibus, si attendatur ius præcise, sed ex consuetudine tamen dispensat in ieiuniis, & obseruatione Festorum, etiamsi adiri possit Episcopus. Ex part. 8. tract. 3. Resol. 11.

§. 1. QVidam affirmant, quia Episcopus est Pastor ordinarius in sua Diœcesi, sicut Pontifex in toto Orbe, licèt sit ipsi subiectus: ergo in ijs, in quibus Pontifex non limitat eius iurisdictionem, habet potestatem ordinariam: & sic potest dispensare in omnibus casibus non reseruatis Papæ: sicut Confessor ordinarius potest absoluere ab omnibus peccatis non reseruatis Papæ, aut Episcopo. Suadetur etiam hæc sententia *in capite nuper, de sententiis excom. in 6.*

2. Vbi eo ipso quòd Papa sibi non reseruat absolutionem excommunicationis, potest inferior Prælatus ab ea absoluere; ergo similiter eo ipso quòd non reseruat sibi dispensationem, potestatem dispensandi concedere videtur. *Secundò*, grauius est dispensare in votis, quàm in legibus; quia hæ sunt meræ humanæ: vota verò obligàt iure diuino naturali; sed Episcopus potest dispensare in omnibus votis non reseruatis superiori: ergo, &c. *Tertiò*, quia in legibus Festorum, & ieiuniorum dispensat Episcopus, eò quòd illi prohibitum est: ergo idem est in aliis legibus Pontificijs, in quibus dispensatio non fuerit illi prohibita. *Quartò*, quia dispensatio in his legibus est moraliter necessaria ad bonam populi gubernationem: ergo cùm hæc gubernatio committitur, consequenter datur hæc potestas, nisi peculiariter excipiatur. Et ita hanc sententiam tenent Doctores, quos citat, & sequitur Basilius Pontius *in relect. de sacram. Confirm. part. 4. cap. 3. n. 5.* quibus ego addo Valerum *in different. vtriusque fori, verb. Dispensatio, differ. 8.* Vegam *in cap. 4. de iudicijs, §. de adulteris, num. 41. & in cap. 2. eodem tit. n. 150. & 152.* Solorzanum *de Indiarum iure, tom. 2. lib. 3. cap. 16. numer. 31.* Marchinum *de Sacrament. tract. 1. part. 2. cap. 13. num. 19.* Angelanum *de legibus, lib. 2. controuers. 5. num. 25.* Torre *in 2. 2. D. Thomæ, tom. 1. quæst. 87. art. 3. disput. 8. num. 3.* Monetam *commun. vlt. voluntat. cap. 5. num. 350.* Homobonum *in resp. cas. conscient. tom. 1. part. 2. resp. 67. & part. 4. resp. 207.* Baunium *in Theolog. moral. tom. 3. lib. 2. tract. 9. quæst. 12. assert. 3.* & alios, asserentes, Episcopum idem posse circa sibi subditos, quod Papa in vniuersali Ecclesia, nisi circa expressè reseruata.

Sup. hoc infrà in hac ipsamet Resol. à §. Itaque. vsque ad §. Hinc & magis latè infrà in Resol. 27. & suprà in fine §. Notandum Resol. 22. &

3. Sed ad propositam quæstionem negatiuè omninò respondendum est ex auctoritate D. Thomæ *in part. 3. quæst. 97. articul. 4. ad 3.* vbi sic ait. In lege humana publica non potest dispensare, nisi ille, à quo lex authoritatem habet, vel is, cui ipse commiserit. Consentiuntque huic sententiæ fere omnes Doctores, quorum plures refert, & sequitur Suarez *lib. 3.*

superiùs in tr.1.Ref.94. §. Probatus, vref. Tertio, curiſim in fi. ne, & in Ref. 95.§. Nec obſtat, verſ. Secundo & in §. Secundi argumẽti, & in Ref. 98. §. 1. in fine, & in §. vlt. & inferius intr.3. Ref.4.§. Sed nota. prope finem, verſ. porque porderecho, & hic infra in Ref.13. §.2. inter principium, & medium, verſ. Cierto es.

cap.14.num.4. & nos ſtatim aliquos referemus. Probatur; quia inferior non habet poteſtatem in ſuperiorem, imò contrà potiùs illi ſubiectus eſſe debet; ergo non poteſt propria authoritate diſpenſare in legibus illius. Patet conſequentia; quia id eſſet exercere poteſtatem erga ſuperiorẽ, & quaſi deſtruere quod ſuperior fecit; cùm diſpenſatio ſit actus iuriſdictionis, & relaxationis iuris inducti per legem. Et ideò hanc ſententiam tenet Sanchez *lib.8. de matrimon.diſputat.5. num.9.* Gutierrez *lib.1.can.qq.cap.5.num.10.* Valentia *tom.2.diſputat.7.quæſt.5.punct.vlt.* Syluius *in part.2. quæſt.97. art.4.* Salas *de legibus, diſputat.20. ſect.3. num.20.* Granadus *in part.2. controuerſ.7. tractat.3. part.2.ſect.1.n.4.* Gordonus *in ſumma, lib.3. quæſt.13. cap.3.num.6.* Amicus *tom.5. diſputat.6. ſect.4.num.55.* & Azorius *tom.1.lib.5.cap.15.quæſt.7.*

4. Dicendum eſt igitur, nullum inferiorem habere poteſtatem diſpenſandi in legibus ſuperioris, niſi ſuperior expreſsè, vel tacitè concedat, quod ſatis colligitur ex *cap.inferior, diſt.21.* & ex *cap. cum inferior, de maioritate, & obedientia*, vbi dicitur ſuperiorem ab inferiori abſolui non poſſe. Et ex *Clementina, ne Romani, de elect. & electi poteſt.* in qua decernit Clemens V. legem ſuperioris tolli non poſſe, neque in ea diſpenſari per inferiorem. Vbi gloſſa *verb.inferiorem*, & hoc maximè, inquit, cùm ille inferior ab illo ſuperiore recipit poteſtatem. Ratio eſt: tum quia multa ſunt in quibus de facto vt ordinariæ poteſtatis Prælati inferiores diſpenſare non poſſunt in legibus Pontificiis, etiamſi earum diſpenſatio expreſsè eis prohibita non ſit. Tum quia quandiu voluntas ſuperioris lege explicata non reuocatur, ſemper obligat: ſed voluntas ſuperioris lege explicata nequit per inferiorem reuocari: ergo quandiu illa ab ipſo ſuperiore non reuocatur, retinet ſuam vim obligandi. Maior patet, quoniam ex ea formaliter pendet legis obligatio. Minor probatur, quia nequit inferior ſuperioris voluntatem reuocare, niſi per implicitam ſaltem poteſtatem ſibi ab ipſo ſuperiore conceſſam, quia cùm nullum ius inferior habeat in voluntatem ſuperioris, non poterit illam reuocare, niſi per poteſtatem ſibi ab ipſo ſuperiore conceſſam. Atqui ex vi ordinariæ poteſtatis, quam inferior accipit ad ſubditos gubernandos, nullam accipit, neque explicitam, neque implicitam poteſtatem diſpenſandi in omni lege & voluntate ſuperioris, nam eam tantùm poteſtatem cenſetur implicitè à ſuperiore cum ipſo officio gubernandi accipere, quæ neceſſaria eſt ad rectam ſuauémque ſubditorum gubernationem: ad hanc autem neceſſaria non eſt poteſtas diſpenſandi in omni lege, & voluntate ſuperioris: quin potius ad directam gubernationem pertineret, non poſſe inferiorem cum ſuis ſubditis diſpenſare in omnibus, in quibus poteſt ſuperior, vt debita ſubordinatio inferioris cum ſuperiore, quæ ad rectam gubernationem neceſſaria eſt, meliùs arctiúſque conſeruetur.

5. Reſtat modò reſpondere ad argumenta contraria ſuperiùs poſita: Et

Ad primum ex *cap.nuper* reſpondeo, non eſſe eandem rationem de abſolutione à cenſuris, & de diſpenſatione in legibus. Nam abſolutio à cenſuris non eſt contra, aut præter legem ſuperioris; ſed ſecundùm illam: canones enim inſtituerunt cenſuras, vt homines corrigerentur, vnde qui iam ſunt correcti, non poſſunt cenſuris puniri, ſicut aliis pœnis: & ſi poſt cenſuras inflictas corrigantur, debent ſtatim abſolui à Parocho, niſi abſolutio ſit reſeruata ſuperiori. Ideo nihil mirum ſi cum officio concedatur, poſſe ab inferiori dari abſolutionem, quando non reſeruatur. Diſpenſatio verò eſt contra legem, vnde *cap. cùm illorum de ſentent. excommun.* difficilior cenſetur diſpenſatio, quam abſolutio. Præterea abſolutio à cenſura, præſertim excommunicatione, ordinatur ad bonum animæ, & eſt neceſſaria ad vſum Sacramentorum; ideò ex conſuetudine meritò conceſſa intelligitur, quando non reſeruatur: quod ſecus eſt de irregularitate, & ſimilibus. Vnde non ſolùm Epiſcopo, ſed etiam Parocho cenſetur conceſſa abſolutio cenſura canonis non reſeruata *d.cap.nuper*: nemo autem dicet, Parochum etiam diſpenſare poſſe in omni lege canonica non ſpecialiter reſeruata.

6. Ad ſecundum reſpondeo non eſſe ſimile de votis, quia diſpenſare in votis non eſt diſpenſare in lege naturali, vel diuina, imò nec humana propriè dicta, ſed in lege priuata largè dicta, quam vouens ſibi impoſuit: ſed potius eſt cedere iuri Dei prouenienti ex tali voto, & ideo in votis omnibus non reſeruatis iure vel conſuetudine, id poteſt Epiſcopus, qui hanc à Deo poteſtatem habet, animarum ſaluti neceſſariam. Reſpondeo *ſecundò*, in votis, quia frequenter occurrunt, præſumptam eſſe Papæ commiſſionem: idem eſt in ieiuniis, & feſtis quia valdè oneroſum eſſet frequenter ad Principem recurrere; ideò veriſimile eſt, ipſum velle, vt in his Epiſcopi diſpenſent.

7. Ad tertium, & quartum argumentum patebit reſponſio in ſequenti reſolutione.

Itaque dicendum eſt, quòd Axioma illud, Epiſcopus poteſt in ſua Diœceſi, quidquid poteſt Papa in vniuerſa Eccleſia, niſi ab ipſo Pontifice prohibeatur, nullo iure fundatum eſt, & in rigore eſt falſum, niſi multis modis limitetur, vt benè inquit Suarez *lib.6. de legibus cap.14. num.6.* Nam in primis ſupponit, Epiſcopos habere ex iure diuino, abſolutam, & vniuerſalem iuriſdictionem intra ſuas Diœceſes, limitabilem tamen à Summo Pontifice, hoc enim falſum eſt. Nam apud me certum eſt Epiſcopos immediatè habere iuriſdictionem ab ipſo Summo Pontifice, ad quem etiam ſpectat, gradum & modum illius iuriſdictionis definire. Sup. hoc ſupra in hac ipſamet, Ref. §.2. ſignanter in fine, & in aliis multis eius annot.

8. Deinde, multa ſunt, quæ poteſt Papa in vniuerſa Eccleſia, quæ, in rigore, numquam potuerunt Epiſcopi; ſaltem eo modo, quo illa poteſt Pontifex, vt, v.g. committere Presbytero miniſterium ſacramenti Confirmationis, vel Ordinis; ſaltem quo ad minores: diſpenſare in matrimonio rato non conſummato vel in voto ſolemni: concedere Indulgentias abſolutè pro viuis, & defunctis, vſque ad plenariam remiſſionem: inſtituere cenſuras, canonizare Sanctos eo modo quo à Pontifice fit.

9. Denique, ſi in aliquo ſenſu tolerari poteſt illud Axioma, ſolum eſt, quo ad ea, quæ pertinent ad ordinariam gubernationem moraliter neceſſariam, vel conuenientem ad ſalutem animarum, & conſiderando poteſtatem Epiſcoporum, priuſquam Pontifex aliquid agendum ſtatuat, vel prohibeat: ſic enim intelligitur vnuſquiſque Epiſcopus habere in tota ſua Diœceſi totam poteſtatem; quia ex vi muneris conceditur, & vt ſic ſpectata non habet vnde limitetur. Poſtquam verò Pontifex aliquid particulare per ſuam legem præſcribit, aut prohibet, eo ipſo excipit illud ab ordinaria iuriſdictione inferioris & ideò, niſi aliunde ei concedatur poteſtas diſpenſandi, non habet illam ex vi ſolius ordinariæ poteſtatis.

10. Tandem dici poteſt legem ipſa eo ipſo quòd ſuperioris eſt, ſecum afferre prohibitionem, vt nullus inferior audeat in eam falcem mittere, niſi ei concedatur, neque præter virtualem, & quaſi innatam prohibitionem, alia formalis, & expreſſa per ſe requiritur. Vnde illud Axioma vel falſum eſt, vel malè ad præſentem materiam applicatur: quia in diſpenſatione legis ſuperioris, vel inuoluit repugnantiam, vel aliquid ſuperfluum, & ſine fundamento requirit; & limitatum eo modo, quo dixi, nihil in propoſito deſeruit.

11. Hæc

11. Hæc fusiùs tractare volui, ne Episcopi (ego scio quid loquor) putent se in suis Diœcesibus esse Romanos Pontifices, ex illo falso principio Canonistarum, quod quicquid potest Pontifex in toto Orbe, potest Episcopus in sua Diœcesi, nisi expressè prohibeatur. Vide Layman *lib. 1. tract. 4. c. 7. §. 2. num. 5.* Suarez *in 3. part. disp. 36. sect. 2. §. 2. pars*, & alios Doctores pro nostra sententia citatos.

12. Hinc refellenda venit opinio Valeri *verb. dispensatio, diffic. 8. n. 4.* asserentis, Parochos circa proprias oues, posse etiam omnia quæ Episcopus potest, nisi specialiter sint reseruata. Sed hoc est falsum, vt benè obseruat Granadus *in part. 2. controuers. 7. tr. 3. part. 2. disp. 17. sect. 1. n. 9.* vbi sic ait. *Notandum* est Parochos non posse dispensare in legibus, in quibus possunt Episcopi, si attendatur ius præcisè; quia in hoc non confertur talis potestas; ex consuetudine tamen dispensant in ieiuniis, etiamsi adiri possit Episcopus, vt rectè Sanchez *lib. 3. disp. 9. n. 27.* & idem peterunt in obseruatione festorum; vbi fuerit legitima consuetudo, secus verò non. Ita Granadus, & ego.

RESOL. XXVI.

An sint aliqui casus, in quibus Episcopi possint dispensare in legibus Pontificiis, etiam si non habeant expressam potestatem.

Et pro praxi superioris difficultatis in textu huius Resolutionis aliqui diuersi casus enumerantur, & inseruntur, in quibus potestas dispensandi debet dici ordinaria, potius quam delegata.

Et notatur etiam potestatem, quam habet Legatus, & ex priuilegio Superiores Religionum ad dispensandum cum Religiosis, & ad illos absoluendum esse etiam Ordinariam, & non delegatam.

Ex quo infertur posse hanc potestatem delegare.

Et tandem quæritur, an Episcopus possit cum subdito dispensare, vt nunquam in tota vita ieiunet, vel vt Sacerdos nunquam recitet? Ex part. 8. tr. 3. Res. 12.

§. 2. AD hoc dubium respondeo, esse varios casus, in quibus licet Prælato inferiori dispensare in lege superioris, non solùm quando ipsum ius, vel ipse superior expressè tribuit hanc potestatem, tunc enim res est omnino indubitata, sed etiam si non tribuerit.

2. *Primus* est in rebus, quæ frequenter occurrunt, vt sunt ieiunia, recitatio horarum, auditio Missæ, & similes: licèt enim Summus Pontifex suis legibus ad hæc obligauerit, potest Episcopus, vel Rector Collegij Religiosorum cum suis subditis dispensare; quia foret intolerabile in his recurrere ad Papam, imo & contra ipsius Papæ voluntatem; quare tacitus, imo & debitus consensus est in Pontifice, vt prædicti Prælati dispensent. Sic Caietanus *in hac q. 97. art. 4.* Sotus *1. & Iustitia, q. 7. art. 3.* Valent. *disp. 7. q. 5. punct. 9.* Manuël Rodriguez, cum Medina *tom. 1. quæst. regular. q. 22. art. 9.*

3. *Secundus casus* est, quando materia leuis, seu exigui momenti; appellat autem Sotus rem leuis momenti eam, quæ non obligat sub mortali, & in eodem sensu id approbat Suarez *suprà num. 9.* & reliqui Doctores citati consentiunt. Probatúrque ratione, quia valdè molestum esset in his minimis recurrere ad supremum legislatorem, qui eo ipso quòd inferiores Prælatos constituerit, videtur illis concessisse potestatem adhæc minima, licèt res magni momenti ad se aduocauerit. Vnde meritò dubitat Sotus, an Episcopus possit cum subdito dispensare, vt nunquam in tota vita ieiunet, & ego crediderim non posse, sicut nec dispensare, vt Sacerdos nunquam recitet, est enim res hæc magni momenti, & quæ non frequenter accidere solet; quare non est credendum Pontifex voluisse committere inferiori eam dispensationem.

4. *Tertius casus* est, quando materia legis non est communis, sed propria solùm subditorum talis Episcopi, vel prælati, v. g. si Pontifex aliquid præcepisset solis subditis Archiepiscopi Hispalensis, posset iste cum illis dispensare. Sic Caietanus *suprà*, & Medina *ad artic. 4. q. 97.* Valentia, & Sotus. Probatur, quia cùm ea lex sit lata solùm propter commodum, & vtilitatem particularem talium subditorum, videtur Summus Prælatus tacitè relinquere relaxationem illius inferiori Prælato, cui specialiter incumbit eorum subditorum gubernatio. Vide hanc doctrinam displicuisse Francisco Suarez *suprà n. 10.* quia nec in iure, nec in vsu putat habere sufficiens fundamentum. Sed nihilominus authoritas prædictorum Doctorum, & ratio quam attulimus, eam sufficienter probabilem reddunt.

5. *Quartus casus* est, quando recursus ad superiorum esset valdè difficilis, seu quando occurreret magna valdè necessitas, & esset periculum in mora. Tunc enim ex præsumpta voluntate Pontificis posset Episcopus dispensare in lege illius, qui doctrina recepta est à Doctoribus, quos refert, & sequitur Suarez proximè relatus: & in controuersia de matrimonio celebris est casus, in quo Doctores tribuunt Episcopo potestatem dispensandi in impedimento matrimonij iam contracti bona fide saltem vnius contrahentis, cùm non potest Summus Pontifex commodè adiri.

Sup. hoc inferiùs in Res. 132. §. 1. à lin. 2. & in aliis eius primæ annot.

Sup. hoc infrà in Res. 130. & in aliis eius primæ not.

6. Et hos casus, præter Doctores citatos enumerat Granadus *in part. 2. D. Thomæ, contr. 7. tract. 3. part. 2. disp. 17. sect. 1. n. 5.* Salas *de legibus, disput. 20. sect. 3. n. 22.* Gordonus *in summa lib. 3. q. 13. c. 3. n. 2.* & Castrus Palaus *tom. 1. tract. 3. disp. 6. punct. 5.* vbi ponit alios duos casus.

7. *Primus*, quando leges non sunt communes aliis Prouinciis, sed propriæ vnius; ita Valentia *tom. 2. disp. 7. quæst. 5. punct. 9.* & Azorius *tom. 1. lib. 5. c. 15. q. 7.* sed hunc casum Palaus non approbat cum Suarez *lib. 6. c. 14. n. 10.*

8. *Alter casus* appositus à Palao, est, si consuetudine præscribatur inferiorem in lege superioris dispensare. Nam consuetudo legitimè præscripta iurisdictionem concedit, vt constat ex dictis de consuetudine: & traditur *cap. cùm contingat, de foro competenti*, & aliis *ibi* per glossam. Ex quo fit Parochos, quibus de iure non competit dispensatio, dispensare solere in festorum, & ieiuniorum obseruatione, videbatur enim maximè necessaria illis hæc potestas ob frequentes casus expostulantes hanc dispensationem. Sic Sanchez *lib. 8. disput. 9. numer. 27.* Suarez *lib. 6. cap. 14. in fine.* Basilius *cap. 6. numer. 8. lib. 8.* Ad huiusmodi casum reduci potest potestas, quam singuli Episcopi habent pro sua Diœcesi dispensandi in legibus Concilij Prouincialis; erat enim maximè expediens hanc illis Concilium facultatem concedere, ne subditi obligati essent pro dispensatione obtinenda ad Pontificem recurrere, vel aliud Concilium prouinciale expectare. Sic docuit Suarez *lib. 6. cap. 15. num. 7.* Bonacina *disp. 1. quæst. secunda, punct. 1. numer. 14.* Neque valet dicere Archiepiscopum hanc potestatem habere, quia neque à iure illam habet, cùm sit inferior Concilio, sicuti reliqui alij Episcopi. Neque à Concilio inuenitur ei aliquo modo specialiter commissa. Quocirca dicendum est cuilibet Episcoporum pro sua Diœcesi commissam esse. Ita Suarez *suprà*, Sanchez *lib. 8. disp. 17. n. 35. & seq.*

Sup. hoc in Res. præterira §. vlt. & pro votis etiam occurrente necessitate, &c. lege infrà §. vlt. Res. 75.

9. Et

Sup. conc. 10. in hoc §. in Resol. seq. §. vlt. & in fine, in Resol. 75. §. Et hanc.

9. Et tandem, non deseram hic apponere verba Patris Amici *tom. 5. disput. 6. sect. 4. num. 57.* vbi sic ait. Cæterùm, in quibus casibus possit inferior vi suæ ordinariæ potestatis dispensare in lege superioris, optimè declarat Caietanus *loco citato.* Nam *primò* dispensare potest circa ea, quorum dispensationem, vel ius, recepta consuetudo illi concedit, *Secundò*, dispensare potest circa leuia, cùm non sit rationi consonum; nec iuxta Principis voluntatem, aut rectam, & suauem gubernationem, vt semper pro leuibus ad superiorem recurratur, etiam si ad eum facilis sit recursus. *Tertiò*, circa ea, quæ frequenter occurrere solent, cuiusmodi sunt dispensatio in ieiunio, in festis celebrandis, & similibus: nam & graue esset Principi, & nimis difficilis redderetur gubernatio, & satis limitata esset authoritas gubernantis, si in huiusmodi præceptis dispensandis semper recurrendum esset ad ipsum Principem. *Quarto*, circa ea, quæ ita propria sunt vnius communitatis, vt nullo modo conueniant aliis, nisi inquit Caietanus, casus adeò notabilis sit, vt meritò sit superior consulendus. Ratio verò huius quartæ tacitæ concessionis communiter assignatur: quoniam ea, quæ sunt propria vnius communitatis, sunt magis nota, & perspecta immediato gubernatori, quàm supremo Principi, aut Prælato: ac proinde melius ipse, quàm superior de iis iudicare poterit.

10. *Notandum* est tamen hic hanc potestatem inferiorum dispensandi in omnibus supradictis casibus debere dici ordinariam, potius quam delegatam: tum quia conceditur ratione muneris, & officij, tum quia est perpetua, quæ sunt conditiones iurisdictionē ordinariam constituentes, vt tradit glossa *in cap. fin. de offic. ordin.* Felinus *in cap. licèt, eodem tit.* plures referens Couarruuias 3. *variarum, cap.* 20. *num.* 6. & 10. Sanchez *lib.* 2. *de matrimon. disput.* 40. *num.* 14. Suarez *lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 1. Basilius *lib.* 8. *cap* 6. *num.* 9. Ex quo infertur *primò*, potestatem, quam habet Legatus ad dispensandum in legibus, & votis ordinariam esse, quia est annexa illi officio, & muneri in perpetuum. Sumitur ex *cap. quòd translatio, de officio Legati*, & tradit Panormitanus *in cap. vlt. de transactionibus n* 5. Speculator *tit. de dispensationibus §. consequitur.* Suarez, & Basilius *suprà. Secundò* infertur potestatem, quam habent ex priuilegio superiores Religionum ad dispensandum cum religiosis, & ad illos absoluendum, esse etiam ordinariam, & non delegatam, quia est in perpetuum concessa: sic ex Collectore priuilegiorum Fratrum Minorum *verb. absolutio ordinaria, quoad fratres, in fine, num.* 27. *dub.* 2. tradit Basilius *suprà num.* 9. *Tertiò* infertur posse hanc potestatem delegare. Sic Suarez, & Basilius *suprà* Emanuël Rodriguez *tom.* 1. *quæst. regular. quæst.* 12. *art.* 11. *circa finem.* Ita Palaus *loco citato.*

Sup. hoc in tom. 7. tr. 1. Resol. 94. §. 1. à lin. 8. verf. Sed Guardiani quamuis ibi absque priuilegio.

RESOL. XXVII.

An Episcopi habeant tantam potestatem in suis Diœcesibus, quantam habet Summus Pontifex in vniuerso Orbe, vbi agitur quæstio, an possint dispensare in legibus Pontificis? Ex part. 7. tract. 10. & Misc. 1. Resol. 56.

Sup. hoc & prima diffic. posita in titulo huius Resol. Supra, in Resol. 22. §. Notandum. cursim prope finem, & magis latè in

§. 1. HAnc quæstionem fuisse agitatam apud Patres Concilij Tridentini testatur Paul. Donatus *in tract. de iure eligendi ministros Ecclesiæ. cap.* 7. & quia ipse acriter inuehitur in affirmatiuam sententiam, & codex difficillimè inuenitur, apponam hic per extensum eius verba: sic itaque asserit. Ex his colligi potest, quam pernicioſissimus esset in Ecclesia error illorum, qui in Concilio Tridentino tentabant determinati tantam esse in suis Diœcesibus Episcoporum iurisdictionem, quanta est Papæ in vniuerso orbe. Qui enim affirmat Episcopum in suis Diœcesibus tantam habere potestatem, quantam habet Papa in vniuerso orbe, negare debet Petro commissas esse oues Christi simpliciter, & absolutè, quia quicumque plenitudinem potestatis habet, is caput, & princeps est ac per consequens ouis esse non potest, alioqui & Petrus ouis esset. Diceret tamen aliquis Episcopos oues esse Christi, & pastores, in eorum Diœcesibus. At verò decipiuntur, nam qui plenitudinem potestatis Ecclesiasticæ habet, immediatè, est sub Christo, & propterea si Episcopi habent plenitudinem potestatis, non sunt assumpti in partem solicitudinis ipsius Petri; nec sunt oues Christi, quia sunt commissæ Petro, ac insuper Petrus non esset caput omnium Ecclesiarum, nec esset Pastor ouium, & Pastorum, quod asseruerunt D. Bernardo. Præterea dicant quæso mihi Episcopi, an Parochi in suis Diœcesibus plenitudinē potestatis habeant necne? certè affirmare non possunt eos plenitudinem potestatis habere? cur ego non habeam? Nunquid Parochorum auctoritas non est de iure Diuino? si est sicut, & illa Episcoporum, cur vultis vos habere plenitudinem potestatis in tota vestra Diœcesi, & non vultis habere Parochos? An fortassis, quia vobis est de iure Diuino cura animarum vestræ Diœcesis demandata, non autem Parochis, qui assumpti sunt in partem solicitudinis? At verò si hac ratione vobis plenitudo potestatis conuenit, & nequaquam Parochis, quia sunt assumpti in partem solicitudinis. Cur cùm & vos assumpti sitis in partem solicitudinis, plenitudinem potestatis in vestris Diœcesibus vobis arrogatis? Ac demum dicere Episcopos in suis Diœcesibus, tantam habere potestatem, quantam habet Papa in vniuerso orbe, est negare verbum Christi Petro singulariter dicentis: *Pasce oues meas*, non enim Petrus pascere potest oues Christi, si vos in vestris Diœcesibus plenitudinem potestatis habetis, quia in illis Summus Pontifex nullam haberet iurisdictionem. Nec dicere possunt Papam pascere oues Christi, quia Pastores in Ecclesia constituit; nam nonne & Pastores sunt oues Christi; A quo pascuntur? A summo Pontifice; Minimè ex vestra sententia, sunt enim Perro in suis Diœcesibus æquales, ergo Papa non pasceret oues Christi, si Episcopi plenitudinem potestatis haberent. Hæc Donat.

Resol. 15. §. 2. & 3. §. Itaque vsque, ad finem. Hæc fusiùs & superiùs in tr. 1. Resol. 94. §. Probatur, verf. Tertiò, in fine, & in Resol. 95. §. Nec obstat. verf. Secundo, & §. Secundi argumenti & in Resol. 98. §. in fine, & §. vlt. & hic infra Resol. 5. §. 2. inter principium, & medium. verf. Certo est, & infra in tr. 3. Resol. 4. §. Sed nota prope finem, verf. porque derecho.

2. Non desunt tamen Doctores recentiores asserentes esse satis receptam sententiam, quòd Episcopus potest in propria Diœcesi quidquid Pontifex in vniuersali Ecclesia, vbi aliquid non sit à Pontifice reseruatum. Et hanc sententiam tenet nouissimè Dicastillus *de Iust. lib.* 1. *disp.* 3. *dub.* 14. *num.* 175. & ante illum Henriquez *lib.* 6. *de Pœnit. cap.* 14. *num.* 7. *in Glossa littera K, & lib.* 10. *cap.* 35. *num.* 2. *& lib.* 12. *c.* 3. *num.* 2. *in Glossa littera N*, Arragonius *in* 2. 2. *q.* 88. *art.* 12. *ante* 2. *concl.* Maiolus *de Irregular. lib.* 15. *cap.* 51. *num.* 4. Sotus *in* 4. *dist.* 27. *quæst.* 1. *art.* 4. *dist.* 32. *q.* 1. *art.* 3. *in fine, & de Iust. lib.* 10. *q.* 1. *art.* 3. *ad* 2. & alij quos citat Sanchez *de Matrim. tom.* 1. *lib.* 1. *disp.* 61. *num.* 3.

3. Probatur hæc opinio, quia Episcopus est Pastor ordinarius in sua Diœcesi, sicut Pontifex in toto orbe, licèt sit ipsi subiectus. Ergo in iis in quibus Pontifex non limitat eius iurisdictionem habet potestatem ordinariam, sicut quilibet Confessarius potest æquè ac Pontifex ab omnibus peccatis absoluere, nisi per Pontificem, aut Episcopum casus aliquis reseruetur. Vnde ex his sequeretur posse Episcopum vi suæ potestatis ordinariæ dispensare in totam legem Pontificiam in qua illi expressè iure, aut consuetudine prohibitum non sit. Vide Henriquez *lib.* 14. *de Irregular. cap.* 19. *num.* 2. Et ideo Glossa *in cap. nuper, de sentent. excommunic. verb. non retinuit.* asserit Episcopos

Sup. hoc suprà in Resol. 24. 25. & in Resol. 22. §. Notandum est & legetiā doctrinam, Reiz

copos posse dispensare vbi specialiter dispensatio non est illi prohibita.

4. Sed hæc omnia mihi non placent, nec amitto posse Episcopum in sua Diœcesi id quod potest Pontifex in toto orbe: licèt aliquid ei prohibitum non sit; nam vt rectè obseruat P. Amicus *tom. 5. de Iust. disp. 6. sect. 4. num. 56.* & alij, & patet ab experientia, multa sunt, in quibus Episcopi non possunt ex vi ordinariæ potestatis dispensare, etiamsi eorum dispensatio expresse eis prohibita non sit. Et ideò communis, & recepta sententia est Episcopos non posse ex vi suæ potestatis ordinariæ dispensare in legibus Pontificijs, nisi expressè, vel tacitè hoc eis fuerit concessum. Quia cum nullum ius inferior habeat in voluntatem superioris, non poterit illam reuocare, nisi per potestatem sibi ab ipso superiore concessam. Atqui ex vi ordinariæ potestatis quam inferior accipit ad subditos gubernandos, nullam accipit, neque explicitam, neque implicitam potestatem dispensandi in omni lege, & voluntate superioris: nam eam tantum potestatem censetur implicitè à superiore cum ipso officio gubernandi accipere, quæ necessaria est ad rectam suamque subditorum gubernationem: ad hanc autem necessaria non est potestas dispensandi in omni lege, & voluntate superioris: quin potius ad rectam gubernationem pertinet, non posse inferiorem cum suis subditis dispensare in omnibus, in quibus potest superior, vt debita subordinatio inferioris cum superiore quæ ad rectam gubernationem necessaria est, melius, arctiusque conseruetur.

5. Cæterum in quibus casibus possit inferior vi suæ ordinariæ potestatis dispensare in lege superioris, optimè declarat Caietanus 1. 2. *quæst. 97. art. 4.* Nam primò dispensare potest circa ea, quorum dispensationem, vel ius, vel recepta consuetudo illi concedit. Secundò, dispensare potest circa leuia: cum non sit rationi consonum, nec iuxta Principis voluntatem, aut rectam, & suauem gubernationem, vt semper pro leuibus ad superiorem recurratur, etiam si ad eum facilis sit recursus. Tertiò, circa ea quæ frequenter occurrere solent, cuiusmodi sunt dispensatio in ieiunio, in festis celebrandis, & similibus: nam & graue esset Principi, & nimis difficilis redderetur gubernatio, & satis limitata esset authoritas gubernantis, si in huiusmodi præceptis dispensandis semper recurrendum esset ad ipsum Principem. Quartò, circa ea quæ ita propria sunt vnius Communitatis, vt nullo modo conueniant aliis, nisi, inquit Caietanus, casus adeo sit notabilis, vt meritò sit superior consulendus. Ratio vero huius quartæ concessionis citatæ communiter assignatur, quoniam ea, quæ sunt propria vnius communitatis sunt magis nota, & perspecta immediato Gubernatori, quàm supremo Principi, aut Prælato, ac proinde melius ipse, quàm superior de iis iudicare poterit. Vide Valentiam *tom. 2. disput. 7. q. 5. punct. vlt.* Suarez *de Legibus lib. 5. cap. 4.* Azorium *tom. 1. lib. 5. cap. 15. quæst. 7.* Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 8. disput. 4. num. 1. & libro 8. disputatione 5.* Salas *de Legibus disputat. 20. sectione 3. difficul. 7.* Syluium *in parte 2. quæst. 97. art. 4.* & alios penes ipsos.

RESOL. XXVIII.

An Episcopus possit dispensare non admonito Summo Pontifice, quem in casu pauperum suis sumptibus admonere potest? Ex part. 1. tract. 10. Resol. 37.

§. 1. NEgatiue respondet Vasquez *in p. 2. tom. 2. disp. 178. c. 2. n. 16.* quia in tali casu non apparet necessitas dispensandi, cùm periculum non sit in mora, & ad Pontificem recurri possit per litteras Episcopi, qui potest, & tenetur pauperum necessitati subuenire. Ergo, &c. Et hanc opinionem post Vasquez amplexus est etiam Bonacina *de legib. disp. 1. q. 2. punct. 1. n. 19.* & ideò secundum hos Doctores, Episcopus non potest dispensare, quoties ipse potest Summum Pontificem per litteras certiorem facere, & paupertati partium, cum quibus dispensandum est suis expensis, & redditibus occurrere.

2. Sed hæc opinio nimis onerosa videtur pro Episcopis: ideò contrariam sustinendam esse censeo: & illam docet Sanch. *in Sum. tom. 1. l. 4. c. 40. n. 39.* & Salas *de legib. disp. 20. sect. 3. num. 27.* vbi sic asserit: [Aduertit Vasquez, quoties Episcopus potest certiorem facere Pontificem, & paupertatem eorum, cum quibus dispensandum est, supplere, vt negotium ad Pontificem deferatur, dispensare non posse: nam, si hoc modo Pontifex consuli potest, qua ratione Episcopus in lege Pontificia dispensabit? Ego verò credo, Episcopum non teneri in impetrandis his dispensationibus redditus suos consumere: poterit ergo dispensare ob paupertatem partium, cùm ipse eam paupertatem supplere potest: & ita habet praxis, & sentiunt Doctores: nam sine illa limitatione docent licitum Episcopo esse dispensare in necessitate, quando propter paupertatem partium difficilis est ad Pontificem aditus.] Ita Salas.

RESOL. XXIX.

An Metropolitani possint dispensare cum Episcopis suffraganeis? Ex part. 8. tr. 3. Res. 13.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam tenet Auila, Henriquez, Sanchez, Molfesius, Barbosa, Sayrus, & alij quos citat, & sequitur Merolla *tom. 2. disp. 4. num. 140.* Et ratio est, quia Archiepiscopus, seu Metropolitanus habet iurisdictionem ordinariam in suffraganeos, vt colligitur ex *cap. suffraganeis, de elect.* vbi Panormitanus *num. 1.* Quod ex eo etiam patet, quia potest illis præcipere, eosdémque negligentes ad officium compellere, vt docent gloss. *in cap. Pastoralis,* & *ibi* Panormitanus *num. 1. de offic. ordin.* & colligitur ex *cap. sollicitudinem, de appellat. & can. 1. 2. & seq. 9. quæst. 3.* Item potest illos excommunicare, vt colligitur ex *cap. 1. in fin. de offic. ordin. in. 6.* ergo multò magis poterit cum illis dispensare. Probatur consequentia, quia Episcopi suffraganei subduntur Archiepiscopo in sibi odiosis, multò magis possunt subesse in fauorabilibus. Et confirmatur, quia Prælati Religionum, licèt aliàs sint exempti à iurisdictione Episcoporum, possunt tamen ab eis dispensari in votis, iuramentis, & aliis, vt *infrà* dicemus; ergo multo magis poterit Archiepiscopus dispensare, cum suffraganei exempti non sunt à iurisdictione ipsius. Sup. hoc infrà in tr. 3. Res. 8. §. 2. Infra in Res. quæ hic est 43.

2. Sed hunc casum non admittit Castrus Palaus *tom. 1. tract. 3. disp. 6. punct. 8. §. 3. num. 2.* tum quia ex iure non constat hæc potestas: tum quia non est necessaria. Nam vel dispensatio concedenda est in legibus Archiepiscopi, & his non ligantur Episcopi, neque illius suffraganei: & sic pro his nulla est dispensatio necessaria; vel concludenda est dispensatio in legibus Pontificiis, & Concilij generalis, & in his æquè omnibus inferioribus est interdicta dispensandi potestas. Quando verò Archiepiscopus cum suis subditis, in his dispensare potest, potest etiam Episcopus cum suis subditis, & secum. Ergo nullo casu hæc potestas necessaria est. Et idem est de votis, iuramentis & irregularitatibus. Ita Palaus, cui adde Pontium *l. 8. c. 5. n. 10.* & Suarez *tom. 2. lib. 6. de Voto, cap. 11. n. 3.* & Fagundez *in Dec. tom. 2. l. c. 41. n. 14.*

RESOL.

RESOL. XXX.

An Metropolitani possint dispensare cum subditis suorum suffraganeorum?

Et An saltem, si Episcopus suffraganeus dispensationem petitam deneget, quando dispensare tenetur, possit Archiepiscopus per appellationem aditus dispensare?

Et quid, si adsit causa iusta, sed non tenetur, vel non sit subditis debita, sed mere gratuita: aut partim gratuita, & partim debita? Ex part. 8. tr. 3. Resol. 14.

§. 1. REspondeo negatiuè, quia Archiepiscopus non habet ordinariam iurisdictionem, nisi in sua Diœcesi & solùm est iudex in causis Diœcesis suffraganeæ per appellationem ad eum deductis, *c. 1. de officio delegati, cap. duo, de officio ordinarij, cap. Pastoralis, eodem titul.* ibi, cùm in eum, exceptis quibusdam articulis, nullam habeat potestatem, vbi sermo est de Episcopo in subditum suffraganei. Probatur etiam ex *cap. nostro de electione*, vbi tanquam quid speciale conceditur Archiepiscopo posse concedere indulgentias in Diœcesi suffraganea, & cùm hæc sit specialis concessio, signum est in aliis specialiter non concessis eum posse; & ita docet Sanchez *lib. 4. Decalogi, cap. 38. n. 11.* Sylvester *verb. Votum 4. quæst. 3. dicto 4.* Sotus *lib. 7. de Iustit. quæstion. 4. art. 3. col. 4. vers. Præter* Angles *in floribus 2. par. quæst. vnica, de voto, art. 8. diffic. 9. conclus. 7.* Aragonius *2. 2. q. 88. art. 12. fol. 1042. pag. 2. concl. 3.* Antonius Gomez *in Bulla Cruciatæ, clausula 10. n. 59.* Sayro *in Clavi Regia, lib. 6. cap. 11. n. 79.* Suarez *tom. 2. de Religion. tractat. de voto, lib. 6. c. 10. n. 8.* Henriquez *lib. 14. de irreg. cap. 18. num. 3.* Auila *de censuris, part. 7. disp. 10. dub. 6. post. 1. conclus. notabili 2. & 2. part. c. 7. disp. 1. dub. 10.*

Sup. hoc infrà in tr. 3. Resol. 8. §. vlt. & in tom. 2. tr. 6. Resol. 90. §. 1. ante medium, à vers. Secundo extra tempus.

2. Nihilominus si Episcopus suffraganeus dispensationem petitam deneget, quando dispensare tenetur poterit Archiepiscopus per appellationem aditus dispensare: quia in hoc casu est legitimus iudex subditorum suffraganei.

3. Sed difficultas est, quando Episcopus potest dispensare, quia adest iusta causa dispensandi, sed non tenetur, an possit in casu subditus adire Metropolitanum, si Episcopus nollet dispensare. Et negatiuè respondet Castrus Palaus *tom. 1. tract. 3. disp. 6. punct. 7. §. 3. n. 2.* vbi sic ait: Scio non deficere authores, qui solùm ex eo quòd inferior renuat dispensationem concedere, causa dispensandi intercueniente, asserant posse Metropolit. auxilium implorari, vt ex misericordia dispenset, vel faciat, vel inferior dispenset. Sic docet Henriquez *lib. 14. de irregular. cap. 18. num. 3.* Auila *de censur. 7. par. disput. 10. dub. 6. notab. 2. circa, primam conclus.* Sanchez illos referens, & sequens *lib. 4. summ. cap. 38. num. 12.* Sed quod diximus tenendum est, vt probabilius, scilicet non posse, nisi causa ita necessaria, sit vt malè faciat inferior dispensationem denegans, idque manifestum sit, quia alio modo negligens reputari non potest inferior, vt loco illius Metropolitanus subrogetur. Ita Palaus. Itaque cùm Episcopus non teneatur dispensare, consequenter non potest reputari negligens, vt loco illius Metropolitanus subrogetur. Et hanc opinionem videtur approbare Quarant. *in summ. Bull. verb. Archiepiscopus, n. 22.* dum ait, extra causam negligentiæ, non succedere Archiepiscopum.

4. At hæc sententia mihi non placet, & adhæreo affirmatiuæ sententiæ, quia vt docent Bartolus *in l. 1. num. 11. ff. de iurisd. omn. iud.* & Iason §. *superest, num. 65. & 66. Instit. de action.* Officium iudicis misericorditer imploratur, quando id, quod pars petit, debitum non est, sed iudex ex officio efficere potest, vt sibi concedatur. Et hæc opinio mihi videtur probabilior, quam sequuntur etiam Borgas. *de irreg. part. 2. princ. fol. 27. titul. Qua dispensatio dicatur debita.* Nec obstat ratio à Palao in contrarium adducta, nam illa tantùm probat, non posse adiri Metropolitanum per viam appellationis.

5. *Notandum* est tamen hîc obiter, quòd quando Episcopus teneatur dispensare, non est facile iudicare; tunc tamen tenebitur dictam dispensationem concedere, quando notabile bonum publicum, aut priuatum vouentis, aut iurantis spirituale prædictam dispensationem exigit, nec per meram, simplicem, & puram commutationem potest commodè huic damno obuiari, & bono spirituali dispensationem petentis consuli, ac prospici; quia cùm potestas Prælatorum sit in subditorum bonum, ac ex officio teneantur consulere spirituali illorum saluti, ratione proprij muneris necessariò astringentur tunc hac dispensatione, vti, quoties illa ad eum finem necessaria arbitrio prudentis fuerit, & quando subditus tenetur eam dispensationem petere. Ita Sanchez *lib. 4. Decalog. cap. 46. n. 9.* & Fagundez *in Decalog. tom. 1. lib. 2. c. 41. n. 16.*

6. Si verò dispensatio non sit subditis debita, sed merè gratuita, aut partim gratuita, partim debita, non possunt subditi ab Episcopis suis ad Archiepiscopum appellare; possunt tamen officium illius tanquam superioris, data causa iusta, ad secum dispensandum implorare, vt ex misericordia dispenset, vt optimè animaduertit Sanchez *lib. 4. Decalog. cap. 38. n. 12. & c. 47. n. 10. & lib. 3. de matrimon. disp. 20. à n. 20. vsque ad 24.*

RESOL. XXXI.

An Metropolitanus extra casus suprà dictos possit saltem tempore visitationis dispensare cum subditis suffraganeorum, sicut potest confessiones audire, & absoluere pœnitentes. Ex part. 8. tract. 3. Resol. 15.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Auila *de censuris, part. 2. c. 7. disp. 1. dub. 10.* Henriquez *lib. 14. c. 18. n. 3.* Gomez *in Bull. Cruc. claus. 13. n. 58.* & Barbosa *de potest. Episcop. part. 2. alleg. 39. n. 19.* & rationem adducunt; quia Archiepiscopus tempore visitationis, potest subditos suffraganeorum absoluere à peccatis: ergo etiam poterit cum ipsis dispensare. Antecedens patet ex *cap. fin. de censib. lib. 6.* ibi: potest etiam idem Archiepiscopus, dum visitat, subditorum suffraganeorum confessiones audire, ac absoluere confitentes, & ipsis pœnitentias iniungere salutares.

Sup. hoc infrà in tr. 3. ex doctrina Resol. 8. & post absolutionem in tom. 2. tr. 6. Resol. 90. §. 1. paulo post initiū, vers. casus autem.

2. At hæc opinio non placuit Castro Palao *tom. 1. tract. 3. disp. 6. punct. 7. §. 3. n. 2.* vbi sic ait: Tertius casus est, dum Metropolitanus visitat, quia tunc videtur esse superior. At non est superior ad dispensandum, sed solùm ad absoluendum, *cap. fin. de censib. in 6.* Aliàs posset dimissorias concedere, quod communiter reprobatur. Ita ille, qui citat Suarez, Pontium, & Sanchez quibus addè Sayrum *in Clavi Regia, lib. 6. c. 11. n. 8.*

3. Et vt verum fatear, Archiepiscopus nihil potest in Diœcesibus Suffraganeorum, præter sibi specialiter in iure concessa. At nullibi conceditur ipsi dispensandi potestas, tempore visitationis, sed tantùm absoluendi à peccatis, vt constat ex *d. cap. fin.* Nec potestas dispensandi est necessariò coniuncta cum potestate

potestate absoluendi, vt patet in Parochis, qui solam posteriorem habent. Item, quia dum visitat, non potest illis subditis suffragancorum concedere dimissorias ad Ordines, vt benè inquit Franc. *in d. cap. fin. num. vlt.* nec potest dispensare cum eis in denunciationibus matrimonio præuiis, cùm vterque sit etiam actus iurisdictionis ordinariæ: ergo neque in aliis dispensare poterit.

4. *Nota* tamen, quod post hæc scripta inueni Fagundez *in Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 41. num. 13.* hanc docere sententiam; sic enim ait: Sunt multi, qui dicunt posse Archiepiscopum dispensare in votis cum subditis suorum suffraganeorum tempore visitationis, dum visitat Diœcesim suffraganeam, & sic limitant non posse extra tempus visitationis; at posse in tempore visitationis, & quia est legitimus superior, & quia tunc potest eos absoluere à peccatis, & confessiones illorum audire, vt patet ex *cap. finali, de censibus*, ibi: Potest etiam idem Archiepiscopus, dum visitat subditorum suffraganeorum confessiones audire, ac absoluere confitentes, & illis pœnitentias iniungere. At dicendum est, nec etiam tempore visitationis posse, quia, vt diximus, Archiepiscopus nihil præter sibi specialiter concessa potest in suffraganea Diœcesi, sed nullibi in iure ipsi conceditur talis dispensatio, sed absolutio tantùm à peccatis, vt constat ex prædicto *cap. finali, de censibus*, nec potestas dispensandi est coniuncta cum potestate absoluendi, vt constat in Parochis, qui solam potestatem absoluendi habent, non dispensandi. Deinde, quia dum visitat, nequit concedere illis subditis suffraganeis dimissorias ad Ordines, vt benè tradit Francus eo *cap. finali, numer. vltim.* nec potest dispensare in denunciationibus in matrimonio præuiis, cùm vterque etiam sit iurisdictionis ordinariæ actus. Ergo similiter nec in votis, aut iuramentis Deo præstitis. Ita Fagundez.

RESOL. XXXII.

An in extraordinario aliquo euentu possint inferiores dispensare in legibus superiorum, siue lex sit de matrimonio impediendo, vel de aliqua irregularitate, vel reseruatione voti, aut similium.

Et an quoties Episcopus potest certiorem facere Pontificem, & pauperem eorum, cum quibus dispensandum est, supplere, vt negotium ad Pontificem deferatur, dispensare Episcopus non possit? Ex part. 8. tract. 3. Resol. 71.

§. 1. REspondeo, quòd in extraordinario aliquo euentu, quando vrget necessitas dispensandi, & que periculum in mora, neque facilè ad legislatorem potest recurri, siue lex sit de matrimonio impediendo, vel de aliqua irregularitate, vel reseruatione voti aut similium. De omnibus his asseritur posse inferiorem dispensare, si vrgeat necessitas; quia tunc ex præsumpta legislatoris voluntate censetur inferiori commissa dispensandi facultas. Negare enim in his casibus potestatem dispensandi, videtur esse contra charitatem, suaue Ecclesiæ regimen & commune bonum, quod non est præsumendum. Adde quod sæpè absolutionem alicuius criminis reseruat Pontifex sibi, præterquam in mortis articulo: & tamen si ad Pontificem recursus non sit, potest Episcopus absolutionem concedere. Ergo ex necessitate vrgenti præsumi potest potestas concessa dispensandi. Sic relatis multis docent Thomas Sanchez *lib. 2. disp. 40. num. 3. & lib. 8. disp. 6. num. 20.* Suarez *de legib. lib. 6. cap. 14. num. 10.* Pontius *lib. 8. cap. 6. num. 7.* & alij.

2. Sed Vasquez *disp. 178. cap. 2. n. 16.* aduertit, quòd quoties Episcopus potest certiorem facere Pontificem, & pauperum eorum cum quibus dispensandum est, supplere, vt negotium ad Pontificem deferatur, dispensare non posse. Nam si hoc modo Pontifex consuli potest, qua ratione Episcopus in lege Pontificia dispensabit? Aliàs verò poterit, inquit, id facere ex voluntate præsumpta Pontificis, ne incommoda, & damna sequantur. Ego verò credo, Episcopum non teneri in impetrandis his dispensationibus reditus suos consumere, maximè cum aliis melioribus, aut æquè bonis, & necessariis possunt impendi: poterit ergo dispensare ad paupertatem partium, etiam cùm ipse eam paupertatem supplere potest, & ita habet praxis, & sentiunt Doctores: nam sine illa limitatione docent, licitum Episcopo esse, dispensare in necessitate, quando propter paupertatem partium difficiliùs est ad Pontificem aditus. Et ita hanc limitationem Vasq. impugnat Salas *de legibus disp. 20. sect. 3. num. 27.* Sanchez *in summa tom. 1 lib. 4. cap. 40. n. 39.* & alij, quibus ego libenter adhæreo.

Sup. contentis in hoc §. supra in Resol. 18.

RESOL. XXXIII.

An sit valida dispensatio facta ab inferiori in lege superioris, non præcognita prius causa, quando re vera causa erat iusta, & legitima.

Et si subditus vtatur tali dispensatione, neque peccet venialiter? Ex p. 1. tr. 10. Resol. 34.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Azorius *part. 1. lib. 5. c. 15. q. 9. & 10.* asserens, in neutro foro valere dictam dispensationem: quia facultas dispensandi censetur commissa præmissâ causæ cognitione. Sup. hoc in Resol. seq.

2. Sed contraria sententia probabilior mihi videtur: nempe, huiusmodi dispensationem validam esse in foro conscientiæ, donec in foro exteriori reuocetur: & præter Doctores, quos citat, & sequitur Sanch. *de matr. tom. 3. lib. 8. disp. 17. n. 11.* Salas *de legib. disp. 20. sect. 9. num. 79.* docet etiam hanc sententiam Villalob. *in summ. tom. 1. tractat. 2. dub. 41. num. 4.* vbi ita ait: *Quando de hecho de verdad ay iusta causa, mas el Prelado dispensò en conocimiento della, vale la dispensacion en el fuero interior hasta tanto, que se le reuoque en el fuero exterior, y es la razon, porque no ay derecho, en que se irrite la tal dispensacion, y como en ella se guarda el fin, basta esso aunque falte la solemnitad de derecho.* Vnde contra Azor. putat, & benè, Salas, *vbi supr. n. 81.* si subitus vtatur tali dispensatione, neque venialiter peccare.

RESOL. XXXIV.

An dispensatio inferioris in lege superioris, existente iusta causa, sed sine eius cognitione, valida sit?

Et in dicto casu quamuis dispensatio valida sit, an ita dispensans peccet mortaliter? Ex p. 8. tr. 3. Resol. 21.

§. 1. HOc dubium satis difficile pertractat P. Amicus *tom. 5. disputat. 6. section. 7. num. 91.* vbi sic ait: Oritur non leue dubium, An in foro conscientiæ valida sit dispensatio data ab inferiori, in lege superioris, legitima quidem existente causa, non tamen ea à dispensatore cognita. Affirmat Sanchez *lib. 8. de Matrimon. citata disp. 17. n. 11.* Cuius ratio est, quia talis dispensatio nullibi declaratur inualida. Confirmat, nam lex etiam temere promulgata si iusta sit, obligat: ergo etiam dispensatio temerè data, si iusta, valida erit. Quòd, si quando in dispensatione apponitur clausula, vt non nisi causa cognita dispenserur, vt Tridentinum *sess. 25. c. 18. de reformat.* Sup. hoc in Resol. præterita.

testatur, id intelligendum est, in foro tantùm externo; non autem in foro interno conscientiæ.

2. Negat verò Azorius *lib.6. moralium institution. cap.19. quæst.9.* & alij cum ipso; quæ sententia probabilior est. Cuius fundamentum est: quoniam sub hac conditione superiores facultatem dispensandi committunt inferioribus, vt nonnisi cognita, & examinata causa per potestatem sibi delegatam in lege superioris dispensent, vt expressis verbis *citato loco*, docet Tridentinum: Quapropter, inquit, sciant, vniuersi, sacratissimos canones exactè ab omnibus, & quoad eius fieri poterit, indistinctè obseruandos. Quòd si vrgens, iustaque ratio, & maior quandoque vtilitas postulauerint, cum aliquibus dispensandum esse: id causa cognita ac summa maturitate, atque gratis à quibuscumque, ad quos dispensatio pertinebit, erit præstandum, alitérque facta dispensatio subreptitia censeatur.

3. Confirmatur *primò*, nam quando superiores cum hac conditione facultatem dispensandi committunt inferioribus, suam conscientiam exonerant in conscientiam inferiorum, in eosque obligationem causas examinandi transferunt, vt constat ex verbis, quæ apponere solent in clausula dispensationis, quam ad inferiores dirigunt: In hac re tuam conscientiam oneramus, si preces veritate nitantur, dispensa.

4. Confirmatur *secundò*; quia non est præsumendum, quòd superior velit inferiori concedere facultatem dispensandi per actum illicitum, & peccaminosum, qualis esset actus, quo inferior dispensaret in lege superioris, non cognita, nec examinata causa.

5. Ad fundamentum Sanchez respondetur, huiusmodi dispensationem declarari inualidam exercitè, hoc ipso quòd in ea non seruetur conditio à superiore requisita. Ad confirmationem, dispar est ratio: nam lex proximam vim obligandi habet à voluntate superioris legem promulgantis: vnde etiamsi temerè illam promulget, valida est, si iusta sit. Dispensatio autem proximam vim deobligandi habet à voluntate superioris; facultatem dispensandi committentis inferiori: ergo nisi ea seruetur, valida non erit. Cùm igitur superior facultatem dispensandi committat inferiori sub conditione, vt priùs causas examinet, inualida erit, si ea detur causa non examinata. Cæterum sine fundamento asseritur, quòd talis conditio apponatur solùm in ordine ad forum externum: nam sicut reliquæ conditiones de iure, aut stylo Curiæ requisitæ, ipsomet Sanchez fatente, non solùm apponuntur in ordine ad forum externum, sed etiam internum: ita & hæc. Quòd si de voluntate superioris constet absque huiusmodi obligatione facultatem dispensandi delegare inferiori, vel inferior bona fide putet, causam examinatam esse à superiore, valebit dispensatio data ab inferiore, etiam causa non cognita, nec examinata. *Primum* patet: *secundum* probatur; quia in tali casu præsumitur superior ratam habere dispensationem bona fide datam ex causa probabiliter putata à superiore examinata. Et hæc omnia docet Amicus *loco citato*.

6. Sed his non obstantibus, sententiam Sanchez affirmatiuam tuetur Merola *tom.1. disp.4. cap.6. dub.12. num.211.* Salas *de legibus disputat.20. sect.9. num.76.* & Villalobos *in summa tom.1. tractat.2. difficult.41. num.4.* vbi sic ait: *Quando de hecho de verdad ay justa causa, mas el Prelado dispensò sin conocimientò della, vale la dispensacion en el fuero interior: hasta tanto que se le reuoque en el fuero exterior. Esta conclusion es mas probable que lo contrario, como latamente prueua Sanchez despues de otros. Y es la razon, porqueno ay derecho en que se irrite la tal dispensacion: y como en ella se guarda el fin, busta esso, aunque falte la solemnidad del derecho.* Ita ille.

7. Hinc infertur, quando Pontifex, vel Episcopus, vel alius potens dispensare in votis, vel iuramento siue iure ordinario, siue delegato, (nisi in delegatione habeatur specialis forma, petens præmitti causæ cognitionem) dispensat in illis, legitima causa existente, quamuis sibi non cognita, peccare quidem mortaliter, at dispensationem fore validam in foro conscientiæ, quia eadem est ratio, ac quando Episcopus dispensat in lege Pontificis.

Ad argumenta verò contraria superiùs posita.

8. Respondeo ad primum, id quod dici solet à Doctoribus inferiori censeri commissam dispensationem; præcedente causæ cognitione, intelligendum esse, vt ritè, ac rectè fiat. Imò neque peccabit dispensans, quamuis causæ examinationem non præmiserit, quando causa notoria est, quia in notoriis non exigitur ordo iuris, nec notorium eget examinatione, *cap. manifesta.2. quæst.1.* Imo si sibi causa constaret, non peccaret dispensans non examinandò causam, quia id examen petitur ne temerè dispenset, quæ temeritas cessat, vbi certus est de causa.

9. Ad confirmationem respondetur, locum Tridentini in contrarium ibi adductum, non obstare, quia æquè loquitur de Papa, ac inferioribus, cùm tamen constet dispensationem Papæ in iure humano (de quo loquitur Concilium) absque causæ cognitione, validam esse. Quare explicandum est Concilium, vt loquatur, quoad fori externi præsumptionem, & ideò dicit, subreptitia censeatur, & non dicit esse verè eam subreptitiam, sed præsumi impetratam per subreptionem.

RESOL. XXXV.

An inferior possit dispensare sine cognitione causæ, si in potestate dispensandi exprimantur nomina, nulla facta mentione cognitionis causæ?

Et ex doctrina huius quæstionis infertur inferiorem dispensationem sine causa in lege superioris peccare, & subditum ita dispensatum peccare toties, quoties dicta dispensatione vitur. Ex part.8. tractat.3. Resol.19.

§.1. SVppono quòd dispensatio facta per inferiorem, circa legem superioris in casibus sibi permissis, debet fieri ex causa iusta: aliàs tam dispensans, quàm dispensatus peccant, secundùm Innocentium, receptum *in cap. veniens, num.2. de filiis Presbyterorum*, Abbas *in cap. de multa, num.9. de præb. & in cap. à nobis, de iurepatron.* Caietanus 1.2. *quæst.96. art.5. in vltima annotatione, ad fin.* Couarruuias *lib.1. variar. cap.17. num.9. & in 4.2. part. cap.6. §.9. num.7.* Et dispensatio aliter facta, est nulla ex Concilio Tridentino *sess.25. cap.18.* Nauarr. *cap.25. num.74. in man.* cum traditis *infr. in differentia 4.* Debétque constare de dicta causa per informationem super veritate ipsius receptam. Sup. hoc loquitur supposito supra in Resol. 8. cursum ad lin. 5. & in fine, §. Sed ego.

2. Hinc colligitur, dispensatum sine iusta causa, peccare toties, quoties dicta dispensatione vtetur, sicut peccaret, si absque ea contraueniret legi, super qua obtinuit dispensationem. Ratio est, quia illa dispensatio, cùm sit nulla, nihil ei prodest, nec excusat quoad Deum. In foro tamen exteriori, excusat prædicta dispensatio; quia non poterit dispensatus accusari, vel puniri, si contrauenial legi virtute suæ dispensationis, quæ aliàs nulla est. Sup. hoc loquitur supra Resolutionem 11. & 16. eius primæ annot. post. tæ contra titulum.

3. Hoc

3. Hoc supposito ad quæstionem propositam negatiuè respondet Castrus Palaus *tom.1. tract.3. disp.6. punct.* 8. §. 2. *num.*4. vbi sic ait: Secundò temperant alij, nisi in potestate dispensandi exprimantur nomina eorum, quibus dispensantio est concedenda, nulla facta mentione cognitionis causæ, quia tunc dispensans censetur merus executor, & præsumere debet committentem certiorem esse factum de dispensationis causis, sic relato Felino, Speculatore, Garibay, docet Sanchez *num.*6. At licèt hoc sit probabile, mihi tamen probabilius apparet teneri causas dispensationis inuestigare, quia absolutè ipse dispensat. Quòd verò potestatem concedens nullam fecerit mentionem de causarum cognitione, non arguit omittendam esse, cùm à iure ipso moueatur dispensans debere causas dispensationis examinare, id meritò Princeps debebat supponere. Ita Palaus.

4. Sed opinionem Sanchez tenet nouissimè Merolla *tom.2. disputat.4. cap.6. dub.11. numer.*205. cui ego addo Villalobos *in summa tom.1. tract. 2. difficult.41. num.*2. vbi sic ait. *Infiereseé desta conclusion, que ni por la Bula se puede dispensar sin causa: como dize Soto, ni tampoco puede el Legado à latere dispensar sin causa: porque la autoridad que le dan para dispensar, es visto darsela conforme à derecho: como dize Sanchez, despues de otros.*

5. *Hase de aduertir, que quando el superior como à su inferior, que dispense con alguno, sin hazer mencion de causa, entonces el inferior ex mero executor, y deue presumir, quien le cometio la dispensation, conoce la causa antes, y no tiene que meterse en esso, como dize Gambara.* Ita ille. Vnde vtramque sententiam probabilem esse puto.

RESOL. XXXVI.

An valida sit dispensatio à Prælato inferiori, bona fide dispensante in causa non iusta; & ideò in tali casu, an tutus sit subditus, quamuis postea constet causam non fuisse sufficientem? Ex p.1.tr.10. Resol.33.

§. 1. NEgatiuè respondet Salas *de legib. disp.*20. *section.* 4. *num.*35. & alij penes ipsum: quia bona fides non solet acta alioqui nulla reddere: & ideò cognita insufficientia causæ non potest quis in foro conscientiæ huiusmodi dispensatione gaudere.

2. Sed opinio contraria probabilis etiam videtur, quam docet Sanchez *de matrim. tom 3. lib.8. disput.17. num.*8. vbi sic asserit: [Non valet dispensatio inferioris in lege superioris, licèt sit aliqualis causa; si tamen eam illegitimam esse constet: hoc tamen limitarem, nisi prudenter, ac bona fide iudicaret Prælatus causam esse iustam; tunc enim credo valere dispensationem, licèt verè non fuerit causa sufficiens: quia non est credendum, aliam esse Pontificis intentionem circa suas leges; & Dei circa suas; in quibus permittitur inferiori dispensare.] Quod clarè significat Azorius *p.1. l.7. c.29. q.9* vbi hæc ait: [Si Prælatus aliquis bona fide lege ieiunij aliquem liberet putans causam esse iustam, relaxatio prodest: quia bona fide facta est.] Ita ille. Et ideò tutus erit subditus in tali casu, quamuis postèa constet, causam non fuisse sufficientem.

RESOL. XXXVII.

An si Prælatus bona fide iudicauerit causam dispensandi esse iustam, cum reuera non sit, valeat dispensatio? Ex p.8.tr.3.Resol.20.

§.1. NEgatiuè respondet Castrus Palaus *tom.1.tr. 3. disp.6. punct.*8. §.2. *num.*5. vbi ita asserit. Tertiò temperant, nisi bona fide inferior Prælatus procedat, existimans adesse causam legitimam, cum tamen non sit. Quia non est credendum aliam esse Pontificis mentem circa suas leges, & Dei circa suas, siquidem hac ratione scrupulis obuiatur, & conscientiæ securæ fedduntur, & gesta à Prælatis firma permanent: quæ omnia rectæ Ecclesiæ gubernationi conducunt. Sic docet Sanchez *lib.8. disputat. illa 17. num.*8. cum Azorio *lib.7. Institut. moralium, cap.29. quæst.* 6. consentit Ioannes Sanchez *in select. disputat.54. num.*39. At hæc limitatio mihi non probatur. Tum quia ad rectam gubernationem Ecclesiæ non pertinet firmare dispensationes sine causa, seu illas excusare, alias pertineret etiam ad rectam gubernationem, vt quoties dispensandi putarent bona fide, nullam sibi dispensationem esse necessariam, validos actus efficerent, nulla adhibita dispensatione, & sic contrahentes bona fide in gradibus prohibitis validè contraherent: quod non est admittendum. Tum quia allegantes superiorem absque legitima causa dispensasse, audiuntur, etiamsi superior bona fide processerit; ergo signum est manifestum, bonam fidem dispensantis non firmare dispensationem. Ita Paulus, cui adde Pontium *de Matrimonio libro octauo capite* 14. *numero octauo* Bonacinam *de legibus, disputatione prima quæstione secunda puncto tertio numero octauo.*

Sup. hoc Resol. præterita, & infra lege doctrinam Resol.79.

2. Non desinam tamen adnotare Merollam *tom. 2. disputat.4. cap.6. dub.11. num.*209. opinioni Sanchez affirmatiuæ adhærere: non est enim humanum in his rebus semper attingere punctum æqualitatis, & ideò non est verisimile, Christum, vel Pontificem concessisse hanc potestatem cum tanta limitatione, vt si in re ipsa non attingat veram æqualitatem, inualida sit dispensatio. Sufficit ergo, vt secundùm regulas prudentiæ humanæ causa iudicetur proportionata: Confirmatur: quia non plus petit Christus Dominus à suo ministro, nisi, vt fideliter, & prudenter dispenset, iuxta illud Matth.24. & Luc.12. *Quis putas est fidelis seruus & prudens.* Imò neque inter homines plus requiritur vt gesta, vel dispensata ab aliquo œconomo, valida sint. Confirmatur *secundò* exemplo indulgentiarum; nam licèt ad earum valorem, requiratur causa proportionata, seu æqualis effectui Indulgentiæ, vt dicunt magis communiter Doctores: nihilominus hæc æqualitas, seu proportio, non semper sumitur ex re ipsa, sed prout cadit sub prudentem electionem concedentis, id est; consistit in sola quadam prudenti æstimatione morali illius proportionis, quæ seruari debet inter medium, & finem, ita vt illa causa censeatur adæquata Indulgentiæ, ad quam obtinendam, vel procurandam, hîc, & nunc, pensatis omnibus circumstantiis, concessio talis Indulgentiæ, prudenter existimatur medium proportionatum & conueniens, vt benè probat Suarez *tom.4. in 3. part. disputat.54. sect.3. num.*8. *& seqq.* ergo sicut in dispensatione Indulgentiarum, satis est ad illarum valorem, vt causa sit prudenter existimata æqualis; à fortiori idem dicendum est de aliis dispensationibus, à Prælatis Ecclesiæ concessis; hoc enim postulare videtur recta Ecclesiæ gubernatio, vt scrupulis fidelium obuietur. Et ita hanc affirmatiuam sententiam tenet etiam Reginaldus *tom.2. lib.31. cap.26. numer.*195. Vnde quando casus acciderit, putò non esse scrupulos iniiciendos.

3. Vnde Villalobos *tom.2.tr.2. diffic.41. num.*3. ita asserit. *Aduierte, que si el Pralado cum buena fe, pensando que ay causa legitima, dispensar, y de hecho*

de verdad no la uuiesse, toda via valdria la dispensacion, como seria en la ley de ayuno, como dize Azor. Y es la razon, porque conuiene assi albuen gouierno para quitar escrupulos: y desta manera se cree que tienen los Prelados inferiores potestad para dispensar: porque como es cosa moral, no ha de consistir en indiuisible; y en duda el subdito se al de suietar al mayzio del superior, como queda dicho.

RESOL. XXXVIII.

An quando inferior dispensat in lege Superioris, possit imponere aliquod onus ei, cui dispensatur?

Et quid si Episcopus dispenset super aliqua irregularitate orta ex delicto?

Et an quando ipsemet legislator dispensat in lege sua, tunc, si dispensatio non est debita, sed gratia, possit imponere aliquod onus ei cum quo dispensat? Ex p. 8. tr. 3. Resol. 22.

§. 1. NEgatiuam sententiam tenent Doctores, quos citat, & sequitur Castrus Palaus *tom. 1. tract. 3. disp. 6. punct. 10. num. 4.* vbi sic ait: Quòd si dispensans inferior legislatore sit, & in lege superioris tibi concedit dispensationem, probabilius existimo non posse sub onere aliquo, & pecuniaria mulcta illam concedere. Sic Sotus 4. *dist. 28. quæst. 1. art. 2. vers. ex his.* Ludouicus Lopez 2. *part. instruct. de matrim. cap. 39. §. sed si quis.* Thomas Sanchez *lib. 3. de matr. disp. 10. num. 9. & lib. 8. disp. 14. à num. 2.* Ioannes Sanchez *in select. disp. 54. num. 40.* Probatur, quia ad illud onus, & pecuniariam mulctam obligari non potest ex contractu, aliàs redoleret simoniam, si ob dispensationem tibi concessam in lege imponeretur obligatio pretio æstimabilis. Neque etiam ex lege præcedenti obligari potes, quia inferior non valet legem præexistentem ad aliam materiam extendere, neque de nouo legem, aut præceptum imponere. Vnde enim constat talis potestas.

Sup. hoc in fra in tr. 4. Res. 7.

2. Quòd si dicatur à legislatore illam habere, eo quòd debet præsumi legislatorem concedere potestatem dispensandi in lege, provt melius ipsi videbitur, absolutè, vel miscendo commutationem. Negamus id posse præsumi, aliàs præsumi posset datam esse potestatem inferiori commutandi superioris legem, in aliquod opus piũ, quoties viderit subdito conuenientius esse. Quocirca inferiori Prælato solùm committitur potestas relaxandi legem causa iusta intercedente: at subrogandi loco illius aliam, nullo modo. Ita Palaus; cui adde Sancium *in selectis, disputat. 54. num. 40.* Filliucium *tom. 2. tract. 10. part. 1. capite 5. numer. 21.* & alios penes ipsos quibus ego libenter adhæreo.

3. *Nota* tamen affirmatiuam sententiam docere Syluestrum, Armillam, Tabienam, Angelum, & alios Doctores, quos adducit Merolla *tom. 2. disput. 4. cap. 6. dub. 12. num. 216.* sed ipse meritò ibi negatiuam sententiam docet. Nec obstat dicere, quòd ex nostra sententia sequeretur, omnes Prælatos, seu iudices Ecclesiasticos esse damnandos, qui dispensantes in aliqua lege Pontificis in casu eis permisso, imponunt aliquam mulctam pecuniariam per modum cuiusdam consummationis. Respondeo, esse non damnandos; tum quia innituntur sententiæ probabili grauissimorum Doctorum, dicentium, id esse licitum. Et ad rationes pro nostra sententia adductas, posset responderi, id posse prædictos Prælatos ex tacita commissione Pontificis. Nam eo ipso, quòd Episcopis, tanquam ordinariis ea potestas conceditur, censetur etiam concessum, vt vel integrè dispensent, vel aliqua commutatione admista.

4. Limitatur nostra sententia, nisi Episcopus dispensaret in aliqua irregularitate orta ex delicto: tunc enim posset imponere aliquod onus ei cum quo dispensat, non per viam commutationis partialis, sed in pœnam delicti. Quando verò ipsemet legislator dispensat in lege sua: tunc si dispensatio non est debita, sed gratia, poterit imponere aliquod onus ei cum quo dispensat, vt colligitur ex *cap. licitè de fer.* Quia, cùm non teneatur legem relaxare, poterit illius obligationem in alia materia subrogare. Secus verò si dispensatio est debita, onus imponi non potest, Ita Ioannes Sanchez *disputat. 54. select. numer. 40.* & alij, sed vt dixi, negatiuam sententiam sequor.

Sup. hoc in fra in tr. Res. 8. §. Limitatur.

RESOL. XXXIX.

An dispensatio inferioris in propriis legibus absque causa sit valida?

Idem dicendum est, quando Superior, vel æqualis Successor dispensat absque causa in lege inferioris, vel æqualis prædecessoris: Et quid, si Episcopus in Synodo Diœcesana, vel Archiepiscopi in Synodo prouinciali dispensant sine causa?

Et quid de Legato Apostolico, qui plenam habet à Pontifice potestatem, an proinde eius dispensatio sine causa etiam data sit valida? Et additur Episcopum regulariter loquendo non posse dispensare sine causa in sua lege, quando illa transisset in contractum. Ex parte octaua, tractatu tertio, Resol. 26.

§. 1. QVoad primum respondeo: validam esse illam dispensationem; quia militat eadem ratio, quæ in Pontifice respectu suarum legum, tunc enim non dispensat in voluntate aliena, sed in propria, à qua sola vim habent leges illæ. Et hanc sententiam sustinent Panormitanus *in cap. at si clerici, §. de adulteris, num. 10. de iudic.* & *ibi* Decian. *in noua edit. num. 98.* Felinus *num. 6.* Alexander de Neuo *num. 16.* Angelus *verb. Beneficium, num. 22.* Syluester *verb. Dispensatio, quæst. 13. num. 19.* Nauarr. *in summa cap. 25. n. 74. & cap. fin. n. 4. de simon.* Azorius *l. 5. Institut. moral. cap. 15. quæst. 3.* Salas *de legibus, disput. 20. sect. 4. num. 47.* & alij quos refert, & sequitur Sanchez *lib. 8. de Matrimon. disputat. 17. num. 27.* qui bene addit *num. 28.* cum Nauarro *in summa, prælud. 9. num. 15.* & Suarez *tom. 4. in 3. part. disput. 56. sect. 2. num. 11.* idem dicendum esse, quando superior, vel æqualis successor dispensat absque causa in lege inferioris, vel æqualis prædecessoris. Quia in voluntate superioris est quando eminenter inferioris voluntas, & successor æqualis reputabatur quasi eadem persona, ratione eiusdem officij.

Sup. hoc in fra in Res. 41. recitatur in principio.

2. Et ideò, præter Doctores citatos hanc sententiam tenet cum aliqua limitatione etiam Granadus *in tract. 3. part. 2. disputat. 17. sect. 3. num. 27.* vbi sic ait. Infertur validam esse dispensationem, quam sine causa exhibet Prælatus superior legi inferioris, quando simpliciter, & absolutè est inferior? vt sunt Episcopi comparatione Summi Pontificis, & Synodus comparatione Episcopi; habet enim eiusmodi Prælatus plenam authoritatem erga subditos sui inferioris. Secus verò dicendum est de Archiepiscopo respectu legum Episcopi suffraganei, quia non est absolutè superior, sed solùm in quibusdam casibus. Similiter nullus Episcopus dispensare potest validè sine causa in legibus Concilij Prouincialis: hoc enim constat ex multis Episcopis, quorum authoritas maior, & suo modo superior est auctoritate singulorum

gulorum. Addit autem Sanchez *num.* 29. Episcopum regulariter loquendo, non posse sine causa dispensare in sua lege, quando illa transiisset in contractum, ita vt dispensatio cederet in damnum alicuius tertij, qui ius acquisiuisset ad aliquid, medio tali contractu, v. g. inquit, si fuerit statutum vt omnes ad vrbem confluentes gauderent aliquo priuilegio, non posset reuocare respectu eorum, qui iam venerant ad vrbem.

3. Sed hic *notandum* est, quòd ab hac communi doctrina aliqui excipiunt Legatum Apostolorum, qui plenam habet à Pontifice potestatem, ac proinde ipsius dispensatio etiam sine causa data valida erit, non minus, quam si data esset àb ipso pontifice. Sed meritò exceptionem hanc reiicit Sanchez *lib.* 8. *de Matrimon. disputat.* 17. *num.* 4. eo quod nunquam præsumitur Pontifex plenitudinem suæ potestatis alteri concedere in destructionem aliorum, nisi id in ipsa concessione explicet, vt si apertè dicat validam fore ipsius dispensationem etiamsi absque causa concedatur: vel illum constituat purum executorem suæ dispensationis quam dari iubeat ab inferiori absque vlla causæ cognitione.

4. Sed quæro hic obiter, an dispensatio Episcopi, aut Archiepiscopi in constitutionibus Synodi Diœcesanæ, facta absque causa, valida sit. Et respondeo affirmatiuè; quia solus Episcopus habet iurisdictionem, ac suffragium decisiuum in Synodo Diœcesana, cæteri assident illi, vt consilium præbeant, vt constat ex ipsomet tenore Synodi, in qua solus Episcopus decernit, & subscribit, nulla assessorum mentione facta. Et ita docet Suarez *de legibus, lib.* 6. *c.* 15. *n.* 8. Salas *disp.* 20. *sect.* 4. *num.* 33. Azorius *tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 25. *quæst.* 5. Hinc infertur contra Medinam *in part.* 2. *quæst.* 96. *artic.* 5. *dub.* 2. *concluſ.* 1. Episcopum non teneri legibus Synodi Diœcesanæ, quo ad vim coactiuam, sed tantum, quoad directiuam, sicut diximus, legislatorem suis legibus adstringi. Ratio est, quia eæ leges à solo Episcopo vim obligandi habent, ac in illis dispensat. Et etiam infertur, posse Episcopum solù sine consensu Capituli, dispensare in legibus Synodi diœcesanæ; non solùm ea ratione, quia sic habet consuetudo, sed etiam de rigore iuris. Probatur, quia nullo iure ostendi potest habere in hoc actu Episcopum dependentiam à Capitulo. Ita glossa *in cap. cum ex eo, de elect. in verb.* 6. *Episcopi.*

5. Quæro etiam *secundò*, an dispensatio Archiepiscopi in legibus Synodi Prouincialis, absque legitima causa, valida sit. Respondeo negatiuè cum Doctoribus *suprà* citatis. Probatur; quia Archiepiscopus est inferior Synodo Prouinciali, leges eas ferente, vt benè inquit Nauarr. *lib.* 1. *consil. in priori edit. tit. de offic. Ordin. consil.* 7. *& in posteriori, tit. de maior. & obed. consil.* 6. ergo non valet dispensatio Archiepiscopi, facta absque legitima causa in illius legibus, quia inferior non potest in lege superioris dispensare absque causa, vt probauimus. Antecedens probatur; quia ab inferiori ad superiorem, vt tradunt *gloss. fin. cap. a collatione, de appell. in* 6. non datur consequentia.

6. Et ideò omnia supradicta confirmat Villalobos *in summa tom.* 1. *tract.* 2. *diffic.* 41. *num.* 5. vbi sic ait. *Quando dispensa el Papa en su propria ley, aunque sea sin causa, es valida la dispensacion. Esta conclusion es muy comun: tienen la Innocentio, Syluestro, Soto, Couarruuias, Cordubà, y los modernos. El fundamento es, porque aquella ley era propria, y pende de su voluntad, la qual puede mudar.*

7. *Lo mismo se ha de dezir por la misma razon del Obispo, y de qualquiera Prelado que dispensa en su propria ley. Y lo mismo del que sucede en el oficio del Obispo, ò Prelado, que puede dispensar en la ley de su antecessor, que se repura como vna misma persona con el: como dizen Navarro, Suarez: aunq si la tal ley estuuiesse confirmada por el Papa: que entonces se opone contraria por ley del mismo Papa. como dizen Angelo y Syluestro.*

8. *Lo mismo se ha de dezir del superior respeto de las leyes del inferior: y lo mismo del Obyspo; ò Arcobispo respeto de las leyes de su Synodo: porque essas no tienen fuerça sin su autoridad: como dize Sanchez, despues de otros. Y lo mesmo viene à ser por la misma razon, del Prouincial respeto de las constituciones, de su Capitulo, y del Generali, respeto del Capitulo General.*

9. *Mas no es lo mismo del Arcobispo, respeto de las constituciones del Synodo Prouincial: porque aqui no es superior à toda la Congregacion, sino inferior: y assi se ha como el Dean respeto de su Cabildo: como dize Navarro, por loqual ne podra dispensar validamente sin causa: como dize Sanchez, despues de otros muchos, probandolo latamente.* Ita ille; cui adde Castrum Palaum *tom.* 1. *tract.* 3. *disputat.* 6. *punct.* 4. *numer.* 3. *& seq.*

g. late in Resol. seq. & in ann. §. ciu.

RESOL. XL.

An Episcopus possit dispensare in suis Constitutionibus à Papa confirmatis? Ex p. 8. tr. 3. Resol. 73.

§. 1 NEgatiuam sententiam docet Sanchez *lib* 8. *disput.* 17. *num.* 30. sed non caret difficultate: nam aliqui Doctores asserunt, Episcopum posse dispensare in lege Papæ pertinente ad solam illam Diœcesim. Ergo à fortiori in lege propria cõfirmata per Papam, cùm ad solam illam Diœcesim pertineat. Sed non est admittenda hæc ratio; & illam opinionem non approbat Azorius *tomo primo libro quinto capite decimoquinto* vbi sic ait. Sciendum est esse aliquas causas, in quibus ob consuetudinem moribus vtentium receptam possunt Episcopi in iure communi Canonico indulgentiæ beneficio vti, & aliquos ipsis legibus soluere. *Primò*, ratione consuetudinis legitimo tempore præscriptæ. *Secundò*, ratione grauis, & magnæ necessitatis, vel vtilitatis subitò contingentis, ita vt facilè & commodè non pateat ad Principem aditus; item ratione alicuius necessitatis crebrò accidentis. *Tertiò* ratione leuitatis, & paruitatis materiæ: esset enim difficile in minimis Principem adire, & consulere. *Quartò* ratione frequentiæ; vt si crebrò casus certus accideret. Hæc Syluester, Sotus, & Caietanus *locis suprà citatis*; imò Sotus, & Caietanus alium quartum casum excipiunt, quando lex superioris quidem est, sed pertinet ad proprium bonum ciuitatis, vel cõmunitatis: vt si lege regia statuatur, ne frumentum, vel vinum in oppidum aliunde aduehatur, poterit, qui oppido præest, relaxare. Sed certè hoc ideò est, quoniam lata lex videtur solùm in bonum proprium, non commune; videlicet, vt vendi, & imponendi possunt priuij priuatorum ciuium fructus ex bonis collecti, & percepti. Ita Azorius. Ex quibus, doctrina Sanchez negatiua circa præsentem quæstionem admittenda videtur.

Sup hoc in Resol. præterita §. Lo mesmo se ha dedecir. poria, cursim in fine, & in Resol. seq. §. 1. ante medium, à vers. secundo, nisi.

2. At vt verum fatear, mihi placet, quo ad præsentem difficultatem, opinio Salas *de legibus, disput.* 20. *sect.* 3. *numero* 29. putat enim videndum posse, quomodo sint confirmatæ per Papam; si enim Papa solùm eas confirmat declarando, esse laudabiles, & debere obseruari à subditis non facit eas proprias, nec tribuit eis nouam vim, sed declarat, quam habebant: ideò Episcopus potest non solùm in eis dispensare; sed eas abrogare, ac si non essent per Pontificem confirmatæ: si verò velit eis robur addere, & illas facere proprias, non poterit Episcopus eas abrogare; poterit

tamen in eis dispensare, vel non dispensare, sicut in aliis legibus Pontificiis ad eam solam Diœcesim directis iuxta opiniones relatas *diffic.*8. sed si dispenset sine causa, dispensatio erit nulla, sicut quando sine causa dispensat in aliis legibus Pontificiis.

RESOL. XLI.

An in aliquo casu dispensatio Episcopi in suis legibus sine causa sit valida?

Et quid, si illæ constitutiones fuerint auctoritate Pontificis confirmatæ?

Et quid est dicendum, si prædictas constitutiones Episcopus iuramento confirmauerit? Ex part.9. tr.6. & Misc.1.Resol.46. alias 41.

Alibi in Resol.not.seq. à principio.

§. 1. *Alibi* satis firmaui, dispensationem Episcopi sine causa, peccaminosam esse, non tamen inualidam: modò quæro, an dicta doctrina possit in quibusdam casibus limitari: Et respondeo primò affirmatiuè, quando lex illa Episcopi transierit in contractum incommodum alterius, vt si fieret statutum, vt omnes ad Vrbem confluentes gauderent aliquo priuilegio; non posset illud Episcopus reuocare respectu eorum, qui iam venerant, absque legitima causa superueniente: quia ius ex illo contractu iam in illis est acquisitum. Sic, aliis relatis; Sanch. *lib.*8. *de matrimon. disp.*17. *numer.* 29. Secundò, nisi illæ Constitutiones fuerint authoritate pontificia confirmatæ: quia ex ea confirmatione gaudent authoritate Papæ, & reputantur ac illius leges; ac proinde se habet ad illas Episcopus, ac ad ius commune: quia nequit eam confirmationem ex parte tollere. Ita Syluester *verb. Beneficium*, 3. *q.*9.*n.*13. Angelus *verb. Beneficium*, *n.*22. & *ibi* Armilla *n.*27. Tabiena *verb. Beneficium*, 2.*q.*15.*n.*17. Sayrus *de censuris*, *lib.*6. *c.*11. *n.*11. Azorius *lib.*5. *institut. moral. c.*15.*q.*7. & alij, quos refert, & sequitur Sanchez *vbi supra*, *n.*30. Et hanc opinionem sequitur etiam Salas *de legibus*, *disput.*20. *sect.*3. *n.*29. quando Pontifex ita confirmat, vt velit illis Constitutionibus robur addere, & illas facere proprias: secùs verò, si solùm eas confirmat, declarando esse laudabiles, & debere obseruari à subditis. Tertiò, secundùm aliquos, nisi Episcopus eas Constitutiones iuramento confirmauerit: quia cùm non possit secum in iuramento dispensare, nequibit etiam dispensare in iis Constitutionibus. Ita Angelus, Syluester, Tabiena, Armilla, Sayrus, & Azorius *vbi suprà*.

Sup. hoc suprà in Resol. 39.§.Et ideo post medium, verb. Addit.

Sup. hoc in Resol.præterita, & in alio §. eius annot.

2. Sed vt verum fatear, huic tertio dicto non possum adhærere: puto igitur, quòd licèt Episcopus dispensaret in dictis Constitutionibus iuratis absque iusta causa, valeret adhuc dispensatio, quamuis sit periurus: quia periurium non impedit actus valorem. Sicut si quis iurasset, non prodigè se expensurum pecunias, peccaret prodigè expendendo, sed factum teneret. Ita Gambarus *de auth. Legati*, *lib.*10. *n.*452. & Sanch. *d. disp.*37.*n.*31.

RESOL. XLII.

An Episcopus possit dispensare, quamuis petens prius adierit Pontificem, qui dispensationem negauit, iudicans causam propositam non esse iustam.

Et notatur eum, qui impetrauit dispensationem à Pontifice voti, in quo poterat Episcopus dispensare, posse ad eum confugere, vt dispenset.

Dicendum est etiam posse confugere ad potentem ex priuilegio, vt dispenset. Ex p.8.tr.3. Resol.49.

§. 1. Negatiuè respondet Sanchez *de Matrimonio*, *lib.*8. *d.sp.*14.*n.*5. vbi sic ait. Quando Pontifex de eo casu consultus denegauit dispensationem, iudicans non adesse causam, credo, nisi noua causa proponatur, non posse dispensare Episcopum. Quia eo ipso quòd Pontifex denegauit, videtur facultatem auferre inferioribus cùm illo singulari dispensandi, nisi ex noua causa emergenti. At secus esset, vbi huic singulari non denegasset, at constat solitum esse Pontificem aliis denegare ob eas causas dispensationem, reputando eas non iustas. Tunc enim posset Episcopus cum illo, cui denegata non est, iudicans eas esse causas iustas dispensare: quia cùm iure ordinario sibi ea dispensatio competat, non astringitur ad dispensandum ex iis solis causis, quibus Pontifex existentibus vult dispensare. Nec Pontificem denegasse aliis ex ea causa dispensationem, ligat ordinariam Episcopi facultatem, ne valeat dispensare eum in hoc, cui Pontifex non denegauit. Ita Sanchez & post illum Guttierrez *de Matrimon. c.* 123. *n.*18.

Sup. hoc suprà ex doctrina Resol. 92. Propter nem, à re Quæ doctr na.

2. Igitur eo ipso quòd Pontifex denegauit dispensationem ex ea causa, videtur facultatem auferre inferioribus dispensandi cum illo singulari, nisi ex noua causa emergente, seu proposita. Sicut postquam Pontifex aliquem condemnauit, non potest Episcopus illum absoluere, licèt fortasse potuisset, si causa priùs ad illum delata fuisset.

3. Et ideò hanc sententiam tenet Rodriguez *in summa tom.*1. *cap.*157. *num.*1. vbi sic ait: *Quando el Sumo Pontifice consuliado negò la dispensacion en cierto caso en el qual podia el Obispo dispenser iuzgando no auer causa suficiente, no podra el Obispo dispensar en el, si sobreuiene otra causa sufficiente, porque negando el Papa la dispensacion en este caso es visto quitar la authoridad en el al Obispo, saluo si otra persona pide la dicha dispensacion en caso de la misma especie, porque puede el Obispo dispensar con ella. Lo primero por auer otras causas. Lo segundo porque aunque aya las mismas respeto desta persona, puede juzgar que son sufficientes, aunque respeto de la otra las iuzgo el Papa por no tales.* Sic ille.

4. Sed contrariam sententiam tenet Suarez *de legibus*, *lib.*6. *c.*22.*n.*4. vbi sic ait: Ablatio potestatis, præsertim ordinariæ, mihi non videtur sufficienter probari, quia illa præsumptio nullo iure fundatur, neque ex illo facto sufficienter colligitur, considerata natura dispensationis, quæ est quædam gratia. Cùm enim dispensatio non sit debita, potest denegari à Pontifice ex sola voluntate: ergo per hoc non est, cur censeatur auferre ab inferiori potestatem illam concedendi, si velit. Deinde denegatio dispensationis potest prouenire ex particulari iudicio, quòd talis causa non sufficiat ad iustam dispensationem; sed Episcopus non tenetur conformari Pontifici in hoc iudicio: ergo neque in eo casu tenetur præsumere fuisse mentem Pontificis in illo casu, sibi auferre potestatem dispensandi. Imò potest præsumi voluisse se exonerare, tacitè subditum ad suum ordinarium remittendo. Consequentia cum maioti videtur clara. Minor autem patet; quia licèt Papa non soleat dispensare ex aliqua causa, neque admittere illam, vt sufficientem, potest Episcopus dispensare ex illa, si probabiliter iudicet esse legitimam. Quod concedit idem Sanchez *suprà*, quando de illa consuetudine, seu iudicio Pontificis ex aliis casibus in generali constat; non verò, quando in particulari casu præcessit denegatio dispensationis.

5. Sed non video, quid hoc referat, aut cur inde censeatur ligata potestas inferioris, cùm illa denegatio tantùm sit applicatio propriæ voluntatis ad operandum iuxta proprium iudicium, cui non repugnat, vt

vt alteri relinquatur sua potestas, & arbitrium etiam iuxta iudicium suum. Neque per hoc derogatur potestati Pontificis, quia inferior, dum non prohibetur, potest in suo foro vti sua potestate, vt iudicauerit expedire; hic autem nulla facta est prohibitio. Nec petitio priùs oblata Pontifici operatur præuentionis effectum, ne liceat postea id ab inferiori petere, tum quia in vsu iurisdictionis voluntariæ, non habet locum hæc præuentio, cùm liberum sit postulanti recedere à priori petitione, & aliam intentare, vt sensit Navarr. *consil. 1. de offic. deleg.* & idem Sancius *n. 3* tum etiam, quia superior negando dispensationem, iam quodammodo à se abiecit casum illum. Vnde etiam non est simile, quod de condemnatione à superiori facta afferebatur, quia condemnatio fit per sententiam, quæ includit præceptum, & imponit obligationem, quam non potest inferior auferre; negatio autem dispensationis non fit per sententiam iudicam, nec præceptum aliquod, vel obligationem superior per illam imponit, sed solùm relinquit præexistens vinculum, denegando vsum propriæ potestatis; ergo non est, cur inde censeatur ligata, & diminuta inferior potestas.

6. Censeo igitur, in illo casu posse Episcopum dispensare, & consequenter, si id faciat non ignorans priorem denegationem „& iudicans, causam esse legitimam, dispensationem esse validam, quia neque habet defectum potestatis, nec voluntatis, nec iustitiæ. Hucusque Suarez; cui adde Salas *de legibus, disp. 20 sect. 13. n. 106.* & huic sententiæ contra Sanchez ego adhæreo; cui etiam nouissimè adhæret Amicus *tom. 5. disp. 6. sect. 8. n. 121.* quia ipse „in tali dispensatione nullus apparet defectus dispensationem irritans: falsa quippe est assignata præsumptio, quòd superior negando dispensationem subdito petenti, eo ipso auferat inferiori Prælato facultatem cum illo dispensandi, cùm nullus præsumatur suo iure priuatus, nisi illi expresè constet: & ex alia parte non tenetur inferior Prælatus dispensationem concedere: vel negare ex iudicio superioris, sed ex suo proprio, cùm aliæ causæ possint ad dispensationem concedendam illum mouere. Quo fit vt, etiam si inferior sciat, dispensationem negatam fuisse à superiore, adhuc possit illam validè, atque iustè concedere, modò ex causa probabiliter iusta saltem putata illam concedat.

7. Et hanc sententiam contra Sanchez tenet etiam Portel. *in respons. moral. tom. 2. cas. 49. n. 17.* vbi etiam notat, quòd si quis obtinuit rescriptum Papæ, vt possit à certo Confessario Doctore dispensari: eo rescripto non obstante poterit recurrere ad Episcopum, vel alium superiorem alias dispensare. Rescriptum enim non priuat Episcopum facultate, quam alias habet ad dispensandum in illo casu.

8. Nec obstat dicere, quòd saltem quando Episcopus ignorat priorem recursum ad Pontificem, dispensationem negauit, ne si de facto ipse dispenset ex eadem causa Pontifici proposita, non fore validam dispensationem, tanquam subreptitiam, & ex defectu voluntatis Episcopi, quia de illo meritò præsumitur, non fuisse concessurum dispensationem, si sciret, fuisse à Pontifice denegatam, cùm inferior teneatur præsumere, superiorem iustè negasse dispensationem; ergo illa taciturnitas, seu ignorantia causat in Episcopo iustum inuoluntarium, & consequenter illa dispensatio erit inualida ex defectu voluntatis.

9. Respondeo cum Suarez *n. 6.* etiam in hoc casu taciturnitatem illam non reddere dispensationem subrepticiam, vel nullam, quia supposita potestate, quo ad voluntatem eadem est ratio in inferiori, quæ in æquali, vel superiori. Accedit, quòd nullibi inuenitur in iure cautum, eam denegationem Pontificis exprimendam esse Episcopo, ne dispensatio ipsius subreptitia censeatur.

10. *Notandum* est etiam hìc, eum qui impetrauit dispensationem à Pontifice voti, in quo poterat Episcopus dispensare, posse ad ipsum confugere, vt dispenset; dicendum est etiam, posse confugere ad potentem ex priuilegio. Vt si, verbi gratia, fuit votum pœnale castitatis, vel religionis, poterit adire Religiosos, qui ad dispensandum in eo priuilegium habent, vel ad Confessarium per Bullam Cruciatæ electum, vt in illo dispensent, non obstante impetratam fuisse à Pontifice commissionem dispensandi, factam Ordinario, vel Confessario. Quia adiisse Pontificem, nullum præuentionis effectum operatur, & commissio in fauorem huius facta, non debet in eius odium retorqueri. Nec iam Ordinarium, vel Confessarium dispensare virtute commissionis, obstat, quin possit hic adire habentem priuilegium dispensandi, aut vti priuilegio Cruciatæ, redeundo ad priorem voti obligationem. Et sic, tanquam noui voti possit dispensationem, aut commutationem impetrare, non facta prioris mentione. Et quamuis Pontifex semper huiusmodi vota commutet in menstruas confessiones, & certa pœnitentiæ opera, & solùm quando adest incontinentiæ periculum; hoc tamen non impedit commutationem fieri per Bullam in subsidium belli, provt ipsa concedit: & per priuilegia Religionum, & quæcumque opera pia, vt ea expresè concedunt, & virtute horum dispensare ex aliis causis iustis, quamuis non adsit incontinentiæ periculum, vt benè inquit Sanchez *lib. 8. de Matrimon. disputat. 14. n. 7.* qui tamen hoc limitat, dummodo huic singulari non sit denegata dispensatio à Pontifice, vel Pœnitentiario. Sed hæc limitatio mihi non placet, propter rationes superiùs adductas.

RESOL. XLIII.

An Episcopus possit cum Regularibus exemptis dispensare, si ipsi cedant exemptioni.

Et an hoc intelligatur casu, quo in Prælato Superiore non esset potestas absoluendi, vel dispensandi.

Et an in nomine Episcopi præsenti intelligatur tantum Episcopus loci, in quo Religiosus ortus est, vel habet domicilium, aut saltem commoratur? Ex part. 8. tr. 3. Resol. 44.

§. 1. REspondeo affirmatiuè cum Auila *de censuris, part. 2. c. 7. disp. 1. dub. 6. concl. 2.* vbi sic ait. Prælatus Monasterij exempti potest ex æquitate iuris sponte se subiicere quoad hoc Episcopo, atque adeò absolui ab illo, & idem potest facere Religiosus particularis cum licentia Prælati. Ità Federicus Senens. *consil. 14.* Pater Henriquez *lib. 7. de Indulgentiis, c. 25. n. 2. & lib. 14. cap. vltim. in fine*, quia hoc est quid fauorabile, & per consequens non est deperditum per exemptionem, quæ etiam est fauorabilis, & secundùm regulam iuris in 6 *Quod in gratiam alicuius conceditur, non est in eius dispendium retorquendum.* Dico, *ex æquitate iuris*, quia P. Henriquez *ibidem in gloss. littera M*, dicit secus esse stando in rigore iuris pro foro extetiori. Dixi *cum licentia*, quia sine illa non potest, ita Paulus III. citatus à Patre Henriquez *ibidem littera N.* Hucusque Auila.

Sup. hoc pro subdito & Prælato cõtentis in hoc §. infrà in tr. 3. Resol. 7. §. 1. & 2. & § vlt. & in tom. 7. tr. 1. ex Resol. 1. §. Nec obstat, tertio, lege ad medium vers. Tertio faciunt, & §. seq.

2. Sed affirmatiuam sententiam, sine vlla difficultate, tenendam esse puto, quam tuetur Sanchez in *3. part. tom. 4. disp. 30 sect. 2. n. 3. & tom. 5. disput. 45. sect. 2. n. 12.* Henriq. iterum *lib. 6. c. 16. n. 8.* & Sanch. *in summa tom. 1. lib. 4. cap. 39. n. 32.* Et ratio est, quia exemptio Religiosorum est potissimum inducta in

fauorem Religionis, vt eius Religiosi quietiùs Deo famulentur, & ne passim ab Ordinibus perturbentur: vnde in iis, quæ quietem, & fauorem Religionis concernunt, non debent esse peioris conditionis, quàm alij de eadem Diœcesi non exempti. Nec rationi consonat, vt exemptionis priuilegium, in hoc casu, contra eius finem operetur, impediens hanc subiectionem; & ideò in his ita fauorabilibus, censetur, per Epikeiam, tota Religio consentire. Debet autem, vt per Epikeiam hæc licentia Pontificis præsumatur, constare subdito licentiam à Prælato regulari iniustè negari, nam in casu dubio, an iustè, vel iniustè neget, possidet lex exemptionis in fauorem Religionis facta, ac proinde non poterit adiri Episcopus. Sic Molina *tom.4. de Iustit. tractat.3. disp.61.n.5.* Thomas Sanchez *lib.4. summ. cap.39. n.36.* Basilius *lib.8.c.5.n.14.*

Sup. hoc in Ref. 1. not. præteritæ §. Limitanda.

3. Sed hæc omnia optimè limitat Sanchez *n.38.* Molina *suprà n.3.* Basilius *n.15.* vt intelligatur casu quo in Prælato superiore non esset potestas absoluendi, vel dispensandi; nam si hæc esset, debebat Religiosus prius ad illum recurrere, quàm ad Episcopum, quia dum intra Religionem remedium quærere potest Rligiosus, non est censendum Pontificem tollere exemptionem: tum quia id noceret debitæ subditorum subordinationi; tum quia frustranea esset casuum reseruatio facta superiori Præfato, si Religiosus adire posset Episcopum pro illius absolutione, & dispensatione, quoties immediatus Præfatus non potest, vel non vult dispensare. Placet mihi hæc limitatio adhibita moderatione, quam Basilius apponit, scil. nisi necessitas vrgeat impetrandi dispensationem, & superior Prælatus longè absit, & facilè adiri non possit, cui moderationi non videtur contradicere Sanchez, & Molina *vbi suprà.*

4. Quòd si nullus Religionis Prælatus possit subditum absoluere, vel dispensare, probabilius existimo de licentia sui Prælati posse Religiosum adire Episcopum pro absolutione, vel dispensatione obtinenda; quia adire hoc modo Episcopum non obstat priuilegio exemptionis, si quidem præsumi potest fieri ex licentia Religionis cuilibet Prælato communicata. Neque etiam obstat bono regimini illius, & debitæ subditorum obedientiæ, cùm ex licentia superioris fiat. Ergo.

5. *Nota* tamen nomine *Episcopi* in præsenti, intelligi tantùm Episcopum loci, in quo Religiosus ille ortus est, vel habet domicilium, aut saltem commoratur, habitatione requisita, vt censeatur aliquis, Episcopo illi, quo ad hoc, subiectus, quæ habitatio est, secundùm aliquos, commorari in ea, aut habere animum commorandi maiore anni parte. Et ita docet Merol. *tom.2.disp.4.c.6.n.145.*

RESOL. XLIV.

An sola patientia Prælati sufficiat pro dispensatione.

Et an si quis ex pacto dederit Papæ pecuniam pro aliquo beneficio, eo ipso, quod in eum ipsum contulerit, censeri dispensasse super simoniam?

Idem dicendum est de aliis Inferioribus Papæ, quoad dispensandum in eorum statuta. Ex part.8. tr.3. Ref.17.

§. 1. VErbi gratia, si Pontifex, vel Episcopus videat irregularem celebrare, vel habentes impedimentum, contrahere matrimonium, in quo impedimento possent ipsi dispensare. Et negatiuè respondet Suarez *de legib. lib.6. c.13. num.22.* Saytus *de censur. lib.7. c.14. n16.* Bonacina *de legibus, disp.1. q.2. punct.1. n.18.* & alij. Et ratio est, quia sola taciturnitas, & patientia Prælati, per se, ac præcisè sumpta, non est sufficiens signum consensus, vt ait glossa *in cap. cum iam dudum, de prabend.* & colligitur etiam ex *cap. super eo, de cognat. spirit.* nam licèt dicatur quis consentire indirectè, quando tenetur impedire, & non impedit; non tamen inde colligi potest directa voluntas, qualis ad dispensandum requiritur. Et hoc est, quod Canonistæ dicunt illa, quæ tantùm in patiendo consistunt, non esse sufficiens signum dispensationis, quæ actum positiuum requirit.

2. Sed mihi magis placet affirmatiua sententia, quàm nominatim contra Suar. tenet Amicus *tom.5. disp.6.sect.6.n.70.* vbi sic ait. Quotiescumque inferior dispensat in lege superioris, dispensat ipso superiore vidente, & tacente. Hanc regulam tradunt Sotus *in 4. distinct.18. q.4. art.3. §. circa concessiones.* Henriquez *lib.6. de pœnit.c.3.n.13.* Sanchez *lib.3. de matrimon. disp.35. n.20.* & alij quamplurimi: licèt id tantùm doceant de facultate absoluendi à peccatis sed eadem ratio militat de potestate dispensandi, cùm eadem facultas superioris requiratur ad absoluendum à peccatis, atque ad dispensandum in ipsius lege. Ratio regulæ: quia cùm videat superior agi contra suam legem, & nihilominus id tacens permittat, præsumitur talem actum absque suo, & dispensationis peccato velle permittere, & consequenter præsumitur in ea lege tacitè velle dispensare. Antecedens probatur, quoniam, vt constat ex *l. merito, ff. pro socio*, quotiescunque actus exerceri potest cum peccato, vel sine peccato, præsumendum est legislatorem velle illum exerceri sine peccato. Exerceretur autem talis actus in peccato, si superior in tali casu non haberet voluntatem dispensandi: quia vel esset causa inualiditatis actus; vel subditum periculo exponeret, ne opinione obtentæ dispensationis multa ageret, quæ defectu validitatis dispensationis cum damno, & scandalo aliorum non sustinerent. Cæterum notant præcitati authores hanc tacitam superioris voluntatem tantùm sufficere ad approbandum actum illum, qui eo tempore fit, non ad concedendam potestatem pro actibus in futurum exercendis.

Sup. hoc magis late in tom.1. tr.3. Ref.5. & in aliis eius primæ not.

3. Contra hanc regulam opinatur Suarez *lib.6. de legibus, c.13.* Ducitur hoc duplici fundamento; *Primò*, quia sola taciturnitas non est sufficiens signum consensus, sed ad summum permissionis, quæ ad dispensationem non sat est, quippe quæ positiuum requirit consensum. *Secundò*, quia vel sæpe talis permissio esse potest absque vllo peccato Prælati, vel ad vitandum maius malum, vel propter indispositionem subditi, vel propter aliorum scandalum, vel esto illa sit cum aliquo peccato negligentiæ; aut pusillanimitatis Prælati, non propterea statim præsumitur in eo actu cum subdito dispensare. Verum hæc Suarez argumenta tanta non sunt, vt propter ea cogamur communem sententiam Doctorum deserere. Quare ad eius argumenta dicendum est, esto Prælati taciturnitas non sit euidens signum positiui consensus dispensandi cum subdito in eo actu, esse tamen probabile ob rationem à nobis assignatam, quod sufficit ad subditi conscientiam quietandam. Ita Amicus, cui ego addo Palaum *tom.1.tractat.3. disput.6. punct.12. n.3.* & Salas *de legibus disp.20.sect.9. n.57.*

4. Cognoscitur verò hæc tacita dispensatio (vt optimè obseruat Palaus) si tibi à Prælato mandetur actus; qui sine dispensatione fieri non potest; vel si videat te disponi ad operandum contra legem, & non impediat cùm facilè possit. Probatur verò nostra sententia, quia illa taciturnitas est ratihabitio de præsenti, quæ sufficit ad concedendam veram iurisdictionem ad audiendas confessiones, & reliqua exercenda: ergo multò magis sufficiet ad concedendam

dispensa

dispensationem, *Secundò*, quia cùm Prælato ex officio incumbat, delictis subditorum obuiare cum ea videt, ac facilè contradicere potest, præsumitur grauissimum delictum Prælati non contradicentis, nisi ipsum censeri dispensare dicamus.

5. Ad argumentum verò pro sententia Suar. & aliorum respondetur, quòd licèt taciturnitas illa, & patientia Prælati, per se, ac præcisè sumpta, indicet tantùm promissionem; tamen per accidens, hìc & nunc, & vt excludatur Prælati dolus, censetur sufficiens signum positiuæ voluntatis dispensandi.

6. *Notandum* est tamen hìc obiter id quod dicit Angelus *verb. simonia* 7. §. 5. Si quis ex pacto dederit Papæ pecuniam, pro aliquo beneficio, eo ipso quòd in eum, ipsum contulerit, censeri dispensasse super simonia, & sic posse retinere beneficium tutâ conscientiâ. Quod mirabiliter ampliat idem Angelus *d. verb. simonia* 5. §. 7. siue sit de iure diuino, siue positiuo: vtroque enim casu non incurret pœnas iuris, committens simoniam cum Papa sciente, etiamsi non dicat se dispensare in ipsis; quia scientia Principis purgat illud vitium. Quod est mente retinendum, licet contrarium teneat Abbas, & malè *in cap. 1. de simonia, num* 8. quia argumentatur à facto Episcopi, ad factum Papæ, in quo fallitur, cùm in Principe sit speciale, vt sine expressa dispensatione, sed solo facto dispenset: quod secus est in inferiore, per dicta *suprà*. Et licèt simonia sit de iure diuino, pœna tamen eius est de iure positiuo, & sic non mirum, si eas non incurrit, committens eam cum Papa. Et obserua idem quod dictum est de Papa, dicendum esse de aliis inferioribus, quoad eorum statuta, secundùm Salas *de legibus disp.* 14 *sect.* 3. *n.* 34. Et hæc docet etiam Valerus *verb. dispensatio, differ.* 3. *num.* 4.

RESOL. XLV.

An v. g. Prælatus Superior possit dispensare circa pœnas impositas à Prælato inferiori ipso renuente?

Et aduertitur, si condemnans finierit officium suum, posse tunc Prouincialem, aut Generalem subditum condemnatum à Rectore absoluere, nulla requisita licentia à Rectore moderno, seu ab eo, qui reum condemnauit. Ex part. 8. tract. 3. Resol. 31

§. 1. NEgatiuè respondet Castrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 3. *disp.* 5. *punct.* 6. *num.* 13. vbi specialiter asserit, pro Religiosis post latam sententiam, & condemnationem factam à iudice ordinario, v. g. à Rectore Conuentus; si velit Prouincialis dispensare, post latam sententiam à Prouinciali si velit Generalis id efficere non potest renuente iudice ordinario: colligitur ex Tridentino *sess.* 14. *cap.* 1. *de reformat.* vbi suspensum ab ordinario non potest Metropolitanus, neque alius contra voluntatem ipsius Prælati suspendentis Promouere. Ratio est, ne authoritas iudicantis contemnatur à subditis. Sic expresse Man. Rodrig. *tom.* 1. *quæst. regul. quæst.* 21. *art.* 8. vbi aduertit, si condemnans finierit officium suum, posse tunc Prouincialem, aut Generalem subditum condemnatum à Rectore absoluere, nulla requisita licentia à Rectore moderno, seu ab eo, qui reum condemnauit, quia tunc authoritas Prælati, qui condemnauit, non contemnitur, siquidem iam desinit esse Prælatus: quæ erat ratio prohibitionis Concilij.

RESOL. XLVI

An in dispensationibus locum habeat argumentum ab identitate rationis à maiori ad minus.

Et pro praxi huius difficultatis in textu huius Resolutionis plurimi explanantur casus sæpius contingentes in facto, & tota doctrina est valde notanda. Ex part. 8. tr. 3. Res. 41.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Decius *in cap. quia in tantum, in noua edit. à n.* 15. *vsque ad* 19. *de prab. & reg. Non debet cui. n.* 21. *n.* 6. *de regul. iur.* Hyppolytus *repet. ad cap. At si Clerici, §. de adulteriis, num.* 86. *& seq. de iudic.* Francus *in cap. cui de non sacerdotali, n* 5. *notab. vlt. de prab. in* 6. & Merolla *de irregul. lib.* 5. *c.* 50. *n.* 10.

Ad confirmandam doctrinam huius Resolutionis lege Resol. not. seq.

2. Probatur *primò* hæc sententia, quia in re pœnali, & odiosa, id argumentum locum habet, vt apertè colligitur ex *l. nec in ea* 22. *ff. ad Iuliam, de adult.* ibi, Sed, qui occidere potest adulterum, multò magis contumelia poterit cum iure afficere.

3. *Secundò* probatur ex *cap. ex parte tua, de decim.* vbi priuilegium super decimis non soluendis, concessis Ecclesiasticis, extenditur ad noualia, & ea ratio redditur in textu, ibi. Quia vbi maius conceditur minus concessum esse videtur: at eiusmodi priuilegium est odiosum, cùm sit contra ius.

4. *Tertiò*, quia *in cap. per venerabilem, qui filij sint legit.* hoc argumento vtitur Pontifex, ibi; Quod in maiori conceditur, licitum esse videtur & in minori. Et sit ibi hoc argumentum à maiori ad minus in diuersa specie, vt à spiritualibus ad temporalia, & non solùm à maiori, sed à simili arguit Pontifex, ibi: Per simile quoque, & eo, vel maximè, quod legitimatio ad temporalia est odiosa, vtpote, quæ ius legitimorum minuit.

5. *Quartò*, nam Pius V. dispensauit cum Monialibus, vt possint exire à Monasterio, ex causa magni incendij, infirmitatis lepræ, aut epidemiæ tantùm, & tamen ea dispensatio extenditur ad alios casus, ob identitatem rationis. Ergo, &c. Et ita hanc sententiam probabilem esse, ex supradictis concedit Sanchez *de matrimon. lib.* 8. *disp.* 1. *n.* 32.

6. Sed ipse ibi, & meritò, negatiuæ sententiæ adhæret, licèt illam limitet *n.* 39. vt non procedat quando dispensatio rationem expressam concessionis, seu dispensationis, continet: tunc enim volunt, extendi eam dispensationem ad casum non expressum, vbi reperitur eadem ratio. Et ita etiam tenet Valerus *de different. vtriusque fori, verb. dispensatio num. vlt.*

7. Sed, vt verum fatear, hæc limitatio non caret difficultate, quia vt *suprà* dixi, tota efficacia dispensationis, à voluntate concedentis, in ea significata, dependet: at ipse concedens verbis exprimit suam voluntatem. Cùm igitur verba dispensationis casum similem non comprehendant, ad illos dispensatio extendi non potest. Nec est eadem ratio de extensione legis de casu ad casum, ob identitatem rationis: quia lex pendet à ratione: nam ratio est anima legis, vt dicunt communiter Doctores; dispensatio verò dependet à voluntate dispensantis. Sicut, quamuis lex pœnalis, quo ad obligationem, extendatur de casu ad casum, ex identitate rationis, non tamen quo ad pœnam, quia pœna non dependet à ratione, sed tantùm à voluntate legislatoris, *vt suprà* dictum est. Et hæc opinio est probabilior, loquendo de dispensationibus ab homine concessis: licèt secus sit de concessis à iure. Et ita hanc sententiam tenetur sequi Suarez *de legibus, lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 11. dicens, priuilegium non extendi de casu ad casum ex identitate rationis etiam in lege expressæ.

8. Limitan

Sup. hac prima limitatione in §. 1. 2. & 3. Resol. seq. & præteris limitationibus contentis in hoc §. magis late infrà in tr. 6. Resol. 65 à §. Notandū est, vsque ad §. Et tandē, exclusiuè.

8. Limitanda est tamen opinio nostra negatiua. *Primò*, quando minus est annexum cum maiori, vel in eo inclusum, tanquam pars eius: tunc enim dispensatio in casu maiori extenditur ad minorem; quia concesso toto, partes concessæ videntur. Vt dispensatio ad Sacerdotium, extenditur ad omnes inferiores Ordines. *Secundò*, vt non valeat argumentum à maiori in dispensationibus ab homine concessis: secus in iis, quæ à canone, vel lege indicuntur, quia illæ strictè, hæ verò largè interpretandæ sunt. *Tertiò*, non procedit in casibus à iure æquiparatis: vnde Clericus dispensatus, vt possit frui fructibus beneficij in absentia, vt vacet studio Theologiæ, censetur etiam ad id dispensatus, si ius Canonicum audiat, quia hæ scientiæ sunt in iure æquiparatæ. *Quartò*, vt locum non habeat nostra sententia tantùm, quando maius, & minus sunt in diuersis generibus: secus, si vtrumque sit in eodem genere; tunc enim dispensatio in maiori extenditur ad minus.

9. Hinc infertur, Episcopum, vel Monachum, cui concedit Pontifex testandi facultatem, posse quoque codicillum facere, & causa mortis donare: quia hæc sunt partes vltimæ voluntatis, quæ concesso testamento, censentur concessa. Aliqui ex hoc etiam inferunt illegitimum dispensatum ad beneficium parochiale, seu curatum, censeri etiam dispensatum ad Canonicatum, & personatum & è contra, quia omnia hæc sunt in eodem genere. Sic videtur apertè tenere Felinus *loco citato*. Sed hæc opinio non mihi probatur. *Primò*, quia gratis dicitur huiusmodi beneficia esse in eodem genere, nisi largo modo. *Secundò*, quia dispensatio, cùm sit stricti iuris, non solùm non est amplianda, etiam intra propriam, ac naturalem significationem verborum, sed potiùs restringenda: ergo, si est concessa ad beneficium curatum, nulla est ratio, cur debeat extendi ad Canonicatum, & personatum, & è contra.

10. *Quintò* limitatur nostra sententia, vt non procedat in dispensatione fauorabili, sed tantùm in odiosa: quia hæc est strictè interpretanda. Et ita docet Sanchez *lib. 8. de matrimonio, disp. 1. n. 33.* qui tamen malè exemplificat in dispensatione illegitimi ad Ordines, hæc enim non est fauorabilis, sed odiosa, & ideo restringenda, vt ipsemet fatetur *d. disp. 1. n. 26.* Quòd si forte hic Auctor voluit loqui de dispensatione, simpliciter facta cum illegitimo, super defectu natalium, ad hunc effectum, vt simpliciter legitimus sit, quæ propriè appellatur *legitimatio*, & non dispensatio, adhuc sibi ipsi non constat: nam huius contrarium expressè dicit inferiùs, *disp. 2. num. vlt.* vbi tenet, potestatem quidem legitimandi esse fauotabilem, exercitium verò legitimandi, seu legitimationem ipsam esse odiosam.

11. Addi etiam potest *tertia* contradictio, quæ reperitur in dictis eiusdem authoris: etenim in suprà citata *disp. 1. n. 33.* expressè ait, legitimationem censendam esse fauorabilem, etiamsi vergat in præiudicium aliorum, ad quos hæreditas aliàs pertineret, ea ratione motus, quia id præiudicium iura paruipendunt, cùm talis spes sit potiùs in iure odiosa, arg. *l. post emancipationem, iuncto §. 1. ff. de liber. leg.* At verò *in disp. 2. n. 28.* asserit, non modò legitimationem ipsam esse odiosam: verùm etiam potestatem legitimandi, quæ aliàs fauorabilis est, & extendenda, vt *ibi* concedit *num. vlt.* censendam esse odiosam, quando cederet in præiudicium tertij. Vnde quamuis concedat *ibi*, potentem ex priuilegio legitimare adulterum, & incestuosum, posse etiam, quando vtrumque vitium in eadem persona concurrit: secus tamen ait, quando id cederet in præiudicium tertij, tunc enim ea potestas, tanquam odiosa, restringenda est, vt non extendatur ad casum mixtum, nempe quando persona legitimanda, est simul ex incestu, & adulterio nata. Et huius rationem reddit; quia Princeps censetur velle, quam minimum possit, damnum tertio inferre. Et omnia superiùs dicta etiam latè docet Merolla *tom. 1. disp. 4. c. 4. n. 64. & seqq.* cui ego addo Salas *de legibus, disput. 30. sect. 10. § 2. per totum.*

12. Vnde non deseram hîc apponere ea, quæ docet Valerus *in differentiis vtriusque fori, verb. dispensatio, different. 9.* quòd dispensatus, vel habilitatus ad habendam dignitatem, non potest habere beneficium simplex, nisi specialiter de eo facta sit mentio. Sequitur Tiraquell. *de nobilitat. quæst. 15. n. 16.* Similiter dispensatus ad beneficium, non extenditur ad beneficium extra eius Diœcesim, secundùm Rebuff. *in praxi, tit. de dispensatione ad plura beneficia, n. 33.* Nec poterit illud obtinere in Ecclesia Cathedrali, secundùm Rotam *antiq. 45.* Et dispensatus, vt possit etiam habere in Cathedrali, non poterit habere in Metropolitana. Rebuff. *in concordant. in rub. de collat. §. 1. pag. 278.* Nec etiam poterit habere in Ecclesia, vbi pater illegitimi illud beneficium, vel aliud obtinuit. Concil. Tridentin. *sess. 25. cap. 15.* Et dispensatus ad duo incompatibilia, non potest alterum eorum permutare cum alio, sine noua dispensatione, ex *gloss. sing. verb. ea quæ, in cap. Ordinarij, de offic. Ordin. lib. 6.* quam *ibi* sequitur Domin. Hinc dicit *gloss. fin. in cap. literas, de filiis Presbyter.* dispensatum ad Ordines, intelligi tantùm de minoribus, vt sic dispensatio restringatur, quam gloss. commendat Panormitan. *in cap. 2. numer. 5. de cohabit. Cleric. & mul.* Præposit. *in cap. Cleros 21. distinct.* Albert. Troti. *de vero, & perfect. Cleric. lib. 1. c. 7. in fin.* & Socin. *reg. 381.* incip. *Priuilegia debent strictè interpretari*, vbi ponit ampliat. & 10. limitationes. Adde gloss. *verb. Dispensationem, in cap. Ordinarij, de Offic. Ordin. lib. 6.* quæ secundum Felin. *vbi suprà*, dicit istum esse vnum casum, in quo beneficium Principis strictè interpretatur, etiamsi neminem lædat, nisi ius commune, quam gloss. dicit, sing. Panormit. *in cap. dilecti, col. 3. de foro comp. & in cap. quod, dilectio, de consang. & affin.* & Iason *in l. fin. n. 18. de constit. Principum.*

13. His omnibus adde ea, quæ obseruat Fagundez *de præcept. Eccles. part. 3. lib. 3. c. 2. n. 8.* vbi sic ait: Dispensatus à Papa super illegitimitatem, vt promoueri possit ad sacros Ordines, & ad omnes honores, & dignitates Ecclesiasticas, non potest promoueri ad Episcopatum, quia sub nomine simplicis dignitatis, nō cōprehenduntur maiores dignitates, vt Episcopatus, & Archiepiscopatus. Ita docet expressè Iacobus de Graffis *lib 2. decis. cur. cap. 97. numer. 38.* Panormitanus modò *citatus, n. 8.* glossa notabilis *ad cap. 2. de præbend. n. 6.* vbi tenet, quòd in dispensatione ad dignitates simpliciter non comprehenditur dignitas Episcopalis, cùm supremum sit dignitatum culmen, vt dicitur *in cap. penult. de præbend.* Et ratio est, quia omnes dispensationes sunt odiosæ iuri communi, & mores illius, & ideò restringendæ, & strictè interpretandæ, ita vt saluentur tantùm verba dispensationis, vt optimè probat Sanctius *lib. 8. de dispensat. matrimon. disput. 1. num. 3.* & habetur expressè *in cap. 1. §. Ille verò, de filiis Presbyterorum. in 6. & in cap. dilectio, eodem tit.* Et addit Panormitanus (& optimè) *in d. cap. Vintonien. de elect. n. 8.* idem dicendum esse, si in dispensatione fiat mentio de dignitate Episcopali, quia tunc non extenditur ad dignitatem Archiepiscopalem. Et ideò etiam dispensatus ad minores Ordines, non censetur dispensatus ad maiores, iuxta eundem Panormitanum citatum, & glossam *in cap. dilectus, de filiis Presbyter.* non comprehenduntur enim maiores Ordines in minoribus, vt

Sup. hoc in tom. 5. tr. 1. Resol. 145. §. Non obstat quod curtius in principio.

Sup. hoc infrà in Resol. 53. & 54. Sed quia seq. & in tom. 5. tr. 1. Resol. 144. Sed quia curtius in principio.

Sup. hoc prope finem Resol. 3. num. præterea ge doctrinā. Nec ver. C. Nec dispensatus & significatio & melius tom. 7. tr. ex Resol. §. Sed vt magis, a fin.

vt patet: & materia odibilis, ac odiosa iuri, qualis est dispensatio, non est amplianda, sed restringenda, vt faluentur tantùm verba dispensationis, vt præter Sancium allegatum docet etiam idem Panormitanus, & Oldradus *cons.* 14. Imò dispensatus à Papa, vt Clericus fiat, intelligitur tantùm dispensatus ad omnes Ordines minores, non autem ad sacros Ordines, vt optimè docet Sancius *lib.* 8. *de dispensat. matrimonij, disput.* 1. *n.* 26. cum multis, quos *ibi* allegat: quia cùm strictè sit dispensatio interpretanda, satis est, vt in minoribus suum effectum sortiatur: nec tamen ad solam primam Tonsuram restringitur, quia quamuis prima Tonsura intra Ordinem clericalem hominem constituat, tamen cùm ea dispensatio aliquid beneficij habeat, & sit permissio in genere, permissio quidem in genere mediocritatem respicit. *l. finali*, §. 1. *Cod. communia de legat. & l. legato generaliter*, *ff. de legat.* 1. & Ordines minores medij sunt inter primam Tonsuram, & sacros. Et quamuis Papa cum aliquo dispenset in omnibus Ordinibus, & vt promoueri possit ad omnes Ordines, vt Clericus fiat; tamen adhuc solùm id intelligitur de omnibus Ordinibus minoribus, nisi iam illegitimus dispensatus constitutus sit in minoribus. Et ita docet Henriquez *lib.* 4. *de excommunicat. cap.* 8, *num.* 10. & Maiol. *lib.* 1. *de irregularitate*, *cap.* 8. *n.* 6. & Sayrus *tom.* 1. *Thesauri, lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 19. & id etiam tenet Sancius *prædicto loco allegato*, videlicet, *lib.* 8. *de dispensat. disp.* 1. *n.* 26. *ad finem*, & ideò glossa *in cap. finali*, *de filiis Presbyter. in* 6. *verb. Ad omnes Ordines sacros*, ait, cautè additam fuisse illam particulam *sacros*, quasi diceret: quia si non apponeretur, non de illis intelligeretur. Si verò dispensetur cum illegitimo ad omnes Ordines absolute, non addita illa particula, vt Clericus fiat; eo casu dispensatur etiam ad sacros, propter particulam vniuersalem, vt probat Sancius *allegatus*, *n.* 27. Hucusque Fagundez, quæ omnia satis firmant ea, quæ firmauimus; nempe, dispensationem strictè esse interpretandam, neque esse extendendam à paritate, vel maioritate rationis, provt suprà explicatum est.

RESOL. XLVII.

An dispensatio respuat extensionem, & argumentum ex identitate rationis.

Et notatur certum esse dispensationem extendi ad annexos, & accessorios, & inclusos sub dispensatis; vnde dispensatus ad duo beneficia curata, censetur dispensatus super residentia alterius, &c. Ex p. 8. tr. 3. Resol. 102.

§. 1. SVprà affirmatiuè responsum est; sed cum Sanche duas adduximus limitationes. *Prima*, vt quando eadem expressa in dispensatione procedit in casu non expresso, tunc dispensatio extenditur ad casum non expressum.

2. Sed hanc limitationem impugnat Salas *de legibus*, *disp.* 20. *sect.* 10. *n.* 95. tum quia nullum profertur eius exemplum, in quo eius veritas cernatur, imò aliqua adduci possunt, quæ falsam illam comprobent. v. g. dispensatur cum Sanctimoniali expressè propter eius infirmitates, vt à claustro egrediatur, & in sæculo curetur, non proinde censetur cum aliis eadem ratione habentibus dispensatum. Dispensatur cum aliquo propter obsequia exhibita Ecclesiæ; vt habeat in domo sua Oratorium. Eadem ratio est, vt dispensetur cum illo, vt possit interesse Sacro tempore interdicti: tamen non propterea censetur in hoc cum illo dispensatum. Tum propter argumentum Felini, quod non videtur sufficienter solutum à Decio, cur enim quando est maior ratio dicitur extensio, & non quando eadem, siue sit eadem ratio expressa in concessione, siue non? Expressio enim, vel non expressio nihil ad hoc referre videtur. Confirmatur, quia ille casus non est verè in concessione expressus, ergo verè concessio dicitur extendi ad illum: vt quando leges, vel concessiones latè interpretamur. Denique plus est concedere duos casus, quàm vnum: ergo licèt eadem ratio sit in vtroque, non eo ipso quòd Princeps concedit vnum, censetur concedere alium. Sicut qui donat vnum nummum aureum ob amicitiam, non censetur donare etiam alium ob amicitiam: quia plus est donare duos, quàm vnum. Ita Salas.

3. Et hanc limitationem probabilem ego puto, quam admittit etiam Merolla *vbi infrà*, & Rodrig. *in quæst. Regular. tom.* 1. *quæst.* 46. *artic.* 11. & fundatur in doctrina glossæ *verb. Italiæ*, *in cap.* 1. *de tempor. ordin. lib.* 6. dicentis, quòd vbi est eadem ratio, & penitus omnimoda similitudo, non propriè dicimus extendere. Allegat. *l. si postulauerit*, §. *Idem ff. de adult.* (quem §. non inueni.) Allegat. etiam *l. quædam.* §. *Numularios. ff. de edendo*, qui text. non loquitur in materia odiosa, Melius probat doctrinam dict. glossæ text. *in* § *vnico*, *Instit. de legitim. patronorum tutela*, vbi fit extensio de vno casu legis, ad alium omninò similem; nec dicitur extensio, sed eiusdem legis dispositio, & comprehensio. Vide ad idem bonum text. *in l. ideò quia ff. de legib. & l.* 1. *C. de interdictis*, quæ ita summatur: Statutum Prætoris, per rationis identitatem, interpretationem recipit extensiuam, vbi Salic. idem tenet, & Hippol. *consil.* 61. incip. *Post redditum consilium*, *num.* 6. *vol.* 1. Bald. *in l. ea quæ*, *in fin. de condict. indeb.* & dictam glossæ dicit sing. Abb. *in cap. nihil de elect. & in cap. sacris. n.* 6. *de his*, *quæ vi.* Barbat. *in rep. rub. de fide instrum.* Franc. de Aretin. *in l. fin. Cod. de reuoc. donat.* Bald. & Alexand. *in l. curatoris*, *de negot. gest.* idem Abb. *in rubr. Proœmij Decret. n.* 14. *lect.* 2. vbi bona addit. Card. *in Clement.* 1. *de rescript.* Dec. *in consil.* 372. incip. *Visis*, *& diligenter*, *n.* 5. *&* 7. vbi reddit bonam rationem, & Abb. *in d. cap. At si Clerici*, §. *de adult. n.* 8. *de iudic.* vbi dicit, quòd vbi est omnino eadem ratio, non dicitur extensio, sed inclusio ex tacita mente statuentis, adde Bernard. Diaz. *regul.* 286. *verb. Extensio.* Et intellige prædicta de dispensationibus in iure inclusis. Nam in factis per hominem, certum est, ac indubitatum, non extendi ad aliam personam, quàm ad expressam, quamuis ad alium casum eiusdem personæ quandoque extendantur.

4. *Secunda limitatio*, quam adducit Sanchez, est in dispensationibus pertinentibus ad fauorem animarum. Sed hanc limitationem non approbat Ioannes Valerus, *in differentijs vtriusque fori*, *verb. Dispensatio*, *different.* 9. *n.* 2. vbi sic ait: Secunda limitatio, quam tradunt Doctores ad regulam suprà dictam, est non procedere in rebus ad forum animæ spectantibus. Ita Felinus *dict. cap. postulasti*, *num.* 9. *in secunda limitatione*, *vers. Et idem si fauore animarum.* Sanch. *vbi suprà*, qui malè allegat pro hac limitatione *cap. per venerabilem*, *qui filij sint legitimi.* Quamuis enim illum textum notet. Abb. *in dict. cap. at si Clerici*, §. *de adulteriis*, *n.* 8. *&* 10. & dicat se nescire alibi, ad hoc, quòd dispensatio extenditur, quando fit in rebus spiritualibus. Veritas tamen stat in contrarium per dicta in præcedenti limitatione. Siue enim loquamur de rebus prophanis, siue de rebus spiritualibus, siue pertineant ad forum exterius, siue ad interius; semper dispensatio tanquam odiosa, & à iure exorbitans, est restringenda, nec potest extendi per inferiorem, ad alium casum, etiam simili ratione. Nec obstat ille text. quia quæ ibi dicuntur in principio, vsque ad vers.

Sup. hoc latè in tom. 7. tr. 1. Res. 304. §. Cõfirmatur, & in Res. 313. §. Sed hæc propè finem, à vers. Vnde casus, & in Res. 1. § Nec obstat primo, ad medium, à vers. & in tali casu, & in Res. 3. 6. 1. propè finem, à vers. Et ideo, & in tom. 2. tr. 1. Res. 179. §. 2. & tom. 9. tr. 1. Res. 118. §. Probatur tertio, ad medium, à vers. Hinc est, & ibi in tr. 7. Res. 95. §. Probatur tertio, ante medium, à vers. Hinc est.

vers. *Rationibus igitur his*, &c. est allegatio partis, vt constat ex eodem text. quia Papa iudicat contra allegata *ibidem*; quidquid dicat communis allegata per Felin. *in dict. secunda limitatione*. In dicto etiam cap. *per venerabilem*, agitur de habente facultatem dispensandi. Quo casu dispensatio non est odiosa, nec restringibilis, nisi respectu illius, cum quo dispensatur, vt tradit Abb. *in d. §. de adulteriis, n. 6. & 11.* & *ibid.* Felin. *n. 5.* idem Abb. *in cap. fin. n. 3. de simon.* Hucusque Valerus.

5. Sed ego puto etiam supradictam limitationem esse satis probabilem, & ideo illam admittit Merolla *tom. 2. cap...dub...n...* cui adde Salas *loco citato.*

Sup. hoc infrà. in Ref. 56. §. 1. inter principium, & medium, à vers. Ex quo fit.

6. Sed *notandum*, certum esse, dispensationem extendi ad connexos, & accessorios, & inclusos sub dispensatis. Et ita docet gloss. *in cap. quia in tantum, verb. plures de prabend.* quam commendat. Abbas, & Imola *ibidem, num. 6.* Iason *in l. final. num. 43. ff. de constit. Princip. & in l. omnium, num. 13. C. de testament.* Felin. *dict. cap. postulasti, num. 10. de rescript.* similis *gloss. 2. in cap. si quis de clero 7. quæst. 1.* commendata à Felin *in cap. 2. col. fin. de simon.* & Abb. *in cap. extirpandæ, §. qui verò, column. 2. de prabendis, & in cap. cum in cunctis, §. 1. num. 7. de elect.* & *ibi* eius addit. Vbi quòd dispensatus in vno, censetur dispensatus ad consecutiua ad illud. Ad idem gloss. *verb. Retinere, in cap. non potest, de prabendis, lib. 6.* vbi dispensatus ad duo beneficia curata, per consequens censetur dispensatus super residentia alterius, quam gloss. sequitur Felin. *dict. cap. postulasti*, & Iason *dict. l. fin.* & Andr. Sicul. *de præstant. Cardinal. 1. part. quæst. 12. colum. 3.* & dicit communem Rip. *responsi. 26.* incipit: *Plura, n. 32.* & eam commendat Abb. *dict. cap. quia in tantum, numer. 4.* ad hoc quòd dispensatus super duabus Ecclesiis, non tenetur vni seruire per se, & alteri per Vicarium; sed potest interpellatim vtrique seruire, quod verum est quando commodè vtrumque fieri potest; quia scilicet sunt non longè distantes. Ex his itaque collige dispensatum ad aliquid, censeri dispensatum ad accessorium, seu ad id, quod est illi connexum. Quod intelligendum est de accessorio, & connexo inseparabili, & sine quo principale non potest subsistere iustè, & vtiliter, vt in exemplis *suprà* relatis, & similibus. Secus de accessorio separabili, vt in exemplo gloss. *in cap. statutum, in princip. verb. Canonicis, de rescript. lib. 6.* quæ dicit, si puero, maiori septennio, detur Canonia, non proinde posse ei committi causam aliquam per sedem Apostolicam, quam gloss. cómendat Iason *in l. Barbarius Philippus, n. 11. ff. de offic. Prætor.* & docet Rebuff. *in prax. benefic. titul. de dispensatione ad plura beneficia, n. 70.* eam etiam commendat Tiraquell. *de utroque retract. titul. 1. §. 7. gloss. 12.* Abb. *in cap. cum apud, de sponsal.* & Felin. *in c. 1. n. 8. versic. Nota 7. eodem tit.*

Sup. hoc in Ref. not. præteritæ, & in eodem §. ad medium.

RESOL. XLVIII.

An dispensatio sit strictè interpretanda?
Ex quo deducitur, resolutio aliquorum casuum in particulari. Ex part. 8. tr. 3. Ref. 32.

Sup. hoc suprà in Ref. 1. §. vlt. & in tom. 7. tr. 1. ex Ref. 287. §. Et tandem omnia.

§. 1. HAnc quæstionem pertractant plures, sed ego hîc apponam ea, quæ circa illam docet P. Amicus *tom. 5. disp. 6. sect. 2. n. 16.* asserit enim, dispensationem esse strictè interpretandam: colligitur ex *cap. ij qui, de filiis Presbyterorum in 6.* vbi habetur, dispensationem tanquam odiosam esse restringendam iuxta regulam 15. iuris, *Odia conuenit restringi.* Et causa *ibidem* assignatur, cur odiosa sit dispensatio, quia nimirum exorbitat à iure: vnde & iuris vulneratio, exorbitatióque dicitur. Huic rationi suffragatur *regula 28. iuris*, quæ sic habet: *Quæ à iure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda.* Et ratio id etiam demonstrat: quoniam odiosum est, eximi à lege, quæ æqualiter omnes obligat. Cæterùm hæc intelligenda sunt de dispensatione in materia odiosa, cuiusmodi est dispensatio à lege communi: secus verò est de dispensatione in materia fauorabili, quæ nulli præiudicat; tunc enim tanquam fauor à superiore concessus subdito, latè interpretanda est.

2. Infertur *primò*, dispensationem quamtumuis odiosam extendi ad partes sub toto concesso comprehensas, iuxta regulam 80. iuris: *In toto partem non est dubium contineri.* Vnde si cum aliquo dispensetur in sacerdotio, consequenter dispensatur in reliquis Ordinibus à sacerdotio præsuppositis. Cum quo dispensatur, vt testari possit, consequenter etiam dispensatur, vt possit codicillum facere.

3. Infertur *secundò*, omnem dispensationem, etiá odiosam, extendi ad ea sine quibus non potest dispensationis effectus consistere. Exemplum primi sit: dispensatio cum minori ad beneficium parochiale habendum, cum quo consequenter dispensatur, vt non teneatur intra annum ad Presbyteratum promoueri. Exemplum secundi sit: si cum aliquo in Quadragesima dispensatur ad non ieiunandum, nam eo ipso cum eo dispensatur ad carnes comedendas, cum non possit vnum separari ab alio: benè tamen sequitur, si cum aliquo dispensatur, vt possit in ieiunio ouа comedere, cum eodem etiam dispensatur, vt possit lacticinia etiam comedere. Verùm quando dispensatio ipsa intelligenda sit odiosa & restringenda, quando verò fauorabilis & amplianda, constabit ex dicendis de priuilegiis.

4. Infertur *tertiò*, eam tantùm dispensationem esse strictè interpretandam, quæ priuatis personis conceditur, non autem quæ conceditur toti communitati, aut integræ Religioni: nam talis dispensatio æquiparatur legi communi, ac proinde iuxta naturam fauoris, & beneficij, erit latè interpretanda. Eadem quoque est de dispensatione, quæ clauditur in corpore iuris: nam hæc etiam æquiparatur legi, ac proinde amplam admittit interpretationem. Et hæc omnia docet Amicus *vbi suprà.*

5. Sed circa præsentem quæstionem omninò videndus est Merolla *tom. 2. disp. 4. c. 6. dub. 1. per totum*; vbi postquam probauit dispensationem esse strictè, interpretandam; tamen hanc doctrinam vndecim modis postea limitauit.

RESOL. XLIX.

An potestas dispensandi sit latè, vel strictè interpretanda?
Et ex doctrina huius quæstionis resoluendi erunt varij casus.
Et tandem quæritur, in dubio an potestas dispensandi, extendatur, vel virtute illius possit dispensari in aliquo casu, interpretandum sit extendi?
Et quid in dubio, an dispensatio extendatur ad aliquem casum, an tunc interpretandum sit non extendi? Ex part. 8. tr. 3. Ref. 42.

Suprà in Ref. quæ ista est antecedens. Sup. hoc ibi pra in Ref. §. vlt. & infra ne Ref. 1.

§. 1. SVprà satis probauimus, dispensationem esse strictè interpretandam, ex quo deduximus resolutionem multorum casuum in particulari. Nunc verò videndum est, an idem dicendum sit de potestate dispensandi, vnde postea varij etiam casus resoluendi erunt. Dico igitur cum Amico *tom. 5. disp. 6. sect. 2. numer. 21. & seq.* potestatem dispensandi

spensandi amplè esse interpretandam, non obstante quòd dispensatio sit strictè intelligēda. Ratio est, quoniam potestas dispensandi est gratia, & beneficium principis: gratia autem, & beneficium amplè interpretandum est; ergo & potestas dispensandi. Minor constat, tum ex regula 15. iuris: *Fauores conuenit ampliari.* & 16. *Decet concessum à Principe beneficium esse mansurum.* Maior probatur. Nam principalis finis, qui in hac, & in omni alia benigna & liberali concessione spectatur, non est ipsa dispensatio, sed fauor, & dignitas, qua Princeps per communicationem suæ potestatis dispensaturum honorat; ergo licèt dispensatio, vtpote directè contra ius commune, sit odiosa, adeóque strictè interpretanda; ipsa tamen potestas dispensandi tanquam Principis beneficium est amplè intelligenda. Confirmatur, quoniam licèt eximi à lege communi sit odiosum, posse tamen à lege communi eximere, non est odiosum, sed gratiosum, quia est vices Principis gerere: in Principe autem maximè gratiosum est, posse subditos à communi lege eximere.

2. Ab hac cōmuni sententia excipitur *primò*, quando hæc facultas dispensandi cōceditur à principe pro certis personis in ipsa concessione expressis: nam tunc strictè interpretanda est, vt colligitur *ex cap. si cui nulla, de prebendis in 6.* vbi Pontifex definit, quando facultas aliqua conceditur alicui absque expressione personarum, pro quibus conceditur, interpretandam esse, vt gratiam, & beneficium eius, cui conceditur: secus quando conceditur cum expressione personarum, pro quibus conceditur. Vnde concessam primo modo, ait non expirare morte concedentis; contra verò concessam secundo modo expirare morte concedentis: quoniam primo modo concessa est, vt gratia, & beneficium eius, cui confertur: concessa secundo modo non confertur, vt gratia & beneficium eius, cui conceditur, sed eius, pro quo conceditur. Vnde interpretanda est secundùm naturā sui actus, propter quem conceditur: igitur si actus est in materia odiosa, est strictè interpretandus, vti est dispensatio à lege cōmuni, etiam potestas ipsa dispensandi tali modo concessa, erit odiosa & strictè intelligenda.

3. Limitant aliqui hanc exceptionem, nisi dispensandi facultas concessa sit non ad instantiam eorum, cum quibus dispensandum est, sed ad instantiam eius, qui dispensaturus est, quia tunc etiam censetur concedi vt gratia & beneficium eius, qui illam sibi concedi petit: proinde amplam. admittit interpretationem.

4. Excipitur *secundò*, quando potestas dispensandi cum vno, non cedit in damnum tertij: nam tunc præsumitur potestas concedi cum minore damno alterius. Sic facultas conferendi beneficia à Summo Pontifice concessa, est odiosa, & strictè interpretanda, quando talis beneficiorum collatio spectat ad Episcopum: secus quando spectat ad solum Pontificem, quia tunc nulli alteri, quàm ipsi Pontifici fit præiudicium. Et hæc omnia docet Amicus, *vbi suprà.* Sed plures alias limitationes huius nostræ affirmatiuæ sententiæ apponit Salas *de legibus, disp. 20. sect. 11. per totam* & Sanchez *de Matrimon. lib. 8. disp. 2 per totam*, & alios penes ipsos. Vide etiam Molinam *tom. 1. tract. 2. disp. 173.* & Suarez *de legibus, lib. 6. cap. 17.*

5. Ex supradictis tamen obserua, quòd sicut in dubio, an dispensatio extendatur ad aliquem casum, interpretandum est, eam non extendi; ita in dubio, an potestas dispensandi extendatur, vt virtute illius possit dispensari in aliquo casu, interpretandum esse extendi. Ratio disparitatis, est quia illa strictam, hæc autem amplam interpretationem sortitur. Ita Stuhica *de voto. q. 6. n. 57.* & alij.

RESOL. L.

An Priuilegia Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi quatenus continent potestatem dispensandi, sint strictè vel latè interpretanda?

Et quid dicendum de facultate concessa alicui eligendi confessarium, qui eum absoluat à peccatis, & censuris, (loquor extra Iubilæum, & Bullam Cruciatæ,) an sit strictè, vel latè interpretanda? Ex part. 8. tract. 3. Resol. 48.

§. 1. Esse strictè interpretanda tenet Coninck *de Sacram. disp. 33. dub. 2. n. 14.* Salas *de legibus disp. 20. sect. 11. n. 100.* Sanchez *de Matrimon. lib. 8. disp. 2. n. 7.* & alij. Et rationem adducunt, quia non sunt priuilegia actiua, seu beneficium ipsius dispensantis, sed passiua ipsius personæ Bullam accipientis, vel Iubilæum obtinentis, & ideo, cùm contineant iuris communis relaxationem, tanquam odiosa restringenda sunt.

2. Sed ego meritò, *tract. de Bull. Cruc. resol. 98.* docui privilegia Bullæ, & Iubilæi, quatenus continent facultatem dispensandi, esse latè interpretanda. Et ita hanc sententiam præter Henriquez, Villalobos, Torrez, & Suarez, quos ego, *vbi suprà*, adduxi, me citato tenet Trullench. *in Bull. Cruc. in Proœmio, dub. 4. n. 4.* & etiam me citato Merolla *tom. 1. disp. 4. cap. 6. n. 91.* Castrus Palaus *tom. 1. tract. 3. disp. 4. punct. 11. n. 7.* & alij. Et ratio est; nam etsi ex vi rationis adductæ pro sententia Sanchez, & aliorum hæc facultas esset strictè interpretanda: at ob fines, & circumstantias huius confessionis latè explicanda est: sicuti de dispensatione in fauorem piæ causæ, & religionis diximus. Nam finis præcipuus huius facultatis non est aliquod priuatum commodum sumentis Bullam, & obtinentis Iubilæum, sed est commune bonum Ecclesiæ, & subuentio illius in aliqua publica necessitate: ergo ex hac parte latam accipit interpretationem. Item hæc potestas dispensandi, & absoluendi ordinatur ad lucrandum efficaciùs indulgentiam, & remissionem peccatorum concessam: Indulgentia autem, & remissio cùm sit Principis beneficium, nemini nocens, nec iuri communi aduersum, latè est explicandum, ergo etiam & hæc potestas. Igitur dicendum est, si priuilegia Bullæ sumantur provt continent potestatem dispensandi, commutandi, vel absoluendi, non sunt strictè, sed latè interpretanda, & extendenda ad casus quoquomodo adaptabiles casibus in potestate expressis, & sublata verborum significatione. Ita Trullench *vbi suprà.*

Quæ tunc inuenietur in tom. 4. tr. 3. Resol. 16. & in alio §. eius annot. quibus pro indulgentia, & vide etiam à lin. 4. Resol. præteritæ, & si placet, aliàs Resol. & §§. eius annot.

3. Sed quid dicendum de facultate concessa alicui eligendi Confessarium, qui eum absoluat à peccatis, & censuris, loquor extra Iubilæum, & Bullam Cruciatæ, an sit strictè, vel latè interpretanda? Azor. *lib. 5. cap. 23. q. 2.* affirmat strictè interpretandam esse, ac proinde limitari ad censuras, & peccata præcedentia facultatem, nisi aliter constet de mente concedentis. Mouetur, quia si pro peccatis committendis daretur, ansam præberet liberiùs peccandi: ergo non est extendenda ad illa; friuola ratio, cùm hoc per accidens sit, & non à facultate prouenies, sed à malitia abutentis.

Quamuis nō plene sup. hoc lege tamen in tom. 1. tr. 5. doctrinam, & consequentias Resol. 15.

4. Sententiam verò Azorij sequitur Castrus Palaus *tom. 1. disputation. 4. punct. 11. num. 8.* vbi sic ait: Absolutè dicendum videtur hanc facultatem strictè interpretandam esse, si ob bonum priuatum ipsius absoluendi concessa fuerit: ac proinde ad solas censuras contractas, & peccata commissa extendi posse, non ad committenda, quia est fauor singularis personæ derogans legi communi reseruationis;

est enim illi facultas inchoata dispensatio, & exemptio à lege communi, quia cæteri adire superiorem tenentur pro absolutione; ipse verò ab illa obligatione eximitur: ergo tanquam dispensatio in lege est strictè interpretanda: ergo non debet extendi ad omnes casus, quibus verba adaptari possunt. Notanter apposui strictè interpretandam esse, si ob bonum priuatum absoluendi concessa fuit facultas: nam si ob bonum commune, vel ob aliquod singulare ita graue, & necessarium, vt eius grauitas præponderet derogationi legis communis, concessa facultas latè tunc interpretanda erit. Ita Palaus, cui ego addo Suarez *de Religion. tom. 2. lib. 6. de voto, cap. 16. n. 2.*

5. Sed affirmatiuam sententiam, nempe talem facultatem esse latè interpretandam, tradunt aliqui, ac proinde comprehendere non solùm peccata commissa, sed etiam committenda: tum quia verba generaliter prolata, generaliter sunt intelligenda; tum etiam quia fauet animæ saluti, ne peccator in peccatis fordescat. Et ita tenent Salas *de legibus, disp. 17. sect. 8. num. 51.* & Bonacina *disputat. 1. quæst. 3. punct. 7. §. 1. num. 11.*

RESOL. LI.

An Pontifex possit dispensare in recitatione Horarum Canonicarum?

Et an recitatio Horarum Canonicarum sit de iure diuino, vel etiam de iure naturali; & qualitas Officij sit de iure positiuo Ecclesiastico?

Et an Papa possit dispensare cum quocumque Clerico, vel Regulari, vt licitè possit vti Breuiario quod ei libuerit?

Et è contra an non possint Episcopi, & Prælati Regulares cum suis subditis dispensare, vt non recitent Officium diuinum iuxta ritum Breuiarij Pij V. ad quod tenerentur, sed iuxta aliud Breuiarium approbatum?

Et an ex rationabili causa in hoc possint dispensare, vt aliquando non tamen in perpetuum, nec per modum Constitutionis recitent de Sancto, die, qua essent recitaturi de Feria? Ex part. 8. tractat. 3. Resol. 101.

§. 1. REspondent negatiuè aliqui Canonistæ cum Panormitano *in cap. 1. de celebrat. Miss.* negantes Papam posse in hoc dispensare: quia putant, id esse de iure diuino, iuxta illud Psalm. 7. *Septies in die laudem dixi tibi*, vel etiam de iure naturali, cum quibus ex Summistis sentit etiam Angelus *verb. Horæ, num. 6.* & Rosella *eodem*, & ex Theologis Sotus *l. 10. de Iustit. quæst. 5. art. 3. in fine*, qui asserunt, Papam solùm posse dispensare in modo recitandi officium, id est, vt dicatur hoc, vel illud, non autem in substantia ipsa, & omninò, vt Ecclesiastici nihil dicant: quod tamen est falsum.

2. Dico igitur, quòd siue quis teneatur ad Horas ratione Ordinis sacri, siue ratione beneficij Ecclesiastici, aut professionis religiosæ, potest Pontifex cum illo dispensare, vt non recitet, cùm omnis huiusmodi obligatio solùm sit de iure positiuo, vt notat Syluester *verb. Hora, quæst. 8.* Nauarr. *in manual. cap. 25. num. 102. & cap. 11. de orat. num. 24. 25. & 31.* Azor. *part. 1. l. 10. cap. 13. quæst. 9.* Suarez *de Horis Canonicis, c. 27. n. 37.* Sanchez *lib. 7. consil. cap. 2. dub. 53.* Vasquez *de benefic. cap. 4. §. 1. art. 1. dub. 12. num. 54.* Tol. *lib. 2. cap. 14.* & alij.

3. Hinc à fortiori infertur, posse Summum Pontificem dispensare cum quocumque Clerico, vel Regulari, vt licitè possit vti Breuiario, quod ei libuerit, ac proinde posse dispensare cum aliquo, vt non recitet Officium iuxta Breuiarium Romanum, ad quod antea tenebatur, & cum eo, qui tenebatur recitare cum Breuiario suæ Religionis, v. g. sancti Benedicti, & non iuxta illud, nec iuxta Romanum Breuiarium, sed possit vti Breuiario sancti Dominici, vel quocunque alio alterius Ecclesiæ, vel Religionis. Ratio est, quia superior potestatem habet dispensandi in sua lege, sed secundùm communem sententiam qualitas Officij est de iure positiuo Ecclesiastico; ergo potest Pontifex in eo dispensare. Hæc est communis sententia. Angelus *verb. Hora, num. 6.* Tabiena *dicto 15. num 16.* Syluester *q. 8. num. 9.* Armilla *num. 11.* Nauarr. *cap. 11. num. 31. dicto 4. de oratione; & cap. 19. n. 217. dicto 3.* P. Suarius *tom. 2. de Relig. lib. 4. de horis Canonicis, cap. 23. n. 16.* P. Reginaldus *lib. 18. cap. 12. sect. 6. dub. 2. n. 170. proposit. 2.*

4. E contra verò asserendum est, non posse Episcopos, & Prælatos Religionum dispensare cum suis subditis, vt non recitent Officium iuxta ritum Breuiarij Pij V. ad quod tenerentur, sed iuxta aliud Breuiarium approbatum. Ratio est; quia illa obligatio nascitur ex lege Summi Pontificis, in qua non potest inferior dispensare saltem sine causa, vnde si ita dispenset, non solùm iniusta, sed etiam inualida erit dispensatio, ita Nauarr. *c. 11. de oratione, n. 30. §. secundò infertur.* P. Azor. *par. 1. lib. 10. c. 13. q. 11. fine*, P. Suarius *tom. 2. de Relig. lib. 4. de horis Canonicis, c. 11. num. 6. & c. 23. n. 17.* P. Reginaldus *lib. 18. sect. 6. dub. 2. num. 170. propositione 2. fin.* P. Filliuc. *tom. 2. tr. 123. c. 6. q. 2. n. 186.* Bonac. *tom. 1. tr. de horis Canon. disp. 1. q. 3. punct. 1. n. 19.*

5. Concedo tamen posse Episcopos, & Prælatos Religionum dispensare cum suis subditis, ex rationabili causa, vt aliquando, non tamen in perpetuum, nec per modum constitutionis, recitent Officium de Sancto, die, qua essent recitaturi de feria, si præsertim mutatio fiat secundum rubricas illius Breuiarij, quo ipsis vti licet, ita docet Tabiena *verb. horæ, dicto 16. num. 17.* Armilla *ibi, num. 13.* qui referunt pro hac sententia Magistrum Vincentium *in constitutionibus fratrum Prædicatorum, dist. 1. cap. 1.* idem docet P. Suarius *tom. 2. de Relig. lib. 4. de horis Canon. cap. 11. num. 6. fin.* P. Filliucius *tom. 2. tract. 23. cap. 7. quæst. 4. dicto 2. num. 129.* Dari tamen potest iusta causa semel, vel bis dispensandi, in vno, vel alio occurrente casu, non autem ad dandam dispensationem permanentem, vt quis possit semper, & pro arbitrio suo id facere, ita P. Suarius *cap. 23. n. 17.* P. Reginaldus, & P. Filliucius *locis citatis*; si verò dispensatio daretur ad mutandum Officium propriæ Religionis cum Romano in priuata recitatione, etiam sine causa dari potest: nam secundùm nostram sententiam, etiam sine dispensatione fieri potest. Ad mutandum verò Officium vnius Religionis, cum Officio alterius, semel, aut bis, ex rationabili causa dispensatio concedi posset: aduertit autem P. Suarius *loco citato, n. 17. sin.* maiorem causam necessariam esse, si detur licentia ad faciendas mutationes alias communi iuri, & consuetudini repugnantes, adeò vt ob hanc rationem videatur nulla, si à tali Prælato absque causa concedatur.

RESOL. LII.

An dispensatio concessa Subdiacono, vt possit vxorem ducere, liberet eum à recitatione Officij diuini.

Et quid est dicendum, si fingamus Titium matrimonium ratum cum Catharina contraxisse & deinde clam ad Diaconi, vel Subdiaconi ordinem, & gradum esse promotum?

Et circa hoc aliqua alia notabilia explanantur. Ex part. 8. tract. 3. Resol. 34.

§. 1. Nega

§. 1. NEgatiuè respondet Bonacina *de Horis Canonicis, disp. 1. quæst. 2. punct. 3. num. 5.* & Azorius *tom. 1. lib. 10. cap. 5. quæst. 5.* vbi sic ait. Quæritur, an si Romanus Pontifex concedat, vt aliquis Subdiaconus vxorem ducat, hoc ipso eum soluat lege Horarias preces Canonicas recitandi. Item, quid sit dicendum, si fingamus Titium matrimonium ratum cum Catharina contraxisse; & deinde clam ad Diaconi, aut Subdiaconi Ordinem, & gradum esse promotum; quem canonum iure, & auctoritate ab Ordinis officio, & munere defectum Summus Pontifex ad suam vxorem accedere compellit: quæritur, an eo ipso liber sit ab Horarum Canonicarum penso? Respondeo, minimè: nam Græci Sacerdotes matrimonio sunt iuncti, & tamen diuinum Officium præstare coguntur. Deinde, qui Principis beneficio ab vna aliqua lege soluitur, non continuò soluitur ab alia, & ab vno vinculo solutus, non soluitur ab aliis: & relaxatio iuris communis beneficio Principis facta, non amplè, sed strictè est interpretanda. Nihilominus tamen iusta subest causa, qua Romanus Pontifex huiusmodi Diaconum, vel Subdiaconum soluat lege preces canonicas recitandi, eo quòd difficile, & graue sit onus Clerico rei familiari, & vxoriæ vacanti. Ita Azorius. Confirmatur hæc opinio, quia dispensatio est odiosa, & strictè interpretanda. Ergo non est extendenda ad accessoria, seu connexa separabilia.

2. Sed his non obstantibus, contrariam sententiam & meritò, docet Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 8. n. 11.* vbi sic ait. Hinc infero, Sacerdotem cum quo dispensatum est, vt matrimonium ineat, teneri ad Officium diuinum: dum habitum non mutat ad vtendum dispensatione. Quòd nondum à statu sacerdotali recesserit, & poterit interim celebrare, ac beneficij fructibus frui; ac cæteris Cleticorum priuilegiis. Secus autem vbi clericatum deserit, habitum sæcularem induens, vt vtens dispensatione ad nuptias transeat. Quòd iam transiatus sit ad statum sæcularem, solo indelebili charactere manente: nec gaudeat priuilegiis Clericorum. Quare similiter debet manere ab oneribus exemptus sacerdotio annexis. Nec est simile de degradato, quem omnes fatentur clericalibus priuilegiis destitui, & tamen ad pensum horarium astringi. Quia hic ob suam culpam priuilegia amittit, & ideò ne ex ea commodum reportet, tenetur ad onera. Ita Sanchez.

3. *Nota* tamen, quòd ampliatio Sanchez vt non solùm à die contracti matrimonij non teneatur Subdiaconus recitare Officium diuinum, sed neque à die, quo habitum sæcularem induit, vt vtens dispensatione, ad nuptias transeat. Quia iam translatus est ad statum sæcularem, solo indelebili charactere manente, nec gaudet priuilegiis Clericorum.

4. Sed hanc, inquam, ampliationem non esse admittendam puto cum Squillante *tract. de priuileg. Cleric. cap. 7. num. 39.* retractans se de his, quæ dixerat *in tract. de obligat. Cleric. part. 1. dub. 17.* Et ratio est; quia antequam Subdiaconus contrahat matrimonium, etiam si habitum sæcularem induit, non dicitur assumpsisse statum incompatibilem, seu contrarium clericali, quod ex eo patet, quia non amittit beneficia Ecclesiastica, vt concedit idem Sanchez *lib. 7. de matrimon. disp. 46. num. 13.* neque priuilegia Clericorum, vt est communis opinio: ergo non debet manere exemptus ab oneribus, statui Subdiaconi annexis.

RESOL. LIII.

An illegitimus dispensatus, vt possit recipere Ordines, censeatur dispensatus etiam ad Ordines sacros? Ex part. 8. tr. 3. Resol. 36.

Huius tituli signanter in Resol. 2. non seq. §. Sed quid. & seq. & in Resol. 1. §. Vnde. ad medium, & in alio §. earum notationum. Sup. hoc supra in Resol. 46. §. vlt. ad medium, à vers. Imo dispensatus. & infrà in Resol. seq.

§. 1. NEgatiuam sententiam tenet Sanchez *de matrimon. lib. 8. disp. 1. num. 26.* vbi sic ait: Deducitur, quid dicendum sit de illegitimo, cum quo dispensetur ad Ordines, vel vt Clericus fias? Philippus relatus ab Antonio *cap. litteras, num. 10. de filiis Presbyter.* censet dispensationem hanc extendi quoque ad Ordines sacros; quia si restringenda sit, id erit ad primam Tonsuram, quod aduersarij negant. Et Suarez *de censuris, disp. 41. sect. 3. n. 3.* ait difficile esse vniuersaliter acceptare hanc regulam, vt ea dispensatio intelligatur ad solos Ordines minores; quia in his rebus indefinita æquipollet vniuersali, vnde ait iuxta materiam subiectam, & maximè iuxta receptum verborum sensum, & vsum, in particulari iudicandum esse. At dicendum est, eam dispensationem de solis Ordinibus minoribus intelligi. Quòd cùm strictè interpretanda sit, satis est, vt in minoribus Ordinibus suum effectum sortiatur. Nec tamen ad primam Tonsuram restringitur, quia aliquid beneficij habet, & permissio in genere mediocritatem respicit, *l. finali, §. 1. C. communia de legat. & l. legato generaliter, ff. de legat. 1.* At Ordines minores medij sunt inter primam Tonsuram, & sacros. Ita Sanchez, & alij penes ipsum.

2. Sed contrariam sententiam dicit esse probabilem Coninck *de Sacram. disp. 33. dub. 2. n. 29.* Quia dispensatio non est ita restringenda, vt non extendatur ad omnia, quæ sub rigorosa verborum significatione continentur, vt docent Calderinus, Decius, Rebuffus, Nouarius, Couarruuias, & alij; sed prædicta verba in rigoroso sensu, tam significant sacros Ordines, quàm minores; ergo etiam ad sacros sunt extendenda. Et confirmatur hoc; nam si restringenda esset dicta dispensatio, deberet intelligi tantùm de prima Tonsura. *Secundò*, quia in his rebus, indefinita æquipollet vniuersali. *Tertiò*, nam petens eam dispensationem à Pontifice, apertè innuit, se petere dispensationem, etiam pro sacris Ordinibus, nam aliàs non fuisset necessarium adire Pontificem pro ea dispensatione, cùm Episcopus potuisset cum eo ad minores Ordines dispensare: quare Pontifex absolutè dispensando, videtur etiam pro sacris dispensare.

3. *Nota* tamen, quòd post hæc scripta inueni Texedam *in Theolog. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 3. num. 29.* docere, quòd si Pontifex dispenset cum aliquo, vt Ordines recipiat, talis dispensatio extendi potest ad Ordines maiores. Tum, quia dispensatio extendenda non sit vltra propriam verborum significationem; intra illam tamen benè potest extendi, sed intra propriam verborum significationem Ordinis clauduntur non solùm Ordines minores, sed maiores; ergo dispensatus simpliciter ad Ordines, vigore talis dispensationis, potest recipere Ordines maiores. Tum etiam; quia Ordo vt sic per se sumptus supponit tanquam pro principaliori significato pro Ordine maiori, cùm sit quasi nomen analogum. Tum etiam, quia præsumendum non est Pontificem cum aliquo absolutè ad Ordines dispensantem, velle vt maneat cum Ordinibus minoribus: nam dispensatio scienter facta non debet frustrari suo effectu, neque inutilis effici, *cap. si Papa de priuil. in 6.* Quare benè docet Couarruuias, & Sarmient. dispensationem non ita strictè interpretandam esse, vt illusoria reddatur, & à vera significatione extrahatur.

4. Infertur ex hac doctrina contra Sanchez illegitimum absolutè dispensatum à Papa ad Ordines suscipiendos, posse vigore talis dispensationis ad sacros Ordines promoueri, quia cùm Pontifex scienter cum cognitione illegitimitatis absolutè cum illegitimo dispensatit, vt Ordines accipiat, piè credendum

est eum non velle, vt solùm cum Ordinibus minoribus maneat; illa enim dispensatio cum illegitimo ad suscipiendos Ordines absolutè, & sine restrictione aliqua est propositio indefinita, quæ æquiualet vniuersali, & ideò si Pontifex diceret: Ego dispenso cum tali illegitimo, vt recipiat omnes Ordines, quæra vigore talis dispensationis potest talis illegitimus non solùm minores, sed etiam maiores suscipere, eodem pacto dicendum est illegitimum posse Ordinem sacrum recipere si Pontifex cum eo dispenset absolutè, & sine aliqua restrictione, vt Ordines sacros recipiat.

Sed ego non discederem à sententia negatiua.

RESOL. LIV.

An illegitimus dispensatus, vt Clericus fiat, censeatur dispensatus ad omnes Ordines minores, vel tantum ad primam Tonsuram?

Et an dispensatus ad Ordines censeatur dispensatus ad Ordines sacros?

Et quid est dicendum, si Pontifex diceret, dispenso tecum ad omnes Ordines?

Et notatur dispensatum ad Ordines recipiendos non extendi ad beneficium obtinendum.

Et deducitur dispensatum ad Sacerdotium non censeri dispensatum ad beneficium curatum, vel Episcopatum; & dispensatum ad beneficium curatum non intelligi dispensatum ad canonicatum, & ideò Regularis illegitimus admissus ad Ordines non potest sine peculiari Summi Pontificis dispensatione admitti ad Prioratum, vel ad aliam dignitatem? Ex p.9. tr.8. & Misc.3. Res.22.

Sup. hoc suprà in Res. 49. §.vlt. ad medium, à vers. Imo dispensatus. & in Resol.53. à lin.4.

§.1. PVtat Merolla *tom.2.disp.4. cap.6.n.43.* talem dispensationem tantùm ad primã Tonsuram esse restringendam: quia, acceptatione primæ Tonsuræ, verè quis efficitur Clericus, & dispensatio, tanquam odiosa, est adeò strictè interpretanda, vt si aliquid operetur, extendenda ampliùs non sit, vt concedit Sanch. *de matrim.lib.8.disp.1.n.3.* Idem dicendum existimo, quamuis dispensaretur cum illegitimo, vt ordinetur in Clericum, quidquid dixerit Gloss. *in cap. Litteras, verb. Ordinari. de fil. Presbyt.* quia militat eadem ratio. Nec obstat dictio illa, *Ordinetur.* Nam etiã collatio primæ Tonsuræ, secundùm communem vsum loquendi Canonum Ordinatio appellatur, vt colligitur apertè ex cap. *Cùm contingat, de ætat. & qualit.*

2. Ego verò censeo, in tali casu illegitimum sic dispensatum censeri dispensatũ ad Ordines minores: quia, quamuis prima Tonsura intra Ordinem clericalem hominem constituat, tamen cùm ea dispensatio aliquid beneficij habeat, & sit permissio in genere, permissio quidem in genere mediocritatem respicit, *l.finali, §.1.C.Communia, de legat. & l.Legato generaliter, ff. de legat.1.* & Ordines minores medij sunt inter primam Tonsuram, & sacros Ordines. Ergo, &c. Et ita hanc sententiã docet Fagundez *in Præcept. Eccles. Præcept.5.lib.1.c.3.n.4.* & Sanch. *lib.8 disp.1.n.16.*

3. Sed, quid dicendum, an dispensatus ad Ordines, censeatur dispensatus ad Ordines sacros? De hac re *alibi* diximus, nunc breuiter obseruabo, affirmatiuam sententiam docere Marchinum *de Sacram. Ordin. tr.1. p.9.c.4.n.10.* Quia petens dispensationem illã à Summo Pontifice, intendit eam impetrare pro omnibus sacris Ordinibus: nam cùm Episcopus quoad solos minores cum eo dispensare potuisset, nó recurrisset ad Summum Pontificem, qui, cùm absolutè ad Ordines cum eo dispenset, pro omnibus, & consequenter etiam pro Sacris dispensasse nó irrationabiliter præsumitur. Secundò licèt dispensatio sit odiosa, & ideò restringenda; semper tamen debet saluari rigorosa verborũ significatio, sed nomine Ordinis in omni rigorosa significatione intelliguntur etiam sacri Ordines; qui magis propriè præ cæteris sunt Ordines: imò verbum absolutè prolatum rectè intelligitur pro primo analogato, & sic pro sactis Ordinibus. Demum non est verisimile, bis petendam esse dispensationem in defectu natalium, primò pro Minoribus, secundò pro Sacris, ita vt post minores adhuc ligatus maneat, nec possit ampliùs ascendere. Et pro hac sententia citat Marchinus Suarez *de censur. disp.41. sect.3.n.3.*

Alibi in Ref. præterita. & supra in Ref. 46. §.Vnde. ad medium, à vers. Hinc dicit. & in tom.5. tr.5. Ref. 144. §. Sed quia. in principio.

4. Verùm Suarez, & magis probabiliter negatiuæ sententiæ adhæret, vt patet clarè *lib.6.de legibus, cap. 28.n.16.* Item Sanchez *vbi suprà.* Azorius *tom.2.lib.6. c.3.q.6.* Reginaldus *lib.30.tr.2.n.75.* Molfesius *tom.1. tr.2.c.16.n.8.* Campanilis *Rubr.11.c.13.n.95.* & alij penes ipsos. Secùs autem dicendum est, si in dispensatione vteretur Pontifex his verbis: *Dispenso tecum ad omnes Ordines.* Nam tunc sine dubio hæc dispensatio etiam de omnibus Sacris intelligenda est, vt Sanch. & alij etiam fatentur. Quidquid Sylvester, Hentiquez, & Sayrus sine fundamento dicãt, scilicet, adhuc dispensationẽ ad omnes minores Ordines esse restringendã.

Sup. hoc suprà in fine Ref.46. vers. si vero,

5. Notandum est etiam hîc obiter pro casibus quotidianis, aliquos asserere, dispensationem ad Ordines recipiendos non extendi ad beneficium obtinendum. Ratio est, quia hæc duo sunt separabilia, & exequutio vnius potest stare sine alterius exequutione: & ideò hanc sententiam sustinet Glossa *in c.2. de fil. Presbyt.* & *ibi* Geminianus, Tabiena *verb. Beneficium, num.18.* Borghasius *tr. de irreg. part.5. in Rubr. de filiis Presbyt. n.9.* Rebuffus *in praxi benefic. tit. de dispensat. super defectu natalium, n.46.* Campanilis *in diuersorio Iuris canonici, rub.11.c.13.n.95.* quos etiam refert, & sequitur Barbosa *de Officio Episcopi, allegat.45. n.7.* Nicolaus Garcias *de beneficiis, part.1.cap.6.n.70.* Martinus Antoninus *variar. resolut. lib.1. resol.19. num.10.* Azorius *Instit. moral. part.2. lib.6.c.3.q.5.* Sed nota, Sanch. *lib.8. disp.2.n.27.* quoad hoc, distinctionem quandam adducere, quem videbis omninò; & ego illum *alibi* adduxi.

Sup. hoc in Ref. seq. in tom. 5. tr.5. Ref. 144. §. sed quia. Paulo post initiũ, vel & dispensatus ad Ordines & hic inde vide doctrinam Ref. 5. & alterius Ref. eius primæ not.

6. Ex his deducitur, dispensatum ad Sacerdotium, non censeri dispensatum ad beneficium curatum vel Episcopatum; & dispensatum ad beneficium curatum, non intelligi dispensatum ad Canonicatum: quia hæc est dignitas, vel quasi, quæ nó venit nomine beneficij curati. Dispensatus verò ad maius, censetur dispensatus ad minus; & dispensatus ad vnũ beneficium simplex, vel curatum, censetur dispensatus ad omnia beneficia eiusdem rationis. Ita Campanilis, Barbosa, & alij, *vbi suprà:* Quia dispensatio est exorbitans à Iure; & ideò restringenda, vt ea comprehendat, quæ ab inuicem sunt separabilia. Hinc etiam fit, vt Regularis illegitimus admissus ad Ordines, non possit sine peculiari Summi Pontificis dispẽsatione admitti ad Prioratum, vel ad aliam dignitatem, vt testantur Nauarrus *lib.5. de irreg.c.51.n.13.* Sayrus *de censuris, lib.7.c.14.n.22.*

Alibi in Resol. præterita. §. Notandum. & in alio §. eius primæ annot. & legendo doctrinam Ref. seqq. & alterius Resol. eius primæ annot.

RESOL. LV.

An dispensatio, vt illegitimus, vel irregularis possit sumere minores Ordines, sit extendenda, vt beneficij simplicis capax sit?

Et aduertitur, quod si Papa dispenset cum illegitimis ad beneficium, non possunt per hoc, nisi vnum obtinere. Ex part.8.tr.3 Rel.87.

§.1. AFfirmatiuè respondet Emanuël Sà *verb. dispensatio, n.14.* Sayrus *de censur. lib.7.c.14. num.2.* & alij. Et ita hanc sententiam probabilem esse putat Merolla *tom.2. disp.4.c.6.n.50.*

Sed negatiuè respondendum est cum Patre Thesauro (viro quidem docto) *in praxi de pœnis, part.2. cap.2.* vbi ait, nonnullos affirmare, quia illegitimus non est incapax beneficij illius, nisi ratione irregularitatis,

habitatis, ob quam non potest ad Ordines promoueri: & ita docent Henriquez *lib.14. de irregularitate, c.8.n.10.* & alij, quos citato nomine refert Azorius *tom.2. lib.6. c.3.q.4.* Sed communis sententia negat, vt testatur Azorius *ibidem, quæst.4. & 5.* tenet Auila *part.7. disput.3. dub.6. §.4. notandum*, & plurimi quos allegat, & sequitur Garcias *part.1. de benefic. cap.6. n.71. & part.7. cap. 2.num.* 68. quia dispensatio est stricti iuris, & irregularitas illa intelligitur auferri solùm quoad expressa: & facit quod habetur *in d. c.1. de filiis Presbyter. in 6.* §. *ille vero*, quòd si Papa dispenset cum illegitimo ad beneficium, non potest per hoc, nisi vnum obtinere, quia dispensatio est exorbitans, inquit textus, & tanquam odiosa restringenda.

2. Itaque dicendum est illegitimum, seu irregularem dispensatum ad Ordines, non censeri dispensatum ad beneficia simplicia. Ratio eorum est, quia Ordo, & beneficium sunt diuersa, nec necessariò connexa. Cùm igitur dispensatio, tanquam odiosa, sit potius restringenda, quàm amplianda; consequenter si est concessa tantùm ad Ordines, non debet extendi ad beneficia. Et ita præter Thesaurum tenet hanc sententiam Suarez *de censur. disp.41. sect.3. num.3. in fine.* Maceratensis *lib.1. resol.19. n.10.* Campanile *in diuersar. Can. rubr.11.c.13.n.96.*

RESOL. LVI.

An illegitimus, vel irregularis dispensatus ad Ordines sacros censeatur dispensatus, vt possit obtinere beneficium simplex?

Ex quo infertur priuilegium, seu dispensationem, quantum odiosa sit, extendi debere ad ea, quæ illi sunt necessariò connexa, & sine quibus effectum habere non potest, & pro praxi explanantur aliqui casus.

Et an dicta in hac, & superiori Resolutione non procedant, quando cum illegitimo dispensaretur absolutè in irregularitate, quia tunc extenderetur dispensatio non solùm ab beneficia simplicia, sed ad curata? Ex part.8. tract.3. Resol.38.

§. 1. AFirmatiuè respondeo cum Castro Palao *tom.1 tract.3. disp.4. punct.9. n.8.* vbi sic ait: Nunquam est facienda interpretatio priuilegij ita strictè, vt reddatur priuilegium inutile, *non dubium C. de legibus*, quia inutilem, & frustraneam actionem efficere, non decet Principem. Quapropter cùm priuilegium tendat ad concedendum aliquid priuilegiato, quod alias ei non liceret, semper extendenda est interpretatio, quantum fieri potest, vt hunc effectum operetur; neque contenti esse debemus, vt confitmet, quod alias licet priuilegiario, nisi ad id manifesta ratio coget: sic tradit Nauarr. *summ. c.12.n.79. & in Apologet. de reditibus, quæst.3. membr.6. num.3.* Salas *de legibus, disput.17. sect.8. numer.46.* Suarez *lib.8. de legibus. c.28. n.2.* Ex quo fit, priuilegium, seu dispensationem, quantumuis odiosa sit, extendi debere ad ea, quæ illi sunt necessariò connexa, & sine quibus effectum habere non potest; quia dans formam, dat consequenter quæ ad illam requiruntur: sic Angelus *verb. dispensatio, num.9.* Syluester *q.5. num.9.* Bonacina *disp.1. quæst.3. punct.7. §.1. num.5.* Suarez *lib.6. cap.11. numer.10.* Sanchez *lib.8. de matrimon. disput.1. num.19.* vbi pluribus relatis docet, dispensatum ad plura beneficia, simul esse dispensatum in residentia vtriusque, & dispensatum in minori ætate, vt beneficium parochiale habeat, esse dispensatum in obligatione assumendi intra annum Sacerdotium, & Parochum dispensatum, ne intra annum ordinetur, simul esse dispensatum, ne eius beneficium vacari possit, quia non vacatur, nisi ob culpam, quæ nulla est stante dispensatione; & idem aliis relatis docet Sanchez *num.24.* de Episcopo, cui est dispensatio concessa differendi consecrationem vltra tres menses à iure præscriptos, non inquam, vius beneficia vacari posse; quia nullam committit culpam. Aliud etiam exemplum adducit *num.27.* quod mihi optimè probatur, inquit enim, si cum illegitimo, vel aliàs irregulari dispensetur ad omnes Ordines, vel ad sacros Ordines, dispensari simul ad beneficium aliquod simplex, quo possit Ordinibus insigniri: quia sine huiusmodi titulo nequit promoueri in sacris, ex Trident. *sess.21. de reformat.* Neque obstat habere patrimonium, seu pensionem, quia pensio, aut patrimonium non per se sufficiunt ad Ordines sacros recipiendos, nisi adsit necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ. Hucusque Palaus *loco citato.*

2. Et ratio nostræ affirmatiuæ sententiæ est, quia licèt Ordines sacri, & beneficium simplex, diuersa sint: tamen sunt annexa quasi inseparabiliter, cùm non deceat quempiam ad sacros Ordines promoueri absque titulo beneficij, idque prohibuit Concilium Trident. *sess.21. cap.2. de reform.* quamuis promouendus patrimonium, aut pensionem habeat; nisi quasi dispensatiuè, ratione necessitatis, vel vtilitatis Ecclesiæ. Ergo, &c.

2. *Nota*, quòd dicta in hac, & superiori resolutione non procedunt quando cum illegitimo dispensaretur absolutè in irregularitate, tunc extenderetur dispensatio non solùm ad beneficia simplicia, sed etiam ad curata. Quia tunc signum est, dispensationem esse totalem: tum quia verba absoluta integram absolutionem important: tum etiam, quia non est maior ratio, cur ea dispensatio, ad vnum potiùs, quàm ad alium effectum protrahatur, nisi vbi facultas dispensantis coarctata esset: tunc enim dispensatio adæquabitur potestati.

RESOL. LVII.

An illegitimus dispensatus ad Ordines sit capax pensionis.

Et discutitur illegitimum dispensatum ad beneficia non censeri dispensatum ad pensionem. Ex part.8. tr.3. Resol. 39.

§. 1. AD hoc dubium sic respondet Pater Thesaurus *in praxi de pœnis, part.2.c.2.* Illegitimus est incapax pensionis ob irregularitatem; sed an dispensatus ad Ordines remaneat capax pensionis, aliqui dicunt esse incapacem, nisi super hoc etiam dispensetur: & hanc probabiliorem ait Castro Palao *tom.2. de Religione, tract. de benefic. disp.1. punct. 11.§.3.n.5.* & tenet Rebuffus *in praxi tit. de dispensatione ad plura, n.65.* vbi ait, illegitimum dispensatum ad beneficia non censeri dispensatum ad pensionem, per *cap. quamuis, de præbend. in 6.* tamen contrariam probabilem ait Castro Palao & *ibidem* &, ita tenet Rota *decis. Seraph.1264. num.2.* vbi plures referunt decisiones; & affert rationem Rota, quia illegitimus non est incapax pensionis, nisi ratione defectus ad clericatum; vnde inquit dispensatum ad clericatum non indigere vlla dispensatione ad pensionem: & idem habet Rota Buratti *decis. 53. n.2.* excipitque pensiones super beneficio parentum, ex Trident. *sess.25. cap.15. ref.* Buratt. *ibid. n.4.* Hucusque Thesaurus.

Sup. hoc in tom.5.tr.5. Resol.143. §. Verum in fine, & seq.

2. Non deseram tamen adnotare, Merollam *tom.1. disp.4. cap.6. n.50.* & Garsiam *de beneficiis, tom.2. part.1.*

part.1.cap.5.num.120. obseruasse contra decisionem Rotæ in contrarium allegatam, esse stylum Datariæ, & Cancellariæ cui magis standum est, tanquam magis propinquo Papæ. Ideo tu cogita.

RESOL. LVIII.

An dispensatio cum illegitimo ad beneficium arctanda sit ad primum beneficium?

Et notatur dispensationem simpliciter concessam illegitimo, vel irregulari, vt possit obtinere beneficia, intelligendam esse de beneficiis simplicibus, & non extendi ad curata, & dignitates?

Et quæritur, an dispensatus ad beneficium Curatum non egeat noua dispensatione pro Episcopatu?

Et homicida, si per dispensationem legitimam sit habilis ad omnes ordines sacros, & illorum vsum, an videatur factus habilis ad beneficium curatum, & Pontificale? Exp.8.tr.3.Res.40.

§. 1. NEgatiuè respondet Sanchez *de matrim. lib. 8. disput. 31. num. 11.* vbi sic ait: Quando dispensatio esset partialis, quoad actum, vt in voto castitatis, aut religionis, ad contrahendum matrimonium, non caret magna probabilitate asserere eam dispensationem primo actu extingui. Vt probant rationes *num.6.* adductæ. At probabiliùs reputo non extingui, sed licere ad alia matrimonia transire permanente eadem dispensationis causa. Ducor, quòd ea restrictio tantùm videatur excludere, ne voto castitatis ligatus excusetur à sacrilegio, fornicando: & ne vouens religionem possit non inito matrimonio manere in sæculo (vt *num.7.* explicauimus.) Non autem videtur excludere transitum ad alias nuptias prioribus solutis. Quando enim id intenditur, expressis verbis dicitur, (vt diximus *num.2.*) *Secundò*, quia cùm absoluta sit dispensatio in ordine ad matrimonium ineundum tollit absolutè vinculum matrimonio obstans. Nihil ergo impediet transitum ad aliud. *Tertiò*, quia quando absolutè dispensatur cum illegitimo ad beneficium, est satis probabile eam dispensationem non arctari ad primum beneficium, sed eo dimisso extendi successiuè ad aliud, & aliud, quod tuentur Ioann.Andr. *cap.1. de filiis Presbyter. in 6. & cap. non potest, num.5. de præbend. in 6.* Angelus *verb. beneficium, num.24. & ibi* Armilla *num.29.* Syluest. *verb. beneficium 2. quæst.11. num.14.* Tabiena *verb. beneficium 2. quæst.17. num.19.* & reddit Ioann. Andr. rationem, quia dispensatio illa reddens illegitimum capacem, non respicit beneficium, sed personam. Et clarè hoc videntur indicare verba textus *d. cap. in fine*, ibi: Nisi vnicum beneficium obtinere. Tantùm enim significant non licere illi virtute dispensationis, nisi vnicum retinere beneficium, non autem duo simul. Nec obstat ratio *num.6.* adducta contra hanc declarationem, quia textus ille de omni beneficio loquitur: & ita quid speciale decernit in irregulari, ratione strictæ intelligentiæ dispensationis: Nam si is non esset irregularis, posset simul duo beneficia compatibilia, quorum neutrum decenti sustentationi sufficiens est retinere, quod illicitum est irregulari, cum quo absolutè dispensatur ad beneficium. Hucusque Sanchez.

Sup. hoc supra in Res. 55. §. 2. cursim in fine & in tom. 5. tr. 5. Res. 143. §. 1. in fine, & in Res. 144. §. Sed quia, à vers. Et dispensatus ad beneficium.

2. Sed hanc sententiam non approbat Merolla, imò falsam existimat, *tom.1. disputat.4. cap.6. num. 51.* non enim admittit argumentum Sanchez, nempe, quia dispensatio illa reddens illegitimum capacem, non respicit beneficium, sed personam. Sed hæc ratio debilis est, nam per eam dispensationem, vt supponimus, non aufert Pontifex irregularitatis impedimentum, ortum ex illegitimitate, neque legitimat illegitimum (tunc enim vera esset opinio Sanchez;) sed tantùm concedit, vt, non obstante eo impedimento, possit illegitimus consequi beneficium. Cùm igitur dispensatio sit odiosa, intelligenda est de primo beneficio.

3. *Notandum* est etiam hîc, dispensationem simpliciter concessam illegitimo, vel irregulari, vt possit obtinere beneficia, intelligendam esse de beneficiis simplicibus, & non extendi ad curata & dignitates. Ratio est, quia dispensatio est odiosa, & per consequens strictè interpretanda, ita vt si aliquid operetur, extendenda ampliùs non sit; nisi dispensatio esset ad quæcumque beneficia; vel si concessa fuisset cum clausula, *Motu proprio*. Vnde ex dictis deducitur, falsam esse doctrinam Henriquez *lib.13. cap.8. §.10.* dicentis, quòd dispensatus ad beneficium curatum, non eget noua dispensatione pro Episcopatu; & quòd homicida, si per dispensationem legitimam, fiat habilis ad omnes Ordines sacros, & illorum vsum, videtur factus habilis ad beneficium, etiam curatum, & Pontificale; & quòd dispensatus ad omnes Ordines, etiam Presbyteratus, potest consecrari Episcopus, & idem dicit *lib. 14. cap 8. §.10*

Sup. hoc timo sup. in Res. 14. vlt. cursim ad lin. 2.

RESOL. LIX.

An valida sit dispensatio circa irregularitatem homicidij, si non fuisset explicata circunstantia Sacerdotij, si occisus erat Sacerdos.

Et an hoc etiam procedat, si Pontifex non esset dispensationem concessurus, si sciret dictam circunstantiam Sacerdotij? Ex p.1.tr.10.Res.38.

§.1. NOn esse validam, docet Suarez *de legib. lib. 6. c.24. n.12.* Rodriquez *in sum. tom.1. c.179 n.10 conclus.5.* & Auila *de censur. part.7. disp.10. dub. 8.* vbi sic ait: [Qui voluntariè occidit Presbyterum, & in petenda dispensatione solùm dicit, se occidisse hominẽ? non manet tutus, nec dispẽsatio est valida.]

Sup. hoc Res. tom.1. Res.10. lin.5. & in 2. post. dium, ver Et ad exc plum.

2. Sed contrariam sententiam puto probabiliorem esse & illã docuit Sanchez *de matr. tom.3. lib.8. disp. 21. n.22.* post illum Salas *de legib. disp.10. sect.15. n.122.* & nouissimè Sanctarellus *var. resol. p.1. q.62. n.2.* Pontius *de matrim. lib.8. c.15. §.4. n.24.* & Layman *in Theol. mor. tr.4. c.32. n.21.* Et ratio est: quia talis circunstantia, nec iure, nec stylo Curiæ, nec consuetudine exprimenda apparet: ergo, &c. Et hoc puto adhuc verum esse, etiamsi Pontifex non esset dispensationẽ concessurus, si sciret dictã circũstantiã sacerdotij, ex his, quæ tradit idem Salas *loco cit. n.148.*

Sup. hoc §. vlt. post mediũ Res. 1. not. præterea & in aliis eius annot.

RESOL. LX.

An dispensatio irregularitatis sit subreptitia, si non explicetur occisum fuisse Presbyterum? Ex p.8 tr.3. Res.51.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Naldus *in summa, verb. Irregularis*, & alij, quos ego citaui *in part.1 tr.10. n.37.* quia iura iubent exprimi delictum, ex quo orta est irregularitas; & delictum erat Presbytericidium, quod est grauissimè qualificatum: ergo. Et hanc sententiam nouissimè tenet P. Perez *de matrimonio, disp.46. sect.4. n.7.* & Gordonus *in summa, lib.2. q.13. a.6. n.19.*

Quæ nunc est Res. antecedens, & in alia Res. §. lin. & vers. eius primæ annot.

2. Sed ego, *vbi, suprà*, contrariam sententiam putaui probabiliorem cum multis Doctoribus, quibus nunc addo Pontium *de matrimon. lib.8. cap.15. §.4. num.24.*

num.24. & Molinam *de Iustit. tom.4.tract. 3. disp.19. num.9.* Et ratio est, quia, cum irregularitas homicidij imposita sit, non tam ob delicti grauitatem, siquidem multo grauioribus delictis, vt blasphemiæ, periurio, &c. non sit imposita, quàm ob perfectæ lenitatis defectum, fuisse presbyterum aut quemcumque alium hominem interfectum, est qualitas omninò extrinseca, & nihil ad irregularitatem faciens.

3. Et ita hanc sententiam, præter Doctores citatos, tenet Portel. *tom.2.resp. moral. cas. 49.n.9.* vbi sic ait: Dico, illum, qui occidit Sacerdotem, & pro dispensatione irregularitatis obtinenda solùm dicit se occidisse quemdam virum, non exprimendo quòd erat Sacerdos, validam obtinuit dispensationem. Sic tenet Bonacina *citat. num.20.* cum Sanchez, Salas, Sanctarello, Molina, Layman: quidquid oppositum censuerint Nauarrus, Rodriquez, & Suarez *ibi* citati. Ratio est, quia, nullo iure, & consuetudine præcipitur, vt exprimatur talis circumstantia Tum quia licèt occisio Sacerdotis sit maius peccatum ratione sacrilegij, non facit tamen irregularitatem specie distinctam. Ita Portel cui adde nouissimè, me citato, Merollam *tom.2.disp.4.c.6.n.360*

4. Et post hæc scripta inueni Magistrum Texedam *in Theolog. moral. tom.2. lib.3. num.187.* nostram sententiam docere; sic enim asserit. Verum omninò est non vitiari dispensationem, si in litteris impetratoriis qualitas personæ iugulatæ taceatur, dummodo, exprimatur homicidium, ob quod incurritur, est irregularitas. Quod ostendo, quia irregularitas non est iniuncta ob peccati grauitatem præcisè, sed præcipuè ob mansuetudinis defectum, & lenitatis, quibus vult Ecclesia ministros suos esse præditos: alias enim periuriis, blasphemiis, & aliis grauioribus peccatis esset irregularitas iniuncta: & sic qui periuraret aut blasphemaret, esset irregularis, quod falsum est. *Secundo*, quia non efficitur inualida dispensatio ex taciturnitate cuiuscumque vitij, cuius si dispensans esset conscius, se retraheret à dispensatione concedenda sed solùm quando ius decidit talem vitij qualitatem esse necessariam ad incurrendam censuram, & nihilominus tacetur, ergo cùm in iure irregularitas iniuncta non sit, nisi ratione homicidij, & non ratione sacrilegij, quod iugulans Clericum committit ex taciturnitate Clericatus, non efficitur dispensatio subreptitia, si tantùm exprimatur delictum homicidij. Hæc Texeda,

RESOL. LXI.

An impedimentum pluriũ irregularitatũ sufficiat separatim exprimere, & de illis dispensationem obtinere? Idem dicendum est de aliis similibus pœnis. Et an qui plura homicidia commisit, si vno tantum narrato velit vnius irregularitatis dispensationem obtinere, nihil fiat?

Et pro firmanda doctrina supradictæ difficultatis alij diuersi casus adducuntur sæpius contingentes in praxi. Ex p.8.tr.3.Res.57.

§. 1. AD hoc dubium, & optimè, respondet amicissimus Pater Perez *de matrimon. disput. 46.sect.5.num.7.* In dispensationibus aliis irregularitatum, & aliarum inhabilitatum, & pœnarum, per se loquendo, vnam irregularitatem posse tolli sine alaa, vt irregularitatem homicidij posse tolli absque alia illegitimi. Ita omnes. Ratio est quia inter has irregularitates, & pœnas non est connexio, & taciturnitas vnius non confert aliquid ad dispensationem alterius, nisi quatenus tollit aliquam maiorem difficultatem, quam fortasse haberet Princeps in dispensando, si omnes cognosceret. Hoc autem non sufficit ad subreptionem; nisi vel ius aliquod cogat, vel aliæ circumstantiæ, & rationes concurrant. Hic autem nullũ est ius, nec ratio fauet, quia multitudo irregularitatem, vel similiũ vinculorum ad summũ reddit personam magis inhabilem extensiuè, & minus dignam quocumque beneficio: hoc autem non sufficit ad subreptionem, quia, cum eo stat quòd dispensatio fiat cum plena voluntate, & cum cognitione omnium, quæ ad valorem actus necessaria sunt. Quod firmatur à simili; nam qui plures habet excommunicationes, minus dignus est quacumque absolutione, & tamen si impetret absolutionem vnius, tacitâ alterâ, valebit, vt concedunt omnes, quia nullo iure plus exigitur. At nec in irregularitatibus postulatur. Præterea, qui plura habet crimina, minus dignus est beneficio, & si essent cognita, difficiliùs illud obtineret, vel fortè non obtineret, & tamen collatio valida est, excluso alio maiori impedimento. Rursus, qui propter distincta crimina obnoxius est multis pœnis, minus dignus est cuiuslibet remissione, & difficiliùs illam obtineret, si omnia simul remittenda proponeret, & tamen valida est remissio vnius cuiuscuiusque, tacitis aliis, nisi vbi lex aliud disponit, vel vnum non potest sine alio suffice nter explicari, quia cùm sunt omninò diuersa, nullam connexionẽ habent in remissione: & illa difficultas, quæ per taciturnitatem euitatur, non causat inuoluntariũ, nisi valdè accidentarium, & diminutũ, quod non impedit valorem actus: Igitur idem dicendum est in irregularitatibus, & aliis similibus pœnis, per se loquẽdo, valere dispensationem vnius, sine expressione alterius.

2. *Notandum* est tamen, quòd qui plura homicidia commisit, si vno tantùm narrato velit dispensationem vnius irregularitatis obtinere nihil faciet, quia tametsi illæ irregularitates sint numero diuersæ, moraliter tamen quasi efficiunt vnam grauiorem, ita vt vna earum non satis explicetur sine alia. Sed de hac quæstione iterum redibit sermo.

Iterum in seq. Res. & in aliis eius primæ not.

RESOL. LXII.

An committens plura homicidia contrahat diuersas irregularitates in dispensatione explanandas?

Et pro firmanda doctrina huius quæstionis, alij quatuor diuersi casus in exemplum apponuntur in textu huius Resolutionis. Ex par. 8. tractat. 3. Resol.58.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Suarez *de legibus, lib.6.cap.14.num.12.* vbi supponit, ex diuersis homicidiis diuersas incurri irregularitates, quæ non satis in diuersis vicibus explicantur quia licèt irregularitates illæ sint numero distinctæ, moraliter tamen quasi efficiunt vnam graviorem, vel certe vna illarum non satis absque alia explicatur.

Sup. hoc in Res. quæ sub hoc eodemque num. est: Res.62. hîc apposita, post §. seq. huius Res. & infra in Res.63. & recitatiuè in §. vlt. Res. præteritæ, & lege infra doctrinam §. vlt. Res.116.

2. Verum Castrus Palaus *tom.1.tractat. 3.disp. 6.punct.16.§.4.num.16.* contrarium tenet. Non enim video, ait ipse, quare vna irregularitas non satis absque alia explicetur, cùm satis vnum homicidium absque alio explicari possit, nec cur vnius dispẽsatio cum alia colligata sit, siquidem ex distincta omnino causa procedit, neque ex pluribus illis irregularitatibus vna coalescit, sed sunt distinctæ, ac si quælibet in suo obiecto distincto existeret. Adde, sicut potest remissio vnius homicidij sine alio impetrari, cur non poterit dispensatio irregularitatis vnius homicidij sine dispẽsatione alterius obtineri; Denique si percussisses plures Clericos, posses obtinere absolutionem vnius excommunicationis, non obtenta absolutione alterius.

Ergo similiter contingere potest in irregularitate. Deinque non caret probabilitate contracta vna irregularitate ob homicidium, non contrahi aliam numero distinctam, etiamsi aliud homicidium committas; cum irregularitas sit inhabilitas per modū habitus, non potes ampliùs ex eadem causa inhabilitari; neque vna causa super aliam operari. Sic tradit Henriquez *lib.*12. *cap.*10. §.3. *& lib* 14.*cap.* 7. §.3. Thomas Sanchez *lib.*8.*disp.*14.*num.*7. Auila *disp.*10. *de irregularib. dub.*8. & in excommunicato, qui pluries in excommunicatione celebrauit, tenet Nauarr. *consil.*3. *de raptoribus, num.*6. Zerolla *in praxi* 2.*part.verb. irregularitas* §.12. *ad finem.* Garcias hos referens 8.*par. de benefic. cap.*3. *num.*80. *vsque ad* 87. & confirmari satis potest ex copula cum consanguinea sæpiùs repetita, quæ non inducit, nouum impedimentum, neque est necessariò facienda mentio omnium illorum delictorum, sufficit si vnius tantùm mentionem faciat & docet Sanchez *lib.*8. *disput.*24.*num.*7. Toletus *lib.* 7.*cap.*19.*ad finem* Azorius 3.*part. lib.*3. *cap.*10.*quæst.* 1. Garcias *num.*77. Idem, si quis teneat in Baptismo plures filios alicuius, vnica tantùm est compaternitas. Garcias *num.*78. Et si quis ter, vel quater contraxit nuptias, non est necessarium id exprimere in dispensatione bigamiæ. Garcias *num* 79. Sanchez *lib.*7. *disput.*87.*num.*24. Henriquez *lib.*12. *cap.* 6. §.9. Nauarr. *consil.*2. *de bigam.* Vgolin *de irregula. cap.*16.§. 7. *num.*3. Auila *de censuris* 7. *part. disputat.*8. *in fine.*

Sup. hoc in Resol. nor. præcitatæ §. 2. in fine.

Sup. his tribus casibus seqq. in Resol. 1. not. primæ huius Resol. in §. vlt. & pro primo, & tertio in Resol. 2. in eius § 1. paulo post initium, & in §. Minor, per totum.

SEQVITVR sub hoc eodem numero huius Resolutionis 62. eadem quæstio, videlicet.

An qui plura homicidia commisit, contraxerit plures irregularitates in dispensatione manifestandas?

Idem est de excommunicato, qui pluries in excommunicatione celebrauit.

Et explanatur, quod copula sæpius repetita non induit nouum impedimentum, nec est necessarium facere mentionem omnium delictorum in dispensatione.

Item, qui in Baptismo tenet plures filios alicuius, vna est tantum compaternitas.

Et qui ter, vel quater contraxit nuptias, non est necessarium id exprimere, quando petit dispensationem bigamiæ. Ex p.4. tr.2. Resol.86.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Coninch *de Sacram. disp.* 18. *dub.* 4.*num.*112. Suarez *de legib. lib.*6.*cap.*24. *num.*12. vbi sic ait: Similiter censeo, qui plura homicidia commisit, si vno tantum narrato, velit dispensationem vnius irregularitatis obtinere, nihil faciet, quia licèt illæ censeantur irregularitates numero diuersæ, moraliter efficiunt vnam grauiorem, vel certè nulla illarum satis explicatur sine alia. Ita ille & hanc sententiam docet etiam Emanuel Rodriquez quem citat Auila *de censur. part.*7. *disp.*10. *dub.*8.

Sup. omni contento in hac Resol. in Resol. quæ antea hic est, sub hoc eodemque numero Resol. 62. per totam, & in aliis eius annotationum.

2. Sed ipse ibi contrariam sententiam docet, quam etiam tuentur Henriquez *lib.*12. *cap.*10. §.3. *& lib.*14. *cap.*7. §.3 Filliucius *tom.*1. *tract.*10 *part.*2. *cap.* 10.*quæst.*7. & 8. & Sanchez, quem citat & sequitur Castrus Palaus *in opere morali tom.*1. *tract.*3. *disp.*6. *punct.*16. §.4. *num.*16. vbi sic ait: Non caret probabilitate, contracta vna irregularitate ob homicidium, non contrahi aliam numero distinctam, etiamsi aliud homicidium committas, quia cùm irregularitas sit inhabilitas per modum habitus: non potes ampliùs ex eadem causa inhabilitari, neque vna causa super aliam operari. Ita ille, & sic de excommunicato qui pluries in excommunicatione celebrauit, tenet Nauarrus *consil.*3. *de raptoribus, num.*6. Zerola *in praxi Episcop. part.*2. *tit. de irregularitate*, §.12. *ad finem*, Garcias *de benefic. tom.*2. *part.*8. *cap.*3. *num.*80. *vsque ad* 87.

Sup. hoc ibidē post medium §.2.

3. Quæ omnia confirmantur, nam copula sæpiùs repetita non inducit nouum impedimentum, neque est necessariò facienda mentio omnium illorum delictorum, sed sufficit si vnius tantùm mentionem faciat, vt docet Sanchez *lib.*8. *disp.*24. *num.*7. Azorius *part.*3.*lib.*3.*cap.*10.*quæst.*1. Garcias *num.* 77. Item si quis teneat in Baptismo plures filios alicuius., vnica tantùm est compaternitas, vt tenet Garcias *num.*78. Et tandem si quis ter vel quater contraxit nuptias: non est necessarium id exprimere; quando petit dispensationem bigamiæ. Ita Vgolinus *de irregularitate cap.*56.§.7.*num.*3. Auila *de censur. part.*3. *disp.*8. *in fine.* Garcias *num.*79. Sanchez *lib.*7.*disput.*86.*num.*24. Verùm his non obstantibus asserunt multi hanc secundam opinonem non esse tenendam, quia stylus Curiæ est in contrarium.

Sup. contento in hoc ibidem inter medium & finem eius vlt.

RESOL. LXIII.

An si quis commisit plura homicidia contrahat plures irregularitates necessariò in dispensatione manifestandas?

Et in exemplum adducuntur alij duo diuersi casus in corpore huius Resolutionis.

Sed difficultas supradictæ Resolutionis pendet ex ista quæstione: An stylus Curiæ obliget in foro conscientiæ?

Et explanantur Declarationes Cardinalium editæ Romæ authoritate Papæ circa Concilium Tridentinum esse inuariabiles, & tamen non faciunt ius commune, eo quod non sunt promulgatæ toti Ecclesiæ, Ex p.11.tr.6.Misc.6.Resol.44.

§.1. NOn est tamen facilis ista quæstio, vt quidā Minister huius Romanæ Curiæ olim putabat, vnde ponam hic per extensum verba Doctorum, sic itaque asserit Caspensis *in Cur. Theol.tom*2. *tr.*25. *disp.*9. *num.*59. Infertur, cum qui plura homicidia cōmisit, contrahere plures irregularitates necessariò in dispensatione manifestandas, & ita tenet Suarez *de legib.*6.*cap.*24. & videtur esse stylus Curiæ? sed certè oppositа sententia est satis probabilis, quam tenet Castrus Palaus *tom.*1. *tract.* 3. *disp.* 6. *punct.* 16. §. 4. quem plures & graues Doctores sequuntur. Et probatur à simili, quia copula sæpius repetita non inducit nouum impedimentum, neque est necessario facienda mentio omnium illorum delictorum, sed sufficit si vnius tantùm mentionem faciat, vt tradit Sanchez *lib.*8.*de matrim.disp.* 24. & qui ter, vel quater contraxit nuptias non est necesse vt id exprimat quando petit dispensationē bigamiæ, vt docet idem Sanchez *lib.*7.*disp.*86. Hæc Caspensis. Stephanus Baunius *in Theol.moral.tom.*2. *tract.*11.*quæst.*40. postquam adduxerat Hentiquez, Filliucium, & Palaum pro sua opinione, sic subdit: Contraria tamen sententia Romæ est in vsu, vbi fama est eam opinionem in animis ministrorum fori Pontificii, pridem (incertum qua ex causa) inuetera sse planè, vt sentiant conscientiæ suæ satis non facere, qui suppressa eiusdem facti iteratione, à quo canonica lege irregulares sunt facti, contenti sunt narrare Pontifici, absolutè tales se esse numero non notato; quo in eius legem committentes, laqueo se irregularitatis induere, quam ego praxim, vt magis tutam, ita in conscientia (nisi eam summus Pontifex seruati in Ecclesia, impetrauerit) non necessariam existimo.

Sup. hoc in duabus Resol. præcedentibus, quæ sub vno numero Resol. 62.

2. Obiicies, cùm de relaxanda irregularitate, Pontifici supplices libelli dentur, non plures, sed vnam duntaxat vt rogatur, remittere ei est animus, at rot quanquam numero tantùm diuersas in censura, v. g. qui celebrat incurrit, quot Deo in sacrata Ecclesiæ nomine

Sup. hoc ibidem in vltima que Resol. præcedenti.

nomine sacrificia offert, ac dicat, ergo earum facienda est in prædicto libello mentio.

3. Minor est falsa, quia cùm irregularitas sit inhabilitas eaque per modum habitus non potest operans ex eadem causa magis inhabilis reddi, cum tota inhabilitas quanta est, prima celebratione in censura, an suspensione sit producta. Et licet (quod non admittimus) secus esset quam dicimus, vnius tamen meminisse satis foret, in cuius rei fidem exemplia produci solent à scriptoribus varia, trium Diana meminit *de irregul. part. 4. resol. 86.* omnium clarissimum est quod de repetitis nuptiis profertur, has enim, si non est tamen huius iterationis necessario facienda mentio, quando petitur bigamiæ dispensatio, secundum Vgolin. *de irreg. c. 56. § 7.* Auil. *de cens. p. 7. disp. 8.* ergo nec earum rerum quæ ex vno eodemque principio irregularitatem parunt. Eodem mihi pertinere videtur, quod de impedimentis matrimonij dicitur. Certum enim est ex coitu illicito affinitatem contrahi, quæ matrimonio ad secundum vsque gradum inclusiue opponit obicem, fac ergo aliquem rem habuisse non semel, sed centies cum consanguinea eius, cuius tenetur amoribus, ac desiderio coëundæ cum ea societatis vitæ ac lecti, quæro ecquid sit necesse Pontifici hunc numerum exprimere, an non sit satis rem nude, hoc est factum exponere? id si conceditur, concedere quoque est necesse, cùm de dispensatione super irregularitate consequenda agitur, fungi eum officio, qui causam Papæ clarè, ac disertè ex qua ea sit nota significat non expressis vicibus, quibus ei ex iteratione eiusdem causæ principium est factum. Hucvsque Bainyus.

4. Difficultas igitur huius quæstionis pendet ex resolutione, an stylus Curiæ obliget in foro conscientiæ. Negat Sapientissimus Granado, Henriquez, Villalobos, Ceuallos, Rebuffus, à me alibi adducti, & quos me etiam citato adducit, & sequitur doctus Leander *de Sacram. tom. 2. tr. 9. disp. 24. quæst. 48.* per totam, quibus ego addo Præpositum *in 3. p. D. Thom. q. 8. de dispens. matrimon. dub. 6. num. 61.* Caramuelem *in Theol. fundamentali fun. 23. n. 468.* Martinum de San Ioseph *in mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tr. 46. de matrim. num. 1.* Martinum Perez *de matrim. disp. 46. sect. 6. n. 4. & 9.* Hurtadum de Mendoza *vol. 2. disp. 170. sect. 1. n. 197.* Marcum Vidalem *in Arca Theol. mor. tit. de duello respons. 3. num. 22.* Pellizarium *in man. Regul. tom. 1. tr. 8. cap. 5. num. 195.* Fagundez *part. 2. Eccles. lib. 28. n. 36.* Crescentium *in Præsidio Romano lib. 3. num.* & latissimè Portel *in respons. tom. 1. part. 3. cas. 5. num. 3.* vbi sic ait; Moueor secundò, quia principale fundamentum quo nititur Sanchez de stylo Curiæ, videtur iam hodie non obligare saltem in Hispania. Nam Rodrig. *additione ad summ. tom. 4. cap. 19. concl. 5.* in simili materia, ait, quod stylus Curiæ non obligat in Hispania: citat in primis ad hoc Staphileum, Ferretum, Azeuedo, & Rebuffum, & addit paucis abhinc annis in Ciuitate Toletana bis à Vicario Generali fuisse iudicatum contra stylum Curiæ. Et probatur quia ad hoc vt stylus Curiæ obliget tanquam ius commune, oportet illum esse scriptum, promulgatum, & à Summo Pontifice approbatum: quod non constat de aliquo stylo Curiæ: maximè quia hîc stylus multoties mutatur pro arbitrio Summ. Pontificum, provt notant Mandos. & Rebuffus ibi citati à Rodtiq. cùm ergo fundamentum Sanchez de stylo Curiæ non vrgeat, poterit securè teneri opinio opposita Hentiq. &c. Ad Capitulum verò quam graui, de crimine falsi, dico primò, illud Capitulum esse iàm antiquatum per contrarium vsum, sicut aliqua contenta in corpore iuris, saltem in decreto; dico tunc stylum Curiæ facere ius, quando talis stylus fuerit scriptus, promulgatus, & inuariabilis. Quod confirmari potest à simili: nam declarationes Cardinalium editæ Romæ authoritate Papæ circa Concilium Tridentinum, sunt inuariabiles, & tamen iuxta grauium Doctorum opinionem non faciunt ius commune, eo quod non sint promulgatæ toti Ecclesiæ. Sic sentit Delrio *lib. 9. Magic. disquis. cap. 1. sect. 3. propè finem.* Et Valero Cattusiano *l. de differ. vtriusque fori, verb. Nullitas, differen. 5. §. sed certè*, vbi citat Nauarr. *concl. 34. de præb.* & alij viri doctissimi, quos suppresso nomine citat Rodriquez, *tom. 1. qq. q. 11. art. 2.* & fauent tradita à Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 14. num. 4.* Si ergo hæ declarationes factæ authoritate Papæ, cùm sint inuariabiles, non faciunt ius commune obligans totam Ecclesiam, eo quod non promulgantur vt lex communis; Minus faciet ius commune stylus Curiæ non promulgatus Ecclesiæ & quotidie variabilis pro arbitrio succedentium Pontificum. Et hæc omnia docet Portel *vbi suprà.*

5. Itaque supradicti Doctores firmiter tenent, stylum Curiæ facere ius ad summum quoad forum externum, non autem quoad forum internum, & quoad hoc non tollere probabilitatem alterius opinionis, quam tuto in conscientia sequi potest. Sed his non obstantibus ego non recedo à sententia, quam olim docui cum Sanchez, Merolla, & aliis, nec enim oportet sapere, plusquam oportet sapere. Itaque in his materiis exprimendis cautè se gerant Authores, & tu Lector à multis tricis eris liber si nostræ sententiæ adhæreas.

Sup. hoc in tom. tr. 1. Res. 23. §. Sed circa. & in Res. 24. §. Contra doctrinam. sed lege eas per totas, & si placet etiam aliàs earum primarum annotationum.

RESOL. LXIV.

De dispensatione cuiusdam irregularitatis homicidij voluntarij, casus curiosus, & nouus & positus in principio textus huius Resolutionis.

In quo etiam discutitur, an fuerit in eo quis dispensatus; & an dicta dispensatio prosit ei pro foro externo?

Ex quo sequitur, quod in concessione absoluendi à reseruatis in Bulla Cœnæ, non venit facultas absoluendi à casu hæresis.

Et tandem deducitur, an absolutio à censuris obtenta vigore facultatis Bullæ Cruciatæ, prosit pro foro exteriori.

Et an iudex non solum possit, sed teneatur recipere dictam absolutionem in foro exteriori obtentam in foro interiori.

Vbi etiam agitur de dispensatione cuiusdam irregularitatis in causa Toletana. Ex part. 12. tract. 3. & Misc. Resol. 7. & 8.

§. 1. CVm anno 1630. pestis grassaretur in Ciuitate Mediolanensi, Sanctissimus D. N. Vrbanus VIII. edidit Bullam, seu Literas datas sub die 10. Iunij eiusdem anni, in quibus dabat facultatem Sacerdotibus seruientibus pestè infectis eligendi Confessorem *qui ipsos à quibusvis peccatis, necnon à censuris & pœnis Ecclesiasticis, ac etiam irregularitate quomodolibet contracta possint absoluere, & dispensare.* Vigore itaque huius facultatis Sacerdos N. fuit à suo Confessario dispensatus in quadam irregularitate contracta ex homicidio voluntario; Habet nunc difficultatem. Primò an fuerit ritè dispensatus. Secundò, an dicta dispensatio prosit ei pro foro externo.

2. Hic casus transmissus mihi fuit ab Eminentissimo Domino, meo Cardinali N. & ad primum dubium negatiuè prima facie videtur respondendum; quia in facultate dispensandi super irregularitate nun-

quam

quam in illa censetur compresensa irregularitas contracta ex homicidio voluntario, vt tradunt Lezana *in Summa tom.1.cap.18.n.42.* Gibalinus *de Irregul.cap.6. quæst.5.num.12.* Homobonus *in exam.Eccles.part.1. tract.8. cap.7. quæst.18.* Pellizarius *tom.2. tract.7.cap.1.num.30.* & Garsias *in polit. Regul. tom.2. tract.10. difficult.6. dub.5. punct.4.num.316.* vbi sic ait: *Lo tercero,aduierto ambos Rodriguez, Manuel* tom.1. qq.Regular.qu.41.art.4. *Geronymo* resolut.19. num.4. *que aunque en algunos Priuilegios venga clausula general,de poder dispensar en qualquier irregularidad, no por esso es justo dar poder para dispensar en la bigamia, y mutilacion de miembro: por que estas siempre se entienden exceptuadas, si no se especifican.* Ita ille. Probatur hæc opinio *ex leg.obligatione,* & ibi Glossa *ff.de Pignoribus, & ex capit.in generali de Regul.Iuris in 6.* In quibus locis apparet, quod in generali concessione non intelliguntur concessa ea, quæ in specie Princeps non esset verisimiliter concessurus, & ideo in concessione absoluendi à casibus in Bulla Cœnæ, non venit facultas absoluendi à casu Hæresis, vt tenent DD. quos etiam me citato adducit Pasqualigus *de Iubileo quæst.227. num.3.* Ergo, & in nostro casu in facultate dispensandi ab irregularitatibus non intelligitur comprehensa dispensatio irregularitatis, Homicidij voluntarij, quia semper censetur, vt ex praxi patet Pontifex illum reseruare, nisi specialiter in concessione id exprimatur,vt obseruant Doctores citati,& hæc omnia maximè procedere in casu nostro dicendum est in quo irregularitas erat publica,& deducta in forum contentiosum.

Sup. hoc infra in §. Ad argumentũ, & seqq.& in aliis eius flor.

3. At ego his non obstantibus affirmatiuæ sententiæ adhæreo,propter particulam *quomodolibet* appositam in dicto Breui, quæ quidem particula comprehendit *quemcumque modum, qui comprehendi potest,& nullum casum excludit,* vt patet *ex cap. indemnitatibus §. si qua vero.* Archidiaconus Ioannes Andreas *de elect.in 6. & ex Clement.2.* & ibi Glossa *vers. Quomodolibet, de sentent.excommun.* quod etiam tradunt communiter Doctores quosque ad satietatem adducit Ceneda *singul.95.* & Barbosa *dictione 330.* quibus ego addo, Thomam Vallascum *tom.1. allegat. 29. num. 125.* Quintanaducñas *de præceptis Ecclesiæ tom.3. tract.3. sing.3. num.2.& 3.* Fragosum *de Repub. tom.2. lib.2. disp.6. §. 5. num.53.* Bordonum *in Sacro Tribunali cap.23. num.26.* Frances *in Pastorali Regularium part.1.clausula 15.num.10.cum sequent.* Et ideo dictio *quomodolibet* comprehendit, ea, quæ aliàs non comprehenderentur, & facit venire ea,quæ aliàs non venirent,vt obseruat Merolla *in disput.Theolog.tom.3. disp.6. cap.4. dub.5. n.28.* Alexander *cons.155.num.3. vol.2.* Ruinus *cons.68.num.10.vol.4.* Gratus *cons.163. num.19.& 20. vol.2.* & alij; vnde ipsa quoque confert,vt docet Pasqualigus *cent.4.quæst.356. num.13.* & alij, *vt concessio æquipolleat concessioni specificæ.* Et ante illum dixi Giunipatus *in defens. Iuris Pontif. disp.4. cap.2.num.13.* hanc particulam habere vim specialis, ac indiuiduæ expressionis. Ergo cum Vrbanus VIII. in Breui de quo loquimur concesserit facultatem dispensandi in irregularitatibus *quomodolibet* contractis, dicendum est vigore dictæ particulæ omnem irregularitatem comprehendisse, & nullam excludisse, & ideo rite Sacerdotem N. fuisse ab irregularitate homicidij voluntarij dispensatum.

4. Et ne nostra sententia careat in terminis authoritate Doctorum assero illam docere in casu simili Portel. *in addict. ad dubia Regul. vers. dispensare n.5.* Hieronymus Rodriquez *in compen.qq. Regul. Resolut. 52.num.25.* P.Lezana *vers.irregularitas n.72.*& Martinus de Sancto Ioseph *in Addict. post regulam Sancti Francisci verb.Guardianos num.4. edit.secundæ fol.538.* vbi sic ait: *Por otra mas ampla concession de Paulo Tercero, que se refiere en el Bullario de Fr. Manuel.* fol.217. Bulla 12. *hecha a los Monjes Benitos,Puedan los Prelados dispensar a sus subditos en el primer lunes de la primera semana de Quaresma, vna vez cada año de todas las irregularidades contrahida, por qualquiera occasion, o causa, à donde no se limita el homicidio voluntario, notorio, ni la bigamia; y assi dize Portel,* in addict.ad dub.regul.*verb.*dispensare,n.5. *&* Hieronymus Rodriquez in compendio qq.resolut.52.num.25. *que es prouable,que se puede vsar,desta concession,en la dispensacion de todas las irregularidades, aun publicas, notorias? y en materia tam graue, y exquisita se deue fundar de proposito la prouabilidà: yo lo barè assi, excediendo los limites de compendio; y digo lo primero, que la opinion destos authores, parece, que se opone claramente al derecho, quando dize diuersas vezes, que en la general concession de cosas no van concedidas las quessi particularmente se pedieran, no se concederam,regula in generali,&c.* & l. obligatione 6. & ibi Glossa, ff. de pignoribus, l. Seio amico 10. §.1. de alimone.legat. *Y assi qualquier concession general de los casos del Pontefice siempre va exceptuada la heregia, si no se declara expressamente, y en qualquiera Priuilegio de dispensacion de irregularidades, por general, que sea siempre van exceptuadas las de bigamia, y homicidio voluntario, si no se especifican. Por esta razon, que es fortissima, tengo por mas prouable, y seguro, que por el priuilegio dicho no se puede dispensar la bigamia, però iuzgo por bien prouable, con los Autores referidos lo contrario. La razon es porque el priuilegio de Paulo Tercero, es mas general, pues vltra de que dize se puede absoluer de toda irregularidad: añade, quauis occasione, & causa contracta. Con que se responde al fundamento de la opinion contraria, que la Regla in generali, y las leyes citadas se entendien quando las palabras de la concession son solamente generales? pero no quando se añaden otras tan vniuersales, como en el priuilegio præsente: Quauis occasione, & causa contracta, que conforme a la Glossa referida comprehenden maiora expressis. De mas: que el derecho dize, que el Priuilegio del Principe se ha de interpretar latissima mente,* capit. quamuis plenissima de præbendis in 6. *de mas de que ablando tan generalmente: vbi ius non distinguit,neque nos distinguere debemus. Conforme a lo qual se ha de entenden, come suena* l.1. prospexit ff. de legat.præstand. *Y assi seme iante tiene por prouables.* Suarez *tom.5.in 3.p.sect 5.num.12.in fine.*& hæc omnia docet Martinus à Sancto Ioseph,vbi supra, quæ quidem militant indiuidualiter pro casu nostro, in quo Pontifex vtitur particula *quomodolibet,* ac si diceretur *quocunque modo, vel quauis occasione, & causa irregularitas contracta,* talis enim particula, vt supra probatum est, omnia comprehendit, & nullum casum excludit, ergo; &c.

Sup. hoc tom.7. Ref.191. Notandũ & in 293.§. medium vers. Illa est de hoc 296.§. hoc & in 287.§. Confirmatio doctrinæ meliùs in tom.8.Ref.in Nouitate.

5. Vnde patet responsio ad Argumentum contra nostram sententiam superius adductam; dico igitur, Patrem Lezana, & alios Doctores loqui in casu quo verba concessionis essent solum generalia, & non continentia alia verba magis illam generalitatem explicantia, & hanc esse mentem Patris Lezana patet per ea, quæ ipse docuit *verb.irregularitas,num.71.* Sed in nostro casu non conceditur facultas cum verbis tantùm generalibus videlicet dispensandi in irregularitatibus, sed *quomodolibet*, ac si diceret vt supra notauimus quocumque modo, causa, occasione contractis; ergo, &c. Et ideo nostram sententiam præter Martinum de Sancto Ioseph loco citato docet etiam Quintanaducñas *de Præcept. Eccles. tom.2. tract.6. singul.3. num.7.* vbi de quodam Priuilegio Pauli III. Patribus Benedictinis concesso, vt possint eorum Abbates in quibusvis irregularitatibus,quauis occasione, vel causa contractis dispensare, putat in hac

hac clausula generali esse inclusam, ergo, & idem dicendum dispensationem homicidij voluntarij, & bigamiæ, vt in casu nostro vigore particulæ *quomodolibet*, in verbis concessionis Vrbani VIII. fuisse inclusam, etiamque irregularitatem homicidij voluntarij.

6. Ad argumentum vero adductum de absolutione ab hæresi, non censentur concessa in generali facultate absoluendi à casibus Bullæ Cœnæ. Respondeo plures Doctores contrarium asserere, quos videre poteris apud Pasqualigum de Iubilæo *quæst.* 227. *n.* 1. quibus adde in recentioribus Leandrum *de Censuris tom.* 4. *mat.* 2. *disp.* 13. & hanc sententiam probabilem putant ipsimet Aduersarij, vt Suarez *de censur. disp.* 7. *q.* 3. *n.* 12. Teste Gobat *de Iubilæo cap.* 33. *n.* 143. vt ex Quintanaduenas *de Iubilæo duarum hebdomadarum c.* 25. *n.* 1. Sed huic sententiæ adhærere non possum, ideo.

7. Respondeo secundò, facultatem generalem absoluendi ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ, non esse extendendam ad casum hæresum, quia in hoc apertè mentem suam declararunt Pontifices, vt Pius V. ann. 1572. Gregorius XIII. ann. 1576. & Innocentius in decreto particulari sub die 23. Maij anno 1652. à me per extensum adducto in tract. de scriptionibus, & collocutionibus, quæ prohibentur tempore Conclauis *Resolut.* 28. Et nouissimè Sanctiss. D. N. Alexander VII. vt patet ex infrascripto Decreto, quod authenticum vidi penes dignissimum Dominum meum, D. Franciscum de Cabrera merito Regis Catholici in suprema Inquisitione à Consiliis, Decretum verò est tenoris sequentis.

Feria V. die 23. Martij 1656.

In Congregatione Generali S. Rom. & Vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico apud S. Petrum coram Sanctissimo D. N. D. Alexandro Diuina prouidentia Papa VII. ac Eminentissimis, & Reuerendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana aduersus hæreticam prauitatem Generalibus Inquisitoribus à S. Sede Apostolica specialiter deputatis.

§. 1. *Lecto Memoriali D. Francisci de Cabrera tenoris sequentis videlicet. Beatissimo Padre Don. Francesco de Cabrera del Consiglio della Generale Inquisitione di Spagna espone alla Santità V. como non ostanti diuerse dicharationi da alcuni Predecessori della Santità V. & in particolare una della fel. mem. d'Innocentio X. fatta ad instanza dell' Oratore alli 23. di Maggio del 1552. nelle quali hanno dichiarato, che nessun Confessore possa assoluere del crimen di heresia in virtù delle facoltà, che si concedono nelli Giubilei di assoluere da casi reseruati, etiam in Bulla Cœnæ, se non che gli sia data questa facoltà espressamente. Con occasione del Giubileo concessa dalla Santità V. nel felice ingresso del suo Pontificato, alcuni Confessori, e Prelati; in particolare il Vescouo Vallisoletano hanno preteso di poter assoluere in virtù del detto Giubileo dal sopradetto crimen di heresia con pretesto, che à loro non gli costa delle sopra dette dichiarationi, e che quando gli constasse, come è materia che depende dall' intentione del Sommo Pontifice, che concede il Giubileo, dalle dichiarationi delli Predecessori non si vuol sapere l'intentione della Santità Vostra: E perche dal sopradetto risultano molti, e grani inconuenienti, supplica la Santità Vostra si compiaccia di mettere rimedio conueneuole, dichiarando per Breue, ò in altra forma, che in nessun Giubileo si compredo detta facoltà, se non che espressamente sia concessa, che l'Oratore le riceuerà per gratia singolarissima dalla Santità Vostra. Quam Deus, &c.* Quo Memoriali audito Sanctissimus D. N. D. Alexander VII. prædictus inhærendo declarationibus aliàs à Prædecessoribus suis factis, ad remouendam omnem dubitandi occasionem, & ne circa posterum vllo tempore hæsitari contingat, cum crimen hæresis cæteris grauissimum speciali nota dignum sit, decreuit facultatem absoluendi ab hæresi in Iubilæis, vel aliis similibus concessionibus non censeri comprehensam, nisi expressis verbis concedatur facultas absoluendi ab hæresi.

2. *Ioannes Lucas S. Rom. & Vniuersalis Inquisitionis Notar. Regist. fol.* 52. Sed per hanc declarationem apertam mentis Pontificum non habemus circa irregularitatem contractam ex homicidio voluntario, vt non includantur in clausula generali dispensandi in irregularitatibus, quomodolibet contractis, vt est in casu nostro. Ergo non valet argumentum adductum in casu hæresis ad irregularitatem homicidij.

3. Restat modo videre, quid dicendum ad dubium secundum, videlicet, an dicta dispensatio valeat pro foro externo, & prima facie videtur etiam negatiuè respondendum; Probatur, nam aliter sequeretur magna perturbatio iudiciorum, & Tribunalium & etiam maxima scandala, si reus in publico non se gereret tanquam irregularis, & ideò communiter asserunt Doctores absolutionem à censuris obtentam vigore facultatis Bullæ Cruciatæ non prodesse pro foro exteriori; Ita tenent Doctores quos citat, & sequitur Bald. *in Bull. Cruc. part.* 2. *disp.* 6. *cap.* 6. *sect.* 1. *numer.* 8. quibus ego addo Fragosum *de Repub. tom.* 2. *lib.* 2. *disp.* 7. *numer.* 11. Hurtadum *de excommun. disp.* 15. *diffic.* 4. Auilam *de censuris part.* 2. *cap.*..... *disp.* 3. *dub.* 12. Sotum *in* 4. *distinct.* 22. *quæst.* 2. *art.* 3. Machadum *tom.* 1. *lib.* 1. *part.* 3. *tract.* 8. *docum.* 5. *num.* 3. & alios penes me *in part.* 1. *tr.* 11. *Resol.* 26. & nouissimè hanc sententiam docet Garsias *in Repub. Regul. tom.* 2. *tract.* 10. *difficult.* 7. *dub.* 3. *num.* 5. *cum sequent.* vnde *numer.* 7. sic ait: *Vemos en el estilo de los Pontifices, que jamas pretenden dar facultad para el fuero exterior en sus Priuilegios, y Iubileos. Vcese esto manifestamente en todos los Iubileos plenissimos, deste Clemente VIII. y antes, en los quales en todos ellos saluan los Pontifices el fuero exterior, y repiten muchas vezes, las palabras* tantùm in foro conscientiæ; *yo los he leydo con cuydado casi todos; y en ninguno hallo que no esten estas palabras siendo pues verdad que donde mas los Romanos Pontifices abundan con los Fieles, y estienden su poder en fauor de los reos, en los Iubileos plenissimos, y en estos saluan el fuero exterior, luego à fortiori hemos de dezir, que pretende esto mismo en la Bula de la Cruzada.* Ita ille, & hanc sententiam fuisse declaratam ab Vrbano VIII. tradit Bardi *vbi supra numer.* 10. & Gallego de Vera *in Bull. Cruciatæ capit.* 9. *clausula* 9. *dub.* 154. & Lezana *verb. Bulla Cruciata num.* 27.

Sup. hoc in Resol. not. seq.

Quæ nunc inuenietur in tom. 4. tr. 3. Resol. 62. & ibi in Resol. 63. & 64. & in tom. 9. tr. 1. Resol. 246. in fine, sed aduerte obsecro ad doctrinam §. vlt. Resol. 1. huius not. quia multum est ad rem huius quæst. & lege etiam doctrinam alterius Resol. positę in annot. 1. dicti §. Sup. hoc ex Resol. 3. not. præteritę, lege §. Peroya. & seqq. & alium versi annot. quæ est apposita in fine præcitati §.

4. Verum ego puto in casu nostro dispensationem ab irregularitate validam fuisse etiam pro foro externo. Probatur, nam intentio, & finis Pontificis in concessione præsenti dispensandi, &c. vt patet ex verbis appositis in principio Bullæ fuit allicere Sacerdotes, vt se vltro ingererent ad seruiendum peste infectis, sed si talis facultas obtinendi dispensationem ab irregularitatibus intelligeretur tantum pro foro interno, Pontifex non quidem facilè finem suum intentum in tali facultate concessa obtineret, nam Sacerdotes difficulter exponerent vitam suam, si solum dispensatio valeret pro foro conscientiæ, & quod

quod postea non obstantibus tot laboribus perceptis cum periculo vitæ possent molestari in foro externo, & quod deberent celebrare in occulto propter scandalum & in publico, se habere tanquam irregulares, ergo dicendum est intentionem Pontificis fuisse largiendi dictam facultatem pro vtroque foro. Quod confirmatur, quia Vrbanus VIII. in dicta Bulla non limitat forum, sed absolutè, & simpliciter concedit facultatem dispensandi sine limitatione fori. Ergo pro vtroque foro, nempe interno, & externo iudiciali est dicendum valere. Adde, quod cum dicta facultas sit fauor debet ampliari ex leg. beneficium de constit. Principum, & in casu dubij Priuilegium interpretandum est, pleno iure, & non debiliori, *ex leg. quoties 2. ff. de rebus dubijs*, & obseruat Suarez *de cens. disp. 7. sect. 5. n. 21.* Bonacina *eodem tr. tom. 1. disp. 3. punct. 10. n. 2.* Candidus *disp. 22. art. 24. num. 2.* & alij. Itaque cum verba Vrbani VIII. in nostro Breui generalia sint in sua amplissima significatione capi debent, neque enim gratia, & beneficium Principis restringendum est, quod etiam in dubio benignius interpretandum foret. Et quando Pontifices volunt hanc facultatem operari tantùm in foro interno, id exprimunt, vt in Iubilæo Pij V. anno 1568. & Gregorij XIII. anno 1574. habetur, itaque quando nullam limitationem apponunt, in vtroque foro valere volunt vt ex iisdem Iubilæis Pij V. & Gregorij XIII.

5. Ad argumentum verò in contrarium desumptum ex exemplo Bullæ Cruciatæ, cuius vigore absolutio valet tantùm pro foro interiori? Respondeo primo non deesse Doctores magni nominis contrarium asserentes, nempe absolutionem obtentam per Priuilegium Bullæ Cruciatæ satisfacta parte, non solum validam esse pro foro conscientiæ, sed etiam valere pro foro exteriori. Quia Bulla absolutè, loquitur, & non distinguit; neque limitat, & ita docent Medina, & Ioannes de la Cruz ex inclyto Ordine Dominicanorum cum Nauarro, Rodriquez, Suarez, Ludouico à Cruce, & Filliucio, quos citat Gibalinus *de Censuris, disp. 9. q. 7. num. 26.* quibus ego addo Trullench. *in Bullam Cruciat. lib. 1. §. 7. dub. 9.* Vgolinum *de cens. tabul. 1. cap. 10. §. 4. num. 5.* Garsiam *de beneficijs part. 2. cap. 5. num. 55.* Quintanadueñam *de Præcept. Eccles. tom. 2. tract. .... singul. 4. num. 5.* Marcum Serium *in Bull. Cruc. disput. 1. difficult. 10. §. 8. q. 25. num. 5.* in fine, doctissimum Patrem Andream Mendo *in Bullam Cruciatæ disp. 25. cap. 14.* & omni commendatione dignum Fratrem Leandrum à Sanctissima Trinitate *de cens. tom. 4. tract. 2. disp. 17. quæst. 97.* & hanc sententiam esse probabilem concesserunt ipsimet Aduersarij, & ideo Hieronymus Garsias *in Polit. Regul. tom. 2. tract. 10. difficult. 7. dub. 3. num. 4.* sic ait: *No se puede negar, si no que esta opinione es probable, assi por los Autores que la tienen, como por sus razones*, & ad verb. *Vrbani VIII.* quibus nimis adhærent Gallego, & Bardi, vbi supra, respondet Leander loco citato, & de illis mentionem fecit Garsias, & tamen, vt visum est, sententiam in fauorem Bullæ Cruciatæ, vocat probabilem, & post dictam Bullam Vrbani VIII. scripsit etiam Quintanadueñas, *vbi supra.*

6. Respondeo secundo, quicquid sit de supradictis sententiis sibi inuicem oppositis, dico tamen, omnes eorum Authores concordare, posse Iudicem in foro externo talem absolutionem vigore Cruciatæ obtentam admittere, & illam recipere pro foro exteriori. Ita Bardi *vbi supra num. 14.* qui citat Henriquez, Coninch, Auilam, & Layman, quibus ego addo Hieronymum Garsias *vbi supra n. 6.* Nauarrum *lib. 5. de sentent. excommunic. conf. 47. num. 4.* Alterium *de censur. lib. 4. disp. 4. cap. 4.* Guazinum *in tract. moral. lib. 2. defens. 6. c. 11. n. 31.* Lezanam *verb. Bullæ Cruciatæ num. 27.* Gibalinum *de censur. disquisit. 9. q. 5. num. 23.* Quintanaduenas *vbi supra*, Serium *n. 4.* Mendo *num. 158.* Leandrum *quæst. 99.* Imo in tali casu Iudicem non solum posse, sed teneri recipere in foro exteriori absolutionem obtentam in foro interiori tradit nouissimè, quod valde notandum est, Vbanus ab Ascensione *in Theol. moral. tract. 2. part. 2. dist. 1. cap. 1. Regul. 11.* vbi sic ait. *Absolutionem datam vigore dictæ Bullæ, vel aliarum similium extendi ad vtrumque forum externum, & internum, tum quia non limitatur ad vnum potius, quam ad aliud, nec Priuilegia Religiosorum sunt occulta, vt occulte operentur in foro tantum interno, quia datur potestas absoluendi simpliciter, quod non fieret si restringeretur ad vnicum forum, cum præsertim absolutio data tantùm in foro interno foret parum vtilis, redderetque pœnitentem valde perplexum, nec tantum coram Ecclesia, cum in ea palam nequiret agere: vnde fit, vt nec Iudex Ecclesiasticus possit amplius cognoscere de tali censura, si satisfactum sit Parti, nec pœnitens iterum absolus publicè, sed teneatur ille huius absolutionem acceptare, modo de ipsa constet per testimonium sufficiens, cum sic nulla inferatur iniuria Ecclesiæ, quæ tam potuit per Summos Pontifices committere potestatem à censuris absoluendi in vtroque foro per delegatos, quam per Ordinarios Iudices, & reipsa fecit in Priuilegijs de quibus agimus.* Huc vsque Vbanus cui adde Patrem Escobar *in Theolog. moral. tom. 1. lib. 7. sect. 2. Prou. 41. numer. 587.* Sed stando in opinione aliorum asserentium Iudicem posse, sed non teneri in foro externo dictam absolutionem recipere; sequitur hanc doctrinam applicandam esse in casu nostro. Dico igitur Episcopos posse, vel potuisse dispensationem, quam Sacerdos N. obtinuit in foro interiori recipere pro foro externo, & declarare illum fuisse dispensatum ab irregularitate, nec pro illa amplius molestandum esse stante attestatione subscripta à Confessario, Notario, & Testibus, quam originaliter vidi, & concordia inita cum parte aduersa.

7. Respondeo tertio, & melius nostram sententiam absolutè sustinendam esse, nempe dispensationem irregularitatis, de qua loquimur non solum validam esse pro foro interiori, sed etiam pro exteriori ex rationibus superius adductis. Nec obstat argumentum contrarium de absolutione obtenta vigore Priuilegij Bullæ Cruciatæ, nam vt obseruant Doctores, vbi supra, ritè dicta absolutio in rigore non valet pro foro externo, nam vnusquisque faciliter tali Priuilegio vti potest, comprehendit enim ferè omnes, & est quasi perpetuum, & cum paucis aliis acquiritur. Et ideo vigore talis Priuilegij facilè, & quotidie perturbaretur forum iudiciale, & Authoritas Iudicum, ac proinde optimè absolutio obtenta per Bullam debet coarctari tantùm in forum internum, vt intacta remaneat authoritas Episcoporum, & scandalum aliorum tollatur. Sed in nostro casu hæc inconuenientia sequi non potest, nam pauci sunt, qui propter dispensationem irregularitatis se exponunt ad seruiendum peste infectis & dictum Priuilegium fuit temporaneum durante tantùm peste in Ciuitate Mediolanensi, & emptum pretio sanguinis: maiorem enim charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis, vnde non est mirum si eius dispensatio fuerit largita etiam pro foro externo, nam ratò ex illa perturbaretur, & Iudicum authoritas læderetur, quod vt diximus non accidit in Bulla Cruciatæ. Est igitur magna differentia inter absolutionem à censuris obtentam vigore Bullæ Cruciatæ, & dispensationem irregularitatis obtentam vigore Bullæ Vrbani VIII. pro seruientibus

Sup. hoc in tom. 4. tr. 3. Res. 62. §. Aduertunt. & in Res. 63. §. vlr. ad medium, à vers. si iudex est benignus.

Sup. hoc tom. 4. tr. 3. Res. 62. §. Aduertunt. & in Res. 63. §. vlr. ad medium, à vers. si iudex est benignus.

bus peste infectis; hi enim paucissimi sunt atque ideo leuiter ne dicam prorsus ex tali dispensatione eneruata remanet in foro externo authoritas Iudicum, quod non accideret in absolutione obtenta vigore Bullæ Cruciatæ, vt apertè patet, ergo, &c. Itaque ex omnibus superius dictis concludo posse probabiliter sustineri validitatem dispensationis huius irregularitatis; & ideo Domini Episcopi in foro externo possent, si velint non molestare dictum Sacerdotem, sed relinquere, vt celebret sicuti ab ipso vsque adhuc factum est, & ita hanc sententiam approbarunt, & manu propria firmarunt, Pater Martinus Esparza Sanct. Theologiæ in Collegio Romano publicus Professor, Pater Torquatus de Cupis ex eadem Societate Episcoporum Examinator, Magister Ferreri Dominicanus Regens Studiorum Mineruæ, & Pater Raphaël Auersa Generalis Clericorum Minorum, omnes viri sapientissimi.

8. Verum his non obstantibus ego consului præfato Sacerdoti; vt pro finali resolutione huius dubij præter sacram Congregationem Concilij, ex qua si forsitan exiret aliqua declaratio contraria iis quæ, supra firmaui, ex nunc pro tunc, tanquam non scripta esse volo, & declarationi sacræ Congregationis adhæreo; semper enim ego Purpuratorum Patrum responsa humiliter veneratus sum.

AGITVR ETIAM DE

Dispensatione Cuiusdam Irregularitatis in causa Toletana.

§. 1. Supponitur hoc late tractatum in tr. 3. Resol. 45. & in alijs etiam antecedentibus. Supponitur illud esse homicidium voluntarium, quod in se, & formaliter est volitum, & directè; & ex proposito intentum, vel in causa ità propinqua, vt sit moraliter impossibile illam vellemortem, ita docet Ioannes Præpositus *in 3. part. D. Thomæ quæst. 5. de Irregular. dub. 8. n. 55.* Cornejo *in 3. par. tom. 2. tr. 5. de Irregular. q. 6. dub. 1.* Lessius *in 3. part. c. 3. de Irregul. n. 21.* Emanuël Sà *verb. Homicidium n. 4.* Caspeus *in Cur. Theolog. tom. 2. tr. 25. disp. 5. sect. 8. n. 53.* Castro Palaus *tom. 6. disp. 6. punct. 15. §. 1. & alij penes ipsos.*

2. Hoc facto fundamento, suppositaque veritate facti, asserto homicidium de quo est difficultas non esse homicidium voluntarium, sed casuale. Probatur. Nunquam habuit animum occidendi, quod apertè patet, nam in prima rixa, aliud non fecit, nisi pugnis inimicum cædere, in secunda verò rixa, iterum ab ipso pugnis altercatum est, sed cum Ioannes vellet sicam ab ipso auferre, Petrus tunc dixit, quod se retineret, licèt postea ipsum in stomacho vulnerauit. Vnde apparet homicidium nunquam fuisse à Petro directè, & per se volitum, sed postea ex occasione, quod Ioannes voluit sicam abripere ab ipso, illum vulnerauit, fuit itaque ex noua causa, & rixa repentine orta tale homicidium perpetratum, ergo non voluntarium, sed casuale dicendum erit; Et ideo à testibus in Iudicio interrogatis tale homicidium casuale examinatum fuit.

3. Nec obstat dicere Petrum commisisse homicidium dando operam rei illicitæ, vt patet ex verbis & pugnis præcedentibus. Respondeo talem causam non fuisse proximam, & per se tendentem ad mortem, & vt talem cognitam, & præuisam, sed fuisse quidem illicitam, & ideo incurrunt quidam irregularitatem homicidij casualis, non autem voluntarij. Adde quod ex Vasquez docet Turrianus *de Censur. lib. 9. disp. 63. dub. 1.* Homicidium voluntarium in causa.

4. Nec obstat secundò asserere, quod committere quis potest ex subita ira, & rixa inopinata homicidium voluntarium, liberè, & indirectè mortem alterius intendendo; ergo homicidium Petri voluntarium, & non casuale dicendum erit, nam eius voluntas directè occidendi, potuit stare cum rixa inopinato orta cum Ioanne propter sicam. Et ita docet Andreas Mendo *in Bullam Cruciatæ disp. 37. c. 6. n. 67.* & qui instar multorum est Magister Ioannes de S. Thom. *in 2. 2. D. Thom. q. 64. disp. 19. art. 1. & alij.*

5. Respondeo hanc sententiam esse quidem satis probabilem, sed contrariam, pace sapientissimi viri Ioannis de Sancto Thoma, vbi supra, non improbabilem, vt ipse putat, sed probabilem, & tutam esse existimo. Et vt talem illam admisi in meis Resolutionibus Moralibus *part. 2. tract. 15. resol. 19.* cum Perez, Henriquez, Rodriguez Salzedo, Auila, & Coninch, viris doctissimis; quibus nunc addo Gasparem Hurtadum *de Irregul. disp. 2. disc. 20. num. 66.* & me citato Antonellum *de Regim. Eccles. lib. 2. cap. 8. num. 13.* & me citato Marchinum *de Sacram. Ordin. tract. 1. disp. 9. disc. 3. n. 10.* & me citato Machadum *tom. 1. lib. 1. part. 3. tract. 18. docum. 7. n. 2.* vbi sic asserit. *Graues Authores defienden, que el homicidio voluntario de que el Obispo no pueda dispensar en su irregularidad, no hasta, que sea como quiera voluntario, si no que se aya intendado de caso pensado, y animo deliberado de cometterle, por que se à caso se trouasse la riesga por hauerle dicho à alguno algunas palabras affrentosas; ò por qualquiera otra razon, que fuesse casualmente, y no de caso pensado, aunque el inuiesse intencion, y voluntad de matar; y se siguisse le efeto, no seria homicidio voluntario, si no casual, fundanse en las mismas palabras del Concilio, que en una parte dizen*; Per industrias, & per insidias, idest, non ex proposito, sed casu. Hucvsque Machadus, & præter Doctores citatos hanc sententiam docet nouissimè Ioannes de Soria *in Epilogo summarum part. 2. tr. 1. sect. 2. disp. 5. §. circa homicidium.* Vide etiam Gibalinum *de Irregular. c. 5. q. 1. notat. 1. num. 4. in fine* Dicendum est itaque ex omnibus superius, Petrum non incurrisse irregularitatem homicidij voluntarij, sed casualis, quia mortem Ioannis nunquam fuisse ab ipso directè, & per se intentam, patet ex dictis, & licet postea illum vulnerauit ex quo vulnere mors sequuta est, tamen illa rixa repentine orta fuit, & dato quod liberè, & voluntariè tunc illum vulnerasset, tamen illud homicidium non fuit perpetratum ex consilio, aut matura deliberatione, sed ex subiecta ira volitio. Ergo casuale, & dispensabile dicendum erit, stantibus illis verbis Concilij *sess. 4. cap. 7. de Reform.* cum eorum, qui per insidias, aut per industriam occiderit proximum de altari euelli debeat. Item ex illis: si vero homicidium non ex proposito, sed casu, &c. Videtur itaque si placuerit Sanctiss. Domino Nostro posse aperire Thesauros benignitatis suæ, & super hanc oratoris irregularitatem misericorditer ex superius allatis dispensare, maximè cum homicidium fuerit multis abhinc annis perpetratum, & pax cum parte aduersa inita sit. Ita sentio saluo aliorum meliori iudicio.

Quæ nunc est infrà in tr. 3. Resol. 45. &c.

RESOL. LXV.

Quando Pontifex dispensat, vt ante Nouitiatus annum emittatur professio, quomodo facienda sit renunciatio bonorum iuxta Concilium Tridentinum sess. 25. c. 16. de Regularibus.

Idem dicendum est, si minor sit sexdecim annis atque ita abbreuiaretur tempus professionis, à iure præscriptum. Ex part. 8. tr. 3. Resol. 23.

§.1. AD hunc casum ita respondet Sanch. *in summa tom.2. lib.7. c.5. num.83.* quòd si è contra ex dispensatione Pontificia Nouitius nono mensè professurus esset, vel minor sexdecim annis, atque ita abbreuiaretur tempus Professionis iure præscriptum, posset aliquis censere, sufficere bimestri ante id professionis tempus renunciationem hanc fieri, quia dispensatio, quantumuis stricti iuris sit, extenditur ad connexa, vt probaui *lib.8. de Matrim. disp.1. n.19.* Cùm ergo ex hoc decreto connexum sit professioni, vt renunciatio fiat bimestri ante illam, dispensatio, vt fiat professio ante legitimum tempus, extèdetur quoque ad hanc renunciationem bimestri proximo faciendam. Præterea, quia si non posset renunciatio fieri, nisi seruata forma huius decreti, Nouitius ille nullo tèpore posset bonis renuntiare, quia iam decimo mense erit professus. Sed verius credo non posse renuntiare bimestri illo ante professionem sed renunciationem debere fieri proximè professioni, vt eodem die, vel præcedenti. Ducor, quòd dispensatio non extenditur ad accessoria separabilia, sed ad necessariò inseparabiliter connexa, vt diximus *eadem disp.1. n.19. & 20.* At non est inseparabiliter connexum, vt renunciatio fiat integro bimestri ante professionem: Tridentinum enim id spatium concedens egit de professione completis legitima ætate, & anno nouitiatus facienda; ergo ea dispensatio non extenditur ad totum id tempus. Sed quia professioni est annexa facultas disponendi antea de bonis, vtpote quòd post professionem fieri nequit, dicendum est, dispensationem illam extendi, vt renunciatio fiat ante professionem, etsi non seruato omninò tempore designato per Tridentinum, quia seruari nequit; erit tamen seruandum in quantum fieri potest, facta renunciatione proximè professioni; credendum enim est Pontificem quàm minimum fieri potest voluisse derogare Tridentino, sic enim seruabitur in quantum fieri potest, matura deliberatio ante renunciationem in decreto petita. Hucusque Sanchez.

2. Sed contrariam sententiam tenet Merolla *tom.2. disp.4. cap.6. numer.30.* Quia Decretum Tridentinum *sess.25. de Regular. cap 15.* vbi statuitur, non posse Nouitium profiteri ante completum annum nouitiatus, est exorbitans, & correctorium iuris antiqui, quo spectato, potuisset antea fieri professio, consentiente Prælato Religionis, & per consequens, dispensatio concessa à Pontifice, vt possit quis emittere professionem ante finitum tempus nouitiatus, censenda est fauorabilis; quia reducit ad ius antiquum, quod est fauorabile. At verò dispensatio fauorabilis extenditur etiam ad accessoria, seu connexa separabilia: ergo si Nouitius professurus est in nono mense nouitiatus ex dispensatione Pontificis, poterit renunciationem bonorum facere toto bimestri ante id professionis tempus. Et hoc multò magis procedit, si ea dispensatio esset concessa cum clausula, *Motu proprio*, quia hæc fauorabilis est secundùm omnes, & ita extenditur etiam ad accessoria separabilia.

3. *Secundò* nam aliàs gratia, quam facit Pontifex Nouitio, dispensando cum eo, vt possit emittere professionem ante tempus ordinarium, retorqueretur in eius odium, contra regulam iur. *in 6.* Quod ob gratiam alicuius conceditur, non est in eius dispendium retorquendum. Paret, hoc quia arctaret illum ad faciendam renunciationem bonorum ipsomet die professionis, vel paulò antè, & ita priuaret Nouitium libertate, quam alias haberet, faciendi illam toto bimestri ante professionem. Et confirmatur, nam, quòd Concilium concesserit totum illi bimestre Nouitio ad disponendum de bonis, fuit in gratiam ipsius, cui non præsumitur Pontifex velle derogare, concedendo eam dispensationem. Et huic opinioni Merollæ ego adhæreo.

RESOL. LXVI.

An Pontifex possit dispensare in voto solemni paupertatis, & obedientiæ.

Et quid de Religioso facto Episcopo? Ex part.8.tr.3. Resol.100.

§.1. NEgatiuè respondet D. Thomas *in 2. 2. quæst.88. art.11.* vnde Syluius *ibidem, in fine*, sic asserit. Quod verò attinet ad solemnia vota paupertatis, & obedientiæ Religiosorum; similiter existimamus illa esse indispensabilia. Nam de voto quidem paupertatis pari modo loquitur Innocentius III. sicut de voto castitatis: de voto autem obedientiæ idem est iudicium, vt proinde fieri nequeat; quòd Monachus solemniter professus verum habeat rerum temporalium dominium, seu proprietatem; sitque in vniuersum absolutus ab obligatione obediendi suo superiori, si aliquem habeat. Quare cum illis Religiosis, qui fiunt Episcopi, non dispensatur, vt possideant aliquid proprium, sed bonorum communium dispensatio, seu administratio illis conceditur. Neque etiam dispensatur super voto obedientiæ, quia obedientia respicit statum prælationis in eo, cui oportet obedire: & ideò quòd ille qui sub Prælato esse desistit, non teneatur alicui obedire, non est ex hoc quod obligatio voti deficiat, ex parte vouentis, sed quia subtrahitur prælatio ex parte eius, cui tenebatur obedire.

Sup. hac pp parte pauertatis ſe- pràin tr.1. R.78 §. Probat autem & in Ref.79. §. Nec obſtat quod, in principio, & §. Quod poſſet, à li

2. Sed contrariam sententiam tenet Lessius *lib.2. c.40. dub.14. n.112.* Azorius *tom.1. lib.12. cap.7. q.2.* Imò Sotus *lib.10.de iustit.q.5.art.7.* ratus, paupertatis votum non esse tam intrinsecum Religioni, vt castitatis, putat, re ipsa cum Episcopis Monachis dispensatum esse in voto paupertatis; imò etiamnum toties dispensari, quoties fiunt Episcopi, quos putat portionis sibi debitæ verè dominos esse, &c. Et fanet *cap.statutum, 18. q.1.* vbi dicitur, Statutum est, vt Monachus, quem electio Canonica à iugo regulæ, & professionis Monachalis absoluit, & sacra ordinatio de Monacho Episcopum fecit, veluti legitimus hæres paternam sibi hæreditatem postea iure vendicandi potestatem habeat. Et hanc opinionem Soti ego satis probabilem olim existimaui cum aliis, & nunc etiam existimo.

Sup. hoc in fra in §. Duces primo. huius Reſol. in Ref.100. ſeq. §.2. ante medium, vbi veluti legitimus, & in aliis eius annot.

3. Et ideò hanc sententiam nouissimè tenet ex Societate IESV Petrus VVadingus *tract. de contract. disp.2.dub.2.§.2.n.6.* vbi sic ait: Secunda classis Beneficiatorum sunt Episcopi, de quibus controuerti potest, an quando Monachus, aut alius Religiosus assumitur ad Episcopatum, liber sit à voto paupertatis, & dominium acquirat, possitque libere contractus inire, sicut alij Episcopi non regulares.

Et pro hac ſic. contenta in lin.4. hius §. Et ideo, à ver. an quando.

4. Negant quamplurimi, quos citat, & sequitur Sanchez *lib.6. de præcept. cap.6. n.8.* & Henriquez *lib.10.c.32. & 33.* & ex professo Suarez *tom.4.de Religion.lib.3.c.17.* & sine dubio multò plures eam tenent, quàm contrariam.

in tom.7. n. 1. ex doctrina Ref.1. & ſignanter in Ref.17. & in tom.6. tr.7. Ref.9. & in tom.4. tr.7. Ref.16 §. Verum, & tè cum mentis DD. ibi tr.8. Ref. 106. & in 9. tr.7. Ref.

5. Asserit habere dominium multis in locis; ex professo, autem id agit *lib.10. de Iustit. cap. vltimo*, conatúrque ostendere D. Thomam in eadem fuisse sententia Anglez *2. part. quæst. de voto, art.2.* Mich. Medina *lib.5. de continent. Sacerdot. cap.26.* Palacios *in 4. dist.38. disp.2.* Vasquez *1. 2. disp.65. cap. 8.* & fusiùs *in opusc. de redit. cap.3. dub.7.* Basilius Pontius *lib.7. de matrimon. cap.13. num.9.* & Sanchez *supra, 84. num.13.*

n.13. fatetur esse sententiam probabilem, & practicè secutam.

6. Dico *secundò*; quamuis prior sententia propter Doctorum authoritatem in re practica videatur esse probabilior, tamen posterior practicè est probabilis, & secura. Probatur hæc posterior pars *Primò*; quia tot Doctores recentiores magni nominis eam sequuntur, argumentis contrariæ sententiæ benè perpensis. *Secundò*, quia vtitur argumento iuris à parte contraria hactenus non benè soluto, *cap. statutum* 18.*q.*1. vbi dicitur, Episcopum ex Monacho factum, velut legitimum hæredem habere potestatem sibi vendicandi paternam hæreditatem, &c. & desumptus est canon ex Concilio apud Althem. celebrato præsente Legato Sedis Apostolicæ, & ab Ecclesia longo vsu recepto, ibique statuitur Episcopum ex Monacho posse tanquam legitimum hæredem sibi vendicare hæreditatem paternam, si dominium non haberet, sibi non vindicaret, sed monasterio, aut Ecclesiæ, cùm fatentibus aduersariis Religiosi carentes dominio non sibi vendicent, sed monasterio. Sed argumenti vis patebit ampliùs ex solutione responsionum, quæ ad istum canonem passim adferuntur.

7. Dices *Primò*, *l. Deo nobis. C. de Episcopis, & multis aliis illo tit. & de sacrosanctis Ecclesiis*, statuitur Sanctimoniales, vel alios Monachos sibi posse vendicare hæreditatem parentum; & tamen Monachi professi non habebant dominium Resp. In hoc videri lapsos aduersarios, quòd putauerint ab initio Monachos semper fuisse priuatos omni dominio: nam vt multis probari posset, tempore Iustiniani cœpit inhabilitas quædam induci, non tamen simul, sed paulatim: nam primò fuerunt Religiosi priuati dominio bonorum, & quæ secum tulerant in Monasterium, & transferebatur eorum dominium in Monasterium, vt patet ex *l. nunc autem, C. de Episcop. & Cleric.* quæ est desumpta ex *Nouella* 5. *cap.* 5. & variis legibus; illo autem tempore fuit ipsis relicta facultas succedendi ab intestato, & vendicandi proprio nomine hæreditatem, siue sibi, vt patet *cit. l. Deo nobis*, postea cœpit ea res adhuc magis restringi, & monasterium succedere loco filij, vt dicemus *infra* suo loco: cùm ergo postquam Monachi facti sunt inhabiles ad succedendum proprio nomine, siue sibi vendicandi hæreditatem, Episcopi ex monasteriis assumpti facti sint habiles ad succedendum tanquam legitimi hæredes, & ad vendicandam sibi hæreditatem paternam, clarum iudicium est restitutum illis ab Ecclesia dominium, quo anteà fuerant priuati.

8 Dices *secundo*; ille canon commodè potest intelligi hoc modo, quòd ex Monacho factus Episcopus iam non acquirat monasterio, ex quo discessit, sed suæ Ecclesiæ, cùm alij Monachi acquirant monasterio: & hoc insinuatur apertè in fine canonis, vbi dicitur debere eum omnia Ecclesiæ restituere. Respond. hanc explicationem, quæ tamen valdè placet recentioribus multis, non videri subsistere, cùm dicat textus, eum sibi vendicandi iure habere potestatem, quia non est idem vendicare sibi, & vendicare suæ Ecclesiæ, alioquin Monachus propriè, & vsu iuris diceretur sibi acquirere, vel habere ius sibi vendicandi, quæ acquirit Monasterio. Nec refert, quòd in fine canonis dicatur debere restituere Ecclesiæ: quia hoc intelligitur de tempore mortis. Et hic habet locum illa, quam adferunt, distinctio: nam illa quæ post mortem Episcopi talia manent, non Monasterio, sed Ecclesiæ debentur. Verùm hoc nihil illos iuuat; quia non sequitur, debent in morte relinquere suam substantiam Ecclesiæ: ergo in vita non fuerunt domini, nam testamenti factio Clericis sæcularibus iure negatur; etiamsi in communiori sententia sint domini reditum beneficij. Episcopi ergo ex Monasterio assumpti à iure æquiparantur Episcopis sæcularibus, nec facilè discrimen inter eos reperio.

9. Dices *tertiò*; Episcopus ille manet Religiosus; ergo non habet dominium. Respond. Quidquid sit de antecedenti, nego consequentiam: quia vt §. præcedenti diximus, inhabilitas ad acquirendum, vel transferendum dominium, est ex iure positiuo, nec fuit semper annexa statui religioso, vt benè deducit Basil. *tom.*7. *de matrimonio*, *c.*13. & Suarez *tom.*2. *de Relig. lib.*8. *c.*9. potuit ergo ius relicta in tali Episcopo obligatione voti paupertatis reddere illi dominium: nec ex hoc definet esse verus Monachus. Nec obstat *cap. cùm ad monasterium, de statu Monach.* quia Scholastici Societatis IESV habent dominium bonorum, tamen habent veram abdicationem proprietatis, quæ in isto cap. requiritur ad constituendum Monachum: abdicatio enim proprietatis non est abdicatio dominij, sed vsus indepentis à voluntate superioris. Hæc enim est illa proprietas, quam canones insectantur, & Pontifex *in isto cap.* nempe Religiosos aliquid detinere tanquam suum contra superioris voluntatem, velleque de illa re disponere independenter à superiore. Deinde, quid est absurdi, si dicatur non manere verum, & perfectum Religiosum, sed tantùm secundùm quid iure dispensante in voto paupertatis id exigente statu illo, in quo est, & relicta obligatione duorum aliorum votorum: quod fieri, posse, suo loco ostendetur. Hucusque VVadingus.

10. Vnde apparet, quàm immeritò aliqui contra me obmurmurauerint, cùm hanc sententiam probabilem esse olim firmauerim. Sed rectè dicitur in Euangelio: *Patientia vobis necessaria est.*

RESOL. LXVII.

An si quis habeat votum Castitatis, & Religionis, & petat à Pontifice dispensationem vnius, teneatur alterum narrare? Ex part.8. tractat.3. Resol.6.

§. 1. RESpondet Suarez *lib.*6. *de legibus*, in eo casu validam fore dispensationem voti Religionis, si ab eo inchoetur, nulla etiam facta mentione voti castitatis. Secus verò si priùs petatur dispensatio voti castitatis; tunc enim dispensatio illius erit subreptitia, si non explicatur etiam votum Religionis.

Quamis non plene sup. hoc lege tamen infrà doctrinam Resol. 99. & 100. & ex illis aliquid inferes pro hac quæst.

2. Priorem partem probat, tum ratione priori loco posita, tum etiam, quia votum castitatis faciliorem potius, quàm magis difficilem facere potest dispensationem voti Religionis; nam faciliùs dispensari solet cum eo, qui perpetuam castitatem est conseruaturus, quia in hoc aliquam participationem Religionis retinet. Et præterea potest per se dari causa sufficiens, ad tollendum votum Religionis, relicto alio, v.g. necessitas parentum, vel mala valetudo: ergo rectè poterit postulari pura eius dispensatio, sine mentione alterius voti. Secus verò esset, si causa honestans dispensationem voti Religionis, sumeretur ex ordine ad matrimonium contrahendum, etiam in generali: nam tunc oportet votum castitatis explicare, quatenus impedimentum est ad quodlibet matrimonium contrahendum.

3. Posteriorem verò partem probat, tum rationibus posteriori loco factis, tum etiam, quia habenti votum Religionis, irrationabilis videtur liberatio ab obligatione castitatis, cùm nec ad matrimonium contrahendum illi sufficiat, neque etiam liberet à vinculo Religionis, & quia maximè docet, vt qui

Religionis obligationem habet, castitatem interim seruet. Propter quæ non est verisimile, Pontificem fuisse concessurum talem dispensationem solum, si alterius voti conscius fuisset. Et confirmat hoc, quia non videtur posse dari causa iusta, ad dispensandum in voto castitatis cum eo, qui ligatus est voto Religionis: tum quia votum Religionis etiam obligat ad non nubendum, & licèt non obligaret statim ad castitatem, tamen obligat ad premittendam illam: tum etiam, quia talis persona, licèt difficultatem habeat in seruanda continentia, non potest illi succurrere per matrimonium, ratione alterius voti, & secluso hoc medio, tenetur absolutè vincere illam: ergo tunc causa est sufficiens, & irrationabilis ad talem dispensationem. Et quo ad hoc, benè æquiparantur hæc duo vincula cum aliis impedimentis matrimonij.

4. Sed his non obstantibus, Basilius Pontius *de matrimonio, lib.8.cap.17. num.24.* & Castrus Palaus *tom.1. tract.3. disp.6. punct.16. §.4. n.13.* credunt satis esse probabile impetrare posse dispensationem in voto castitatis, etiamsi taceas votum religionis. Quia votum Religionis non obligat ad perseuerandum: ergo dispensatio pro voto castitatis vtilis esse potest, casu quo in religione non perseueres. Item esse vtilis potest toto tempore, quo Religionem experiris, ne tot peccata committas: & ex hac vtilitate dari potest sufficiens causa dispensationis. Secus verò dicerem de solo voto non nubendi, quia non videtur adesse posse causa dispensandi in illo, si votum Religionis perseueret.

RESOL. LXVIII.

An qui vouit se perseueraturum in Religione, & explicet se vouisse Religionem, dispensatio sit valida? Et an, si voto Religionis superaddas votum illius perseuerantiæ, ad amplius obligeris? Ex part.8. tr.3 Resol.53.

1. NEgatiuam sententiam tenet Merolla *tom.1. disp.4. cap.6. num.358.* qui citat Nauarrum, Philiarchum, Lopez, Rodriguez, & Sanchez, quibus ego addo Salas *de legibus, disputation.26. sect.15. n.122.* vbi sic ait. Dubium quintum est, an sit dispensatio subreptitia, cum quis vouit se perseueraturum: tamen solùm expressit se vouisse Religionem. Respondeo esse subreptitiam, quia hæc vota sunt diuersa. Ita ille.

2. Sed hæc resolutio pendet ex illa satis difficili quæstione, an si voto Religionis superaddas votum illius, perseuerantiæ, amplius obligeris. Ratio difficultatis est; quia votum Religionis non est votum solùm de suscipiendo habitu, sed de perseuerando in illo media professione; quia est votum de Religione, quæ non est absque professione, seu trium votorum in Religione approbata emissione: ergo votum perseuerandi, & profitendi, voto Religionis nihil addit. Deinde obligari non potes ad profitendum, nisi præmissa probatione: quia non potes obligari contra formam, & dispositionem iuris communis. Sed de ratione intrinseca probationis est, vt si probatum consentaneum inuentum fuerit, admittatur, sin minus, respuatur: ergo quantumcumque ad professionem faciendam obligeris, poteris probatam Religionem respuere, si tibi incongrua visa fuerit; sicuti potes, cùm Religionis suscipiendæ voto ligatus es: sic docuit Aragon *2.2. quæstion.88. art.3 circa solut. ad 2.* Sotus *lib.7. de Iustit. quæstion.2. art.1. ad 3.* Petrus de Ledesma *2. tom. summ. tract.10. c.3. dub.7. casu.4.* Emanuël Sà *verb. votum, num.13.* Et hanc sententiam Lessius *lib.2. cap.41. dub.5 numer.46.* & Suarez *de Relig. tom.3. lib.4. cap.4. numer.2. & seqq.* probabilem existimant. Sed alij contrarium docent. Vide Layman. *lib.4. tractat.5. c.6.n.13.* Azorium *tom.1. lib.11. c.22. q.8.* & alios penes ipsos.

3. *Nota*, quòd post hæc scripta inueni Magistrum Tezeda *in Theolog. moral. tom.2. lib.3. tractat.3. n.183.* docere dispensationem, de qua loquimur, non esse subreptitiam.

Sup. hoc in tom 8. tr. 4. Resol. 30. & cursim & recitatiue in §. vlt. Resol. 31. & in tom. 4. tract. 3. Resolut. 100. à lin. 3. & in Resol. 101. § 1. prope finē, à vers. Pero si hico voto, & seq. Sed lege eas per totas.

RESOL. LXIX.

An quando falsò exprimitur substantia voti, cessat dispensatio? Ex part.8.tr.3. Resol.66.

§.1 REspondeo, quòd si votum falsò explicatum sit grauius, ac difficilioris dispensationis, ita distinguendum est. Si vtrumque sit omnino diuersum, ita vt neutrum includatur in alio, est irrita dispensatio. Vt si proponatur votum Ierosolymitanæ peregrinationis, cùm sit Compostellanæ, aut votum castitatis, cùm sit ieiunandi vnica die. Ratio, est, nam cùm sint diuersa vota, nec vnum claudatur in altero, dispensatio in vno nequit explicari, vt censeatur in altero concessa. Si verò vnum includatur in altero, tanquam pars in suo toto: vt si fuit votum non nubendi, aut non fornicandi, & explicetur votum castitatis, valebit vtique dispensatio; quia cùm dispensans in toto, censeatur in eius parte dispensare, illa vota verè emissa clauduntur in dispensatione. Similiter, si explicetur votum Ordinis sacri; cùm tamen sit non ineundi matrimonij, valet dispensatio: quia illud obligat ad non ineundum matrimonium, & ad aliquid amplius. Si verò votum emissum esset non fornicandi, non valeret dispensatio; quia votum propositum suscipiendi Ordinem sacrum, non obligat ad non fornicandum, & proinde votum verum non claditur in expresso. Sic tenent Suarez *tom.2. de relig. lib.7. de voto, cap. vlt. n.6. & seqq.* Sanchez *lib.4. summæ cap.47. n.28. & seqq.* & alij.

RESOL. LXX.

An facultas delegata dispensandi vota extendatur etiam ad ea commutanda? Ex part.8 tr.3. Resol.43.

§.1. NEgatiuam sententiam tenet Valentia *tom.3. disput.6. quæst.6. punct.7.* Azorius *tom.1. lib.11. c.20.q.4. & c.18.q.7.* Sanchez *de Matrimon. lib.8. disp.2.n.15.* & alij. Probatur hæc opinio, quoniam hæ potestates sunt diuersæ rationis, neque vna continetur in alia: ergo cui conceditur, vna, non hoc ipso censetur concessa & altera.

2. Confirmant *Primò*, quoniam maior scientia requiritur in commutandis, quàm in dispensandis votis: ergo cui conceditur potestas dispensandi, non eo ipso conceditur potestas commutandi, cùm minor scientia requiratur ad dispensandum, quàm ad commutandum. *Secundò*; nam non hoc ipso, quòd alicui aufertur potestas commutandi aufertur potestas dispensandi: ergo non eo ipso, quòd alicui confertur potestas dispensandi, confertur potestas commutandi. Consequentia probatur, quia si valet argumentum à maiore ad minus affirmatiuè, vt potest maius; ergo & minus, valebit etiam argumentum à minori ad maius negatiuè, vt non potest minus; ergo nec maius.

Sup. in tom.8. tr. Resolut. 6 §. Secundò ad medium. Docet etiā & in tom. tr.3. Resol. quamuis hæ trina sit vlt. Resol. 3 contrarii sensu introgationis

3. Sed

3. Sed ego affirmatiuæ sententiæ adhæreo, quam tenetur Suarez *de legibus*, *lib.6. cap.16. num.7.* Lessius *lib.2. cap.4. dub.11. num.94.* Layman *lib.4. tract.4.cap.8.num.20.* Henriquez *lib.7.cap.30.num.5.* Sylvius *in 2.2. quæst.88. artic.12. conclus.4.* Regnaldus *lib.8. num.339.* Aragon. *in 2.2. quæst. 88. articul.12. & quæst.89.articul.2.* Sayrus *in Clavi Regia lib.6. 12. num.15.* Sotus *de Iustit. lib.7. quæst.4. artic.3.*

4. Probatur hæc opinio, *primò*, quia cui licet quod est plus, licet quoque minus, *regul. cui licet, 53. de regul. iur. in 6.* quæ vera est secundùm omnes, quando minus continetur in maiori tanquam pars in toto, vel tanquam species in suo genere. At commutare est minus, quàm dispensare, vt clarè patet, & continetur in dispensatione tanquam pars in suo toto, quia dispensatio remittit omninò vinculum voti, commutatio autem remittit partem, nempè, vt non impleatur in materia promissa, sed in alia æquali.

5. *Secundò*, quia confessarius ad remittendum totum debitum, non excedet suæ potestatis limites, immò fidelius aget rem committentis, si illud in aliam rem æqualem commutet. Cùm ergo per dispensandi potestatem, committatur facultas totius voti remittendi, non excedet Delegatus limites suæ potestatis, sed fidelius aget Dei negotium, commutando illud in rem æquè Deo gratam. Confirmatur, quia potens remittere totum debitum, potest partem eius: at potens dispensare ex priuilegio, potest remittere totum voti debitum; ergo & poterit partem, nempe, vt id in aliâ specie æquali soluatur, quod est commutare.

6. *Tertiò*, quia in commutatione duo continentur. Alterum est ablatio vinculi à priori materia, & hoc non repugnat potestati dispensandi, immo id illa efficit. Alterum verò est, transferre in materiam æqualem, & ad hoc satis est prudens arbitrium, iudicans æqualitatem, cum acceptatione illius, cui votum commutatur; ergo hæc commutatio non excedit limites delegatæ potestatis dispensandi.

7. Restat modò respondere ad argumenta contraria, quæ parum vrgent, nam esto quòd hæ potestates sint diuersæ, vna tamen continetur in alia, vt minus perfecta in perfectiori; est enim potestas relaxandi ex parte; potestas verò relaxandi, est potestas relaxandi ex toto: siquidem potestas commutandi eximit ab vno debito, & obligat ad aliud: at potestas dispensandi tollit omne debitum.

8. Ad primam confirmationem, *primò* negatur antecedens, nam etiam ad dispensandum requiritur scientia, qua cognoscatur causa ad dispensandum sufficiens. *Secundò*, negatur consequentia, nam esto maior scientia requiratur ad commutandum, quàm ad dispensandum, huius tamen maioris scientiæ defectum supplere poterit commutans per consilium acceptum ab aliis.

9. Ad secundam, negatur consequentia, nam ablatio potestatis est odiosa, adeóque strictè interpretanda: ergo ablata potestate commutandi, non eo ipso auferetur potestas dispensandi. Collatio verò potestatis est gratiosa, proinde amplè intelligenda; ergo collata potestate dispensandi, cum ea censetur conferri potestas commutandi.

RESOL. LXXI.

An quando adsunt expresè simul votum, & iuramentum soli Deo factum, & non explicetur vtrumque vinculum, dispensatio sit inualida? Ex part.8. tr.3. Resol.67.

§.1. AFfirmatiuè aliqui respondent & ideo in casu nostro Petrus Ledesm. 2. *tom. Summ. tract.11. cap.3. in fine*, ait explicandum esse vtrumque vinculum. Idem tenentur dicere Doctores, asserentes, facultatem delegatam ad dispensandum in votis, vel iuramentis, non extendi, quando adsunt expressè votum & iuramentum eiusdem rei. Et ratio est, quia sunt duo vincula æquè principalia, quæ maiora sunt altero expresso.

2. Non desunt tamen Doctores contrarium asserentes, sufficere alterutrius vinculi mentionem, etiam altero negato. Probatur *primò*; quia, vt benè Suarez ait, alterutro vinculo sublato, est æquè probabile tolli alterum indirectè, per subtractionem materiæ, in quam alterum cadit. *Secundò*, quia, vt idem auctor dicit *c.14.num.vlt.* rem moraliter, & practicè spectando, parum refert ad voti obligationem in ordine ad Deum, vtrquis modo accedat iuramentum, nec est minor obligatio in voto & iuramento, siue sint vincula æquè principalia, siue vnum sit alteri accessorium. Et vt dicit idemmet *n.25.* per id nouum vinculum non augetur grauitas intensiua, sed extensiua. Atque idem dicendum est, quamuis iuramentum illud nullam includat promissionem, sed soli Deo fiat; per solam sui nominis intentionem. Et hanc sententiam tenet Sanchez *lib.4. summ.c.47.n.31.*

RESOL. LXXII.

An facultas concessa ad dispensanda vota, & commutanda extendatur ad vota, & iuramenta eiusdem rei, cum simul duo vincula concurrant.

Et pro explanatione prædictæ difficultatis aliqua alia notabilia supponuntur, quæ contingere possunt in supradicto casu, videlicet, quid dicendum sit, si non præstetur iuramentum in voti confirmatione, sed independenter ab illo; vt si quispiam prius iuranit ieiunium, & postea vouit idem, vel si prius vouit, & postea iurauit, non quasi votum confirmans, sed vel eius immemor, vel omnino independenter.

Et quid in dubio, an iuramentum posterius emissum sit præstitum ad solum confirmandum votum.

Et tandem quæritur, an facultas delegata ad dispensanda, vel commutanda vota virtute Cruciatæ, & Iubilæi extendenda sit ad vota emissa post publicationem dicti priuilegij? Ex p.8.tr.3 Resol.46.

§.1. DE hac quæstione latè tractat Azorius *tom.1. lib.11. cap.10. quæst.2.* vbi sic ait, Quidam sentiunt in hac quæstione sic esse dicendum: Promissio, quæ Deo facta iureiurando firmatur, dupliciter confirmari potest, & solet. *Primò*, aliquando votum Deo nuncupatur absque vllo iureiurando, & deinde temporis interuallo, vel eodem etiam momento iureiurando munitur. *Secundò*, plerumque iusiurandum fit, nec tamen vllum votum Deo nuncupatur: vt cùm quis iurando promittit Deo, se aliquid facturum. Hoc posito respondet, Confessarium, qui potest votum commutare, posse quoque iusiurandum, quod ex interuallo temporis, vel eodem temporis puncto ad votum accessit. Et in hoc, inquiunt, prima opinio locum habet. Nam sublato principali, quod est votum, auferetur quoque, quod ei est annexum, eique postea accessit: non tamen posse commutare votum secundo modo factum, quoniam non est votum simpliciter factum; sed iusiurandum, quo quis se Deo obligauit, & in hoc, aiunt, est vera secunda opinio, eo quòd non conceditur Confessario facultas commutandi iusiurandum, sed votum; at voti, & iurisiurandi vincula diuersa sunt.

Sup. hoc in tom.4. tr.33. lege doctrinam Resol.85. & ibi in tr. 4.Resol.19.

2. Aliis tamen non videtur opus esse distinctione: Idem, inquiunt, iuris est, si primùm Deo aliquid vouisses, ac deinde interuallo temporis iureiurando confirmares, ac si simul iureiurando vouisses: quare si Confessarius vnum potest, & reliquum, quòd si nec vnum potest, non potest & alterum. Mihi tamen placet prædicta distinctio ex parte, & ex parte displicet. Placet quidem, eo quòd existimo aliud esse si voueas te aliquid facturum, idque iureiurando confirmes: aliud verò, si iures te aliquid Dei causa facturum. Nam in primo sunt duo vincula coniuncta voti, & iurisiurandi, & votum est materia iurisiurandi: in secundo, solùm est vinculum iurisiurandi, nec enim est vllum votum, quod sit materia iurisiurandi. Nauarrus hæc non distinguit, sed solùm loquitur de iureiurando secundo modo facto. At verò, siue iusiurandum fiat primo modo, siue secundo, vt simpliciter dicam puto veriorem esse secundam sententiam, quia reuera, aut sunt voti, & iurisiurandi duo vincula diuersa, ac proinde cui facultas demandatur vnum soluendi aut commutandi, non eo ipso potestas committitur tollendi, aut mutandi alterum. Nam difficilius est duo vincula soluere, quàm vnum. Item, promissio, aut votum metu factum, irritum est; & inane: at iureiurando roboratum subsistit, vt firmum: ergo ex hoc, quod votum ditimitur, iusiurandum absoluitur: & qui simpliciter promittit se soluturum vsuras, non cogitur eas soluere; cogitur tamen, qui promisit, & iurauit se soluturum *cap. debitores de iureiuran.* Aut est tantùm vnum iurisiurandi vinculum: & tunc existimo etiam veram esse sententiam secundam, quia votum, & iusiurandum sunt vincula diuersa, & non cui committitur facultas absoluendi vnum, committitur vt possit alterum soluere. Ita Azorius, cui etiam adde Lessium *lib.2. cap.4. dub.11. num.94.* Henriquez *lib.7. cap.30. num.5.* & alios penes ipsos.

Sup. hoc in Ref. seq. §. Notandum, & latè in tom.4. tr.3. Ref.84. & in aliis eius primæ not.

3. *Nota* verò quòd Sanchez *de Matrim. lib.8. disput.2. num.23.* absolutè docet, quòd si non præstetur iuramentum in voti confirmationem, sed independenter ab illo, vt si quispiam priùs iurauit ieiunium, & postea vouit idem: vel si priùs id vouit, & postea iurauit non quasi votum confirmans, sed vel eius immemor, vel omninò independenter, tunc priuilegium erga votum minimè extendetur ad votum, & iuramentum simul. Cùm enim sint duo vincula diuersæ speciei, nec vnum pendeat ab alio vt sic illo sublato cesset, fortiora sunt vno solo, quod priuilegium concedit: ergo id priuilegium non extendetur ad vtrumque. In dubio autem an iuramentum posterius emissum, sit præstitum ad solum confirmandum votum, credo sic præsumi, quòd semper soleat sic præstari, quoties votum præcessit; sicut quando votum reperitur. Quare priuilegium concessum circa vota extendetur in eo dubio ad votum simul cum iuramento. Ita Sanchez.

4. His tamen non obstantibus, non desunt Doctores asserentes in his euentibus posse illam facultatem commutandi vota, vel in eis dispensandi, idem effici, quando votum, & iuramentum simul concurrunt, quamuis non præstetur iuramentum in voti confirmationem, sed independenter ab illo. Et ita docet Suarez *de Relig. tom.2. lib.6. c.14. n.19. & seq.* Probatur hæc opinio, quia licèt id iuramentum sit voto coniunctum, non efficit, vt votum maneat reseruatum, nec vt maneat iuramentum firmatum, loquendo per se, sed tantùm eadem materia manet subiecta obligationi iuramenti, nec est, cur vnum possit impedire vsum potestatis erga aliud: ergo ea coniunctio non impediet, quin illa facultate possit tolli nunc vnum, nunc aliud, nam si alterutrum esset solum, posset per illam tolli.

5. *Secundò*, nam habens delegatam potestatem commutandi vota, aut in eis dispensandi, potest non tantùm semel, sed sæpius cum eadem persona dispensare, vel commutare circa obligationem religionis erga Deum per vota, vel iuramenta soli Deo præstita. Ergo postquam Delegatus concessit dispensationem, aut commutationem voti, potest eandem concedere circa iuramentum, & eadem ratione poterit simul tollere vtrumque, quasi duas dispensationes simul concedendo.

6. *Tertiò*, quia licèt sint duo vincula diuersa specie, tamen in ordine ad dispensationem, & commutationem reputantur quasi vnum, & idem & eiusdem rationis, nec vnum addit alteri nouam grauitatem intensiuam, sed solùm extensiuam, id est, plura vincula.

7. Idem dicendum est quando facultas illa delegata sit ad commutanda iuramenta Deo facta, nullam vtorum faciendo mentionem, ea enim extenderetur ad vota de eadem materia concurrentia cum illis iuramentis; quia militat eadem ratio, ac quando dicta facultas est ad vota. Vnde ex his omnibus ego puto, omnes has sententias esse probabiles; sed tertia Suarez probabilior.

8. *Notandum* est hic obiter contra Sotum *de Iustit. lib.7. q.4. art.4. verb. post hæc, de priuilegiis.* Cordub. *in summa, q.149.* & alios, facultatem delegatam ad dispensanda vel commutanda vota, virtute Cruciatæ, vel Iubilæi, extendendam esse ad vota emissa post publicationem dicti priuilegij. Et ratio desumitur ex doctrina glossæ *cap. quia circa, de priuileg.* vbi docet, verba indefinitè & generaliter expressa in priuilegiis, extendi ad futura. Cùm ergo verba Bullæ, & Iubilæi concedentia votorum commutationem, sint generalia, & indefinita, extenditur ad vota etiam futura. Et idem dicendum est, quando priuilegium concederet dispensationem votorum, quia militat eadem ratio. Et ita docet Sanchez *in summa tom.1. lib.4. c.53. n.26.* & alij penes ipsum.

Sup. contento in hoc §. in tom.4. tr.3. Ref.71. & in Ref.49. §.1. in fine, &

RESOL. LXXIII.

An potestas delegata dispensandi, vel commutandi extendatur ad relaxanda iuramenta soli Deo facta? Et quid è contra?

Et an hoc procedat etiam, quamuis iuramentum non habeat inclusam promissionem, sed absque ea soli Deo fiat?

Et an ea facultas delegata ad vota extendatur ad iuramenta adiecta contractui, in quo est turpitudo, & iniustitia in creditore, vt iuramentum factum homini soluendi vsuras, aut metu extortum? Ex patt. 8. tr.3. Ref.44.

§.1. NEgatiuam sententiam tenet Azor. *tom.1. lib.11. cap.10. quæst.2.* Ledesma *in summa tom.2. tract.11. cap.4. diffic.4.* Lessius *lib.2. c.42. dub. 12. n.60. & 62.* & alij. Probatur hæc opinio, quoniam maius non continetur in minori: atqui maius est, dispensare, vel commutare vota iurata, quàm non iurata: quia votum iuratum includit duplex vinculum, promissionis, & iuramenti: atque adeò potestas ipsa dispensandi, vel commutandi vota iurata est maior potestate dispensandi, vel commutandi vota non iurata, cùm illa habeat virtutem absoluendi à duplici vinculo, hæc tantùm ab vno. Confirmatur; nam de facto in Bulla Pauli III. quæ incipit *Dilecti filij*, conceditur Societati FESV facultas commutandi omnia vota, exceptis vltramarinis SS. Petri, & Pauli de Vrbe, S. Iacobi in Compostella, Religionis, & Castitatis; in qua tamen facultate,

Sup. hoc in Ref. seq.

cultate, non comprehenditur facultas commutandi vota iurata, nam hæc conceditur in Bulla Gregorij XIII. quæ incipit: *Decet Romanum Pontificem*, vbi eadem illa facultas à Paulo III. concessa, extenditur etiam ad vota iurata: ergo hæc in illa non comprehendebatur, alioqui frustrà per hanc secundam Bullam concessa fuisset.

2. Sed magis mihi placet contraria sententia: ideò asséro, potestatem delegatam ad dispensandum, vel commutandum vota extendi ad dispensationem, & commutationem iuramentorum, quæ soli Deo fiunt. Ita Caietanus *2.2. quæst. 89. articul. 9. paulò post princ.* Henriquez *lib. 7. de Indulgent. cap. 30. num. 5.* Emanuël Sà *verb. Iuramentum, num. 32. & verb. votum*, vbi de voti irrit. & dispensat. *num. 16.* Arag. *2.2. quæst. 88. articul. 12. dict. 1. & quæst. 89. articul. 9. vers. Dico quartò.* Vivald. *Candelab. sacrament. 3. part. cap. 14. num. 8.* Sayrus *in Clavi Regia, lib. 5. cap. 8. n. 9. vers. Dixi.* Sorbus *in compend. priuil. Mendic. vers. votum, in suis annot. notab. 5.* Suarez *tom. 2. de Relig. tract. de voto, lib. 6. cap. 14. num. 6. & seq.* vbi latissimè hoc probat Sanchez *lib. 8. de Matrimon. disput. 2. n. 18.*

3 Probatur hæc opinio; quia ad dispensandum in eis iuramentis, vel illa commutanda, nulla est opus facultate circa ipsa iuramenta directè, sed satis est facultas circa votum in eis virtute inclusum, quo sublato per dispensationem, aut eo commutato, ex consequenti, & quasi per accidens, destruitur, vel commutatur iuramentum, vtpote, quod innitebatur illi promissioni, tanquam fundamento. At verò priuilegium, seu potestas delegata ad dispensandum in votis, vel ea commutanda extenditur ad omnia vota; ac proinde, etiam ad id, quod verè est tale, virtute inclusum in eis iuramentis; ergo ex consequenti extenditur ad ea iuramenta.

4. *Secundò* probatur, quia dispositum in vno æquiparatorum, censetur dispositum in altero, *l. tantum §. de seruo, Cod. de furt.* & docet glossi. *cap. si postquam, verb. Confirmatione, de elect. in 6.* At, quo ad hæc priuilegia, verè æquiparantur huiusmodi iuramenta, & vota, quoniam in eis priuilegiis conceditur facultas remittendi, aut commutandi obligationem ex virtute religionis soli Deo tanquam creditori acquisitam, & solum spectatur, an etiam homini ius comparatum sit vteuenit in iuramentis homini præstitis. At tam voti, quam iuramenti soli Deo præstiti obligatio tantùm Deo acquiritur; ergo facultas circa vota extenditur ad iuramenta. Hinc sequitur è contra, quòd si priuilegium esset ad commutanda iuramenta soli Deo facta, vel in eis dispensandi, extenderetur etiam ad vota, quia militat in hoc casu hæc secunda ratio à nobis allata, nempe, quòd hæc iuramenta voto æquiparantur, quo ad dispensationem, & commutationem Ita Suarez *d. cap. 14. num. 24.* & Sanchez *vbi suprà num. 19.* qui addit, hoc esse verum, quamuis iuramentum non habeat inclusam promissionem, sed absque ea soli Deo fiat, quia reputatur tanquam votum, cùm soli Deo obligatio ex illo quæratur ex virtute religionis. Idem dicit Suarez *loc. cit. num. 11.*

5 Restat modò respondere ad fundamenta in contrarium superiùs posita: dico igitur, quòd non viget ratio duplicis vinculi nam vtrumque hominem ligat erga Deum eadem virtute religionis: ac proinde eadem potestas potens est soluere vtrumque debitum eodem religionis iure Deo acquisitum: sicut eadem virtus religionis potens est vtrumque vinculum induere. Confirmatur; nam hæc potestas debet amplè interpretari: ergo si potest singula vincula circa diuersas materias soluere, poterit ea soluere circa eandem materiam.

6 Nec etiam viget Bulla Gregorij XIII. quæ priuilegijt Pauli III. Societati Iesv concessum de dispensando in votis, extendi etiam ad vota iurata: nam id Pontifex fecit; vel ad maiorem Declarationem, vti solent Romani Pontifices in aliis materiis id facere, vel ad tollendum omnem omninò scrupulum, qui in alia sententia probabili esse poterat.

7 *Notandum* est tamen hìc, aliquos hanc nostram sententiam ampliare, vt ea facultas delegata ad vota, extendatur ad iuramenta adiecta contractui, in quo est turpitudo, & iniustitia in creditore, vt ad iuramentum factum homini soluendi vsuras, aut metu extortū. Ratio eorum est, quia per hæc iuramenta nullum homini illi, cui fiunt, ius acquiritur sed soli Deo ac proindè voti rationem induunt. Ita Barthol. Ledesm. *in sum. Sacr. tract. de Matrim. dub. 23. post. 3. conclus.* & Rodriguez *1. part. sum. in 2. edit. cap. 191. num. 4. & cap. 189. num. 9. & cap. 244. num. 4.*

Sup. hoc in Resol. præterita §. Alius prope finem, à vers. Cogitur tamen & magis late in tom. 4. tr. 3. Resol. 84. & in aliis eius primæ annot.

8 Sed contrarium dicendum existimo cum aliis quia licèt per illa nullum homini, cui fiunt, ius comparetur: at cùm non fiant intuitu pietatis, nec Deo, nullam voti rationem induunt, sed meræ promissionis humanæ, ac proindè homine votorum non veniunt. Sic tenent Petrus Ledesma *de Matrim. q. 47. art. 3. dub. 3.* quod mouet circa *3. argum. §. sed adhuc est aduertendum* Sanchez *lib. 1. de Matrim. disp. 32. n. 17.* Suarez *tom. 2. de Relig. tract. de iurament. lib. 2. cap. 41. num. 13. & tract. de voto, cap. 14. num. 13.*

RESOL. LXXIV.

Quidam dispensatus à Summo Pontifice in voto Religionis ratione infirmitatis post multos annos conualuit: quærunt, an ad ingressum Religionis sub mortali teneretur.

Etiamque quæritur, an Sacerdos Beneficiarius dispensatus ab onere recitandi Horas Canonicas ex infirmitate oculorum, si postea conualuerit, teneatur sub mortali Officium Diuinum recitare? vel fructus restituere.

Ex quibus infertur, quod cessante causa finali dispensationis, adhuc valet dispensatio. Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. Resol. 45.

§. 1. COnsului, vt Religionem ingrederetur. Sed instabat. An aliqua esset probabilis opinio, quæ illum à tali onere liberaret. Et tunc respondi affirmatiuè ex Doctoribus, quos ego citaui *in part. 1. tr. 10. resol. 41.* asserentibus quòd cessante causa finalis dispensationis adhuc valet dispensatio. Et ita hæc sententiā nouissimè me citato tenet etiam Auctor casuū Conscientiæ Bononiæ discussorum anno 1638. mense Maio *casu 1. fol. 35.* vbi quærit an Sacerdos Beneficiarius dispensatus ab onere recitandi horas Canonicas ex infirmitate oculorum, si postea conualuerit, teneatur sub mortali recitare officium; & respondet negatiuè ex rationibus à me adductis *in citata resolut. 41.* Quia dato, quòd cessauerit omnino causa finalis dispensationis, post quam dispensatio fuit exequutioni demandata adhuc tamen valet dispensatio: ita vt qui à principio obtinuit dispensationem cum causa rationabili & sufficienti, etsi postea decursu temporis cessauerit totaliter illa causa (vt accidit in casu proposito) non peccet vtens tali dispensatione sic obtenta, cùm per eam absolutè concessam verè fuerit simpliciter relaxata lex illa, eiusque obligatio consequenter omnino extracta: vnde per cessationem illius causæ, ob quam fuerat concessa dispensatio, non potest reuiuiscere obligatio prædicta, cessante namque causa finali, non cessat ideò effectus consummatus, & perfectus, (secus quando nondum consummatus est) vt multis probat Tiraquellus *tract. cessante causa, limit. 12.* Menochius *de præsumptionib. lib. 4. præ-*

Quæ licet infra Resol. 146. & late in alia Resol. eius not. Et sup. dixi à lin. 9. huius textus, & vers. an Sacerdos infra in tr. 6. Resol. 39. §. vlt. & lege etiam doctrinam Resol. hic supra citatæ.

sumpt. 889. num. 197. Totalis autem effectus dispensationis est ipsa legis relaxatio, quæ per illam fit: cum ergo consummata sit, dispensatione semel iam facta, nihil obesse potest in posterum cessatio causæ Gratis autem & absque fundamento dicitur relaxatio illa fuisse solùm sub conditione à Principe facta, nempè dum causa perseuerauerit.

2. Vnde supposita probabilitate supradictæ opinionis: quòd scilicet Titius modo dicto simpliciter dispensatus ab onere recitandi horas Canonicas propter oculorum morbum, quo tempore dispensationis impetratæ grauiter laborabat; adhuc gaudeat beneficio dispensationis, etiam postquam ab eo morbo perfectè conualuit; ita vt non peccet omittendo in posterum officij diuini recitationem; probabile est eundem Titium in dicto euentu, nec teneri ad vllam fructuum beneficij ab ipso possessi restitutionem. Hucvsque Auctor supra citatæ decisionis, quæ omnia deseruiunt pro casu nostro. Vide etiam Zambellum *in reper. Mor. verb. Dispensatio, num. 5.* vbi me citato docet, quod dispensatio habita pro necessitate, illa transacta, adhuc valet, & dispensatus illa vti potest.

RESOL. LXXV.

An aliquando Episcopus possit dispensare in voto castitatis absoluto, ac in aliis votis Papæ reseruatis.

Et notatur in hoc casu, quis censebitur difficilis ad Pontificem aditus, & quæ causa legitima?

Et an si occurrat prædicta necessitas, & aditus neque ad Episcopum pateat, possit Parochus dispensare, ex præsumpta Pontificis voluntate? Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. Res. 5.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 4. Res. 38. §. vlt. & hic infra in Res. 133. §. Probatur, paulo post initium, à verf. secundo votum, & magis infra in tom. 7. tr. 1. Res. 277. §. 1. & 2. & in tom. 4. tract. 3. Res. 119. in diuersis illius vers. & signater §. Sed cius, & hic supra in Res. 32. cursim in §. 1. & superius in tr. 1. Res. 98. §. 2. post medium, Vers. Tertio in voto.

§. 1. AFfirmatiue respondet Raphaël de la Torre *to. 1. in 2. 2. Diui Thomæ. q. 88. art. 12. disp. 3. num. 14.* Probatur, quia iure diuino concessa erat facultas dispensandi super omnibus votis dispensabilibus, & hæc potestas Summi Pontificis auctoritate limitatur, ne in actum exeat respectu aliquorum: sed credendum non est Summum Pontificem interdicere hanc potestatem, quando aliàs non patet facilis aditus ad ipsum, vel ad alium habentem delegatam potestatem super hæc vota dispensandi: ergo inest modò Episcopis talis potestas. Probatur minor: quoniam talis prohibitio esset in graue præiudicium Ecclesiæ, & in Christi offensam: multi siquidem haberent legitimam causam ad dispensationem petendam; nec tamen possent propter difficilem aditum ad Pontificem. Sed dubitabit quispiam, quis censebitur difficilis aditus, & quæ causa legitima? Quia in re præcipuè standum est arbitrio prudentis viri, qui considerabit locorum distantiam, temporis opportunitatem, personæ qualitatem, aliasque omnes circumstantias, inter quas præcipuè ponderanda erit indigentia, & pecuniæ inopia, si enim quis nummos non habeat pro dispensatione obtinenda, etiamsi aliàs facilè posset adire Romam, cum eo poterit Episcopus dispensare: similiter si imminet graue periculum transgressionis voti, & recursus ad Pontificem, est quasi moraliter impossibilis. Aduertat tamen Episcopus quod si vouentis necessitati posset subuenire per solam suspensionem executionis voti, non debet totaliter in voto dispensare; quia præfata potestas solùm fundatur in quadam æquitate, & pia interpretatione: ergo extendi non debet vltra id, quod exigit moralis necessitas: quando igitur per solam dilationem executionis voti, satisfit necessitati vouentis, non debet totaliter votum auferri. Et hæc omnia docet Raphaël *vbi suprà.*

2. Et hanc sententiam tenet etiam Sylvester *verb. votum 4. §. 4. clarius, verb. dispensatio §. 9.* Nauarrus *cap. 12. n. 42. & 75. cum sequentibus.* Suarez *lib. 6. c. 26. num. 9.* Sanctius *lib. 8. de matrimon. disp. 9. n. 22. & sequentibus,* & videatur etiam Caiet. *1. 2. quæst. 97. art. 4.* asserens in leuibus, in periculosis, in frequentibus causis posse Episcopum dispensare, etiamsi aliàs huiusmodi causæ sint Pontifici reseruatæ. Et his omnibus adde duos alios doctissimos Patres Dominicanos Magistrum Ledesma *in summa tom. 2. tr. 10. de voto cap. 8. ver. en la tercera parte,* & Magistrum Gallego *in Bulla Cruciatæ cap. 9. par. 3. §. 1. dub. 159.* Quintanaduenam *de iubilæo duarum hebdomadarum cap. 12. num. 12.* Gobat. *de Iubil. cap. 42. quæst. 114. num. 321.* Suarez *de Relig. tom. 2. tract. de voto cap. 26. num. 9.* Lessium *lib. 21. cap. 49. dub. 13. num. 186.* Sanchez *in summa tom. 1. l. 3. cap. 40. n. 32. & 34.* Valentiam *tom. 3. disp. 6. punct. 7.* Martinum de San Ioseph, & alios in sequenti Resolutione citandos.

Sup. hoc sub Pra in Res. 26. per totam, & signanter à §. Et eandem, & in Relat. Sæpe vlt.

Quæ est in tom 4. tr. 3. Res. 119.

3. Sed si aliquis hic quærat, An si occurrat prædicta necessitas, & aditus neque ad Episcopum pateat, possit Parochus dispensare præsumpta Pontificis voluntate? Respondeo negatiuè contra Gabrielem *in dist. 38. quæst. 1. art. 5. conclus. 2.* & contra Rodrig. loco infra adducendo, quia in Parocho nulla est potestas ordinaria ad dispensandum in votis etiam non reseruatis, neque ad illa commutanda, vt latè probat Sanchez *lib. 8. de matrim. disp. 9. n. 27.* ratione, & auctoritate; nemo enim potest vota commutare, nisi habeat iurisdictionem vel Episcopalem, vel quasi Episcopalem in foro externo, vel habeat priuilegium, vt contra Rodrig. *tom. qq. regular. art. 9.* probat Sanchez, *loco citato,* & Bardi *in Bulla Cruciatæ part. 2. tract. 7. cap. 2. sect. 5. n. 143.* cui adde Quintanaduenam *vbi supra.*

RESOL. LXXVI.

An Episcopus valeat dispensare, vt contrahens cum voto Castitatis possit petere debitum?

Et quid circa hoc quoad Regulares virtute priuilegiorum; assignatos tamen per Prouincialem, vel etiam non assignatos virtute alterius priuilegij Iulij II?

Et quid de Confessario virtute Bullæ Cruciatæ?

Et notatur, quod si supra dictus vouens Castitatem, vel cum voto Religionis facto ante matrimonium, vel post matrimonium ratum facto, nondum consummauit matrimonium, in istis casibus neque Episcopus, neque Regularis, neque Confessarius virtute cruciatæ potest dispensare. Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. Res. 4.

§. 1. AD hoc dubium respondet Dicastillus de *Sacr. tom. 3. tract. 10. disput. 8. dub. 4.* vbi sic ait; Addunt etiam Hentiquez, & Valentia supra, Episcopum posse dispensare cum iis, qui post votum castitatis simpliciter contraxerunt matrimonium, vt possint licitè petere. Quod tamen alij negant, quia id esset dispensare in aliqua parte substantiali voti castitatis simpliciter, quod nullo iure videtur concedendum Episcopo.

Sup. hoc §. fà in Res. 133. §. vlt. cursim ad medium, & in tom 4. tr. 3. Res. 119. §. 2. & segq. & in tom 7. tr. 1. Res. 278. recitantur fine §. 2.

2. Hoc tamen non obstante mihi videtur probabile, quod prædicti Doctores docent, nam qui vouit castitatem simpliciter, & eo non obstante contraxit matrimonium, in eum statum peccando se reduxit, in quo interim dum durat, non teneatur ad castitatem simpliciter, atque adeò votum pro illo tempore durantis matrimonij non est in statu voti castitatis simpliciter, rediturum tamen ad statum castitatis

stitatis simpliciter, si superuiuat alteri coniugi; ergo Episcopus dispensando pro illo tempore, vt possit petere debitum, tantum dispensat in parte voti pro illo tempore, non castitatis simpliciter; cum teneatur vouens reddere debitum coniugi, & quoad illam partem conseruare castitatem.

3. Eandem dispensationem concedere possunt Confessarij nostræ Societatis, quibus Prouincialis Prepositus id commiserit; de quo fit mentio in nostris Priuilegiis *in compendio, verbo, dispensatio,* §. 9. atque adeo aliæ Religiones, quæ habent communicationem Priuilegiorum cum Franciscanis, quibus id concessit Pius V. 26. Octobris anno 1569. Ita Dicastillus, & ante illum quoad auctoritatem Episcoporum Leander *de sacramentis tit. 2. tract. 9. disput. 24. quæst. 18.* qui plures citat, & verum esse affirmat contra Azotium, etiam casu, quo matrimonium non fuerit consummatum: in illo namque, etiam poterit Episcopus dispensare ad petendum debitum, etiam priori bimestri post initum, nec consummatum. Sic Sanchez *lib. 8. de matrim. disput. 12. num. 6. & disput. 16. num. 3. & lib. 4. summ. cap. 40. num. 63.* Vide etiam in fauorem Episcoporum Gallego *in Bull. Cruciatæ cap. 9. §. 1. dub. 169.* & Andream Mendo etiam *in Bulla Cruciatæ disputatione 26. cap. 11. num. 119.* qui tamen negant hanc auctoritatem Confessariis virtute Bullæ Cruciatæ, & recte quidem.

4. De Confessariis autem Regularibus Leander *quæst. 17.* respondet non posse quidem vti dicta facultate absque commissione suorum Prælatorum; nempe Prouincialium, aut Conuentualium. Nam quorumlibet horum esse necessarium, & sufficere, constat ex priuilegiis, & indultis Pontificum. In primis namque, quod sit necessaria, & sufficiat commissio Prouincialis, constat ex indulto Pij V. supra relato, ex quo hanc primam nostræ responsionis partem, vt certam docent Doctores nuper pro secunda sententia adducti. Deinde, quoad dictam facultatem vtendam etiam sufficiat commissio Prælati Conuentualis, docet Ioannes de Cruce *in summ. quæst. 4. de matrim. dub. 12. conclus. 3. & in Epit. cap. 6. leg. 2. dub. 6.* per hæc verba; Isti Religiosi ex commissione suorum Prouincialium possunt, in foro tantum conscientiæ, dispensare cum coniugibus, qui carnaliter peccauerunt cum consanguineis alterius sui coniugis, vt possint petere debitum à suo coniuge. Ita concessit Pius V. inter viua vocis orac. *n. 9.* Cardinali Cribelo pro Minoritis. Imo, & Iulius I I. Bulla 23. cum Martinus V. iam concesserat Priori, seu Præsidenti Monasterij Benedictini Vallisoleti, & tribus, aut quatuor Monachis eiusdem Conuentus per priorem, seu Præsidentem deputandis, & ad nutum reuocandis, vt possint in suo Monasterio, imo & extra, vt ex contextu colligi videtur, cum prædictis dispensare. Et ista concessio, vt in eadem Bulla habetur, est iam extensa ad alia Monasteria dicti Ordinis. Et consequenter aliis Ordinibus communicata. Hucusque Cruz, & post illum Candidus *loc. cit.* vbi sic ait; Per priuilegium tamen Iulij II. concessum Congregationi Sancti Benedicti Vallisoleti, possunt id facere sine commissione Prouincialis. Ita ille. Hucusque Leander. Vnde nostri Confessarij possunt hanc auctoritatem exercere cum licentia sui Præpositi domus.

5. Nota tamen hic cum Gallego *vbi supra. Que si alguno de los casados hizo voto de Religion antes del matrimonio, y no le ha consumado, ò si le hizo despues, y tampoco le cõsumò entonces, ni el Obispo, ni el Confessor electo por la Bula puede dispensar, ò conmutar para que pida el debito, porque non se halla impedido para executar el voto, y pues puede entrarse en Religion, està obligado à cumplirle, lo qual no tuuiera ya lugar despues de consumado el matrimonio. Esta doctrina enseña nuestro Maestro Fray Domingo de Soto in 4. distinct. 38. quæst. 2. art. 1. dub. 7. à quien sigue Thomas Sanchez lib. 4 moral. cap. 40. n. 64.* Ita ille, qui citat Ledesmam, & Sanchez.

RESOL. LXXVII.

De quodam voto conditionali, postea confirmato; an possit per Episcopum dispensari?

Verbi gratia N. febri acuta correptus magno cum vitæ discrimine vouit ingredi religionem, ad hoc vt pristinam recuperaret sanitatem, quod votum postea sanitati restitutus confirmauit; an &c. Ex p. tr. 8. & Misc. 3. Resol. 16.

PVto in supradicto voto posse Episcopum dispensare cùm non sit votum absolutum Religionis, sed conditione: & licèt impleta conditione obligatio sit absoluta, tamen initium, origo, & radix dictæ obligationis fuit imperfecta voluntas pendens à futuro euentu, quæ semper in ipsa obligatione imbibita manet, & idem semper est verum dicere eam obligationem ortam esse ex consensu quodam imperfecto. Ergo poterit Episcopus dispensare. Et ita ego docui *in part. 1. tract. 11. resol. 54.* cum Sanchez, cui nunc addo Trullench. *in decalogum, tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 40. num. 5.* Villalobos *in summa tom. 2. tractat. 34. difficul. 26. numer. 10.* Castrum Palaum *tom. 3. tractat. 15. disput. 2. punct. 12. numer. 15.* Raphaëlem de la Torre *in 2. 2. D. Thomæ, quæstion. 88. art. 12. disput. 3. num. 9.* Cælestinum *in Theol. Moral. tract. 5. cap. 6. num. 5.* & alios penes ipsos. Et hanc sententiam probabilem putant etiam aduersarij, vt Pontius *in Matrim. lib. 8. cap. 9. num. 7.* Lessius *lib. 2. cap. 40. dub. 18. num. 118. & sequent.* Layman. *lib. 4. tract. 4. cap. 8. num. 10.* Nec obstat quod post adimpletam conditionem confirmatum fuit votum, nam talis confirmatio cadit supra votum à principio non absolutum, sed conditionale; ergo dicendum est nullam maiorem obligationem addere secundum votum ad primum, nam secundum votum non fuit se astringere ad maius vinculum, quàm in prima emissione voti adstrictus erat. Ergo sicut prius votum non fuit votum absolutum Religionis, & ideo ab Episcopo dispensabile, ideo nihil addidit quoad hoc eius confirmatio.

Quæ nunc est in tom. 4. tr. 3. Resol. 90. & in tom. 8. tr. 4. Resol. 78. §. vlt. & hic infra in fine Resol. seq. à Vers. vnde, & in Resol. 80. §. 2. à lin. 4.

RESOL. LXXVIII.

An in dubio de valore voti reseruati possit Episcopus dispensare?

Ex quo colligitur posse Episcopum dispensare in eiusmodi votis reseruatis, quando emissa sunt ex metu Cadenti in virum constantem.

Vnde cum dubium sit, an vota pœnalia, & conditionalia sint reseruata, sequitur ratione eius dubij posse Episcopum in eis dispensare, etiam purificata conditione, & commisso delicto. Ex p. 4. tr. 3. Resol. 59.

§ 1. REspondeo affirmatiuè, quomodocumque dubium illud oriatur, siue quia non sunt coniectaræ sufficientes, siue quia sunt probabiles rationes ad dubitandum; quia cùm reseruatio sit odiosa, restringenda est ad casus certos. Ex quo colligitur posse Episcopum dispensare in eiusmodi votis reseruatis quando emissa sunt ex metu cadente in virum constantem. Nan licèt aliqui existiment talia vota valere iure naturali & positiuo, vt docet Suarez

Quauis non plene sup. hoc lege tamen supra doctrinam Resol. 20. & aliarum eius primæ not. & in tom. 1. tr. 5. Resol. 40. §. Ad secundum.

inter medium & finem à Vers. Ad quod est optima.

Suarez *lib.6. de voto, cap.26. num.4. & 5.* attamen probabile votum est, an ea vota valeant, vel sint nulla iure Ecclesiastico, vt tradit Sanchez *in summa tom.1. lib.4. cap.40. num31.* & ideo, quia eorum votorum valor est sub opinione, poterit in eis Episcopus dispensare. Deinde colligitur in dubio etiam an sit aliquod votum reseruatum, nec ne, in beniorem partem esse interpretandum, & censeri non reseruatum, & posse in eo Episcopum dispensare. Vnde cùm dubium sit an vota pœnalia & conditionalia sint reseruata, sequitur ratione eius dubij posse Episcopum in eis dispensare, etiam purificata conditione, & commisso delicto; & hæc omnia docet Basilius Pontius *de matrimon. lib.8. cap.9.n.14. & seq.*

Sup. hoc in tom.8.tr.4. Resolut.40. §. vltim. ad fin.5. &c. Sup. hoc in Resp. præterita,& in aliis eius annot. & in tom.4. tr.3. Res.89. §. 2. ad medium.

RESOL. LXXIX.

An bona fide dispensatus in voto, existimans adesse causam, cum tamen non sit valeat dispensatitio?

Et in textu huius Resolutionis aliqua alia explanantur pro intelligentia supra dicta difficultatis. Ex p.6. tr.7. & Misc.2. Res.23.

Sup. hoc supra lege doctrinam Resol.36.& 37.

§.1. NEgatiuè respondet Castrus Palaus *tom.3. tract.15. disput.2. punct.9. num.4.* vbi sic ait. Verius credo ob causam legitimam, sed in re illegitimam, non subsistere dispensationem, esto dispensans, & dispensatus excusentur à culpa. Quia ad sedandos scrupulos, & pacandas conscientias id necessarium non est: sufficit enim quòd præsumatur legitimam esse dispensationem quæ rectè præsumi potest, quoties conceditur ex causa, quæ creditur legitima, imò ex causa, quæ dubia est. Nam stante hac præsumptione tutus est dispensatus, & securé procedit. Quòd verò dispensatio detecta nullitate causæ subsistat, neque ad rectam gubernationem, neque ad scrupulos vitandos, sedandásque conscientias expedit: sed potiùs expedit contrarium, ne Deus censeatur errori fauere. Adde iura & Doctores clamare ad dispensationis valorem causam legitimam requiri: ergo veram, & non apparentem tantùm. Ita ille, cui adde Doctores quos citat & sequitur Bonacina *tom.2. disp.1. quæst.2. punct.4.n.8.*

2. Sed ego affirmatiuæ sententiæ adhæreo: quam tenet Lessius *lib.2.cap.40. dub.17. num.119.* Sanchez *in summa tom.4. lib.44. num.10.* quibus adde nouissimè Ægidium Trullench. *in Decalogum tom.1. lib.2. dub.33. num.24.* vbi ita asserit. Si quæras an prædictis casibus corruat dispensatio; detecta postea veritate in contrarium. Respondeo, si dubium erat de sola Superioris potestate, an ille esset legitimus, si reuera habebat titulum coloratum, valebit dispensatio: nam eius acta valent, *leg. Barbarius ff. de offic. Prætor.* Secus si non habebat titulum. Si autem dubium ortum sit ex aliis causis, vt quia dubitatur, an potestas delegati extendatur ad hunc casum: aut an id votum sit reseruatum, aut an causa fuerit sufficiens, tunc dispensatio bona fide concessa non corruet, detecta postea veritate in contrarium: quia dispensatio non fuit conditionalis, nec valor pendens à futuro euentu: hoc enim petit recta Ecclesiæ administratio, nec aliter vitarentur innumeri scrupuli, qui suboriri possent. Demum si dubium fuit ex ratione veritatis tacitæ, aut falsæ causæ expressæ, aut in illa fuerit finalis, corruet dispensatio iuxta dictum hoc dubium. Quæres quartò, quia hoc non pertinet ad Superioris potestatem, quæ in bonum Ecclesiæ est latè interpretanda: sed ad solam eius voluntatis veritatem reducitur, quæ est tantùm dispensare iuxta propositam sibi veritatem. Hucusque Trullench. Itaque æquitati consonum esse videtur ad sedandos scrupulos, pacandásque conscientias, & Ecclesiæ rectam gubernationem, vt Deus remissionem voti nomine ipsius bona fide factam approbet, & confirmet, nec debet in nostro casu à futuro euentu dependere.

Sup. hoc signanter sed cursim in vltimis lin. Resol. 1. annot. præteritæ.

RESOL. LXXX.

An leuitas in vouendo præstet sufficientem causam dispensandi, etiam si vouens non habeat difficultatem exequendi votum?

Et pro intelligentia huius quæstionis adducitur, quod si in tenera ætate votum emiserit, vel interueniente metu, vel in tristitia, aliaue passione, vel errore circa causam impulsiuam; vel quia causa, ob quam motus fuerit ad vouendum, cessauit; in his casibus iustam habes dispensandi causam, in voto, etiamsi difficultatem illud exequendi non habeas; Sed in prædictis casibus semper cum dispensatione admiscenda sit aliqua commutatio.

Et quæritur, an votum Religionis intelligatur attenta forma iuris communis, quod annum probationis concedit ad experiendum; & quis satisfaciat voto animo experiendi, & Nouitiatus tempore exeat ex iusta causa.

Et quid, si exeat sine iusta causa, & ex leuitate, an tunc teneatur iterum ingredi? Ex part.6. tract.7. & Misc.2. Res.24.

Sup. hoc supra in tract. Resol. 79. §. Nec obstat dicere, ad medium, & Vers. & hoc casu, cum quibus.

§. 1. NEgatiuè respondet Valentia *tom.3. disp.6. quæst.6. punct.7.* Quia cessante graui difficultate exequendi votum, grauique periculo transgressionis nulla adesset causa obstans executioni voti. At omnes Doctores sentiunt causam legitimam dispensationis illam tantum esse, quæ voti exequutioni obstat: ergo defectus plenæ libertatis in vouendo, non præstat in supradicto casu legitimam dispensationis causam. Consentit Suarez *lib.6. de voto cap. 17. num. 14.* vbi ait: licèt votum fuerit temerè factum, si tamen non nocet, sed potiùs vtile inuenitur, non erit illa sufficiens causa tollendi votum.

2. Sed affirmatiuam sententiam tenendam esse puto. Dico igitur, quòd si in tenera ætate votum emisisti, vel interueniente metu, vel in tristitia, aliáve passione: vel in errore circa causam impulsiuam: vel quia causa, ob quam motus fuisti ad vouendum cessauit: in his casibus iustam habes dispensandi causam in voto; etiamsi difficultatem illud exequendi non haberes. Et ita docet Castrus Palaus *tom.3. tract.15. disput.2. punct.9. numer.6.* Sanchez *de matrimonio tom.2. lib.8. disput.20.num.12. & seq. & in summa tom.1.lib.4.c.45.n.28.*

Sup. doctrina contrariam in hoc §. supra latam doctrinam Resol.77 & posterius, Resol. & §. eius not.

3. Nec obstat ratio Valentiæ adducta in contrarium: nam concedo causam sufficientem ad dispensandum debere executioni voti obstare. Negamus tamen defectum plenæ deliberationis non esse huiusmodi, per se enim obstat, cùm votum emittitur, licet postea non obstet: sed hoc est per accidens. Secundo respondeo cum Sanchez in locis allegatis causam obstantem exequutioni voti requiri pro dispensatione voti perfectè voluntarij, secus pro dispensatione voti imperfectè voluntarij. Quod satis colligitur ex voto per vim & dolum extorto; quod, (Iyt statim dicam) dispensari poterit, tametsi nullum periculum habeas violationis.

4. Notandum est tamen cum citatis Doctoribus, quibus adde Trullench. *in Decalog. tom.1.lib.2. cap.2. dub.33. num.8.* quod in supradictis casibus licèt leuitas iustam præbeat causam dispensandi tamen

tamen frequenter cum dispensatione admiscenda vt detur aliqua commutatio. Et ita ego olim consului potuisse Summum Pontificem dispensare in voto Religionis emisso ex quadam vehementi passione? licèt vouens nullam aliam difficultatem pro executione haberet. Verùm talem consulentem ad illud votum amplius non teneri, ego tunc probabiliter consului: quia iam ingressus fuerat Religionem, licèt absque causa iusta postea fuerit egressus: nam fateor opinionem probabiliorem docere talem voto non satisfeciisse, & teneri iterum Religionem ingredi: tamen contraria sententia est probabilis, & vt probabilem illam nouissimè admittit Fragoso in Regimine Christ. Reipubl. *part.1. lib.1. disput.2. num.329.* vbi sic ait. Votum Religionis intelligitur attenta forma iuris communis, quod annum probationis ad experiendum concedit; & quis satisfacit voto, si ingrediatur animo experiendi, nouitiatus tempore exeat ex iusta causa. Non tamen desunt, qui doceant egressum sine iusta causa, sed ex leuitate non peccare contra votum, neque teneri iterum ingredi: quæ opinio est satis probabilis. Ita Fragoso & Doctores, quos ego adduxi *in 4.part. tract.4. resolut.25.* Vide etiam Trullench. *in Decalogum tom.1. lib.2.cap.2.dub.20.n.5.*

RESOL. LXXXI.

An sit credendum dicenti se habere potestatem delegatam dispensandi?

Ex quo sequitur credi posse Episcopo promouenti ad ordines non sibi subditum, dicenti in titulo collationis Ordinum se illum promouisse ex licentia proprij Episcopi.

Etiamque infertur credi posse litteris Summi Pœnitentiarij asserentis sibi viuæ vocis Oraculo commissum esse, vt dispenset in aliquo casu Pontifici reseruato. Ex part.8. tr.3. Resol.30.

§.1. REspondeo quòd in foro conscientiæ, cuicumque viro timorato, ac Confessario, dicenti, sibi delegatam esse potestatem ad absoluendum, vel dispensandum, vel ad aliquid aliud, fides haberi potest. Quod experientia ipsa demonstrat; facultas enim absoluendi à reseruatis, & dispensandi, medio Confessario, solet à pœnitentibus impetrari. Quoad forum verò exterius, communis conclusio est, commissionem delegatam probandam esse, ostenso delegationis instrumento, & aliàs non esse credendum eam asserenti, vt constat ex *cap. cum in iure, de offic. deleg.* vbi gloss. & Canonistæ omnes. Ratio est, quia cùm sit quid facti, non præsumitur.

2. Limitant hoc aliqui, nisi delegatus sit persona constituta in excelsa dignitate, vt est Legatus Cardinalis. Sic Anton. *cap.ad eminentiam, num.4. & 5. de sentent. excomm.* Panormit. *in cap. quod super, num.5. de fide instrum.* Calder. *cons.2. tit. de offic. Legat.* Ioan. Monach. *in cap. vnico; de sebism. in 6.* Paul de Castro *consil.307. lib.2.* Roman. *cons.59. dub.4.* & alij, quos refert, & sequitur Gratian. *reg.290.n.vnico.*

3. Sed hæc limitatio solùm est vera, quando non agitur de præiudicio tertij, vel saltem non graui, vt in facultate data ad absoluendum, dispensandum, &c. tunc enim creditur illi, quamuis suæ delegationis litteras non ostendat; secus verò si agatur de notabili præiudicio tertij. Sic Panormit. *loco citato.* Menoch. aliis relatis *d. præsumpt.15. num.4. & 9.* Guttier. *lib.2. quæst. Canonic. cap.17. in fin.* Sanchez alios referens *lib.8.de matr. disp.17. num.18.& 19.*

4. Ex his infert Sanchez *lib.8. disp.17. num.1.* asserenti se habere potestatem dispensandi, absoluendi, concedendi Indulgentias, credi posse; quia agitur de nullo, vel minimo præiudicio: caute tamen hæc illatio accipienda est, non enim cuilibet in hac parte credi debet, sed viro timorato, & in dignitate constituto, & de quo præsumi non posset falsum dicere. Tum; quia esto hæc potestas nullum, vel minimum præiudicium ordinariis afferat habenti illum specialem honorem, & authoritatem, ob cuius causam præsumi potest tibi falsò arrogare. Non ergo est credendum, nisi probet. Et ita hanc sententiam tenet Castrus Palaus *tom.1.tr.3. disp.3. punct.10.n.4.*

5. Sequitur etiam ex supradictis, credi Episcopo promouenti ad Ordines non sibi subditum, dicenti in titulo collationis Ordinum, se promouisse ex licentia proprij Episcopi, quia agitur de modico præiudicio. Et ita tenent Rebuff. *in prax. benef.tit.de forma Dimissoriarum, num. 36.* & relato Cardinali, Menoch. *de arbitr. lib.1. quæst.76. num.10.* Gutierr. *lib.2. qq.Canon.cap.27. num. penult.* & Sanchez *loco citat.num.20.*

6. *Secundò* infertur, credi litteris summi Pœnitentiarij asserentis, sibi, viuæ vocis oraculo, commissum esse, vt dispenset in aliquo casu Pontifici reseruato, quòd id in nullius præiudicium vergat. Et ita Paulo *citato*, docent Cardin. *Clemen. ne Romani. §. Eo tamen prouiso, num.1. de elect.* Francus *cap.1. num.4. de tempor. ordin. in 6.* & *ibi* Domin. *§.vltimo, num.1.* Octauianus Vestr. *de officiis Curiæ Romanæ, lib.1. cap.2.* & Sanchez *disput.17. num.21.*

RESOL. LXXXII.

An dispensatio in votis, vel aliquo alio impedimento possit fieri, inuito eo, cum quo dispensatur.

Et an Superiores possint irritare vota, & iuramenta subditorum, illis nolentibus, & inuitis, sicut potest fieri absolutio ab excommunicatione inuito? Ex p.8. tract.3. Resol.86.

§.1. QVæstio est curiosa, & negatiuè respondent. Et ideò licèt Aragon.2.2. *quæst.89. artic.9. paulo post principium*, & Suarez *tom.2. de Relig. tract. de voto, lib.6. cap.1. ad finem*, Sayro *in claui Regia, lib.5. cap.8. num.6.* concedant, posse superiores irritare vota subditorum, illis nolentibus, & inuitis; id tamen *ibidem* de dispensatione loquentes negant, ex his fundamentis. *Primò*, quia dispensatio est actus iurisdictionis spiritualis; & est beneficium quoddam quod inuito non conceditur, nec prodest. *Secundò*, quia irritatio potest fieri licitè, & validè sine causa: at non ita dispensatio voti, aut iuramenti; probauimus enim *supra*, nec licitè, nec validè sine causa fieri posse; quare cùm illa sine causa fieri posset, non pendebit talis irritatio à vouentis, vel iurantis, voluntate: pendebit autem dispensatio, cùm sine causa fieri non possit. *Tertiò*, quia dispensatio datur in fauorem eius, cum quo dispensatur: ergo non debet in eius onus eo inuito retorqueri, iuxta *reg.61. Quod ob gratiam, de regulis iuris in 6. Quartò*, quiâ eo ipso quòd subditus dispensationem non acceptat, videtur iterum votum emittere de nouo.

2. His tamen non obstantibus, affirmatiuam sententiam tenet Sanchez *in summa lib.4. cap.24. num.26. in medio*, vbi expressè ait, dispensationem

voti

voti concedi posse subdito inuito, ita vt eum voti obligatione liberet, & ita cum Sanchez tenet Beja *in suis responsionibus, part.2. casu 9. notab.2.* Et ratio, ac fundamentum est *Primò*, quia subditus nequit sua voluntate præiudicare potestati superioris ad dispensandum, quando superior iustam causam dispensandi habet. *Secundò*, quia etsi, regulariter loquendo, dispensatio sit beneficium, & fauor illius, cum quo dispensatur, at quando id, bono communi postulante, potest, non in eius beneficium conceditur, sed in beneficium boni communis.

5. Nec fundamenta contrariæ sententiæ vim habent. *Ad primum*, enim respondeo, etiam absolutionem ab excommunicatione esse actum iurisdictionis spiritualis, & esse beneficium quoddam: & tamen potest conferri inuito, & illi prodest, vt ab eo vinculo liberetur, vt docet Sanchez *lib.4. Decalogi, cap.24. num.28.* & traditur passim, in materia de excommunicatione; & beneficium etiam quod in bonum commune referri potest, licèt alicui immediatè prosit, potest ei inuito concedi, non ratione beneficij ei collati, sed ratione beneficij, quod bono communi confert. *Ad secundum* respondeo, in hoc versari discrimen, quòd irritatio potest ad libitum superioris concedi validè inuito vouenti, nulla subsistente causa: at dispensatio non potest ei inuito validè concedi nisi iusta causa data, poscenteque bono communi, aut alia vrgenti necessitate occurrenti, data autem iusta causa etiam non pendet à voluntate subditi, sicut nec pendet irritatio. *Ad tertium* dico, eam gratiam per accidens retorqueri in onus vouentis, non enim ob eius onus sit, sed ob fauorem boni communis. *Quartum* nullam habet difficultatem, quia eadem ratio militat prorsus in irritatione, dum enim subditus irritationem non acceptat, videtur quasi de nouo votum emittere, & tamen contrarij Doctores asserunt imitationem fieri posse vouenti, & iuranti inuitis, quare quamuis de nouo fiat, adhuc potest superior eius obligationem tollere vouenti inuito.

Sup. hoc in tom.5.tra.1. Resol.189. & pro validitate & licite in alis eius annot.

4. Monet tamen Sanchez, & benè, *dict.lib.4. Decalogi, cap.24. num.26.* vt rectè, & firmiter dispensatio hæc inuitis vouentibus, & iurantibus fiat, debere fieri non solùm dispensando, sed etiam prohibendo simul voti, & iuramenti materiam: sic enim fiet, vt postea emissum votum de illa sit irritum, tanquam de re illicita, quia prohibita, quod idemmet Suarez *tom.2.de Relig. tractat. de voto, lib.6. cap.1. ad finem*, ait, idem esse etiam necessarium, vt irritatio recte fiat inuito subdito.

5. Idem docet Beja *dicta part.2. in suis responsionibus, casu 9. notab.2.* de commutatione voti. At dicendum est, inuitis vouentibus, & iurantibus prædictam commutationem fieri non posse; quia per commutationem non tollitur obligatio, sed transfertur in aliam materiam, & sic nequit alia obligatio de nouo contrahi absque vouentis voluntate, & ita docet Sanchez *d. lib.4. Decal.c.34.n.27.* & Suarez *modo allegatus.*

6. Non desinam tamen hîc admotare Ochagauiam *de sacram. Matrim. dispensation. tractat.4.q.7. num.6.* respondens ad quæstionem propositam, docere regulariter id, non posse fieri per dispensationem contra voluntatem eius, in cuius fauorem dispensatur, quia cùm dispensatio ordinetur in leuamen eius, non debet in eius grauamen retorqueri, iuxta *regulas iuris.61. & 69. in 6.* ita notauit Suarez *2. tom. de religione. fol.1144.* Credo tamen in eo casu, quo dispensatio maximè esset necessaria, vel ad bonum commune, vel ad bonum spirituale eius, cum quo dispensatur, posse concedi dispensationem eo inuito, non solùm validè, quod certum est, quia dispensatio tantùm dependet, cùm sit actus iurisdictionis, ex voluntate dispensantis, & ex causa sufficienti; sed etiam licitè, cùm superior contra voluntatem inferioris posset ab eo auferre impedimenta salutis.

RESOL. LXXXIII.

An dispensatio impetrata pro aliquo prosit, si eo ignorante impetrata est?

Et discutitur, an dispensatio impetrata ab altero volentium matrimonium inire, vel qui irritum iuerunt, prosit vtrique, quamuis alter prorsus impedimentum, ad dispensationem ignoret? Ex part.8.tr.3. Resol.87.

§.1. NEgatiuam sententiam tenet P. Leone ex Societate IESV *in sua vtilissima praxi Pœnitentiariæ, part.1.fol.34.* ex sequentibus rationibus.

2. *Primò*, quia preces debent veritate niti, & præcipuè in rebus substantialibus: quomodo preces veritate niterentur, si orator non esset verè orator, id est, falsus, cùm non ipse oraret, hoc est, peteret gratiam, sed alius, eo prorsus inscio?

3. *Secundò*, quia Sedes Apostolica non admittit supplicationes, quæ non fiunt de consensu illius, pro quo supplicatur, *c.innotuit 20.§. fin. de elect.* ergo neque Maior Pœnitentiarius, qui Sedis Apostolicæ vices gerit.

4. *Tertiò*, daretur occasio mercimonij super litteris Maioris Pœnitentiarij, cùm vnusquisque ad libitum posset sibi fingere casus, & diuersa desuper Breuia congerere de rebus communiter contingentibus, illaque postea magno recepto pretio egentibus tradere, seu potiùs vendere: quod tamen totis viribus impediendum est, argument. *cap. nonnulli, 28. §. sunt & alij, de script.* vbi gloss. & omninò repellendum à sancto, & immaculato S. P. Officio.

4. *Quartò*, istæ gratiæ pendent à mente & voluntate concedentis, *cap. mandatum 38. de rescriptis, cap. cùm causam 36. de prabend. cap. vlt. de procurat.* Mens autem M. P. & S. P. est, illas solùm petentibus concedere, vt ex ipsismet verbis diplomatum patet: & mihi clarissimè constat experientia annorum quatuordecim, quibus munus Procuratoris in S.P. Officio exercui. Immò benè recordor, quemdam solicitatorem grauibus minis redargutum, eiusque, quamplurima Memorialia à me retenta & lacerata, de mandato Illustrissimi D. Regentis, ob solam sed probabilem suspicionem, quòd illa non fuissent confecta & protecta de egentium consensu, & scientia.

6. Sed ego puto talem dispensationem omninò prodesse, sicut & alia priuilegia, etiamsi motu proprio concedantur, nisi oppositum velit Pontifex. Ita sentiunt Emanuel Sà *in summa, verb. gratia, num.23.* & Vasquez *2. tom. in part.2. disputat.156. num.33.* Probatur *primò* ex *l.veniensi 6. C.de præcibus Imperat. offer.* quæ decernit, non referre, à quo impetratum sit priuilegium, dummodo à Principe concessum sit. *Secundò* probatur ex *cap. si motu proprio, de prabend. in 6.* ibi, secus si ad petitionem illius, vel alterius pro eodem; ex quo colligitur litteras ad beneficia posse impetrari sine mandato generali, vel speciali eius, cui impetratur; ergo eadem est ratio de impetratione dispensationis. Vnde si quis dispensationem obtineat pro consanguinitate, quia coniunctus erat cum Maria, hæc dispensatio, etiamsi à Maria ignoretur, ei proderit, cùm illud impedimentum commune sit vtrique. Ad hoc verò,

vt

vt dispensatio mandetur executioni, debet priùs ab eo, in cuius fauorem concessa est, acceptari, vel ab habente speciale mandatum eius. Quam doctrinam circa beneficia docent Felinus *cap. nonnulli*, §. *sunt*, *num.46. de rescriptis*, & alij, & generaliter quantum ad priuilegia docet nouissimè Vasquez *loco citato*, *cap.2.* Et eadem videtur esse ratio, quod attinet ad dispensationem matrimonij, imò eandem doctrinam in specie nostri casus docuit Salas *tom. de legibus*, *q. 96. tractat.14. disput.12. sect.7. numer.29.* Probatur verò, vt dispensatio effectum suum sortiatur, requiritur acceptari eam ab eo, cui interest, quia dispensatio conceditur in fauorem priuatæ personæ, vt licitè possit contra legem communem operari, & ita nondum censetur ei prodesse, quousque habeat notitiam illius; diuersò verò modo loquendum est, cùm sit reuocatio totius legis statuentis aliquod impedimentum dirimens, quoad totam Rempublicam, nam post reuocationem talis legis promulgatam debito modo etiamsi quis contraheret cum mala fide existimans se laborare illo impedimento dirimente, quia nescit tale impedimentum esse ablatum per nouam illam legem reuocatoriam; si tamen habeat animum contrahendi matrimonium eo modo, quo possit, validum matrimonium contrahet; quia tunc valor matrimonij non oritur ex priuilegio, quod nullum est concessum in eo casu, sed ex abrogatione legis, quæ constituerat impedimentum, quæ abrogatio, quia non fit in fauorem alicuius priuati, sed potiùs totius Reipublicæ, non requirit scientiam priuatam, sed communem, quæ sufficienter habetur media promulgatione legitimè facta.

7. *Nota* tamen, quod P. Leone *vbi suprà*, limitat suam sententiam in personis coniunctis, & putat, quoad nostrum propositum, gratias sacræ Pœnitentiariæ obtentas à consanguineis, & affinibus vsque ad quartum gradum, suffragari indigentibus, etiamsi absque eorum mandato, & scientia fuerint obtentæ. Nam in istis regulariter præsupponitur affectio, & non mercimonium, atque auiditas lucri: argum. *Auth. An mater, vel auia, C. de excusat. tutor.*

8. Idémque existimo dicendum de gratiis obtentis ab indigentium Confessariis vel amicis non leui amore coniunctis, ob rationes superiùs allatas. Vide Sanchez *de matrimon. lib.3. disputat.36. & lib.8. disput.16.*

9. In summa, quando abest mercimonium, & auaritia, existimo à quolibet posse impetrari huiusmodi gratias. Vnicuique enim Deus mandauit de proximo suo. Ita ille.

10. Sed hîc discutienda venit illa quæstio, an dispensatio impetrata ab altero, volentium matrimonium inire, vel qui irritum inierunt, prosit vtrique, quamuis aliter prorsus impedimentum, ac dispensationem ignoret. Videtur, quòd non, tum quia dispensatio, cùm sit stricti iuris, non extenditur de persona ad personam; tum etiam, quia cùm vtrique dispensatio deseruire debeat, nec prosit, nisi à tempore scientiæ, videtur necessarium, vt vtrique constet.

11. Sed ita distinguendum est, vel impedimentum necessariò afficit vtrumque, vt est consanguinitas, & affinitas vel afficit alterum solùm, vt est votum castitatis; aut ita commune, vt sit tamen in vtroque diuersum, vt si vterque castitatem promiserit.

12. Quando impedimentum est prioris generis, satis est dispensationem ab altero obtineri, vel accepari, vt prosit etiam alteri ignoranti. Ratio est quia dispensatio ad necessariò connexa extenditur. At dispensatio vnius ad contrahendum cum fœmina, est necessariò annexa dispensationi fœminæ ad contrahendum cum eo. Et eo ipso quòd alter ex his suam dispensationem acceptat, fit habilis ad contrahendum cum altero, quod fieri nequit, nisi vterque habilis sit. Ergo proderit dispensatio illa alteri ignoranti. Sic docent Nauarr. *lib.4. consil. in.1. edit. tit. de sponsal. consil.14. num.2. & in 2. lib. tit. de rescript. cons.3. num.2.* Hentiquez *lib.11. de matrimon. cap.3. num.6.* Sanchez *lib.2. de matrimon. disputat.26. num.6.* & alij.

13. Quando verò impedimentum est posterioris generis, tunc necesse est, vt ille, qui impedimento affectus est, etsi vterque illam acceptet, quamuis absque eius mandato possit impetrari. Ratio est, quia dispensatio directè impetratur habenti impedimentum, nec impetrata vni, impetratur per quandam necessariam consequentiam alteri, sicut contingit in priori casu. Ergo is, qui illa eget, debet eam nosse, & acceptare, & si vterque egeat, vterque, &c. Ita Sanchez *loco citato*, *num.7.*

RESOL. LXXXIV.

An in dispensatione subreptio circa vnam partem vitiet etiam alteram, si partes rescripti sint omnino separatæ?

Ex quo sequitur, quod si in eodem rescripto impetret quis dispensationem voti castitatis, ac peregrinationis Ierosolymitanæ; allegata scienter falsa causa circa alterum votum, vera autem circa alterum, non vitiatur dispensatio circa vtrumque, sed tantum circa illud, in quo causa falsa fuit; secus vero si duplicis impedimenti ad matrimonium contrahendum dispensatio in eodem rescripto obtineretur, vt voti castitatis, & consanguinitatis, &c.

Ex part.8. tract.3. Res.90.

§. 1. Affirmatiuè respondet Panormitanus *in cap. super litteris*, *de rescript.* Sed contrarium est tenendum. Et probatur, quia hæc irritatio est in pœnam doli, & malitiæ: ergo est extendenda vltra casum in eo textu expressum, qui est, quando impetratur vnum rescriptum, diuersa continens, quorum vnum connexionem habet cum altero, quia pertinet ad eandem causam decidendam. Sup. hoc in fra in Res. 103. §. Nec deseram.

2. *Secundò*, quia, cùm diuersæ gratiæ, absque nulla connexione, in eodem rescripto conceduntur sunt virtute duo rescripta, ac omninò per accidens, & materialiter vnum. Ergo nil confert subreptio circa vnam gratiam, ad alterius irritationem.

3. *Tertiò* quia *cap. si eo tempore*, *de rescript. in 6.* vbi decidit, rescriptum ad beneficium, siue cum cura, absque illa obtentum, tacito defectu legitimæ ætatis ad curatum: cùm tamen legitima esset ad simplex, validum esse ad obtinendum beneficium simplex, non verò curatum, hanc nostram opinionem probare videtur: ibi enim sunt diuersæ gratiæ, & omninò separatæ, & ad diuersos effectus, nimirum altera ad beneficium simplex, altera ad curatum, & ideo subreptio circa vnam, non vitiat alteram. Et quamuis Panormitanus *in cap. super litteris*, *num.5. de rescript.* Felinus *in cap. sedes*, *num.2. eodem tit.* Franc. *d. cap. si eo tempore*, *num.4.* Guttierrez *quæst. Canonic. lib.2. cap.15. num.45.* sentiant, intelligi *d. c. si eo tempore*, quando subreptio fuit per ignorantiam: hæc tamen expositio est ad libitum, seu gratis facta: nam textus indistinctè loquitur.

4. Ex his sequitur, si in eodem rescripto impetret quis dispensationem voti castitatis, ac peregrinationis Ierosolymitanæ, allegata scienter falsa causa circa alterum votum, vera autem circa alterum, non vitiari dispensationem circa vtrumque, sed tantùm circa illud, in quo causa falsa fuit. Ratio est, quia

sunt dispensationes, omninò separatæ secus verò, si duplicis impedimenti ad matrimonium contrahendum, dispensatio in eodem rescripto obtineretur, vt voti castitatis, & consanguinitatis, nam subreptio dolosa in altero vitiabit totam dispensationem, quoniam, cùm sit rescriptum ad eandem causam, eundemque finem respiciens, quoad vtramque partem censebitur prorsus vnum. Vide Sanchez *de matrimonio, lib.8.disput.21.num.71.& 72.* cui ego addo Merollam *tom.2. disp.4. cap.6. num.403.* & alios penes ipsos.

RESOL. LXXXV.

An subreptio dolosa, vt totum rescriptum vitiet, sufficiat, vt sit circa causam etiam impulsiuam?
Et quid, si subreptio sit circa causam finalem? Ex p.8. tr.3. Res.91.

§.1. AFfirmatiuè respondet Sylvester *verb. Rescriptum, quæst.6.& 7.* Corduba *in summa, quæst.45. opin.1. punct.1.* immediatè ante 3. rationem, Guttierrez, *quæst. Canonicar. lib.2. cap.15. numer.134.* & ita asserunt, *cap. super litteris de rescript.* indistinctè intelligendum esse siue subreptio dolosa versetur circa causam finalem, vel impulsiuam.

2. At ego contrarium sentio, & assero, solam subreptionem circa causam finalem, illam vitiare, dicendum est, quantumuis malitia, & dolus adsit in tacenda veritate, vel exprimenda falsitate solius causæ impulsiuæ totius, vel partis rescripti, nihil ipsius vitiari. Et ita intelligitur *d.cap. super litteris*; quare solùm dispensationes, & cætera rescripta censentur, quando, siue ignoranter, siue dolo, est taciturnitas veri, siue expressio falsi in causa finali. Et tunc, si ea subreptio, tacendo verum, siue exprimendo falsum contingat in causa finali totius rescripti, & ita totum rescriptum afficit, vitiabit totum, siue per fraudem, siue per ignorantiam contingat.

Sup. hoc late infra in Res. 103. & signater à li.5.§.1.

3. Et ideo textus *in cap. super litteris*, intelligendus est de subreptione circa causam finalem; quia agit de taciturnitate veritatis, vel expressione falsitatis causæ conducentis ad valorem rescripti: at causa impulsiua non est huiusmodi, sed sola causa finalis, vt probauimus in superioribus; ergo de sola subreptione circa causam finalem agit. *Secundò*, quia textus, quoad hoc, æquiparat prorsus malitiam, & fraudem in tacenda veritate, vel exprimenda falsitate: sed tacens veritatem, quam explicare non tenetur, qualis est circa causam impulsiuam, non potest fraude, vel malitia notari, hæc enim culpam implicant: cùm tamen nulla sit in eorum taciturnitate, quæ quis explicare non tenetur. Nec obstat, quòd in mendacij expressione delictum sit: nam si non contingat circa causam conducentem ad rescripti valorem, non afficitur id delictum malitia speciali mendacij, ratione rescripti, in quo contingit, vt benè inquit Sanchez *loco citat.* Sicut mentiens in Confessione sacramentali, circa rem non necessariò confitendam, reus est mendacij simplicis, & non mendacij ad confessionem attinentis. Sicut ergo hoc mendacium non vitiat confessionem, vt benè probat Suarez *tom.3. in 3. part. disp.22. sect.10. num.5.* ita neque illud debet vitiare rescriptum.

RESOL. LXXXVI.

An in dubio, vtrum causa expressa in narratiua alicuius rescripti sit finalis, vel impulsiua, censenda sit impulsiua, & non finalis?
Idem dicendum est, quando dubium est, an satis probetur veritas narratorum: vel quia est dubium, an causa falsa allegata sit finalis. Ex p.4. tr.3. Res.64.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Villalobos *in summa tom.1. tract.2. difficult.43. num.7.* vbi sic ait: [*Quando vuiesse duda si la causa fue solo impulsiua o final, algunos dizen que se ha de presumir impulsiua, y dizen que en duda en este caso haura de valer la dispensacion. Otros tienen que no se ha de presumir si no final, ansi lo tienen Baldo y Socino, y esta sentencia tengo por mas cierta, y que en duda no ha de valer la dispensacion por que la ley esta en possession, y assi es menester que la dispensacion sea cierta.*] Ita ille, & ante illum Molina *de iust. tom.1. tract.2. disput.173.* & hæc opinio est probabilis. Sup. hoc Res. seq. in Res. 1. post seq. in §. vlt. & citanter infra in Res. 102. §. Dic quarto, in Principio, lege dodi nam Res. nor. seq. Principio

2. Sed ego contrariam non minus probabilem esse existimo, quam tuentur Doctores, quos citat & sequitur Sanchez *de matrimon. tom.9. lib.8. disput. 21.num.20.* quibus ego addo Sanctarellum *var.resol. part.1. quæst.59. num.5.* Granado *in 1.2. D.Thoma, controuer.7. tract.3. disp.17. sect.4.num.30.* Castrum Palaum *tom.1. tract.3. disput.6. punct.16.§.5. num.3.* Menochium *vol.2. consil.106. num.91.* & Laurentium de Portel *in responsi. mor. part.3. cas.8. numer.2.* asserentes in casu dubio an sit causa finalis, an verò solùm impulsiua, præsumi impulsiuam, & non finalem, quia semper debet stare præsumptio in fauorem actus; quod idem dicendum est cum Palao *vbi suprà*, vt ego alibi adnotaui, quando dubium est, an dispensatio valida sit, quia dubium est, an satis probetur veritas narratorum, vel quia est dubium an causa falsa allegata sit finalis; nam in his casibus præsumendum est validam esse dispensationem. Vide Sanchez *vbi suprà num.25.* illustrissimæ Societatis Iesu decus & ornamentum. Alibi idem in Res.88. 89.& 102. vltim. ad medium.

RESOL. LXXXVII.

An in dubio, esi causa tacita in dispensatione sit finalis, vel impulsiua, dispensatio sit inualida? Ex p.8. tr.3. Res.62.

§.1. DE hac quæstione ego egi *in part.4. tract.3. resolution.64.* & pro parte affirmatiua adduxi Molinam, & Villalobos, quibus nunc addo Ochagauiam *de sacrament. Matrimon. tractat.4.q.9. num.710.* Guttierrez *pract. quæstion. lib.3. quæst.17. num.115.* Menochium *consil.272. num.57. vol.3.* & Baldum *consil.355. vol.1.* Probatur *primo*, quia Pontifex concedit Ordinario, aut Confessario, vt dispenset, si preces veritate nitantur, at quando est dubium, non nituntur veritate. *Secundò*, quia cùm de impedimento constet, & dispensatio dubia sit, stat possessio pro impedimento. Quæ hic Res. antecedens, & in Res. seq. vlt. & recolitur in alio §. eius. nu.

2. Sed ego, *vbi suprà*, negatiuæ sententiæ adhæsi cum multis Doctoribus; quibus nunc addo Riminaldum *cons.275. num.17. vol.3. & cons.562. n.6. & seq. vol.5.* Salas *de legibus. disput.20. sect.15. num.122.* & Bonacinam *disput.1. quæst.2. punct.6.in fine.* Quia in dubio semper actus præsumendus est validus.

3. Et ad primum argumentum contrariæ sententiæ respondet Sanchez, quòd cùm in eo dubio præsumatur pro valore dispensationis, præualet ea pars, vt preces veræ sint.

4. Ad secundũ dicit, quòd possessioni illi, stanti pro impedimento, præpõderat præsumptio valoris actus, qui

qui in dubio, & quantum fieri potest, præsumendus est. Nam præsumptio faciens actum valere, reputatur reliquis firmior, & potentior, vt probat Menochius *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 4.*

5. *Nota* tamen quòd post hæc scripta, inueni doctum, & amicissimum P. Martinum Perez *de matrim. disp. 46. sect. 1. n. 4.* sententiam Sanchez docere; nempe, in dubio, an causa sit finalis, vel impulsiua, dispensationem esse validam; & pro illa citare Hurtadum, & Coninck: vnde ego hanc sententiam puto satis probabilem esse.

RESOL. LXXXVIII.

An qui dubitat, num dispensatio obtenta, sit valida, possit ea vti?

Et notatur, quod quando dubitatur, an causa in dispensatione, vel gratia, aut priuilegio, tacita, vel falsò expressa sit finalis, vel tantum impulsiua, præsumendum sit esse causam impulsiuam, & non finalem. Ex p. 4. tr. 3. Res. 45.

§. 1. REspondeo, quòd in tali casu præsumendum est dispensationem esse validam. Ita tenet Riminaldus *lib. 3. cons. 275. num. 17. & lib. 5. cons. 562. num. 26.* quem citat, & sequitur Sanctarellus *variar. resol. tom. 1. quæst. 59. num. 1.* Et ratio est, quia in re dubia iudicandum est in fauorem actus, vt scilicet magis valeat, quàm pereat ex *cap. Abbate, de verb. significat.* & ex *l. quoties, ff. de rebus dub.* Nec valet dicere, quòd, v. g. constat esse impedimentum, & dispensatio est dubia. Ergo possessio stat pro impedimento; & cùm melior sit conditio possidentis, dicendum est dispensationem non valere; nam respondeo meliorem esse conditionem possidentis, si illi aliquid aliud non præualeat, vt præualeat in casu nostro, nam in dubio præsumendum est pro validitate actus.

2. Notandum est etiam hîc obiter, quòd quando dubitatur, an causa in dispensatione, vel gratia, vel priuilegio tacita, vel falsò expressa sit finalis, ita vt sine illa non concederetur dispensatio, vel gratia; an verò sit tantùm impulsiua, ita vt etiam ex expressa Princeps concederet dispensationem, vel gratiam, præsumendum est causam esse impulsiuam, & non finalem; quia, vt dictum est, in dubio præsumendum est in fauorem valoris actus vt valeat, & non pereat. Ita Sanctarellus *vbi supra n. 5.* cum aliis penes ipsum, licèt etiam probabiliter contrariam sententiam teneat Molina *de iust. tom. 1. disp. 173.* Baldus *lib. 1. consil. 355. num. 2.* Bartholomæus Socinus *lib. 2. cons. 273.* asserentes in tali præsumendum esse, quòd sit causa finalis; sed nostra opinio est probabilis, & tuta in praxi; sed de hac quæstione infrà iterum redibit sermo.

RESOL. LXXXIX.

An in dubio circa dispensationem matrimonij, dispensatio censenda sit valida, v. g. vt si causa tacita, vel falsò inter alias veras expressa sit finalis, vel tantum impulsiua?

Idem est, quando dubium est, an satis probetur veritas narratorum in supplicatione, &c. Ex part. 3. tr. 6. & Misc. 2. Res. 9.

§. 1. HIc casus frequenter potest accidere, vt si v. g. causa tacita, vel falsò inter alias veras expressa sit finalis, quæ vitiat dispensationem, vel tantùm impulsiua, quæ non vitiat; item quando dubium est, an satis probetur veritas narratorum in supplicatione, &c. & negatiuam sententiam docet Coninch *de Sacram. disput. 33. dub. 6. num. 93.* vide etiam Guttierez *lib. 3. pract. qq. quæst. 17. num. 115.* Menochium *volum. 3. consil. 262. num 57.* Barbosam *part. 1. leg. 1. numer. 84. pro solut. matrim.* & alios penes ipsos. Hæc opinio est probabilis.

2. Sed non minus probabilem contrariam esse existimo, quam tuetur Salas *de legibus, disput. 20. sect. 15. num. 22.* Sanchez *de matrim. lib. 9. disput. 21. num. 25.* & alij, quia in dubio semper præsumitur actus validus, *cap. Abbate, de verb. significat.* & consequenter dicendum est, quòd possessio sit pro valore actus, & in dubio causa præsumitur semper impulsiua. Cæteras rationes videbis apud Sanchez; adi illum, & non pigebit. Vide etiam Riminaldum *volum. 3. cons. 275. num. 17. & volum. 5. cons. 562. num. 26. & sequent.* & Bonacinam *de legib. tom. 2. disp. 1. quæst. 2. punct. 6. num. 4.* hanc sententiam docentes.

3. Verùm post hæc scripta inueni nouissimè Franciscum Merollam *in suis disp. 3. cap. 3. diffic. 3. coroll. 14. num. 178.* negatiuam sententiam aduersùs Sanchez docere; sed ego his non obstantibus, non discedo ab eius sententia affirmatiua, quam præter citatos Doctores, etiam docet, & sustinet amicissimus Pater Sanctarellus *tom. 1. variar. resol. quæst. 59. per totam.* Dico igitur, quòd quando dubitatur an dispensatio sit valida, an subreptitia, præsumendum est, quod sit valida; nam in re dubia iudicandum est in fauorem actus. Ideo hæc omnia Confessarij mente teneant, nam vt dixi, pluries hæc dubitatio in facti contingentia potest accidere; & secundùm hanc opinionem consulentes, seu pœnitentes à multis laboribus liberabuntur.

RESOL. XC.

An taciturnitas veri reddat subreptitiam dispensationem, quando tacetur aliquid, quod secundum stylum Curiæ est necessario declarandum? Ex p. 1. tr. 10. Resol. 42.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Sanchez *tom. 2. lib. 8. disput. 21. quæst. 1.* Layman. *in Theolog. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 22. numer. 18.* Et ratio est: quia stylus Curiæ facit ius, vt ex multis probat Barbosa *in collect. tom. 1. lib. 1. titul. 2. cap. 11. numer. 3.* Ergo, &c.

2. Sed Granado *in part. 2. contr. 7. tract. 3. part. 2. disp. 17. sect. 6. num. 46.* docet, tunc stylum Curiæ facere ius, quando constat, eum esse talem, vt prudentis arbitrio inducat obligationem etiam in foro conscientiæ; quod non semper constat: imò Henriq. *lib. 12. cap. 3. num. 7.* asserit, taciturnitatem veri non vitiare dispensationem in foro conscientiæ, sed solum in externo; licèt stylus Curiæ petat vt non taceatur: & Ceuallos *in qq. pract. quæst. 737. à num. 20.* ait, eiusmodi stylum non obligare extra Curiam? quod idem sentiunt alij Doctores: & præterea stylum Curiæ variari, variato Pontifice, & non obligare, nisi sit scriptus, & à Papa approbatus. Quod quidem deseruiet, vt non reputetur subreptitia dispensatio, in qua tacetur verum contra stylum Curiæ; nisi certò constiterit, talem esse stylum, vt in foro animæ obliget, & in eo loco

præterita, & sua doctrina huius textus lege ibi Res. eius secunde not & infrà in Res. 102. §. vlt. ad medium.

Sup. hoc in Res. seq. signanter in §. Itaque. & lege Resol. not. seq.

Sup. hoc stylo curiæ latissime supra in Res. 63. §. difficultas. & in multis aliis eius annot. & in Res. seq. §. Itaque. & in aliis eius not.

in quo traditur dispensatio. Hæc Granado, licèt contrarium sentiat Salas *de legib. q. 97. tract. 14. disp. 20. sect. 15. numer. 117.* & Sanctarellus *variar. resolut. p. 1. q. 50. num. 17.* vbi docent sententiam Sanchez, & impugnant Henriquez, & Ceuallos quorum sententia tutissima est, cum opposita sit periculosa: quando caiturnitas reddit dispensationem difficiliorem.

RESOL. XCI.

An taciturnitas veritatis dispensationem vitiet, quæ sola est causa finalis concessionis, & secus vero, quando est sola causa finalis impulsiua?
Et docetur, quæ sit causa finalis, & quæ vero impulsiua.
Ex p. 8. tr. 3. Res. 50.

Sup. hoc in Res. præterita, & lege Res. & §§. not. seq.

§. 1. RElictis aliis sententiis, assero solùm vitiari gratiam, & dispensationem tacita veritate, quæ est causa finalis concessionis; secus verò quando est solùm causa finalis impulsiua. Appello causam finalem illam, qua cognita, Princeps gratiam non concessisset: impulsiuam verò, qua cognita, concessisset quidem, sed cum maiori difficultate. Et ita hanc sententiam tenet Patet Molina *de Iustit. tom. 1. tractat. 2. disput. 173. verb. vt item legitimatio.* Emmanuël Sa *verb. Gratia, num. 10.* Couarruuias *lib. 1. variar. cap. 20. num. 5.* Menochius *de arbitr. lib. 2. cent. 4. cas. 201. num. 3.* & alij, quibus adde nouissimè sapientissimum P. Amicum *tom. 5. disp. 6. sect. 8. num. 114.*

2. Probatur hæc opinio ex *capit. dudum, vers. Nos igitur, de præbend. in 6.* vbi ad valorem concessionis beneficij, ponderat Pontifex, non obstare taciturnitatem veri, quo cognito, adhuc concessisset, ibi, *Considerantes quoque, quòd nos, exposito nobis de potestate prædicta, nihilominus litteras gratiosas daremus.* Item ex *cap. fin. de fil. presbyt. in 6.* vbi decidens textus, non valere dispensationem ad aliud beneficium impetrandum, ab illegitimo obtentam, si aliud priùs impetrauerat, nisi prioris defectus mentionem faciat, reddit rationem his verbis: *Cum non sit verisimile, sedem ipsam cum illo prædictum patiente defectum, voluisse, si hoc fuisset expressum, dispensare.*

3. *Secundò*, probatur, quia ratio huius subreptionis, & efficaciæ gratiæ, tacita veritate, consurgit ex ignorantia illius veritatis in Principe, ac proinde defectus voluntatis concedendi, ignorantia enim, voluntatium aufert. At subreptio, & defectus causæ impulsiuæ, quæ solùm retardaret à tam felici concessione, non irritat dependentia à gratuita voluntate, nec aufert voluntatium ad eorum valorem requisitum, sed tunc tantùm, quando omnino retraheret à concessione, & sic ex defectu in causa finali, vt constat ex *l. cum tale, 71. §. falsam causam, ff. de condit. & demonstr.* vbi deciditur, tunc vitiari legatum ex causæ defectu, si probetur fore, vt cognita veritate testator non legaret. Ergo à fortiori, gratiæ, & dispensationes, quæ non omninò gratuitæ sunt, sed ad Principis officium spectant, & in quibus concedendis, aut denegandis, ratione ipsum duci oportet; tunc tantùm vitiabuntur, ac inuoluntariæ censebuntur, quando ignorantia, aut error Principis versatur circa causam finalem, qua verè cognita, gratiam non concessisset.

4. Confirmatur, quia in cæteris omnibus dispensationibus, defectus causæ impulsiuæ non impedit valorem actus, sed solius causæ finalis, vt dicunt communiter Doctores, ex *cap. cùm cessante, de appell. & leg. si mulier, Cod de iure dot. & leg. 1. §. sexum, ff. de postul.* ergo idem dicendũ est in gratiis, & dispensationibus.

5. Dicendum est igitur non cuiuscumque veritatis taciturnitate dispensationem vitiari, sed solùm ea, quæ cognita dispensatorem retraxisset à dispensatione concedenda, quæque per se ad dispensationem facit. Prior assertionis pars probatur; nam tunc vitiatur substantialiter dispensatio, quando non procedit ex efficaci, & absoluta voluntate dispensatoris: quotiescumque tacetur veritas, qua cognita, concessa non fuisset dispensatio, non procedit ex efficaci, & absoluta voluntate dispensatoris: ergo substantialiter vitiatur. Maior patet: nam valor dispensationis pendet ex voluntate concedentis: ergo quando ea non est efficax, absoluta, sed tantùm, conditionata, non erit sufficiens ad valorem dispensationis, conditione non subsistente. Minor probatur; quia quando veritas, quæ tacetur, est talis, vt ea cognita, non fuisset concessa dispensatio, præsumitur, voluntatem dispensatoris non fuisse, absolutè talem dispensationem concedere, sed sub conditione, nisi omittatur veritas, qua cognita, dispensatio non concederetur. Cæterùm limitatur assertio, nisi veritas, quæ tacetur, sit notoria, quia tunc censetur nota dispensatori.

6. Posterior pars assertionis constat. *Primò*, si quis multis criminibus irretitus, beneficium à Pontifice impetraret, qui tamen si ab eo cognitus fuisset, ob sua crimina non impetrasset: cùm tamen nemo dicat, huiusmodi impetrationem esse inualidam, ex eo quòd si Pontifex beneficiati crimina cognouisset, beneficium illi non contulisset. *Secundò*, quia non præsumitur dispensator suam dispensationem concedere sub tacita conditione cuiuscumque suppressæ veritatis, quæ expressa ipsum retraxisset à dispensatione concedenda, sed eius dumtaxat, quæ ad dispensationem pertinet, alioqui innumeræ sunt veritates, quæ si explicarentur, dispensatorem retraherent à dispensatione concedenda: vnde nunquam dispensatus posset esse in conscientia securus de dispensationis valore. Ratio est, quoniam dispensator, cùm dispensat, per se tantùm attendere præsumitur ad ea, quæ extrinseca sunt dispensationi, quæque per se ad illam pertinent.

7. Porro, quæ ad dispensationem pertinere censentur, duplicis sunt generis; alia intrinseca, vt est causa finalis: alia extrinseca, à iure requisita, vel consuetudine introducta, vel ex stylo Romanæ Curiæ præscripta, quorum omnium taciturnitate vitiatur dispensatio: quia dum dispensator dispensationem concedit, præsumitur eam concedere sub tacita conditione, nisi prætermittatur aliqua veritas de iure, vel stylo Romanæ Curiæ, aut recepta consuetudine apponi solita. Quo fit, vt hæc etiam ex ignorantia omissa, dispensationem vitient, quia pertinent ad substantiam valoris, qui pendet ex voluntate dispensantis. Et hæc omnia docet Amicus *vbi suprà.*

† Sup. lect. stylo Curiæ in to. 5. n. 1. Res. 31. §. 1. quid. & lic. suprà in Res. 63. §. Difficultas. & seq. & in Res. 90. §. 2. à lin. 2. infrà in Res. 102. §. Dico secundo, & in Res. 114. §. 1. in fine, & §. 2. etiam in fine, & in Res. 115. prope finẽ, & in tom. 1. tr. 1. Res. 18. cum multis aliis DD. in eius §. Vnde. à lin. 6. & vers. Addendo, & in to. 2. tr. 2. Res. 118. §. Imò,

8. Itaque in dispensatione non solùm exprimenda sunt ea, quæ iura iubent exprimi. Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 6. cap. vltim. num. 5.* Sanchez *de Matrim. lib. 8. disput. 21. numer. 13.* & alij. Sed etiam idem dicendum videtur de qualitate, quæ, † ex stylo Curiæ Romanæ, in rescriptis exprimenda est; talis enim est necessariò explicanda in impetratione dispensationis, vel alterius gratiæ, ne reddatur subreptitia, quamuis constet eã expressâ, Principem adhuc gratiam fore concedendum. Ratio est, quia cùm stylus Curiæ fiat ius, *cap. quàm graui, de crimin. falsi.* nec ab eo sit recedendum, vt, multis citatis, probat Mascard. *de probat. conclus. 1317. numer. 51.* Idem de hac qualitate sentiendum est, quod de illa, quam iura exprimi iubent. Sic docent Decian. *in cap. ad aures, in nou. edit. conclus. 2. numer. 28. de rescript.*

rescript. Menoch. *de arbitr. lib. 2. centur. 3. casu 201. num. 28.* Mascard. *de probat. conclusione 846. num. 8.* Gutierr. *qq. Canonic. lib. 2. cap. 15. num. 51.* Flamin. *de resignat. benef. lib. 10. quæstione 2. num. 14.* Suarez *tom. 2. de Relig. tract. de voto, lib. 1. cap. vlt. num. 5.* Sanchez *lib. 8. de Matrimon. disput. 21. num. 16.* Et idem bene inquiunt Menoch. Mascard. Gutier. Suarez & Sanchez *ibidem* quando ex consuetudine Principis, qualitas aliqua narranda est, quia consuetudo pro lege obseruatur, *l. minimè, ff. de legib.* Ex quo fit, neque ignorantiam excusare harum qualitatum taciturnitatem, sicut idem diximus de qualitatibus iure exprimendis. Excusat autem à subreptione, expressio harum qualitatum per æquipollens, vel si probatur per testes, Principem sciuisse illud, quod expressum non fuit, & nihilominus gratiam concessit, vt censuit Rota Romana, teste Flaminio *de resign. benefic. lib. 10. quæstione 2. num. 9.* Et hæc omnia satis confirmant ea, quæ *suprà* docuit P. Amicus; & ideo recedo ab his quæ dixi *in tract. de legib. resol. 42.* cum Henriquez, & aliis.

9. Non deseram tamen hîc obiter adnotare, multos asserere, non ex omnis veritatis taciturnitate reddi gratiam subreptitiam, quamuis ea cognita Princeps non concessisset, sed tunc solùm, quando tacetur veritas quam iura habent exprimi. Et ita docet glossa *in Clement. 1. verb. vel alteri, de prabend.* Flaminius *de resignat. benef. lib. 6. quæstione 2. num. 86. & lib. 10. quæst. 2.* Henriquez *lib. 12. de Matrimon. cap. 2. n. 6. & cap. 3. num. 7.* Petrus de Ledesma *de Matrim. quæst. 56. art. oltim. dub. 25. diffic. 2. concl. 2.* Emmanuel *in summa, verb. Dispensatio, num. 10.* Rodriquez *1. part. summæ in 1. edit. cap. 238. num. 1. & qq. regul. tom. 2. quæst. 46. art. 6.*

10. Probatur hæc sententia, quia voluntas Principis præsumitur talis, qualis est intentio iuris, *l. ex facto, in princip. & ibi* Bald. *ff. de vulgari*; ergo vbi iuris intentio ad dispensationis valorem non exigit expressionem alicuius veritatis, nec voluntas Principis præsumetur esse, vt ea exprimatur.

11. Sed hoc argumentum parum vrget; nam respondeo, intentionem iuris esse, vt defectus circa causam finalem, seu qualitatem intrinsecam, vitiet gratiam. Nam quando taciturnitas est causa finalis concedendæ gratiæ, ita vt ea non existente, minimè concederetur, iura expressè iubent eas qualitates exprimi, quod probatur ex doctrina Bartoli. *l. 1. n. 7. ff. de vulgari*, & aliorum Iuristarum, quos refert, & sequitur Menochius *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 34. numer. 12.* dicentium, expressum non tantùm dici, quod specialiter dicitur, sed etiam, quod in genere. Ac in genere statutum est in iure, omnes dispositiones ex gratuita voluntate pendentes, vitiari ex subreptione circa causam finalem, vt *suprà* ostensum est; ergo. Adde quòd nullo alio modo intelligi valet, quando ius qualitatem aliquam exprimi iubeat. Nam si bene attendamus ad dispensationes, quas Doctores omnes iudicant subreptitias, eò quòd veritas aliqua tacita sit, ratò inueniemus, vbi specialiter ius eam qualitatem exprimi iubeat.

Sed ex doctrina in hac resolutione adducta, resoluendi sunt aliqui casus in particulari.

RESOL. XCII.

An taciturnitas dispensationis prius petitæ, & non obtentæ vitiet sequentem dispensationem, postea ab eodem Superiore obtentam?

Eadem ratio erit, si negata ab vno Superiore obtineatur ab alio, nulla facta mentione negationis ab alio Superiore datæ.

Et quid, si Prælatus, qui modo dispensat, sit inferior illo, qui dispensare prius noluit?

Imo quid si qui dispensat, habeat potestatem delegatam, qui verò dispensare noluit, habeat potestatem ordinariam? Ex part. 8. tract. 3. Res. 54.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Menochius apud Sanchez *lib. 8. de matrim. disput. 22. num. 14.* eo quòd verisimile est, quòd si superior recordaretur, antea se eandem dispensationem negasse, denuò requisitus illam non esset concessurus. Negant, & quidem probabiliùs, *ibidem* Sanchez, & Suarez *lib. 6. de legibus, cap. 22.* eo quòd nulla sit ratio talem dispensationem damnandi vt inualidam: nec assignata præsumptio solido nititur fundamento, cùm potiùs præsumi debeat, superiorem iterum rogatum negatam antea dispensationem concessurum, ob nouam subditi supplicationem, quæ dispensationis necessitatem magis ostendit. Eadem ratio erit, si negata ab vno superiore, obtineatur ab alio, nulla facta mentione negationis sub alio superiore datæ, vt si ab vno Pontifice negata, obtineatur ab alio: vel negata ab Episcopo, impetretur à Pontifice. Et hæc omnia docet Amicus *tom. 5. disp. 6. sect. 8. num. 120.* cui adde Granadum *in part. 2. contr. 7. tract. 2. part. 2. disput. 17. sect. 5. num. 48.* vbi sic ait. Infertur validam esse dispensationem obtentam à superiori, licèt ab alio superiori priùs petita fuerit, & eam negauerit, & qui dispensationem obtinuit, id non declaret, sed taceat. Probatur, quia ipse aliunde habet sufficientem causam, vt cum eo dispensetur, eámque repræsentat superiori; quod autem alius noluerit dispensare, non est sufficiens iudicium, quòd iste non dispensaturus esset, si id sciret: ergo taciturnitas huius veritatis non obstat valori dispensationis, præsertim cùm nullo iure caueatur, vt talis veritas declaretur. Quæ doctrina vera est, etiamsi Prælatus, qui modò dispensat, sit inferior illo, qui dispensare prius noluit. Imò licèt qui dispensat, habeat potestatem delegatam, qui verò dispensare noluit, haberet potestatem ordinariam, vt bene Suarez, est enim eadem ratio, & accidere potest superiorem nolle dispensare, vel quia scrupulosus est, vel quia magis rigidus, & non propterea tollere ab inferiori potestatem dispensandi, si ipsi videbitur causam esse sufficientem.

Sup. hoc magis latè supra in Resolut. 42.

RESOL. XCIII.

An taciturnitas prioris dispensationis obtentæ reddat posteriorem inualidam.

Et an si quis obtineat vnam dispensationem cum vna cognata, & illa mortua, secundam petat pro alia in eodem gradu, vel diuerso coniuncta, sit valida secunda, licet obtineatur sine mentione primæ.

Et quid, si talis persona non fuerit vsa priori dispensatione quacumque ex causa, & petat secundam, non facta mentione prioris? Ex part. 8. tractat. 3. Resolut. 55.

§. 1. NEgant aliqui, asserentes, quantum est ex vi dispensationis, validam esse posteriorem, etiamsi nulla mentio fiat de priori, nisi aliunde constet de voluntate Principis, qui minimè concessurus fuisset posteriorem, si mentio facta fuisset de priori, quia tunc videtur sub conditione concessisse posteriorem, nisi aliam priorem concessisset.

2. Distinguunt tandem alij: nam vel vtraque dispensatio est propter diuersos fines & effectus: & tunc quantum est ex vi dispensationis, necessaria non est mentio prioris, vt valida sit posterior. Vel vtraque est

propter eundem finem, & effectum: & tunc necessaria est explicatio prioris ad validitatem posterioris. Exemplum primi esse potest: si Diaconus dispensationem nubendi obtinuit, & postea velit aliam dispensationem cum consanguinea impetrare; in quo casu nulla est necessitas mentionem faciendi de priori dispensatione. Exemplum secundi est. Obtinuit quis dispensationem non soluendi decimas, quas debebat ratione vineæ, vt eandem obtineat ratione fundi, debet prioris dispensationis mentionem facere. Addunt aliqui, nisi causa, quam dispensandus affert ad impetrandam posteriorem dispensationem, sit per se sufficiens ad talem dispensationem faciendam.

3. *Notandum* est tamen obiter hîc ex supradictis cum Sanchez *lib.8. disput.22. num.13.* quòd si quis obtineat vnam dispensationem cum vna cognata, & illa mortua secundam petat pro alia in eodem, vel diuerso gradu coniuncta, valida erit secunda, licèt obtineatur sine mentione primæ, quia sunt de rebus distinctis, & vna non habet connexionem cum alia, neque aggrauat illam, aut difficiliorem reddit, & vnaquæque potest habere propriam causam sufficientem, non obstante alia, & independenter ab illa, etiamsi talis persona non fuerit vsa priori dispensatione quacumque ex causa, & petat secundam, non facta mentione prioris.

Sup. hoc in Resol. not. seq.

4. Sed quoad hoc vltimum dissentit Pater Perez *de matrim. disput.46. sect.3. num.5.* putat enim in hoc casu esse secundam dispensationem subreptitiam, quia tunc secunda dispensatio coniungitur primæ, & ex vtraque simul resultat vna gratia exorbitans, quæ non cadit sub intentionem Pontificis; neque enim sine scientia & consensu Pontificis possunt illæ duæ dispensationes validæ simul permanere, quia est indulgentia quædam nimis extraordinaria. Quare ad valorem secundæ, necessarium est exprimere priorem, quo illud incommodum vitetur. Vnde non est simile, quando prior dispensatio suum vsum habuit per quem extincta est, nam tunc non coniunguntur dispensationes, sed quælibet est vnica pro suo tempore: esset autem simile: si absque vsu prior dispensatio fuisset extincta per mortem alterius partis, vel per aliud impedimentum perpetuum, nam tunc ex defectu obiecti euanesceret prima dispensatio, & ideò esset impertinens eius memoria.

Quæ nunc hanc sequitur.

5. Sed ego *in part.1. tract.de legibus, resol.40* opinioni Sanchez adhæsi, quam etiam tuetur Layman, & Bonacina. Non nego tamen sententiam Perez, & Suarez esse satis probabilem, quam nouissimè tenet etiam Merolla *tom.2. disput.4. cap.6. num 446.*

RESOL. XCIV.

An qui obtinuit dispensationem ad contrahendum cum affine, vel consanguinea, sed ea minimè sit vsus: postea petens aliam dispensationem cum aliqua alia consanguinea, vel affine teneatur in hac secunda petenda, mentionem prioris dispensationis facere?

Et an idem sit dicendum, licet Fœmina resiliat, nolens primo consanguineo nubere, ac impetrat posteriorem dispensationem ad nubendum aliis, &c. Ex p.1.tr.10. Resol.40.

Sup. hoc in Resol. præterita à §. Notandum est, vsque in finem, sed le-

§.1. Hic casus in praxi hoc anno mihi propositus fuit. Affirmatiuam sententiam docet Suarez *de legib. lib.6. cap.23. num.20.* vbi sic asserit: [Censeo in isto casu, posteriorem dispensationem esse subreptitiam, & necessarium esse exprimere priorem dispensationem, vt vel Pontifex eius renunciationem acceptet, vel illam irriret, vel vtramque simul validam esse concedat: alioqui enim verissimum esse censeo, sine scientia, & consensu Pontificis non posse illas duas dispensationes validas simul permanere; quia est indulgentia quædam nimis extraordinaria, & parum rationi consentanea; & longè verisimilius est, non fuisse Pontificem eam concessurum, si proponeretur] Ita Suar. ge ex principio

2. At ego contrariam sententiam probabiliorem esse puto: & illam docet Sanch. *de matrim. tom.3. lib.8. disput.22. num.13.* & post illum Layman *in Theol.mor. lib.1. tract.4. cap.32. num.20.* Guttierrez *tract.de matrim. cap.123. num.20.* vbi sic ait: [Dubitari forsan posset de alia ampliatione eiusdem Authoris? nempe, vt idem sit dicendum, licèt fœmina resiliat nolens priori consanguineo nubere, ac impetret posteriorem dispensationem ad nubendum aliis: credit enim, in vtroque casu mentionem prioris dispensationis necessariam non esse, eò quòd sint super diuersis matrimoniis, & neutra habet connexionem cum altera. Et licèt hæc ratio concludat in præcedentibus dictis: at in hoc posteriori de fœmina residente à prima dispensatione; nolente priori consanguineo nubere, ac impetrante posteriorem dispensationem, non videtur sufficiens: siquidem secunda dispensatio est noua gratia in derogationem prioris. Sed nihilominus adhuc credo, hanc ampliationem quoque esse veram ex eo, quòd nihil interesse videatur quoad irritationem posterioris, quòd fœmina hæc nubat illi consanguineo priori, vel huic secundo, iuxta mentem, & intentionem Papæ concedentis, de quo si ei fuisset facta mentio, eum non remoueret à concessione secundæ gratiæ, siquidem hæc non fuit subreptitia in causa finali, nec impulsiua.] Ita Guttierrez. Ad argumentum verò Suarez respondetur, quòd, licèt vtraque dispensatio stare nequeat; tamen in vsu illarum datur optio: vel dic, quòd per impetrationem posterioris dispensationis impetrans renunciauit priori in manu Pontificis, à quo posteriorem impetrauit; & ita ea ampliùs vti nequibit, sed sola posteriori.

RESOL. XCV.

An siquis obtinuit dispensationem contrahendi cum consanguineæ, & postea actu contrahat cum alia, dispensatio illa censeatur renunciata, vel reuocata? Ex p.8.tr.3.Res.74.

§.1. Respondet Gordon *in sum. lib.2. quæst.13. cap.7. num.1.* quòd quamuis in hoc rerum statu cesset causa, non cessasse dispensationem datam, sed licitum esse ea vti. Ratio est, quia hac dispensatione soluitur vinculum legis, & nulla superioris reuocatio interuenit, vt nunc pono; sola autem causæ cessatio non est sufficiens reuocatio, tum quia gratia dispensationis iam completa est per legis reuocationem; tum quia non pendet in suo esse ab huiusmodi causa. Exemplum afferri solet de eo, qui cum dispensatum est ad Ordines ob paupertatem. Licèt enim ante promotionem fiat ditior; tamen non cessat dispensatio. Neque admittendum est hanc dispensationem esse datâ velut sub conditione, & in quantum exabit causa. Hoc quidem verum est in his dispensationibus quæ inuoluunt ex natura rei tractum successiuum, vt loquuntur Doctores, v.g. cùm quis dispensationem accipit, ne ieiunet in Quadragesima propter infirmitatem corporis. Res enim successionem Sup. hoc in Res.seq. & Res.not.seq.

successionem respiciens, est annexa suæ causæ ex re, natura. At verò quando dispensatio est tota simul & in vnica re accepit suum effectum & solutionem vinculi legalis, est ratio omnino diuersa, vti demonstratum est; sed de his *supra*, & alibi dictum est: nunc voluí adducere tantùm sententiam Gordoni.

RESOL. XCVI.

An qui obtinuit dispensationem cum consanguinea, si alteri copuletur, possit, ista mortua, vti priori dispensatione? Ex part. 8. tr. 3. Res. 85.

§. 1. AD hoc dubium affirmatiuè respondent Doctores, & inter illos nouissimè Perez *de matrimon. disp. 47. sect. 1. num. 7.* quia, ait ipse, dispensatio in materia matrimonij est fauor, seu priuilegium quasi absolutum, non respiciens alterum; ad cuius renunciationem necessaria est saltem concedentis acceptatio. Patet, quia renunciatio priuilegiati non mutauit voluntatem Prælati concedentis, sed eadem perseuerat; ergo quamdiu non constat de illius mutatione, liberum est priuilegiato mutare voluntatem suam, & priuilegium acceptare. Firmo, nam ad superiorem pertinet tam, mutatio priuilegiorum, quam concessio, & ab illius consensu per se pendet tum priuilegij effectus, tum etiam effectus, priuilegio contrarius. Ita etiam expedit humanæ gubernationi vt omnia ordinatè fiant. Et certè omnis res per quæcumque causas nascitur, per easdem dissoluitur, si dissolubilis sit. Cùm ergo ad priuilegij acquisitionem exigatur concedentis, & eius cui conceditur voluntas; similiter ad eius destructionem vtraque desiderabitur. Quare sicut quando alter coniux verè consensit, & alter fictè vt matrimonium conualescat, satis est, si altero in priori consensu permanente, ille fictus consentiat: ita vt priuilegium, vel dispensatio, cui prius quis renunciauit, conualescat, satis est noua renunciantis voluntas superiori manente in pristina voluntate, vt pote, qui nondum renunciationem acceptauit.

2. Hinc resoluit nostrum quæsitum Perez *n. 10.* & sic ait. Quando dispensatione obtenta, vt inter duos consanguineos matrimonium ineatur, alter vel vterque aliis nuptiis copulatur, relictis illis ad quas dispensatio obtenta est, posse viduos effectos iungi inter se matrimonio virtute prioris dispensationis. Ratio est, quia cum semel ablatum sit impedimentum consanguinitatis, & illi habiles effecti sint ratione dispensationis præteritæ, non est cur ratione sequentis matrimonij impedimentum illud reuiuiscat. Et quamuis tacita fuerit illius dispensationis renunciatio per transitum ad alias nuptias; non tamen fuit à concedente acceptata. Idem dico tametsi impedimentum ablatum non sit eo, quòd Ordinarius, vel Confessor, cui dispensationis executio commissa est, nondum illam sint executi: quia cùm tacita illa renunciatio non sit acceptata, non periit facultas illa ad exequendam dispensationem. Ita ille.

3. Vnde Ochagauia *de sacrament. Matrimon. dispens. tract. 4. q. 13. n. 12.* nostram sententiam etiam docet, & asserit, in casu quo dispensatio obtinetur circa consanguinitatem, vt aliqui eo impedimento ligati inter se contrahant, & isti pro tunc non contrahant inter se, sed cum aliis non consanguineis, postea tamen ea matrimonia morte naturali dissoluantur, posse eos ex vi prioris dispensationis inter se contrahere matrimonium, dummodo antiqua causa dispensandi omninò perseueret. Probatur hoc quia ex vi prioris matrimonij ab vtroque celebrati, nullus eorum censetur renunciare gratiæ dispensationis sibi antiquitus concessæ, quia illi recte nouerant posse sibi casum viduitatis accidere, in quo vile foret tale priuilegium, quod etiam in eo euentu videtur habere vim, quo Summus Pontifex dispensationem concedens nouerit eos consanguineos cum aliis extraneis matrimonia contraxisse, quia cum partes ad quas attinet dispensatio, nullo modo renunciauerint dispensationi, Pontifex cognoscens etiam predicta matrimonia renunciationem non acceptauit, neque reuocare censetur primam illam gratiam à se commissam.

RESOL. XCVII.

An quando prima dispensatio matrimonij fuit irrita, necessarium sit in secunda mentionem facere de nullitate primæ? Ex part. 8. tr. 3. Res. 59.

§. 1. AD hoc dubium sic respondet Sanchez *lib. 8. disp. 22. num. 21.* asserit enim, quòd quando prior dispensatio, priúsve priuilegium, sunt irrita, non est necessaria illorum mentio in posteriori; quia cùm illa nullius valoris sint, perinde videtur ac si impetrata non essent. Nec enim præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, *reg. non præstat. de regul. iuris in 6.*

2. Limitat tamen hoc, vt intelligatur quoties prius rescriptum irritum fuit impetratum ab vno ex aduersariis, & posterius ab altero. Secus quando vtrumque ab eodem impetratum est; tunc enim est narrandum prius. Sic Menochius *de arbitrariis, lib. 2. casu 203. fine*, ac refert pro se Dominicum *consil. 141. n. 2. vers. in contrarium ostenditur*, vbi loquens de litteris gratiæ, id asserit. Sed ait Menochius ex ipsius ratione colligi idem dicendum esse de iustitiæ litteris. Ita Sanchez.

3. Sed nouissimè hanc sententiam non approbat P. Magister Texeda *Theolog. moral. tom. 2. lib. 4. tractatu 3. num. 39.* nam docet in prædicto casu opus non esse mentionem facere de nullitate prioris in secunda dispensatione. *Primò*, quia ad id non compellunt iura, tunc etiam, quia cùm prior dispensatio fuerit nulla, nullum effectum operata est, & ideò suppressio, seu taciturnitas in secunda dispensatione nocere nequit, nec obstare, aut impedire valorem dispensationis.

4. Obiicit Sanchez, si legitimè impetrans priorem gratiam validam, id est, dispensationem, tenetur de illa in secunda mentionem facere; ergo à fortiori tenetur id facere iniustus impetrator, cùm non sit peioris conditionis iniustus impetrator, quàm legitimus, & iustus. Resp. concesso antecedente, negando consequentiam. Ratio est manifesta, quia ex priori dispensatione cùm suum effectum sortita fuerit, redditur secunda dispensatio circa eandem rem difficilior, & ideò necessaria est noua causa, aut illius cognitio, ne Princeps censeatur inuoluntarius, quod tamen non contingit, quando prima dispensatio nulla fuit. Hæc Texeda.

RESOL. XCVIII.

An quando contrahentes sunt in eodem gradu duplicato, verbi gratia, tam ex parte matris, quam Patris, teneantur in petitione dispensationis illum gradum in eodem genere manifestare? Ex part. 8. tractat. 3. Resolut. 60.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam tenet Molina *de Iustit. tom. 1. tractat. 2. disput. 161.* vbi sic ait.

Illud tamen est aduertendum, quamuis collaterales eo gradu distent inter se, quo eorum remotior distat à trunco, nihilominus alterum collateralem proximiorem esse trunco, efficere difficiliorem dispensationem in eo gradu, cáque de causa id esse exprimendum in dispensationibus obtinendis, vt validæ sint: nempè vtrùm comparatione trunci sint in quarto, & tertio gradu insimul, vt vocant, vel in tertio & secundo, aut in alio proximiori. Quia etiam difficilior est dispensatio quando fœmina proximior est trunco, quàm quando est vir, eo quòd cùm sit comparatione viri, vicissa de causa debeat eam reuereri, & illa è contrario, cum sit vxor, suscipere debeat virum, id quoque in petitione dispensationis est necessariò exprimendum. Exprimendum quoque est, si duplici ex capite sint consanguinei, nempe ex parte patris & matris, aut etiam simul sint affines, & in quo gradu vtrinque se attingant. Ita Molina.

2. At contrariam sententiam tenet Magister Texeda *in Theolog. moral. tom.2. lib.4. dub.2.n.58.* vbi citat Ledesmam, Rodriguez, & Vegam, & probat suam sententiam, quia ex illo eodem gradu consanguinitatis duplicato, affinitatis, &c. solum nascitur vnicum impedimentum; ergo solùm vnus gradus exprimendus in litteris impetratoriis est. Confirmatur, & explicatur: Ecclesia solùm interdicit matrimonium inter coniuges, qui laborant aliquo impedimento ex adductis; ergo cùm in narratione litterarum de tali impedimento fiat mentio, nihil aliud restat exprimendum. Antecedens certum est, sed probatur consequentia: quia illa eiusdem gradus multiplicitas est materialis, & valida per accidens respectu intentionis Ecclesiæ, & vinculi ex illa orti. *Secundò*, quia ex pluribus actibus fornicationis eiusdem speciei, & cum eadem persona non nascitur nisi vnica affinitas, quæ solùm debet in impetratione explicari, sicut excommunicatus, qui pluribus excommunicationibus est irretitus, confecrauit, non tenetur in impetratione dispensationis exprimere pluralitatem consecrationum, sed solùm esse irregularem. Et sicut qui ex duplici adulterio natus est, cùm vult ad Ordines promoueri, non tenetur impetratione pro dispensatione obtinenda, exprimere se esse adulterinum ex vtroque parente, sed sufficit, & satis est, si dicat esse adulterinum, quòd incautè contrarium affirmant aduersarij, quia ex illa duplicata adulterina copula, ex qua natus est, solùm nascitur vnicum impedimentum, cuius solùm debet Pontifex esse conscius, dum cum tali dispensat: ergo sufficit, & satis est exprimere in narratione solum gradum propinquiorem, ex quo nascitur consanguinitas, vel affinitas, tacendo eius multiplicitatem.

RESOL. XCIX.

An possit peti dispensatio super aliquo impedimento matrimonij, tacito alio impesterum dispensando? Ex p.1.tr.10.Resol.39.

Sup. hoc in Resol.seq.& lege suprà doctrinam Resol.61.& infrà §.vlt. Resol.116. à principio.

§.1. NEgatiuè respondet Suarez *de legib. lib.6. c.24.n.6.* Guttierrez *de matrim. c.123.n.21.* Sanchez *de matrim.tom.3.lib.8. disp.23. n.2.* Sanctarellus *var. resol p.1.q.65.* Layman *in Theol.mor.lib.1. tract.4. c.22. n.19.* Garsias *de benef. tom.2.p.8. cap.3. n.54.* & alij. Et ratio est: quia sic decipitur Pontifex: nã putat, petentem vno solo impedimento laborare.

2. Sed contrariã sententiã docet Emanuël Sà *verb. dispensatio, n.16.* Hentiq. *lib.12.c.3.n.6.in glossa, litt.N.* Salas *de legib.disp.20 sect.15.n.122.in fin.* & alij, vt Nauarrus, Rodrig. Vega, Genuen. apud Garsiã *vbi supr. n.53.* Vnde, si qui sint simul consanguinei, & affines, poterunt in quibusdam litteris consanguinitatem proponere, tacita affinitate; & in aliis affinitatem, tacita consanguinitate: & vtraque dispensatio valida erit quoad suum impedimentum. Rationes pro hac sententia, inuenies apud Sanchez, *vbi suprà, n.1.* qui in fine sic asserit: [cùm hæc sententia tot patronos habeat, & rationes non parui momenti, est probabilis; nec potest iustè damnari, qui illam amplecteretur. Et hanc opinionem probabilem esse docet etiam Villalobos *in summ. tom.1. tract.14. dific.27.n.7.* At his non obstantibus, hæc opinio est contra praxim, & vsum Romanæ Curiæ, ex quo infringitur eius probabilitas.

RESOL. C.

An dispensatio in vno vinculo, absque mentione alterius, sit subreptitia?

Sed difficultas maior est, quando in eadem persona duo sunt impedimenta, quorum alterum occultissimum est, ex cuius reuelatione, si sciatur, sequitur personæ eo laboranti magnum detrimentum, & alia grauissima damna; quid in tali casu faciendum est? Ex p.8.tr.3. Resol.25.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docet Sanchez *de Matrimon. lib.8. disput.23. num.2.* nam frequenter asserunt Doctores, non valere dispensationem in vno impedimento, tacito alio, vt patet ex Panormitano *in cap. non debet, de consanguinit. & affinit. num.12.* quem multi Summistæ imitantur, & supplement. Gabriël. *in 4. distinct.41. art.3. dub.7.* & in simili Couarr, *in 4.2. part. cap.6. §.4. num.11.* Possent autem hi authores exponi, vt intelligant non valere, id est, non sufficere, seu non valere ad matrimonium contrahendum: an verò valeat ad vnum impedimentum tollendum, non definire. Sed difficilis, & dura expositio, quia non dicunt, non valere matrimonium, sed non valere dispensationem, & Couarr. dicit esse irritam. Denique multi alij authores in propriis terminis dicunt, talem dispensationem esse subreptitiam. Fundamentum huius sententiæ reducitur ad principium positum, vt dispensatio legitimè obtineatur necessarium esse proponi Pontifici totum vinculum dissoluendum secundùm totam grauitatem, quæ intrinsecè potest dispensationem difficiliorem reddere: vnum autem impedimentum censetur moraliter habere maiorem grauitatem in illo genere, quando est coniunctum aliis, quàm solitariè sumptum; ergo. Minor probari solet *primo* ex *cap. ex tuarum, de authoritat. & vsu pallij* quod allegat Panormitan. Sed, iudicio meo, nihil, vel parum probat. Item citatur *cap. Pastoralis, de priuileg.* quod nihil etiam iuuat, nec plus valet capite, *postulasti, de rescriptis*, quod Couarruu. allegat: nam regula *ibi* constituta in beneficiis non habet locum in dispensationibus, vt suprà notatum est cum Panormitano, *in cap. pen. de præscriptionibus.* Denique allegatur *cap.1. de treug. & pace*, quoniam ibi dicitur, Funiculus triplex difficilè rumpitur. Responderi autem potest, in præsenti etiam cumulum impedimentorum difficiliùs tolli, quia vel requirit vnam dispensationem difficiliorem, vel cumulum dispensationum. Ratione igitur probatur illa maior, quia impedimenta simul iuncta sine dubio reddent personam minus dignam dispensatione, etiam in singulis, vnde etiam simul proposita magis auertunt animum Principis ad concedendum tale matrimonium, vel habilitandam talem personam, vt experientia ipsa docet, & per se videtur prudentiæ consentaneum, Vnde in remissione pœnarum,

Sup. hoc in Resol. præced. & vide etiam doctrinam de terius. Resol. §. eius nos.

pœnarum, cùm in aliqua persona plura sunt atrocio-ra delicta, singula difficiliùs remittuntur in humano iudicio. Confirmatur; quia aliàs aperitur via fraudibus, obtinendo per plures dispensationes, quod sæpissimè Pontifex, re tota intellecta, per vnam non concederet.

2. His tamen non obstantibus, negatiuam sententiam tenet P. Amicus *tom. 5. disput. 6. sect. 8. num. 127.* Suarez *de legibus, lib. 6. cap. 24.* & alij. Et ratio est, quia ex vna parte nullum est ius, quod hanc conditionem vniuersaliter requirat: ex alia parte, cùm integrum proponatur vinculum per secundam dispensationem Principi soluendum, non est, cur ad validitatem ipsius debeat mentio fieri prioris antea obtentæ.

3. Nec obstat fundamentum quod pro sua sententia adducit Sanchez, quoniam vnum vinculum ex coniunctione cum aliis redditur grauius, & dispensatur difficilius, quia reddit personam minus habilem, & dignam dispensatione. Respondetur: Esto plura vincula ex se reddant personam minus dignam dispensatione: dispensationemque ipsam concessu difficiliorem; quia tamen talis indignitatis expressio ad dispensationem non facit, valebit dispensatio in vno vinculo, tacitis aliis, quando sine mentione aliorum sufficienter explicari potest. Confirmatur, nam qui plures habet excommunicationes, minus dignus est, vt absoluatur ab vna, cùm tamen absolutio vnius sine absolutione aliarum valida sit. Item qui plura habet peccata, minùs dignus est beneficio: quia tamen expressio talis indignitatis non facit ad collationem beneficij, valet beneficij collatio, etiamsi ei beneficium collatum non fuisset, si ipsius peccata à collatore scita fuissent. Et ita hanc sententiam docet Salas *de legibus, disput. 20 sect. 15. num. 122.* vbi sic ait. Quæritur an cùm multa impedimenta concurrunt, oporteat omnia illa in eadem dispensatione referre, an sat sit in diuersis. De hac re latè Sanchez *lib. 8. de Matrimon. disp. 23.* mihi placet sententia multorum, quos refert *num. 1.* scilicet sat esse in diuersis dispensationibus referri, licèt ipse cum aliis oppositum putet probabilius, *num. 2.* Ita Salas. Sed aduersùs illum nouissimè insurgit Magister Texeda *in Theolog. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 3. num. 51.* qui in casu quotidiano optimè sic ait. Difficultas maior est, an quando in eadem persona duo sunt impedimenta, quorum alterum occultissimum est, ex cuius reuelatione si secutur, sequitur personæ eo laboranti magnum detrimentum, & alia grauissima damna. In qua difficultate dico cum Ledesma *de Matrimon. q. 56. artic. vlt. dub. 2.* Eman. *tom. 1. summæ cap. 238. num. 6.* sufficere, & satis esse in narratione ad Pontificem missa impedimentum publicum dumtaxat exprimi debere, tacito altero occulto; cum hac tamen conditione, vt impedimentum occultum proponatur etiam Pontifici in sacra Pœnitentiaria simul cum publico, vt vtriusque notitiam habeat, qualiter exigitur vt dispensatio sit valida.

4. Si dicas, si necessarium est quòd impedimentum occultum proponatur Pontifici simul cum publico, iam ex tali notitia, & cognitione resultat contigatis prædicto impedimento laborantibus detrimentum numerosum, & grauia illa damna ob quæ tuanda diximus illud impedimentum occultum sub silentio in narratione posse prætermitti. Respondetur tamen, quòd quando in sacra Pœnitentiaria impedimentum occultum Pontifici proponitur, & exprimitur, non declarantur partium nomina; & ideò proponendo illud Pontifici in sacra Pœnitentiaria occurrit inconuenienti, & propterea saluatur quod necessarium est, vt recte & valide concedatur dispensatio absque vllo prorsus periculo incurrendi contrahentes aliquod graue damnum, cùm nomina eorum non publicentur. Vide etiam Merollam *tom. 2. disp. 4. c. 6. num. 451.*

RESOL. CI.

Quo tempore in dispensatione debeat verificari causa finalis; an sufficiat causam subfuisse, cum dispensatur, an vero requiratur etiam, vt perseueret, dum initur matrimonium.

Et quid, quando committitur inferiori? Ex part. 8. tr. 3. Resol. 77.

§. 1. HAnc quæstionem latè pertractat Merolla *tom. 2. disp. 4. c. 6. num. 313. & seq.* omninò videndus, & alij penes ipsum. Ego breuiter assero, *primò* non sufficere, neque requiri ad valorem dispensationis, causam finalem verificari tempore petitionis dispensationis, sed requiri eam verificari eo tempore, quo Pontifex, vel alius superior dispensationem concedit, vel committit alteri eam concedendam, tum quia illa clausula, *si preces veritate nitantur*, hunc sensum reddit, scilicet Si preces mihi propositæ veræ sunt in præsenti tempore. Et probatur ex *cap. quia circa, de consanguinitate*, vbi dicitur falsam fuisse allegatam causam, ad dispensandum, scilicet prolem habitam; & redditur ratio, quia filia iam erat mortua. Ita sentiunt Corduba *in summa quæst. 45. opinione 2. punct. 1.* Vega *1. tom. summæ, cap. 88. casu 4. Secundò* respondemus, quòd si aliquæ causæ dispensationis maneant, valida est dispensatio, licèt illæ non essent sufficientes à principio ad concedendam eam, si illæ tantùm fuissent propositæ Pontifici, modò tamen illæ coniunctæ cum his, quæ à principio positæ sunt, sufficientem constituerint causam ad impetrandam dispensationem. Ita docuit Sanchez *lib. 8. de Matrimon. disp. 30. num. 8.* Cuius ratio est, quia aliàs magnum ostium aperiretur scrupulis; continuò enim homines essent soliciti, an maneat sufficiens causa; & an possint vti dispensatione sibi concessa. In dubio autem, an dispensationis causa cessauerit, vel non censetur minimè cessasse, ac per consequens dispensatio iudicatur valida in eo dubio, postquam fuit semel legitimè concessa, quia possessio fauet ei. *Tertiò* respondemus, quòd si dispensatio sit deducta ad vltimum effectum, & is commodè diuidi non possit, vt si quis, cum quo dispensatum est in voto castitatis, matrimonium celebrauit, qui quidem nequit discedere ab vxore sine scandalo, neque cohabitare cum illa sine periculo incontinentiæ petendi debitum, tunc licèt causa finalis cesset, non cessat tamen dispensatio. Et hæc videtur esse mens Pontificis, hócque videtur esse conuenies regimini Ecclesiæ, ne grauia detrimenta ex ea opposita resolutione sequantur. *Quartò* respondemus, requiri verificationem causæ finalis, eo tempore contingere, quo Ordinarius exequitur dispensationem, quia tunc dispensatio completur, & reuera fit; ergo tunc necesse est, causam finalem præsentem esse. Ita cum aliis Couarruuias 4. *Decretal. 2. part. cap. 6. §. 9. num. vltim.*

Sup. hoc infrà in Resol. 115. § penult. & vlt. & latè in Resol. not. seq. vt, ita melius hanc quæst. dissoluere possis, & lege etiam Resol. not. vlt. huius Resol.

Sup. hoc infrà in Resol. 118. & in aliis eius primæ annot. & in §§ annot. præteritæ.

2. Sed non deseram hîc apponere verba Ioannis Præpositi *in 3. part. D. Thomæ, quæst. 8. de dispensation. Matrimon. dub. 4. num. 35.* vbi sic ait. Dubitatur, an quando dispensatio committitur inferiori, sufficiat causam subfuisse, cùm res proponeretur Romæ, vel Nuntio, vel cùm litteræ ex parte eorum conficerentur? An verò insuper requiratur, vt causa persistat, dum dispensat is, cui committitur negotium? v. g. aliqua petit dispensationem, vt possit contrahere cum cognato in quarto gradu, eo quòd propter defectum dotis

Quoad hoc lege infrà latà doctrinà Resol. 141. à

principio usque ad finit.

dotis non possit facilè sibi æqualem inuenire; petitur num dispensatio sit valitura, si antequam dispensauerit is, cui committitur, sufficientem dotem comparauerit? Respond. videri verius non valere, vt docet Sanchez *lib. 8. disp. 30. num. 12.* quia antequam inferior reipsa dispensauerit, dispensatio nondum est perfecta, censeturque adhuc in fieri, atqui cessante causa, antequam perfecta sit dispensatio, vt ex communi Doctorum tradit Sanchez *suprà*.

3. Dubitari verò potest, an sufficiat causam subfuisse, cùm dispensatur, an verò etiam requiratur, vt perseueret, dum initur matrimonium? Sanchez *suprà, n. 14.* censet requiri, vt perduret vtroque tempore; sed non est improbabile sufficere si subfuerit tempore dispensationis, quod etiam censet probabile Sanchez *suprà in fine, num. 13.* quia per hanc dispensationem homo legitimè eximitur à lege, ergo potest validè matrimonium inire, quamuis cesset causa, propter quam dispensatio est impetrata. Hucusque Præpositus. Vide etiam Hurtadum *de Matrim. d. sp. 26. diffic. 3. n. 14.* & Basilium *lib. 8. c. 20.*

RESOL. CII.

Quæ falsitas vitiet rescriptum in quacumque dispensatione?

Et hic apponuntur aliquæ regulæ, ex quibus multos casus Confessarij, & Resp onsores casuum conscientiæ extricare poterunt. Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Res. 53.

§. 1. HÆc quæstio est quotidiana pro materia dispensationum ad Ordines, matrimonia, &c. ideo hîc ponam regulas aliquas, ex quibus multos casus confessarij & responsores casuum conscientiæ extricare poterunt.

Sup. hoc pro motu proprio posito in textu huius §. latè infrà in Res. 105. & pro parte in Res. 121. §. 1. ad medium.

2. Dico igitur primò quòd si in rescripto apponatur vnica causa, illa finalis, & non motiua censenda est, & ideo si falsa erit, vitiabit rescriptum, quia censetur Papa priuilegium & dispensationem velle concedere ex causa allegata, etiamsi ex motu proprio, & ex causa scientiæ dicat concedere. Ita Castrus Palaus *in opere morali tom. 1. tract. 3. d. sp. 6. punct. 16. §. 3. num. 1.* Gutierrez *canon. qq. lib 2. c. 15. num. 103. & 104.* Sanchez *de matrim. tom. 3. lib. 8. disput. 21. n. 41.* & alij.

Sup. hoc lege suprà doctrinam Res. 90 & §§. eius secundæ not. & in Res. 91. §. Itaque. &c.

3. Dico secundò illorum taciturnitatem impedire concessionem, quæ à iure, stylo, & consuetudine mandantur exprimi, & illorum expressionem falsam vitiare concessionem quibus secundùm ius, stylum, & consuetudinem mouetur Princeps in rescripto concedendo, ita vt iure cautum sit quòd eis expressis gratiam Princeps non concessisset. Ita Garsias *de benef. tom. 2. part. 8. c. 3. n. 20.* Castrus *vbi suprà num. 3.* Salas *de legib. d. sp. 20. sect. 15. num. 115.* & Pontius *vbi infrà*.

Sup. hoc in Res. 2. not. seq. §. Vnde. & in alio §. eius annot.

4. Dico tertiò, quòd si plures causæ proponantur, si vtraque est insufficiens per se, & integrent vnam causam sufficientem, si aliqua earum est falsa, corruit dispensatio, quia illis nititur voluntas dispensantis: iudicabitur autem vtramque esse insufficientem, quando ex quacumque illarum seorsim non solet concedi dispensatio. At si vna causa sit sufficiens ex consuetudine & stylo, & ea vera, alia verò quæ additur sit falsa, communior sententia est quòd valet dispensatio, nec vitiatur rescriptum. Ita Basilius Pontius *de matrim. lib. 8. c. 17. §. vlt. num. 41.* Sanchez *loco cit. n. 32.* Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 6. de voto c. 27. n. 11.* licèt Castrus Palaus *vbi suprà §. 5. n. 2.* hoc intelligat de causa extrinseca dispensationis, & quæ per se non solet mouere Principem ad dispensationem concedendam, quis dicere poterit hîc & nunc ex vtraque simul motum non esse. Ita ille. Sed Pontius *vbi suprà* absolutè loquitur, & confirmat supradicta Laurentius Portel *in resp. mor. part. 3. cas. 8. num. 2.* vbi docet, quòd quando in rescripto narrantur plures causæ copulatiuæ, quorum aliæ veræ sunt, aliæ falsæ, spectanda est causa qua nititur rescriptum, eáque existente vera, non obstare cæterarum falsitatem; & addit, quod cùm causæ narrantur disiunctiuè, sufficit alteram esse veram, ne rescriptum sit subreptitium.

Sup. hoc infra in Res. 117. & 118.

5. Dico quartò, quòd in dubio an sit causa finalis, quæ exprimitur in rescripto, seu dispensatione pertinens ad ipsam dispensationem intrinsecè, an verò solùm impulsiua & motiua extrinsecè dispensationem concernens censendum est esse motiuam, & non finalem, quia semper stare debet præsumptio in fauorem valoris actus. Et idem dicendum est, cùm dubium est, an dispensatio valida sit, quia dubium est, an causa falsò allegata sit finalis. Ita Castrus *loco cit. §. 5. num. 3.* & Portel *vbi suprà*, qui citat Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 21. num. 20. & 25.* licèt Villalobos *in summa tom. 1. tract. 2. diffic. 43. num. 7.* cum Molina contrarium sentiat; sed vtraque opinio est probabilis.

Sup. hoc suprà in Res. 86. & in eius prin. not.

Sup. hoc suprà in Res. 89. & in eius not.

RESOL. CIII.

An expressio falsi vitiet dispensationem?

Et pro praxi explanantur aliqui casus particulares, & alij deducuntur, & annotantur. Ex part. 8. tr. 3. Res. 61.

§. 1. SVperius diximus, quando taciturnitas veri, reddat dispensationem inualidam, & multos casus in particulari tractauimus: nunc è contra videndum, quænam expressio falsi noceat dispensationi, & postea ad casus particulares deueniemus. Prima sententia affirmat, dispensationem esse irritam, & inualidam, etiamsi causa falsò expressa sit impulsiua, quia scilicet, eâ non leuiter mouetur Princeps ad gratiam concedendam, quamuis, ea non narrata, etiam concessisset. Ratio est, quia litteræ concessionis habent tacitam conditionem, si preces veritate nitantur, *cap. 2. de rescriptis.* Cuius signum est quia Pontifex priùs narrat in suis litteris ea, quæ pars proposuit, & postea subdit, si ita est dispensatum.

Superius Res. quæ est 91.

Sup. hoc ge suprà criorum 85.

2. Probatur etiam hæc sententia ex *cap. postulasti, de rescriptis*, (quod iuxta multorum sententiam intelligitur de omnibus gratiis) vbi refertur, quendam à Pontifice obtinuisse beneficium, tacendo vicariam perpetuam victui sufficientem, quam possidebat; & consultus Pontifex respondit, gratiam fuisse subreptitiam, cùm tamen causa silentio prætermissa non videretur esse finalis, sed impulsiua. Et confirmatur ex *cap. non potest, in princip. & cap. si motu proprio, de prabendis in 6. & cap. si proponente, de rescriptis*, vbi hæc doctrina expressè continetur. Ita sentiunt Mascardus *de probationibus consil. 846. num. 1.* Gutierrez *quæstion. Canon. lib. 1. cap. 15. num. 12.* Et eidem sententiæ adhæret Rebellus *2. part. de obligationibus iustit. lib. 3. de impedimentis matrimonij, q. 5. sect. 4. num. 25.*

3. Sed mihi placet opinio, quæ docet solius causæ finalis, non autem impulsiuæ falsæ expressione dispensationem irritari, quæ sententia probabilior est, & conformior dictis de taciturnitate veritatis. Hanc docet Ioannes Medina *C. de rebus restitut. q. 24. ad 4. & 5. argumentum*: vbi ait, donationem factam ob causam falsam finalem esse nullam; secùs factam ob causam impulsiuam: eadem autem ratio est de dispensatione, & quacumque alia gratia.

4. Prior

4. Prior pars constat, quoniam error in causa finali impedit voluntarium ad concessionem gratiæ substantialiter requisitum: ergo reddit illam inualidam. Consequentia patet. Antecedens probatur: nam omnis gratiæ concessio requirit liberam Principis voluntatem, cùm sit donum ab ipsius voluntate essentialiter pendens: ergo vbi illa deest, deest substantiale principium, à quo illa pendet, Posterior pars probatur; nam expressio facilùs tantùm impellentis, non tollit voluntarium ad concessionem gratiæ substantialiter requisitum, nam hoc est tantùm illud, sine quo gratia simpliciter concessa non fuisset: at sine expressione falsi tantùm impellentis concessa fuisset gratia simpliciter, licet non cum ea facilitate, vt supponitur; ergo non impedit substantiale principium, ex quo dispensationis concessio pendet.

5. Cæterùm fundamentum oppositæ sententiæ intelligendum est, quòd preces niti debeant veritate eorum dumtaxat, ex quibus concessio gratiæ substantialiter pendet, cuiusmodi non est causa merè impulsiua, sine qua adhuc concessa fuisset gratia. Et ita nostram sententiam tenet Henriquez *lib.* 12. *de matrimonio, c.*3. *num.*7. Sanchez *lib.*8.*disp.*21.*num.*32. Couarruuias *lib.*1. *variar.c.*20. *n.*5. Ochagauia *de sacrament. Matrimon. tract.*4.*q.*9.*num.*6.doctus & amicissimus Domin. meus Merlinus *controu. for. cap.*54.*n.*5.quibus ego addo nouissimè P.Magistrum Texeda *in Theol. morali. tom.*2. *lib.*4.*tract.*3. §. 2. *controu.*14.*n.*4.Nec obstat, ait ipse, *cap.Postulasti, de rescript.* vbi habetur quòd consultùs Pontifex de quodam Clerico, qui obtinuit quoddam beneficium, tacendo se habere vicariam perpetuam, respondit impetrationem beneficij esse nullam, gratiámque ei concessam fuisse subreptitiam: ex qua responsione Pontificis sic potest argumentum deduci; sed causa illa tacita fuit solùm impulsiua: ergo ex taciturnitate eius redditur subreptitia dispensatio. Respondeo fuisse ibi tacitam causam finalem, quæ si à Pontifice sciretur, non concederet gratiam illam, taciturnitas enim illa vicariæ perpetuæ fuit causa finalis concedendi beneficium: nam si Pontifex sciret Clericum illum illam habere, non concederet gratiam beneficij, sic docet Dec. super prædictum cap. *nota* 11. *num.*11.

6. Nec deseram hîc apponere verba Portel *in resp. moral. tom.*1. *cas.*49.*n.* 5. vbi sic ait. Si verum taceatur, vel falsum exprimatur in vna tantùm parte rescripti, vitiat, & irritum reddit rescriptum quoad eam partem, in qua est subreptio, non verò quoad reliquas partes rescripti. Quòd vitiet, & irritet quoad illam partem, in qua est subreptio, ab omnibus conceditur, quia tunc quoad illam partem preces non nituntur veritate. Quòd non reddat inualidum quoad alias partes, ratio est, tum quia vtile non debet per inutile vitiari, vt habet regula iuris *in* 6. Tum quia rescriptum pendet à voluntate concedentis: sed concedens voluit concedere, & concessit rescriptū, neque indicauit nolle reliquias rescripti ex parte valere, quando subreptio non fuit causa finalis: ergo rescriptum validum est, quoad illas partes, in quibus non contingit subreptio; & hoc in terminis decernitur *in cap. super litteras, de rescriptis.* Hoc tamen limitandum esse docet, dummodo partes in quibus non contigit subreptio, separabiles sint quoad valorem à parte in qua fuit subreptio. Nam si separabiles non sint, sed sint accessoriæ, rescriptum corruit; nam accessorium corruit destructo principali. Hinc colligit Bonacina, quòd si quis in vno rescripto obtinuit dispensationem in voto castitatis, & peregrinationis ad limina Apostolorum, narrata falsa causa in vno voto, poterit vti dispensatione quoad aliud votum in quo non contigit subreptio, quia vnum votum istorum non est accessorium, & dependens ab alio. Sic ille.

7. Ex his deducitur non vitiari dispensationem ex falsa causæ expressione, quando ea verè expressa facilior esset dispensatio: vt si impetrans beneficium, narret id esse curatum, vel dignitatem, cùm tamen sit simplex, aut officium. Quod intelligendum est, quando, causa demonstrationis, ea qualitas adiungitur, secus si causa taxationis. Sic docent Panormitanus *in cap.significante, num.*6. *& seq. de rescript.* vbi Felinus *num. vltim. vers. Vlterius tangit.* Rebuffus *cap. nulla, artic.*2. *post* 4. *conclus. vers. Noteris, de conces. prabend* Staphil. *de litter. grat.* vbi de forma & modo impetrandi, *tit. Præterea est dare dignitatem, num.*4. *& seq.* Sylu. *verb. Rescriptum, quæst.*3. Couarruu. allegata Rotæ decisione *lib.*1. *variar. cap. vltim. n.*6. Guttier. *quæstion.Canonic. lib.*1. *cap.*15. *num.*83. *&* 84. Sanchez *lib.*8. *de matrimonio, disp.*21. *n.*35. Quòd si petas quando censeatur causa demonstrationis, & quando taxationis qualitas adiecta, vide Sanchez *vbi supra*, cui ego addo Merollam *tom.*2. *disp.*4.*c.*6. *n.*371.

RESOL. CIV.

An si per ignorantiam, vel simplicitatem quis expressit causam falsam, & dispensatus fuit, valide contraxerit.

Et notatur, quod dispensatio variis modis potest cessare. Primo per renunciationem, &c. Ex part.8. tr.6. Resol.69.

§. 1. VT, si v.g. per ignorantiam, aut simplicitatem allegasti defectum dotis, cùm tamen verè non fuerit, & Ordinarius facta informatione declarauit defectum dotis existere, & sic dispensauit, & ex hac declaratione, & dispensatione concessa ad contrahendum matrimonium processisti, videris validè contrahere, neque posse tale matrimonium oppugnari, ex *cap. cùm inter, de sentent. & re iudic. cap.ei, qui appellat.*§.*si verò*, 2. *quæst.*6. Et ita hanc sententiam docet Basilius Pontius *de Matrimon. l.*8. *c.*16. *n* 5. & facit doctrina Felini, & Socini in superiore resolutione allata. Sup. hoc infrà in fine §.1.Resol.124.

2. Verùm contrariam sententiam tenet Castrus Palaus *tom.*1. *tract.*3. *disp.*6. *punct.*16. §.5. *n.*4. quia tale rescriptum, vt pote in falsa causa fundatum, nullum est, neque ignorantia prodesse potest ad valorem ipsius, sed solùm ad excusandum impetrantem, à culpa commissa, & videtur expresse decidi, *cap. super litteris, de rescript.* vbi æquè de taciturnitate veritatis, ac de expressione falsitatis, quando contingit circa totum rescriptum, dicitur nullum esse, etiamsi per ignorantiam, & simplicitatem factum sit. Si verò (inquit textus) per huiusmodi falsitatis expressionem, vel suppressionem etiam veritatis literæ fuerint impetratæ, qua tacita, vel expressa, nos nullas literas dedissemus, à delegato non est aliquatenus procedendum. Quæ hæc est infrà Resol. 167. signanter in eius §. vlt.

3. *Notandum* est tamen hîc obiter, quòd dispensatio variis modis potest cessare, ac *Primò* per renunciationem, & quidem, vniuersè loquendo, certum est dispensationem renunciatione cessare, ex *cap. ad Apostolicam de regular.* hanc nonnulli distinguunt in expressam & tacitam: illa voluntatem & verba requirit; & hæc renunciatio retractari non poterit, vbi semel renunciationis notitia peruenerit ad dispensantem. Sup. contento in hoc & seq. §. lege supra doctrinam. Resol.95. & si placet etiam aliarū eius primæ, & secundæ not.

4. Tacitæ renunciationis vsus non ita solitus est, v. g. cùm facto aliquo inducatur renunciandi voluntas:

tas: vt si quis diploma quo concessa illi fuit dispensatio, laceret, aut comburat: hoc, inquam, non sufficit ad reuocationem dispensationis, nisi cum hoc signo externo adsint, tum voluntas renunciandi, tum acceptatio facta à dispensante: nam ante hanc acceptationem potest impetrans semper reuocare suam renuntiandi voluntatem. Similiter impetratio secundæ dispensationis, non est iusta reuocatio tacita; nec sufficiens signum renunciationis, nisi fortè secunda dispensatio repugnet priori.

RESOL. CV.

Quid operatur in dispensationibus clausula Motu Proprio, *quando adest vitium subreptionis.* Ex part.8. tr.3. Resol.70.

Sup. hoc suprà in Resol. 102. §. Dico ideò.

§.1. SIc distinguit ex Sanchez Pater Amicus *tom. 5. disp.6. sect.8. n.153.* si subreptionis vitium sit in expressione causæ falsæ finalis, illud per clausulam, *Motu proprio*, non suppletur. Suppletur autem, si sit per suppressionem causæ finalis. Ratio discriminis est: quoniam motus proprius non firmat gratiam contra concedentis intentionem. Sed quando dispensatio est subreptitia expressione falsi finaliter mouentis ad dispensationem concedendam, dispensatio est contra intentionem concedentis, siquidem falsitate declarata, eam non concessisset: ergo motus proprius non potest eam firmare. Potest autem motus proprius firmare dispensationem, quæ positiuè non sit contra intentionem concedentis. Sed quando dispensatio est subreptitia suppressione tantùm, & taciturnitate causæ finalis, non est positiuè contra intentionem concedentis: quia ignorata causa finali, non potuit dispensator positiuam intentionem habere negandi dispensationem; quia cùm hic sit actus voluntatis, non potest exerceri circa obiectum per ignorantiam occultum. Ex his infertur, per clausulam, *Motu proprio*, non validari dispensationem, si sit, contra ius tertij, nec tollere à persona inhabilitatem, si taceatur.

2. Sed non deseram hîc apponere ea, quæ docet Portel *in respons. moral. tom.2. cas.49. num.7.* vbi sic ait. Dubium est, an si in narratiua detur vitium tacendo veritatem, vel exprimendo falsitatem, & nihilominus Papa in dispensatione dicat, se dispensare ex motu proprio: per talem clausulam, *Motu proprio*, suppleatur vitium subreptionis, & inualiditatis positæ in narratiua? Respondet Bonacina *n.21.* cum Suarez *ibi* citato, distinguendo. Nam vel Papa concedit hanc dispensationem motu proprio, absque petitione, vel narratione petentis, sed ex mera liberalitate: vel illam concedit ex præuia petitione, & informatione petentis. Si concedit primo modo, dispensatio, seu priuilegium valent, etiamsi à parte rei subsit impedimentum. Ratio est, quia cùm Princeps concedit ex mera liberalitate, non ex causa sibi falsò narrata, vel veritate tacita, cùm priuilegiarius non loquatur, nec aliquid operetur, nisi acceptando gratiam, censetur Princeps tollere liberaliter omne impedimentum obstans, per illam clausulam. *Motu proprio.* Et sic habetur *in cap. si motu proprio, de præbend. in 6.* Si verò Papa concedat dispensationem cum clausula, *Ex motu proprio*, præcedente petitione, vel informatione petentis, & in informatione tacetur veritas, vel narratur falsitas, tunc illa clausula *Ex motu proprio*, non supplet illum defectum, & proinde dispensatio est nulla. Probatur principaliter: quia *in cap.2. de rescriptis*, dicitur, quòd in rescriptis semper intelligitur apposita clausula. *si preces veritate nitantur.* Hic autem preces non nituntur veritate. Tum, quia impetratio beneficij non explicata eius qualitate, non valet etiamsi fiat motu proprio, vt docet Panormitanus *cap. ad aures, de rescriptis, n.5.* & alij. Ita Portel.

RESOL. CVI.

An si dispensatus ex falso nomine in rescripto apposito intelligat personam sibi notam, vitietur dispensatio. Ex p.7.tr.10. & Misc.1. Resol.35.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Sanch. *de matri. lib.8. disp.21. n.38.* putat enim in hoc casu validam esse dispensationem, nec hunc errorem obstare, si constaret, eodem modo concedendam dispensationem Petro incognito, si expressus esset, ac conceditur Ioanni eius noto, & familiari. Mouetur, quia in his Princeps non debet spectare, quis est sibi propositus, sed quis verè dispensationem petit, & intelliget: sicuti administrator sacramentorum, excepto matrim. non spectat, quis sit cui est administrandum sacramentum, sed suam mentem dirigit ad eum, qui sibi est præsens. Sup. hoc fra in Resol. 108. §. ergo ad.

2. Sed his non obstantibus adhæreo sententiæ affirmatiuæ, quam tuetur Petr. à S. Ioseph, *in idea Theol. moral. lib.1.c.11. resol.5.* vbi ait: Notandum dispensationem valere quando erratur circa nomen personæ, pro qua dispensatio petitur, quia scilicet dispensatio petitur pro tali persona, eique confertur, quidquid sit de illius nomine. Confirmatur, nam ex communi Iuristarum sententia, valet legatum, etsi testator in nomine legatarij errauerit, modò de persona constet. Sup. hoc Resol. seq. Resol.1. §. fin. & Resol.2. seq. §. fin. proxim.

3. Excipe, nisi dispensans ex falso nomine proposito, intelligat personam aliquam sibi notam: tunc enim dispensatio valere nequit, cùm dispensans non intendat eam concedere personæ, pro qua petitur, sed alteri. Nec dicas Sacram. validè conferri etsi ministet erret in persona recipientis: hoc enim verum est, quando intendit Sacram. conferre personæ præsenti, quæcumque sit, in dicto autem casu legislator non dirigit intentionem ad eum, in cuius gratiam dispensatio petitur, sed ad alium sibi notum; quare dispensatio tunc valere nequit. Ita ille, & ante illum Castrus Palaus *tom.1. tr.3. disp.6. punct.6. §.2. num.8.* Confirmatur hæc opinio præter rationem adductam, ex *§. si quis in nomine Institut. de legatis*, vbi error nominis, aut pronominis legatarij non obstat legato, notanter apponitur, quando aliàs de persona constat, quia tunc est error accidentalis: at in præsenti casu non constat de persona, cui petitur dispensatio, & relatio facit, vt prorsus intelligatur distincta. Ergo Secundò confirmo *ex capite significante, de rescrip.* vbi rescriptum datum contra Vicarium Remensis Diœcesis, cùm tamen fuerit Leodiensis, irritum decernitur, quia non constabat aliunde de persona, contra quam erat rescriptum impetratum sed in casu nostro, de persona cui petitur dispensatio, non constat, imò potius intelligitur dari omnino distinctæ. Ergo.

4. Nota tamen sententiam negatiuam quam tuetur Sanch. approbare etiam P. Amicum *tom.5. de inst. disp.6. sect.8. n.143.* eo quòd in gratiis concedendis præsumitur Princeps si aliunde contrarium non constet, attendere ad merita causæ, propter quæ gratia petitur, cuiuscumque tandem personæ sint merita, propter quæ gratia petitur. Et ideo vtramque sententiam puto probabilem esse.

RESOL.

RESOL. CVII.

An dispensatio sit subreptitia, quando erratur nomine personæ? Ex part. 8. tr. 3. Resol. 63.

§. 1. REspondeo negatiuè, & est communis Doctorum sententia, eaque apertè colligitur ex *Institut. de legatis*, §. 29. ibi, *Si quis in nomine, cognomine, prænomine, agnomine legatarij testator erraverit, si de persona constat, nihilominus valet legatum; ideòque in hæredibus seruatur rectè.* Et rationem reddit: *nomina enim*, inquit, *significandorum hominum gratia reperta sunt, qui si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest.* Quam doctrinam Sanchez *citata disput. 21. num. 38.* veram existimat, etiamsi dispensator nosset personam, cui dispensatio petitur, errato nomine veri petentis, eo quòd in gratiis concedendis præsumitur Princeps, si aliunde contrarium non constet, attendere ad merita causæ, propter quæ gratia petitur, cuiuscumque tandem personæ sint merita, propter quæ gratia petitur. Et ita hanc sententiam tenet etiam nouissimè Merolla *tom. 2. disput. 4. c. 6. n. 374.* cum Doctoribus, quos ego citaui *in part. 1. tractat. de legibus, resolut. 36.* quibus etiam adde Perez *de matrimonio, disput. 46. sect. 8. numer. 16.* & Portel *in responsi. moral. tom. 2. cas. 49. num. 2.* cuius verba in sequenti resolutione adducam.

RESOL. CVIII.

An dispensatio sit subreptitia, quando erratur nomine Diœcesis?

Et quid, si erratur nomine personæ? Ex part. 8. tr. 3. Resol. 64.

§. 1. HAnc quæstionem ego posui in loco superiùs citato; & pro affirmatiua sententia adduxi Villalobos, Monetam, & Sanchez, quibus nunc addo Merollam *tom. 2. disp. 4. cap. 6. n. 377.* quia in hoc casu non est error tantùm in nomine proprio, qualis esset, si diceretur, appellari Vicarium veræ Diœcesis, Petrum, cùm appellaretur Ioannes, sed erratum est, asserendo postulantem esse Diœcesis Neapolitanæ, acj proinde, virtute, petita est commissio Vicario Neapolitano. At Pontifex noluit illi committere, cùm omissio fuerit inuoluntaria, vtpote ex errore orta. Et quamuis, si petita esset vero Ordinario Capuano, illi committeretur, tamen illi nec petita est, nec commissa.

2. Confirmatur, quia error, quantumuis culpâ vacans, non efficit, vt rescriptum extendatur ad casum: qui sub verbis eius non comprehenditur, quamuis, si is petitus esset, rescriptum similiter concessum foisset, vt benè docent Innocentius *in cap. super litteris, num. 3. vers. Et nota, de rescript.* & *ibi* Ioan. Andr. *n. 5.* Panormitan. *n. 3. in fine*, Deci. *in nouæ editione, n. 13.* vbi alios refert. Et ponunt hi hoc exemplum. Si impetrans narrauit in rescripto, Titium sibi obligatum ex mutuo, petens, vt cogatur satisfacere, & errauit in causa debiti, vt pote, quod ex alio contractu consurgit, non poterit eo rescripto iuuari.

3. Confirmatur *secundò* ex doctrina Baldi *in l. præscriptione, num. 15. C. si contra ius*, vbi rescriptum subreptitium vocat, si quis in ciuitate Perusina, se nummos mutuo dedisse cuidam, narret, & impetret rescriptum, destinans in ea ciuitate iudicem, qui debitorem compellat soluere. Rationem huius assignat Baldus: quia si Princeps nosset, contractum cum eo initum esse, qui aliàs non subest iurisdictioni Perusinæ, non committisset illi iudici causam: quoniam vbi quisquam sortitur forum Ordinarij, sortitur etiam forum delegati, vt docent Innoc. *in cap. dilecti, n. 3. vers. sed dic. de foro compet.* Ergo &c.

4. Sed ego, *vbi suprà*, negatiuæ sententiæ adhæsi, quam me citato, tenet nouissimè Amicus *tom. 5. disp. 6. sect. 8. num. 145.* quia quando à Pontifice petitur dispensatio, ipsius intentio fertur ad Diœcesanum ipsius dispensandi proprium. Quare sicut error in persona dispensandi non tollit intentionem sufficientem ad valorem dispensationis eo, quòd dispensantis intentio fertur in materia causarum, quæ proponuntur, cuiuscunque tandem personæ illæ sint: ita nec error in Diœcesi tollit intentionem sufficientem ad valorem dispensationis, eo quòd Pontificis intentio fertur ad Diœcesanum ipsius dispensandi proprium, quicunque tamdem ille sit, qui Pontificis dispensationem cum ipso dispensando executurus sit. Confirmatur: nam supponitur, quòd si expressum fuisset nomen propriæ Diœcesis, adhuc gratia dispensationis concessa fuisset per proprium Diœcesanum exequenda: sed quando expressio falsi est talis, qua sublata, adhuc maneret voluntas dispensantis, non vitiat dispensationem, vt ex dictis constat: ergo. Sup. hoc supra in Res. 106.

5. Nec obstat dicere cum Sanchez, quia *in cap. significante, de rescriptis*, declaratur irritum rescriptum, in quo erratum fuit in nomine Diœcesis Rhemensis, pro Leodiensis: tum quia error in Diœcesi reddit inuoluntariam Pontificis concessionem respectu proprij Diœcesani. Nam respondetur *in d. cap. de rescriptis*, irritum declarari rescriptum, non quia erratum fuit in nomine Diœcesis, sed quia ex aliis circunstantiis non potuit sciri persona, pro qua rescriptum impetratum fuit. Ad rationem, negandum, errorem in Diœcesi inuoluntariam reddere dispensationem Pontificis: nam licèt illa non sit voluntaria formaliter, & expressè, est tamen voluntaria virtualiter, & implicitè cùm per eam intendat facultatem dispensandi delegare proprio Diœcesano ipsius dispensandi.

6. Et ita hanc sententiam præter Amicum, & alios Doctores à me citatos, tenet nouissimè Magister Texeda *in Theol. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 3. numer. 51.* Quia ait ipse, error ille se tenet ex parte voluntatis materialis Pontificis, qui non nocet, nec aufert valorem dispensationis. *Secundò*, quia tunc dispensatio est valida, quando adest iusta causa, vt concedatur: sed in præsenti adest iusta causa, vt concedatur; ergo, &c. *Tertiò*, quia voluntas formalis Pontificis, & dispensatio concessa terminatur ad illos, qui impedimento ligati contrahere prætendunt, ergo quòd per errorem committat dispensationem Vicario alterius Episcopi, cuius dispensati non sunt subditi, per accidens se habet respectu intentionis Pontificis, qui si reuera sciret Vicarium proprium dispensaturum, eodem modo committeret ei dispensationem; ea enim quæ per accidens contingunt, nec vitiant actum de se validum nec cadunt sub consideratione dispensantis. Vnde nostram sententiam satis probabilem, & tutam in praxi existimo.

7. Sed post hæc scripta inueni P. Perez *de matrimonio disput. 46. sect. 8. num. 18. & 19.* sententiam Sanch. docere, sic enim asserit. Si erretur in Diœcesi, cuius est is cui impetratur dispensatio, vt si dicatur eum esse Diœcesis Cæsaraugustanæ, cùm tamen sit Valentinæ, certum videri non posse Officialem Cæsarauguſta

saraugustanum eam dispensationem exequi. Patet, quia deficit intentio Pontificis committentis, quæ iuxta præscriptum in Tridentino *sess.22.cap.2. de reformat.* est committere legitimo Ordinario impetrantis, qui est officialis Valentinus.

8. Dico vltimò, nec posse officialem Valentinum, qui est legitimus Ordinarius, illam exequi dispensationem. Ratio est, quia in hoc euentu non est error in nomine, qualis esset, si diceretur appellari officialem veræ Diœcesis Petrum, cùm appellaretur Paulus: sed erratum est, asserendo postulantem esse Diœcesis Cæsaraugustanæ, & virtute petita est commissio officiali Cæsaraugustano, at illi noluit Pontifex committere, cùm concessio fuerit inuoluntaria, vtpote ex errore orta. Et quamuis si petita esset vero Ordinario Valentino, illi committeretur, at illi nec petita est, nec commissa. Vnde error quantumuis culpa careat, non efficit, vt rescriptum extendatur ad casum qui sub verbis eius non continetur, tametsi is petitus esset, litteræ similiter concederentur. Sicut, si quis narrasset in rescripto Petrum sibi obligatum ex mutuo, petens vt cogatur satisfacere, & erraret in causa debiti, vt pote quod ex alio contractu consurgit, non posset eo rescripto iuuari. Hucusque Perez.

9. Sed, vt dixi, nostra sententia est probabilis: vnde prætet Doctores citatos, nō deseram hîc apponere verba Portel *in respons. moral. tom.2.cas.49.n.2.* vbi sic ait. Valida est dispensatio quando erratur in nomine personæ, quia error in nomine personæ non mutat intentionem dispensantis. Bonacina *citato loco, n.6* citans multos, vbi ponit hunc casum. Si petens dispensationem dicat esse se Diœcesis Eborensis, cùm tamen sit Diœcesis Olysipponensis, & Papa remittat dispensationem faciendam ab Ordinario nominato in narratiua, cùm non sit verus ordinarius impetrantis: poterit in tali casu dispensare cum illo suus Ordinarius Olysipponensis. Nam Papa ibi intendit dare facultatem dispensandi Episcopo ipsius impetrantis. Ita *ibi* Bonacina cum Salas contra Sanchez dicentem in tali casu neutrum Episcopum posse dispensare. Sic ego vidi in casu simili. Misit Petrus, v.g. famulum, vel amicum, qui sibi afferret quendam Bullam Cruciatæ soluit Officiali Cruciatæ eleemosynam consuetam; sed famulus, vel officialis Cruciatæ errauit in nomine, & loco Petri dixit Franciscum. Respondi Bullam valere Petro, non obstante errore nominis: quia intentio Papæ, vel Commissarij Cruciatæ fuit dare Bullam illi: qui soluit eleemosynam. Aliud exemplum ponit Bonacina *eodem num.6.* dicens, quòd si scriptor Bullæ Romanæ dixit Papam per illam dispensare in tertio gradu affinitatis, cùm impetrans petierit dispensationem pro tertio gradu consanguinitatis, ait Bonac. Commissarium, cui committitur dispensatio, posse dispensare à voluntate Principis mandantis: & in hoc casu constat de voluntate Papæ, quòd velit dispensare cum isto in impedimento quod petiit. Ita Portel. Et tandem nostram sententiam contra Perez tenet nouissimè Escobar *in Theolog. moral. lib.1. exam.16 c.4.n.124.*

Sup. hoc in Ref. præterita, & in aliis §§. eius primæ not.

Sup. hoc in Ref. seq. §. vlt.

RESOL. CIX.

An sit valida dispensatio, quando erratur nomine Diœcesis, vt si Petrus sit Diœcesis Panormitana, dicatur esse Diœcesis Messanensis?

Et quid, si erratur nomine personæ?

Et notatur, quod rescriptum non vitiatur, vt à commissario mandari non possit, si error aliquis in curia scriptoris irrepserit, vt si pro tertio gradu affinitatis positus sit tertius gradus consanguinitatis, &c. Ex par.1. tr.10.Res.36.

§. 1. NEgatiuè respondet Sanchez *de matr.tom.3. disp.21.n.39.*& post illum Moneta *de commut.vlt.vol.c.12. concl.9. n.206.*& Villalobos *in sum. tom.1.tr.2.dub.43.n.11.*vbi sic ait: *Quando se hierra en el nombre, y no en la persona, no es la dispensacion subreticia, mas no es lo mismos quando la dispensacion viene errada en el Obispado, come si se comete al Prouisor de Zamora, y el que ha de ser dispensado, es del Obispado de Salamanca: porque como no se comete al de Salamanca, no puede dispensar, y assi esto no es error en nombre, sino en la persona. assi lo tiene Innocentio. y Abad.*] Ita ille.

Sup. comm. to in hoc, in Ref. præterita last per totam, & pro parte in Ref. seq.

2. Sed ego non solùm puto esse validam dispensationem; quando erratur in nomine personæ: vt quando nomen Petri exprimitur nomine Pauli, vt docet Pontius *de matr. lib.8 c.15. §. vlt.n.43.* Moneta *vbi supra, n.205.* Layman. *in Theol. mor. lib.1. tract.4. c.32.n.26.* sed etiam, quando erratur in Diœcesi Panormitana; cùm tamen sit Messanensis: quia constat, intentionem Papæ esse, vt solus proprius petentis Ordinarius cū illo dispenset: & si Ordinarius potest dispensare, quando erratur in nomine petentis; sic etiam poterit, quando erratur in nomine ipsius Episcopi. Et ita aduersùs Sanch. docuit Salas *de legib. disput.20. sect.16. n.123.* Sanctarellus *var. res. p.1.q.63. per tot.* Et hæc opinio bis, me consulente, posita est in praxi.

Sup. hoc in Pra in Ref. 107. & in aliis §§ eius primæ not.

Sup. hoc in Ref. præsenti in fine.

3. Nota etiam secundùm Laym. *in Theol. mor. lib.1. tr.4.c.32.n.26.* quòd rescriptum non ita vitiatur, vt à Commissario executioni mandari non possit, si error aliquis in curia scriptoris irrepserit, vt si v.g. Papa commisit Officiali, quòd si preces veritate niti cognouerit, cum Titio, & Caïa, apostolica auctoritate dispenset: sed erratum fuit in Bulla pontificia; nam pro tertio gradu affinitatis, positus fuit tertius gradus consanguinitatis.

RESOL. CX.

An error commissus circa personam, cui committitur rescriptum expediendum, vitiet illud? Ex part.7. tr.10.& Misc.1. Res.34.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Castrus Palaus *tom. 1. tr.3. disp.6. punct.16.§.2. n.6.* cui adde Pet. à S. Ioseph, *in idea Theol. mor. lib.1. c.11. resol.5.* vbi sic ait: Notandum 3 non valere dispensationem, quando erratur in persona, quæ designatur ad expediendum Rescriptum. Sit exemplum: cùm petis dispensationem ad ineundum matrimonium, fingis te esse Diœcesis Patisiensis, cum tamē sis Rothomagensis. Vnde fit, vt executio Rescripti, quo tibi dispensatio illa conceditur; Officiali Patisiensi committatur. In eo casu dico dispensationem esse inutilem, cùm nequeat Officialis Paris. eam exequi, eo quod intentio Pontificis est, talem executionem tuo Ordinario committere; nec etiam Rothomagensis, quia ad eum non dirigitur. Ita ille. Probatur hæc opinio, quia *in cap. significante, de rescrip.* declaratur irritum rescriptum, in quo erratum fuit in nomine Diœcesis Rhemensis pro Leodiensis, tum quia error in Diœcesi reddit inuoluntariam Pontificis concessionem respectu proprij Diœcesani.

Sup. hoc in Ref. not. seq.

2. Sed ego non discedo à sententia negatiua, quam docui olim, & quam me cit. tenet. P. Amicus, *tom.5. de iust. disp.6. sect.8.n.145.* quia quando à Pontifice petitur dispensatio, ipsius intētio fertur ad Diœcesanum proprium ipsius cui dispensandum est. Quare sicut error in persona dispensandi non tollit

intentionem

intentionem sufficientem ad valorem dispensationis, eo quòd dispensantis intentio fertur in merita causæ, quæ proponuntur, cuiuscumque tandem personæ illa sint: ita nec in Diœcesi error tollit intentionem sufficientem ad valorem dispensationis, eo quòd Pontificis intentio fertur ad Diœcesanum proprium eius cui dispensandum est, quicumque tandem ille sit, qui Pontificis dispensationem cum ipso, cui dispensandum est, executurus sit. Confirmatur: nam supponitur, quòd si expressum fuisset nomen propriæ Diœcesis adhuc gratia dispensationis concessa fuisset per proprium Diœcesanum exequenda: sed quando expressio falsi est talis, qua sublata, adhuc maneret voluntas dispensantis, non vitiat dispensationem, vt ex dictis constat, ergo.

3. Ad cit. cap. de Rescriptis, Resp. ibi irritū declarari rescriptum, non quia erratum fuit in nomine diœcesis, sed quia ex aliis circumstantiis non potuit sciri persona, pro qua rescriptum impetratum fuit. Ad rationem, negandum, errorem in Diœcesi voluntariā reddere dispensationem Pontificis: nam licèt illa non sit voluntaria formaliter & expresè, est tamen voluntaria virtualiter & implicitè, cùm per eam intendat facultatem dispensandi delegare proprio Diœcesano ipsius cui dispensandum est.

Recognosce meipsum *in part. 1. tr. de legib. res. 36.*

RESOL. CXI.

An dispensatio inter consanguineos, vel affines sit subreptitia non facta mentione de copula habita inter eos?

Et an in tali casu non teneantur, qui dispensationem petunt, ad interrogationem ordinarij de copula respondere, sed possint sine peccato negare, imo, & quamuis in rescripto dicatur, si copula non fuerit? Ex part. 1. tr. 10. Res. 44.

§. 1. HIc casus frequenter solet accidere: & talem dispensationem esse subreptitiam docuit nouissimè Layman. *in Theol. mor. lib. 1. tr. 4. c. 22. n. 18.* Rebellius *lib. 3. q. 5. sect. 4. n. 24.* Riccius *part. 4. decis. 308.* Garsias *de benef. tom. 2. part. 8. c. 3. n. 32.* Sanctarellus *par. 1. Var. resol. q. 52.* & ante illum Sanch. *de matrim. tom. 3. lib. 8. disp. 25. n. 8.* & alij penes ipsos. Et ratio potissima est: quia id exigit stylus Curiæ.

2. Non reticebo tamen, contrariā sententiam esse probabilissimam, & tutā in praxi: & præter Nauarrū, Vegam, Ouandum, Salzedum, Bernardū Diaz, Henriquez, Costa, Guttierrez, Ceuallos, & Rodrig. docet etiam hanc sententiam absolutè ante, & post contractū matrimoniū, Basilius Pontius *de matr. lib. 8. c. 17. §. 6. n. 32.* & post contractum matrimoniū Villalobos *in sum. tom. 1. tr. 14. diff. 27. n. 7.* quia copula illa carnalis, si fuisset expressa, faciliorem reddidisset Pontificē ad dispensandum. Ergo, &c. Et ideò in tali casu non tenentur, qui dispensationem petunt, ad interrogationem Ordinarij de copula respondere? sed possunt sine peccato, negare reticendo in mente: Vt tibi dicā. Imò, & quamuis in rescripto dicatur: *Si copula non fuerit* si ea dispensatio sit obtenta pro foro externo, adhuc valet, quāuis negetur: dummodo ea copula non pro-betur in externo foro; quia illa clausula intelligēda est intra naturā eius dispensationis. Et ita hanc sententiā probabilem etiam vocat Sanch. *vbi suprà n. 12.* Ad argumentū contrariæ sententiæ ita respondet Villalobos: (*Al estilo de la Curia digo: que no es derecho, ni haze irrita la dispensacion en el fuero interior, el callar la qualidad, que conforme a el se deuia explicar.*) Et de tali stylo Curiæ valdè dubitat Pontius, *vbi supr.* Notentur hæc omnia: quia passim erunt obuia.

RESOL. CXII.

An dispensatio inter consanguineos, vel affines sit subreptitia, non facta mentione de copula? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Res. 135.

§. 1. PRo affirmatiua sententia multos Doctores adduxi *in 1. part. tract. de legibus, resol. 44.* quibus nunc addo Petrum Ochagauiam *de Sacram. tr. 4. de matrim. q. 11. n. 4.* Homobonum *de exam. Eccles. part. 3. tr. 13. c. 11. q. 24.* Filliucium *tom. 1. tr. 10 part. 2. c. 12. n. 336.* & Tannerum *vbi infrà.*

2. Sed negatiuam sententiā docent plures Doctores, quos *ibi* citaui, & præter illos hanc sententiam docet etiā ex Dominicanorum familia Ioan. de la Cruz *in direct. conscien. p. 2. de matrim. §. de dispensationibus, dub. 14. concl. 2.* & ex Societ. Iesv Gaspar Hurtado *de matrim. disp. 26. difficult. 5. n. 22.* & Io. Præpositus *in 3. part. D. Thom. q. 8. de dispensationibus matrimon. dub. 6. num. 61.* & hanc opinionem probabilem esse docet etiam ex eadem Societate Adamus Tannerus *tom. 4. disput. 8. q. 4. dub. 9. num. 160.* quia incestus neque est impedimentum, quod ratione sui egeat dispensatione, neque iure præcipitur exprimi, quia non præcipitur iure scripto, vt patet, neque iure introducto, consuetudine, seu stylo Curiæ, cùm non semper exprimatur ex consilio virorum doctorum, quamuis aliquando ex consilio aliorum exprimatur, & quando exprimitur, non est causa motiua ad negandam dispensationem consanguinitatis, aut affinitatis; & quamuis sit causa ad concedendam dispensationem cum aliquibus additamentis, non tamen pertinet ad causam motiuam, quia illa non adduntur pro dispensatione consanguinitatis, aut affinitatis, sed in pœnam copulæ expressæ. Congregatio verò Cardinalium, quæ in contrarium adducitur, sequuta est partem probabilem & tutiorem, sed forsan non probabiliorem, quòd si taciturnitas copulæ habitæ ante commissionem Papæ non dirimit dispensationem consanguinitatis, vel affinitatis, multo minus dirimet, seu irritabit taciturnitas copulæ habitæ post commissionem Papæ ante expeditionem dispensationis ab Ordinario. Hæc omnia Hurtado *loco citato*, & Præpositus *vbi suprà*, etiam docet stylum Curiæ & declarationem Cardinalium procedere in foro exteriori.

3. Verùm his non obstantibus ego puto in hac quæstione non esse recedendum à sententia affirmatiua in vtroque foro, propter stylum Curiæ, qui in hoc facit ius, non obstante ea quæ dixi *in p. 1. tract. de legibus, sect. 44.*

ante finem hu-ius. Res. supra in Res. 91. §. Itaque & in' aliis eius not.

Quæ hic est Res. adden-dens, & in aliis eius primæ not.

Vt in annot. præteritæ.

RESOL. CXIII.

An in dispensatione impedimentorum matrimonij, sit explicanda copula iam habita.

Et quid, si Pontifex dispensauerit cum conditione, dummodo copula non interuenerit.

Et an in tali casu non teneantur, qui dispensationem petunt ad interrogationem ordinarij de copula respondere, sed possint sine peccato negare copulam, dummodo sit occulta, & secus si fuerit publica.

Et explanatur, quod incestus cum consanguinea non est impedimentum proueniens ex iure naturæ, neque ex iure Diuino positiuo, nec denique ex iure humano inducturn. Ex part. 8. tr. 3. Res. 81.

§. 1. AFfirmatiuè respondent aliqui, & ideò asserunt, quòd dispensatio obtenta à Pontifice

Sup. hoc in duabus præ-

cedentibus Resol. & infrà in Resol 119. §.1. & in Resol. 121.§. Sed hæc, & in Resol. 165. cursim & recitanter in eius §.1.

possquàm præcessit copula inter consanguineos, vel affines, prossus nulla est, si eius copulæ nulla mentio fiat in petitione dispensationis, hanc conclusionem tuentur Guttierrez *quæst. Canonic. lib.2.c.15. n.133.* Petrus Ledesma *de matrimon. quæst.6. art. vlt. dub.2. dissic.2.* & Sanchez 3. *tom. de matrimon. lib.8.disp.25.*

2. Probatur *Primò*, quia, vt *suprà* vidimus, id, quod stylus Curiæ Romanæ, & consuetudo Pontificis obseruant in dispensationibus, necessariò obseruandum est, aliàs dispensatio erit subreptitia; sed stylus Curiæ Romanæ requirit mentionem prædictæ copulæ, cùm impetratur dispensatio, vt saltem timore manifestandæ copulæ homines arceantur à copula incestuosa. Imò consuetudo Pontificis hoc etiam obtinuit, quia manifestato incestu non solet Pontifex dispensare absolutè in gradibus affinitatis, & consanguinitatis, sed cum quibusdam conditionibus,& limitationibus, vt exigendo maiorem quantitatem pecuniæ, imponendo aliquam pœnitentiam, & aliquod grauamen, vt scilicet superstes eo matrimonio soluto ad aliud matrimonium migrare non possit;necessarium ergo est, efficere mentionem copulæ præcedentis, vt dispensatio robur obtineat.

3. *Secundò* probatur ex declaratione Cardinalium relata à Marcilla *loco cit.* quæ hoc elegantèr explicat his verbis: Congregatio Cardinalium Concilij censuit, dispensationem censeri subreptitiam, si inter consanguineos, vel affines, vel spirituali cognatione coniunctos carnalis copula præcessisset, cuius mentionem in supplicatione non fecissent.

4. Probatur etiam hæc opinio, eo quòd incestus cum propria consanguinea est impedimentum; ergo est exprimendum, quam opinionem tenet gloss. *in cap. de incestis 35. quæst.3. gloss. final. in cap. si quis viduam 32. quæst.7.* Hostiensis & Abbas *in cap.1. de eo, qui cognouit consanguineam vxoris.* Angelus *in summa, verb. incestus, §. vltimo.* Anton. Cuchus *lib.5. maior. instit. tit.127 n.27. &* 28. text. *in cap. quia circa, de consanguinit. & affinit.* vbi decernitur faciendam esse mentionem Summo Pontifici de omni eo, quod illum reddat difficiliorem ad dispensandum, sequitur Iason *in l.1. num.2. C. si contra ius, vel vtil. public.* ex traditis *in cap. dudum, de elect. & cap. super litteris, & cap. postulasti, de reseriptis.* Curt. Iun. *cons.27. in fine, cons.32. in fine, cons.83. Præsupponitur in facto, num.9.* Crauet. *cons.296. col.4. & respons. pro republica Sauih. num.124.* Decius *cons.541. num.20.* Gozadin. *cons.6 num.6.* vbi dicitur, quòd subreptio inducitur, quando vel ratione iuris tertij, vel ob ius commune, non fit mentio alicuius, quod potest inducere Principem ad non concedendum.

5. Sed hoc non obstante, non desunt Doctores negatiuam sententiam tenentes. Et ita, mè citato; hanc sententiam tenent nouissimè Auersa *de sacram. Matrimon. quæst.19. sect.6.* vbi alios plures adducit. quibus ego addo Ochagauiam *tract.4. de sacrament. Matrimon. dispens. quæst.11. numer.4.* Perez *in matrimon. disput. 46. sect. 6. per totam.* Præpositum *in 3. part. quæst.8. de dispensat. matrimon. dub.6.n.41.* Hurtadum *de matrimon. disp.26.dissic.5. num.23.*

6. Dicendum est igitur in nostro casu, dispensationem non esse subreptitiam tacita copula, quia incestus non est impedimentum habitus cum consanguinea, secundùm veriorem opinionem, teste Sanchez *de matrimon. lib.7. disputat.15. num.16. & lib.8. disputat.25. num.8.* Ergo si non est impedimentum, non est declarandum. Incestus autem cum affinibus licèt præstet impedimentum, est tamen abrogatum ob contrariam consuetudinem, neque vlla eget dispensatione, vt probat Sanchez *d. lib. disputat* 17.vbi *num.9. & præcedentibus*, de hoc latè. Quòd verò incestus cum propria consanguinea nullum sit impedimentum, probatur, quia non est impedimentum proueniens ex iure naturæ, neque ex iure diuino positiuo, nec denique ex iure humano inductum. Igitur nec impedit, nec dirimit, nec est exprimendum in precibus, cùm nullo modo sit impedimentum incestus cum propria consanguinea, vt docet Couarruuias *in epitome 2.part. cap.6. n.4.vers. Qua in re.* Veracruz *in speculo, 1. part. art.23.* Florentin. 3. *part. tit.1. cap.16. §.4.* Castro *lib.1. de potestate, l. pœnal. cap.7.* vbi dicunt hanc esse communem, sequitur Cordub. *in quæstion. lib.1. q.12.* Ledesma *de matrimon. in. 7. quarti, quæst.60. art.4.*Matienz. *in rubric. tit.1. lib.5. nouæ collect. gloss.1. num.138.* Ergo non est facienda mentio copulæ cum propria consanguinea, & sine expressione illius valet dispensatio, vt tradit Nauar *in summ. cap.22.n.65.* docens se nunquam vidisse incestuosos petere dispensationem ad contrahendas nuptias. Valet ergo dispensatio suppressâ copulâ in precibus oblatis, vel supplicatione, vt etiam affirmat idem Nauarr. *cons.8. & duobus seqq. in.2. edit. tit. de consanguinit. & affinit.* cùm non sint narranda, nisi quæ iura præcipiunt, quamuis illius conditionis sint, vt illis expressis difficiliùs Papa dispensaret. At nullo iure cauetur quòd exprimatur copula incestuosa. Ergo, &c.

7. Ad argumenta verò contraria, respondendum est, *Primò*, incestum cum consanguinea secundùm veriorem, non esse impedimentum cum affine, licèt fuerit impedimentum olim, hodie per non vsum esse omninò sublatum. Ad resolutiones sacræ Congregationis respondent Henriquez,& Sà,ac Læl. Zechius, & alij *vbi suprà*, procedere quando incestus fuit publicus; secus quando est occultus, tunc enim non est subreptitia dispensatio, etiamsi dolosè occultetur incestus. Henriquez *d. cap.2.num2. litt. E, & n.6. §. cæterum.* Sup. hoc in §§. nov. seq.

8. Quin etiam addit Sà *verb. dispensatio, n.10.* quamuis dicatur Ordinario in dispensatione, vt dispenset,nisi copula præcesserit, velle Summum Pontificem, vt non dispensetur, si constet legitimè copulam non esse occultam in foro exteriori,vbi reus non tenetur dicere verum, nisi iuridicè interrogetur post sufficientia indicia. Vnde non habent responsiones sacræ Congregationis locum in foro conscientiæ, quando copula incestuosa est occulta, sed in foro exterioti, quando occulta non est.

9. Neque vrget argumentum de stylo Curiæ, quod magni pendit Menoch. *cons.316.n.12.* dicens tunc variari gratiam, quando supprimuntur,vel falsò narrantur qualitates, quæ secundùm claram iuris dispositionem, vel secundum stylum Curiæ narrandæ sunt. Ad quod respondet Geuall. *quæst.737. num.19.* Nauarrum, qui diu Romæ fuit, ibique ætatis suæ centesimum impleuit annum, de tali Curiæ stylo, an fortè esset, non deposuisse, neque illius Henriquez, & Sà, qui Romæ scripserunt, mentionem faciunt.

10. *Notandum* est tamen quòd in ista sententia,vt obseruat Villalobos *in summa, tom.1. tract.14. dub.27. numer.7. Se ha de aduertir, que si el Papa dispensa debaxo de condicion. Dummodo copula non interuenerit, en tal caso esta clausula se ha de entender, segun la materia de la dispensacion, como dizen, Sanchez, y Sà, de suerte que si la dispensacion se concede en el fuero exterior, no tienen obligacion de confessar la copula, sino es que se les pregunte auiendo precedido indicios, ò infamia, como dize Enriquez, y en* Sup. coarctato in hoc §. supra in Resol. 111. a med. §. vlt. & late in Resol. 119. §.2. propè fin. Quod si fuerit, & in Resol. 165. recitanter in §.2. & seq.

y en el cometo dize, que no se suele esta clausula poner por via de condicion, sino como modo. Mas si la dispensacion se comete con aquella condicion en el fuero de la conciencia, en tonces tiene obligacion à responder al Confessor de la copula, aunque sea oculta: y assi en el primer caso no seria la dispensacion irrita, aunque negassen la copula, y esto aunque fuesse con juramento, y cometiendo en ello pecado de periuro: mas en el segundo caso, si saluo si tuuiessen ya dispensacion de la copula.

RESOL. CXIV.

An saltem copula sit exprimenda, quando habita fuit ad facilius obtinendam dispensationem.

Et an, si sponsi habuerint inter se copulam hac spe, & intentione facilius obtinendi dispensationem, necessarium sit non solum exprimere copulam, sed etiam hanc spem, & intentionem.

Et quid, si ab vno illorum tantum spes concipiatur?

Ex part. 8. tr. 3. Resol. 82.

1. PRo responsione huius dubij, apponam ea, quæ circa illud docet Auersa *de sacrament. Matrimon. q. 19. sect. 6.* vbi sic asserit. Si sponsi habuerint inter se copulam, hac spe, & intentione facilius obtinendi dispensationem, communiter notari solet, necessarium esse, non solùm exprimere copulã, sed etiam hanc spem, & intentionem. Et communiter etiam ratio redditur, quia copula ex tali animo habita, tantum abest, vt sit causa facilioris dispensationis, quòd potiùs eam reddat difficiliorem, & retrahat Pontificem ab ea concedenda. At, hanc rationem reiiciens Sanchez *disp. 25. numer. 38.* vult in solo quoque Curiæ stylo fundari: quo consuetum est, in litteris dispensatoriis apponi hanc clausulam, *Dummodo copula habita non sit spe facilioris dispensationis.* Vnde ait, etiamsi quando prætermittatur talis causa, adhuc subintelligi, & ideo non valere dispensationem, nisi narrata copula habita ex illa intentione, Pontifex absolute dispenset. Dixerat autem *num. 21.* id procedere, quando ex parte vtriusque fuit habita copula ex tali intentione: alioqui si ex parte, vnius habita sit solùm ex fragilitate, seu libidine, & non ex tali intentione & fraude; non sit necessarium exprimere animum & dolum alterius.

2. Verùm si adhuc aliæ sufficientes causæ, dispensationis, quæ solæ absque allegatione copulæ valeant obtinere dispensationem: tunc necesse non erit exponere copulam, atque adeò nec eam intentionem qua habita est. At quando ex copula ipsa accipi debet causa, & sponsi hanc causam adducunt vt dispensationem obtineant, quia habuerunt inter se copulam, & ideo imminent grauia damna, & scandala, nisi inter se contrahant: tunc quidem oportet exponere, si ea intentione, & fraude habuerunt copulam, vt hac de causa faciliorem dispensationem obtinerent. Ita aduertit Pontius *numer. 32.* dicens cum Nauarro, id non oriri ex decreto Concilij, sed per se ex natura rei. Idem etiam volunt alij, qui praeterea eam rationem reddebant. Et quidem eo ipso, quòd dicuntur aliqui habuisse copulam spe, & intentione facilius obtinendi dispensationem, intelligitur, quòd voluerint; & velint ex causa & allegatione copulæ impetrare dispensationem. Alioqui non cogitassent, sibi prodesse copulam ad faciliorem dispensationem. Attamen, copula habita solùm ex fragilitate & libidine, potest quidè & solet esse causa rationabilis, inducens Pontificem ad dispensandum, sed habita ex ea intentione & fraude, retrahit potiùs à dispensatione concedenda. Et ideo, quando copula allegatur pro causa, debet exponi cum sua vera qualitate, & qua intentione habita sit, ne dispensatio euadat subreptitia, & irrita. Et hoc ipsum est quod stylo Curiæ confirmatur: apponitur enim ea clausula in litteris dispensatoriis, quando copula allegatur pro causa. Ac etiam si non apponatur, per se subintelligitur.

3. Vnde non deseram hîc apponere verba Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 14. diffic. 27. n. 70.* vbi sic ait. *Los que tuuieren copula con esperança de alcançar mas facilmente la dispensacion, obligacion tienen à hazer mencion desto en la suplica, y sino serà la dispensation surreptitia, como dize Iuan Gutierrez, Fr. Luys Lopez, Thomas Sanchez, y el Padre Fray Manuel Rodriq. con otros que citan: aunque algunos dizen, que solo fue esto verdad en tiempo de Pio V. El fundamento de la conclusiones, porque se suele poner esta clausulas conforme al stilo de la curia: Dummodo copula habita non sit, spe facilioris dispensationis. Y aunque alguna vez esta clausula no se pusiesse, es regla de Abad, y Syluestro, y otros, que las clausulas, que se suelen poner, conforme al stilo de la Curia, es visto estar puestas.* Ita ille.

4. Et tandem Portel *in respons. moral. tom. 2. cas. 49. num. 11.* hanc sententiam firmauit, sic asserendo. In obtinenda dispensatione exprimenda est necessariò copula incestuosa, si habita sit spe facilius impetrandi dispensationem, vel cum tractatu matrimonij, vel cum scientia, vel ignorantia impedimenti. Non enim sufficit exprimere copulam, sed etiam explicandus est animus (quamuis altet eorum tantùm talem habuerit animum) vel tractatus, quem contrahentes habuerunt ante expeditam dispensationem: sic enim seruat stylus Curiæ. Sic Bonacina *citato punct. 5. n. 10.* Sed in hoc quod ille ait, exprimendam esse copulam habitam cum spe facilius obtinendæ dispensationis, etiamsi ab vno illorum tantùm spes concipiatur, & aliàs fore dispensationem inualidam: in hoc vltimo illi non assentior, quin potiùs dico, quòd si vnus coniugum in copula incestuosa concipiat illam spem facilius impetrandæ dispensationis, impetratio erit valida, expressâ copulâ, licèt non exprimatur illa spes facilius impetrandi ab vno tantùm concepta. Ita expressè tenet Sanchez *lib. 8. de matrimon. disp. 25. num. 31.* licèt Bonacina illum citet pro se *in n. 24. eiusdem disp. 25.* quod clarè, & efficaciter probat ex Concilij Tridentini verbis, vt *ibi* poteris videre. Ac proinde tenet quòd si vnus tantum fornicantium incestuosè spem concipiat facilius impetrandæ dispensationis, idque alteri non reuelet: dispensatio erit valida, etiamsi in petitione non exprimatur copulam fuisse habitam cum spe facilioris impetrationis. Hæc omnia Portel. Quæ omnia maturè consideranda sunt ante petitionem dispensationis, ne vitio subreptionis laboret.

Sup. hoc supra in fine §. 1. huius Resol. & infra in Resol. seq. §. Sed quid.

RESOL. CXV.

An qui copulam habuit, vt facilius possit à Summo Pontifice dispensationem obtinere, teneatur hanc intentionem explicare, si illa tantum interius concepta fuerit, & non manifestata.

Et quid, quando ita facta fuit ex parte vnius tantum?

Et notatur, quod quando copula fuit habita post concessionem dispensationis per Pontificem factam, ante tamen quam ordinarius illam exequatur, dispensatio valida fuit circa impedimentum supra narratum, sed tenentur in hoc casu contrahentes dispensationem ab Episcopo obtinere.

Et quid est dicendum, si ea spe, vt facilius Papa dispenset, contrahit matrimonium, vel consummat matrimonium cum impedimentis, de quibus Concilium Tridentinum sess. 24. c. 3. *agitur?* Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. Res. 36.

Sup. in Res. præcedenti, & in Res. seq. & infrà in Res. 163. prope finem §. Respondeo.

§. 1. AFfirmatiuè respondent Doctores: asserunt enim absolutè, & sine vlla distinctione, copulam cum illa spe explicandam esse. Ita docet Guttierrez *in can. qq. lib. 1. cap. 15. num. 20.* Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 25. num. 38.* Rebellius *part. 2. lib. 3. q. 5. num. 24.* & alij: quia stylus Curiæ habet, vt in litteris dispensationis impedimenti consanguinitatis, vel affinitatis, explicata copula addatur clausula conditionalis; hæc *Dummodo copula habita non sit spe facilioris dispensationis.* Quare, licèt ea non addatur, nec explicetur copula, amplectendo opinionem probabilem dicentem, non esse eam necessariò explicandam, adhuc non suppletur hæc clausula, & dispensatio erit subreptitia, non explicata copula hoc animo habita: eò quòd stylus Curiæ declararit, mentem Pontificis esse, non dispensare in hoc casu, nisi id exprimat.

Sup. hoc in Res. seq. §. 2. ante medium, & in alio §. eius annot. Sup contento ab hoc vers. Quãdo. in Res. seq. §. 2. ad medium, à vers. Mas quando. & infra in Res. 163. §. Quando.

2. Tamen, his non obstantibus, Castrus Palaus, *tom. 5. disp. 4. punct. vlt. §. 3. num. 9.* putat probabile, hanc intentionem iniquam copulæ ad faciliorem dispensationem obtinendam, manifestam esse debere: nam si interiùs tantùm concepta sit, cùm humanæ potestati non subdatur, non videtur necessariò exprimenda. Et hanc sententiam absolutè tenuit Gaspar Hurtado *de matrim. disp. 26. dissic. 5. n. 26.* vbi sic ait: [Quando verò commissio Papæ sit pro foro conscientiæ, vt quando committitur discreto viro, & in ea ponitur, aut clausula illa, *dummodo copula non fuerit*, aut illa, *dummodo copula habita non sit spe facilioris dispensationis*, tunc dispensatio erit nulla in priori casu, si copula fuit verè habita, quamuis sit omninò occulta, & non constet commissario, & in posteriori, quando copula vere fuit habita dicta spe; quia tunc commissio sit commissario, vt dispenset dependenter à veritate non habitæ copulæ, aut non habitæ dicta spe, tanquam à conditione, dummodo spes sit exteriùs significata, & non tantùm interiùs concepta: quia spes interiùs concepta, non subest humanæ potestati.] Ita ille.

3. Et hanc doctrinam P. Martinus Perez *de matrim. disp. 46. sect. 7. n. 7.* extendit ad matrimonium contractum cum impedimentis, de quibus Concilium Tridentinum, *sess. 24. c. 3.* cum animo, vt faciliùs ex hoc Papa dispenset: sic itaque asserit: [Si prædictum matrimonium eo animo ineatur, vt faciliùs Pontifex dispenset; hunc quoque animum simul cum matrimonio explicandum esse: vt valeat dispensatio. Hoc etiam mihi videtur certum: quia Tridentinum *d. c. 5.* ideò statuit, vt scienter contrahens illud matrimonium, careat, spe dispensationis ad compensandam multorum audaciam qui ea spe freti inibant ac consummabant matrimonium, non obstante impedimento dirimente. Igitur Tridentinum volens punire eam deordinatam spem facilioris dispensationis ex facto ipso præsumptam, à fortiori formalem ipsam spem puniet, volens ipsam explicari. Idem dico, si ea spe consummetur matrimonium; est etiam consummationis, & illius spei mentio facienda.

4. Est verò notandum, hanc spem, cuius est mentio facienda, debere esse exteriùs significatam, & non tantùm interiùs conceptam: quia spes interiùs tantùm concepta non subest humanæ potestati.] Hæc P. Perez cum Hurtado consentiens, quæ quidem valdè notanda sunt.

Sup. hoc in Res. præteri-

5. Sed quicquid sit de hoc Sanch. *n. 31.* putat, non esse necessarium mentionem facere de copula cum spe facilioris dispensationis, quando fuit facta ex parte vnius tantùm, quod etiam firmat Perez *loco citato, n. 13.* Quæ omnia satis in dies practicabilia sunt. Sed circa præsentem quæstionem, si casus acciderit, ne deseras vide Leandr. *de Sacram. tom. 2. tract. 10. disp. 25. q. 31. & 32.*

ta in fine & in §. si.

6. Notandum est etiam hîc, Texedam *in Theolog. moral. tom. 2. lib. 4. tr. 3. contr. 24. n. 8.* cum Rodriquez, Vega, & Nauarro, docere contra Sanch. *vbi supra, n. 8.* quòd, quando copula fuit habita post concessionem dispensationis per Pontificem factam, ante tamen quam Ordinarius illam exequatur, dispensatio valida fuit circa impedimentum narratum. Ratio est; quia eo casu veritas fuit narrata, & causa vera existit dispensandi, nec vitium aliquod preces continent: ergo ex nullo capite dispensatio est subreptitia.

Sup. contento in hoc §. in Res. 118. & in aliis eam annotationum pro hac qua

7. Obiicit Sanch. Ad valorem dispensationis inter consanguineos est simpliciter necessaria veritatis narratio facta Pontifici: ergo, dum exequuta non fuerit dispensatio per eum, cui commissa est expeditio, redditur subreptitia. Probatur consequentia ex illis verbis à Pontifice adiectis, quando committit commissario facultatem dispensandi: *Si ita inueneris*, &c. Respondetur, nihil probare argumentum: nam illa verba adiecta in commissione faciunt hunc sensum: *Si ita inueneris mihi fuisse eo tempore narratum.* Vnde, cùm veritas fuisset Pontifici narrata, & tunc nulla fuisset inter contrahentes consanguineos copula; valida est dispensatio, nec proinde ad Pontificem recurrendum est pro noua dispensatione. Fateor tamen, eo casu indigere contrahentes illos dispensatione Episcopi, atque ita commissarius dispensationis tenetur de prædicta copula Episcopum consulere, & ante eius dispensationem exequi: sic audiui à multis Patribus Magistris meis Salmanticæ, vbi similis casus occurrit, & iudicatũ fuit ab illis id, quod à nobis relatũ est.] Hucvsque Texeda. Tu cogita, an probabiliter.

RESOL. CXVI.

Si quis habuit copulam cum affine, vel consanguinea, vt facilius obtineret dispensationem, quæritur, an, tali intentione Pontifici non explicata, dispensatio sit valida.

Et docetur intentionem occultam, & alteri non manifestatam habendi copulam cum spe facilioris dispensationis, non vitiare dispensationem, neque esse fatendum etiam in commissione data in ordine ad forum conscientiæ.

Et quæritur, an contrahentes non teneantur copulam fateri nisi casu, quo interrogentur ab ordinario præcedentibus indiciis, aut infamia?

Imo, quamuis in dicto casu sit infamia, aut semiplena probatio copulæ; & quamuis contrahentes interrogati negent illicitè, dispensatio ab ordinario facta erit valida.

Et an non sit necessarium in eadem supplica omnia impedimenta eiusdem qualitatis explicare, sed sufficere vnum post alterum in diuersis supplicationibus, & temporibus explicare; & de illis dispensationem obtinere? Ex p. 10. tr. 11. & Misc. 1. Res. 44.

Sup. hoc in duabus præcedentibus Res. & infra in Res. 163. prope finem §. Respondeo.

§. 1. SI in dispensatione apponatur clausula, *Dummodò copulam non habuerint, spe facilioris dispensationis*, certum est; quòd dispensatio erit nulla. Difficultas igitur procedit, si secluſa dicta clausula, dispensatio sit valida. Et negatiuam sententiam docet Sanchez, *lib. 8. disp. 25. num. 3.* & alij pones ipsum.

2. Verùm affirmatiuæ sententiæ adhæret Leandrus *de Sacram. tom. 2. tract. 9. disput. 24. quæst. 32.* vbi citat Henriquez, Ledesmam, Pontium, & alios, quibus adde Martinum de San Ioseph, *in non-*

Confess.

Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 46. de Matrim. numer. 3. vbi sic ait. *Tambien me parece mas probable, que no ay obligacion de declarar en la suplica la copula, que se tuuo con animo de facilitar la dispensacion, porque no siendo necessario declarar la copula, tampoco ay necessidad de declarar la malicia del animo; y no ay Derecho, que mande significar tal cosa: y porque* Sanchez lib. 8. de Matrim. disput. 25. num. 38. *y otros Autores de la contraria sentencia, hazen es fuerço con vna declaracion de Pio V. en que dixo, que sino se declarana esse animo, non era su intencion de dispensar; se responde, que siendo cierta la declaracion de Pio V. duro solamente por su tiempo.* Ita ille. Sed quicquid sit de his opinionibus, de quibus ego alibi; certum est, Me recte his diebus consuluisse, intentionem occultam, & alteri non manifestam habendi copulam cum spe facilioris dispensationis, non viuiare dispensationem, neque esse fatendam etiam in commissione data in ordine ad forum conscientiæ, vnde apponam hic verba eiusdem Martini de San Ioseph, *loco citato, num. 7.* sic asserentis: *Mas quando la commission, que da el Pontifice para dispensar, es para el fuero de la conciencia, y và di rigida à algun varon discreto con la clausula, y condicion,* Dummodò copulam non habuerint, *o* dummodò non habuerint spe facilioris dispensationis *aurà obligacion de confessar la verdad, aunque sea de la copula muy occulta, y sino se haze assi, sera nulla la dispensacion, porque el Pontifice la dio con aquilla condicion para el fuero de la conciencia, Lo mismo es de la esperança de la facilidad en la dispensacion; que si es intiento, quando se tuuo la copula, se significo exteriormente, aurà obligacion de confessario al varon discreto, aunque sea ocalto: pero si el intiento no se significò, sino solamente se retuuo en el animo; no aurà obligacion de declararlo: porque los conceptos del anima, que no se significan exteriormente, no estan sugetos à potestad humana.* Hæc Martinus, cui adde Leandrum, *quæst. 34.* & ante illos eadem asserit Hurtadus *de Matrim. disput. 26. difficult. 5. num. 26.* si verò intentio fuit manifestata, licèt copula sit occulta, quandò apponitur clausula, *Dummodò copula habita, &c.* tunc dispensatio non valeret. Quòd si fuerit obtenta pro foro externo, & directa ordinario, valebit dispensatio, quamuis negetur copulam, dummodò hæc non probetur in foro exteriori. Ratio est, quia dicta conditio seu clausula, *Dummodò copula non interuenerit*, intelligenda est iuxtà naturam dispensationis concessæ: vnde contrahentes non tenentur copulam fateri; nisi casu, quo interrogentur ab Ordinario, præcedentibus indiciis, aut infamia. Sic Henriquez *lib. 12. de Matrim. cap. 2. num. 7.* Sà *verb. dispensatio, num. 10.* Basilius, *lib. 8. cap. 17. num. 33.* & Hurtadus, *disp. 26.* addens, quòd quamuis in præfato casu sit infamia, aut semiplena probatio copulæ, & quamuis contrahentes interrogati negent illicitè (vt facient, si negent) dispensatio ab Ordinario facta sit valida; dummodò copula Ordinario non plenè constet; quia dum non constat plenè, non dicitur interuenisse copula modo sufficienti; eò quòd, cùm commissio facta fuerit, Ordinario in foro exteriori, seu iudiciali, etiam clausula intelligenda est in eodem sitio: at si Ordinario plenè constet, & dispenset, dispensatio erit nulla, quia clausula illa est conditionalis, qua commissio ei limitatur. Vide Leandrum, *quæst. 32.*

3. Nota obiter Martinum *vbi suprà tractat. 45. num. 7.* & Leandrum *quæst. 35.* admittere tanquam probabilem illam sententiam asserentem, non esse necessarium explicare in eadem Supplica omnia impedimenta eiusdem qualitatis, sed sufficere vnum post alterum in diuersis supplicationibus, & temporibus explicare, & de illis dispensationem obtinere & ad stylum Curiæ in contrarium; respondent, illum extrà Romam non obligare, vel obligare in foro externo, & non in foro conscientiæ. Ita Leandrus *quæst. 48.* Martinus Perez, *de Matrim. disp. 46. sect. 6. num. 4. & 9.* & alij penes ipsos. Sed ego contrariæ sententiæ adhæreo.

Sup. hoc latè supra in Resol. 91. §. Itaque, & in aliis eius not.

RESOL. CXVII.

Solet Pontifex dispensare vel ratione iacturæ famæ, vel ratione copulæ; sed hac sola existente, vt facilius dispensatio impetraretur, quidam apposuerunt in petitione, quod adfuit copula, & quod adest iactura famæ, quæritur an talis dispensatio sit valida? Ex part. 10. tract. 11. & Misc. 1. Resol. 43.

§. 1. NEgatiuè respondet Corduba, & alij, quos citat Sanchez *de Matrim. lib. 8 disp. 21. n. 45.* asserentes, quod in casu, quòd quis petat à Pontifice dispensationem in secundo gradu Consanguinitatis, allegans ex vna parte copulam inter consanguineos ipsos habitam; & ex alia, scandalum & infamiam secutam, aut subsequendam; si prima causa sit falsa, etiamsi secunda sit vera, sit irrita, & inualida dispensatio. Confirmatur hæc opinio ex doctrina Guttierrez *in Q. Q. Canonic. lib. 2. cap. 15 num. 108.* asserentis: dispensationem ad matrimonium esse subreptitiam, si vel vna causa, ex pluribus allegatis sufficientibus, falsa sit.

Sup. hoc in Resol. seq. à principio vsque ad §. Vnde. & supra in Resol. 101. & 102. §. Dico tertio, & in Resol. 115. §. penul. & vlt.

2. Sed meritò Sanchez *lib. 8. disput. 22. à num. 42. vsque ad 45.* affirmatiuam sententiam tenet indiuidualiter in casu nostro; quia Pontifex, secluſa copula, ob solam iacturam famæ Fœminæ, ad timorem, vt ob id innupta remaneat, solet dispensare; ergo copula tacita, adhuc ea dispensatio concederetur: ergo non est subreptitia, ea falsè proposita. Et hanc sententiam tenet etiam Leandrus *de Sacram. tom. 2. tract. 9. disput. 24. quæst. 51.* Ochagania, *tract. 4. de Matrim. quæst. 9. num. 12.* Bonacina *de legibus, disput. 1. quæst. 2. punct. 4. num. 2.* & Martinus de San Ioseph *in mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 40. de Matrim. num. 4.* vbi sic ait: *Mas quando se allegan muchas causas, que vnas son verdaderas, y otras falsas; no es irrita la dispensacion, si alguna de las causas verdaderas, que se alegaron es tal, que suele el Pontifice dispensar con ella: porque basta, que la principal sea verdadera*, argum. ex §. sic plures. Institut. de excusat. tutor. *y quando en la narratiua se ponen muchas copulatiuas, que de Derecho son necessarias,* resoluitur copulatiua in disiunctiuam, *ex cap. Iamdudum de Præbendis*, & quando narrantur causæ disiunctiuæ, sufficit alteram esse veram, *ex cap. inter cæteras de rescript. Y assi, quando se pusieron por causas, que auia auido copula, y que quedraria infamada la muger, no se haziendo el casamiento: si esta causa vltima fuesse verdadera (que es tal, que con ella sola suele dispensar el Pontifice) no se viciaria la dispensacion, aunque no fuesse verdad que interuino copula.* Ità ille; cui adde omninò videndum, Basilium Pontium *de Matrim.* qui addit hanc sententiam procedere, etiam si falsis testibus ea causa probetur, dummodò vera illa sit; sic enim ait *lib. 8. cap. 17. §. vlt. num. 41.* Si plures causæ proponantur, si vtraque est insufficiens per se, & integrant vnam causam sufficientem; si aliqua earum est falsa, corruit dispensatio; quia illis nititur voluntas dispensantis. Sumiturque hæc doctrina *ex cap. Postulasti de Rescriptis*, quam latè docet Couarruuias, *lib. 1.*

Sup. hoc in Resol. 1. not. præteritæ, signanter à principio.

Sup. hoc in Resol. 1. not. primæ huius Resol. §. Vnde occasione. & in Resol. 3 recitanter. in eodē §. Dico.

certio in principio.

Vacarium. cap.20. num.5. Iudicabitur autem vtramque insufficientem esse, quando ex quacumque illarum seorsim non solet concedi dispensatio. At si vna causa sit sufficiens ex consuetudine, & stylo; & ea vera, alia autem, quæ additur sit falsa: communior sententia est, quæ docet, valere. Quod verum est, etiamsi falsis testibus ea causa probetur, dummodò illa vera sit. Hæc Pontius, & ego.

RESOL. CXVIII.

An si allegata copula, & exinde iactura famæ, & scandali, si vere iusta adsint, Papa dispenset, dispensatio sit irrita, copula non sequuta?

Et an, si in ipsa petitione plures proponantur causæ, debeant omnes ad hoc, vt dispensatio valida sit, verificari?

Et an sola expressio causæ falsæ finalis, quæ si vere exprimeretur, non concederetur dispensatio, dispensationem irritet?

Et in §. vltimo huius Resolutionis alius casus valde notandus additur, qui sæpius contingit in praxi, & ex quo etiam deducuntur alij diuersi casus. Ex p.8. tr.3. Res.65.

Sup. hoc ex doctrina Res. præcedētis signanter in §.2.ad lin.3 & supra in Res. 102. §. Dico tertio. ad lin.7. & lege doctrinam Res. 101. & signāter vers. Quarto respondemus. lin. 6. ante finem, & ex Res.115. §. penult. & vlt.

§. 1. MVlti affirmatiuè respondent; & inter illos Corduba *in summa, quæst.45.* vbi ponit hunc casum. *Pedro, y Maria primos hermanos en segundo grado; se tuuieron grande amor y conuersacion demasiada: de manera que fue sin copula: por lo qual huuo grandes sospechas y riñas entre parientes. Ellos para remediar esto, y satisfacer à su amor, dieronse las manos secretamente delante dos, otres testigos, y con iuramento se recibieron por palabras de presente, por marido y muguer, con que el truxesse del Papa la dispensacion para casarse in facie Ecclesiæ. Y assi el fue à Roma con harto trabajo por ser pobre: y por medio de vn curial, alcançó del Papa vna comission para vn perlado deste reynò, que por quanto Pedro y Maria primos hermanos en segundo grado auian intentado casarse, y auian consumado el matrimonio, y aun por ventura de la tal copula ella quedaria prenada: de lo qual auia escandalo y se temia mayor, por tanto su Santidad a peticion de los dichos cometio su auctoridad al dicho perlado, para que hecha la informacion, si assi era, dispensasse con ellos que se casassen in facie Ecclesiæ, y les diesse penitencia saludable.*

2. *Auida este comission, dixole el Curial, que no la pudo alcançar de otra manera, sino haziendo falsa relacion, diziendo, que auia tenido copula la qual no auia hauido: y que para hazer verdadera esta relacion era necessario procurasse auer la copula, antes que el perlado a quien esto se cometia dispensasse: porque en la informacion que antes auia de hazer hallasse que auia auido la copula porque de otra manera no dispensaria. Y assi se hizo, que el Pedro buelto de Roma dixo a su esposa Maria que traya todo recado, y que ora manester primero, que dispense el perlado, auer copula, porque juran la verdad en la informacion que se hauia de hazer. Y ella assi lo creyo y tuuieron la copula, aunque ella entendio, que pecaua en ello antes de la dispensacion. Y assi al tiempo que se hizo la informacion juraron que hauian tenido copula, sin dezir quando, porque no se lo preguntaron, que si lo preguntaran, juraran diziendo la verdad, que despues de trayda de Roma la condicion del Papa. Y assi dispensò aquel perlado con ellos, que se casassen, como se casaron in facie Ecclesiæ, y los absoluio de la censura y los dio su penitencia, conforme a la comission. Y despues de algunos dias, que hazian y a su vida maridable, ella en vna confession tratando la manera de su casamiento, supo que no estauan bien casados por auer fido la dispensacion subreptitia. Preguntase agora, si es valido este casamiento: y sino que remedio podia auer en ello.* Ita ille. Et postea respondit talem dispensationem fuisse subreptitiam. *Pues, ait ille, consta claramente, por el dicho del Curial, que alcançó esta dispensacion, que la relacion falsa que hizo a sabiendas (diziendo que y a auia auido copula) fue causa de la dispensacion. Y el Papa si supiera la verdad en ninguna manera concediera la tal dispensacion, o no la concediera tan facilmente. Y agora la tal copula sea causa final, agora impulsiua, mediata, o immediata, total, o parcial, pues al tiempo de la impetracion y relacion auia de ser verdadera la tal causa y copula passada, y no basta que lo sea despues, segun Panormit.* in cap. quia circa, de consanguinit. & affinit. *La qual entonces no fue verdadera: y assi fue subreptitia, scienter facta. Y por consiguiente la dispensacion fue nulla: pues fue contra la forma de la comission del Papa, que dispensasse aquel perlado, si era verdadera la relacion, que se hizo al Papa, a la qual tambien se remite el perlado en la dispensacion que hizo. Y assi dize esta segunda opinion en este primero punto, que no pueden hazer vida maridable: y que es necessaria otra dispensacion del Papa, haziendole relacion verdadera, y de la subrecion que vuo en la dispensacion passada: y assi mas facilmente dispensara, o suplira la falta passada, viendo que ay algun tiempo que estan casados in facie Ecclesiæ, &c. Y esta opinion es mas comun, y mas verdadera.* Hæc Corduba; cui adde Vegam *in summa part.1. cas.88.*

3. Sed ego asserò, quòd si Papa dispensaret cum consanguineis, allegatâ copulâ, ex qua mulier iacturam famæ passa esset, & inde scandala subsequenda, & ea copula non esset habita, tamen verum esset, mulierem iacturam famæ passam esse, & inde scandala subsequenda eam dispensationem non esse subreptitiam. Et ita docet Sanchez *lib.8. disp.21. n.45.* Bonacin. *de legibus, disput.1. quæst.1. punct.4. §. si verè conceditur*, & Merolla *tom.2. disp.4. cap.6. num.386.* Probatur hæc opinio; non sola copula cum consanguinea, cùm crimen incestus sit, non potest, recta iustitia, Principem mouere ad dispensandum, vt benè docet Couarruu. *4. Decretal. 2. part. cap.6. §.10.n.13.* Immo hæc copula difficiliorem reddere solet dispensationem, ac proinde iniungitur illis pœnitentia compositionis cuiusdam pecuniariæ. At verò infamia, & scandala inde secuta, & quòd mulier remaneret innupta, præbent iustam dispensandi causam. Cùm ergo hæ causæ veræ sint, valebit dispensatio. Et confirmatur, quia Pontifex, secluſa copula, ob solam iacturam famæ fœminæ, ac timorem, vt ob id innupta maneat, solet dispensare. Et hanc opinionem videtur etiam aperte tenere Gaeta *can. ad limina 30. quæst.1. §.4. q.134. & num.365.* vbi ait, valere dispensationem impetratam à Pontifice ex falsa relatione initi, & consummati matrimonij inter consanguineos; cùm tamen nondum esset consummatum; quia similiter, immò facilius, non habita consummatione, solet dispensare.

Sup. hoc in Res. non præterita.

4. Et ideo præter Doctores citatos, hanc sententiam tenet nouissimè Amicus *tom.5. disput. 6. sect.8. n.150.* vbi sic ait. Ex his colligitur, quòd dispensante Papa cum consanguinea, allegata copula pro causa, & infamia mulieris cum scandalo secuta, etiamsi copula habita non esset, modò infamia cum scandalo secuta foret, valere dispensationem: quia adhuc manet causa finalis mouens Pontificem ad dispensationem concedendam, quæ est ad consulendum famæ mulieris, & ad vitanda scandala ex præsumpta copula secuta: est enim copula solùm materia, & occasio, non ratio mouens ad dispensationem concedendam. Ita

ill e;

ille; cui etiam adde Texedam *tom.2.lib.4. tract.3. numer.9.* & Portel *in respons. moral. tom.2. casu.49. num.4.* cuius verba hîc non grauabor apponere; sic enim asserit. Si petatur dispensatio ad contrahendum cum consanguinea, & allegetur pro causa, quòd copula præcessit, quæ tamen reuera non præcessit, dispensatio nulla est, quia narratur vna tantùm causa, & illa est falsa. In omni dispensatione Papæ semper intelligitur hæc conditio, *si preces veritate nitantur.* Etin hoc casu narrata vna tantùm causa, & illa falsa, preces non nituntur veritate. Bonacina *num.8.* vbi addit, quòd si petatur dispensatio à Papa ad contrahendum cum consanguinea, allegatis multis causis copulatiuè, videlicet, quia præcessit copula, & est periculum scandali, & infamiæ inde suborituræ, valet dispensatio, etiamsi copula non præcesserit: quia Papa solet illam dispensationem concedere ob solum periculum infamiæ, quod ibi verè intercessit, & proinde preces veritate nituntur, licèt illud de copula falsum fuerit. Addit quòd quando narrantur duæ causæ disiunctiuè, sufficit quòd aliqua illarum sit vera, vt valida sit dispensatio. Ita Portel.

5. Vnde occasione huius quæstionis quærendum est in generali; An si in ipsa petitione plures proponantur causæ, debeant omnes, ad hoc, vt dispensatio valida sit, verificari? Affirmant aliqui apud Sanchez *disp.21. num.43. de dispens. matrios.*, Iecus, de contentiosa, quæ ad lites inundas impetratur. Ratio, quia id, indicat tacita clausula in omni dispensatione subintellecta, *si preces veritate nitantur.* vbi per preces intelliguntur omnes causæ in petitione expositæ.

6. Negant verò alij, quos sequitur ipse Sanchez *num.44.* Idque sequitur ex nostra doctrina. Nam sola expressio causæ falsæ finalis, quæ si verè exprimeretur, non concederetur dispensatio, dispensationem irritat. Reliquæ autem causæ etiamsi falsæ sunt, dispensationem non irritant, eo quòd adhuc illis verè explicatis, concessa fuisset dispensatio.

7. Vnde ad fundamentum oppositæ sententiæ respond. prædictam clausulam intelligendam esse de causa tantùm finali, quæ sola censetur substantialis ad dispensationem impetrandam. Nec refert, quòd plurali numero exprimatur; quia interdum causa finalis adæquata consurgit ex pluribus causis partialibus. Hinc fit, vt si causæ finales sint plures adæquatæ, exquarum qualibet concessa fuisset dispensatio, vna tantùm vera sufficiat ad dispensationis validitatem. Secus quando sunt partiales, integrantes vnam causam totalem adæquatè mouentem Principem ad dispensationem concedendam. Et hæc omnia docet Auilius *vbi supra*; quæ deseruient pro resolutione multorum casuum in dies succedentium.

8. Sed quia accedit sermo de copula, apponam dubium, quod ex Bonacina notauit Portel *in resp. moral.tom.2. cas.49. num.9.* sic enim ait. Sequitur casus positus à Bonacina, de quo ipse ait sæpiùs fuisse consultum, qui talis est: petiit Petrus dispensationem à Papa ad contrahendum matrimonium cum Antonia consanguinea, cum qua habuerat iam copulam. Papa per suas litteras commisit Episcopo, vel Confessario, vt in illo casu cum illo dispensaret. Sed antequam dispensatio executioni mandaretur ab Episcopo, copulam carnalem habuit cum eadem Antonia consanguinea. An litteræ dispensationis illi suffragentur non solùm pro copula habita ante petitionem dispensationis, verùm etiam pro copula habita post petitionem antequam dispensatio executioni daretur ab Ordinario? Respondet Bonacina prædictas litteras suffragari, & Ordinarium virtute illius facultatis sibi commissæ posse dispensare. Ratio est, quia non inducitur nouum impedimentum per superuenientem copulam, sed idem manet, cuius auferendi facultas datur Ordinario: nam ex actibus pluribus eiusdem speciei in eôdem subiecto fit vnum numero accidens. *Secundò*, quia irritus aliquo impedimento non teneretur exprimere numerum actuum, per quos impedimentum contraxit, v.g. Irregularis non tenetur exprimere numerum actuum, per quos contraxit irregularitatem; vt quoties celebrauit existens excommunicatus: & citat ad hoc multos, & graues Doctores. Excipit tamen ille quando aliquis facit multa homicidia, per quæ incurritur irregularitas: nam tunc in petitione dispensationis explicanda sunt omnia homicidia, quia tot sunt irregularitates, quot sunt homicidia. Et præterea, quia ex stylo Curiæ sic exprimi solet. *Tertiò* probat, quia qui petiit dispensationem voti à Papa, & Papa commisit Episcopo, vel Confessario, vt dispensaret: sed is post commissionem Papæ, sed ante executionem Episcopi, vel confessoris votum iterauit, potest adhuc his talis dispensari in voto prædictæ facultatis virtute: quod probat ex Suarez *ibi* citato, & Sanchez *lib.4. Decalogi, cap.47.n.33.* Benè tamen ibi aduertit, quòd si hic qui petiit dispensationem ad contrahendum cum consanguinea, postquam Episcopus, vel Confessor expediuit, dispensationem, copulam iterum habuit cum consanguinea; nondum contracto matrimonio, non poterit iam Episcopus cum illo dispensare, quia iam functus est munere suo. Et præterea etiam factam dispensationem sublatum est impedimentum, quod antea extiterat, non verò id quod denuò ortum fuit: & propterea si iste talis sic matrimonium contrahat, erit matrimonium nullum, quia contrahit cum vero, & nouo impedimento, Ita Portel.

RESOL. CXIX.

An dispensatio super impedimento cognationis, vel publicæ honestatis, non facta mentione de copula, sit subreptitia? Ex part.5. tract.14. & Misc.2. Resol.28.

Sup. contentis in hoc titulo in duabus Resol. seqq.

§.1. VT alibi notaui, communiter negatiuam sententiam docent, quam tenet Sanchez *de matrim. tom.3. lib.8. disput.25. numer.4.* Guttierrez *in qq. Canon. lib.1. cap.23. num.15.* Menochius *de arbitrariis cas.501.* Garsias *de beneficiis, tom.2. part.8. cap.3. num.64. & 66.* adducunt Concilium Tridentinum *sess.24. c.5. de reform. matr. & c.2. de eo, qui cognouit cons. vxor. suæ.*

Alibi supra in Resol. 111. 112. & 113. & hæc intelligo pro copula habita inter consanguineos, vel affines, & vt particula *Alibi* posita in lin.1. huius textus verificetur signanter in Resol.1. huius not. & aliis §§. positis in annot.1. Resol.3 huius annot.

2. Non desinam tamen hîc adnotare, negatiuam sententiam quoad impedimentum publicæ honestatis docere Henriquez *lib.12. cap.3. num.8. in glossa lit. P*, & postea doctus Ochagauia *de Sacram. tract. 4. de matr. quæst.11. concl.2. num.14.* vbi ait, quòd prædictum decretum Concilij tantùm intelligitur de his, qui cum impedimento dirimente, consanguinitatis, & affinitatis laborarent, & non alio, matrimonium ausi sunt contrahere, & probat hanc sententiam. Primò ex quadam declaratione Cardinalium relata à Marzilla *lib.3. de consanguin. cap.3.* in qua Cardinales declarantes illud verbum Concilij. *spe dispensationis careat*, sic inquiunt. Quando scil. impedimentum prouenit ex consanguinitate, & affinitate, non autem ex impedimento iustitiæ publicæ honestatis, ad quod prohibitio hæc non se extendit. Secundò probatur, quia personis impedimento consanguinitatis & affinitatis ligatis frequentiùs accidunt dicta matrimonia; ergo conueniens fuit ea strictiùs prohibere, leges enim malis frequentioribus sua solent adhibere remedia. Ita Ochagauia.

RESOL.

RESOL. CXX.

An dispensatio obtenta super impedimento publicæ honestatis, seu cognationis spiritualis, tacita copula inter impetrantes, sit valida?

Et aduertitur, quod etiam quando incestus cum consanguinea est impedimentum, oportet, quod copula sit perfecta, effuso semine viri intra vas, & non sufficit, quod fœmina seminet.

Et additur non esse copulam narrandam, quando fuit incestuosa ex parte alterius tantum, nempe, quando alter ignorabat consanguinitatis, vel affinitatis nexum. Ex p. 8. tr. 3. Resol. 83.

Sup. hoc in Resp præterita, & in Resol. seq.

§. 1. AFfirmat Gallego *de cognatione spirituali, cap. 24. num. 3.* Guttierrez *d. lib. 1. cap. 23. num. 15.* Matienz. *in rubr. tit. 1. gloss. 1. numer. 137. lib. 5. nouæ recopil.* Menoch. *de arbitr. centuria 6. casu 502. dict. num. 1. vsque ad 30.* quos referens sequitur Garcia *de benefic. part. 8. cap. 3. num. 64.* dicentes, esse nullam, si taceatur incestus commissus, non solùm cum consanguineis, & affinibus, sed etiam cum cognatis cognatione spirituali, & publica honestate.

2. Sed alij negant; quia non oritur impedimentum ex copula cum cognata legali, vel spirituali cum non sit propriè incestus, nec sit textus impedimentum inducens, nisi quando est copula cum consanguineis, seu affinibus, 32. *quæst. 1. cap. 1.* Constat autem cognatos spiritualiter tantùm, non esse nec consanguineos, neque affines, vt habetur expressè *in cap. 130. quæst. 3.* Ideo non quæcumque veri taciturnitas vitiat dispensationen, sed illa, quam iura præcipiunt exprimi. Cùm ergo copula inter cognatos spirituales non sit verus incestus, non est cur eius taciturnitas reddat gratiam subreptitiam. Ita Navarr. *lib. 4. consil. in 2. edit consil. 8. numer. 8. & 9.* Palacios *in 4. dist. 34. disp. 2. col. 11. vers. Caterum fortè.* Caietanus 2. 2. *quæst. 154. artic. 9. col. 2.* Sanchez *lib. 7. disput. 15. num. 8.* adeò, quòd etiam quando incestus cum consanguinea est impedimentum, oportet, quòd copula sit perfecta effuso semine intra vas.

Sup. hoc incestus magis ampl. & late in tom. 5. tr. 5. Resol 152. & signanter in tom. 2. tr. 6. Resol. 243. §. 1. à lin. 2. §. Hinc. & cursim in alio §. eius not. etiam pro contento in hoc §. vlt. huius. Resol.

3. Vnde si vas penetratur absque seminis effusione, non fit incestus verus, sed instar cuiusdam tactus impudici, quia cùm hæc sint pœnalia, strictè sunt accipienda: quare in ea opinione, quæ tenet reddi gratiam surreptitiam tacitâ copulâ habitâ ab impetrantibus, non habet locum, quando incestus non fuit verè consummatus cum aliis circumstantiis requisitis in affinitate, vt etiam vult Viuald. *de matrim. num. 69.* & Sanchez *lib. 7. de matrim. disput. 15. num. 11. & lib. 8. disp. 25. num. 10.* vbi addit non esse copulam narrandam, quando fuit incestuosa ex parte alterius tantùm, nempe, quando alter ignorabat consanguinitatis, seu affinitatis nexum, quia requiritur, quòd sit ex vtraque parte coitus incestuosus, vt incurratur pœna. Quod minus bene negat Garcia *vbi supra* scriptus, *num. 58.* dicens ad contrahendum impedimentum incestus cum consanguinea sufficere penetrare vas, absque seminatione, quia talis verè est copula incestuosa: sed fallitur, quia requiritur seminatio ex parte viri. Quin addit Sanchez *lib. 2. de matrimon. disp. 21. num. 6.* non consummari matrimonium fœmina seminante, si vir vas penetret absque seminatione, quod etiam vult. Sylvest. *de matrimon. 8. quæst. 15. dist. 2.* & Sotus *in 4. dist. 27. quæst. 1. art. 4. vers. Causæ dirimendi, & vers. Hoc autem perplexum.* Ergo non datur incestus, nisi vir seminet, & consequenter non debet narrari in precibus. Nec proinde erit surreptitia dispensatio, ex taciturnitate illius. Et hæc omnia docet Fragosa *de republic. part. 1. l. 3. disp. 6. §. 4. num. 63.*

RESOL. CXXI.

An qui ligati sant impedimento cognationis legalis, spiritualis, vel publicæ bonitatis, si inter eos intercesit copula, teneantur illam explicare in dispensatione?

Et an ad valorem dispensationis in impedimento consanguinitatis, & affinitatis non sit necessarium mentionem facere de copula, si ea inter consanguineos; vel affines intercesserit? Ex p. 9. tract. 7. & Misc. 2. Resol. 37.

Sup. hoc in duabus precedentibus Resol.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam contra Sanchez tenet Castrus Palaus *tom. 5. disp. 4. punct. vlt. §. 3. num. 7.* quia copula habita ab iis, qui matrimonium contrahere impediuntur in reuerentiam alicuius virtutis, incestuosa est, vel sacrilega, vt ipse Thomas Sanchez, pluribus relatis, tradit *lib. 7. disp. 5. num 6. & 7.* At copula habita inter eos, qui impedimento cognationis spiritualis, legalis, & publicæ honestatis obstricti sunt, prohibetur in reuerentiam virtutis religionis, vel pietatis, vt ipsemet Sanchez fatetur *num. 10.* ergo est specialis mentio illius facienda in supplicatione dispensationis horum impedimentorum, sicut fit, cùm petitur dispensatio impedimenti consanguinitatis, vel affinitatis. Præterea negare non possumus, expressa hac copula Pontificem non eodem modo dispensationem in his impedimentis concedere, ac si expressa copula non fuerit: quia maiorem pecuniæ compositionem exigit, pœnitentias iniungit, & superstitem prohibet, ne ad aliud matrimonium transeat: quæ est ratio, ob quam Sanchez fatetur, illius esse mentionem faciendam, cùm impetratur dispensatio in impedimento consanguinitatis, vel affinitatis.

2. Sed, his non obstantibus, puto, sententiam Sanchez esse probabilem, quam in ordine ad impedimentum cognationis legalis, & publicæ honestatis tenet Texeda *tom. 2. lib. 4. tract. 3. cont. 25. num. 12.* quia, ait ipse, in his, propriè loquendo, non reperitur incestus.

3. Sed hæc difficultas cessat in opinione asserentium, ad valorem dispensationis in impedimento consanguinitatis, & affinitatis, non esse necessarium mentionem facere de copula, si ea inter consanguineos, vel affines intercesserit. Ita plures Doctores magni nominis, quos ego *alibi* citaui, quibus nunc adde Martinum Perez *de matrim. disp. 46. sect. 6. per totam.* & Ioannem Præpositum *in 3. part. D. Thomæ, quæst. 8. de dispens. dub. 6. num. 41.* Qui respondent ad argumenta contraria, videlicet, quòd stylus Curiæ, qui videtur contrarius, fortè id tantùm requirit pro foro externo; & proinde in foro conscientiæ valet dispensatio, etiamsi taceatur incestus. Quod etiam dicendum, quamuis Pontifex in dispensatione ponat: *Dummodo copula non intercesserit*, quia, vt ait Sà, *verbo, Dispensatio, num. 10.* dici potest, id intelligi, modò in foro externo non constet de copula. Idem dicendum de quadam declaratione Cardinalium *circa cap. 5. de reformatione matrimonij, sess. 24. Concil. Trid.* quòd, scilicet, intelligatur de foro exteriori, in quo dispensatio dici potest nulla, quando consanguinei, vel affines, qui se carnaliter cognouerunt, non meminerunt copulæ. Ergo, si, secundùm hos Doctores, non est necesse exprimere copulam habitam inter consanguineos, & affines; à fortiori dicendum, neque exprimendam esse si intercesserit

Alibi supra in Resol. 111. 112. 113. & 114. §. 1. & frà in Resol. 165. eadem in §. 1.

esserit inter ligatos impedimento cognationis legalis spiritualis, & publicæ honestatis. Et ideò Perez *vbi suprà*, sic ait: [Dico, non esse necessariò exprimendam copulam habitam ante commissionem Papæ, vt dispensatio valida censeatur. Moueor: quia hic incestus non est impedimentum egens dispensatione de se, vt constat. Nec iure aliquo iubetur copula exprimi, cùm nullum extet ius scriptum: neque est ius introductum consuetudine, seu stylo Curiæ, cùm non semper exprimatur ex consilio virorum Doctorum secundæ sententiæ, tametsi aliquando fiat ex consilio Doctorum primæ sententiæ. Deinde stylus Curiæ, vt ait Rodriguez ex multis Iurisperitis, non obligat extra Curiam, nisi confirmetur Decreto aliquo Papæ, quod hic non est. Præterea, quando ex stylo Curiæ exprimitur, non pertinet ad causam motiuam in ordine ad dispensandum, vel non dispensandum in consanguinitate, vel affinitate, sed solùm tanquam quid impellens ad concedendam dispensationem cum illis additamentis, quæ non adduntur pro dispensatione præcisè, sed in pœnam eius culpæ expressæ. Tandem Congregatio Cardinalium, quæ solet in fauorem contrariæ adduci, sequuta est partem probabilem, & tutiorem, inquit Hurtadus; sed non probabiliorem. Qui optimè addit, à fortiori verum hoc esse etiam, de cognatis spiritualiter: si enim non est exprimenda copula inter cognatos naturales, minùs erit inter spirituales, inter quos non est tam arcta cognatio.] Hæc Perez, quæ secundùm mentem supradictorum Doctorum dicta esse volo: nam stylus Curiæ est in contrarium.

RESOL. CXXII.

An dispensationes possint reuocari ad libitum?
Et quid, si gratis dispenset Pontifex, & non per modum contractus.
Et docetur in duobus casibus peccare mortaliter Pontificem, si dispensationem reuocaret.
Et aduertitur non posse dispensationes in foro conscientiæ concessas reuocari absque causa sufficienti?
Ex part. 8. tr. 3. Resol. 89.

§. 1. REspondeo *primò*, concessa dispensatione à Pontifice circa aliqua impedimenta matrimonij per modum contractus. Vt in remunerationem meritorum ex sola gratitudine impellentium voluntatem Pontificis, vel concessa in compensationem pecuniæ datam ab his, qui impedimentis laborant in Dataria Romana ad sumptus Pontificis subeundos, tunc non posse Pontificem eam dispensationem reuocare licitè absque causa aliqua sufficienti. Ita docuit Sanchez *lib. 8. de matrimonio, distinct. 33.* num. 3. & 13. vbi alios Doctores in huius veritatis confirmationem profert. Huius ratio est, quia quemadmodum quilibet priuatus homo tenetur ad seruandum contractum à se celebratum, ita etiam Summus Pontifex tenetur ad conseruandam suam dispensationem, quam per modum contractus semel concessit, si tamen de facto Pontifex prædictam dispensationem reuocaret, valida esset reuocatio, quia in rebus à iure Ecclesiastico dependentibus liberam habet facultatem. Imò addimus, etiamsi gratis dispenset Pontifex, & non per modum contractus, si tamen ex aliqua causa ex his, quas *supra* probauimus, dispensat, & res eodem modo se habeant, & causæ dispensandi eodem modo perseuerent, posse Pontificem validè reuocare dispensationem pro libito, & absque causa; propter rationem proximè allegatam. Peccaret tamen ex eo, quòd abuteretur potestate spirituali quod peccatum (quamuis de magna in rebus agendis prouidentia Summi Pontificis præsumendum nunquam sit) communiter tantùm erit veniale, poterit tamen in duobus euentibus esse lethale.

2. *Primò*, cum Pontifex sub peccato lethali tenetur ad dispensandum propter bonum commune, vt cùm necessarium esset, Regem Hispaniæ contrahere matrimonium cum Regina Galliæ ad maiorem fidei dilatationem, vel cùm Pontifex eodem modo tenetur dispensare propter vrgentem necessitatem alicuius priuati hominis, vt cùm quis existens in domo suæ consanguineæ cerneret, se esse in grauissimo periculo committendi peccatum luxuriæ cum illa, & non posset ab eius domo separari sine publico totius populi scandalo.

3. *Secundò* respondetur eidem secundæ difficultati, non posse dispensationes in foro conscientiæ concessas à sacra Pœnitentiaria absque causa sufficienti reuocari, quia Pœnitentiaria tunc dispensat ex commissione Pontificis, quæ commissio non censetur collata ad talem reuocationem præstandam, quia cederet in damnum spirituale animarum; ergo non potest talis dispensatio sine causa reuocari: cum causa verò sufficienti potest sacra Pœnitentiaria dispensationes à se concessas reuocare, licèt id non possint præstare Ordinarij dispensantes ex commissione Pontificis, quia ei amplior, quam his concessa videtur potestas. Et hæc omnia docet etiam Martinus Perez *de matrimonio, disp. 47. sect. 3. n. 10.* & alij.

RESOL. CXXIII.

De causis, per quas Pontifex solet in matrimonijs dispensare. Ex p. 8. tr. 3. Resol. 93.

§. 1. REspondeo, quòd in genere loquendo, causæ ad dispensandum legitimæ censentur extinctio magnæ litis, pax consanguineorum, quæ aliter, quàm inito matrimonio nō conciliabitur, euitatio scandali, quod alioquin meritò timetur inter cognatos propter periculosam, & suspectam aliquorum conuersationem, vel quòd nisi mulier matrimonium cum certo ineat, famæ iacturam sit passura, quæ causæ cùm validè rationabiles iudicentur, vt dispensetur quando matrimonium nondum fuit contractum, longè potiori iure censendæ sunt sufficientes, vt dispensetur, quando matrimonium bona fide contractum est cum impedimento dirimente, eò quòd in tali circumstantia facilius debeat dispensari: quia communiter maiora damna meritò possunt timeri, si hæc matrimonia dissoluantur, quàm si non incantur quæ nunquam sunt contracta, & præsumptæ legitima.

2. Sufficiens etiam causa censetur, si fœmina propter defectum dotis non possit facilè inuenire sibi æqualem, & quidem in loco domicilij, quod colligi potest ex declaratione Cardinalium circa *cap. 5.* Concil. Tridentin. citatum, quia nimis molestum esset fœminæ, si cogeretur nubere extra locum proprium, & à parentibus, & consanguineis separari, quod rursum moraliter est intelligendum; ita vt non desinat subesse hæc causa, licèt omninò pauci sint in eodem loco, quibus sine ampliori dote possint coniungi: cùm non deceat libertatem matrimonij ita restringi.

3. Est etiam causa sufficiens dispensandi splendor generis, & amplitudo, vnde oriatur: quòd aliquis in suis patribus non possit facilè sibi æqualem inuenire. Item si matrimonium inter aliquos sit necessarium ad conseruandam illustrem familiam in eodem sanguine.

4. Sufficiens etiam causa censeri debet excellentia

tia merita eius, qui petit dispensationem; valdè enim facit ad bonum Ecclesiæ augendum, si personæ de Republica, vel Ecclesia bene meritæ huiusmodi beneficia conferantur: inde enim fit, vt vel illa, vel similes magis excitentur ad præclarè pro Ecclesia se gerendum. Qua ratione potest censeri abundè sufficiens causa, quòd Rex, vel magnus Princeps etiam pro alio huiusmodi petat dispensationem. Ex quibus patet, quòd facilius possit dispensari cum magnis, quàm cum hominibus communibus, ex quorum coniunctione commune bonum non ita potest promoueri.

5. Et omnes has causas enumerat Villalobos *in summa tom.1. tractat.14. diffic.20. num.6.* vbi sic ait. *Señalan los Dotores muchas causas; que suele aceptar su santidad, como iustas. La primera, el acabarse con esso vn grande pleyto: y a esta se reduze el euitar el escandalo; porque con la dispensation se quita en esso gran pecado. La 2.es la estrechez a del lugar, que no se puede casar con su ygual, porque no le ay: y tambien aunque el lugar sea grande, si la parentela de muger esta tan estendida, que no se halla en el su y qual con quien se pueda casar, sino es que sea pariente. La razon desto, porque conuiene que los matrimonios se hagan entre personas yguales, como prueua latamente Tiraquelo, y el refran Castellano dize: si quieres bien casar, casa con tu ygual. Y no es menester para verificar esta causa, que se busque puntualissimamente todo el lugar, que basta que la mayor parte de los de la cuidad, ò lugar donde viue, de sus yguales se an parientes, que no se ha apretar tanto vna muger, que le obliguen à casar se con vno solo, ò vno de dos, sino que den à escoger; porque los matrimonios han de ser libres, y no todas las personas son à proposito, que son menester muchas condiciones para que vna persona sea ygual, como tiene Sanchez con otros. Y no es menester para verificar la narratiua, se busquen los lugares circumuezinos, que no han de obligar à la muger que se cuse fuera de su lugar: assi lo declararon los Cardinales al Arcobispo de Milan el año de mil y quinientos y seienta, cuya declaracion refiere Sanchez, por esta palabras*: Clausula illa, quæ dispensationis, occasione dotis, incompetenti apponi solet, videlicet, quia virum non consanguineum, vel affinem paris conditionis inuenire inquit, verificatur, & iustificatur per diligentiam dumtaxat præstitam in ipso loco mulieris, & non in locis circumuicinis. *Otra declaracion de Cardinales al mismo tono refiere Prospero Farinacio. La tercera causa, es faltarle à la muger la dote competente para poder casar con otro que sea su ygual, y no su pariente: y no se dira que carece de dote, quando tiene padres ricos à quien ha de heredar forçosamento, aunque no aya heredado: mas dirase pobre, y que no tiene dote, aunque tenga hermano rico que tiene voluntad de dotarla, mientras no ay pacto, ò promesa que le obligue à dotarla. Estas causas pone Nauarro, y ay para ellas algunas declaraciones de Cardinales en Prospero Farinacio. Mas siempre se ha de aduertir, que quando dixeren, que no tiene dote, sea cessante fraude, & dolo, que no aya renunciaciones engañosas: porque si esso huuiesse, y se dixesse al Pontifice, es sin duda que no dispensaria.*

6. *Otras causas ponen tambien los Dotores. La primera, quando el matrimonio se hizo con buena fè: y parecio ser nulo por algun impedimiento occulto, y auia ya hijos. La segunda, ser muy benemerita la persona con quien se dispensa, como es vno que ha hecho grandes hazañas en la guerra, para que se animen otros à hazer otro tanto. La tercera, el conseruar en la misma parentela alguna grande hazienda, que conuiene à la Republica tener nieruos y huessos: esto es; que tenga familias ricas. La quarta el conseruar la familia illustre en la misma sangre: y por esta causa refiere Enriquez, que dispenso Gregorio XIII. con D. Luyaz Condessa de santa Gadea para casarse con sutio, con quien auia estado casada vna hermana suya, y ella tenia hecho voto de castidad.* Hucusque Villalobos, cui adde Ochagauiam *de Sacrament. tract.4. de Matrimon. dispens. quæst.6. num.7. & seq.* Coninck *de Sacrament. disputat.33. dub.5.* Sanchez *lib.8. disput.19.* Hurtadum *disputat.26. dub.3.n.13.* Auersa *de sacram. Matrim. quæst.19. sect.4.* Baunium *in Theol. moral. tom.1. tractat.12. quæst.2. propos.5.* & alios penes ipsos.

7. Notat tamen Ochagauia *vbi suprà*, quòd vt matrimonium sit inter æquales, non est attendenda sola æqualitas in genere, & diuitiis, sed etiam in moribus, & ne vir sit valdè dispar in ætate, nec filios ex alio matrimonio habeat, vel sit asperi ingenij, aut fœmina hos defectus patiatur respectu viri.

8. Et apponam etiam hîc verba eiusdem Ochagauiæ sic asserentis. Iusta est causa dispensandi in tertio gradu consanguinitatis, cùm aliqui consanguinei constituti sunt hæredes sub ea conditione, non adquirendi hæreditatem, nisi inter se matrimonio copulentur, imò est causa ad dispensandum in consanguinitatis impedimento sufficiens, cùm patrimonium fœminæ magna ex parte est litibus implicatum, & non repetitur aliquis extraneus cum ea volens matrimonium contrahere, qui ita lites penetrare queat, ac ille consanguineus, qui se offert in sponsum, propter quam rationem nouimus his annis dispensasse Pontificem.

9. Pauper autem dicitur filia, quando non habet ius ad aliqua bona, quæ efficiant dotem competentem, etiamsi habeat parentes diuites, vt in his Regnis Nauarræ nostræ, vel Aragoniæ, in quibus, licet parentes sint diuites, tamen secundùm ius commune cuilibet possunt liberè bona sua dare, vel post mortem relinquere, quibusdam quinque florenis, vel aliis rebus parui momenti relictis filiis, vel cùm legitima debita filiæ non est sufficiens ad dotem competentem constituendam, nisi à patre ex bonis liberis suis augeatur: licèt enim hæc filia à parentibus vehementer diligatur, & idèo spem habeat magnam dotem consequendi, adhuc tamen pauper iure optimo reputatur, dum non habet ius iustitiæ ad bona sufficientia sibi. Ita sentit optimè Nauarrus *lib.1. consiliorum in 2.edit. tit. de reseript. consil.19.* Præterea fœmina verè inops appellanda est, ita vt ratione inopiæ faciliùs ei possit concedi dispensatio, quando non quidem gratia obtinendæ dispensationis, quia huiusmodi factum potiùs ei nocere deberet, sed propter alios fines bonis renunciauit. Ita ille.

10. Aduerte etiam hic cum Hurtado. *Primò*, aliquando plures causas aggregatas sufficere, quarum singulæ non sufficiant. *Secundò*, faciliùs posse dispensari in impedimento post matrimonium bona fide saltem vnius publicè celebratum, imò tunc regulariter sufficere, fuisse contractum; quia ex separatione contrahentium grauia incommoda regulariter oriuntur, præsertim quando matrimonium fuit consummatum, & maximè, quando iam fuit proles genita.

RESOL. CXXIV.

An si aliqua fœmina remaneret innupta propter deformitatem. v.g. sed in dispensationis petitione ponitur, quod remaneret innupta, ex defectu dotis, quæritur;

quæritur an talis dispensatio sit valida? Idem est, si alios defectus notabiles fœmina patiatur, propter quos innupta remanebit, si ita non impetrat dispensationem talem cum prædicta narratiua. Ex p. 10. tr. 11. & Misc. 1. Resl. 42.

§. 1. CAsus frequenter potest accidere; nam Curiales vident, quod in his petitionibus non apponitur pro causa ægritudo mulieris; v. g. deformitas, senectus, infamia alicuius criminis, &c. Sed vsus Pontificis est, vt dispenset ex defectu dotis. Et ad quæstionem negatiuè videtur respondendum: & ita asserunt Doctores, quòd qualiscumque sit falsa causa, si ipsa sola proponatur Pontifici, vitiat dispensationem; quia Pontifex non aliter dispensare intendit, nisi causa, precibus ipsi proposita, verificata: ergo ipsa à veritate deficiente, deficiat etiam dispensatio, sic Sanchez *in Summa, lib. 4. cap. 47. n. 17.* Gutierrez, *QQ Can. lib. 2 c. 15. num. 103. & 104. vbi n. 103.* addit & benè, hoc procedere, etiam casu, quo per simplicitatem aut ignorantiam, aut errorem contingeret ea falsitas.

2. Sed non desunt Doctores asserentes firmiter in tali Casu dispensationem esse validam, si semel verificabitur fœminam innuptam remansuram, licet id non ex defectu, dotis, sed alio defectu, nempe ex eo, quòd sit grandæua, vel deformis, vel de aliquo crimine infamata, ob hoc aut illud punita, vel filios ex alio Matrimonio habeat, vel aliundè ille proueniat. Ratio est; quia id quòd mouet Pontificem ad dispensandum, est; nè prædicta fœmina innupta maneat: ergo si semel verificetur fœminam præfatam innuptam fore; parùm refert, si id illi ex alio capite, aut ex defectu alio, Pontifici non detecto, dimanet, & proueniat. Valida ergo erit talis dispensatio. Et ità præter Sanchez *de Matrim lib. 8. disp. 19. num. 29.* hanc sententiam tenet Leandrus, *de Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 24. quæst. 52.* cui adde nouissimè Martinum de San Ioseph *in mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 40. de Matrim. num 4.* vbi sic ait *De que se colige, que si se alegè por causa, que no haziendose aquel casamiento se quedarà la muguer sin casar por la falta de dote, si fue falso el dezir, que no tenia dote, però era verdad, que se quedaria por casar, ò por ser mayor de edad, ò por que tiene hiios de otro Matrimonio, ò porque la castigaron por algun crimen, ò por se sea; no serà invalida la Dispensacion, porque basta, que sea verdad, que se quedarà por casar por qualquiera de las causas, aunque fuesse falso el dezir; que no tenia dote.* Ità ille. Et ad rationem in contrarium, redè respondet Leandrus, Pontificem scilicet non moueri ad dispensandum ob defectum dotis, tanquam ob causam finalem & motiuam, cùm solùm sit causa motiua, nè fœmina innupta maneat, & propter hanc concedit Dispensationem: quare defectus dotis expressus in petitione solùm efficit, vt Pontifex credat talem fœminam innuptam permanere, nisi cum illa dispenset.

RESOL. CXXV.

An dispensatio in causa matrimoniali sit late, vel strictè interpretanda? Ex part. 8. tract. 3. Resol. 33.

§. 1. ESse strictè interpretandam, docet Sanchez *de matrimonio, lib. 8 disp. 1. num. 30.* Gutierrez in quæst. canonic. *lib 2 cap. 15. num. 127.* & alij pene ipsos. Quia nullo iure probatur dispensationem in causa matrimoniali esse fauorabilem, & ita extendendam. Nec obstat *c. quod dilectio, de cõsang.* vbi dispensatio in certo consanguinitatis gradu, restringitur, causa vitandi scandali, ad casum, quò vterque contrahens æquè distat à stipite: ergo à contrario sensu, si non esset scandalum, ea dispensatio ampliranda esset. Nam respondet Sanchez ex eo textu non colligi, dispensationem in causa matrimoniali, esse ampliandam, sed tantùm poestatem dispensandi, quod verum est.

2. His tamen non obstantibus, Merolla *tom. 1. disput. 4. c. 6. dub. 1. n. 28.* contrariam sententiam tenet, quia ratio Sanchez parum vrget: nam dici potest, dispensationem in causa matrimoniali censendam esse fauorabilem; quia reducit ad ius naturæ, quod est fauorabile. Vnde, licèt dispensatio in impedimentis matrimonij sit contra ius commune Ecclesiasticum; nihilominùs, quia hoc ius Ecclesiasticum est odiosum, cùm exorbitet à iure naturæ, quo spactato, validum esset matrimonium, v. g. inter consanguineos in linea transuersali, saltem excepto primo gradu, per consequens huiusmodi dispensatio erit fauorabilis, quia per eam fit reditus ad ius naturæ, quod est fauorabile.

RESOL. CXXVI.

An in secundo gradu sit dispensandum solum inter magnos Principes, & pro causa publica?
Et an Summus Pontifex in omnibus gradibus consanguinitatis lineæ transuersæ, excepto primo gradu dispensare possit, ac proinde soleat? Ex part. 8. tr. 3. Resl. 92.

§. 1. REsponsio huius dubij, pendet ex intelligentia & explicatione Concilij Trident. *sess 24 de matrim cap 5* & ideo, quia casus est quotidianus, adducam Doctores per extensum. Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 14 dissic. 26. num. 4 & 5.* sic ait. *A cerca del segundo grade, dize el Concilio Tridentino.* In secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam. *Por nombre de grandes Principes se han de entender señores titulados, como prueua Sanchez por dotrina de Baldo, aunque algunos quieren, que tambien se entienden hombres muy ricos. Y ha se aduertir, que aunque el Concilio no dize grados de Consanguinidad comunemente los Dotores lo entienden dellos porquer el impedimento de afinidad no es tan grande, mayormente quando nace de copula ilicita y aunes mucho menor el de la publica honestidad, como dizo Navarro.*

Sup. hoc in Resl. seq. & supra in tr. 1. Resl. 79 §. Et tandem.

2. *Tambien se ha de aduertir, que su Santidad suele algunas vezes por su benignidad dispẽsar con personas no tan graues, y por causas particulares; y fundase en que en el mismo Concilio hablando de las dispensaciones, se dize assi: Quod si vrgens, iustaque ratio, & major quandoque vtilitas postulauerint, cùm aliquibus dispensandum esse, id causa cognita, ac summa maturitate, &c. La primera causa suele ser, quando vno ignorancia de la prohibicion, que no sabian que estaua prohibido en derecho. La segunda, el tener ya hijos. La tercera, el auer mucho que estauan casados, aunque mal. La quarta el escandalo que auria si se apartassen. La quinta, la misericordia de su Santidad, que mira la pobreza de la donzella, y que se quiere casar su tio con ella, y dotaria. Y no solo estas causas son sufficientes, sino tambien otras semejantes a ellas, como dispensò muchas vezes Pio V. y assi lo dize Navarr. y no ha de pesar nadie que ay accepcion de personas en dispensar con los ricos y noble, porque esto es muy importante en la Republica para la paz, que es bien comun, como dize S. Thom.* Ita ille.

3. Fraciscus Zipæus *in Anal. Iur. Pont. lib. 4.*

sit. de eo, qui cognouit. num. 7. In secundo gradu veram Concilium, nisi ob publicam causam, & inter magnos Principes: in aliis requirit Concilium causam tantùm, non itidem publicã. De primo gradu mentionem non facit, præsupponens nunquã in ea dispensandum provt Pius V. declarauerat, esse suæ intentionis; etsi tamen sæpiùs id factum sit etiam inter priuatos; credere licet, importunitate peretium; quãdo ea deformitas & à lege exorbitantia pœnali auro castigatur. Quæ lex etiã naturæ igniculis claret: vsque adeò, vt quamuis Claudius Imperator quo amorisuo & Agrippinæ obsequeretur, à Senatu decretum impetrasset, quo iustæ inter patruos fratrúmque filias nuptiæ statuebuntur, præter eum tamen non est repertus nisi vnus, talis matrimonij cupitor, Tallidius Senerus, inquit Tacitus *lib. 2. Annal.* Sed & hic tamen secundus gradus est, si iuris computatio fiat, primus, & secundus, si iuxta Bullam Pij, quæ propinquiorem vult exprimi.

4. Magni porrò Principes *in d.c. 5.* intelligendi sunt, vt Guttierrez *tract. de Matrim. cap. 28. n. 4.* qui post Sanchez æstimat dominos solos titulares æquales esse debeant, vt voluit Suarez, præsertim cùm etiam sæpe dispensset Papa cum simplicibus nobilibus, & qui infra eos sunt. Neque tamen de valore talis dispensationis dubitandum. Guttierrez *ibidem.* quamuis specialis derogatio Concil. Tridentin. non soleat inseri litteris. Hucusque Zypæus.

5. Ochagauia *de Sacrament tract. 4. de Matrim. dispens. quæst. 6 num 6.* Suppono, quòd licèt in Tridentino *sess. 24. de Matrim. cap. 5.* statuatur, ne in secundo gradu dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam. At cùm tale decretum solùm decernat id, quod melius est, & non adstringat Pontificem, quotidiana experientia demonstrat, solere Pontificem cum personis inferioris notæ ob priuatum earum bonum, quod indirectè ad bonum commune attinet, dispensare in dicto gradu. Cuius *prima causa* esse solet, quòd inter eos consanguineos sit matrimonium initum cum ignorantia rigoris prohibitionis Tridentini; *secunda*, quòd proles sit suscepta; *tertia*, diuturnitas matrimonij iam diu contracti; *quarta* scandalum ex separatione oriturum; *quinta* quòd puella pauper sit, & patruus velit eam ducere, ac honestè dotare. Ita docent Henriquez *lib. 12. de Matrimon. cap. 3. num 9.* Vega *2 tom summæ, cap. 34. casu 167.* imò facilius cum diuitibus, & potentibus sine acceptione personarum dispensatur, quia, vt benè docet D. Thom. *2. 2 quæst. 63. artic. 2.* maximè bono communi interest pax inter eos, & concordia, & maiorem causam requirit dispensatio in cognatione spirituali, quàm incarnali, quia oritur à potiori principio.

6. Laymã *in Theol. Moral. lib. 5 tract. 10. part. 4. cap. 6. num. 6.* His ita explicatis colligitur, quòd Summus Pontifex in omnibus gradibus consanguinitatis linæ transuersæ, exceptio primo gradu, dispensare possit, ac proinde etiam soleat. Quamuis Tridentin. Concil *sess. 24. cap. 5. de reformat matrimonij* velit, vt in secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causã. Vbi nomine magnorum Principium ait Sanchez *lib. 8. disp. 19. num. 3.* intelligi magnates, seu nobiles, qui sunt in aliquo potentatu, seu Baronia. Verùm hoc non obstante, Summus Pontifex, ex benignitate sua, ob causam vrgentem, etiam priuatam, dispensare interdum solet cum personis inferioris conditionis.

7. Sanchez *de Matrim. lib 8. disput. 19. num 4.* At cùm id Tridentini decretum Pontificem non constringat, & rigor vnius iuris sit temperandus per alterius benignitatem, solent Pontifices ex benignitate dispensare cum personis inferioris notæ, licèt non adsit causa publicum bonum directè spectans, sed priuatum. Huiusmodi autem causæ sunt: *Prima*, matrimonium esse inter hos iam initum ignorantia rigoris prohibitionis Tridentini. *Secunda* proles iam habita. *Tertia* diuturnitas matrimonij malè cõtracti *Quarta* scandalũ ex separatione oriturũ. *Vltima*, clemẽtia Põtificis, quòd puella pauper sit, velitque patruelis ipsã ducere, ac honestè dotare.

8. Vide etiam Auersam *de sacrament. Matrim. quæst. 19. sect 4.* Et hæ obseruare volui, contra aliquos, qui nimis rigidi, consulunt semper respondendum esse, Nihil, Nihil, cùm ex supradictis appareat, solere Pontificem aliquando aperire Thesauros beneficentiæ suæ. Scio equidem dispensationes esse vulnerationes iuris; sed scio etiam, quòd rigor iuris aliquando molliendus est. Neque semper arcum tendit Apollo.

RESOL. CXXIIV.

An sit annuendum quibusdam Oratoribus petentibus secum a Summo Pontifice dispensari in secundo gradu consanguinitatis? Ex part. 8. tr. 7. & Misc. 2. Resol. 8.

§. 1. RIgor Sacratum Canonum clamat aduersus petitionem Oratorum; sed quia aliquando molliendus, videtur, ideò asserò, quòd licèt Concilium Tridentium *sess. 24. cap. 5. de reform. matrim.* decernat, vt in secũdo gradu numquã dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam; vbi nomine magnorum Principum, aiunt nonnulli, intelligi Magnates, seu magnos Nobiles, qui sunt in aliquo Potentatu, seu Baronia. Verùm, hoc non obstante Summus Põtifex ex benignitate sua ob causam vrgentem etiam priuatã dispensare interdũ solet cum personis inferioris cõditionis, vt rectè obseruat Villalobos *in Summa tom 1 tract. 14 diffic. 26. n. 5.* Sanchez *de matrim. tom. 3. lib. 8 disput. 19 n. 4.* Ochagauia *de Sacram. tract. 4. de matrimon. quæst. 6. n. 6.* Laymã *in Theolog moral. lib. 5. tract. 10. part 4. cap. 6. n. 8.* & alij. Ergo dicendum videtur, quòd ex benignitate sua Sãctissimus Dominus Noster possit petitioni Oratorũ annuere, maximè stantibus iustis & vrgẽtissimis causis adductis, quæ pietatẽ Sãctissimis excitare possunt, videlicet diuturnitas matrimonij malè cõtracti, ex *cap de gradibus, 35 quæst. 8. & ex lege, qui in prouincia, ff de riu nuptiarum.* Deinde proles iam habita, ex *cap. finali 35. q. 8.* & ex *dict. leg. §. dinus.* Et tandem scãdalum inde oriundum & priuilegium mortis, ex *cap. quia circa de consang. & affin.* Quas Quidem causas optimè approbat Honorius, *in compendi iur. Canon. lib. 4. tit. 14. n. 18.* Ochagauia, Sanchez, & Villalobos *vbi supra.*

Sup. loc. Resp. ta & seq. tr. 1. Rel. §. Et tam.

2. Igitur stantibus supradictis, respondeo ad casum mihi propositum, eo pacto quo respõdit Nauarrus indiuidualiter. *lib. 4. conf. 13. de consang* quòd sicut misericordiæ Domini non est numerus, ita misericordiæ Sãctissimi Domini Nostri nemo alius ab ipsomet modum necessarium imponere potest.

RESOL. CXXVIII.

An Summus Pontifex possit licite acquiescere petitioni cuiusdam Oratoris volentis contrahere cum muliere sibi coniuncta in secundo gradu affinitatis? Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. Resol. 36 alias 34.

§. 1. Posse

§.1. POsse validè in hoc impedimento Sum. Pontificem dispensare non est dubium, cum non sit prohibitum iure naturali, vel diuino, sed tantùm iure positiuo. Et quidè si pontifex potest dispensare in primo gradu affinitatis, vt olim consultus respondi in causa Matrimonij Ducis Mantuæ, quòd tunc contrahere intendebat, ex D. Thoma *in 2.2.q.154.art 9.* & aliis Doctoribus penes me ipsum *in p.4 tr. 4 resol. 93.* & me citato docet nouissimè Raphaël Auersa *de Sacram. Matr. q.17. sect.2.* Quantò magis dicendum est posse dispensare in casu nostro, cum impedimentum sit tantùm in secundo gradu.

2. Tota ergo difficultas consistit, an licite Sum. Pont. præbere possit dictam dispensationem. Et affirmatiuè respondeo. Nam Pontifex tunc licitè dispensat, quando adest iusta causa dispensandi. Sed in nostro casu iusta causa adest. Ergo licitè dispensabit. Quod autem iusta causa existat, patet ex auctoritate Gasparis Hurtado *de Sacr. disp. 26 dissic. 3 n. 11.* Coninch *de Sacram disp. 33. dub. 5. n. 45.* Sanchez *de Matrim tom 8. disp. 19. n. 8. & 9.* Reginaldi *in Praxi tom 2 lib. 31. c. 26 n 19.* Cápan. *in Diver. iur. Can. Rubr. 6. c. 5 n. 41.* Raphaëlis Auersa *de Sacr. Matr. q. 19 sect. 4.* Molfesij *in sum. tom 1. tr. 4. c. 1. n. 50. & 51.* & aliorum asserentium inter alias causas iustas, vt Pontifex dispenset in impedimentis Matrimonij dirimẽtibus, præcipuè tres annumerari. Prima necessitas magni scandali vitendi vt patet ex *c. quia consang. & affin.* Secunda cuitatio inimicitiarum, rixarum, & homicidiorum ex *cap. 2. de dispens imp.* Tertia dotis incompetentia; multum enim interest puellas nobiles dotem sufficientem habere *ex leg. 3 ff solut. Matrim. & c. 15. de conf. & affin.* Sed in nostro casu puella dotem sufficientem non habet, & si dispensatio à pietate Summi Pontificis non obtineretur, diffamata & innupta remaneret cum maximo scandalo totius Ciuitatis, imò à parentibus interficeretur præter alias capitales inimicitias, & neces quæ inter Oratorem & consanguineos fœminæ necessariò sequerentur. Ergo manifestè patet, adesse iustas causas, ex quibus summa pôtificis pietas licitè possit petitioni Oratoris acquiescere, & peritâ dispẽsationẽ præbere.

3. Nec obstat in contrarium asserere Concilium Tridentinum *sess. 24. c. 5. de refor. matr* prohibere, vt in secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam. Et licet sub nomine magnorum Principum, secundum aliquos, includantur Domini Titulares, cum orator non sit talis, stante dicta prohibitione Concilij, videtur summus Pontifex non posse licitè dispensationem, de qua est quæstio, concedere.

4. Respondeo, ex *c. significasti de Elect.* potestatem Pontificiam à Decretis Conciliaribus semper excipiendã esse, & ipsum Concilium Trident *sess. 25. c. 18. de refor.* rectè statuit, rigores Canonum relaxandos, & benignandos esse, si vrgens, & iusta causa id exposcet, vt est in casu nostro. Cùm igitur experientia teste, dictum Decretum Concilij prohibens dispensationem in secundo gradu, nisi inter magno Principes, obseruari non posse, ni cum plurimis scandalis, periculi, & incommoditate fidelium, Pontifices animaduertissent; Ideò, vt patet ex exemplis penes Datariam, consuenerunt in secundo affinitatis gradu, non solùm inter magnos Principes & Dominos Titulares, sed etiam inter viros nobiles ordinarios concurrentibus iustis causis dispensationes interponere. Vnde Franciscus Zipæus *in suo iure nouo Pontificio, lib. 4. tit. de eo qui cogn. consang. vxor. n. 7.* exponens textum *supra* citatum Concilij Tridentini asserit, illo non obstante sæpe Pontifices dispẽsare cum simplicibus nobilibus, & qui infrà eos sunt, neque de valore talis dispẽsationis dubitandum, quamuis specialis derogatio Concilij Tridentini non soleat litteris inferri. Ita Zipæus, cui adde Guttierrez *de Matr. 128 n 4.* Raphaëlem Auersa *de Sacr. Matrim. q. 19 sect. 4 in fine*, cum aliis; & ita intelligendus est Henriquez *lib. 12. c. 3. n. 6. & 9.*

RESOL. CXXIX.

An Episcopi in casu valde raro possint aliquando dispensare in impedimentis matrimonij?

Et pro praxi prædictæ difficultatis explanantur aliqui casus, in quibus Episcopus potest dispensare

Et quid est dicendum in casibus prædictis in textu huius Resoluoionis, quando non est facilis recursus ad Pontificem, est tamen ad Apostolicum legatum?

Ex p. 8. tr. 3. Res. 78.

§. 1. REspondet negatiuè Sotus *de iustit. lib. 1. q. 7. art. 3. & in 4. dist. 3 quæst. vnica* quia nequit Episcopus in lege Pontificia vel Concilij dispensare. Sed ergo respondeo affirmatiuè. Et. Sup. hoc infrà in Res. 132. §. 1. & supra in Res. 26. §. Quartus. & seq. & inferius in tr 3. R. 52. §. Suffragatur.

2. *Primus casus* est, impedimentum sit occultum, quod non potest sine notabili infamia, aut periculo grauioris mali propalari, v.g. si proueniat ex eo quòd vir matrem, vel sororem alicuius fornicariè cognouit, ex quo factus est illi affinis.

3. *Secundus*, si matrimonium in facie Ecclesiæ sit contractum, ita vt ab Ecclesia præsumatur validum.

4. *Tertius*, si separatio sit futura difficilis, vt quia vel vnica pars nouit impedimentum, quod vel non poterit probare in iudicio, vel saltem propter graue periculum propriæ, vel alienæ famæ non tenetur extra confessionem reuelare, vel etiamsi vtraque pars illud nouerit, non potest tamen probare.

5. *Quartus*, si sit difficilis recursus ad Pontificem: vt si Ioannes acceperit Annam in Vxorem in facie Ecclesiæ cum impedimento dirimente occulto, quòd non facile possit in aliorum notitiam venire, possitque difficulter matrimonium dissolui, eo quòd vel ille vnus sciat impedimentum, quod probare non poterit in iudicio, vel saltem non tenetur extra confessionem propalare, & difficulter possit adiri Pontifex, verbi gratia, ob paupertatem, vel aliam causam; Episcopus potest dispensare, vt partes validè contrahant, si saltem quædam aliæ conditiones adsint, de quibus paulò pòst. Ita tenent Syluester *verb dispensatio, q. 9. §. 15.* Fumus *eodem verbo, num. 20.* Nauarr *cap. 21. num. 85.* Henriquez *lib. 11. cap. 3. num. 2.* addens vsu multorum Episcoporum confirmari Sanchez *lib. 2. disp. 40. num 3.* Vasquez *tom. 2 in 1. 2 disput. 178 c. 2. in fine*, & alij. Sup. hoc in Res. not. seq

6. Probatur hæc opinio: nam Episcopi ex causa grauissima possunt dispensare in lege Pontificia quando non est facilis recursus ad Pontificem, vt in variis materiis docent plures authores; quidni ergo poterunt in circumstantiis relatis dispensare in impedimento dirimente?

7 *Secundo*: Dispensatio in impedimentis dirimentibus matrimonium non debet ita strictè reseruari Pontifici, vt inferiores circa illam nihil possint etiã quo casu sit ad salutem animarum summè necessaria, & ad impediendum scandalum, cùm in tali circumstantia sit magis ex bono publico Episcopum posse dispensare, quam non posse; ergo dicendum est posse ex tacita Pontificis licentia, quia non videtur velle generari gravia scandala, vel animas illaqueare perpetua fornicatione, vel incurri notabilem infamima; sequeretur autem aliquod illorum si Episcopus non posset in eo casu dispensare: nam vel oriretur gauis populi perturbatio, si matrimonium communi opinione validum nulla

allata causa dissolueretur, vel partes non valentes probare impedimentum cogerentur cohabitare cum manifesto incontinentiæ periculo, vel interdum impedimentum non posset declarari absque infamia eius, cuius culpa contractum est.

Sup. hoc infra in Res. 137.

8. Et hanc doctrinam, Perez *de Matrimon. disput. 4 sect. 6. num. 4.* putat esse veram, quamuis contrahentes non sint pauperes; quia etiam in diuitibus potest vrgens necessitas occurrere ex distantia ab vrbe Roma, & magno incontinentiæ periculo, vt docent Sanchez & Basilius *citati*. Et certè si Episcopus cum paupere dispensare potest, qui ratione inopiæ non habet recursum ad Pontificem; cur non poterit similiter idem præstare, quando ratione vrgentis necessitatis animæ & periculi magni incontinentiæ in ipsa mora consulendi Pontificem.

9. Habet etiam locum prædicta doctrina, quamuis occurrant duo occulta impedimenta, siue etiam plura, vt docent quoque Sanchez *disp. citat num. 6.* & Basilius *cap. 13. num. 3.* quia quando committitur alicui facultas delegata dispensandi in aliquo impedimento, tametsi non possit dispensare repertis duobus, quia mixtum sub simplici non comprehenditur; attamen cùm in hoc casu necessitatis sit, quæ tollit reservationem, sicut tollit comparatione simplicis, tollit etiam comparatione mixti. Et ideò nostram sententiã, præter Doctores citatos tenet Ochagauia *de sacr. Matr dispens. tr 4. q. 2 n. 7.* Pontius *de Matr lib 8 cap. 13.* Coninck *disput. 33 dub. 3.* Sala *de legibus disput 20 sect. 3. num. 25.* Hurtadus *de matrimon disputat. 26. diffic. 2. num 7.* Tannerus *tom. 4. disputat. 8. quæst. 4. dub. 9. num. 161.* Villalobos *tom. 1. tract. 14. dub. 25. n. 3.*

Sup. hoc infra in Res. 134. §. Sed difficultas.

10. Sed an casibus supradictis Episcopus possit dispensare, si sit facilis recursus ad Legatum Apostolicum? Henriquez *cap. cit. num. 1.* & potissimum *in commentario litera H.* affirmat.

11. Sed omninò videtur non posse, si Legatus hac in parte priuilegium aliquod habeat à Pontifice: cùm enim Episcopus nihil possit in similibus impedimentis potestate ordinaria, sed solùm, ex tacita Pontificis concessione propter vrgentem necessitatem, cui non potest aliter commodè occurri, nó potest dici sublata hac necessitate respectu Episcopi Pontificem tacitè facultatem concedere; hæc autem aufertur, si adesit alius, qui ex eiusdem Pontificis particulari concessione possit dispensare.

RESOL. CXXX.

An in casibus supradictis, vt Episcopus possit dispensare, requiratur, vt matrimonium sit contractum bona fide saltem ex parte vnius?

Et quid, si cum mala fide cum supradicto impedimento ambo contraxerint?

Et quid, si cum mala fides, quamuis procedat ex lata culpa, & ignorantia crassa, & culpabili, sed requiratur, vt scienter præsumatur?

Et in quibus vero casibus potest Episcopus dispensare, an non ideo possit eius Vicarius Generalis, nisi specialiter ab Episcopo id ei committatur? Ex p. 8. tr. 3. Res. 79.

Sup. contento in hoc, & duobus §§. seqq. in Res. per totam, & infra in Res. 134. §. Verum. & supra in Res.

NEgat Henriquez *lib. 12. cap. 3 num. 2.* sed licet hæc sententia videatur verior communiter loquendo; tamen, ait Præpositus *in 3. par quæst. 7 de impedim. Matrimon. dub. 2. num. 12.* quòd sententia Henriquez videtur probabilis in casu aliquo valdè raro: nam quando valdè magni refert ad bonum publicum conseruandum, vel ad impediendas discordias inter illustres familias matrimonium aliquod non solui, Episcopus posset dispensare in impedimento etiam cum iis, qui mala fide cum illo contraxerunt. Confirmatur ex eo quòd Sanchez *disputat citata, numer. 7.* doceat Episcopum posse ex vrgentissima causa dispensare etiam ante matrimonium contractum. Quamuis ergo in nostro casu coniuges sint indigni dispensatione: quia tamen bonum commune id postulet. Pontifex videtur tacitè consentire, vt Episcopus possit dispensare. Ita Præpositus. Sed tu cogita, hoc enim mihi non placet: tum quia ipsi contrahentes sunt iam conscij nullitatis matrimonij, possunt, ac debent interim abstinere, aut sedere, donec obtineatur dispensatio à Pontifice. Tum præsertim, quia dum Concil. Tridentinum *sess. 24 cap 5.* præscripsit, vt qui scienter intra gradus prohibitos matrimonium contrahere, & multò magis si consummare præsumpserint, spe dispensationis careant: planè non reliquit locum Episcopi arbitrio, & æquitati, ad concedendam talem dispensationem, Idémque decernit *ibi* Concilium, si cum ignorantia impedimenti contractum sit matrimonium, sed neglectis solemnitatibus ab Ecclesia requisitis. Dicit *neglectis*; non verò si iustè, & de licentia superioris fuissent prætermissæ, & ita docet Auersa *de sacrament. Matrimon. quæst. 19. sect. 2.* & alij.

2. Nec valet dicere, posse Episcopum dispensare, si vnus coniugum contraxit bona fide, quamuis alter mala fide contraxisset; quia Concilium iniungit illam dispensationi priuationem in vim pœnæ: sed æquum non est, puniti innocentem ob delictum alterius. Sed obstare videtur, quòd Concilium de vno etiam in singulari loquitur. Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit, aut si ignoranter id fecerit, siquidem solemnitates neglexerit, &c. Quòd si adhuc sub verbis Concilij vtrque coniux simul & coniunctim comprehendi dicatur, saltem obstat ratio: quia illa pars quæ conscia impedimenti contraxit, se se voluntariè in has angustias & pericula subiecit: quare debebit quoque tolerare iacturam famæ, aut aliud incommodum, detegendo, impedimentum alteri parti, curando tamen id fieri cautiori modo quo possit. Et præcipuè apparet quòd eius potiùs interest, matrimonium validari per dispensationis impetrationem, quàm alterius partis, quæ fortè cognito impedimento libentius discindet, quàm confirmabit matrimonium: quare iustum est, vt illa pars subeat pœnam, quæ fortasse alteri parti non erit pœna, sed res grata.

3. Dicendum est igitur, ex dictis, vt Episcopus in impedimento dirimente possit dispensare, requiri vt matrimonium bona fide saltem vnius sit in facie Ecclesiæ contractum præmissis denunciationibus (nisi super eis impetretur dispensatio ab Ordinario,) & impedimentum sit occultum, sitque difficilis separatio, & Pontifex vel alius specialem habens facultatem non possit commodè adiri, in quo euentu Episcopus dispensare potest, non tantùm, quando vnicum est impedimentum, sed etiam si plura concurrant, propter rationes allatas.

Sup. hoc infra lege de etiam §.

4. Quibus verè casibus potest Episcopus dispensare non ideo potest dispensare eius Vicarius Generalis, nisi specialiter ab Episcopo id ei committatur, Hic suppo vt censent varij; quia tacita Pontificis concessio non sitis. Res. videtur ad hoc extendi: potest tamen Episcopus id alicui specialiter committere. Ita Præpositus *supra*. Vide etiam Villalob. *in sum. tom. 1. tr. 14. dif. 25. n. 4.* hac

5. Non deseram etiam hîc adnotare, Perez *de Matrimon. disput. 44. sect. 6. num. 9.* docere quòd tunc

tunc dicenda sit mala fides, quando nimiram coniuges non solùm sciunt impedimentum cùm contrahere voluit, sed etiam sciunt inde oriri impedimentum dirimens ad matrimonium contrahendum nec est mala fides, quamuis procedat ex lata culpa, & ignorantia culpabili quia Tridentinum citatum expressè petit, vt scienter præsumatur: at non verè dicitur scienter facere, qui ex ignorantia crassa facit, sed dolus requiritur. Vnde solùm excluditur hæc bona fides, quando ignorantia esset adeò crassa, vt esset ingens temeritas; quia tunc æquipararetur dolo.

RESOL. CXXXI.

An Episcopus possit dispensare in impedimentis dirimentibus matrimonium, quando contractum est mala fide, si sequantur periculum, aut scandalum? Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. Resol. 18.

§. 1. NEgatiuè respõdet Pontius *de matr. lib.* 8. c. 13 *n.* 4. Coninck *de Sacr. disp.* 33. *dub.* 38. 33. Bonacina *de matr. quæst.* 3 *punct.* 15 *n.* 4. Tanner *tom.* 4 *disp.* 8. *quæst.* 4 *dub.* 9 *n.* 162. Vasq. *in part.* 2. *disp.* 178. *cap.* 2. *n.* 16. Rebellius *part.* 2. *lib.* 5 *quæst.* 5. *n.* 20. Salas *de legibus disp.* 20. *sect.* 3. *n.* 25. Sanchez *de matr. lib.* 2 *disp.* 40. *n.* 4. Hurtado *de mat. disp.* 26 *diffic.* 2. *n.* 6. Ochagavia *de Sacrament. tract.* 5. *de matrim. quæst.* 2. *n.* 7. Villalobos *in summ. tom.* 2 *tract.* 14. *diffic.* 25 *n.* 4. Præpositus *in* 3. *p. quæst.* 8. *de dispens. matr. dub.* 2. *n.* 12. & alij communiter, asserentes, tunc Episcopum posse dispensare in impedimentis dirimentibus, quando matrimonium est bona fide ialtem vnius contractum, & publicè, & impedimentum est occultum, & separatio coniugum nequit fieri absque magnæ famæ iactura, aut scandalo, aut alio magno inconveniente, & nequit ad Pontificem iri, neque ad alium habentem priuilegium dispensandi, aut si adiri potest, dispensatio tamen differri nequit absque probabili periculo peccandi. Et ratio huius sententiæ est, quia mala fide contrahens indignus est, cui fauor huiusmodi præstetur, ergo non potest præsumi tacita concessio Pontificis, vt Episcopus in eo casu dispenset. Quod confirmatur ex Tridentino *sess.* 24. *cap.* 35. *de reform. matr.* vbi sic habetur. Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit, separetur, & spe dispensationis consequendæ careat.

2. Sed quia hic casus frequenter in praxi potest accidere, his non obstantibus, affirmatiuam sententiam docet nouissimè doctus Alphonsus Moscoso *in summ. tract.* 10. *cap.* 29. *num.* 22. vbi sit ait. *Quando el matrimonio inualido es celebrando con esta mala fe, la comun tiene, que en ninguna manera puede el Obispo dispensar, aunque aya grandes escandalos y dificultades de acudir por dispesacion à su Santidad, y aya peligro de incontinencia, y fornicacion. Mas la experiencia que yo tengo de ver almas afligidas, y desconsoladas, viendose en peligro de perdicion, casi imposibilitadas de hallar remedio, si los Obispos no las remedian, me mueue à tener por muy probable la opinion contraria, y dezir, que aunque aya auido mala fe en ambos casados, puede el Obispo dispensar concurriendo las causas dichas de ser el matrimonio publico, y el impedimento segreto, que no se puede publicar, y grande escandalo en apartarse, y dificultad notable de acudir à su Santidad. Esta opinion tiene Enriquez lib.* 12. de matrimon. cap. 3. *num.* 2. *otros modernos con el, y las razones, que ay en su fauor son fuertes Cierto es, que el Obispo en hoc casu iure diuino puede en su Obispado, como Pastor de su grey lo que su Santidad en la Iglesia vniuersal Verdad es que el poder del Opispo esta subordenato al de su Santidad, que le puedo impedir que no vse del como primado lo haze, quando conuiene; mas quando le impide no por se le quita, ni le ympide en todas occasiones sino en las ordinarias, quando no ay peligro de perderse las almas: porque auiendole, quien duda, sino que la voluntad de su Santidad es, que el Obispo las remedie, dispensando, y vsando de la potestad que Dios le tiene dada, y dezir, que en semejantes casos su Santidad no quere que el Obispo dispense, parece que es dezir, que su Santidad no haze oficio de Padre, y que vsa mal de su poder en perjuizio de las almas. Y como mandando el Consilio de Trento sess.* 24. *cap.* 5. *que no se dispense con los que con mala fè se casen en grados prohibidos, no ata las manos à su Santidad para que no pueda dispensar quando conuiene, tampoco las ata al Obispo, pues el vno, y el otro tienen poder de iure diuino, el Papa per se, y el Obispo per accidens, quando se lo tiene prohibido su Santidad, y es necessaria su dispensacion para el bien, y remedio de las almas, concurrienao las causas dichas Manda Dios nuestro Señor que ninguna persona mate al proximo; mas si vn hombre no puede conseruar su vida, sin quitar la suya al* proximo propter inculpatam tutelam. *Dios permite se las quite à esta semejanza. Manda el Concilio que no se dispense con los parientes, que mala fide se casen, mas siendo necessaria la dispensacion para el bien, y vida espiritual, es mucha razon se dispense, y no porque estos mal casados con mala fe, y engaño, y por su gran culpa, se ayan puesto en tal mal estado, y de su parte se ayan hechos indignos, y no merezcan, que la Iglesia los fauorezca, dexa al Obispo como Padre de tener obligacion à los remediar, y amar, y vsar con ellos de misericordia en estado tan miserable, y digno de ser fauorecidos, dispensando con ellos para sacarlos de aquella miseria, como lo està qualquiera à vsar de caridad y misericordia con el, que està en estrama necessidad; aunque sea por auer dissipado sus bienes en grandes malades, ò como desesperado se aya echado en vna balsa de agua à ahogarse, ò vn lazo a la garganta para à ahorcarse, pudiendo remediar à estas estremas necessidades; quien duda el auer obligacion à ello con ley de caridad, vsando de misericordia con el miserable? loque es razon de aduertir, que de semejantes dispensaciones no se ha de vsar, sino quando es claro auer grandissima necessidad para el remedio de las almas, y considerado con mucho acuerdo, y prudencia; y imponer penitencias algo pesadas; pero lleuaderas.* Huc vsque Moscoso; licet Præpositus *in* 3. *part quæst.* 8. *de dispens. matrim. dist.* 1 *num.* 32. hanc opinionem in casu aliquo valde raro putet probabilem esse, nam quando valde magni referret ad bonum publicum conseruandum, vel ad impediendas discordias inter illustres familias matrimonium aliquod non solui, tunc putas Episcopum posse dispensare in impedimento etiam cum iis qui mala fide cum illo contraxerunt. Verùm affirmatiuam sententiam absolutè probabilem esse docet Villalobos *in summ. tom.* 1. *tract.* 14. *difficul.* 25. *numer.* 4. vbi contrariam quam ipse tenet vocat probabiliorem. Sed an hæc sententia verè probabilis sit, remitto me iudicio aliorum.

RESOL. CXXXII.

An Episcopus ex vrgentissima causa, & necessitate possit dispensare in impedimentis dirimentibus matrimonium ante contractum ipsum matrimonium?

Et late explanatur quid in praedictis impedimentis post contractum matrimonium. Ex part. 2. tr. 16. & Misc. 2. Resol. 17. alias 19.

Pro doctrina & difficultatibus contenta in hoc §. supra in Resol. 129. & in Resol. 26 §. Quartus casus, & seq. & infra in tr. 3. Resol. 52. §. suffragatur.

§. 1. DIxi, ante contractum, ipsum matrimonium, nam post contractum, quando ipsum impedimentum est occultum, & matrimonium publicum, nec coniuges possunt separari absque scandalo, nec ad summum Pontificem patet recursus propter paupertatem, vel locum distantiam vel ob alia legitima impedimenta, clarum est posse Episcopum dispensare contra Sotum, Medinam, & Cordubam. Ita tenet communis DD. sententia, Coninch. *de Sacr. disp. 55. dub. 3. n. 32.* Sylvest. *verb. dispensatio q. 9. §. 15.* Fernand. *in exam. theol. p. 3. c. 16. §. 4. n. 1.* Rodriquez *in sum. tom. 3. c. 55. num. 7.* Franc. Leo. *in thes. for. Eccl. p. 2. c. 8. num. 43.* Gomez *in Bull. Cruciata, clauſ. 9. num. 58.* Nauarr. *c. 22. n. 85.* Valent. *tom. 4. disput. 10. q. 5. punct. 5.* Lessius *lib. 2. c. 40. dub. 18. num. 128.* Guttierr. *can. q. lib. 1. cap. 23. num. 18. & de matrim. cap. 49. num. 6. & seq.* Armilla *verb. dispensatio n. 20.* Henriq *lib. 12. c. 3. n. 2.* Sanch. Villalob. Bonacina, Regin. *vbi infra*, & alij.

Sup. hoc in Resol. seq. & in Resol. 1. post seq. §. Hoc ipsum. & in Resol. 2. post seq. §. 1. & 2. & in Resol. 3. annot. praeteritae & in eodem §. ante medium, & supra in Resol. 32. in principio.

2. Tota igitur difficultas est an possit ante contractum matrimonium, Solus Sanchez *de matrim. lib. 2. cap. 40. num. 7.* nullius authoris (vt ipse ait) patrocinio fretus asservit, posse Episcopum dispensare aliquando in impedimento dirimente, antequam matrimonium contrahatur, quando vrgentissima necessitas id postularet: ponit exemplum. Accedit manè confessura, quæ reperitur habere impedimentum dirimens, cuius detectio infamiam ei pareret, & sunt omnia iam parata ad nuptias celebrandas vespere, & tentatis omnibus mediis, nulla euadendi via aperitur ad tollendam infamiã, vel suspicionem gravis delicti in confessione manifestati, si tunc non celebrentur nuptiæ, in tali casu posse Episcopum dispensare, ait Sanchez.

3. Hanc sententiam non audebam consulere, sed modò considerando rationes, quas adducit Sanchez, & quia inueni multos Doctores, qui illum sequuntur, puto hanc opinionem esse probabilem, Doctores qui sequuntur Sanchez, hi sunt, Henriquez de Villalobos *in sum. tom. 1. tract. 14. diffic. 25. n. 6.* Bonac *tract. de matr. q. 3 punct. 15. n. 6.* qui malè citat pro hac opinione Valentiam, & Henriq. *vbi supra*; & tandem inueni, docere etiam hanc opinionem, Molfes. *in sum. tom. 1. tract. 4. c. 12. n. 35.* Barbos. *de potest. Epis. p. 2. alleg. 35 n. 5.* Homobon. *de exam. Eccles. p. 1. tr. 5. c. 5 quæst. 32.* Victorel. *in notis ad man. Navarr. cap. 22. num. 85.* Basil. Pontium *de matrim. lib. 8. cap. 13. num. 6.* qui citat Vasquez & Salas, Valerium Reginald. *in praxi tom. 2. lib. 31. c. 27. num. 205.* Fretus igitur authoritate horum Doctorum, dico quando nulla alia media sufficerent, ad magnam necessitatem, quæ vrget, euadendam, tunc posse Episcopum, etiam ante matrimonium contractum in impedimento matrimonij dirimente dispensare. Et ratio est, quia impedimentum dirimens est de iure humano, & ideo sicut Episcopus, ex magna necessitate post contractum matrimonium, vt asserunt omnes DD. potest dispensare in impedimento dirimente, cur non poterit antea; militat enim eadem ratio, Cætera argumenta videbis apud Sanch.

RESOL. CXXXIII.

An in aliquo casu Episcopus possit dispensare in impedimento dirimente ante contractum matrimonium?

Et an Episcopus post matrimonium contractum dispensatione impedimenti subreptitiè obtenta, possit dispensare in eo impedimento, confirmando dispensationem Pontificis?

Et an Episcopus possit dispensare in impedimentis dirimentibus superuenientibus matrimoniis iam contractis impedientibus petitionem debiti?

Et an Episcopus possit dispensare cum his, qui post votum Castitatis simpliciter contraxerunt matrimonium, vt possint licitè petere? Ex part. 8. tr. 3. Resol. 80.

Alibi & præterea & in eius autem

§. 1. HAnc sententiam ego alibi pertractaui; & me citato, ad illam sic respondet Auersa *de sacrament. Matrimon. q. 19. sect. 2.* Addunt aliqui, posse talem casum necessitatis occurrere ante etiã contractum matrimonium, vt Episcopus valeat quoque tunc dispensare, pariter enim eadem ratio militabit et fauet textus *supra* allatus de impedimento ætatis: vnde potest sumi argumentum ad alia impedimenta, occurrente simili necessitate. Designat casum necessitatis Sanchez: si sponsa matrimonium iam contractura, accedens ad confessionem, aperiat se habuisse copulam cum fratre sui sponsi, nec possit absque infamia, aut gravi periculo retrocedere. Sed tamen, moraliter loquendo, posset in tali casu subvenire tali remedio, vt sponsa dicat se recordatam esse cuiusdam voti castitatis, fuisséque admonitam à Confessario, ne cum tali voto contrahat, sed potiùs dispensationẽ expectet: & vt verum dicam, poterit tunc reipsa facere votum vsque ad tempus, reticebit tamen apud propinquos hanc temporis limitationem: & interim procurabitur secreta via dispensatio illius veri impedimenti, dum palam dicetur quæri dispensatio voti. Et fanè oporteret hoc remedio vti, etiamsi esset ab Episcopo petenda dispensatio: si Episcopus distet aliquo itineris spatio ab eo oppido, in quo sponsi parati erant contrahere: aut etiam in eadem ciuitate si sponsi cum comitatu adierant Ecclesiam, vel vocarant Parochum in suam domum, vt contraherent, vbi non adsit tunc præsens Episcopus. Alium casum designat Pontius: Si quis morti proximus, ad legitimandos liberos, vel ad restaurandum honorem, vel pro bono pacis, deberet citò contrahere. Verùm si impedimentum erat occultum, hæc non habent locum. Si erat notum, non debet ad id extendi potestas Episcopi, maximè pro foro externo, vt ex conclusione ipsa supponimus. Itaque vix potest occurrere casus, in quo ante contractum matrimonium possit Episcopus dispensare. Hucusque Auersa.

2. Sed ego iterum puto cum Villalobos *in summa tom. 1. tract. 14. diffic. 25. n. 6.* & Præpósito *in 3. part. q. 7. de dispens. impedim. Matrim. dub. 2. n. 16.* Episcopũ posse ex causa maximè vrgente dispensare in impedimento dirimente, etiam ante contractum matrimonium, si omnibus tentatis dispensatio iudicetur necessaria ad vitandam grauem infamiam, vel graue scandalum, quia summa necessitas, cui aliter occurri non potest, eam facultatem tribuit Episcopo ex tacita Summi Pontificis licentia.

3. Probatur hæc opinio *primò*, quia impedimentum hoc est iuris humani, statutum lege Pontificia, vel Concilij; sed in hac lege ex magna necessitate

potest

potest Episcopus dispensare, vt docent Doctores graues, quos refert idem Sanch. *disp.* 40. *n.* 3. Cùm ergo magna in prædicto euentu necessitas vrgeat, quid obstat, ne Episcopus possit? *Secundò*, votum simplex castitatis impedit matrimonium contrahêdum, & eius dispensatio Pontifici reseruatur: & tamen in casu vrgentis necessitatis, quando magnum incontinentiæ periculum vrget, nec consuli potest Papa, ratione paupertatis, vel quia est graue periculum in mora, potest Episcopus dispensare, vt docêt Angelus, Syluester, Nauarrus, Palacios, Enriquez, & Aragon, quos *ibi* refert dictus Sanchez ergo potest dispensare in impedimento dirimenti in casu presenti, vbi vrgentior est necessitas. *Tertiò*; quia opinio docens post contractum matrimonium, posse Episcopum dispensare, illi innititur fundamento, quòd possit Episcopus in lege Papæ vel Concilij dispensare in casu vrgentis necessitatis, ergo similiter poterit ante matrimonium, vrgente necessitate pari, vel certè maiori. *Vltimò*, negari non potest, quin hæc sententia aliquam habeat probabilitatem; at quando notabile proximi damnum imminet, licitum est, omissa probabilissima, & communissima opinione, eam amplecti, quæ aliquam habet probabilitatem, vt docet cum Soto, & Nauarro idem Sanchez *lib.* 2. *disp.* 36. *n.* 8.

4. *Nota* tamen obseruare gloss. Cardinalem, Henriquez, & Alexandrum *in cap. quia circa, de consanguinitate*, Episcopum post matrimonium contractum, dispensatione impedimenti subreptitiè obtenta, posse dispensare in eo impedimento, confirmando dispensationem Pontificis; & id probabile censet Basilius Pontius *de Matrim lib.* 8. *c.* 13. vt notat Hurtadus *de Matrimon. disp.* 26. *diffic.* 2. *n.* 8. quod mihi non placet.

5. Id verò, quod docent Valentia *tom.* 4 *disp.* 10. *q.* 5. *punct.* 5. & Basilius, nempe Episcopum posse dispensare in impedimentis dirimentibus superuenientibus matrimonio iam contracto, impedientibus petitionem debiti, vt possit licitè peti, absque sufficienti fundamento dicitur. Sicut etiam id quod docet idem Valentia, nempe, Episcopum dispensare posse cum his, qui post votum castitatis simpliciter contraxerunt matrimonium, vt possint licitè petere, falsum existimamus; quia id esset dispensare in aliquo substantiali voti castitatis simpliciter, quo etiam post matrimonium tenentur, quamuis teneâtur, reddere, dum matrimonium perseuerat, id tamen ex priuilegio Pontificis possunt Patres Societatis, quibus Prouincialis commiserit.

RESOL. CXXXIV.

An Episcopus possit aliquando dispensare in impedimentis matrimonia dirimentibus?

Sed difficultas est, an si adsit Legatus, aut Nuntius possit tunc dispensare Episcopus?

Et notatur Episcopum post matrimonium contractum, dispensatione alioquin impedimenti subreptitiè obtenta, posse dispensare in eo impedimento, confirmando dispensationem Pontificis.

Et an bona fides requiratur in contrahentibus, vt possit Episcopus in impedimentis dictis dispensare?

Et quid, si mala fides interceßit.

Et aduertitur tunc malam fidem dicendam esse, quando coniuges non solum sciunt impedimentum, & contrahere volunt, sed etiam sciunt inde oriri impedimentum dirimens matrimonium, contrahendum, &c.

Et an supra dicta extendantur ad forum externum?

Ex par. 11. tr. & Misc. 8. Resol. 3.

§. 1. DE hoc casu ex Mexico interrogatus affirmatiuè respondi, & cum pluribus Doctoribus me etiam citato probat Leand. *de Sacram.* to. 2. *tr.* 9. *disp.* 24. *q.* 7. & me citato Dicastill. *de sacram. tom* 3. *tr.* 10. *disp.* 8. *dub.* 4. *n.* 3. docet enim pro foro conscientiæ posse dispensare aliquando Episcopũ ex tacita Pontificis concessione in his, quæ iure naturali non dirimunt. Quæ doctrina intelligenda est pro casu quo impedimentum est occultum quidem, matrimonium verò publicum, nec coniuges possunt separari absque magno scandalo neque ad Summum Pontificem patet recursus propter paupertatem, aliaue damna gravia, aut locorum distantiam, aut ob alia legitima impedimenta, aut quia quamuis possit adiri Pontifex, interim tamen cum separatio non possint absque graui scandalo, sunt in magno periculo cohabitantes simul. Quæ sententia etiam locum habet in diuitibus, qui quamuis habeant, quantum satis est, vt possint mittere ad Pontificem, est periculum interim grauium malorum, quæ prudenter timentur.

2. Probatur hæc opinio, quia non est credibile Pontificem pro tali casu, quando prædicta inconuenientia sequuntur, velle talem dispensationem sibi reseruare. Nam, cùm reseruatio (sicut & quæuis alia similis lex) ordinetur in ædificationem animarum; non in destructionem, credendum non est, quod pro tali casu sub iis circumstantiis, sub quibus, si reseruatio fuisset, vrgeret in damnum animarum: velit Pontifex eam reseruationem locum habere.

3. Hoc ipsum posse Episcopum etiam antè contractum matrimonium probabilissimum est pro casu necessitatis; quando non patet aditus ad superiorem, vt quando quis est morti proximus, & vult legitimare filios vel restaurare concubinæ honorem, vel ita oportet fieri pro bono pacis.

Sup. hoc in Resuot. seq.

4. Quod verò in contrarium asserit doctus, & amicissimus Pater Auersa, quem ego adduxi *in part.* 8. *tract.* 3. *resol.* 80. parum roboris habet. Contendit enim prædictos casus non posse, aut vix habere locum, nam si impedimentum erat notum, non debet extendi potestas Episcopi (maximè pro foro externo) ad id; si autem erat occultum non habent locum ea damna. Hoc (inquam) parum roboris habet. In casu enim occulto fatò negat Auersa quod dãna non sequantur (attende quæso.) An proles, quæ ob vitium occultum non fuisset reuera legitimata, quia defuit dispensatio, iuste succederet parentibus, aut aliis siue ab intestato, siue ex testamento, præsertim si id tandem euidenter constaret? An si aliqui quidem sciant impedimenta; licèt non tot, quot sufficiant, vt res censeatur publica, & notoria, non posset decursu temporis res propalari & inde sequi multa mala? An non tam inter illos paucos, qui sciunt, possent esse aliqui, qui rem vehementer sentirent, & possent ab illis, & ab aliis quibus id communicarent, timeri scandala, rixæ inimicitiæ, & similia? Itaque hodie est satis recepta, & tuta, & ipsis etiam Pontificibus nota sententia prædicta affirmans.

Quæ hic est Resol. antecedens, & in Resol. 1. post præteritam, §. Tota. & seq. & infrà in R. seq. & suprà in Resol. 32 § 1. infertius in tr. 3. Resol. 12. §. Suffragatur. ad medium. vers. Confirmatur. & in alio vers. eius not.

5. Sed difficultas est an si adsit Legatus, aut Nuncius, possit tunc dispensare Episcopus? Vtraque pars affirmatiua, & negativa est satis probabilis. Affirmatiua pars probatur ex præiacto fundamẽto, quod Pontifex pro tali casu vrgentis necessitatis non censeatur reseruare. Vnde si secluſa reseruatione potest Episcopus, per accidens est, quod supereueniat aliquis habens delegatam iurisdictionem. Idque adhuc maiorem probabilitatem habet in hoc casu quam in illo de absolutione à censuris. Nam quod attinet ad absolutionem à censuris,

Sup. hoc suprà in Resol. 129. § peruult. & vlt.

expresse dicitur in Textibus ibi citatis adeundum esse Legatum Pontificis si possit adiri, & in defectu Pontificis, vel Legati posse Episcopum absoluere. In hoc autem casu non habetur similis Textus.

6. Oppositа tamen sententia non modo tutior, sed probabilior videtur, vt ex aliis me etiam citato tenet Dicastill. *vbi sup. n.* 61. Quia Episcopus solùm potest in hoc casu dispensare ratione necessitatis vrgentis Sed quando adest alius, qui possit dispensare, cessat necessitas: ergo pro tali casu non censetur Pontifex eam facultatem concedere Episcopo, vel non abstulisse ab Episcopo quando reseruauit, nec reseruatio tunc cedit in destructionem animarum.

Sup. hoc in Resp. præterita §. Nota tamen. & latè infrà in Res. 136.

7. Notandum est etiam hîc quod docet Glossa, Cardin. Hostiens. Henriquez, & Alexand. *in cap. quia circa de consanguin.* Episcopum post matrimonium contractum, dispensatione impedimenti aliquin subreptitiè obtenta, posse dispensare in eo impedimento, confirmádo dispensationem Pontificis. Idque probabile putat Basilius, nec mihi videtur improbabile (quidquid alij reclament) si crimen subreptionis sit omnino occultum, nec facile possit adiri Pontifex, vel timeatur graue scandalum, aut periculum peccati interim, dum expectatur legitima Pontificis dispensatio. Ita Dicastill. *n.* 63. licet Leander *vbi sup. q.* 12 probabilius contrarium putet; sed Dicastilli sententiam probabilem etiam putat Pontius *de matrim. lib.* 8. *c.* 13. *n.* 7.

8. Verùm, an bona fides requiratur in contrahentibus vt possit Episcopus in impedimento superius dictis dispensare hoc opus, hic labor est. Ego cùm multis sententiam affirmatiuam docui *vbi sup resol.*

Quæ nunc est supra Res. 130. in tribus primis eius §§. & in Res. 131. & 26. §. Quartus casus in fine.

79. sed Dicastillus *loco citato* negativæ sententiæ adhæret, sic enim asserit *numer.* 66. Nihilominus quamvis hoc probabilissimum sit, & quantum fieri potest in praxi seruandum, non possum mihi persuadere voluisse Concilium, aut Pontifices, qui illud confirmarunt, hanc reseruationem locum habere in iis casibus, in quibus diximus posse Episcopopum dispensare propter grauissima damna, & inconuenientia scandali peccatorum, & impotentiam adeundi Pontificem; nam tota ratio ob quam pro tali casu dicimus posse Episcopum in foro conscientiæ, est, quia si non posset, reseruatio cederet in destructionem animarum, & non est credendũ Pontificem cum damno, & periculo animarum velle pro tali casu, & circumstantiis reseruare, cùm licita non esse reseruatio, quidquid sit de valore, atqui etiam fieri potest vt quamvis mala fide contractum sit matrimonium, sequantur eadem damna, & pericula animorum, & si eadem moralis impotentia adeundi Pontificem, idemque periculum in mora: ergo eodem modo credendum est, non esse mentem Pontificis, quod Episcopus pro tali casu non possit.

9. In citato autem *cap.* Tridentinum loquitur pro foro exteriori, in quo si semel constet de prædicto impedimento, præcaueri poterunt reliqua damna, & separari coniuges. Quod si in eo casu sequantur scandala, & alia incommoda; tunc non sequuntur ex ipsa separatione illorum, & ex negatione dispensationis, & spei illius obtinendæ; sed ex ipsa notorietate, vel probatione externa commissi delicti. In quo casu maiora inconuenientia sequerétur ex eo, quod permitterentur non separari, aut ex facilitate dispensandi cum illis, quam ex ipsa separatione, & negatione dispensationis, imo hoc deseruiret ad tollendum scandalum. In casu autem quod delictũ est omninò occultum, & tantum agitur de foro conscientiæ; si in eo foro sit periculum in mora expectandi Pontificis dispensationem vel sit mortaliter impossibilis aditus ad illum, & scandalum in separatione, longè alia ratio est. Vnde quando Concilium dixit: Non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facile experiatur, &c. Tantum intelligendum est pro casu, quo ex mera benignitate concedenda esset dispensatio. Pro nostro autem casu dispensatio concedenda est, non ex mera benignitate, sed ex obligatione, quam habet superior prouidendi bono animarum, & auertendi præcauendique peccata subditorum, & scandala. Quæ omnia vt supponit noster casus, moraliter præcaueri non possunt; nisi dispensatio concedatur, & matrimonium legitimè fiat.

10. Et hæc omnia docet Dicastill. *vbi sub.* qui etiam in tali casu reprobat consilium datum coniugatis à Sanchez, Guttierez, & Bonacina quod quando Confessarius in confessione detegit impedimentum aliquod dirimens, posse hoc remedio vti ad vitandam suspicionem alicuius criminis, vel infamiæ inter sponsos, nempè quod ille, vel illa voueat castitatem ad mensem, vel duos menses, deinde dicat consanguineis, aut etiam aliis se castitatem vouisse, ideoque à Confessario sibi iniunctum esse, vt abstineat à matrimonio donec obtineatur dispensatio à Sede Apostolica, cauere tamen debet, ne dicat votum esse ad tempus, ne audientes opponant sufficere dispensationem Episcopi, & ea ratione remedium deludatur.

11. Verùm, ait Dicastill. cùm eiusmodi consilium, & medium sit apud varios, & notos Auctores, & homines in mundo proni ad suspicandum sint, aut in deteriorem partem interpretandum acta aliorũ, non esse facile vtendum tali remedio clausa porta; nec debet facile Confessarius dare eiusmodi consilium, nisi vbi, & quando moraliter certum sit, quod ea ratione fœmina non veniat in suspicionem. Adde, quod hæc ratione potest maritus multo eam minùs æstimare, imò & licitè resilire ab ipso contractu, & magnum detrimentum inde resultaret fœminæ, eiusque existimationi. Est ergo cautissimè eo medio vtendum, si tamen aliquando vtendum est; quia vix poterit adhiberi sine periculo infamiæ.

12. Notat etiam sententiam Dicastilli tanquam probabilem admittere etiam Ioannem de Soria *in epilogo summarum par.* 2. *tract.* 1. *sect.* 10. §. *circa dispensationem.* Et Martinum de San Ioseph *in Mon. Confess. tom.* 1. *lib.* 1. *tract.* 41. *de matrimon. num.* 5. vbi sic ait: *Pareceme probable la opinion de los que affirman, que el Obispo puede dispensar en estos casos, con las condiciones referidas en el numero procedente, aun en caso, que interuenia se mala fe en ambos casados, quando contraxeros matrimonio; porque aunque estos ne metezcar que se vse con ellos de misericordia, por auerse hecho de su parte indignos della, los Obispos son Padre espirituales de sus subditos, y tienen obligacion de caridad, de mirar por sus almas, honra, y fama en estado tan miserable, que tambien ay obligation de caridad à sacard del poco, al que desesperando se arrozò en el, y à cortar el lazo del, que se echò à la garganta para ahorcarse. Sic Alphonsus Mososo Episcopus Malacitanus* in summa tract. 10. cap. 29. num. 22. *Henriq.* lib. 12. de matrim. c. 3. n. 2. in gloss. lit. R, & O, *& reputat probabile Villalob.* 1. p. tr. 14. diffic. 25. num 4. *La caridad el muy benigna y piensa, que se puede ofrecer caso tan apretado, que tenga obligacion el Obispo à dispensar en el, porque en semejantes occasiones,* sententia humanior est tenenda, *l. pro hærede* 20. §. *si quid, & in gloss. human. ff. de const pecuniar.* Et quando æquitas est ex vna parte, & ius scriptum ex alia; æquitas est præferenda;

Glos. i.

Glos. 1. Placuit. C de iudic. Et necessitas facit probabile, quod alioqui de se probabile non foret, *l. qui pretuerunt 27 in addit. margin ff. de manumiss. testament. donde se dize tambien*, quæ non solum necessitas non habet legem, sed ipsa legem facit. Hucvsque Martinus.

13. Sed observa etiam supradictam sententiam Leandrum *de Sacr. tom 2. tr. 9. disp. 24. q. 9.* extendere ad forum externum, sic enim ait; Episcopus etiam potest dispensare in impedimentis publicis, & foro externo, casu (& non aliter) quo de facto detur necessitas maxima in illis dispensandi, & non pateat aditus ad Pontificem, aut si patet est periculum magnum in mora. Probatur primò. Quia ea solum aut præcipua de causa, potest Episcopus, in dicto eventu, dispensare impedimentis occultis, & pro foro interno; quia videlicet ob vrgentem dispensandi in illis necessitatem, præsumitur à summo Pontifice facultatem habere, vt docet Sanchez, Basilius, & alij Doctores 9. 7. & 8. pro nobis relati: ergo si detur casus, in quo vrgeat necessitas magna, etiam in impedimentis publicis & pro foro externo, dispensandi, censeri etiam debet habere eandem facultatem à summo Pontifice ad dispensandum in illis: nam vtrobique currit eadem ratio.

14. Secundò probatur rationibus pro parte negatiua adductis, nam certè hanc nostram modò explicatam, apertè probant. Quia dato casu præassignato, Romanus Pontifex, id verè concederet ob animarum salutem, si de eo requisitus esset: ergo. An autem de facto possit occurri casus, cuius magna necessitas vrgeat Episcopum ad dispensandum in aliquo impedimento publico, videant ipsi. Mihi, etsi difficile accidere posse videatur, non tamen impossibile, vt ex dictis facile colligi potest. Ita ille.

15. Sed ego omnia supradicta secundùm mentem supradictorum Doctorum dicta esse volo, ego enim non recedo à sententia, quã olim docui, nempè non esse locum dispensationi, quando mala fides intercessit, sed adverte tunc dicẽdam esse malam fidem, quando coniuges non solum sciunt impedimẽtum, cum contrahere volunt, sed etiam sciunt inde oriri impedimẽtum dirimens matrimonium contrahendum, nec censendam esse malam fidem, quamvis procedat ex lata culpa & ignorantia culpabili, quia Tridentinum citatũ expressè petit, vt scienter præsumatur, at non verè dicitur scienter facere, qui ex ignorantia crassa facit, sed dolus requiritur. Vnde solum excludetur bona fides quãdo ignorãtia esset adeo crassa, vt esset ingẽs temeritas, quia tunc æquiparetur dolo. Et valde notẽtur à Cõfessariis omnia, quæ in his tribus Resolutionibus à me superiùs dicta sunt, nam in praxi facilè possunt accidere.

RESOL. CXXXV.

An Episcopus in impedimentis dirimentibus ante contractum matrimonium, authoritatem suo Vicario, vel aliis possit delegare. Et an ipsemet Episcopus in impedimentis dirimentibus ante contractum matrimonium, possit dispensare? Ex part. 9. tr. 7. & Misc. 2. Res. 39.

§. 1. Magna quæstio est inter Theologos recẽtiores, an Episcopus in impedimẽtis dirimentibus ante contractum matrimoniũ dispensare possit. Et negat novissimè Texeda *in Theol. mor. tom. 2. lib. 4. tract. 3. controu. 23. §. 1. num. 25.* quia, ait ipse, antequàm matrimonium contrahatur, cùm nulla possit vrgere necessitas ad dispẽsandũ in impedimentis matrimonium dirimentibus, nec possit esse ad Pontificem facilis transitus; non præsumitur adesse Pontificis consensus, qui necessarius est, vt Episcopus in ipsius lege dispenset. Cõfirmatur: nam si potest Episcopus dispensare in impedimẽtis matrimonium dirimẽtibus, postquàm iam initum est, ideò est, quia cõstat de publicitate matrimonij, cùm initũ sit in faciem Ecclesiæ, iuxta formam à Concilio Tridentino petitã, & non constat de impedimento, cùm sit occultum; & aliàs si non dispensaretur in illo, oriretur scandalum, si prædicti coniuges separentur: at hæc ratio non currit, quando matrimonium non est initum, cùm possit tempus protrahi, & ad Pontificem recurri pro obtinenda dispensatione: ergo in tali casu non potest Episcopus dispensare in impedimento dirimente ante contractum matrimonium. Secundò, quia si permitteretur, quòd Episcopus dispensaret in impedimentis dirimentibus ante cõtractum matrimonium, aperiretur quidem ianua ad multa fraudulẽta matrimonia, cùm possit fingi necessitas vrgens, vbi nulla est, & allegari difficultas recurrendi ae Pontificem, vbi talis non est, nec vrgere potest tã gravis necessitas, quæ difficilem reddat ad Põtificem p.o obtinenda dispensatione transitum: nam, si aliquis casus potest contingere, in quo horum modernorum sententia, verificari possit, solus esse potest, quando duo consanguinei in gradu prohibito habuerunt copulam carnalem inter se sub spe futuri matrimonij, & ne vir à pro[illegible]ne facta recedat, si fortasse timetur periculum [illegible]ta, ne fœmina violata remedio maneret destituta; & ob maiorem temporis accelerationem, vt obuietur tanto malo, poterit quis dicere posse Episcopum dispensare. Cæterùm, nec in isto casu vrgere grauissimam necessitatem, nec difficilẽ ad Põtificem recursum reperire, ex eo mihi persuadeo: quia in tali casu inueniuntur duo impedimenta, quorum necessariò Pontifex debet fieri certior, nec vrgens necessitas instat, vt difficilis ad Pontificem sit accessus. Et præterea arguitur: quia copula illa inter illos consanguineos habita sub spe futuri matrimonij, vel est manifesta, vel occulta: si est manifesta, necessarium est, vt pro dispensatione obtinenda recurratur ad Pontificem, vt notum est: si est occulta, cùm non sit periculum in mora, & possit Pontifex consuli, necessariò ad illum recurrendum est: nam in eo casu non præsumitur voluntas Pontificis adesse, quod necessarium est, vt Episcopus in casu necessitatis vrgentis, possit in impedimentis dirimentibus dispensare.

2. Sed ego satis probabiliter affirmatiuam sententiam teneo, & præter Vasquez, Sanch. Hurtad. & Poncium, hoc etiam docet Castr. Pal. *tom. 5. disput. 4. punct. vlt. §. 1. n 9.* quod colligitur ex *c. 2. de dispens. impuber.* ibi: *Districtius iubemus, ne aliqui ante ætatem à Canonibus præscriptam coniungantur, nisi fortè aliqua vrgentissima necessitate interueniente, vtpote pro bono pacis talis coniunctio toleretur. Tolereiur*, inquam, non permissiuè, sed approbatiuè, vt advertit Basilius Poncius *lib. 8. c. 13. n. 6.* Ergo ex vrgẽti necessitate ante contractum matrimonium potest Episcopus in impedimento ætatis dispensare: sed eadem est ratio in aliis impedimentis. Ergo in omnibus admitti debet hæc dispensatio Ratio autem id manifestè conuincit, ideò namque conceditur Episcopo potestas dispẽsandi in his impedimentis matrimonio contracto; quia communi Republicæ bono, animarúmque saluti expedit, ne vrgente necessitate homines remedio salutari destituantur: at ante matrimonium contractũ vrgere ea necessitas dispensationis potest, vt compertum est: ergo concedenda est Episcopis hæc potestas. Vnde pater,

patet,non benè dixisse Texedam , in illo solo casu *suprà* adducto,nostram sententiam verificari posse: nam in multis verificatur,vt cùm aliquis proximus matrimonium contrahere astringitur ob legitimandam prolem,ob restaurãdum honorem,ob discordias sedandas,vel ob propriæ animæ salutem.

Sup. hoc suprà in Res. 130. §. Quibus.

3. His suppositis, ad quæstionem propositam *in titulo Resolutionis* respondeo affirmatiuè. Dico igitur,Episcopum posse suo Vicario, & cuilibet alteri potestatem dispensandi in impedimentis ob vrgentem necessitatem specialiter delegare,sicuti docuit Couarruvias *lib.3.var.cap.20. a num.6.* Sanch. *lib. 2. disp.40.a n. 15.* Guttierrez *de matrim.cap. 4. num.16.* Ratio ea est : quia hæc potestas à Pontifice conceditur Episcopis,quatenus tales sunt.At iurisdictio Principis privilegio competens alicui , non qua talis persona est ; sed quatenus talem dignitatem, vel officium retinet,non est delegata sed ordinaria, & iurisdictionis ordinariæ iura habet, vt tradit Bartolus *in l. Ambitiosa,n.34 ff.de decretis ab ordine faciend.* Couarruu *c.c.20. n.6.*Sanch *disp. 40. num 14.* Guttierrez *n. 16.* Ergo hæc potestas Episcopis competens, cùm eorum dignitati, & officio perpetuò sit annexa,delegari potest, iuxta Glos.*in cap. fin. de officio Ordinarij.* Quod adeò verum est, vt non solùm possit Episcopus hãc potestatẽ delegare pro vno,vel alio casu occurrẽte,postquàm ipse casus euenerit,vt placuit Henriquez *lib.6.de pœnit. cap. 14 num. 7. iuncto commento lit. O , & lib. 14. de irregularit cap.19.in fine*:sed antequam casus vllus euenerit,potest hanc potestatem Vicario vel alteri, ad omnes casus euẽturos specialiter delegare.Verbũ enim,*specialiter*,non specialem casum exigit ; sed specialem , & expressam delegationem, vt tradit,aliis relatis, Sanch. *d. disp.40.n.17.*Guttierrez *c.49 n.21.*Et hanc opinionem tenet etiam Hurtadus *de matr.disp 26.difficc. 2. n, 7.* cui adde Martinum Perez *disp.44.sect.7.n.3.*

4. Nec obstat Concilium Tridentinum *sess.2.c.6. de reformatione*, vbi concedit Episcopis casus Põtifici occultos,&explicat,per se, vel per Vicarium: ergo clarè denotat,non posse Episcopos delegare, vbi non committitur Episcopis delegandi potestas. Respondeo Conciliũ solùm velle Vicariũ Episcopi non habere ex generali commissione Vicariatus, prædictos casus,nisi sibi specialiter committantur; non verò intendere Episcopo negare potestatem generaliter delegandi.

RESOL. CXXXVI.

An Episcopus post matrimonium contractum , dispensatione subreptitia obtenta , possit dispensare in eo impedimento , dispensationem Pontificis confirmando ? Ex part.9 tr.7.& Misc. 2. Res.40.

Sup.hoc suprà in Res. 132.§. Nota tamen. & in Res. 133. §. Notandum est.

§.1. Affirmatiuè videtur respondere Hurtadus *de matrim. disp. 26. difficul. 2. num. 9.* quia hoc videtur concessum in cap. *Quia circa,de affinit. & consanguinit.* quatenus Pontifex consultus de his qui subreptitia dispensatione contraxerunt;respondit Episcopo interroganti : *Dissimulare poteris , vt remaneant in copula sic contracta, cùm ex separatione videas graue scandalum imminere*,illa namque dissimulatio,dispensatio est.Nam,licèt dissimulatio Superioris , quæ suo facto , & impunitate fit,non sit dispẽsatio,vt probat textus in cap.*Cùm iam dudum. de prabend.* at dissimulatio verbis facta,dispensatio censeri debet;quia est quædam approbatio.Et circa hanc sententiam dubius manet Basilius Poncius *de matr.lib.8.c.18.*

2 Mihi verò prorsus displicet. Dico igitur cum Perez *de matr. disp.43 sect. 6. n. 15.* non esse talem facultatem Episcopo concessam,quia textus solùm habet,Episcopum dissimulare posse ; vt remaneant illi in matrimonio mediãte dispẽsatione subreptitia contracto,si ex separatione graue immineat scãdalum.Nam coniuges bona fide existimabant,se legitimè cõiugatos esse & ex veritatis detectione timebatur graue scandalum:quaporpter Papa tacendum, & dissiulandum esse dicit, illõsque in matrimonio putatiuo,& invincibili ignorãtia excusaio,permittendos esse.Nec opposita sententia ex textu in cap. *Quia circa* , vllatenus colligere potest, Pontificem Episcopis hanc potestatem concessisse:ad summum enim probaretur,eo casu datam fuisse illi Episcopo eam facultatem , non tamen inde inferendum est, omnibus Episcopis datam esse. Sed neque hoc ex prædicto textu probatur:non enim Pontifex alicuius dispensationis meminit ; sed solùm dixit , ob graue scandalum ex separatione imminens permittendos esse illos coniuges in sua bona fide perseuerare.Si autem ipse Põtifex dispensaret, vel facultatem dispensandi Episcopo concederet,monendi essent coniuges,vt matrimonium reualidarent; quia copula subsequens,cùm procederet ex errore, quo credebant se matrimonio esse ligatos,matrimoniũ constituere non poterat,vt falsò, & satis inconsequenter à suis principiis existimavit Basilius Põcius *dicto lib.8.cap.13. num.7.* vt interpretationem legitimam Th.Sanch *lib 2.de matr.disp.38.num.12.* impugnaret:vt optime observat Castr. Palaus *tom. 5. disput. 4. punct. vlt. §. 1. num. 11.*Non benè itaque Glossam,Cardinalem Hostiensem,Henricum, Alexandrum de Nevo , Bartachinum , Conradum, Henriquez,& alios affirmatiuæ sententiæ adhæsisse dicendum est.

3 Nec supradictis obstat,Episcopos in sua Diœcesi , & Legatos in terminis suæ legationis videri posse dispẽsare in impedimẽto consanguinitatis, & affinitatis, iuxta Trid. *sess. 24. c. 5. de reform. matr.* vbi Concilium permittit certis conditionibus dispensationẽ in gradibus prohibitis,non explicans à quo hæc dispensatio fieri possit:atque ita censetur concedere facultatem Episcopo,cum alioquin permissio nihil operatur. Confirmatur. Concilium etiam generale non potest Sũmo Pontifici præscribere,quibus conditionibus possit dispensare : cùm ergo prædicto capite id fiat, apparet per illud dari Episcopis potestatem dispẽsandi.Respondetur, negando Episcopis competere facultatem,de qua *ibi* est sermo:quod patet ex ipsa Ecclesiæ praxi:nullus enim ordinariè recurrit ad Episcopos pro impetrãda dispensatione in gradibus prohibitis.Vnde dico, Concilium *eo loco* non permittere dispensationem; sed tacitè rogare Summum Pontificem,vt iis, quæ *in prædicto capite* ponũtur,sese velit cõformare non facilè dispensãdo,nisi conditiones ibi requisitæ inveniantur in petentibus dispensationem.Ex quibus patet responsio ad confirmationem, quòd scilicet, Concilium nullas imponat conditiones Pontifici, tanquam superiori ; & tamèn illud caput aliquid operetur;quia operatur per modum supplicationis ipsi Summo Pontifici factæ.Nec contrarium sustineri potest , vt præter rationes supradictas confirmat vniversalis consuetudo , & praxis Ecclesiæ, contra quam faxit Deus,quòd quidam Antistes miserrimè his temporibus non fuerit operatus , & in errore lapsus : & ideò hanc sententiam, & omnia supradicta docet Perez *vbi sup.n.14.*& Præpos.*in 3. p.q.8.de disp.dub.2.n.6.*& alij communiter.

RESOL.

RESOL. CXXXVII.

An detur casus vt Episcopus possit dispensare cum diuitibus super impedimento aliquo dirimente ex illo capite, quod non pateat aditus ad Pontificem? Ex part. 8. tr. 3. Res. 96.

§. 1. SVprà dictum, in aliquibus casibus posse Episcopum dispensare in impedimẽtis dirimentibus. Hoc supposito, videtur negatiuè respondendum ex his quæ docet Auersa *disp. 19 sect. 2.* vbi sic ait. Designari solet huiusmodi casus magnæ necessitatis, quando contractum iam sit publicè matrimonium cum occulto impedimento dirimente, & non possint tales coniuges separari, quia ex separatione sequerentur magna damna, & scandala. Vbi sanè manifestè apparet necessitas obtinendi dispensationem, & conualidandi matrimonium. Dicitur etiam vt plurimum casus quo non pateat aditus ad Pontificem, quando coniuges propter inopiam non possent facere expensas conuictas ad impetrandam dispensationem à Pontifice: adeò vt aliqui dubitent, num in diuitibus posset etiam occurrere talis difficultas adeundi Pontificẽ, siue procurandi ab illo dispensationem. Ita ille.

2. Sed contrarium docet Baunius *in Theolog. moralem. 1 tract. 12. de impediment. Matrimon q.* 1. vbi ita asserit. Quarta conditio est, vt ad Pontificem, aut alium, cui dispensandi ius ac potestas eius concessione competat, non sit accessus facilis, ob coniungum paupertatem, loci distantiam, aut causam similem, quæ eos Romam ire, aut eò mittere non sinit.

3. Quid si contrahentes claris sunt orti parentibus: quid si sunt diuites? proindéque necessariis non destituti commeatibus ad Romanum iter?

Respondeo, Episcopum dispensare posse non secus, si res si locus, si necessitas, eaque grauis, id exigunt, nempe, quia Roma longè abest, quia infesta sunt itinera latrociniis, consequenter intuta, periculosa; postremò, quia longa mora, reditúque nuncij ex vrbe coniungum periclitatur continentia, nam si cum paupere humaniter ac benignè potest Episcopus agere, cum eo dispensando in impedimẽto, quod in eius coniungio, quia ei non est facile supplicare Papæ consulere, quid eum prohibet pari erga diuitem benignitate vti, quando ratione necessitatis, vrgentisque periculi in mora, recurrere ei ad Papam non licet; Hæc Baunius, cui libenter adhæreo.

RESOL. CXXXVIII.

An si quis matrimonium contrahat ante dispensationis notitiam, sit validum?

Et docetur, quando nempe dispensatio censetur suum effectum operari, an à die suæ concessionis, vel à die notitiæ, & receptionis, & acceptationis? Ex part. 8. tr. 3. Res. 88.

§. 1. REsponsio huius difficultatis pendet ex illa quæstione, quando nẽpe dispensatio censetur suum effectum operari, à die ne concessionis, an notitiæ & acceptationis: Cùm enim dispẽsatio sit quædam concessio, seu licentia à superiore facta, eumque illa multo tempore antè à superiore obtenti possit, quàm innotescat, & acceptetur ab inferiori, non leue dubium emergit, an suum effectum incipiat operari statim atque à superiore obtinetur an potiùs postquam illa dispensatio innotuit, ab eoque acceptata fuit.

2. Pro cuius difficultatis solutione dicendum est dispensationem per se suum effectum non operari nisi postquam fuerit nota & accepta ab ipso dispẽsando. Ratio est; quoniam dispensatio per se est, relaxatio à lege adhuc vigente, & obligante: ergo vt licitè suum effectũ operari valeat, debet esse nota ipsi dispensando. Antecedens constat ex dictis. Consequentia probatur; nam quamdiu dispensando superioris dispensatio non innotescit, non est ei licitum contra legem agere. Igitur ante nutiam dispensationis nequit dispensatio suum effectum operari. Consequentia probatur; quoniam effectus dispensationis est, licitus vsus contra legem vim obligandi habentem: igitur si ante dispensationis notitiam nequit esse licitus vsus contra legem vim obligandi habentem, non poterit ante talem notitiam dispensatio suum effectum in dispensando operari.

3. Confirmatur; quia non est de superiore præsumendum, quòd velit subditum à legis obligatione eximere, nisi quando tuta conscientia & absque peccato potest contra illam agere. Atqui non potest tuta cõscientia, & absque peccato contra illam agere, nisi post dispensationis notitiam, cùm ante talem notitiam lex altem in conscientia subditi obtineat suam vim obligandi. Hinc sit, vt si Paulus, v. g. in sacris constitutus matrimonium cõtrahat cum, Catharina ante dispensationis notitiam, matrimonium sit nullum, defectu volontatis dispensatoris, qui non præsumitur velle suam dispensationem valorem contra legem habere. antequam ipsius notitia ad dispensandum perueniat.

Itaque ex dictis negatiuè respondendum videtur ad propositam quæstionem. Et hæc omnia docet P. Amicus *tom. 5. disput. 6. sect. 1. numer. 11. 12. & 13.*

RESOL. CXXXIX.

An dispensationes valeant ante literarum expeditionem?

Et infertur dispensationes, & alias gratias non expirare mortuo Pontifice ante earum expeditionem,

Et an sola probabilis coniectura de obtenta dispensatione sufficiat ad validitatem, & honestatem actus. Ex part. 8. tr. 3. Res. 84.

§. 1. REspondeo *primò*, quod gratiæ ad suum valorem, seu substantiam non indigent literarum expeditione, Hanc sententiam defendunt communiter Doctores, gloss. *in Clem. Dudum, de sepulturis.* Abbas *cap in nostra, num. 18. de rescriptis*, Ripa *responso 13. n. 4. de rescriptis* Molina *tomo de Iustit. disp 599. n. 1.* Sayro *de pœnitentia, cap. 12. n. 3. fine* & alij Probatur *primò* ex *Clement Dudum de sepulturis*, vbi hæc omnia valida esse dicuntur, vniuersa priuilegia, gratias, vel indulgentias verbo vel scripto, seu quamcumque forma *Secundo* probatur; quia gratia est quæ dã liberalis donatio, hęc autem eo ipso quòd fit, est in se perfecta, non indigẽs aliquo scripturæ instrumẽto; ergo gratiæ litterarum expeditione non egent; hæc autem conclusio ita vniuersaliter, & absolute vera esse debet, vt nulla prorsus egeat limitatione, aut moderatione. Sup. hoc lege doctrinã Res. seq.

2. Respondeo *Secundò*, quòd dispensatio non prodest, neque vim habet in foro externo, si literæ non expediantur, postquã tamen expeditæ sunt retrotrahuntur, & prosunt à puncto concessionis, & vim habet, etiamsi super eum litteræ expediantur mortuo iam Summo Põtifice, qui eas concessit. Ita tuentur

quentur Patef Molina *tom.3. de Iustit disp.559.n.1.&* Bartol.Soncin *consil.41 n.3.vol.3.* Prima pars conclusionis,quòd scilicet non prosit dispensatio in foro externo,donec litteræ expediãtur,probatur ex regula Cancellariæ 53. quæ apud Rebuff *in praxi benefic.* vbi *de regulis Cancell.* est *regula* 57.vbi pronunciatur dispensationem non suffragari nisi litteris expeditis;verbum enim *suffragari* significat aliquid pertinens ad forum contentiosum, vt docet Molina *loco cit* quòd autẽ dispensatio scripta prosit à tempore concessionis patet,quia regulæ Cãcellariæ, quæ petunt litterarum expeditionem,non petunt litteras esse expeditas à tempore,quo iudicium incipit;ergo credendum est,cùm hæc res sit fauorabilis,sufficere etiam ad forum externum expeditionem quocumque tempore factam.

3. Hinc fit, dispensationes, & alias gratias non expirare in isto casu mortuo Pontifice ante earum expeditionem. Probatur, quia iam gratia erat viua voce perfectè facta; ergo non periit morte concedentis. Ita sentiunt Patef Molina *loco cit.* & Sayto *de panit c.22 n.3.in fine.* & alij.

4. Secundò fit ex prima,& secunda conclusione certum, posse Quemlibet in foro conscientiæ vti dispensatione & gratia ante litterarum expeditionem. Ita docent Molina *loco citato*, & Henriquez *lib 12.de matrimonio cap 3. n.7.*& alij multi. Patet, quia gratia sine litterarum expeditione in se est valida,& solùm requiritur expeditio pro foro externo, vt patet: ergo in foro interno, & conscientiæ valida est. Et hæc omnia, præter Doctores citatos, etiam docet Ochagauia *tract. de sacrament. Matrimon.dispens.q.13.n.1 & seq.*

5.Nec deseram hîc etiam supradicta confirmare ex his, quæ docet Ioannes Præpositus *in 3.part.D. Thomæ.q.8 de matrimon.disp.dub 7.nu.46. & seq.* Dico igitur cum ipso. *Primo*,in foro externo non suffragari, litteris non expeditis. Ita decernitur *regula 56. Cancellariæ* apud Rebuffum. *Secundò* in foro tamen conscientiæ valet dispensatio, etiam si nondum scripta sit, statim scilicet, ac simplici verbo concessa est.

6. Deducitur ex sententia plurimorum Doctorum, qui docent ad valorum gratiæ in foro conscientiæ nõ requiri scripturã,quia ea neque requiritur ex natura rei ad donationẽ, & fauorẽ Principis, neque cõuincitur requiri ex iuris dispositione.

7. Hinc sequitur *Primò*,quòd si Summus Pontifex moriatur, antequam expediantur litteræ dispẽsationis,is, cum quo dispensatum est,possit in foro conscientiæ illa vti *Secundò*.quòd similiter vti possit dispensatione,& matrimonium cõtrahere is,cui à fide digno est significatum Pontificem dispensãsse,etiamsi litteræ nondum missæ,vel etiam expeditæ fuerint;vt si quis bona fide inito matrimonio in gradu prohibito occultè obtineat dispensationem super impedimentum,& vt matrimonium reualidetur,potest illud in conscientiæ reualidare,quamuis litteræ nondum sint confectæ.

8.Dices videri obstare regulam Cãcellariæ Gregorij XIII. quam refert Sanchez *lib.8. disp.29.*in qua dicitur:Nulla talis dispunsatio cuiquam in iudicio, vel extrà suffragatur antequam super ea litteræ Apostolicæ sint confectæ.Respond. negando assumptum, quia Pontifex noluit receptæ Doctorum sententiæ aduersari, sed solùm voluit,quòd in foro externo,siue in iudicio, siue extra illud,nulla dispensatio suffragetur ante expeditionem litterarum, non verò agit de foro conscientiæ.

9.At hic obiter non est omittendum dubitum, quod ponit Amicus *tom.5.disp.6.sect 1 n.14.*an videlicet sola probabilis coniectura de obtenta dispensatione,sufficiat ad validitatem,& honestatem actus.Et lõgè probabilius existimat non valere: nã si sufficeret,ideò esset,quia dispensator cũ hac cõditione dispensationem concessit,vt suum effectum operaretur statim post probabilem coniecturam de obtenta dispensatione à dispensando habitã. Atqui verosimile non est, dispensatorem cum huiusmodi coditione dispensationem concedere: ergo .Maior patet, quia dispensatio non operatur vltra voluntatem,& intentionem cõcedentis.Minor probatur, tum quia talis modus concedendi dispensationem non est consuetus. Tum maximè quoniam talis modus est expositus fraudibus,& erroribus,quibus non debet prudens dispensator patrocinari. Nam facilè quisque priuato affectu persuadere sibi posset, obtentam esse dispensationem, quæ tamen re ipsa obtenta non esset. Vnde multa posset ex præsumpta validitate contractus, spe obtentæ dispensationis celebrari,facere, quæ postea dispensatione non obtenta,non subsisterent; neque ea possent absque graui scandalo reuocari.Multi tales casus fingi possent in contractu matrimoniali celebriatio spe obtentæ dispensationis:qui tamen postea dispensatione non obtenta nec subsisterent, nec sine magno scandalo revocari possent.

RESOL. CXL.

An dispensatio à Pontifice concessa,& signata valeat in foro conscientiæ

Ex quo deducitur, an si lex, vel statutum decreuit, vt testamentum sine solemnitate nullam faciat fidem in iudicio,& extra iudicium,an censeatur ipso facto, etiam quoad forum conscientiæ irritatæ testamentum sine tali solemnitate conditum ? Ex p.10. tr. 16. & Misc.6.Res. 55.

§. 1. AD hunc casum satis practicabilem respõdeo,quod Sanchez *de Matrim lib 8.disp.29.n.12.* agens de intellectu regulæ Cancellariæ 50 Gregorij XIII. in qua dicitur, quod nulla dispensatio,licet aliàs viua voce Summi Pontificis concessa,vel tam per manum eiusdem Summi Pontificis signata cuiquã in iudicio.vel extra iudicium suffragetur, antequam super ea litteræ Apostolicæ sint expeditæ,seu cõfectæ,quæ regula hodie est 32. dicit mentem Põtificis in illis verbis,extra iudiciũ, non esse, vt dispensatio iam Summo Pontifice cõcessa,& signata,non valeat,aut prosit in foro conscientiæ (sicut antea, quando in dicta Regula tantum dicebatur,quod dispensatio non suffragaretur nisi litteris expeditis, talis dispensatio ex sola signatura consebatur quoad substantiam valida, & prodesse in foro conscientiæ,vt est communis Doctorum sententia,quod referunt,& sequuntur Sanchez, *d.disput.19.*& Garzias *de Benefic part.4 c.2.n.28.& 30.*)sed solùm vt extra forum conscientiæ ad nullam aliũ affectum prosit, siue verè,& propriè iudicium sit,quale est contentiosum inter partes siue ad alios effectus, vt quis velit ratione huiusmodi dispensationis nondum litteris expediti admitti ad aliqua officia, siue ad alios actus in iudicio,vel extra quorum seclusa dispensatione est incapax.Confirmat Sanchez quia Regula non dicit,vt dispensationes non valeãt, sed vt non suffragentur in iudicio,vel extra:ita vt si aliquis,etiam extra iudicium se opponat,non suffragetur talis dispensatio,& hanc doctrinam, seu intelligẽtiam præfatæ Regulæ approbat etiam Ioannes Lugo, *de Iust.tom.2. disp.22. n.263.* Et hæc omnia docet etiam Bossius, *in Mor. tom.3.tit.14.§.1.n.164.*

Sup. hoc ge dictã nam Re præcessit infra §. huius &c.

2. Confir-

2. Confirmatur opinio supradicta ex doctrina Molinæ *de Iust. tract. 2. disp. 81.* & Basilij Pontij *de Matrim. lib. 5. cap. 5. num. 14.* quærentium, an si lex vel statutum decernat, vt testamentum sine solemnitate factum nullam faciat fidem in iudicio, & extra iudicium, an censeatur ipso facto etiam quoad forum conscientiæ irritare testamentum sine tali solemnitate conditum. Et respondent, per huiusmodi legem seu statutum nullam auferri vim à testamento sine tali solemnitate facto, si alias valeat iure gentium, & naturali inspecto, sed solùm decerni, vt tale testamentum non faciat fidem, sitque insufficiens, vt ex illo quicquam vel in iudicio, vel extra iudicium probetur, & ita per tale testamentum non posse impediri hæres ab intestato, quin hæreditatem obtineat per iudicis sententiam, vel etiam absque iudicis sententia. & hoc idem probabile putat Ioannes de Lugo, *tom. 2. de Iustit. dicta disp. 22. num. 263.* si enim lex vellet ipso facto reddere testamentum huiusmodi nullum omninò, etiam in foro conscientiæ, dixisset, vt testamentum aliter factum non valeat. Verùm, his non obstantibus, Salonius *in 2. 2. D. Thomæ, quæst. 5. de dominio, art. 3.* & Vasquez *opuscul. de testament. capit. 3. dub. 1. numer. 1.* putant in hoc casu, legem, seu statutum reddere nullum, & irritum testamentum ipso facto etiam in foro conscientiæ quia eo ipso quod lex statuit, vt nullam faciat fidem etiam extra iudicium, vult nullam habere vim etiam quoad forum conscientiæ, alioqui illa verba, etiam extra iudicium, nihil operarentur. Vnde Ego puto vtramque sententiam probabilem esse; sententiæ tamen Pontij, & Molinæ tanquam probabiliori magis adhæreo.

3. Sed quia casus propositus in titulo resolutionis est satis, vt dixi, practicabilis, nota quod affirmatiuam sententiam, quam superius docui post hæc scripta inueni docere nostrum amicissimum, & doctum Pasqualigum *in decisionibus variis, decis. 41.* vbi probat, ad profectionem gratiæ sufficere, quod signetur supplicatio, quia gratia non habet aliam causam efficientem, nisi voluntatem Pontificis, seu Principis; vnde hac posita, & manifestata per scripturam, qualis est signata supplicationis, habetur completa ipsa gratia; nam posita completa, & perfecta causa habetur completus, & perfectus effectus. Expeditio autem litterarum non continet aliquod complementum gratiæ, sed tantùm authenticationem in foro fori, & inseruiunt, vt auctoritatiuè conster de concessione. Clausulæ autem illæ, quæ apponuntur in litteris non pertinent ad concessionem gratiæ, quasi sine ipsis non habeatur concessio, sed sicuti formulæ vsitatæ litterarum; sunt enim formulæ explicationis concessionis, non autem forma concessionis: sed supponunt concessionem factam iuxta formam supplicationis petitoriæ: quia signatio supplicationis facit, quòd intelligitur cõcessum quidquid in ipsa petitum fuit; & pertinent tantum ad stylum Curiæ, quo concessio facta expediri, & explicari solet. Ex quibus patet, quod potest quis vti sibi gratia facta à Pontifice ante expeditionem litterarum, quantum spectat ad forum conscientiæ, quia ante expeditionem habetur perfecta conscientiæ, quia licet non admittatur in foro fori, in foro tamen conscientiæ valet; quia iam de ipsa constat apud tale forum. Hæc Pasqualigus, quæ etiam superius firmat Sanchez, & Bossius, quibus prorsus adhæreo.

RESOL. CXLI.

An sit valida dispensatio, si fœmina repudiauit legatum ad finem obtinendi dispensationẽ ob paupertatem?

Et quid sentiendum est, si ante quam mitteret Romam, vel postquam misit, antequam Pontifex dispensaret, institutus sit in prædicta hæreditate, vel legato?

Et an valida sit dispensatio, si fœmina, quæ dote sufficienti caret, vt nubat extraneo, ad obtinendam dispensationem alleget se innuptam remansuram ob defectum dotis, si non nubat cum consanguineo, &c.? Ex part. 8. tr. 3. Res. 94.

§. 1. NEgatiuè respondet Sanchez *lib. 8. disp. 19. num. 27.* vbi sic ait. Difficultas est, quando fœmina verè carebat dote, quando dispensatio impetrata est ratione dotis incompetentis: at antequam expederetur per ordinarium, est instituta hæres, aut legataria maximæ quantitatis, an tunc possit hæreditatem hanc, aut legatum repudiare, ne ea effecta diues frustretur dispensationis valore, quasi cessante causa; Et quidem si fœmina cederet, aut renunciaret in fauorem alicuius, manifestum est iam illam acquisisse hæreditatem, vel legatum, & effectam fuisse diuitem? Cùm in ea cessatione includatur priùs natura tacita aditio (vt probaui *lib. 6. disputat. 4. numer. 17.*) ac proindè renunciatio illa dolosa non proderit, sicut si a principio facta esset. At difficultas est, an possit absolutè renunciare hæreditati illi, vel legato, ne dispensationis effectu defraudetur; Et partem negantem suadet, quòd in foro conscientiæ non liceat hæc renunciatio in creditorum fraudem (vt probaui *lib. 6. disputat. 4. num. 9.*) sed id beneficium in solo foro extremo prodest. Ergo saltem in foro conscientiæ dispensatio illa cessabit. Et confirmatur, quia si legatum consistat in specie, transfertur dominium in legatarium à die mortis testatoris, non expectata hæreditatis aditione. *l. à Titio ff. de furtis.* Cùm ergo domina effecta iam sit illius legati, cessabit paupertas, ac subinde dispensatio. Sed his non obstantibus, existimo integrum esse in vtroque foro huic fœminæ renunciare illi hæreditati, vel legato: antequam tacitè, vel expresè acceptet, ne valor dispensationis cesset, siue renunciarit, antequam mittat Romam pro dispensatione obtinenda, siue postquam Pontifex illam expediuit. Ducor quòd iura concedant prædictam renunciationem hæreditatis, vel legati, censeántque id non esse proprium patrimonium minui, sed tantùm non acquirere (vt explicaui *lib. 6. disputat. 4. numer. 8.*) vbi etiam ostendi dominium legati non acquiri perfectè, sed dependenter ab acceptatione. Ergo potest in vtroque foro hæc fœmina iure illo sibi per leges concesso vti, ne acquisitio illa nota sibi sit. Quia quamuis in fraudem creditorum, dicendum sit diuersimodè in foro interno, & externo: eo quòd lex iustitiæ quæ creditoribus debitor tenetur, obligat ad acquirendum, quando aliàs non est soluendo. At in nostro casu non est cur inter vtrumque forum differentia constituatur.

Quamuis non plene sup. hoc lege tamen supra ex Res. 101. §. sed non, à lin. 7. & vers. An vero, sed lege eam à principio.

2. Cùm nulla sit alia lex ad acquirendum obligans, nec fraus Pontifici fiat, non enim tenetur hæc diuitias in suum damnum acquirere. Quare idem sentio, si antequam mitteret Romam, vel postquam misit, antequam Pontifex dispensaret, instituta sit in prædicta hæreditate, vel legato: potest enim illis simili modo renunciare ad effectum prædictæ dispensationis obtinendæ. Quia in hoc nulla fraus versatur, cùm nil de patrimonio deperdat, sed tantum non acquirat; nec ad acquirendum aliqua lege obligetur. Non tamen poterit vti dispensatione, si nolit renunciare, nec acceptare; quippe verè non est pauper, vt potè quæ adhuc ius ad rem æquisitum per testatoris mortem retinet.

3. Quòd si hæres, vel legataria instituta sit, at institutionis inscia, eò quòd fuit in partibus remotissimis, misit Romam pro obtinenda dispensatione, allegando paupertatem, & concessa sibi ea dispensatione iniit matrimonium, ac post initum peruenit ad eius notitiam institutio, potest acceptare, nec defraudabitur suo valore matrimonium; quia vera paupertas allegata est Pontifici, cùm nondum hæc acceptasset, & inscia fuerit huius iuris ad rem: & hanc piè credendum est, esse Pontificis mentem, ne dispensationes, & matrimonia periculo exponatur: & cessatio causæ postquam effectus illius consummatus est, nil obest, vt suo loco dicemus Hucusque Sanchez.

4. Sed aduersùs illum insurgit Ochagauia *de Sacrament. tractat.4. de Matrimon. dispensat. quæst.6. numer.12.* sic asserens. Nullo tamen modo meretur dispensationem, quicquid contradicat Sanchez, fœmina illa, quæ repudiat hæreditatem ad se delatam, antequam eam acceptet ad hunc tantùm finem obtinendi dispensationem à Pontifice, quia his fraudibus aperiretur via ad sæpiùs contrahendum matrimonium cum consanguineis, quod vitare contendit Ecclesia. Vnde cum ista paupertate dispensatio à Pontifice obtenta inualida esset, & subreptitia, nisi modus paupertatis explicaretur Pontifici. Ita ille.

5. Verùm nouissimè sententiam Sanchez amplexus est Pater Auersa *de sacrament. Matrimon. quæst.19. sect.4.* vbi loquens de causis sufficientibus ad dispensandum, sic asserit. Tertia causa est inopia personæ, præsertim defectus dotis competentis in fœmina, quando inter coniunctos paratus est aliquis eam dotare, vel absque dote competenti accipere. Et censetur fœmina pauper, ac dote deficiens, quando non habet tantam, quanta requiritur, & consueta est, vt nubat pari. Etiamsi habeat parentes diuites, quos tamen cogere non possit ad competenter dotandam, vel qui non possint se in vita sua tanta bonorum parte priuare, quanta requiritur ad competentem dotem filiæ tribuendam. Item etiamsi habeat fratres, aut alios propinquos diuites, à quibus sperat agendam sibi dotem: quia non per hanc spem desinit in statu præsenti esse pauper. Rursus etiamsi habuerat antea magnam facultatem, sed ei cesserat: dummodo tamen hoc non fecerit in fraudem ad finem obtinendi titulo paupertatis dispensationem impedimenti. Si inquam habuerat; quia si nondum habuisset, sed fuisset solùm instituta hæres, aut legataria, & noluit acceptare, & acquirere talem facultatem animo sibi prouidendi per impetrationem dispensationis; id non obstaret, quominus habeat iustam causam impetrandi ob paupertatem, vt concedit Sanchez. Hæc Auersa.

6. *Nota* hîc cum Ochagauia *vbi suprà*, validam esse dispensationem, si fœmina, quæ dote sufficienti caret, vt nubat extraneo, ad obtinendam dispensationem à Pontifice, vt nubat consanguineo, alleget se innuptam remansuram ob defectum dotis, si non nubat consanguineo, quamuis hæc aliàs innupta remansura esset propter multitudinem filiorum, propter deformitatem, vel alias causas: quia Pontifex eò tendit, ne ista maneat innupta, & illa quo plures defectus habet, eo maiore dote indiget, & difficiliùs nubet cum periculo incontinentiæ, quare tunc dispensatio vtilis est ad hoc, vt possit contrahi matrimonium, & valida.

Sup. his causis lege supra doctrinã Resol.124. siguanter §.2

RESOL. CXLII.

An quis possit libere contrahere, si dubitet de impedimento ante matrimonium contractum?

Et quid, si autem dubites, an impedimentum habeas, eo quod scias te habuisse verum impedimentum, nescias tamen, an obtinueris veram dispensationem. Ex part.8. tr.3. Resol.95.

§.1. AD hoc dubium affirmatiuè respondet Caramuel *in Theolog. moral. lib.3.n.1347.* vbi sic ait. In dubio, an detur impedimentum ante matrimonium contractum, potes liberè contrahere sine dispensatione. Patet, quia standum est pro tuæ possessione libertatis: ita vniuersaliter Ioannes Sancius *in selectis, disput.43. numer.44.* quod est intelligendum de homine libero, & nulli certo impedimento obnoxio; tunc enim datur vera libertatis possessio. Si autem dubites, an impedimentum habeas, eo quòd scias te habuisse verum impedimentum, nescias tamen an obtinueris validam dispensationem, tunc etiam standum pro possessione est, & cùm impedimentum in possessione sit, censendum impedimentum.

2. Emanuël em Sà, virum aliàs ingenio forti, claro, imò & audaci præditum, video, *verb. dispensatio, n.1.* in re clarissima hæretem, & scrupulizantem, in tali casu desiderat recurri ad Episcopum, vt declarat, quòd non requiratur dispensatio; aut si & ipse dubitet, vt in dubio dispenset. Sed nescio an secura sit illa Episcopi declaratio, rarò enim ipsi tam docti, vt præponi debeant Theologiæ Professoribus. Felix iudicio Belgium, ab ipso enim erectionis initio, Episcopatibus doctissimos viros præfecit, sed ignorare Sà non poterat in multis Prouinciis ad summas dignitates nobiles, aut fortè diuites promoueri, & in tali casu quid facturus esset cum Episcopi declaratione non scio. Illa quidem dispensatio in dubio concessa nocere non posset; hîc non solùm requiritur, quid possit, sed quid debeat fieri; & dicimus dispensationem illam in dubio non debere peti, sed posse, multa enim inutilia possunt licitè fieri. Ita Caramuel.

RESOL. CXLIII.

An dispensatio prima vice, qua illa vtimur, extinguatur? Ex part.5.tr.14.& Misc.2.Resol.30.

§.1. VT, v.g. emisit quis votum castitatis, vel Religionis, & obtinet dispensationem contrahendi matrimonium, non obstante voto, quæritur an iste semel tantùm possit inire matrimoniũ ex vi dictæ dispensationis, an sæpiùs; Sanch. *de matr.tom.3.lib.8. disp.31.* docet dispensationẽ non extingui prima vice si absolutè concedatur, sed ex vi illius sæpius posse celebrari matrimonium, quia in eo casu tollitur votum, quod impediebat matrimonium, tale ergo votum nunquam obstabit, etiamsi sæpiùs vouens velit contrahere matrimonium, & ideo asserit Sanchez dispensationem concessam in voto, non secundùm se totum, sed secundùm partem; vt ad celebrandum matrimonium, si causa semper permaneat, propter quam dispensatio concessa est, semper ac sæpiùs prodesse, vt matrimonium licitè celebretur. Imò eandem doctrinam defendit in eo casu, quo dispensatio tantùm sit concessa ad contrahendum matrimonium cum certa quadam persona, scil. cùm in eius fauorem concessa est talis dispensatio, posse contrahere cũ qualibet fœmina, dũ tamen causa dispensationis vim habeat respectu cuiuslibet fœminæ, scil. periculum incõtinentiæ, quod quis proposuit Pontifici, vt cũ eo dispensaret,

pensaret, ad hoc vt post votum castitatis emissum possit contrahere cum certa quadam fœmina. Ita Sanchez.

2. Sed quoad omnia supradicta illum impugnat Petrus Ochagauia *de Sacr. tr. 4. de matr. q. 13. n. 8. & 9.* vbi firmat, quòd cùm dispensatio non explicat, an ad plura matrimonia, vel ad vnicum tantùm se extendat, siue sit absoluta, sine limitatione concessa, atque in totum alicuius voti impedientis matrimonium, siue sit partialis; vt cùm in ea conceditur facultas tantùm ad matrimonium celebrandum, non obstante voto; si tamen dispensatio prædicti voti postuletur à Pontifice cum expressione finis intenti ineundi matrimonium, solùm censetur prodesse ad hoc, vt vnicum tantùm matrimonium licitè possit celebrari. Ita Ochagauia. Et ante illum Henriquez *lib. 12. c. 5. n. 7. in glossa lit. V.* Sed sententiam Sanchez sequitur, quod mirum est, eius acerrimus impugnator Basilius Pontius *de matr. lib. 8. cap. 20. §. vnic. n. 13.* Vnde ego puto vtramque opinionem esse probabilem. Sed circa præsentem quæstionem, quando cesset dispensatio per primum vsum eiusdem dispensationis præter Pontium, & Ochagauiam *vbi suprà*, vide Salas *de legibus disp. 17. sect. 13. & disp. 20. sect. 19.* cum Azorio *tom. 1. lib. 5. cap. 23. quæst. 5.*

RESOL. CXLIV.

An commissio dispensandi in impedimentis matrimonij, vel irregularitate, & aliis, quæ in foro externo, vel interno committuntur, cum clausula, Si preces veritate nitantur, *expiret morte concedentis re integra? Ex part. 8. tr. 3. Resol. 98.*

§. 1. PRacticabilis, & cutiosa quæstio, & ad illam affimatiuè respondent Nauarrus *lib. 1. consil. in prima edit. tit. de tempor. ordin. consil. 38. in fine, & in 2. tit. de fil. presbyt. consil. 3. & in sum. n. 29. n. 253. vers. Nono.* Vgolin. *de irregul. lib. 4. cap. 62. n. 6.* Gigas *de pens. quæst. 91. num. 5.* Sayr. *de censur. lib. 7. cap. 14. num. 9.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc. Neapolit. cap. 94. in 2. edit.* Eandem opinionem videtur etiam tenere Guttierrez *qq. Canon. lib. 1. cap. 15. n. 34.* vbi ait, gratiam concessam per verbum, *fiat*, non expirare morte concedentis, secus, quando mandatur aliquid faciendum. Et in terminis decreti, *si in eum dentem*, vt non possit expediri à commissario, mortuo Pontifice, re integra, tenent Lodou. à Peguere *de* cys. 128. Fontanell. *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 12. part. 1. num. 43.* Riccius *collect. 394. & tom. 1. prax. resol. 94.* Bonac. *de legibus, quæst. 3. punct. 1. num. 14. & punct. 7. §. 1. n. 19. prope finem.*

2. Probatur hæc opinio ex *capit. si cui, de præbend. in 6.* vbi potestas collata alicui ad conferendum beneficium non determinatis personis, censetur non expirare gratia facta. Expirare autem potestatem conferendi beneficium determinatæ personæ, quando non in fauorem conferentis concessa potestas est, sed in fauorem recipientis. Vbi glossa rationem reddit, quia tunc gratia non est perfectè facta, sed facienda. Quia tunc non fit propriè gratia illi, qui talem actum effecturus est, sed illi, in cuius commodum actus est efficiendus: nam tota gratia ordinatur ad illum actum, & ideo dum ille non est factus, non censetur gratia facta, sed facienda, & consequenter commissio potestatis ad illum actum faciendum non est firmata, re integra: vt in exemplo *dict. capit. si cui*, si Papa committat Episcopo, vt det beneficium quod vacauerit, Petro, gratia censetur concessa Petro, & antequam bene-

ficium conferatur, censetur faciesda non facta, & ideo expirat in eo statu existens per mortem concedentis.

3. Sed ego contrariæ sententiæ adhæreo. Dico igitur supradictas commissiones non expirare morte concedentis, & ita docet Maiolus *lib. 5. de irregul. cap. 51. num. 6.* Suarez *tom. 5. in 3. part. disp. 42. sect. 2. in fine, & lib. 6. de legibus, cap. 17. num. 6. & 9. & lib. 8. cap. 31. num. 3.* Henriquez *lib. 7. de indulgent. cap. 21. n. 7. & lib. 12. de Matrim. cap. 1. num. 8. & cap. 3. num. vlt.* vbi in commento *littera V.* refert aliquos Doctores Salmantinos pro hac sententia, Emanuel Sà *verb. Gratia, num. 3.* Petrus de Ledesma *in summa Sacram.* vbi de matrim. *cap. 27. versicul. secunda conclus. in fine illius.* Rodriguez *qq. regul. tom. 2. quæstione 46. art. 7. & part. 1. summ. cap. 136. num. 3. conclus. 3.* Sanchez *lib. 8. de Matrimon. disput. 28. num. 87.* Gutierrez *de matrim. cap. 125. n. 21.* Reginald. *tom. 2. lib. 31. cap. 27. num. 210.* Garcias *tom. 1. de benef. part. 5. cap. 2. num. 311.* & alij.

4. *Notanda* tamen sunt duo. *Primum* est, quoties committitur alicui potestas dispensandi cum determinatis personis, & nescitur, an ea potestas sit in fauorem dispensaturi concessa, an in fauorem personarum, cum quibus dispensandum est, sed est dubium: censenda est, fuisse datam in fauorem personarum, cum quibus dispensatur, ac proinde eam non esse gratiam factam, sed faciendam, & consequenter expirare morte concedentis, re integra. Vnde alleganti esse factam in fauorem dispensaturi, incumbit onus probandi. Sic Ioan. Andr. *cap. in causis, num. 38. de elect. & cap. si cui nulla, de præbend. in 6.* & *ibi* Domin. *num. 6.* Franciscus *num. 1.* Sanchez *dict. cap. 28. num. 90.* & alij.

5. *Secundum* est dispensationes, seu commissiones dispensandi, quæ à Legato Apostolico, vel à Summo Papæ Pœnitentiario, expediuntur, non expirare morte Pontificis, re integra, quamuis dicamus, eas esse gratias faciendas; quia neutrum officium expirat morte Pontificis, re integra: vt de officio Legati deciditur expresè, *cap. legatos, de offic. legat. in 6.* & idem deciditur de officio Pœnitentiarij *in Clement. 2. §. Eo tamen prouiso, de elect.* Ita Sanchez *vbi suprà, num. 92.* Guttierrez *de matrim. cap. 125. num. 23.* Reginald. *d. cap. 27. num. 210.* & alij. Sup hoc ibidem.

6. Probatur verò nostra conclusio; quia quando in litteris gratiæ in fauorem alicuius concessis, minister executurus est voluntarius, eò quòd ei non præcipitur, vt exequatur, sed tantùm facultas exequendi conceditur, non fauore ipsius, sed eius, cui gratia est concedenda, tunc non est gratia facta, sed facienda, & per consequens expirat morte concedentis, re integra. At verò quando est executor necessarius, vt quia præcipitur ei, vt exequatur, *si preces veritate nitantur*, tunc est gratia facta, ac proinde non perit morte concedentis, re integra. Ratio differentiæ est; quia in priori casu, nemini est ius quæsitum per illas literas, non enim quæritur de legato executuro, eò quòd in eius fauorem concessæ sunt, cui gratia facienda est; quia non solùm voluntati delegati relinquitur, velit ne dispensare, an non; ac proinde ea gratia est omnino facienda, cùm in eam nulli sit acquisitum ius. At in posteriori est iam ius acquisitum ad rem illi, in cuius fauorem gratia concessa est, & per consequens dicitur facta respectu illius, ac sola eius executio desideratur, quæ per Commissarium necessariò facienda est, ac proinde habet hìc locum text. *in cap. si super gratia, de offic. delegat. in 6.* Quod etiam clarè colligitur ex *capit. si cui nulla, de præbend. in 6.* ibi, *secus si super prouisione certæ personæ facienda, data sit potestas eidem*, &c. Vbi tex-

tus vsus est *verb. potestas*, ad significandum vt sit gratia facienda, dictum Commissarium debere esse voluntarium, qui, scilicet, potestatem habeat, sed non præceptum exequendi. Cùm igitur in his dispensandi commissionibus non relinquatur voluntati Ordinarij, vel Confessarij dispensationem concedere, aut denegare, sed ipsis præcipiatur, vt, reperta precum veritate, dispensent, gratia hæc non censetur facienda, sed facta, ac proinde non extinguetur morte concedentis.

7. Verùm circa præsentem quæstionem, apponam etiam hîc ea, quæ circa illam docet Pater Perez *de Matrimon. disput. 47. sect. 5. num. 7.* nam loquens de prima sententia, quam superiùs adduxi, sic declarandam esse putat, vt nimirum, si facultas, quæ datur alicui in ordine ad aliam determinatam personam, sit in vtilitatem exequentis, vel delegati, & non subditi, verè expiret morte concedentis, re integra; si verò sit in vtilitatem, & fauorem subditi, vel illius, cui conceditur, non expiret, adhuc re integra. Ratio est, quia in priori casu non est gratia facta, sed facienda, & ad illum cui conceditur potestas exequendi, tantùm pertinet, tanquam mandatum, quod expirat morte mandantis. Quod etiam limitandum est, nisi ea gratia, quamuis facienda sit accessoria gratiæ iam factæ. Quæ est decisio Pontificis *in cap. super gratia, de offic. & potestat. delegat. in 6.* vbi fuit casus de quodam Canonicatu creato à Papa, & exhibito, verbi gratia, Petro, cui dedit executores ad compellendum Canonicos; antequam illi exequerentur mandatum, Papa mortuus est, fuit oppositum quòd potestas ipsorum executorum expirauerat per mortem Papæ. Consultus Papa respondet, vt sicut ipsa gratia, nempe Canonicatus, licèt nondum sit in eius executione processum, morte non perimitur concedentis, nec etiam re integra perimatur executoribus data potestas: quam veluti gratiæ prædictæ accessoriam, naturam sequi congruit principalis, ne gratiam reddi omninò inutilem contingat. Vbi expresè Pontifex ideo non vult perire potestatem datam executoribus super gratia iam facta, licèt ea potestas adhuc non habuisset effectum, & potius respiceret commodum alterius, quàm executorum, quia erat accessoria gratiæ factæ. Vnde sicut hæc non perit morte concedentis, ita neque æquum est perire eam potestatem executoribus datam, cùm sequatur naturam principalis, ne aliàs gratia facta reddatur inutilis. In secundo verò casu, si facultas sit concessa subdito, in fauorem, & vtilitatem ipsius ab ipso accepta, cùm sit iam gratia facta, non expirat morte concedentis. Sic iuxta hanc doctrinam facultas concessa Petro, verb. g. vt eligat, siue determinatè, siuè indeterminatè Confessorem, non expirat morte concedentis, quia cùm non sit ob fauorem Confessoris, sed Petri pœnitentis, iam est gratia facta, & beneficium legitimè, & plenè possessum à pœnitente, cui præcipuè ea concessione fauetur. Idem dico de facultate eligendi aliquem: qui dispenset super aliquo voto, vel matrimonij impedimento, vt cùm committit viro dicto & disereto in Theologia, vel in iure canonico, quamuis decedat Pontifex, nondum electo eo, qui dispensaturus est, non expirat, quia fuit illa gratia facta comparatione eligentis; sicut & de facultate concessa alicui ad comedendum carnes in die ieiunij, vel dicendi Missam in Oratorio priuato, vel etiam in dimissoriis ad Ordines suscipiendos. Quia hæc omnia statim atque acceptata sunt ab eo cui conceditur, iam sunt gratia facta illis, qui acceptarunt, & non sunt in gratiam & fauorem eligendi ad id munus implendum, sed in gratiam, vel fauorem eius, cui ea facultas conceditur. Denique idem dico de potestate data alicui Confessori ad audiendam confessionem determinatæ personæ, si nihil speciale in prædicta concessione exprimatur, non expirare integra re, per mortem concedentis; quia est in gratiam pœnitentis. Quod manifestè constat, spectato ipso iure Pontificis, *in cap. si cui nulla 36. de præbendis.* vbi expresè deciditur facultatem concessam conferendi beneficium certæ personæ, non ob causam, sed eius cui prouideretur mandati gratiam, vel fauorem, expirare omninò, si concedens re integra moriatur. Vbi notanda est particula illa, *non ob suam*, qua declarat, vt expiret ea gratia concessa alicui in ordine ad determinatam personam, debere esse ob solam gratiam tertij cui committitur talis facultas, id enim significat illa vox, *non ob suam.* Quare si simul sit in gratiam, & fauorem vtriusque, iuxta prædictam decisionem non expirabit; quia ex parte personæ determinatæ sit fauor, & gratia facta non expirat; cumque non possit claudicare ex aliqua parte, necessariò per consequentiam fit, vt ex omni parte maneat. At in prædicto indulto, in quo datur alicui potestas ad audiendam confessionem determinatæ personæ, quis non videat, in ea concessione interuenire gratiam, & fauorem vtriusque tam Confessoris, quam pœnitentis, communiter loquendo. Igitur in eo casu non expirat talis facultas, re integra per mortem concedentis. Quare prædicta rescripta, & concessiones, ita sunt regulariter intelligendæ, nisi vel ex eorum verbis aliud apertè constet, vel in aliquo particulari casu; aut munere, praxis ipsa, vel vsus declaret aliam esse Pontificis mentem. Hæc omnia Perez.

8. Ad argumenta verò, quæ ipse Perez adducit in fauorem affirmatiuæ sententiæ, & nos superiùs adduximus, respondet Garcia *dict. cap. 2. numer. 301.* illud *cap. si cui nulla*, procedere tantùm, quando mandatur prouideri certæ personæ de incerto beneficio vacaturo; quia tunc est gratia facienda, cùm non respiciat aliquod beneficium certum, & ideò dicitur expirare mandatum morte concedentis re integra. Secus verò si mandaretur prouideri certæ personæ de beneficio certo, quia tunc est gratia facta, & per consequens non expirat morte mandantis etiam re integra. Quòd verò hæc sit gratia facta, probat Garcia *num. 300.* quia ex tali mandato acquirit illa persona ius ad rem, hoc est, ad illud beneficium, licèt non habeat ius in re. Ex quo infert *numer. 309.* quòd alicui sit gratia concessa, per quam committitur assignatio certæ pensionis in partibus, huiusmodi gratia non expirabit morte Papæ concedentis re integra, sed executor poterit ad illius executionem procedere, quia in hoc casu gratia de pensione est iam facta per Papam, licèt illius assignationem executori in partibus committat. Secus verò, ait, si committeretur assignatio pensionis incertæ, nempe quantitatis, quæ videbitur executioni, tunc enim expiraret morte Papæ, re integra, quia non esset gratia facta, sed facienda.

9. Verùm hæc responsio non mihi probatur, existimo enim, etiam gratiam, seu mandatum de prouidendo alicui de incerto beneficio vacaturo, non expirare morte concedentis re intefegra, quia hæc etiam dicitur gratia facta, tum, quia executor non est voluntarius, sed necessarius; tum etiam, quia ex tali mandato de incerto beneficio acquiritur ius; ad rem, hoc est, ad aliquod beneficium indeterminate; ergo dicitur gratia facta, quia militat eadem ratio, quam assignabat Garcia, cur quando mandatur prouideri de beneficio certo dicatur gratia facta. Quod confirmari potest exemplo, quia non solùm, quando promitto dare Petro equum certum in individuo, acquirit

Sup. hoc & seq. in hoc §. in Resol. seq. & § Nota hic obiter primo, vsque in finem datæ Resol. & signanter §. Quando, & §. Et tandem & in tom. 1. tr. 1. Resol. 8. & lege doctrinam alterius Resol. eius not.

acquirit Petrus ius ad rem promissam, sed etiam quando promitto dare equum vagè, & indetermina-te, acquirit ius ad aliquem equum sibi tradendum, quod ex eo patet, nam si non trado aliquem equum, pecco contra iustitiam, quia violo ius alterius. Et hoc, quod dixi de mandato de assignando beneficio incerto, dicerem etiam de pensione.

10. Respondetur ergo *secundò*, & meliùs, cum Sanchez *dict. disp.* 28. *num.* 87. textum *dict. cap. si cui nulla*, non intelligi de mandato obligante, sed de facultate, seu potestate prouidendi certæ personæ de beneficio, & consequenter, cùm executor sit minister voluntarius, non est mirum, si dicitur ibi, commissionem illam expirare morte concedentis re integra. Nec obstant illa verba, quæ in eodem textu subsequuntur, *mandatur prouideri*. Nam intelliguntur, id est, committitur, vt consonet cum verbo præcedenti, *potestas*, vt benè inquit Sanchez *loco citato*, *num.* 87.

RESOL. CXLV.

An dispensatio, seu potius facultas testandi concessa Episcopis, Monachis, vel aliis, quibus testandi interdictum est, expiret morte concedentis?

Vbi etiam aliæ curiosæ quæstiones resoluuntur, sæpius contingentes in praxi pro licentiis, gratiis, & priuilegiis, an expirent morte concedentis, necne?

Et aduertitur, quod testamentum factum sine licentia conualidatur, superuenienti facultate testandi.

Idem dicendum est, si Princeps alicui licentiam indulserit ad ædificandum molendinum illicitè iam factum.

Idem etiam infertur pro aliis similibus casibus. Ex part. 8. tr. 3. Res. 99.

§. 1. SOcin. iun. *consil* 89. *num.* 33. *& seq. vol.* 1. & Couarruu. *cap. cum in officiis, in prima edit. n.* 8. *versic. Qua ratione, de testam.* dicunt eam facultatem expirare morte concedentis, quia est facultas ad actum odiosum, ac iuri communi repugnantem.

2. Sed negatiuam sententiam meritò tenet Riccius *in praxi tom.* 2. *resol.* 386. cui ego addo Sanchez *de Matrimon. lib.* 8. *disp.* 28. *n.* 82. Garciam *de benef. tom.* 1. *part.* 6. *c.* 2. §. 3. *n.* 328. Fontanellam *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glossa* 13. *num.* 38. Gutierrez *in pract. qq. lib.* 2. *q.* 75. *num.* 1. *& seq.* Henriquez *lib.* 7. *c.* 21. *num.* 6. Molinam *tom.* 1. *tract.* 2. *disput.* 141. & alios.

3. Sed difficultas est, num testamentum factum sine licentia ex superuenienti facultate testandi conualidetur. Et affirmatiuè respondeo cum Riccio *vbi supra*, cui addo Salas *de legibus, disp.* 20. *sect.* 10. *num.* 89. Sanchez *lib.* 8 *disp.* 1. *n.* 10. & Merolla *tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *num.* 12. vbi sic ait. Hinc infertur licentiam testandi concessam Episcopis, facere conualescere testamentum antea factum; quia id non est extendere dispensationem, sed eam intelligi secundùm terminos datis, quod ad valorem testamenti, etiam antea facti, solum petit adesse facultatè testandi tempore mortis, à quo robur sumit. *l. si quis filio exhæredato, §. irritum, ff. de iniusto, rupt. & irrit. testament.* Ita Merolla.

4. Et ideo etiam licentia concessa Monacho ad testandum, vt porrigatur ad testamentum iam factum, voluerunt Bald. *in l. fin. Cod. vnde legitimi, & in Authenticis. Nisi rogati*, Cod. *ad Trebellianum, & in l. si quando*, Cod. *de inofficioso testamento*, Ludouis. Gozadin. *in consil.* 41 *n.* 3. & de licentia ad testandum, vt prosit, & producatur ad iam conditum testamentum, Francisc. Marc. *decis.* 2104. Riccius *in pract. aurea, res.* 294. *n.* 2.

5. Vnde fit quòd si Princeps alicui licetiam indulserit ad ædificandum molendinum, porrigitur dicta licentia ad molendinum illicitè antea iam factum, docent Paulus Castrensis *in dict. l. si quis filio* §. *irritum, n.* 5. per text. *ibi, ff. de iniusto, rupto, & in dict. l. iam facta, ff. de condit. & demonstrat. & in leg. & militibus, Cod. de testamento militis.* Iason *in l. quominus, n.* 127. *& sequentibus*, vbi alia adducit, *ff. de fluminibus*, Hyppolitus de Marsil. *in repetition. rubric. de fideiussoribus, n.* 82. Ioannes Falcon. *in regula* 380. *num.* 7. Curtius iunior. *consil.* 103. *num.* 7. *lib.* 1. Boër. *decis.* 264. *num.* 27. Cassaneus *in consuetudinib. Burgund. rubric.* 13. §. 9. *pag.* 1492. Flaminius Parisius *de resignation. benefic. lib.* 11. *tom.* 2. *quæst.* 7. *num.* 90. Narbona *in leg.* 10. *glos.* 3. *num.* 19. *titul.* 6. *lib.* 1. *Recopil. part.* 3. Mieres *de Maioratu* 4. *part. quæstion.* 2. *num.* 77. Petr. Surd. *consil.* 351. *numer.* 48. *volum.* 3. *& consil.* 462. *à n.* 21. *cum seqq.* quod procedere dicit, siue Princeps sciat, siue ignoret iam esse factum dictum testamentum.

Sup. hoc ex consequētia & doctrina §. nor. præteritæ.

6. Ex qua etiam doctrina infert, & probat Bartholomæus Socinus *in consil.* 260. *In causa, col.* 2. *versic. secundò principaliter*; quòd consensus Regis, vt quis possit habere in Regno beneficium, habet locum in beneficio iam habito, & obtento ante consensus impetrationem, ac si à principio dimanasset, & fuisset præstitus, quem citat Rebuffus *in tract. de pacific. possessor. n.* 266. *pag.* 312. & Mieres *de maiorat. dict.* 4. *part. q.* 2. *sub. n.* 78.

7. Cui doctrinæ benè consonat alia tradita ab Alphonso Azeued. *in l.* 3. *titul.* 7. *dict. num.* 7. *lib.* 5. *Recopil.* post Paulum de Castro *in dict. l. & militibus* Narbona *vbi proximè, num.* 21. & cum Ioanne de Imola *in cap. non potest* 21 §. *illud, de præbendis, lib.* 6. Riccius *in practica aurea, resolut.* 294. *per totam*, quòd licentia Pontificis, & dispensatio ad obtinendum, duo vel tria beneficia incompatibilia, potest dispensatus eius virtute etiam obtenta iam retinere, quia sicut potest assequi in posterum de nouo, ita iam assequutum retinere, quia cui permittitur aliquid de nouo facere, multo fortius iam factum consummare, licèt multum huic doctrinæ obuiare videatur text. *in dict. cap. non oportet* 21. *de præbend. lib.* 6.

8. *Nota* hîc obiter *primò* quòd ex superiùs dictis deducitur, literas dimissorias ad Ordines suscipiendos, non expirare morte Episcopi, eas concedentis; quia cùm contineant licentiam, ordinando concessam, vt ad Ordines promoueatur, sunt gratia facta, & per consequens non expirant morte Episcopi concedentis. Ita Nauarr. *lib.* 1. *consil. in* 2. *edit. titul. de rescript. consil.* 5. *n.* 1. Henriquez *lib.* 7. *de indulg. c.* 21. *n.* 6. & *lib.* 10. *de sacrament. Ordin. c.* 22. *in fine.* Suarez *tom.* 4. *in* 3. *part. disp.* 27. *sect.* 4. *dub.* 3. *n.* 8. & Sanchez *lib.* 8. *disp.* 28. *n.* 83. qui benè addit, idem dicendum esse de litteris dimissoriis, concessis à Capitulo Sede vacante, quando eas concedere valet, non enim expirant, finita Capituli potestate per nouì Episcopi aduentum; & idem est de concessis à Vicario Episcopi, eo quòd Episcopus in remotis sit, iuxta *c.* 3. *de temp. ordin. in* 6. vel de speciali facultate sibi concessa ab Episcopo; & de dimissoriis concessis à Prælatis Religionum suis subditis, quia in his omnibus militat eadem ratio.

Sup. hoc & seqq. vsque in finem huius Res. in Res. præterita §. Verum circa, signanter ante medium, à vers. In secundo, & in §. 1. not. seq. in principio, &c. Sup. his literis dimissoriis infrà in tr. 5. Res. 10. §. Faciunt, cursim in fine, & in Res. 12. §. Notandum est tamen.

9. Et etiam deducitur, licentiam non residendi, concessam ab Episcopo Clericis beneficiatis, causâ studij, non expirare morte concedentis, quia est gratia facta. Idem dicendum est de licentia faciendi aliàs prohibita, vt edendi carnes, vel non ieiunandi in Quadragesima, ac de licentia prædicandi, & aliis, propter eandem rationem, sic, aliis relatis, Sanchez *loco cit. num.* 77. *&* 78. qui idem dicit *num.* 76. cum Nauarro, & aliis, de licentia ab Episcopo concessa

Sup. hoc in Res. not. 1. præcedentis §. huius Res. & eodē vers. & in §. 1. dictæ Res. & seqq.

Sup. hoc ibidem.

ad celebrandum in priuato Oratorio. Sed hodie hanc licentiam non potest dare Episcopus, sed pertinet ad Pontificem ex declaratione S. Congregationis.

10. *Notandum secundò* contra Paludanum *in 4. dist. 17. q. 4. art. vlt. conclus. 7. n. 25.* D. Anton. *3. part. tit. 17. c. 9. in fine*, Philiarch. *de offic. Sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 2. cap. 24. ad finem*, facultatem delegatam audiendi confessiones, non expirare mortuo Episcopo concedente, aut eius amotione ab officio, seu Episcopatu. Et ratio est; quia omnia iura decidentia, potestatem iurisdictionis delegatæ perire morte delegantis, re integra, loquuntur de potestate iurisdictionis delegatæ contentiosæ, qualis non est potestas delegata ad audiendum confessiones: illa enim non computatur inter gratias, sed inter iustitiæ litteras, hæc autem inter gratias, quare eius duratio non est metienda iuxta naturam litterarum iustitiæ, sed iuxta naturam litterarum gratiæ, quæ si gratiæ factæ sunt, non expirant morte concedentis, etiam re integra. At hæc facultas audiendi confessiones, computatur inter gratias factas, quamuis sit in pœnitentium fauorem, quia cùm non concedatur respectu personæ determinatæ in peculiarem illius fauorem, vel ad ipsius petitionem, reputatur potiùs gratia facta ipsismet Sacerdotibus, vtpote, quæ in maximum eorum fauorem redundat, & statim ac ipsis conceditur, est gratia perfectè concessa, & à nullius executione dependens, quæ est definitio gratiæ factæ; sed gratia facta non expirat morte concedentis, etiam re integra, sicut etiam dicunt communiter Doctores de priuilegiis, quòd scilicet, non expirent morte concedentis, quamuis priuilegiarij nondum eis vsi fuerint.

Sup. hac facultate supra in tr. 1. Res. 36. §. Verũ. prope finem, vers. & aliũde, & pro confessariis Regularibus in hoc casu in tom. 7. tr. 3. Res. 74. & 75.

11. Quando verò, (vt obseruat Sanchez *lib. 8. disp. 28. n. 73.*) facultas concessa esset Sacerdoti audiendi confessiones pœnitentis determinati, in illius tantùm pœnitentis fauorem, expiraret ea facultas morte concedentis re integra, id est, quo ad confessionem nondum antea cœptam. Quia, cùm illa gratia sit in illius pœnitentis fauorem, & nondũ sit perfecta, sed per confessarium exequenda, non habet gratiæ factæ rationem, sed faciendæ, quæ morte concedentis expirat, sicut dicendum est de potestate dispensandi cum persona determinata in illius tantùm fauorem.

Sup. hoc in Res. præmissa à principio, & saltẽ à vers. secus quando, post medium §. 1. & in §. Verũ circa, ante medium, vers. In Secundo, & in aliis omnibus.

12. Sed his non obstantibus, contrariam sententiam probabilem putat Castrus Palaus *tom. 1. tract. 3. disput. 4. punct. 16. §. 4. num. 5.* censet enim potestatem tibi datam ad dispensandum, vel absoluendum, non solùm esse gratiam illius, cui est absolutio, vel dispensatio concedenda, sed etiam tui, siquidem tu vt magis idoneus electus ad illam dispensationem concedendam: & ita tenet Emanuël Sà *verb. dispensatio num. 6.* in editione genuina, & reformata, & indicat *verb. gratia n. 4.* Salas illum referens *disp. 20. sect. 17. fine*, & in potestate ad absoluendum probabilius censet Suarez *cap. 31. num. 18. ad finem*, inclinat maximè, & securum reputat Basilius de Leon. *lib. 8. de dispensat. c. 19. §. 1. n. 5. & n. 8.* absolutè eam tenet.

13. Neque obstat textus *in cap. si cui nulla, de præbendis in 6.* ibi enim solùm decidit; facultatem concessam alicui super prouisione certæ personæ facienda expirare, si non ob suam, sed eius, cui prouideri mandatur, gratiam, & fauorem sit concessa: quare si non solùm ob gratiam eius cui prouideri mandatur sed etiam ob prouisorem facultas concedatur, gratia non expirat. At cùm facultas absoluendi, & dispensandi videatur, non solùm in fauorem dispensandi, & absoluendi, sed etiam in fauorem absoluentis, & dispensantis fieri, perseuerare dicendum est, quia saltem ex vna parte iam est gratia facta, scilicet ex parte dispensantis: & cùm hæc perseuerare non possit, nisi simul perseueret gratia facienda dispensando, vtraque perseuerat, vt multis allegatis probat Sanchez *lib. 8. disput. 28. n. 80. & 81.* Adde satis probabile videri, quamlibet facultatem datam alicui ad effectum cauendum in alio esse gratiam factam illi, cui data est talis facultas, etiamsi ex speciali intentione ad alium referatur, ac proinde non perire morte concedentis, nisi in his casibus, in quibus ex iure aliud colligitur, qui solùm duo sunt. *Primus* in materia ambitiosa, qualis est beneficialis, ex *d. cap. si cui nulla, & cap. si super gratia, de officio delegat. in 6. Alius* in materia fori contentiosi, vt *in cap. gratum, cap. relatum, de officio delegat.* ad quem reducuntur externi contractus, & negotia humana, & aliæ leges, quæ statuunt mandatum expirare morte mandantis, sic Suarez *lib. 8. c. 31. n. 14.* & ex illo Basil. de Leon. *lib. 8. c. 19. §. 1. n. 5.*

14. Et tandem *notandum tertiò*, ex dictis deduci quid dicendum sit de licentia alicui concessa ab Episcopo, vel alio Prælato, eligendi Confessarium, an expiret mortuo concedente, vel eo amoto ab officio, re integra. Aliqui dicunt expirare, nisi Episcopus, præmissa causæ cognitione, & consentiente Capitulo, eam licentiam concederet. Sic Abb. *cap. fin. n. 9. in fine, de offic. legat.* Roland. *cons. 38. num. 12. vol. 3.* Angel. *verb. Indulgentia, n. 7. & ibi* Sylues. *quæst. 5. dicto 7. n. 16. & verb. Confessor. 1. quæst. 7.* Corduba *in quæstionar. lib. 5. quæst. 36. circa principium.* Immo Felin. *in cap. licet vndique, num. 1. ad finem, de offic. deleg.* absolutè docet, eam licentiam perire morte concedentis. Et ratio est, quia hæc licentia virtute continet delegationem iurisdictionis exercendæ, quæ cessat obitu delegantis, re integra, vt habetur *in cap. gratum, cap. relatum, & cap. licet vndique, de offic. deleg. Secundò*, quia ea iurisdictio non datur Sacerdoti eligendo, donec actu eligatur, vt patet; non enim iurisdictio dari potest incertæ personæ, gloss. *cap. ad hæc, de rescript. verb. Elegerint*: at quando eligitur, non potest ei iurisdictio dari ab Episcopo mortuo, nec datur à pœnitente, quia sæpè est laicus, vel mulier: nec successor in Episcopatu eam concedit, vt supponimus; ergo.

Sup. hoc in Res. præmissa §. Verum circa, ante medium, vers. In secundo, cum tamen casu.

15. Sed mihi placet opinio asserentium, hanc licentiam eligendi Confessarij, concessam, siue à Pontifice, siue ab Episcopo, aut ab alio Ordinario potente eam concedere, non expirare morte concedentis, etiam re integra, vel amotione ab officio; quia hæc facultas, non tanquam iurisdictio delegata, sed tanquam gratia facta censenda est: ergo morte concedentis non expirat. Antecedens patet, quia in hoc casu non datur directè facultas Confessario, sicut contingit, quando datur illi licentia audiendi confessiones: sed tota gratia conceditur directè pœnitenti, & per quandam consequentiam, ac indirectè confessario electo: ac proinde statim, ac concessa est, censetur gratia absoluta, & perfectè facta, respectu pœnitentis, cui id priuilegium conceditur. Et ita hanc sententiam tenet Gonzales *ad reg. Cancellar. 8. glos. 12. n. 39.* Suarez *tom. 4. disp. 27. sect. 4. n. 8. & seq.* Pontius *de matrimon. lib. 8. c. 19. §. 1. num. 7.* Sanchez *lib. 7. disp. 25. n. 75.* Henriquez *lib. 7. c. 21. n. 6.* & alij penes ipsos.

16. Ad primum autem argumentum contrariæ sententiæ, respondet Sanchez, eam iurisdictionem non esse contentiosam, sed voluntariam in foro conscientiæ, quæ non expirat morte concedentis.

17. Ad secundum respondet Suar. *dict. sect. 4. n. 20.* dictam iurisdictionem dari à successore; quatenus, non reuocando facultatem, virtute, seu tacitè illam ratam habet.

18. Respon

18. Respondet *secundò* idem auctor, quem sequutus est Sanchez *vbi suprà*, eam iurisdictionem dari à concedente licentiam, cuius virtus manet moraliter in ipsa gratia ita concessa: & ratio est, quia concedens facultatē hanc, ex tunc transfert iurisdictionem in alium, quantum est ex efficacia voluntatis, quam tunc habet, quæ dum non retractatur ab ipsomet, vel successore, sufficit, absque noua voluntate, & solùm deest applicatio quasi materialis ad talem personam, quæ sufficienter fieri potest virtute dicti priuilegij, seu gratiæ permanentis.

RESOL. CXLVI.

An cessante causa dispensationis, cesset ipsa dispensatio?

Et in exemplum huius difficultatis adducuntur diuersi casus in textu huius Resolutionis. Ex part. 1. tr. 10. Rel. 41.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam sustinet Sanchez *de matr. tom. 3. lib. 8. disp. 30. num. 14.* & alij penes ipsum. Et ratio est, quia faciliùs tollitur priuilegium, quale est dispensatio, quàm ius commune, at ius commune cessat, cessante eius causa finali: ergo à fortiori ius speciale. Multas alias rationes adducit Sanchez.

2. Sed, licèt hæc sententia sit probabilis; contrariam probabiliorem esse iudico, quam tuentur Pontius *de matr. lib. 8. c. 20. num. 4.* Salas *de legib. disp. 20. sect. 5. num. 64. & seq.* Grânado *in part. 2. contr. 7. tract. 3. part. 2. disput. 17. sect. 4. num. 36.* Guttierrez *canon. qq. lib. 3. cap. 15. num. 30. & 132.* & nouissimè *tract. de matrim. cap. 126. num. 2.* cum Sà *verb. gratia, num. 6.* & alij penes ipsos: & ideò assero, quòd si quis à principio obtinuit dispensationem cum causa rationabili & sufficienti; posteà tamen decursu temporis cessauit totaliter illa causa; non peccat vtens tali dispensatione. Et ratio est; quia per illam dispensationem verè relaxata est illa lex, ac eius obligatio extincta: ergo non potest reuiuiscere, eò quòd causa cessauit. Cæteras rationes vide apud Sanchez, qui licet contrariam opinionem teneat, vt diximus; tamen *in fin. num. 13.* sic asserit: [Qui hanc sententiam amplecteretur, damnari non posset, cùm graues, per se Authores habeat, nec rationibus destituta sit; nec oppositæ ita concludant, quin solui possint. Vnde ex his infertur cum Suarez *de oblig. lib. 6. cap. 20. num. 15.* quòd irregularis dispensatus ad Ordinem propter paupertatem propriam, vel propter indulgentiam ministrorum Ecclesiæ, licèt posteà cesset illa causa ante susceptos Ordines; nihilominùs potest licitè ordinari ex vi illius dispensationis. Item, si quis esset dispensatus ad non ieiunandum per totam vitam, si illæ causæ posteà omninò cessarent; nihilominùs posset vti illa dispensatione.] Vnde asserit Sanchez *vbi suprà, num. 65. in fin.* [Absurdum aliquibus videtur, dispensatum in perpetuum ad esum carnium, propter infirmitatem, ea cessante illis vesci. Sed rehondeo, non peccare mortaliter; sed ad summum veniáliter; quia dispensatio retinet suum valorem, donec reuocetur. Dices: In omni dispensatione intelligitur conditio, modò causa permaneat: ergo causa cessante cessabit dispensatio; aliàs iniquus esset dispensans, quia vellet dispensationem sine causa manere. Respondetur, talem dispensationem esse absoluam, nec iniquum esse dispensatorem, quia probabiliter putauit, causam fore perpetuam, & ideò dispensauit, vel limitauit, seu restrinxit; sed sciens posteà causam cessasse, debet dispensationem reuocare. Dicendum est igitur absolutè, quòd si valida fuit dispensatio in lege propria, vel inferioris, vel in iis, quæ pertinent ad ius diuinum, vt in votis, vel iuramentis; vlus talis dispensationis contingens post cessationem causæ, non est ex genere suo peccatum mortale, & probabile est nec esse veniale; sed rem omninò licitam.]

RESOL. CXLVII.

An cesset dispensatio, cessante causa post integrè & perfectè obtentam dispensationem?

Et pro praxi prædictæ quæstionis explanantur aliqui casus, & tota doctrina huius Resolutionis est valde notanda. Ex p. 8. tr. 3. Rel. 24.

§. 1. PRo declaratione quæstionis suppono *primum*; Licèt cesset causa impulsiua, seu minus principalis, adhuc manere in suo robore dispensationem, si non cessauerit causa finalis, seu præcipua. *Secundum* est, licèt cesset pars causæ finalis, si non cessauit omninò, seu quoad omnes partes, adhuc valere, & durare dispensationem, imò in dubio an cessauerit omninò causa, vel an causa, quæ cessauit, fuerit finalis, an compulsiua, censendum est perseuerare dispensationem, & eius effectum, quia in dubio, an valeat, dispensatio, standum est valori illius. *Tertium* est si postquam à Papa, v. g. commissa est facultas dispensandi, antequam Commissarius dispenset, cessauerit omninò causa dispensationis, nulla prorsus erit dispensatio, quia tempore dispensationis non subsistit causa, sine qua Papa non dat facultatem dispensandi. *Quartum* est, si cum dispensatio reducta iàm sit ad actum irreuocabilem, cesset causa dispensationis, non propterea vim suam amittit dispensatio. v. g. Dispensauit Papa in impedimento consanguinitatis propter paupertatem fœminæ, si post contractum matrimonium obtineat diuitias, non ideò redditur matrimonium irritum; & idem verum est, si actus, vel effectus non potest commodè reuocari. v. g. Collatum est alicui beneficium dispensando cum illo propter aliquam causam, licet postea cessauerit, non amittit beneficium, quia id foret incommodum. Similiter si irregularis dispensatus est ad omnes Ordines recipiendos, & post susceptum Subdiaconatum cessaret causa dispensationis, posset ad reliquos Ordines ascendere, quia oppositum esset illi valde incommodum & difficile.

2. His suppositis superest grauis quæstio, an si post concessam dispensationem, & executioni mandatam, cesset omninò causa finalis dispensandi, & actus possit sine incommodo reuocari; cesset dispensatio, nec deinceps liceat illa vti. v. g. Dispensauit Pontifex cum aliquo in voto castitatis propter vehementes tentationes, & frequentes lapsus; quæritur, an si decursu temporis cessent omninò tentationes & lapsus, reuiniscat votum castitatis; & proinde cesset dispensatio. Similiter dispensauit Papa cum aliquo in præcepto recitandi, aut ieiunandi propter infirmam valetudinem, quæritur an si posteà conualescat, teneatur recitare, aut ieiunare. Dispensauit denique in irregularitate propter causam sufficientem, petitur an ea cessante, redeat irregularitas, & sic de aliis innumeris.

Sup. huc vt Rel. præterita, & supra lege doctrinam Rel. 74. & alterius §. eius secundæ not.

3. Et affirmatiuam sententiam ex Sanchez nouissimè docet P. Amicus *tom. 5. disput. 6. sect. 10. num. 173.* Quoniam omnis dispensatio præsumitur iustè concessa ab ipso dispensatore: vt autem sit iustè concessa, debet hanc tacitam conditionem includere,

dere, si causa propter quam conceditur, permaneat: ergo ea cessante, cessat dispensationis valor. Maior cũ consequentia constat. Minor, in qua tantùm est difficultas, sic probatur. Non minus moralis effectus voluntatis Principis dispensantis, est ipsa perseuerantia dispensationis quam prima productio eiusdem: ergo non minus perseuerantia ipsa, quam prima productio dispensationis debet a iusta voluntate Principis dispensantis procedere: nequit autem perseuerantia dispensationis à iusta voluntate Principis procedere, nisi sub tacita conditione, si causa ipsa sit perseuerantiæ; ergo vt iusta sit voluntas Principis respectu perseuerantiæ dispensationis, debet ad illam ferri sub tacita conditione, si causa perseueratura sit. Antecedens patet: nam tam prima productio, quàm perseuerantia dispensationis, est à Principe intenta tamquam moralis effectus ipsius. Prior consequentia constat, quoniam respectu omnis eius, debet Principis voluntas esse iusta, cuius est moralis causa. Minor probatur; nam sicut non potest prima productio dispensationis procedere à iusta voluntate Principis, nisi sub tacita voluntate, si preces veritate nitantur, ita nec perseuerantia eiusdem, cùm non minus vnum, quam aliud debeat à voluntate Principis dispensantis procedere.

4. Confirmatur *primò*; nam cessante causa dispensationis, reuiuiscit ius commune obligans ad sui obseruantiam: ergo cessante causa dispensationis, cessat dispensationis valor. Consequentia patet; quia valor dispensationis est deobligatio à lege communi: ergo si ea reuiuiscit cessante causa dispensationis, cessat dispensationis valor. Antecedens probatur; nam cessante causa dispensationis, dispensatus naturali iure subiicitur legi communi, quia cessante causa dispensationis, lex naturalis dictat, dispensatum subiici debere iuri communi: igitur cessante causa, lex naturalis dispensatum subiicit legi communi.

5. Confirmatur *secundò*, quoniam probabilius est, vt ex suprà disputatis constat, hunc non posse absque peccato, saltem veniali, contra legem communem sine causa dispensatione vti: ergo præsumi non potest, quòd Princeps talem vsum illicitum, & peccaminosum voluerit: voluisset autem saltem implicitè, si absolutè talem dispensationem concessisset, cuius vsus probabiliter teneri potest aliquando peccaminosus, & illicitus. Et hæc omnia docet Amicus *vbi suprà*, cui adde Portel *in responsmoral. tom.2. cas.49. num* 18. vbi sic ait. Si Papa concessit Episcopo facultatem, vt dispensaret cum Petro irregulari ad Ordines sacros recipiendos, assignans pro causa paupertatem parentum, & antequam Episcopus dispenset, cessauit causa dispensationis, vt quia parentes mortui sunt, vel facti sunt diuites præter spem, iam non potest Episcopus dispensare, cùm cessauerit causa dispensationis: Facultas enim illa dispensandi concessa fuit Episcopo conditionaliter, si preces veritate nitantur; & in hoc casu iam non est verum, quòd parentes Petri pauperes sunt. Sic Bonac. *punct.* 10. *num.*1. vbi ait cum Sanchez *ibi* citato, hoc esse intelligendum, quando causa dispensationis cessauit in toto vel omnino. Si enim solùm cessauit ad tempus, transacto paruo tempore reuixit causa dispensationis, poterit dispensare; quia in tali casu non fuit causa verè ablata, sed suspensa. Et hinc colligitur, quod causa ob quam Papa alicui concedit vt dispenset, non solùm debet existere quando Papa Romæ concedit illam facultatem, vt dispensetur: sed debet etiam illa causa existere tempore, quo delegatus à Papa dispensat. Bonac. *citat. punct.*10.*n.*4. cum aliis *ibid.* citat.

6. Licèt aliqui DD. graues citati à Bonac. *punct.* 10.*num.*4. censeant, quod dispensatio iam obtenta ob causam tunc subsistentem, non cesset, etiamsi postea cesset causa: veriùs tamen, & tutior sententia est, quòd cessante causa ob quam dispensatum est, cessat etiam dispensatio: hanc tenet Sanchez, Tiraquellus & multi ab vtroque citati, quos sequitur Bonacin. *punct.*10. *num.*5. *&* 9.§. *Hæc sententia.* Probatur, quia dispensatio pendet à voluntate superioris: superior autem non censetur velle, vt locus dispensationi sit, si causa dispensationis cesset. Non enim præsumitur velle aliquem ab obligatione legis eximere, eique concedere facultatem faciendi contra legem non subsistente iusta causa, alioqui talis concessio, seu dispensatio esset iniqua. Et vltra alia exempla adducta à Bonacina, facit exemplum in praxi: nam dispensatio vescendi carnibus in Quadragesima ob certam infirmitatem, cessat cessante illa infirmitate, quæ fuit causa dispensationis, & hoc exemplum recipitur communiter in tota Ecclesia. Hinc sequitur *primò*, dispensatum in ieiunio propter aliquam infirmitatem, teneri ad ieiunium cessante infirmitate. Sequitur *secundò*, dispensatum in aliqua lege humana, vel diuina, vt in iuramentis, vel votis, non videri immunem à peccato iuxta materiæ, & præcepti grauitatem, si tali dispensatione vtatur postquam omninò cessauit causa dispensationis. Ita Portel.

7. Sed negatiuam sententiam satis probabilem, & tutam in praxi existimo, & ita ex Suarez Salas, & aliis, docet sapientissimus P. Granados *in part.2. controu.7. tractat.3. part.2. disput.17. sect.4. num.36.* Et patet aperte ex glossa *in cap. ex tua, de filiis presbyter.* verb. *irritare*, vbi ait, dispensationem semel factam non esse amplius reuocandam, sicut nec iniuriæ remissionem. Sentit ergo non cessare, nisi reuocaretur, postquam semel concessa est.

8. Probatur assertio, vnica ratione: dispensatio est relaxatio, virtute cuius eximitur subditus ab obligatione legis, ita vt perinde possit contra legem operari, ac si lex non esset: ergo etiamsi cesset causa dispensationis, non cessat dispensatio. Probatur consequentia, quia cessatio causæ non obstat, quo minus illa relaxatio verè facta fuerit: ergo non obstat, quominus extincta sit obligatio; ergo adhuc manet subditus deobligatus.

9. Confirmatur *primò*, quia legislator est, qui imponit obligationem seruandi legem; ergo vt subditus teneatur illam seruare quando cessat causa dispensationis, necesse est iterum à Legislatore imponi obligationem: sed ex nullo capite colligi potest hæc impositio; ergo adhuc cessante causa dispensationis retinet dispensatio vim suam, qua abstulit obligationem.

10. Dices legislatorem dispensasse sub tacita conditione, quòd nimirum causa dispensandi duraret, vnde ea non durante, quasi reuiuiscit obligatio legis, quippe quæ solùm ablata fuerat pro tempore, quo causa duraret. Sed hoc facilè refellitur, quia falsò supponitur inesse dispensationi hanc tacitam conditionem: verba enim dispensationis absoluta sunt, & nullam conditionem eiusmodi significant, vt videmus in quotidianis dispensationibus.

11. Confirmatur *secundò*, quia, quod semel destructum est, non reproducitur nisi ab eo, qui habet vim reproducendi, sed solus legislator est, qui habet vim reproducendi, seu iterum condendi legem, ergo quandiu ille non condit iterum illam, non redit lex. Sola autem cessatio causæ non est ipse legislator; ergo non habet vim faciendi, vt redeat iterum lex.

12. Nec obstat dicere, quòd absurdum est, si alicui detur dispensatio ad edendas carnes propter infirman-

infirmam valetudinem, aut dubium de illa, posse etiam comedere carnes, licèt omninò conualescat, & manifestum sit posse iam à carnibus abstinere. Et idem est de illo, cum quo dispensatum fuisset in lege ieiunij.

13. Nam respondet Suarez esse aliquas dispensationes, quæ habent tractum successiuum, quarum vsus nimirum non consistit in indiuisibili, sed per multos dies, aut actiones exercendus est, & eiusmodi verum esse, cessante causa cessare dispensationem; quia non est concessa nisi pro tempore, in quo durat causa. Itaque dispensatus in lege ieiunij, vel abstinentiæ à carnibus ob infirmam valetudinem, non potest vti dispensatione in diebus, in quibus benè valet, quia dispensatio hæc habet tractum successiuum, & non conceditur nisi sub ea conditione, quòd nimirum causa perseueret. Sed hæc solutio difficilis est: nam in aliis dispensationibus reperitur iste tractus successiuus, quas tamen Suarez non dicet cessare cessante causa. v. g. Dispensatio concessa est alicui vt ducat vxorem propter periculum incontinentiæ, potest iste ducere vxorem cras, vel post mensem, vel annum; & tamen si hodie post obtentam dispensationem voti castitatis cesset tale periculum, poterit nihilominus matrimonium inire. Et dispensatus in irregularitate propter paupertatem, potest hodie, vel cras, vel post mensem ordinari, licet parentum necessitas cesset, antequam ordinari incipiat.

14. Propterea fortasse Ioannes de Salas *suprà, & sine illius sectionis*, concedit posse illum hominem non ieiunare, aut comedere carnes, etiamsi cesset causa dispensationis, quin propterea peccet nisi ad summum venialiter. Quam solutionem sic explico; dupliciter potest Pontifex cum aliquo dispensare in ieiunio ob infirmitatem; vno modo, quia infirmitas est temporanea, & quæ prudenter credunt post aliquod tempus cessatura, & tunc sine dubio non potest infirmus vti dispensatione, cùm iam conualuerit, quia saltem tacitè concessa est pro tempore determinato, in quo duraverit infirmitas, non pro maiori: altero modo, quia infirmitas arbitrio Medicorum creditur semper duratura; solent enim esse aliquæ morborum genera, quæ prudenter creduntur non finienda, & tunc existimo posse infirmum vti dispensatione, ac proinde comedere carnes, v. g. per totam vitam, licèt fortasse conualescat; quia dispensatio fuit absolutè data, & in perpetuum: quòd autem casu extraordinario cessauerit causa, non tollit concessionem absolutam, & sine limitatione, quam prudentissimè tribuit Pontifex. Quod autem Salas addit, ad summum peccaturum venialiter illum qui tunc vteretur dispensatione, non improbo, quia aliquid indecori affert nunquam ieiunare, cùm nihil sit, quod obstet.

Cæteras rationes, quas contra hanc negatiuam sententiam adduxit Sanchez optimè soluit Granadus *ubi suprà*. adi illum, & non pigebit.

15. *Nota* tamen quòd post hæc scripta inueni Io. Præpositum *in part. 2. D. Thom. quæst. 97. dub. 3. num. 31.* hanc pertractare quæstionem, & sententiam negatiuam tanquam probabilem admittere: vnde non grauabor hìc per extensum eius verba apponere. Sic itaque asserit. Notandum quando alicui dispensatio est concessa, eam non cessare, quamuis dispensatus renuncier, nisi renuntiatio acceptetur à Legislatore legis, & hoc modo videtur implicitè rursum ab eodem imponatur; quia subditus non potest sua authoritate sibi legem imponere à qua est liberatus. Similiter non cessat dispensatio, si antequam aliquis exea operetur, cesset causa, quia causa adfuit quando gratia facta est scilicet quando sublatum fuit vinculum legis, quæ quoad remotum effectum non debet perdurare. Aliqui aliter sentiunt, sed quod dixi mus videtur probabilius, quia per dispensationem legitimè factam ius est acquisitum dispensato, quando autem alicui ius est acquisitum, non solet reuocari ex causæ cessatione.

16. Confirmatur; quemadmodum est legislatoris legem condere, ita eius est alicui obligationem illius de nouo imponere; quando ergo aliquis per dispensationem à lege est exemptus, vt iterum ea obligetur cessante causa, debet à legislatore imponi; ex nullo autem capite deducitur imponi, quia cessatio causæ non apte concludit decisionem effectus, vt etiam patet in naturalibus. Si tamen solum datum esset mandatum dispensandi, illud non posset mandari executioni si causa cessaret, posset tamen si quando causa reuiuisceret.

17 Aduerte tamen aliquos contrarium tenere, quia est gratis facta dispensando, vnde censent posse fieri quamuis committens mortuus sit, quod non videtur omninò improbabile.

18. Dices, ex paulo antè dictis sequeretur eum, qui non valens ieiunare, impetrasset dispensationem, posse non ieiunare, quamuis non esset debilis. Respondeo negando sequelam; si dispensans non supponatur peccare in sua dispensatione; sed velle prudenter dispensare, quia hæc dispensatio generali modo facta est virtute multiplex, & virtute includit conditionem quandiu causa ad dispensandum durabit. Videri potest Layman *de legibus, cap. 22. num. 16.* & quidam alij, qui censent quando dispensatio est de re diuidua & successiua, & concessa est ob causam diuiduam, cessante causa cessare dispensationem, quia dispensatur quamdiu fuerit causa: in præsenti autem non perdurat causa, vt suppono, Aliqui tamen non improbabiliter censent, quòd quando dispensatio facta est eo quòd iudicio Medicorum infirmitas censeatur futura perpetua, censeri possit absoluta, & non teneatur aliquis ieiunare quamuis valetudinem recuperet. Hucusque Præpositus.

RESOL. CXLVIII.

An si dispensatus circa aliquod impedimentum criminis, postea incidat in aliud simile crimen teneatur mentionem facere de priori dispensatione, & quid de criminibus diuersi generis? Ex part. 8. tr. 3. Res. 75.

§. 1. REspondeo in eo casu, quo circa idem peccatum, vt circa idem crimen occisionis vxoris, & adulterij cum animo ducendi adulteram, sit semel dispensatum, vt eam ducat, si iterum dispensatur ille incidat in aliud simile crimen, & petat secundam dispensationem, hanc secundam non valere, nisi fiat mentio prioris. Patet, quia non censetur Pontifex bis velle remittere idem genus peccati, iuxta *l. 3. Cod. de Episcopali audientia*, ibi, *remissionem veniæ crimina nisi semel commissa non habeant*, si autem esset aliud genus criminis, vt fides data cum adulterio, tunc semel impetrata dispensatione ad vnum matrimonium propter primum crimen, si adhuc impetratur secunda dispensatio propter secundum, primæ non esset mentio necessaria, quia peccata sunt diuersa, & vnius remissio non obest remissioni alterius. Ita Couartuuias *lib. variarum, cap. 20. num. 3.* Guttierr. *qq. canon. lib. 2. cap. 15. numer. 89.* quibus adde Ochagauiam *de sacrament. Matrimon. dispensat. tract. 1. quæst. 9. num. 17.* qui etiam contra Sanchez *lib. 8. disput. 22. num. 22.* docet, existente priori dispensatione nulla, non esse necessarium, eius mentionem facere in secunda, siue prior sit concessa

cum

cum limitatione; & secunda minimè, siue vtraque sit concessa absolutè. Ita sentiunt, dum de rescriptis loquuntur, Molina *lib.4. de primogenitis, c.3. n.32.* & P. Molina *tom.3. de iustit. disput.656. num.2.* Probatur hoc responsum; quia efficere mentionem eius dispensationis nullius, non est necessarium ex dispensatione alicuius iuris, vt constat; præterea non est necessarium ex natura rei, quia cùm prior dispensatio fuerit nulla; non est maior ratio habenda illius, quàm si nullo modo fuisset concessa; ergo tacere illam in petitione dispensationis secundæ, non potest obesse secundæ dispensationi concedendæ.

RESOL. CXLIX.

An dispensatio obtenta per vim, & metum sit valida? Ex part.§. tr.3. Res.76.

§.1. REspondeo, quòd dispensatio concessa ex iusta causa, etiamsi concedatur propter metum cadentem in virum constantem, valida est. Patet, quia de iure naturæ valida est, & aliàs de iure positiuo non annullatur voluntas coacta concedentis dispensationem, quia de tali iure non constat nobis; ergo illa dispensatio ex nullo cap. erit inualida; & licèt *in cap.vnico, de his, quæ vi, in 6.* annulletur absolutio à censura, quando metu extorquetur, hæc lex, tanquam odiosa, non est extendenda ad alium casum, vt probè considerauit Suarez *tom.2. de religione cap. fin.* Et voluntas dispensandi sufficientibus signis externis explicanda est; nulla tamen est præscripta forma verborum, aut signorum, quibus explicetur, vt notauit Syluester *verb. votum 4. quæst.8.*

Sup. hac nullitate in to. 5. tr.1. Res. 20.&c.

Sup. hoc infra Res.156. & in alia Res. eius not. pro hac quæst.

Vide circa præsentem quæstionem inter alios Castrum Palaum *tom.1. tract.3. disput.6. punct.16.§.1.*

RESOL. CL.

An si quis petat facultatem à Superiore ad dispensandum in quodam casu quem, data opera, non explicat, quia timet de exclusiua Episcopi, impetratio sit valida? Ex part.8.tr.3. Res.52.

§.1. NEgatiuè respondeo cum Salas *de legib. disput.20. sect.15. num.122.* vbi sic ait. An si quis petat facultatem à superiore ad dispensandum in quodam casu cum aliquo, non exprimens, quis sit ille casus, quia credit, si exprimeret, negandum illi esse facultatem, sit valida, Respondet Sanchez *num.24.* Si petens norit, prælatum esse in contraria voluntate habituali: quia in similibus casibus nunquam vult dispensare, vel quòd se non posse opinetur, vel quòd nolit: non valebit impetratio: nam concedendi intentio deficit. Quia sicut in generali concessione non veniunt intelligenda, quæ quis verisimiliter non esset in specie concessurus, *reg. in generali, de reg. iur. in 6.* ita nec in illa indeterminata concessione venit casus, qui habituali concedentis voluntati aduersatur. Si autem non adesset hæc habitualis voluntas, nec opinio contraria, sed tantùm creditur, fore, vt à concessione aliqualiter retardetur, & fortè nolit, eo quòd minutissima spectet, vel scrupulis agitetur, valida erit impetratio: quia absolutè Prælatus concessit, & nulla est actualis, vel habitualis voluntas. Hæc ille. Sed priorem partem intelligo esse veram, si nomine habitualis voluntatis intelligatur præcedens voluntas formalis specialis, vel generalis non reuocata, quam communiter vocamus virtualem; quia manere censetur, dum non retractatur. Hucusque Salas; cui adde Bonacinam *de legibus, disput.2. quæst.2. punct.5. numer.22.* & nouissimè Perez *de matrimonio, disputat.46. sect.8. num.10.* circa præsentem quæstionem, sic asserit. Quid dicendum de concessione impetrata ab Episcopo, vel alio superiore, ad dispensandum in quodam casu, quando impetrans datâ operâ tacet casum, quia existimat fore, vt eo expresso Prælatus deneget: & prælatus non interrogans casum, sed fidens petenti, concedit illi suas vices ad dispensandum? iuxta superiorem doctrinam, meo iudicio, est distinguendum. Nam si petens sciat Prælatum esse in contraria voluntate habituali iusta & rationabili, quia in similibus casibus nunquam vult ex rationabili causa dispensare, non valebit impetratio, quia concedendi intentio deficit. Nam sicut in generali concessione non veniunt ea, quæ quis verisimiliter non esset in specie concessurus, *reg. in generali, de regul. iuris in 6.* ita nec in illa concessione determinata, venit casus, qui habituali, ac prudenti concedentis voluntati aduersatur. Si autem non adesset hæc habitualis voluntas rationabilis, & ex iusta causa, nec opinio contraria probabilis, sed tantùm creditur fore, vt à concessione aliqualiter retardetur, & fortè nolit, quia minutissima spectet, vel scrupulis agitetur, valida erit impetratio; quia absolutè Prælatus concessit, & nulla est actualis vel habitualis voluntas rationabilis in contrarium.

2. Et tandem, non deseram hic apponere verba Portel *in respons. moral. tom.2. cap.44. num.15.* ita asserentis. Si aliquis indigebat dispensatione in certo casu, & noluit casum manifestare superiori, timens; quòd ipse superior non erat dispensaturus: & ideò obtinuit ab illo facultatem, vt aliùs secum dispensaret, non exprimendo superiori qui casus esset; & superior commisit alteri vt cum illo dispensaret: quæritur an ista dispensatio fuerit valida? Respondeo, quòd si iste superior habuit antea animum nunquàm in tali casu dispensandi, quia fortè credebat se in tali casu non posse dispensare, idque aliquando ore protulit, in tali casu dispensatio est inualida, quia non adest intentio concedendi: sicut enim in generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus, si specialiter rogaretur, vt dicitur *de regul. iuris in 6.* Ita nec in illa indeterminata concessione venit casus, quem verisimiliter non esset concessurus, quique virtuali concedentis voluntati repugnat. At si superior nunquam habuit animum non dispensandi in tali casu, & aliàs poterat dispensare, valida est dispensatio, & dispensationis concessio. Ratio est, quia facta est ab eo, qui facultatem, & voluntatem dispensandi habebat. Ita Portel.

RESOL. CLI.

An forenses, & peregrini possint dispensari ab Episcopis, etiam si breui tempore in eorum Diœcesi commorentur?

Et quid de Scholaribus, Prætoribus, Medicis, Officialibus, &c? Ex p.8.tr.3. Res.47.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docet Basilius Pontius *de Matrim. lib.8. cap.7. numer.7.* putat enim peregrinos & forenses, etiamsi breui tempore commorentur, posse à Diœcesano illius loci dispensari in legibus votis, & iuramentis, sicuti possunt reliqui alij subditi. Probat hanc suam sententiam; quia peregrini, ratione habitationis subduntur legibus illius oppidi, quà transeunt: ergo non deficit illis subiectio necessaria ad dispensationem obtinendam.

Sup. hoc infra Res.13. §.1. vers. Nam & fi, & §. seq.

obtinendam. Quòd si Congregatio Concilij, prout refert Farinac. *sess.24. Trident.cap.6.* declarauit, forenses & peregrinos posse absolui ab Ordinario loci, quo transeunt, non tamen dispensari; non est, quia deficiat iurisdictio, & potestas ad concedendam dispensationem; sed quia regulariter deficit causa rationabilis. Vnde si causa adesset, credo dispensari posse.

2. Sed Suarez *de relig. tom.2. lib.6.de voto.c.11. num.11.* Garcias *de benef. part.11. num.139.* & alij asserentes, vt is, cum quo dispensatur, habeat domicilium in Diœcesi Episcopi dispensantis. Ratio eorum est, quia, quousque quis non acquirit domicilium in illa Diœcesi, non censetur verè subditus illius Episcopi: ergo non potest ab eo dispensari in legibus Pontificis, votis, iuramentis, &c. Et hanc sententiam tenet etiam Panormitanus *in cap. nullus, n.4. de parach.* Rosella *verb. Domicilium, num. vnico,* vbi Angelus *num. vnico, ad finem.* Sylvester *num.2.* Tabiena *ad fin.* vbi dicunt, Episcopum loci, vbi scholares, causa studij, habitant, non esse eorum proprium pastorem, quo ad Sacramenta voluntaria. Ex quo inferunt Panormitanus, Angelus, Sylvester & Tabiena, non posse vota dictorum scholarium commutari; quia defectu animi perpetuò commorandi, non efficiuntur subditi, quoad Sacramenta necessaria, vt Confessionis, & Communionis. Idem videtur clarè tenere Speculator *titul. de dispensat. §. consequenter, num.5.* vbi ait, Legatum, cui indultum est, posse dispensare cum irregularibus, in prouincia sibi commissa non posse dispensare cum Scholasticis, & alienigenis, intra illam ad tempus degentibus, sed cum perpetuò moraturis.

3. Verùm alij in hac quæstione, mediam tenuere sententiam, & ideo docent, vt forenses, seu aduenæ possint dispensari ab Ordinario loci, in quo repeniuntur, requiri, & satis esse, vt illuc confluant, animo ibi habitandi aliquo tempore diuturno, vt pro maiori parte anni, vel ad expediendum aliquod negotium, quod breui tempore expediri non solet. Et ita tenent Henriquez *lib.6. cap.14. num.8.* Lessius *lib.2. cap.40. dub.19. numer.121.* & alij, quos citat, & sequitur Sanchez *lib.3. de Matrimon. disput.23 numer.12. & seq. & in summa tom.1. lib.4. cap.37. num.17.*

4. Probatur hæc opinio, quia ratione huius habitationis diuturnæ, contrahit quis quasi domicilium, & sortitur forum externum, vt possit ibi de alibi gestis conueniri: ergo etiam in rebus spiritualibus, quales sunt dispensationes, acquiret quasi domicilium, & sortietur forum ex hac diuturna habitatione, cùm vterque forus æquè iurisdictionem petat. Confirmatur, quia durum videtur, vt scholastici, & alij, qui maiori parte anni, immò & multis annis, in aliqua Diœcesi habitant, non possint ibi votorum, & aliorum casuum dispensationem obtinere.

5. Et hæc opinio nullam difficultatem habet quando necessitas hoc postularet, & ita videmus, Episcopos, tempore Quadragesimæ, & Vigiliarum, indifferenter dispensare cum omnibus, qui in eorum Diœcesibus commorantur, vt possint vesci cibis paschalibus, etiamsi aliàs votum ieiunandi haberent. Item dispensant, vt in festis exerceri possint opera seruilia. Ratio huius est, nam cùm necessitas dispensandi in his frequenter accidat, rationabiliter interpretatur voluntas aliorum Ordinariorum, vel Summi Pontificis, vt quilibet Episcopus possit dispensare etiam cum exteris, qui aliàs sibi subditi non sunt. Sicut, quamuis Episcopi non possint ex se dispensare in legibus Pontificis: tamen in quibusdam casibus aliquando possunt, ex præsumpta voluntate Pontificis.

6. *Nota* tamen, omnes istas tres sententias Castrum Palaum *tom.1. tract.3. disput.6. punct.7. §.1. numer.5.* putare probabiles esse. Sed ipse aliter hanc quæstionem explicat. Sic itaque asserit. Vt veritas cognoscatur aliter de dispensatione in lege municipali, & communi, & aliter in dispensatione voti, iuramenti, & cuiuslibet alterius speciei impedimenti, dicendum existimo. Et quidem de dispensatione legis municipalis, & communis affirmo cum prima sententia, dispensari posse forensem à superiore illius loci, sicuti quemlibet alium ciuem; quia ad superiorem illius loci pertinet, vt omnes ibi commorantes leges obseruent. Ergo etiam pertinet causas perpendere, quæ earum obseruationem impediunt, vel excusant. Ergo etiam perpendere causas, quæ petunt dispensationem concedere; ergo & dispensare. Confirmo. Forensem diximus obligari legibus loci illius, quo transit, ne deformitatem causet. Ergo superior loci illius iurisdictionem habet cogendi illum ad talem obseruationem. Ergo & iurisdictionem, vt possit ex causa obligationem relaxare. Aliàs forensis deterioris conditionis esset quolibet incola, siquidem esset obligatus legibus, sicut sunt incolæ, & non haberet recursum ad obtinendam dispensationem illarum.

7. De dispensatione autem voti, iuramenti, aut alterius singularis impedimenti, nullo modo credo ex habitatione transeunte acquiri subiectionem sufficientem, vt possint à superiore illius loci; quia hæc iurisdictio multum pendet ex consuetudine. At hæc consuetudo sufficienter declaratur à congregatione Cardinalium admittente absolutionem propter eius necessitatem, negante tamen dispensationem, quia ita necessaria non est. Ergo non debet admitti. Quamobrem Basilius, qui affirmabat cum his dispensare posse Ordinarium loci, vbi commorantur, subdit id fieri debere vrgente causa, vt si contrahendum esset matrimonium ad restaurationem alicuius damni illati fœminæ, vel ad legitimationem filiorum parente existente in mortis periculo; in quibus casibus concederem eos dispensari posse non ex iurisdictione, quam per se habent Ordinarij loci circa forenses ad hoc voluntaria; sed ex præsumpta voluntate suorum Ordinariorum.

8. Ex habitatione autem diuturna, si domiciliaris non sit, probabilius credo non sufficere, vt loci illius Ordinarius dispensationem concedat. Moueor præcipuè ex declarationibus Cardinalium relatis à Garcia, & Farinac. *suprà*, quæ de hoc casu expressè loquuntur; inquit enim Congregatio: Absoluere Ordinarius potest ex decreto Trident. in sacramento Pœnitentiæ forensem, qui gerit officium Prætoris, Medici, vel officialis, qui habet domum, & commoratur in ciuitate, vel Diœcesi, & in eis Ecclesiastica Sacramenta percipit, non tamen poterit cum eisdem dispensare. Item est alia declaratio: Qui non est subditus Episcopi, puta Medicus, Prætor, & similes cæteri, qui tantùm habitant in ciuitate, hoc de certo comprehenduntur, etiamsi commiserint crimina in aliis ciuitatibus: habita tamen hac distinctione, quòd scilicet possint absolui in sacramento Pœnitentiæ à suis criminibus, non tamen dispensari. Et ita Gregorius XIII. audita relatione Congregationis declarauit. Hucusque Pontius.

Sup. hoc in Ref. not præteritæ, signanter prope finem à Vers. docet non habere.

Sed vt verum fateat, stantibus supradictis declarationibus sacræ Congregationis, adductis, non videtur recedendum ab illis.

RESOL.

RESOL. CLII.

An Clericus in Minoribus constitutus possit exercere medicinam sine alia Pontificia dispensatione? Et quid, si sit Clericus in Sacris, aut Beneficiarius? Ex p.6. tr.7. & Misc.2. Resol.50.

Sup. hoc in Resol. nost. seq. & in Resol. 2. §. Hinc Sup. his Beneficiariis in tom. 5. tr.5. Resol.73.§ vlt. & ex Resol.71. legs doctrinam § sed circa, & pro Clericis in Sacris ibidē cursim in fine §. dicti & magis late in Resol.74. & vide etiā Resol.72.

§.1. NEgatiuè videtur respondendum ex Pirrho Conrado *de dispensatione, lib.5 capit.4.* Sed ego inuenio Doctores communiter docere licitum esse Clericis medicare in Minoribus constitutis: secus vero si sint in sacris, vel beneficiarij. Ita Nauarrus *consil.3.ne Cleric. vel Monach. secularib. negot. se immisceant.* Graffius *in decisionibus suis tom.1. lib.2. cap.66. num.6.* Zerola *in praxi, part.2. verb. Medici.* Auila *de censur. part.7. disputat.6. sect.2. dub.10.* & nouissimè Paulus Squillante *de obligation. Cleric. part.2.dub.17. num.52.* Probatur ex *cap.2. de postulat.* Et quia non reperitur eis hoc exercitium interdictum: & facit textus *in cap. sententiam, ne Cleric. vel Monach.* in eo quod prohibet eis artem Chirurgi, quæstionem vel incisionem inducit; sed in physica hoc cessat: ergo, &c. Vnde ego olim consului Clericum minorum, qui physicam exercuerat tanquam peritus in arte cum omni circumspectione & diligentia necessaria, & cùm conscientiam haberet quietam, & sine remorsu potuisse sine vlla irregularitatis dispensatione ad sacros Ordines assumi: ita tamen vt in posterum artem illam non exerceret: nam vt diximus, neque beneficiariis, neque sacris Ordinibus initiatis hoc fieri sine pontificia dispensatione permissum est: licet aliquando non nego posse gratis personis miserabilibus & consanguineis mederi, vt obseruant Doctores penes Squillante *vbi supra*, & docet noster Nauarrus *de priuil. miserabil. person. priuil.83.*

Sup. hoc aliquando in §. vlt. Resol. 3. no. præterite & in alio eius annot.

RESOL. CLIII.

Ex pluribus rescriptis à Pontifice impetratis quodnam sit præferendum? Ex part.8. tr.7. & Misc. 1.Resol.4.

§.1. CAsus in praxi sæpiùs accidere potest, & de illo ex neotericis agit Honorius Van Axel. *in compend. iuris Canon. lib.1. titul.3 num.22.* vbi sic ait: Rescriptum posterius derogat priori, de quo mentionem facit *cap. cæterùm, §.1. de rescriptis, cap. inter monasterium, de re iudic. cap. coram, de officio delegat.* si in eadem causa ad lites impetretur, Felinus *in cap. cæterùm, num.7. hoc titulo*, debet fieri mentio ne dum de primo rescripto, sed etiam de omni notabili clausula eius, puta quòd fuerit communi consensu impetratum, *cap.cæterùm, hoc titul. cap. ex conquestione,* & *ibi* Butr. *in 3. not. de restit. spol. arbitrio iudicis.* Panorm. *in dict. cap. ex conquestione, n.4. de restit spol.* quia iura volunt de prioribus literis faciendam esse mentionem specialem, *cap. ex literis, de dol. & cont. cap. in nostra, hoc tit.* ac de processu inchoato, *cap. inter de re iudic.* & *ibi* gloss. Alleg. concord. *cap. vt debitus, de appell.* & *ibi* gloss. *in verb. si dicat.* Panormit. *in cap. super literis in 6. reg. hoc tit.* si impetretur ab eodem ad beneficia diuersa, sicut Ecclesias; in secundo de primo, & processu ex primo rescripto secuto, etiam debet fieri mentio, *cap. in nostra, hoc tit.* & *ibi* Panormit. *sub num.6. & n.7.* &c. aliàs neutrum valet, quia præsumitur impetrasse fraudulenter. Panormitanus *in dict. cap. in nostra, post. num.5.* & *ibi* Ioannes Andreas & Butr. nisi ipse vnum rescriptum impetrauerit per se, & aliud impetrauerit eius procurator eo ignorante; quo casu datur illi optio, quonam rescripto vti velit *cap. gratia, hoc titulo, in 6.* ad idem verò beneficium, ab eodem plura possunt impetrari rescripta, ex post facto ad cautelam nulla priorum facta mentione Panormitanus *in dicto cap. in nostra, num.6. cap. post electionem, & cap. ex parte* Asten. *de concessione prabend.* Hucusque Honorius.

2. Sed non deseram etiam hìc apponere verba Andreæ Vallensis *in Paratul. ad Decretales lib.1. tit.3.§.5. num.1.* vbi ita asserit: Si duo diuersi ad vnum idemque beneficium rescriptum impetrent; vel etiam ad vnam eandemque litem diuersa rescripta ad diuersos iudices; posterius priori præferetur, si modò prioris mentionem facit: aliàs valebit prius, & posterius subreptitium habebitur, nec obtinebit alicuius roboris firmitatem. *cap. cæterùm hoc titulo.* Nisi primum fuerit impetratum communi consensu partium, nam tunc non valet secundum impetratum per alteram partem, hoc tacito, *dicto cap. cæterum,* aut nisi prius sit generale & posterius speciale, quia tum speciale posterius derogat generali priori, quantum ad ea, quæ in speciali specialiter, & contraria contentis in generali exprimuntur, vel in generali non exprimuntur, licèt prioris mentionem non faciat, *capit. 1. & capit. pastoralis, §. quoniam, eod. tit.* Idipsum obtinet quoque, si speciale priùs fuerit impetratum, quia generi per speciem derogatur, *cap. generi, de regulis iuris in 6.* & quia generalis dispositio, quæ sequitur, non refertur ad specialem præcedentem, *l. sanctio legum, ff. de pœnis.* Quod si vtrumque sit generale, illud attenditur, quod est magis speciale. Rebuffus *in dicto tractatu de Rescriptis, num.104.* Non mirum videri debet, per posterius rescriptum reuocari prius: id enim non fit sine causa, cùm quod ad preces supplicantis largitur Pontifex, sit veluti precarium quod iure communi ad voluntatem dantis reuocari potest, *l. ait prætor, ff. de precario.*

3. Quod tamen dicitur, *in dict. cap. cæterum,* secundum rescriptum, non habita mentione de priore, non valere, intelligendum est, si pars opponat. Abbas, & alij ibid. Facit *cap. plerumque, eodem titulo*, vbi post annum valent secundæ litteræ, quando aduersarius primis non fuit vsus: nam inde sequitur, non fuisse ab initio nullas. Quòd si quis, impetrato rescripto, videat sibi fore damnosum; non cogitur illud præsentare, *capit. ex conquestione, de restitut. spoliatorum.* Imò potest ei renuntiare, etiamsi præsentauerit. Abbas *ibidem*, etiam post citationem modò parti satisfaciat de expensis, & interesse. Aliud dicendum, si parti sit aliquod ius quæsitum. Et hæc omnia docet Vallensis *loco citato.*

4. Non desinam tamen hìc adnotare, supradicta procedere in Rescriptis in quibus agitur de concessione facta per viam simplicis gratiæ, sed non per viam commissionis à sanctissimo D. N. signatæ pro confirmatione Concordiæ super bonis Ecclesiasticis in forma solita, si in euidentem, aduersus eam opponi nequit de tali subreptione, cum in his concessionibus nil aliud moueat summum Pontificem, quàm euidens Ecclesiæ vtilitas, tanquàm causa finalis, & nulla alia subreptio attendi debeat, si dicta euidens vtilitas iustificetur, prout in terminis firmauit Rota coram Card. Seraphino *decis.443. num.2.* coram Card Mantica *decis.101. num.5.* & coram sanctissimo D.N. in Ranemantem Pineti, 22. Martij 1607. cum aliis per Rub. *in singular. Rotæ part.4. fol.209. num.94. cum segnent.* & per Genuensem in praxi Archiepiscop. Neapol. *cap.90. num.5. in fine,* vbi subiungit esse valdè notandum. Quæ omnia

maturè

maturè fuerunt considerata à doctissimis Aduocatis in quadam Congregatione, me etiam præsente, coram docto, & Illustrissimo Domino meo Fiorentillio in casu particulari ex Sicilia nobis commisso.

5 In quo magis procedebat doctrina superiùs apposita; quia rescriptum super prima concessione expeditum vsque de anno 1637. non fuerit executoribus præsentatum, viuente Vrbano concedente, quoniam huiusmodi concessio morte Papæ concedentis expirat, perinde ac si non fuisset obtenta, vt pariter in terminis Beneplaciti Apostolici in forma sit in cuiusdem Ecclesiæ vtilitatem, resoluit Rota *in recent. decis. 473. num. 3. part. 2. & decis. 306. in princip. atque in fine, part. 3.* & coram Card. Mantica *decis. 41. num. 2. & 4. cum seq.* Senat. Catalon. apud Ludouicum de Peguera *decis. 128. num. 2.* & per totam, quibus adde Genuensem *in praxi Archiep. cap. 93. in nouis, & c. 115. in antiquis.*

RESOL. CLIV.

De clausulis dispensationum, quæ apponuntur in literis Pœnitentiariæ, & primo de prima clausula, Discreto viro Magistro in Theologia, &c. & confessori ex approbatis, &c.

Et aduertitur errorem esse vulgi literas dispensationis frustrari suo effectu, si aperiantur, &c.

Sed difficultas est de confessore, qui fuit approbatus ab ordinario ad audiendas sacramentales confessiones, videlicet virorum dumtaxat, & non mulierum, vel è contra, non tamen ob defectum scientiæ, sed ratione iuuenilis ætatis; an iste possit exequi literas in forma Breuis Sacræ Pœnitentiariæ ad fauorem mulieris, v. g. obtentas, vel è contra? Ex p. 8. tr. 3. Res. 103.

§. 1. LOquens de hac clausula sic asserit Salas *de legibus, disput. 20. sect. 10. §. 3. num. 97.* Ad tuetur errorem esse vulgi, litteras dispensationum frustrari suo effectu, si aperiantur à non habente has qualitates: nam in solo exequente dispensationem requiruntur, Nomine Magistri in Theologia, Doctor etiam in Theologia intelligitur: quia illa nomina sunt synonyma, licèt quædam Vniuersitates vno vtantur, aliæ alio. Non sufficit esse publicum Professorem Theologiæ vel decretorum, nisi in Vniuersitate approbata gradus dictos acceperit. Nec sufficit esse iuris ciuilis Doctorem, nec sufficit esse promotum ad gradus Licentiati in Theologia, vel iure Canonico: nec quòd Regularis sit Magister in suo Ordine. Ex priuilegio tamen Gregor. XIII. possunt has dispensationes exequi Sacerdotes Societatis, modo sint approbati ab Ordinario ante expeditionem, vel executionem ipsarum. Eodem priuilegio gaudent alij Mendicantes, vt docet Rodriguez *tom. 1. reg. quæst. 63. art. 8. in fine.* Debent tamen omnes speciatim habere facultatem superiorum ad talem executionem, aliàs dispensatio erit nulla. Quis verò Confessarius dicatur ab Ordinario approbatus, tractant Suarez *3. part. tom. 4. disput. 28. sect. 6. & 7.* & cæteri in materia *de pœnitent.* sufficiet autem approbatus ab Ordinario, cuius approbatio, si de reuocatione non constet, sed secundùm communem errorem vulgi approbatio maneat. Ita Salas, & alij.

2. Sed difficultas est de Confessore, qui fuit approbatus ab Ordinario, ad audiendas sacramentales confessiones certarum personarum, videlicet, virorum dumtaxat, & non mulierum, vel è contra; non tamen ob defectum scientiæ, sed ratione iuuenilis ætatis an iste possit exequi litteras in forma Breuis S. Pœnitentiariæ ad fauorem mulieris, v. g. obtentas, vel è contra.

3. Affirmatiuam sententiam docet Sanchez *lib. 8. disp. 38. num. 16.* quem sequitur nouissimè Pater Perez *de matrim. d. disput. 48. sect. 5. num. 5.* vbi sic ait: Verius mihi videtur approbatum ab Episcopo cum limitatione personarum, non defectu scientiæ, sed ratione ætatis quòd iuuenis sit, quod contingit dum approbatur ad audiendas solas vitorum confessiones, posse eligi ad expediendas prædictas dispensationes, siue viris, siue fœminis concessas. Ratio est, quia in eis litteris, dum petitur in expeditoro approbatio Ordinarij vnà cum gradu Doctoratus, spectatur potiùs scientia, ac rerum moralium peritia ad earum expeditionem. At hic vtrumque suæ scientiæ testimonium habet. Quod etiam firmatur, quia valde probabile est, censeri quoque hunc sufficienter approbatum, vt per Bullam possit ad vtriusque sexus confessiones eligi. Ita Perez.

Sup. hoc lib. tom. 4. tr. 22. Res. 22. & 24 aliis eius primæ adnot.

4 Confirmatur hæc opinio; nam iste Confessor est approbatus ab Ordinario, & propterea de eo verificantur verba illa, *ex approbatis*. Præterea verba simpliciter prolata simpliciter debent intelligi; sed ista sunt simpliciter prolata: ergo debent simpliciter intelligi, & non cum supradicta limitatione.

5. His tamen non obstantibus, dicendum est, non posse exequi litteras Maioris Pœnitentiarij, nisi ad fauorem earum personarum, ad quarum confessiones audiendas ab Ordinario admissus fuit. Emmanuel *1. tom. summæ in 2. editione, cap. 60. conclus. 4.* Perrus de Ledesma *summa Sacramentorum, de Pœnitent. cap. 13. post primam conclusionem, dub. 7.* Suarez *tom. 7. de Pœnit. disp. 27. sect. 7. num. 3.* & alij Ratio videtur clara, quia Maior Pœnitentiarius sequitur simpliciter approbationem Ordinarij: ergo præsupponit in exequutore suarum litterarū eam iurisdictionem, & authoritatem, quam Ordinarius illi; tradidit ad sacramentales confessiones audiendas, sed iurisdictio, & authoritas fuit tradita cum limitatione: ergo præsupponit in dicto exequutore iurisdictionem, & authoritatem cum dicta limitatione: ergo sicut ille fuit exclusus per Ordinarium ab audiendis confessionibus mulierum, vel è conuerso; ita etiam excluditur à Maiori Pœnitentiario.

6. *Secundò*, Maior Pœnitentiarius non magis intendit dictum Confessorem habilitare, & approbare quàm fuerit habilitatus, & approbatus ab Ordinario: sed ab Ordinario fuit habilitatus, & approbatus cum limitatione; ergo etiam à Maiori Pœnitentiario cum eadem limitatione habilitatur, & approbatur ad exequendas prædictas Pœnitentiariæ litteras. Maior patet, quia in toto prædictarum litterarum corpore nulla reperitur clausula, ex qua dictæ approbationis ampliatio colligi possit.

Ad rationes in contrarium allatas.

7. *Primò* respondetur, verba illa, *ex approbatis* non verificari in dicto Confessore, quia intelliguntur de confessoribus simpliciter, & non limitatè approbatis. Nam propositiones simpliciter admissæ excludunt limitationes, & conditiones.

8. *Secundò* respondetur, quòd verba simpliciter prolata, simpliciter debent intelligi, nisi materia, de qua proferuntur, excludat illam generalitatem, & requirat specialitatem (vt est in casu nostro,) vel nisi contrarium constet de intentione proferentis, vt *suprà* probauimus. Et hæc omnia docet Pater Leone *in prax. pœnitent. part. 1. fol. 18.* Ego vtramque sententiam probabilem esse puto.

9. Et sententiam Sanchez, præter Perez tenet Portel *in dubiis Regul. verb. Confessor aperiens litteras Papæ, num. 5.* vbi sic ait. Requiritur, quòd talis Doctor sit confessor approbatus, circa quæ, nota

sequentia. *Primum* sufficere, vt sit approbatus ab Ordinario quamuis esset occultè reuocata licētia superioris pro audiendis confessionibus, ita vt talis reuocationis detur error communis, id est ignoretur omninò talis reuocatio, etiam ab ipso Confessore. Si enim de illa constet, non poterit aperire. *Secundum* est debere esse approbatum ab Ordinario, & non sufficere approbationem Academiæ alicuius. *Tertium* est, si sit approbatus cum limitatione, pro masculis tantùm ob defectum ætatis senilis, tamen poterit eligi pro aperiendis his litteris, siue id petat vir, siue fœmina: quia cùm alias sit Doctor, vel æquiualeat Doctori iuxta sui Prælati iudicium, poterit sufficienter tales litteras aperire, & ad hoc dicetur sufficienter approbatus.

RESOL. CLV.

An semel Confessarius electus ex virtute literarum dispensationis possit vigore eiusdem Bullæ, inconsulto Maiori Pœnitentiario, variari?

Et an verosi supradictæ litteræ aperiuntur à non habente supradictas qualitates, suo effectu frustrentur, aut priuentur?

Et an peccet prædictas literas aperiens, si illis qualitatibus præditus non sit; si Ex part. 8. tract. 3. Resol. 104.

§. 1. NEgatiuè respondet Pater Leone *in præxi Pœnitent. part. 1. fol. 22.* si Confessor electus habeat conditiones præscriptas, & acceptauit suam electionem, *c. cùm inter Canonicos 21. de elect.* Nauarr. *lib. 2. consil. in 2. edit. tit. de officio delegati, consil. 8. num. 1.* Praxis Neapolit. *cap. 21. de dispensationibus matrimonialibus.*

2. Probatur *primò*; quia sicut non potest eligi Confessor alius ab expresso per Maiorem Pœnitentiarium, ita neque potest variari electus vigore prædictæ Bullæ. Confirmatur; quia rescriptum diplomatis huiusmodi vnicam tantùm Confessarij electionem concedit. Sermo enim simpliciter prolatus, intelligitur de vnica vice. *l. boues 85. §. hoc sermone. ff. de verb. signif. Secundò*, quia iurisdictio legata, est iurisdictio delegans, *l. 1. §. qui mandatum: ff. de officio eius, cui est mand. iurisdict.* Ergo ad delegantem duntaxat spectat illam extendere, & non ad partes neque ad iudicem; id enim, quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri nequit. *reg. 1. d. quod nostrum 11. ff. de reg. iur. Tertiò*, quia iurisdictio delegata non potest de persona in personam, etiam de consensu, partium prorogari. *cap. P. & G. per litteras, 40. de officio deleg. Quartò*, si posset fieri huiusmodi variatio vltra casum ignorantiæ repertæ, inconsulto Maiori Pœnitentiario, multa inde inconuenientia sequerentur.

3. *Primò* enim facillimè declinaretur à Confessore prudente, docto, & discreto, ad imprudentem, ignauum, & indiscretum, quando per illum pensata qualitate absolutionis, dispensationis, &c. impendendæ, imponeretur pœnitenti canonica satisfactio, ac legitimæ pœnitentiæ adimplementum: quæ vt plurimum pœnitentibus odiosa, nimis grauia, & quasi intolerabilia videntur. *Secundò*, gratuitas delictorum non sentiretur: Ecclesiæ benignitas, diuinaque misericordia non cognoscerentur, paruipenderetur propria salus, & aperiretur via ad grauiora delicta perpetranda, cum non modica animarum iactura.

4. Limita tamen, quando eligens reperit electum esse ignorantem. *l. de ætate, 12. §. finali, ff. de interrog. actio.* Goffred. *in summ. tit. de elect. n. 34.*

5. Nec obstat dicere, quòd commissio in foro, conscientiæ facta sequitur naturam illius fori, quæ est, vt pœnitens non teneatur acquiescere sententiæ vnius confessarij, sed possit plures adire, variare; & propterea Confessor electus vigore diplomatis Maioris pœnitentiarij possit illo inconsulto variari.

6. Sed hæc obiectio facillimè eliditur, respondendo, pœnitentem non teneri acquiescere vnius Confessarij sententiæ, sed plures posse adire, quando non est ei præscriptus, & limitatus Confessor: secus verò est, quando à superiore est præscriptus Confessor, vt patet in Regularibus, quibus à superioribus præscribi solet Confessor, cui confiteantur, & tenentur illius sententiæ acquiescere, vel à superiore facultatem petere alium eligendi, nec possunt per se ipsos id facere. Ita etiam pœnitens eligendo Confessorem vigore literarum Maioris Pœnitentiarij, sibi deputat, non authoritate propria, sed Maioris Pœnitentiarij nomine: ergo inconsulto Maiore Pœnitentiario non poterit illum variare.

7. Huiusmodi autem commissio Maioris Pœnitentiarij sequitur naturam fori conscientiæ, quoad sigillum & secretum, non autem quoad libertatem variandi Confessorem: & nescio, quo fundamento dicatur intentionem, & voluntatem Maioris Pœnitentiarij esse, vt possit ipso consulto fieri huiusmodi variatio, dum expresè fit commissio Confessori, & non Confessoribus per Oratorem eligendis, &c. & ex tot annorum experientia contrarium mihi constat de mente Maioris Pœnitentiarij. Et hæc omnia docet Leone *loco citato.*

8. Sed non deseram hîc adnotare, affirmatiuam sententiam docere Sanchez *lib. 8. disput. 27. num. 40.* quem etiam sequitur Perez *de matrim. disp. 48. sect. 5. n. 7.* cui adde Lezanam *in summa qq. Regular. tom. 4. verb. litteræ Apostolicæ, n. 19.* vbi sic ait: An verò si prædictæ litteræ aperiantur à non habente prædictas qualitates, suo effectu frustrentur aut priuentur, à nonnullis ambigitur. Et verior est pars negatiua, quia illæ solùm exiguntur pro executuro dispensationem, non pro aperturo litteras. Sanchez *supra n. 12.* Naldus *in summa, verb. litteræ. num. 8.* peccabit tamen prædictas litteras aperiens, si illis qualitatibus præditus non sit, quia Papa, vel summus Pœnitentiarius solùm id committit illas habenti. Naldus *ibid.* Casu etiam quòd aperiantur ab vno Confessario, & ille nolit dispensationem concedere, potest Orator alium adire, & ab eo ipsam obtinere. Ratio est, quia huiusmodi litteræ concessæ intelligantur conformiter ad formam, & naturam confessionis sacramentalis, in qua nullo iure constringitur pœnitens quin variare possit, cùm non teneatur acquiescere opinioni vnius Confessarij, quoties alium inuenire potest habentem aliam opinionem probabilem. Naldus, & Bonacina *suprà*, cum Sanchez, & aliis contra Nauarrum *lib. 1. cons. de offic. delegat. cons. 8.* Imò ipse Confessarius, qui in principio noluit dictam dispensationem concedere; potest, mutata sententia, id postea facere, cùm sapientis sit mutare consilium ex iusta causa, Bonacina *suprà* aliis relatis. Hucusque doctus, & amicissimus P. Lezana, cui ego libenter adhæreo, & in facti contingentia olim consului.

Sup. hoc principio antecedentis Resol.

RESOL. CLVI.

An Confessarius habens facultatem dispensandi super certam materiam, dispensatio sit valida, si in confessione sacramentali interne illam fecerit, putando tam ipse, quam pœnitens non esse necessarium verbis expressis facere?

Vel an sit necessarium iterum expresè dispensare, & proferre

Sup. difficultatem huius tituli in tom. 1. tr. 4. Resol. 2. ibi in tr. 3. Resol. 16. & prope finem.

proferre verba dispensationis, dicendo, Dispenso tecum &c.

An hæc dispensatio possit fieri à Sacerdote, etiam si dispensans sit absens? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Resol. 118.

Sit. DE hoc casu olim interrogatus fui, & affirmatiuè respondi, nullius tamen Doctoris auctoritate fretus, licèt tunc aliqui contrariam sententiam docuissent; sed modò nostram sententiam docet Turrianus *in select. disput. part. 2. disput. 31. dub. 64.* vbi sic ait. An sit vera dispensatio si data facultate Confessario dispensandi circa certam materiam, & audita confessione pœnitentis Confessor absolutionem sacramentalem dederit illi rectè disposito, & pœnitens & Confessor non putauerunt esse necessarium expresè dicere, Dispenso te. Interrogatus sum primò, an sufficiat virtualis dispensatio, quæ hic videtur interuenisse. Secundò, an sit necessarium iterum expresè dispensare, & proferre, verba dispensationis. Tertiò an hæc dispensatio possit fieri à Sacerdote etiamsi dispensans sit absens. Circa primum mihi videtur sufficere virtualis illa dispensatio. Secundo, cùm non sit sacramentalis absolutio, non video esse necessariam illam dispensationem repetere per verba expressa. Ad tertium respondeo absolutionem sacramentalem non posse fieri absente pœnitente, iuxta decisionem Clem. VIII. sed hæc dispensatio non est absolutio sacramentalis, vt suppono, & ita fieri potest absente persona cui conceditur dispensatio, vt constat in aliis dispensationibus, quæ omnia non solùm vt probabiliora, sed vt vera approbata sunt à viris doctissimis huius Curiæ Matritensis. Hæc Turrianus, quæ hic transcribere volui aduersùs illos, qui, quando supradictam sententiam ego consului, ægrè illam tulerunt.

RESOL. CLVII.

An dispensatio in litteris Pœnitentiariis fieri debeat in confessione sacramentali?

Et an Confessarius debeat esse approbatus sine limitatione?

Et an ad valorem dispensationis sufficiat, si confessio sit inualida?

Et an, opus sit, vt talis delegatus, sit Doctor iuris Canonici, vel Magister in Theologia in Academia approbata, & non Licentiatus, nec cæteri alij?

Et notatur, quod Regulares, quibus Superiores permiserint, habent priuilegium expendendi has litteras, etiam si non sint doctores, vel Magistri.

Et alij casus circa supradicta explanantur, & pro cæteris aliis clausulis prædictarum literarum. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Res. 71.

Vide in §. 1. [illegible] & [illegible] pra. [illegible] tiam Confessariorum magis pacticabilia adnotabo; [illegible] & quoad primum quæsitum affirmatiuè respondet Basil. Pontius *de matrimon. lib. 8. cap. 21. §. 1. num. 17.* Reginald. *tom. 2. lib. 31. cap. 28. num. 217.* & ratio est, quia omnia quæ iniunguntur in tali clausula secundum communem de eis loquendi & intelligendi modum, spectant ad sacramentum Pœnitentiæ. Accedit quòd ad Confessarium dirigatur commissio dispensandi, eúmque approbatum, quam conditionem Concil. Trident. *sess. 23. cap. 15.* introduxisse in ordine ad auditionem confessionum, verba illius dubitare non sinunt, & requirendo in confessario qualitatem approbationis, superuacanea videtur posita qualitas Magisterij; si confessio non esse necessaria.

2. Verùm negatiuam sententiam docuit Sanchez *de matrimon. lib. 8. disputat. 34. numer. 29.* Salas *de legib. disput. 20. sect. 10. numer. 98.* & Castrus Palaus *tom. 1. tractat. 3. disput. 6. punct. 15. §. 1. numer. 6.* quia Pontifex non dicit dispensationem expediendam esse pro foro pœnitentiæ, sed pro foro conscientiæ; forum autem conscientiæ non est forum sacramentale, sed secretum & extraiudiciale. ergo, &c.

3. Sed licèt hæc sententia negatiue olim esset satis probabilis, hodie tamen non potest sustineri, sed prima opinio affirmatiua est tenenda, per ea quæ adducit Filliucius *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. numer. 355.* vbi sic asserit. Notandum secundò an exigatur confessio sacramentalis, nécne? olim erat probabile non requiri quia non addebatur clausula *audita confessione, non aliter, neque alio modo*, sed tantùm in foro conscientiæ, quod distinguitur à foro pœnitentiæ, & medium est intra forum externum, & forum pœnitentiæ sacramentale, quòd scilicet fiat, non publicè adhibitis testibus & notorie, sed secretè in foro animæ internæ, sed extra confessionem, vt potest quis absolui à censura ab Episcopo, & tunc sine confessione. Hodie autem ex clausula dicta confessio est omninò necessaria. Sic ille, & nouissimè etiam Ant. Fernandez *& in instruct. confess. part. 1. docum. 4. §. 1. num. 6.* vbi sic ait: *Tercera clausula destos dos breues dice que le absuelua del voto, y que le imponga penitencia saludable. Sanchez dice que no es menester que sea en confession, pero Reginaldo tiene lo contrario, porque despues aca se añade en las letras que sea en confession, y assi se ha de hazer.* Hæc ille.

4. Cùm igitur hodie sit necessaria confessio, vt patet ex tenore literarum, quæritur an ad valorem dispensationis sufficiat si confessio sit inualida? & de hoc casu olim ego interrogatus fui, & respondi quòd si confessio est inualida defectu doloris, vel integritatis circa alia peccata, non autem circa id, de quo petitur absolutio, vel circa rem, de qua petitur dispensatio, satis est dicta confessio, licèt inualida; secus autem si non esset integra, vt dixi respectu eius cuius quæritur dispensatio, & ita in facti contingentia liberaui quemdam pœnitentem & Confessarium ex magnis angustiis stante supradicta distinctione & doctrina, quam docet Suarez *tom. 4. disputat. 31. sect. 4. numer. 9.* & Filliucius *tom. 1. tractat. 10. part. 2. capit. 10. numer. 355.* Sup. hoc infra in Res. 159.

5. Sed deueniendo ad secundum quæsitum, videlicet an dicta confessio sit facienda cum Sacerdote approbato absolutè, vel sufficiat, si sit approbatus pro viris, verb. grat. & non pro mulieribus, pro personis huius oppidi, &c. affirmatiuam sententiam, nempe sufficere si sit aliquo modo approbatus, docet Sanchez *de matrimon. tom. 1. lib. 8. disputat. 34. numer. 16.* & ratio est, quia litteræ asserunt Confessarium debere esse approbatum ab Ordinario; sed talis Confessarius, de quo loquimur, est approbatus ab Ordinario, ergo, &c. non enim approbatio restringenda est ad approbationem absolutam. Sed ego prorsus negatiuam sententiam tenendam esse puto, si respectu petentis dispensationis approbatus non sit, & ita docet Riccius *in decis. Cur. Arc. tom. 4. decis. 34. num. 2.* Basilius Pontius Sup. hoc supra in Res. 254 §. Sed difficultas.

de matrimon. l.b.8. c.21. §.1. num.15. Reginald. *tom.2. lib.31. cap.28. num.214.* & Castrus Palaus *tom.1. tract.3. disp.6. punct.15. §.1. num.1.* Gutierrez *de matrim. cap.28. num.19.* & ratio est clara, quia, sicut suprà firmatum est hodie est præmittenda confessio ad has literas expediendas; ergo qui illam efficere non est capax, non erit capax huius delegationis, quod est valde notandum à Confessariis, qui ex opinione Sanchez fœdè in hoc labi possunt, & Sanchez scripsit antequam verba illa apponerentur in dictis literis. Limitat tamen nostram sententiam Filliucius *tom 1. tract.10. part.2. cap.10. num.352.* nisi Confessarius approbatus, verb. grat. pro maribus tantùm, vel pro fœminis tantùm esset simul Doctor, vel Magister; sed hæc limitatio mihi non placet quia talis Doctor, seu Magister non poterit excipere confessionem necessariò hodie præmittendam à petente dispensationem, ergo &c.

Sup hoc ibidem §.1. ad mediũ. verb. Ex priuilegio.

6. Notandum est tamen hic obiter adornatum supradictæ materiæ quòd Regulares, quibus Superiores permiserint, habent priuilegium expediendi has literas, etiamsi non sint Doctores, vel Magistri; si verò supradicti iudicent esse subreptitiam, aut inualidam dispensationem, possunt mutare postea sententiam, vel impetrans dispensationem potest alium adire qui sibi videatur dispensationem validam esse iudicaturus: secus autem in foro externo, si iudex delegatus declaret dispensationem esse subreptitiam Ratio est quia cùm talis commissio facta sit pro foro conscientiæ, ea sequitur eiusdem fori naturam, quæ est vt pœnitens non adstringatur acquiescere vnius Confessarij sententiæ, sed possit alium adire, illeque prior Confessarius possit re meliùs perpensa mutare suam sententiam. Ita Basil. Pontius *de matrim. lib.8. cap.21. §.1. num.14.* Riccius *part.4. dec.34. num.2.* Castrus Palaus *loco citat. num.2. & 3.* Anton. Fernandez *in institut. Sacerdot. vbi suprà numer.2.* Reginaldus *num.314.* & alij.

Sup.hoc ibidem in § 1. ad lin 6.& in §.vlt.

7. Sed quia in dictis Pœnitentiariæ literis aliquæ clausulæ apponuntur, breuiter dico circa primam, quòd præter dicta, talis delegatus opus est vt sit Doctor iuris Canonici in aliqua Academia, vel Magister in Theologia, & non sufficit esse Licentiatum in decretis Theologiæ, aut Doctorem iuris ciuilis, neque hatum facultatum Professorem in Academia approbata, neque Magistrum in Theologia secundùm institutum Regularium. Circa secundam clausulam præter ea quæ dicta sunt, præmittere debet dispensans causæ cognitionem, aliàs nulla est dispensatio, & in hac cognitione potest credere dicto etiam non iurato petentis dispensationem non recipiendo testes, si vult tamen expostulare iuramentum potest, & si constat causam esse notoriam, vel ipsi delegato cognita sit, nullum erit examen præmittendum; quòd si cognoscat aliunde causam esse falsam, non debet credere latori. Monita verò, vt lator dicat veritatem manifestãdo ei quantum interest, ne dispensatio frustretur, non sunt necessariò facienda, ita vt illa omittendo dispensans peccet, & dispensatio sit nulla. Circa tertiam clausulam dico non esse in potestate dispensatoris illa opera omittere, quia apponuntur pro forma, potest tamen ea moderari prout sibi videbitur, debent tamen esse opera supererogationis, vnde confessio, quæ inter ea opera numeratur, imponi quidem non potest frequentior, quàm menstrua, vt saltem aliquo die mensis confiteatur, potest tamen præscribi bimestris, sed cui non satisfaciat per aliam, ad quam ex voto, vel pœnitentia teneatur, quicquid perperam asserat Salas. Circa quartam clausulam vt literæ dilanientur, dico hoc non esse de substantia dispensationis, mens enim Pontificis est, ne literæ illæ in foro externo suffragentur. Cæteræ verò clausulæ non habent difficultatem, solùm difficultas est in clausula, quæ apponitur, maximè in dispensationibus pro foro externo, ne sub pœna excommunicationis latæ sententiæ recipiat Ordinarius quodcumque munus, &c vbi Filliucius *tom.1.tract.10. part.2. cap.10. numer.363.* Sanchez & Salas *loc. citat.* asserunt sub dictis verbis non prohiberi stipendium debitum laboris, ex consuetudine; verùm nouissimè Gauantus *in enchirid. Episc. ver. matrimonij impedimenta, numer.34.* statuit dispensatem nihil prorsus posse accipere, siue pro laboribus in instruendo processu, siue pro decreto dispensationis matrimonialis, & ita testatur declarasse sacram Cardinalium Congregationem *die 22. Aprilis 1619.*

Sup. hoc fra in Ref. 161. & in aliis earum pũctis marum ac

Sup. hoc Resolutionibus not. præcedenti late.

Sup. hac secunda clausula magis late infra in Ref. 161.

Sup. hac tertia clausula late infra in Ref. 162.

RESOL. CLVIII.

An virtute literarum continentium facultatem dispensandi, dispensatio fieri debeat in Sacramento confessionis? Ex part. 8. tractat. 3. Resol. 105.

Sup. hoc in Ref. præcedenti.

§.1. Affirmatiuè respondet Leone *in praxi pœnit. part. 1. fol. 28.* vbi sic ait: Aduerte facultatem Confessoribus per Breuia, seu Bullas Maioris pœnitentiarij concessam, non esse liberam, vt possit Confessor ea simpliciter; & ad suum libitum, hoc est, in confessione sacramentali, vel extra illam vti: sed est ita limitata, vt non nisi in sacramentali confessione illam exercere valeat, & si secus faciat, nulliter, facit nam excedit fines mandati: qui fines diligenter sunt obseruandi etiam in nominibus, præsertim quando sumus in substantialibus. *l. diligenter 5.* vbi communiter Doctores. *ff. mandati.* Quæ conclusio

2. *Primò* probatur, quando potestas alicui attribuitur respecta certæ qualitatis, quicquid extra illam fiat, non valet. Ita Decius *in l. factum à iudice 132. ff. de reg. iur. numer. 1.* Felin. *in cap. cum ordinem, de rescriptis.* Sed potestas in Breuibus Maioris Pœnitentiarij concessa Confessoribus, est respectu sacramentalis confessionis, vt patet ex ipsis verbis Breuium: ergo quicquid agitur extra sacramentalem confessionem, nulliter à prædictis Confessoribus agitur: ergo Confessores non possunt dicta facultate vti extra sacramentalem confessionem.

3. *Secundò* probatur: sicut iudex non potest exercere suam iurisdictionem extra suum territorium. *l. fin.* vbi Doctores. *ff. de iurisdict.* &c. ita neque Confessor delegatus potest exercere suam iurisdictionem delegatam extra sacramentalem confessionem, quæ est Confessoris præscriptum, & limitatum territorium: ergo debet priùs ingredi suum territorium, hoc est, audire sacramentalem Oratoris confessionem, & postea iurisdictionem sibi delegatam exercere.

4. *Tertiò* probatur: Iudex officium suum excedens non agit vt iudex, sed vt priuatus, & ideò illi impunè non paretur. Ita glossa *in l. non videtur 128. §. qui iussa ff. de regul. iur.* Ita confessor excedens suum officium, hoc est, non audita sacramentali confessione, non agit vt confessor, sed tanquam vnus de populo, vt ex se pater. Nam confessor est

Confessor

Confessor correlatiuè ad sacramentalem confessionem: & sicut vnus de populo nulliter, & inualidè exqueretur Breuia Maioris Pœnitentiarij, ita etiam Confessor non præmissa sacramentali confessione Oratoris nulliter exequitur.

5. *Quartò*: ista clausula, *Audita sacramentali confessione*, importat conditionem sine qua non fuisset concessa huiusmodi facultas Confessori, vt patet ex quotidiano, & nunquam interpellato stylo sacræ Pœnitentiariæ officij in materiis, quæ Confessoribus committuntur: immo, si petatur per Confessores à Maiori Pœnitentiario aliqua facultas exercenda extra confessionem, solet continuò denegari: ergo, non præmissa sacramentali confessione, censetur huiusmodi facultas suspensa; & quicquid illius vigore operatur, inualidum est, & nullum: ergo, &c.

6. Et hanc sententiam tenet etiam Basilius Pontius *de matrim. lib. 8. c. 21. n. 12.* & probat sequentibus rationibus. *Primò*, quia nulla est dictinctio fori pœnitentiæ, & fori conscientiæ. Cùmque Pœnitentiarius hanc dispensationem committat in foro conscientiæ, debet etiam intelligi fieri debere in foro pœnitentiæ. *Secundò*, omnia quæ in prædictis litteris continentur, indicant sacramentalem confessionem. Nam vtuntur verbo, *absoluendi*; cuius non est vsus in dispensationibus. Ait etiam in forma Ecclesiæ consuetà, quæ particula ostendit idem Sacramentum. Requirit quoque in executore eius dispensationis qualitatem Confessoris approbati ab Ordinario. At nulla alia commoda assignari potest ratio, cur ea conditio requiratur, nisi hæc, si enim propter idoneitatem, sufficiebat qualitas Doctoratus in Academia approbata, quæ sine dubio maius est argumentum idoneitatis, quàm Confessoris qualitas. *Tertiò*, quia saltem Religiosi Societatis IESV, & alij Regulares nullo gradu insigniti, qui ex priuilegio suprà tradito expediunt has dispensationes, non poterunt eas exequi extra sacramentum Pœnitentiæ, quia in Bulla Greg. XIII. in qua eiusmodi conceditur priuilegium, expresse dicitur, *auditis confessionibus*.

7. Verùm negatiuam sententiam tenet Sanchez *lib. 8. disput. 34. num. 13.* cui ego olim adhæsi, & quam tuetur etiam nouissimè Perez *de matrimonio, disp. 48. sect. 5. num. 13.* Quia si Pœnitentiarius committens has dispensationes, vellet præmittendam necessariò confessionem sacramentalem, id clarè verbis explicasset. Nam nulla sunt verba in expeditione litterarum, quæ id exprimant per modum conditionis, vt ex eorum tenore constat. Non enim ponuntur cum particula aliqua conditionem denotante, qualis est, *si, dummodo*: Neque etiam ponuntur per ablatiuum absolutum, nam ille ablatiuus absolutus, iniuncta pœnitentia salutari, non iniungitur facultati dispensandi, sed absolutioni sacramentali; si ea verba, à mutatione propositi eum absoluas, eam iniungant. Vnde absolutè conditionem non important, eo quòd id iure inest; constat enim in omni confessione sacramentali esse pœnitentiam iniungendam.

8. Adde quòd ille ablatiuus absolutus, auditis confessionibus, refertur ad absolutionem sacramentalem à peccatis, & non ad dispensationes, sicut etiã eisdem Religiosis conceditur facultas absoluendi à peccatis, & censuris eis annexis; & tamen ex probatissima Doctorum sententia constat, illum ablatiuum absolutum referri ad solam à peccatis absolutionem; ac licere virtute eius priuilegij absoluere extra confessionē reum à cēsuris. Neque enim eadem est ratio absoluendi à peccatis, & dispensationis expediendæ; illud enim iure diuino exigit præuiam confessionem: hoc autem nullo iure eam petit; nec aliquam cum illa connexionem habet. Et certè vix credi potest, vt facultas quam sacra Pœnitentiaria concedit Doctori extra confessionem, iuxta nostram sententiam, velit, vt coarctetur ad confessionem respectu Religiosorum. Nam sensus, ac mens Pontificis est eandem facultatem, & eodem modo concedere Religiosis, quo Pœnitentiaria sacra Doctori concedit.

9. His tamen non obstantibus, hodie cessat hæc difficultas; vnde sententiam affirmatiuam Patris Leonis tenendam esse puto. Nam in Breuibus, quæ à sacra Pœnitentiaria expediuntur, apponi solét hæc verba, *Quatenus audita sacramentali confessione*, &c. vel in ipso actu sacramentalis Confessionis tantùm, nec aliter nec alio modo, vt obseruat Escobar *in Theolog. mor. tract. 1. exam. 16. c. 4. n. 224.* à Cruz *in Bullam Cruciatæ, disp. 1. cap. 6. dub. 21. num. 22.* Lezana *in summa, tom. 4. verb. literæ Apostolicæ, n. 20.* & Pater Thesaurus *in praxi de pœnis, part. 1. cap. 22.* qui, me citato, in variis locis adducit plures Doctores, quos ego adduxeram. Vnde, vt dixi, non est recedendum ab ista sententia, & cautè legendi sunt Sanchez, Perez, & alij.

RESOL. CLIX.

An si confessio sit sacrilega, dispensationes, prout in superiori Resolutione dictum est, sint inualidæ?
Ex part. 8. tr. 3. Resol. 106.

§. 1. HOc dubium ponit Pater Leone *in praxi Pœnit. p. 1. fol. 30.* vbi sic ait. Posito igitur quod præmittenda sit sacramentalis confessio Oratoris, insurgit ex præmissis difficultas non leuis, An scilicet Orator recipiat validè dilationem, commutationem votorum, absolutionem à censuris, dispensationem super irregularitate, rehabilitationem ad beneficia, &c. quando præmittit quidem confessionem peccatorum suorum, sed nullam & inualidam, vel ob defectum integritatis, attritionis, &c. Et dicendum videtur, gratias huiusmodi non suffragari; nam præsupponunt Oratorem necessariò dispositum per sacramentalem confessionem, vt *suprà* dictum fuit; prædicta verò confessio non est sacramentalis, sed sacrilega: ergo per eam non fuit dispositus Orator ad recipiendum prædictas gratias: ergo eas non recipit. Sup. hoc supra in Res. 137. §. cum igitur.

2. *Secundò* probatur: Gratiæ huiusmodi exequutionis committuntur Confessori, vt iudici in foro interno, sed Confessor non est iudex in foro interno, nisi audita sacramentali confessione: ergo non potest exequi, & concedere dictas gratias, nisi audita sacramentali confessione: ergo neque Orator illas recipiet, nisi facta sacramentali confessione.

3. Contrariam autem sententiam veriorem esse puto, videlicet istas gratias suffragari, etiam non præmissa sacramentali confessione valida, sed sacrilega. Et moueor

4. *Primò* ad hoc dicendum: quia nullo iure præscribitur dilationem, commutationem, &c. fieri in sacramento Confessionis, cùm non sint materiæ necessariæ sacramenti Pœnitentiæ. Sanchez *lib. 4. capit. 54. numer. 17.* Suarez *lib. 6. capit. 16. de voto, num. 4. versic. hac ergo.* Henriquez *lib. 7. de Indulgentiis, cap. 30. num. 7.* & alij.

5. *Secundò*, quia sanus in materiis fauorabilibus, & de suo iure non habentibus necessariam cōnexionem cum sacramentali confessione, & propterea non sequitur necessariò, ob inualiditatem confessionis etiam gratias, quæ eam non necessariò subsequuntur, esse inualidas, dummodo reliqua valida subsistant & causæ allegatæ sint veræ, & non fictæ.

6. *Tertiò* : Confessor in hoc casu adimpleuit omnia requisita ex parte sua pro legitimè, & canonicè administranda autoritate sibi in diplomate demandata, vt præsupponitur. Ergo ex parte sua validè concedit dilationem, commutationem, dispensationem, &c. Pœnitens autem per sacrilegam confessionem non redditur incapax recipiendi ea beneficia, quæ de sui natura esse possunt sine sacramentali confessione, immò cum sacrilega confessione : ergo validè recipit huiusmodi dilationes, commutationes, &c. Hucusque Leone ; qui alias adducit rationes, & respondet ad contraria.

7. Et ita etiam hanc opinionem ex Suarez tenet Escobar *in Theolog. moral. lib.* 1. *exam.* 16. *cap.* 4. *num.* 124. optimè limitans si defectus confessionis non oriretur ex defectu integritatis circa rem de qua petitur dispensatio.

RESOL. CLX.

De clausula dispensationum propter periculum incontinentiæ. Ex p. 8. tr. 3. Resol. 107.

§. 1. CIrca causam dispensandi allegatam, videlicet, timorem incontinentiæ ; respondeo cum Portel *in dubiis Regul. verb. Confessor aperiens litteras Papæ, num.* 6. quòd non sufficiunt quæcunque tentationes carnis, nec quoduis periculum lapsus in illas, nec timor vnius, vel alterius lapsus, sed requiritur maximum periculum frequentis lapsus, ita vt ea persona dici queat viuere incontinenter. Hoc patet ex verbis clausulæ, ibi, *Continenter viuere posse non sperat* ; quæ sonant habitum viuendi incontinenter : & consequenter periculum vnius, vel alterius lapsus non est iusta causa in hoc dispensandi. sufficiet tamen ad dispensandum si hoc grande periculum frequentis lapsus proueniat, vel ex fragilitate complexionis ; vel ex prauo habitu acquisito.

2. Et ideò Salas *de legibus, disputat.* 20. *sect.* 10. §. 3. *num.* 97. sic ait : In dispensationibus voti castitatis, vel religionis pro foro conscientiæ adhiberi pro causa solet timor incontinentiæ propter stimulos carnis, quos quis patitur, & tentationes occurrentes. Tunc autem neque sufficit quæuis tentatio, nec quoduis periculum, sed magnum, siue oriatur ex praua inclinatione, aut complexione naturali, siue ex prauo habitu. Ita ille, cui adde Filliucium *tom.* 1. *tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 10. *num.* 353.

RESOL. CLXI.

De clausula dispensationum in ordine ad diligentem oratoris examinationem.

Et pro praxi supradictæ difficultatis aliqua alia annotantur, & explanantur. Ex part. 8. tractat. 3. Resol. 108.

Sup. hoc supra Resol. 157. §. vlt. recitâter paulo post initium, à lin. 8. vers. circa secundam.

§. 1. CIrca hanc clausulam Perez *de matrimon. disputat.* 48. *sect.* 5. *num.* 9. obseruat, quòd diligens examen præmitti debet, non receptis testibus, sed ipso solo cum quo dispensaturus est, examinato. Cùm enim hæc dispensandi facultas cõmittatur in solo secretissimo conscientiæ foro, illius fori leges aptari debent, quæ sunt, vt confessioni pœnitentis integra fides habeatur. Vnde nec iuramentum de veritate dicenda petendum est, tametsi contrarium dicat Basilius Pontius *lib.* 8. *cap.* 21. *n.* 16. Et quamuis in hoc assimiletur ista examinatio absolutioni sacramentali, sed non in omnibus. Nam in sacramentali absolutione est omninò iudicium ferendum iuxta pœnitentis confessionem. At in eiusmodi dispensatione, si Confessarius sciat aliunde, quàm ex confessionis Sacramento preces allegatas in ea dispensatione esse falsas, aut tacitam veritatem esse necessariò explicandam, non debet dispensare, quamuis pœnitens eas veras asserat. Addo cùm examen hoc assignetur pro forma executionis, adeò necessarium videtur, vt eo non præmisso, quamuis causæ veritas subsisteret, nulla esset dispensatio, vt bene Sanchez *disputat.* 34. *citat. num.* 26. & Basilius Pontius *num.* 16. Ratio est ; quia fit expressio in litteris huius conditionis, alio modo, quàm iure inest, & ideò inducit formam. Iure enim tantùm inest, si preces veritate nitantur ; at in nostro casu additur, si per diligentem examinationem inueneris sic esse, seu preces veritate niti. Ergo, &c.

2. Et hæc omnia maximè contra Pontium, quòd non sit exigendum iuramentum, tenet Lezana *in summa tom.* 4. *verb. litteræ Apostolicæ, num.* 23. & Portel *in dubiis Regul. verb. Confessor aperiens litteras Papæ, num.* 7. vbi sic ait. Tenetur Confessarius examinare diligenter istam causam in secreto absque testibus. Neque tenetur à pœnitente exigere iuramentum, quia ad conscientiæ forum id non permittitur, sed debet in Deo obtestari, vt vera loquatur ; quòd si Confessor per aliam viam nouerit pœnitentem falsum dicere, non poterit dispensare. Vnde intelliges quòd quando in Concil. Trident. *sess.* 22. *cap.* 5. *de Reformat.* dicitur, dispensationes Pontificias non valere, nisi præsententur Ordinario illius, qui impetrauit, id intelligi de dispensationibus fori externi, non verò de his, quæ sunt fori interni. Si verò Confessor iste dispensaturus id iam nouit antea ex confessione sacramentali, non indiget nouo examine. Si autem Confessor neque examinet, neque conscius alias sit de illa iusta causa ; & re vera à parte rei est iusta causa, quam ille neque scit, neque examinat, & tamen dispensat : dispensatio nulla est, quia non seruauit formam substantialem præscriptam pro actu illo faciendo. Ita ille, cui adde Salas *de legibus* ; *disputat.* 20. *sect.* 10. §. 3. *num.* 97. & Guttierrez *in qq. Can. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 112.

2. *Nota* tamen, quòd in ordine ad monita, & consilia danda pœnitenti antequam Confessor dispenset, debet Confessor monere, vt veritatem integrè, & sincerè declaret, quia illa negata dispensatio non valebit. Attamen si Confessor talia consilia, & monita omittat, seruando reliqua, dispensatio valida erit.

RESOL. CLXII.

De clausula dispensationum in ordine ad confessiones, & alias pœnitentias iniungendas.

Et adducuntur diuersi casus contingentes in praxi pro adimplendis supradictis pœnitentiis. Ex p. 8. tr. 3. Resol. 109.

Sup. hoc supra in Resol. 167. §. vltimo citatur ad medium, à vers. circa tertiam.

§. 1. AD hæc elucidanda, sic respondet Portel *in dubiis Regul. verb. Confessor aperiens litteras Papæ, num.* 10. Circa pœnitentias iniungendas taxatas in prædictis litteris de Confessione facienda singulis, mensibus, &c. Nota *primò* teneri Confessorem iniungere aliquas confessiones statis temporibus faciendas, & aliqua pœnitentiæ opera perpetua, quorum aliqua sint quotidie exercenda. Id enim clarè innuitur in dictis litteris. *Secundò* eo non obstante, committitur arbitrio Confessoris quantitas aliorum operum pœnitentiæ, & pietatis, præter illa, quæ quotidie facienda iubetur imponere. *Tertiò*, circa confessionem singulis mensibus iniunctam, relinquitur arbitrio Cõfessoris, vt possit esse bimestris : attento statu pœnitentis occupati, distracti & similiter

similiter impediti, tali enim oneri fortè succumbet cum periculo animæ, patet ex verbis clausulæ de confessione menstrua, cùm dicitur: *vel quoties tibi videbitur.* Quod verò attinet ad obligationem pœnitentis, in hac confessione menstrua facienda: Nota *quarto*, satisfacere tali pœnitentiæ si confiteatur quouis die cuiusuis mensis. Vt si verbi gratia, pro mense Decembri confiteatur prima die Decembris; pro mense verò Ianuarij confiteatur vltima die sequentis Ianuarij. Si verò talis pœnitens omittat confessionem in aliquo mense (quidquid sit de peccato omissionis, nisi non tenebitur in conscientia illam omissam confessionem supplere mense sequenti; quia fuit onus præcedentis mensis, sicut dicitur de diuino Officio omisso in vno die. Neque tempore Quadragesimæ in illo mense quo confitetur vt Ecclesiæ satisfaciat, tenebitur ad hanc menstruam confessionem iniunctam: quia summus Pœnitentiarius nouit fore, vt in aliquo illorum mensium coincidat Ecclesiæ præceptum, & tamen ad duplicem confessionem non obligat. Neque si iste pœnitens aliàs ex voto, vel ex pœnitentia iniuncta ab alio Confessore tenetur confiteri singulis mensibus, per has menstruas confessiones non satisfaceret huic præcepto, de quo loquitur pro ista dispensatione, sed tenetur illas duplicare singulis mensibus. At Confessor huius obligationis conscius prudenter ageret, si hunc non obligaret ad aliam confessionem menstruam, si inde lapsus, vel omissionis periculum timeret: sed posset trimestrem, aut quadrimestrem imponere, quia ei datur arbitrium circa talem confessionem menstruam.

2. Circa alia opera pietatis, pœnitentiæ iussa imponi putat Sanchez *citata disputat. n. 4.* sufficere vt in quauis hebdomada vna die qua poterat vesci carnibus, ab illis abstineat, vel vna die singulis hebdomadis ieiunet, vel vna die cilicio vtatur, vel flagellis carnem verberet, vel quoduis horum operum faciat vna die in quauis hebdomada. Quòd si viderit Confessarius hoc graue fore pœnitenti debili, poterit iubere, vt quoduis illorum operum faciat non singulis hebdomadis, sed vna die in duabus, vel tribus hebdomadis. In particulari verò de operibus Religionis, quæ iubentur imponi quotidie pro dispendo voto Religionis, vt ea quotidiè exequens recordetur voti quo tenebatur, putat Sanchez sufficere quòd quotidie iniungantur, vel Litaniæ, vel Psalmi Pœnitentiales, vel quinquies Oratio Dominica, cum oratione Angelica. Quando verò dispensandum est votum castitatis, iubet summus Pœnitentarius, vt imponantur aliqua opera pietatis quotidie implenda, vt meminerit prioris voti, quæ opera pietatis possunt esse quæcumque opera misericordiæ, vt recitare quinquies Orationem Dominicam, & Angelicam pro animabus Purgatorij, vel pro viuis in peccato existentibus, vel eleemosyna quotidiana, vel quoduis opus misericordiæ. Et hæc omnia latiùs docet etiam Perez *de Matrimon. disp. 48. sect. 6. à n. 1. vsque ad n. 8.*

RESOL. CLXIII.

De clausula apponi solita in dispensationibus, dummodo copula non interuenerit.

Et quid de alia clausula; Dummodo copula non interfuerit, sub spe facilioris dispensationis, *an in tali casu, si spes non fuerit exterius significata, sed tantum interius concepta, an in tali casu si copula taceatur, dispensatio sit valida.* Ex part 11. tr. 5. & Misc. 5. Res. 36.

§. 1. SVppono tanquam probabile, tacitum nitarem copulæ in petitione dispensationis non irritare dispensationem. Ita Pontius, Hurtadus, Perez, & alij à me alibi adducti.

2. Sed quid dicendum si Pontifex in dispensatione apponat clausulam, dummodo copula non interuenerit.

3. Respondeo, quod si talis clausula apponatur, & commissio à Papa facta est pro foro externo, quando ea copula Ordinario non plane constat, etiamsi concurrat infamia, aut semiplena probatio copulæ; & etiamsi concedamus eos teneri fateri copulam, quando infamia existit, aut semiplena probatio, adhuc quantumuis illicitè negent copulam, valida erit dispensatio facta ab Ordinario. Nam quando ordinario non plane constat, non censetur interuenisse copulam modo sufficienti, quia commissio facta fuit Ordinario in foro exteriori, seu iudiciali; atque adeo clausula illa intelligenda est in eodem foro. Si verò Ordinario copula plane constet, & dispenset, dispensatio nulla erit, quia clausula illa est quædam conditio reddens commissionem conditionalem, atque adeo commissio ei limitatur, vt iuridicè dispenset dependenter à talis conditionis veritate iuridicè constante. Et ob eandem causam, quando in petitione exprimitur copula, in commissione vero Papæ additur clausula illa *dummodo copula habita non sit spe facilioris dispensationis.* Si ordinario iuridice constet sub ea spe habitam fuisse, nulla erit dispensatio; si verò ei plenè non cõstet sub ea spe fuisse habitã, valebit dispensatio, etiamsi verè fuerit sic habita.

4. Quando verò commissio Papæ fit pro foro merè interno conscientiæ, qualis est in litteris datis: *Discreto viro Confessori, &c.* & in ea ponitur clausula: *Dummodo copula non fuerit*: aut alia, *Dummodo copula habita non sit spe facilioris dispensationis*, etiamsi copula sit omnino occulta, & non constet Confessori Commissario: aut etiamsi spes illa sit eodem modo occulta, dispensatio erit nulla; si in priori casu copula fuit verè habita, aut in posteriori casu fuit habita sub ea spe; quia tunc commissio data fuit Confessori Commissario ad dispensandum dependenter à veritate non habitæ copulæ, aut non habitæ sub ea spe, tanquam à conditione. Et ita docet Dicastillus, *de Sacr. tom. 2. tr. 10. dis. 8. dub. 7. n. 134.* quos citat, & sequitur Leander, *vbi infra q. 33. & 34.*

5. Sed difficultas est, an quando pro foro conscientiæ interno in commissione Papæ apponitur clausula, *Dummodo copula non interfuerit sub spe facilioris dispensationis*; an inquam in tali casu, si spes non fuerit exterius significata, sed tantùm interius concepta; an inquam in tali casu si copula taceatur, dispensatio sit inualida? Ego olim negatiuè respondi, sed nominatim contra me Dicastillus. Verùm ego adhuc puto nostram sententiam probabilitate non carere, & præter Castrum Palaum, Hurtadum, & Perez; tenet etiam Leander *de Sacr. tom. 2. tr. 10. disp. 25. quæst. 34.* & Martinus de San Ioseph *in monitor. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 46. de matrim. num. 7. in fine.* At circa superius dicta vide notandam opinionem, quam tradit Henriquez & probabilem putat Martinus de San Ioseph, *vbi supra numero 1.* vbi sic ait, *Bien es verdad que Henriquez* lib. 12. cap. 2. num. 7. litt. X. *dixe, que la clausula*: Dummodo copulam non habuerint: *no la señala el Pontifice, como condicion, sino como modo, ò carga, que se pone al Ordinario en el modo del examen pues parece rigor irritar la dispensacion por copula oculta, que no mande el Derecho declarar.* Ita ille; cui adde Ioannem de Soria *in Epilogo Summarum par. 2. tractat. 2. sect. 1.*

Sub. hoc, quòd hic supponitur supra in Res. 111. & in aliis eius primæ not. & pro contento in hoc §. 2. Sed quid. ibidem §. vlt. post medium, & in aliis eius vlt. not.

Sup. seqq. ab hinc vsque ad finẽ huius Res. lege supra doctrina Res. 114. 115 & 116. per totas.

Sub hoc in Res. 2. not. Præteritæ, § 2. ad lin. 8 & in Res. 3. §. 2. ad medium.

Sup. hoc supra in Res. 115. §. 2. ad lin. 4. & in Res. 116 §. 2. ad medium, à vers. Mas quando.

disputat. 10. §. *de dispensatione*: qui etiam sententiam Henriquez probabilem putat, Sed vt verum fatear, vt plurimum Doctores illam non approbant.

RESOL. CLXIV.

De clausula dispensationum, Dummodo impedimentum inde proueniens occultum sit.

Et notantur, & explanantur illa, quæ in litteris Pœnitentiariæ aliquando apponuntur, vt coniux impedimenti ignarus certior fiat de prioris consensus nullitate. Ex p.8.11.3.Res.110.

§.1. EX doctrina multorum Doctorum hoc dubium examinat Lezana *in tom.4. verb. litteræ Apostolicæ,num.*28. vbi sic ait. Circa particulam illam in forma dispensationis matrimonij, scilicet, *Dummodo impedimentum inde proueniens occultum sit; notandum*, hîc *occultum* sumi, vt distinguitur contra publicum. Quare licèt ab aliquibus tale impedimentum sciatur, ac proinde probari possit, dicitur occultum; & tunc solùm non dicetur occultum, sed publicum, quando est publicum non solùm in ciuitate, sed etiam in maiori parte viciniæ, Collegij, Monasterij, vel Parochiæ, dummodo saltem decem personæ inueniantur in quauis dictarum communitatum, in quibus id publicum est. Ita Sanchez *suprà*, *num.*55. Filliucius *suprà*, *num.*360. Bonacina *suprà*, *num.* 7. post Salas, Reginaldum, & Suarez, quos refert. Dicetur adhuc hoc impedimentum occultum, si copula ipsa sit publica in ratione copulæ, non verò sit publica in ratione impedimenti, id est, si sciatur copula, at non sciatur illud esse impedimentum dirimens matrimonium. Neque enim verè dicetur delictum publicum, si tantùm actus illius materialiter sit publicus, nisi sit publicus formaliter, id est, quatenus est delictum. Quia qualitas adiuncta verbo, debet intelligi secundùm qualitatem eius. *l.in delictis. §. 1. ff. de noxalibus.* Nauarrus *in man. cap.*27. *num.*55. Sanchez *suprà,n.*56. Bonacina *suprà.* Si tamen hoc impedimentum iam sit deductum ad forum contentiosum, non dicitur occultum; quia iam spectat ad forum externum, in quo casu Papa non vult, vt dispensatio concedatur. Reginald. *suprà. num.*219. Portel *suprà*, *num.*13. & alij communiter. Quod intellige, nisi pœnitens deductus ad forum externum, fuit ibi absolutus, quia in tali casu crimen dicetur occultum. Suarez *de censur. disp.*41.*sect.* 2. Sayr. *in thesauro*, *tom.*1. *l.*4. *cap.* 17. *num.*23. Portel. *suprà*, *numer.* 14. Etiamsi falsis testibus se defenderit; quia hoc non tollit quin crimen maneat occultum, cùm non amiserit famam, per sententiam enim illam recuperauit. Sanchez *suprà num.* 57. Bonacina, & Portel *suprà*. Dummodo contra ipsum non fuerit saltem semiplena probatio, quia crimen positum in foro externo cum semiplena probatione, etiamsi absoluatur, cùm ex illo oriatur infamia, iam non potest dici occultum. Suarez *suprà num.*6. Bonacina, & Portel *suprà*, contra Sanchez etiam *suprà*, *num.*58. Placet etiam quòd idem Bonacina *ibidem* aduertit contra eundem Sanchez, quòd si delictum est plenè, vel semiplenè probatum etiamsi nondum sit intimatum reo, censeri publicum, tum quia tunc adest infamia ipsius, tum quia, quæ iudicialiter fiunt coram iudice personam publicam sustinentè, publica dici debent, Hucusq; Lezana.

2. *Notandum* hîc obiter ex Sanchez, Portel *in dubiis Regular. verb. Confessor aperiens litteras Papæ, num.* 17. adnotare illa verba, quæ in litteris Pœnitentiariæ aliquando apponuntur; vt coniux impedimenti ignarus certior fiat de prioris consensus nullitate, non esse de essentia dispensationis, sed inseruire quasi instructionem Confessarij, vt contractus matrimonij sequentis sit certior. Dat causam præcipuè, quia sæpius hæ frustrarentur dispensationes, si id esset necessarium. Sæpe enim contingit non posse detegi nullitatem absque periculo detegendi delictum, & maximè, si impedimentum sit ex parte fœminæ, cuius delictum si viro detegatur, erit causa multorum iurgiorum, ac periculorum: & sic Doctores multi consulunt peti hanc dispensationem occultè, tacita nullitate prioris consensus. Sic explicat Sanchez. Ego credo illum sic clariùs exponendum, si matrimonium fuit nullum, quia fœmina, verbi gratia, ante matrimonium habuit copulam cum fratre præsentis mariti, tunc vt hoc matrimonium denuò ineatur, non est manifestandum delictum huic viro putato marito, quod delictum fuit causa impedimenti. At credo omninò quòd dicendum est viro saltem remotè, & quasi conditionaliter, vt si fortè antea matrimonium fuerit nullum, denuo consentiat. Si enim hoc saltem modo non consentiat denuò, non iterabitur verè, neque contrahetur matrimonium, eo modo quo professus nulliter ob occultum impedimentum ignoratum, non ratificat professionem per quemcunque actum externum, nisi illi constet de impedimento, saltem in confuso, & dicat se denuo consentire, saltem ad cautelam. Ita Portel, cui ego adhæreo.

Sup. hoc supra ex lata, & curiosa

RESOL. CLXV.

De clausula literarum dispensationum Sacræ Pœnitentiariæ, nempe Gratis Vbique. Ex part.8.tr.3. Res.111.

§. 1. LOquens de hac clausula Salas *de legibus, disputat.*20. *sect.*10. §.3. *num.*99. sic ait, Difficultas est circa illam clausulam apponi solitam in litteris sacræ Pœnitentiariæ, *gratis vbique*, quæ denotat nihil pro his accipi posse, etiam per viam compensationis; sed eas gratis omninò expediri, quod adeò verum est, vt neque summus Pœnitentiarius has litteras dans possit in signum gratitudinis aliquid etiam sponte datum recipere, vt testatur Nauarr. *lib.4.cons.*50. *de sponsal.* in dispensationibus verò pro externo foro specialiter prohibetur, vt Ordinarius ulla possit munera recipere, dum exequitur dispensationes, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ.

2. Dubitari verò potest, an licita sit consuetudo, qua in aliquibus Diœcesibus accipiunt isti Commissarij quantitatem aliquam pecuniæ pro labore quem subeunt in receptione testium ad confirmandam veritatem precum, & in illa dispensatione expedienda.

3. Aliqui hanc consuetudinem damnant, quoniam hæc clausula vniuersaliter prohibet omnem præmij receptionem, & cuicumque iudici delegato prohibitum iure communi est, aliquid accipere præter esculenta, & poculenta gratis oblata; ita habetur *cap. statutum. §. insuper de rescript. in* 6.

4. Dico tamen *primò*, per se lòquendo, peccatum mortale est, accipere pretium in hac clausula prohibitum, incurrique excommunicationem propter illud: quia licèt in principio solùm ponatur verbum, *monemus*; tamen intentio præcipiendi lata excommunicatione declaratur.

5. Dico *secundò*, per accidens, vbi viget consuetudo accipiendi aliquid non esse peccatum, quia hæc clausula solùm prohibet acceptionem pretij, non munerum

munerum gratuitorum, item solùm prohibet accipere stipendium, quod animum iudicis corrumperet, quale non est illud, quod consuetudine datur.

6. Deinde illa clausula generalis non derogat priuatæ consuetudini sufficienter præscriptæ, textusque ille in contrarium adductus solum loquitur de iudice delegato per litteras iustitiæ ad litem inter partes agitandam: qualis non est iste executor. Hæc omnia Salas.

7. Sed non deseram hîc apponere ea, quæ circa præsentem quæstionem late obseruauit Pater Perez *de Matrimon. disputat. 48. sect. 2. num. 6.* vbi sic ait.

8. Dico *primo*, certum videri; si dictus officialis expedita omninò dispensatione, & finita delegatione muneta reciperet, non cótrauenire huic clausulæ, nec incurrere illius excommunicationem. Patet, quia cessat iam omninò tota prohibitionis causa, cùm iam fuerit suo munere functus. Quòd si spe dicti muneris, ac remunerationis post finitam dispensationem oblati, moueretur iudex ad minus bene munus suum obeundum, illicita illi esset talis muneris ac præmij receptio, & censuram incurreret; quia mens Pontificis in prædicta prohibitione est, ne Ordinarius muneribus excæcatus non rectè fungatur suo officio. Vnde si munus illud finita executione dandum, illum etiam excæcat, & corrumpit, manifestè contrauenire videtur prædictæ clausulæ, & censura ligari. Firmo hoc verbis vltimis rescripti dispensationis, sic dicentibus: *Mandamus, quatenus deposita per te omni spe cuiuscumque muneris, aut præmij etiam sponte oblati, à quo te omninò abstinere debere monemus.* Vbi ponderanda est illa particula, *deposita omni spe. Volumus autem, quòd si spreta monitione nostra, eiusmodi aliquid muneris, aut præmij occasione dictæ dispensationis exigere, aut oblatum recipere, temere præsumpseris, excommunicationis latæ sententiæ pœnam incurras* quæ verba, si rectè ponderentur, comprehendunt quoque munus acceptum finita dispensatione, si spe illius allectus officialis suum obierit ministerium.

9. Dico *secundò*, per talem clausulam non prohiberi officiali Commissario, laboris impensi in exequenda dispensatione stipendium aliquod, si illud sit iure, vel consuetudine debitum. In hoc conuenio cum Sanchez, ob rationem dictam *num. 5.* Addo tamen, cùm expeditio dispensationis communiter sit breuissima, & facillima, vix credi posse, vt iure aliquo, vel consuetudine sit pro ea obeunda designatum stipendium aliquod. Nam iudici delegato, qualis est ipse Officialis in Ordine ad dispensationis executionem, prohibetur stipendium quod sit alicuius ponderis, vel momenti.

10. Dico *tertiò*, prohiberi officiali prædicto, munus aliquod, quod sit alicuius momenti, sub excommunicationis pœna. Patet ex verbis clausulæ adductis *num. 5.* Tum etiam, quia, vt constat ex *cap. citato, statutum*, iudici delegato, qualis est, in ea causa dispensationis ipse officialis, prohibetur aliquid recipere à partibus tanquam munus oblatum, etiamsi in gratitudinis præmium sponte offeratur, adeò vt teneatur ad restitutionem, non obstante quauis partium remissione.

11. Dico *vltimò*, prædicto officiali non esse prohibitum accipere esculentum, vel poculentum mera liberalitate oblatum, quod paucis diebus consumitur.

12. Moueos *primò*, quia id permissum est accipere iudici delegato, vt constat ex *cap. statutum, de rescriptis, in 6. Secundò*, eiusmodi esculenta, & poculenta solùm exiberi solent non ad corrumpendum iudicem, vt minùs bene munus suum obeat, sed vt maiori diligentia, ac breuitate perficiat suam commissionem. *Tertiò*, quia iam videtur vsu, & consuetudine receptum, vt in grati animi significationem prædicta esculenta, & poculenta, exhibeantur ad conciliandam benevolentiam; & similiter acceptentur ob eundem finem, & ne ea offerentes ægrè ferant, & indignentur, si non recipiantur. Vnde infero in tali rescripti clausula solùm prohiberi munera, præsertim à manu, vt pecuniam, equum, torquem, annulum, & his similia; & ab his meritò dici, vt omninò abstineant. Et prohibitio cuiuscumque muneris, intelligenda est de hoc genere munerum à manu, quod solet esse maioris æstimationis, pretij, ac valoris apud homines. Huc usque Perez. Sed aduersus eius doctrinam tenet, & adducit multas declarationes Cardinalium Garcias *de benef. tom. 2. part. 8. cap. 1. numer. 100. & seq.* omninò videndus.

RESOL. CLXVI.

An pro expediendis dispensationibus recipere quis aliquid possit? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Res. 84.

§. 1. NEgatiuè respondendum est, & ita in sacræ pœnitentiariæ literis hæc verba semper apponuntur. *Gratis vbique*; verùm hoc procedere putat Sanchez & Pilliucius, quos citat & sequitur Homobon. de Bonis *in exam. Eccles. part. 3. tract. 13. cap. 11. quæst. 31. suppos. 4.* quando munera exhibentur ante expeditionem, secus si peracta dispensatione aliquid gratitudinis gratia reciperetur, quia in tali videtur cessare ratio prohibitionis. Imò non desinam hîc admonere Guttierrez *de matrimon. cap. 128. num. 2.* Homobonum *vbi suprà*, & alios docere quòd in supradictis verbis interdici censentur ea tantùm dona, quibus recipientis animus corrumpi potest, & à tramite iustitiæ auelli; sed alij contrarium docent.

Sup. hoc in Resp præterita, & in aliis eius primæ annot.

RESOL. CLXVII.

An curialis, qui, vt facilius dispensationem impetret, mutat narrationis substantiam, incurrat excommunicationem? Ex part. 8. tr. 3. Res. 68.

§. 1. QVoad hanc quæstionem, suppono cum Portel *respons. moral. tom. 2. cas. 49. num. 6.* validum esse rescriptum, quoad illam partem, in qua non contingit subreptio, etiamsi Curialis, vel solicitator scienter subreptionem in ea parte commiserint, inscio illo, in cuius fauorem rescriptum obtinetur, qui verum Curiali proposuerat Ratio est, quia supreptio contingit solùm in vna rescripti parte separabili ab alia, vt supponitur; tum quia impetrans non dicitur obtinere rescriptum per dolum, vel malitiam. Tum quia *cap. super literis*, decernitur, dum supreptio contingit, inualidum esse rescriptum in pœnam peruersitatis ipsius impetrantis. Hic autem non adest culpa, seu peruersitas ipsius impetrantis, sed in sollicitatore: sollicitator autem graues pœnas incurrit, vel meretur supreptionem committendo.

2. Sed difficultas est, an talis sollicitator incurrat censuram; affirmatiuè respondet Henriquez *l. 12. cap. 3. numer. 7.* vbi sic ait: Curialis, sollicitator, aut scriptor, qui vt faciliùs dispensationem impetret, mutat substantiam narrationis, aut commissionis, manet

net excommunicatus. Ita ille, qui in glossa *littera K*, citat motum Pij V. Cardinalem, Gigantem, & Nauarrum.

3. Sed, vt verum fatear, hoc omninò negandum est, quia motus Pij V. nullam imponit excommunicationem, sed solùm decernit; vt pœna falsitatis plectantur; & ita docet Sanchez *lib.8. disputat. 21. num.58.* cui adde Merollam *tom.2. disput. 4. cap.6. num. 397.*

4. *Notandum* est tamen hic obiter non esse tenendum quod docet Barthol. Soc. *consil. 270. Considerantis, ad finem vol.2.* nempe quando subreptio non commissa est ab eo, cui rescriptum impetratur, quia veritatem narrauit; sed ab alio, vt à Curiali, vel sollicitatore, qui vel falsum expressit, vel veritatem sibi propositam conticuit, ignorantiam partis impetrantis excusare, ne rescriptum sit subrepritium Et refert Rotam dixisse, sic decisum esse ab Vrbano Papa in beneficialibus. Et ait iura loquentia in beneficialibus extendi à Doctoribus ad alias Principis gratias. Idem sustinet Felinus *cap. super litteris, num.7. versic. demum circa prædicta, de rescript.* Cæterùm hoc non est tenendum, quia intentio concedentis deficit quoties est subreptio circa causam finalem, æquè procedit, quando ipsemet impetrans commisit generaliter subreptionem, vel alius eo inscio. Idem probatur ex *cap.si motu proprio, de præbend.in 6.* ibi, secus si ad petitionem illius, vel alterius pro eo oblatam.

RESOL CLXVIII.

An beneficiis titulus reualidetur per regulam Cancellariæ de triennali possessione, aut aliam præscriptionem, non obstante pœna inhabilitatis, aut priuationis imposita prouiso, nec alia opus sit dispensatione, aut tituli habilitatione?

Et quid de possidente beneficium pacifice per triennium, sed mala fide; vel si quis simoniace sit institutus in beneficium, per ignorantiam?

Et an pensio non reualidetur per regulam de triennali?

Et an obligatio restituendi fructus, v. g. beneficiorum non tollatur per regulam de triennali?

Et aliqua alia circa supradicta dicentur, & explanantur. Ex part. 7. tractat. 10. & Misc. 1. Resol. 26.

Sub.doctrina quæ in hoc, & duobus §§ seqq docetur in Resol. seq. §. vlt. ex in Resol post. seq. à principio vsque ad §. Quæro secundo. & ibi in § penult. & vlt. & in Resol. 2. post seq à § Quæro secundo. vsq. §. Quæro tertio.

§. 1. CAsus est satis practicabilis, & de illo ego sæpius interrogatus fui, & affirmatiuè respondi cum P. Thesauro *in Praxi de pœnis part.1. cap.30. quæst.3.* vbi docet inhabilem ex pœnâ, vel irregularitate ad beneficium obtinendum & non ex conditione personæ, vt sunt mere laïci, si bona fide obtineat à legitimo Collatore beneficium triennali pacifica possessione tutum esse, & titulum reualidari: excepta inhabilitate ex simonia scienter contracta, vel ex violenta intrusione, vel quando, Beneficium esset reseruatum reseruatione clausa in iure communi; quia nos solos casus regula excipit; ita tenet quoad inhabiles quæ quidem intelligenda sunt vbicumque non adsit clausula derogatoria huius regulæ.

2. Sed pro elucidatione huius Quæstionis non deseram hic apponere ea, quæ circa illam obseruat nouissimè doctus P. Dicastillus *de iust. lib.2. tract.1. disput.1. dub.12. num.249. & seq.* vbi sic asserit. Illud etiam est maximè aduertendum, tanquam speciale per regulam Cancellariæ, de triennali possess. Quod, si quis beneficium Ecclesiasticum triennij, spatio pacificè possideat, sine ingressu simoniaco, ius in eo acquirit, quod certum est in ordine ad actorem, seu petitorem quemcumque, vt cum tali exceptione expellere possit.

3. Controuersia tamen est inter Doctores, an etiam locum habeat absolute, vt beneficij Ecclesiastici dominus efficiatur absque eo quòd teneatur alium titulum exhibere. Couarr. *Regula Professor. part.2 §.10.num.10.* Molina. *disput.70.* cum glossa *in cap. coniungit. de dolo & contumacia.* Negant ex *regula 1.iuris in 6.* quod Beneficium Ecclesiasticum non potest licitè sine iustitutione Canonica obtineri; hæc tamen auctoritas non conuincit, cum responderi possit eam regulam veram esse iure ordinario, seclusò extraordinario remedio vsucapionis. Ideò contrariam affirmantem scilicet partem tenet Nauarrus *lib. 3. Consiliorum, consil. 3. de præbend. & lib. 1. consil.8. num.2. de renunt. edit. 2.* Sa *verb. beneficium num 14.* Less. *cap.6. dubit. 10.in fine.* Et *cap. 35. dubit.25. num.140.* Nicol. Garz. *tract. de beneficiis, part.8. cap. num. 15.* Rebuff. *tractat. de Pacif. possess. num.241.* Sanchez *lib.7. Moral. cap.29. num.89.* qui tres posteriores, & aliqui alij recentiores resoluunt, si aliquis simoniacè institutus fuit per ignorantiam v. g. quando Pater pro filio ignorante numerauit pecuniam; prodesse regulam triennalem possessori cum bona fide, & eiusmodi titulo colorato, neque alia opus esse dispensatione, aut tituli habilitatione.

Sup. hoc in fra in Re. 172. §. Quæro quarto.

4. Omnino tamen displicet, quod Nauarrus ait *citato cons.8.* & Sà *cit.num. 14.* triennio possidentem beneficium pacifice, etiamsi mala fide, fieri eius dominum, cuius rei veritatem non assequor (quamvis cum prædictis Doctoribus sentiant alij) nam ad acquirendam vim titulo præscriptionis, requiritur bona fides. Non me latet aliqua esse argumenta, quibus id sibi videantur probare. Primò, quia per regulam Cancellariæ aliquid de nouo inducitur vltra ius commune; sed nihil operaretur, nec de nouo induceret, si requireretur bona fides, Secundò, quia regula tantùm petit titulum coloratum: & duos excipit, scilicet, Simoniacum, & intrusum in beneficium vacans apud sedem. Tertiò, quia in temporalibus, in negotio præscriptionis agitur de maiori præiudicio, cùm per præscriptionem verum ius, & dominium acquiratur. Ideò mirum non est quòd requiratur bona fides. Per hanc verò Regulam Cancellariæ tantùm acquiritur possessio ad vitam possidentis duratura. Ita Ludouicus Gomez *regula de Triennali, quæst.42.* qui testatur bis in Rota sic esse decisum, aitque hanc exceptionem de possessione triennij mala fide reddere tutum etiam in foro conscientiæ possidentem; quia Papa ad vitandas lites, & scrupulos hoc potuit facere; imò & dare verum ius, & dominium propter plenissimam in beneficialibus potestatem, quam habet; in quo videtur consentire Couarruuias *n.illo* 10. quamuis dicat non reddere tutum in conscientia.

Sub coerent in hoc, & hoc in §. seq. §. Omni- Resol. seq. §. Omni- principio vsq. & que ad §. & infra in Resol. vlt. §. Quæro tertio, vsq. ad §. Quæro quarto.

5. Verius tamen est (vt dicebam) requiri bonam fidem nec est credibile Papam fauere peccanti malæ fidei possessori: deinde generalis illa regula iuris *cap. Possessor. de Regulis iuris. in 6.* scilicet malæ fidei possessorem nullo tempore præscribere, etiam in spiritualibus locum habet, vt rectè Gloss. *cap. contingit. de dolo.* Dicastillus *loc.citato.*

6. Notandum est tamen hîc obiter, Primò. quòd pensio non reualidatur per regulam de triennali, quia regula loquitur de beneficiis propriè dictis, quæ collatione, præsentatione, vel institutione obtinentur, vt Gomez *super reg. de triennali quæst.4.* & ita de pensionibus concludunt Gomez *ibi, quæst, 50.* Rebuff. *de pacific. possess. num.91.* Sanch. *opusc. lib.2.cap.1.dub.29.n.12.*

7. Notandum

7. Notandum secundò, quòd obligatio restituendi fructus, v. g. beneficiorum, non tollitur vigore regulæ de triennali, quia hæc reualidat titulum beneficij tantùm, non autem iuuat ad fructus acquirendos, quando à lege impeditur acquisitio, vel infertur priuatio: sed bene tollitur dicta obligatio vsucapione triennali, si interuenerit continua bona fides eo triennio, scilicet ob ignorantiam inuincibilem dictæ pœnæ priuationem inferentis (nisi vbi lex derogat possessioni.) Imò tunc, secundum multorum probabilem sententiam, neque eam pœnam priuationis incurrit, qui inuincibiliter eam ignorauit: hæc omnia Sanch. *in Decal. lib. 2. cap. 5. num. 11. & 12.* cum ibi allegatis. Item quòd fructus nulliter percepti ex beneficio, vel pensione ob titulum vitiosum, præscribantur triennio cum bona fide, docet Sanchez *cons. lib. 2. c. 3. dub. 16. n. 20.*

RESOL. CLXIX.

Si quis per triennium pacifice possedit beneficium, sed à principio cum mala fide, quæritur, an adiuuetur regula Cancellaria de triennali possessione?

Et quid, si à principio possedit bona fide?

Et notatur triennalem possessionem iuuare, quando prouisus beneficiis est capax: Ex part. 11. tr. 5. & Misc. 5. Resol. 3.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam conatur stabilire P. Thom. Hurtadus. *var. tom. 2. tract. 12. cap. 1. §. 17. num. 948. cum. seqq.* vbi sic ait; Pontifex in præfata regula solum excludit simoniacos, & intrusos, exceptio autem firmat regulam in contrarium; ergo quamuis quis sit inhabilis quia excommunicatus, aut quia sine ætate requisita, aut quia illegitimus, si tamen per triennium pacificè possedit, non potest beneficium ab alio impetrari, sed ad ordinarium pertinet examinare quo titulo beneficium possideat. Quæ doctrina etiam est vera, non solum si adsit bona fides, sed etiam si mala, vt tenent Ludouic. Gomez *vbi supra quæst. 42.* & Couarru. *conc. 4.* cùm enim Pontifex in hac regula statuenda intendat lites quitare perpetuas, si esset requisita bona fides, impetrans beneficium obiiceret possessori quod bona fide careret, quod non est difficile? & ruisus possessor probare deberet se habuisse bonam fidem; quod valde difficile est, & sic lites non euitarentur. Vnde Rota apud Farinacium *tom. 2. decis. 181. num. 2.* de anno 1606. dicit, quod in quærendis non requiritur bona fides ex Balbo *2. part. 3. partis quæst. 13. num. 9.* Quod qua ratione sit intelligendum dixi supra *tract. 8. cap. 1. & 2.* Tenet etiam verum in foro conscientiæ, ita vt possessor, etiam malæ fidei ciuili post triennalem possessionem pacificam secutus sit in conscientiæ foro, & non solum in iudiciali. Ita contra Thom. Sanchez *lib. 7. in decalog. cap. 29. num. 89.* Lud. Gomez *quæst. 42. citata*, vbi dicit, *sic ibi fuisse decisum in Rota suo tempore.* Et decisio Rot. 181. clarè dicit, quod in bonis acquirendis non requiritur bona fides, sed voluntas principis, potentis sic disponere, vt potuit Papa propter plenissimum dominium quod habet in Beneficiis omnibus, & sic fecit in regula de triennali ad sedandas lites, & scrupulos auferendos. Sicuti qui accedit ad Sacramentum Pœnitentiæ subdens peccata claubus, cum dolore illorum, & si accedat cum ignorantia culpabili mortalis, & sic accedat cum mala fide, tamen accipit verum, & validum Sacramentum etsi informe, vt dixi *Resolu. de Confess. informi*, quæ vtpis dabitur *part. 2. huius tom. tract. vltim.* Quia Christus habens plenitudinem potestatis sic statuit. Ita quamuis quis pacificè possidens per triennium (nisi sit simoniacus, & intrusus in beneficia in tempore iuris Papæ reseruata) mala fide beneficium possideat, acquirit validum titulum, vt securus sit in conscientia, quia ad euitandum maius inconueniens, ita ob bonum publicum Pontifex determinauit in Præfata Regula.

2. Neque ex hoc sequitur quod Pontifex faueat peccanti, quia hoc est per accidens, sicut nec Christus per hoc quod qui accedit cum ignorantia mortaliter vincibili ad Confessionem accipiat Sacramentum verum, & validum, licet informe, peccatori fauet, quia hoc est per accidens, non ex intento Christi, & Pontificis, quia Christus semper intendit Sacramentum formatum, & Pontifex bonam fidem excludentem peccatum. Quando autem dicitur in regula *Possessor*, quod Possessor malæ fidei nullo tempore præscribit *de reg. iur. in* 6 intelligitur quando possessor est malæ fidei ob titulum reprobatum, vt quia possidet rem furtiuam vel inuasam iniustè: tamen si sit possessor alicuius beneficij, etiamsi non habeat titulum validum, quia erat incapax illius, vel ex defectu ætatis, vel quia erat excommunicatus; & sic habeat malam fidem, tamen Princeps supremus, qualis est Pontifex, potest determinare quod post possessionem triennalem habet titulum, quo in conscientia tutus possit retinere Beneficium, quamuis aliàs illud obtinuerit incapax. Vt enim optimè notauit Thom. Sanchez *vbi supr. num. 85.* iste Clericus excommunicatus, aut non habens ætatem sufficientem, non est omnino incapax, sicut laïcus qui incapax est, & tituli, & possessionis, sed est incapax solum tituli, non possessionis. Quare Pontifex post triennalem possessionem dispensando in illa incapacitate ad titulum, reducit possidentem ad statum, in quo possit retinere Beneficium, & vt faciat fructus suos. Sicut dum dispensat in radice Matrimonij, reducit contrahentes, ac si extunc valide contraxissent, & sic filij nati sunt legitimi, vt supra dixi §. 4. Sed in hoc de possessore malæ fidei peccaminosæ nihil determino, sed subiicio dictamen sapientioribus. Huc vsque Hurtadus; qui poterat in fauorem suæ sententiæ adducere Castrum Palaum à me alibi adductum. Et hæc sententia, quod magis est, extat apud Emanuelem Sà in editione Romana expurgata à Magistro Sacri Palatij *verb. Beneficium numer. 16.* vbi sic asserit; Triennio possidens beneficium pacificè, etiamsi mala fide, fit eius dominus; quibus adde nouissimè Patrem Vrbanum *in Theologia morali tract. 3. titul. 17. §. Possessio triennalis pacifica fol. 670.*

Alibi significauiter in Resol. non præteritæ & in eodē § Quarto tertio.

3. Sed hanc opinionem prorsus refellendam esse puto, vt communiter refellunt Doctores, & improbat nouissimè Steph. Baunius *in praxi beneficiorum disp. 11. q. 5.* Primò, quia præscriptio in ordine ad acquirendum rei præscribendæ dominium nullarum est virium sine bona fide; at triennalis possessio præscriptio quædam est, ergo.

4. Confirmatur. Nulli suum scelus patrocinari debet; faceret verò, si exacto triennio, ei mala sua fides, acquirendi beneficij causa foret, cum ex eo lucrum caperet.

5. Et quidem si de canonibus agitur, peractum est negotium, cùm sententiæ cui nostra est opposita, aduersetur *Canon finalis, de præscriptionibus*, ex Concil. Lateranen. sumptus, sunt hæc eius verba. *Quoniam omne quod non est ex fide, peccatum est; Synodali iudicio definimus, vt nulla valeat sine bona fide præscriptio, tam canonica, quam ciuilis cum generaliter sit omni consuetudini, & constitutioni derogandum, quæ absque peccato mortali obseruari non potest. Vnde oportet, vt qui præscribit, in nulla tempo-*

poris parte aliena, sui conscientiam habeat. Hactenus Canon.

6. Sanè est regula de triennali possessione sine vi ad effectum transferendi dominij rei quæ præscribitur, sine colorato titulo: at esse hic cum mala fide non potest cùm qui alienum occupat sine vero aut probabili titulo, ac colorato, sit violentus, & intrusus, ergo, &c.

7. Tertiò, abhortet à prudentia credere, Pontifices Romanos tantùm ab antiqua desciuisse Petri Apostoli virtute ac fide, vt authoritate sua viam velint munitam esse ad scelera, quæ seueritate censurarum tam acerbè castigant in nocentibus: at id eos moliri est certum intelligentibus, in hac temporum corruptela, morumque, & animorum, nihil esse procliuius, quam vt opum cupidi, ac honoris supra meritum, in alienum se inferant, spe non modò impunitatis proposita, sed & iuris ac potestatis illud acquirendi, vt fiatet, si malæ fidei possessor triennio illud præscriberet.

8. Quartò, quia commune est peritorum axioma, malæ fidei possessorem non præscribere: sic enim Pontifex *reg. 2. de regul. iuris in 6. Possessor malæ fidei vllo tempore non præscribit.* Et hæc omnia docet Baunius *vbi supra*, qui respondet ad argumenta: quæ in fauorem affirmatiuæ sententiæ adduci possunt. Et ideò rectè Layman *in Theolog. moral. lib. 3. tract. 1. c. 8. num. 16.* contra Emanuelem Sà; & Nauarrum inuehitur. Vide etiam Reginaldum *tom. 2. lib. 3. tract. 3. cap. 18. num. 260.* Bzouium *tom. 2. lib. 7. c. 31. q. 1.* Ioann. Baptistam Parolletum *in Palestra Cleric. part. 3. cap. 1. lit. Z.* Vgolinum de Perez *Epist. part. 2. c. 50. §. 16. num. 4.*

Sup. contento in hoc §. in Ref. præterita, in tribus eius primis §§. & in aliis eius primæ annor.

9. Sed nota hic obitere, triennalem possessionem iuuare quando prouisus est beneficij capax: nam mulier, coniugatus, bigamus, excommunicatus, suspensus, interdictus, Regularis ad beneficium sæculare sine legitima facultate, & è contra per huiusmodi non iuuantur hac regula: Possessio enim, etiam longissimi temporis non tribuit ius incapaci. Rebuff. *de pacific. possess. numer. 206.* Tamen Gomez *quæst. 2.* in hac regula affirmat incapaces hac regula iuuari, quia solùm simoniaci, & intrusi excipiuntur Conciliantur distinctione; incapaces non iuuantur, vt mulier, & huiusmodi, vt de hæreticis iuribus, & rationibus probat Ricc. 2. *part. resol. 5.* Iuuantur bene, quia sunt aliqui capaces, sed à iure canonico priuati. Parolletus *fol. 15. part. 3.* Primam sententiam mordicus tenet Baunius *vbi supra quæstione 2. & 3.* Secundam sententiam docet Hurtadus *loco citato num. 948.* Tertiam sententiam distinguentem docet Paroletus *vbi supra litt. X. declarat. 2. numer. 5.* Vnde ex his ego olim interrogatus respondi, illegitimum gaudere priuilegio regulæ triennalis possessionis. Idem puto de excommunicato, aut qui sine ætate requisita Ordines suscepit, ac de similibus.

RESOL. CLXX.

An dubia excutiantur circa Regulam Cancellariæ de triennali possessione. Primo, an irregularis possit adiuuari hac trienna possessione?

Secundo, an hæc regula de triennali suffragetur in gratia subreptitia?

Et tandem notatur collationem beneficij factam inualido, vel suspenso non esse ipso iure inualidam, sed irritandam.

Ex quibus aliquæ alia inferuntur circa supradicta.

Ex part. 11. tractat. 5. & Mis. 5. Res. 4.

§. 1. QVæro primò, an irregulares possint adiuuari hac triennali possessione?

Negat Baunius *in praxi de Beneficiis disput. 11. quæst. 6.* his verbis; Mens mihi est, sicut & Reginaldo, & Rebuffo. Etenim ad rationem colorati tituli, sine quo non subsistit triennalis possessio subiecti capacitas est necessaria: at eam irregularis non habet: ergo, &c. Maior ostenditur: Moniales etsi centum annis Ecclesiam viro destitutam occupent, à regula tamen de triennali possessione consequenti beneficij ius ac facultatem habituræ sunt nullam. Rebuff. *de pacif. ampliat. 3. num. 4. & 5.* Fabricius *de beneficiis tam virorum, quam mulierum num. 40.* At huius rei causa non est alia, quàm earum incapacitas: ergo, &c. Sed ego adhæreo affirmatiuæ sententiæ, quam ipse Baunius concedit esse probabilem & securam, nempe quod irregulares, & id genus homines culpa sua beneficij incapaces, non sint de eorum hominum genere, qui excluduntur priuilegio regulæ, quales sunt intrusi, simoniaci, & prouisi de beneficio reseruato Pontifici, reseruatione quæ sit in corpore iuris iuclusa; & ita tenet Parisius *vol. 4. cons. 96.* Gomez *quæst. 1. 10. 15. & 27.* Sanchez, & alij. Præcipua ratio nostræ sententiæ est, quia, vt diximus, excipiuntur tantum in hac regula simoniaci, & intrusi: ergo ea iuuari irregulares quid vetat?

Sup. hoc §. sequentia vsque ad Quæro &c. Ref. sup. tribus primis eius & in alia eius primæ annor.

2. Consequentia probatur. Exceptio in non exceptis firmat regulam, vt *ex can. dominus 22. quæst. 7.* Dinus probat *in libro 2. de regul. iuris pag. 4. num. 5. & seqq.* At non alij vulgò existimantur indigni, qui regulæ huius priuilegio gaudeant, quàm qui simoniaci sunt, & intrusi: irregulares ergo, modò tamen incogniti, & occulti, ab eius vsu, commodisque non debent excludi; sic ille.

3. Ex his Baunius *quæst. 7. & 12.* infert, inhabilem iure Ecclesiæ, iuuari hac regula, si est eius inhabilitas occulta.

4. Ratio est, quod nescitis, cuius est inhabilitas occulta acquirendi tituli colorati incapax. At hæc occulta inhabilitas non impedit, cum collationis impedimentum ex hypothesi lateat.

5. Secundò, ab hac excludendi regula sunt hi tantùm, quos excluso Pontifex voluit: at de hoc non sunt numero, nisi simoniaci, & intrusi: ergo in eorum non sunt classem includendi irregulares quilibet, sed hi duntaxat, quorum est manifesta inhabilitas.

4. Tertiò, sunt actus omnes quos exercet occultus inhabilis, validi: at id esse non posset, si titulum coloratum non haberet, iuxta Thom. Sanch. *de matrim. disp. 22. num. 49.*

7. Ex his patet, illegitimo huius regulæ ope, ac beneficio, acquiri Sacerdotium, quod ei fuit collatum, quia non est de exceptis in regula: ergo cum exceptio firmet in non exceptis *regulam 22. q. 7. can. 6.* fiunt illegitimi per præsentem, possessores beneficij à se pacificè triennio possessi.

8. Patet secundò, Idem esse de sæculari iudicium si beneficium regulare tribus annis sine turbis ac tumultu possideat, & contra si regularis sæculare, nam neuter est exceptus à regula, ergo cum per dispensationem Pontificis ambo beneficiorum sint capaces, regularis quidem sæcularium, sæcularis autem regularium censendi sunt ad ea dispensati esse per hanc regulam.

Sup. hoc §. Ref. seq. à lin. 8.

9. Quæro secundò, an hæc regula de triennali, possessione habeat locum in conscientia? Negat Couarruuias *in Regul. possessor. 2. part. §. 10. concl. 7.* eo quod Pontifex in sua regula molestiam possessori triennali, exacto possessionis suæ triennio, creari quidem nolit; sed de beneficio ab eo retinendo, ne verbum quidem habeat, quod est argumento per

hanc

hanc regulam, ius ad beneficium irreuocabile, firmumque ac stabile non dari triennali possessori, sed tantum aduersario, id est actori, actionem in eum non tribui, vi cuius, de possessione deiici queat ac beneficio spoliari: *Non molestari enim, seu non inquietari, idem important de iure canonico, quod silentium imponere, ac audientiam denegare*, Gomesius *in hanc regul. quæstion.* 58. at vetare alicui, ne lis in repetitione rei suæ molestus alteri, non est illius in illam, dominiumque plenum dare: ergo, &c.

10. Confirmatur. Exceptionis concessio non est iuris in rem collatio: sed per hanc regulam, datur tantum triennali possessori exceptio, & non actio, & sic ei per hanc regulam non acquiritur titulus. Ita Gomez. *quæstion* 13. §. *tamen istis non obstantibus*, ex quo sequitur, in eius sententia regulam hanc non habere locum in conscientiæ foro, sed in ciuili tantum,

11. At ego prorsus affirmatiuam sententiam amplectendam esse puto. Probatur euidenter, nam quæ a Romano Pontifice beneficia catholico dantur homini, hæc eum iure quam optimo possidere, nemo, qui quod libet Pontifici in beneficiorum materia scit licere, ambigit; at hæc cùm sunt possessa triennio, vult ad eum pertinere Pontifex; qui possedit sine lite; ea ergo retinere sibi potest licitè ac validè.

12. Secundò, quæ præscriptione quis acquirit, hæc illæso conscientiæ iure, sua esse iustè potest dicere, id pacis inter ciues retinendæ gratia, Imperatore non iuente modò, sed volente. At Pontificis maior est in Ecclesiam potestas, eiusque bona, quo de numero sunt beneficia, quàm Cæsaris imperium: ergo quod *ille de prædiis*, agris, ac domibus decernit, nèpè vt in ius præscribentis transeant, hoc Pontifici in rebus, quæ sui sunt iuris, vt Sacerdotia, honestè negari nequit: cum sint hæc ergo de Christi supellectili, patrimonioque, eaque iustas ob causas illius esse velit, qui triennio ea seruauit, illi de peccato, aut de possessionis suæ æquitate religionem iniicere, non est vt quàm minimum dicam, sapere.

13. Tertiò, non vult Calixtus post exactum annorum trium spatium, vllum possessori de sic possessa iniici scrupulum: ergo pro potestate, qua præstat in Dei Ecclesia, ius beneficij titulo tantùm colorato possessi, in eum, pro quo hic, ac triennalis possessio faciunt, transfert, patetque *per regulam Cancellaria 33. & canones ante citatos*, quarum maximè *de supplenda negligent.* vbi hoc ipso, quo aliquem Ecclesia, possidere beneficium pacificè patitur, ius ei ad illud dare creditur.

14. Ex dictis infertur, non peccare eum, qui post beneficium bona fide annis tribus pacificè possessum, illud cum facultate Papæ, aut Ordinarij cedit alteri, quia vt est eius possessor ac dominus, de eo arbitrari ac statuere posse, quæ iuri non sunt contraria, vt est resignatio in manibus Papæ facta, quis non videt? Et ita ex his hanc sententiam sustinet Baunius, *vbi supra quæst. 12. dub. 5.*

15. Et huic sententiæ, vt dixi ego adhæreo, & quidem ratio est, quod præscriptione legitima, id est toto eo continuata tempore, quod est præstitutum legibus, verum dominium rei præscriptæ sic accquiritur: vt ea retineri possit ac seruari in conscientia: etenim quia id erat necesse ad sedandos scrupulos, pacandas conscientias, tollendam dominiorum incertitudinem, Imperatoribus placuit dare præscriptioni vim translatiuam dominij rei quæ esset præscripta legitimè. At præscriptioni æquialet hoc triennium, ex sententia omnium: ergo vt per illam rei præscriptæ, ita & per triennalem possessionem beneficij titulus ac dominium acquiritur, & non tantum ius ac potestas actoris excludendi à sua possessione. Scio Castrum Palaum *tom. 2. tractat. 13. disp. 2. punct. 33. n. 3. & 4.* dicere, quod triennalis possessio non concedat titulum inhabili, & incapaci, sed exceptionem aduersus quemlibet molestantem, & beneficium impetrantem; sed ego puto & titulum, & exceptionem præstare, vt tradunt Doctores, S. Thomas, Nauarrus, quos ipse citat, quibus ego addo Thesaurum *in praxi de pœnis part. 1. cap. 30. q. 4.* & Baunium *vbi supra q. 10. in fin.*

Sup. hoc in Resol. præterita §. vlt. & in aliis eius loc.

16. Quæro tertio; An regula de triennali suffragetur in gratia subreptitia. Negatiuè respondet Riccius *in praxi tom. 1. res.* 577. & ibi Ioann. Baptist. Thoro, quibus adde etiam Ioann. Baptistam Parolettum *in Palæstra Cler. part. 3. cap. 1. lit X. declarat. 1. num. 5.* at contrariam sententiam firmat Baunius *in praxi de benefic. disp. 11. quæst.* 8. vbi & probè docet subreptitiam collationem titulum coloratum efficere, vocatur autem subreptitia collatio, quæ per falsam narrationem, aut taciturnitatem obtinetur eius, quod deberet exprimi. Causa est, quod titulus colorem habeat à collatione ordinarij: at quod hæc sit subreptitia non impedit quominus ab eo fiat, cuius est beneficia mandare dignis: ergo, &c.

17. Dicendum idem, quando beneficium primò datur vni deinde alteri, nã primus verum titulum accipit, & secundus coloratum, Gomez *in hanc regulam quæst. 28.* Similiter cùm datur beneficium viuentis, ipso decedente, retinet alter coloratum titulum. Gomez *quæst.* 44. Item quando in impetratione beneficij verus valor non exprimitur, eius collationem coloratus titulus sequitur, Gomez *ibid. quæst. 51.* Denique quando datur beneficium litigiosum, aut contra aliud decretum Cancellariæ, manet tamen nihilominus coloratus titulus, Gomez *ibid. quæst.* 28. Quorum omnium vnica est ratio, nempe quod hic nihil excipi debeat, quod non excludat regula, iuxta illud commune axioma iuris, *exceptio in non exceptis firmat regulam.* At Cancellariæ & concordatorum regula nihil eorum excipit, quorum est in hac quæstione facta mentio: ergo, &c.

18. Nota hîc obiter, Thomam Hurradum *Var. tom. 2. tractat. 11. cap. 1. §. 20. num. 1142.* insurgere nominatim contra me, quia asserui collationem beneficij factam inualido, vel suspenso, non esse ipso iure inualidam, sed irritandam; vnde infert interdictum siue suspensum non posse impetrare Bullas, vt prouideatur, & talis impetratio est nulla, quia incapax est beneficij, & cuiuscumque medij ad illud obtinendum. Vnde neque potest esse oppositor in concursu, & si opponatur suspensus, collatio est nulla, etiamsi absoluatur ante collationem. Et examinatores peccant mortaliter, & sunt digni pœna, si illum suspensum admittant ad examen, *argumen. ex capit. si celebrat. de Clericorum excomm.*

Sup. contento in hoc. & seq. §. lege doctrinam Resol. & §§. annot. primæ huius Resol. & etiam à principio huius Resol. vsque ad & Quæro secũdo. & signãter in tom. 3. tr. 3. Resol. 19. & 17.

19. Sed licèt hæc opinio sit valdè probabilis, ego tamen non recedo à sententia quam tenui cum Suarez, Cornejo, Alazario, Turriano, Coninch, Hurtado & aliis, quibus nunc addo Stephanum Baunium *in praxi de Benefic. disput. 6. quæstion. 4* sic asserentem: Aduertendum est, quod de inhabilitate dicitur, de ea duntaxat intelligi, quæ sententiam sequitur, vt probauimus *tom. 2. qui est de censur. tractat. 8. quæstion. 8. dub. 7.* quæ etiam est opinio P. Suarez *de cens. disput. 27. sect. 5. num. 25.* Sylvest. *verb. Excommunicatio 4. num. 5.* quam Lessius *lib. 2. de iust cap. 34. dub. 22. num. 116.* & Tolet *lib. 2. cap. 15. §. vltimo.* improbant. Sed malè, cum Cæles. III. Baron. Arch. det in mandatis, vt qui beneficium cùm suspensi essent, adepti erant, hos iisdem pro auctoritate spoliaret, facit idem Innocent. III.

in cap. cum inter 16. de elect. Abbati enim de cella S. Petri præcipit, *vt si constiterit quod electio facta fuerit à suspensis., ea omnino cassetur.* Non erat ergo iure inualida: ergo nec collatio, si quæ illis obtigisset aliqua. Hucusque Baunius. Idem etiam docet Layman *lib. 1. tract. 5. part. 3. cap. 1. numer. 3.* & Castrus Palaus *tom. 6. disput. 14. punct. 3. §. 2. num. 3.* asserentes collationem, & si ope iudicis veniat irritanda, quia nullus est textus, ex quo irritatio ipso iure colligatur. Neque est verum per suspensionem te priuari iure radicabili percipiendi fructus; aliàs titulo beneficij possessi priuareris, sed solum priuaris iure proximo libero, & expedito prædictos fructus percipiendi. Quinimo Suarez *dicta disp. 26. sect. 1. num. 27.* meritò probabile reputat, si nullum beneficium habens, crimen committas, cui annexa est suspensio à beneficiis, te non esse priuatum noui beneficij acquisitione, quia hæc pœna censetur ferri aduersus beneficiarios, qui ex suspensione à beneficiis possessis suspenduntur, & ex consequenti priuantur aliis acquirendis.

RESOL. CLXXI.

Plura dubia elucidantur ad praxim conducentia pro ornatu Regulæ 33. Cancell. de possessione triennali.

Et notatur validam esse professionem factam eodem die susceptionis habitus, vel complementi sexti decimi anni.

Etiamque advertitur annum Nouitiatus debere esse continuatum continuatione physica, non morali, ita vt si per vnam, aut duas horas interrumpatur, non esset validum, etiamsi Nouitius habitum Religionis obtinuisset. Ex p. 9. tract. 9. & Misc. 4. Res. 68. alias 67.

Alibi supra in Res. 168. &c.

§. 1. MAteria est satis practicabilis, & quotidiana, & ego illam alibi cursim tetigi, nunc in fauorem Confessariorum, & Responsorum casuum conscientiæ, aliqua explanabo dubia. Verba igitur dictæ Regulæ sunt hæc. Eum qui pacificè aliquod beneficium absque simoniaco ingressu, vel intrusione triennium possedit, præscribere contra actionem cuiuslibet impetitoris. Quæro itaque primò, an dicta Regula procedat non solùm in foro externo, sed etiam interno; negatiuè respondet Couarruuias *ad Regul. possess. malæ fidei. part. 2. §. 10. n. 10.* Molina *tom. 1. disp. 70. n. 1.* Turrianus *in 2. 2. tom. 2. disp. 47. dub. 5. n. 1.* Castrus Palaus *tom. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 13. n. 3.* & alij. Et ratio est, quia beneficij titulus acquiri non potest aliter quàm Canonica institutione *cap. ex frequentibus, de institutionib. & cap. 1. de reg. in 6.* Ergo præscriptione acquiri non potest. Ergo triennalis possessio titulum non concedit. Adde si triennalis possessio titulum concederet, & securum in conscientia redderet possessorem, non posset Ordinarius à triennio possidente beneficij titulum exigere & examinationi subiicere.

Sup. hoc signanter in Res. præterita. §. quæro secundo.

2. Verum ego affirmatiuæ sententiæ adhæreo, quam tuetur Lessius, Azorius, Sanchez, Garzias, Rebuffus, Nauar. quos citat, & sequitur Hurtadus *de iust. disp. 2 difficul. 8.* quibus ego addo Vvigers *de iust. tractat 1. cap. 5. dub. 7. num. 22.* Gordonum *in summa lib. 8. quæst. 4 cap. 5. §. 2. num. 24. & lib. 1. quæst. 4. cap. 3. §. 8. n. 13.* Layman *lib. 3. tract. 1. cap. 8. n. 17.* Tannerum *tom. 3. disp. 4. quæst. 1. dub. 6. num. 93.* Beccanum *de iust. cap. 9. quæst. 19. concl. 6. num. 7.* Reginaldum *tom. 2. lib. 30. tract. 3. cap. 18. num. 259.* Et hanc sententiam esse satis tutam, & probabilem putat Cardinalis de Lugo *tom. 1. de iust. disp. 7. sect. 7. num. 107.* Dicendum est itaque, quia sicut ex communi sententia præscriptio, quæ in rebus ciuilibus fit, auctoritate Ciuilis Magistratus, locum habet in conscientia: ita etiam in causis Ecclesiasticis habere debet præscriptio, quæ fit auctoritate Papæ: vt sit ea quæ per propositam Regulam de triennali pacifico possessore, est in bonum commune introducta: tum ad lites minuendas, quæ solent esse innumeræ, nonnunquam interminabiles: tum ad solatium plebis, vt suum Pastorem verum agnoscant, nec falsum ipsis obtrusum esse dubitent: saltem post ipsum habitum per triennium beneficij sui pacificum possessorem. Adde quòd Papa statuens in eadem Regula, vt talis possessor molestari non possit, apertè indicet, quod is iniustè ac legitimè retineat Beneficium possessum: quandoquidè per id alioqui justus possessor prohiberetur petere quod suum est, & possessor iniustus in sua iniustitia foueretur. Neque obiici potest, quòd in cæteris rebus præscriptio requirat tempus triennio longius, de quo latè Ludouicus Molina *de iust. & iure tract. 2. disp. 58.* & aliquot sequentibus: quia beneficia sunt bona Ecclesiæ, de quorum acquisitione Pontifex Romanus plenam habet disponendi auctoritatem: neque deest in tali præscriptione sufficiens institutio; quia cùm modus conferendi beneficia Ecclesiastica non sit de iure diuino, sed tantùm de iure Ecclesiastico, eo ipso, quod Papa statuit vt aliquis sinatur possidere beneficium, aut statuit ne in eo molestetur, supplet id quod deest ex vero titulo: censeturque illud interea conferre, iuxta *c. litteras de supplenda neglig. Prælat.* iuncta gloss. finali. Ad argumentum Molinæ, & aliorum, respondeo; quod quamuis iure ordinario beneficium nequeat absque Canonica institutione obtineri, bene tamen iure extraordinario habito in hac Regula.

Sup. contento in hoc §. tribus sect. §. lege supra doctrinam 1. 2. & 3 Res. 168. & aliorum eius proxime not.

3. Quæro secundò, an hæc Regula defendat possessores triennales pacificos aliàs inhabiles, modò non sint hæretici, vel intrusi, videlicet, an quando titulus est inualidus defectu habilitatis recipientis beneficium, vt quia erat illegitimus, vel aliàs irregularis, excommunicatus, &c. sit titulus coloratus ad effectum huius Regulæ. Quidam enim negant, & sic dicunt posse molestari post triennium. Ratio, quia possessio longi temporis non habilitat incapacem. *cap. causam &c. accedentes.* vbi Panormitanus, & Felinus *de præscript.* Nec obstat quod Regula de triennali, tantùm duos casus excipiat, & sic in aliis videatur manere firma regula; quia casus excepti etiam cum dictione taxatiua, recipiunt extensionem ad alios casus similes. Quis enim diceret, non tonsuratum, bigamum, coniugatum, possidentem triennio beneficium, iuuari hac regula: & tamen non sunt de casibus exceptis. Ergo regula recipit extensionem ad casus similes exceptis, at quoties possidens est inhabilis ad beneficium, est casus similis exceptis; ideò enim excipiuntur violentus & simoniacus, quia sunt inhabiles: ergo. Et ita hanc sententiam tenet Rebuffus *de pacifica possess. à n. 206.* Azorius *tom. 2. lib. 7. cap. 35. quæst. 1. in fine.* Reginaldus *in praxi tom. 2. lib. 30 tract. 3. cap. 18. num. 261.* & alij.

4. Sed affirmatiuæ sententiæ ego adhæreo cum Castro Palao *tom. 2. tract. 13. disp 2. punct. 3 1. n. 9.* Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 2. c. 1. dub. 3 n. 20.* Parisio *vol. 4. cons. 96. n. 2.* P. Thesauro *in praxi part. 1. c. 30. q. 4.* & aliis. Dico itaque inhabilem ex pœna vel censura vel irregularitate ad beneficium obtinendum, & non ex conditione personæ, vt sunt merè laici, si bona fide obtineat à legitimo Collatore beneficium triennali pacifica possessione, tutum esse, & titulum reualidari, excepta inhabilitate ex simonia sciéter contracta, vel ex violenta intrusione, vel quando beneficium esset reseruatum reseruatione clausa in iure communi

muni; quia hos solos casus Regula excipit. Itaque firma ratio hæc est, quia cùm hæc Regula tantùm excipiat hos tres casus, in reliquis manet firma. *l. nã quod liquida ff. de penu legat.* Sic tenet Philippus Probus *addit. ad Cosmam.* Prag. Sanctio. *tit. de pacif. possess.* super verbum *molestari, glossa* 3. vbi hæc verba dicit, quoad Regulam de triennali, omnis ille dicitur habere titulum coloratum, qui non excluditur in Regula: & soli illi, qui in regula excluduntur, dicuntur habere titulos dis coloratos, licèt aliud sit, quoad effectus iuris communis; & Ludouicus Gomez *Regula de triennali, quæst.* 26. §. *quibus non obstantibus*, vbi hæc verba dicit, vt triennalis possessio locum habeat, sat est titulus ex alio capite; quam ex defectu potestatis conferentis inualidus; illa enim infirmitas sanatur, & adiuuatur per triennalem possessionem: & dicit ita seruare quotidie Rotam sine aliqua dubitatione.

5. Hinc infertur cum Sanchez primò, illegitimum obtinentem beneficium, & possidentem triennio iuuari hac regula; quia non est de casibus exceptis in ea. Sic Gomez *quæst.* 2. Parisius *vol.* 2. *cons.* 96. *n.* 2. & idem dicendum est de quolibet alio irregulari, cùm non excipiatur in Regula: Secundò infertur, quod si beneficium aliquod ex fundatione conferendum est promoto ad talem gradum, vel habenti aliam qualitatem, detur carenti illa, & ille triennio pacificè possideat, iuuatur hac Regula. Tertiò infertur, quod si sæcularis absque dispensatione possideat beneficium regulare triennio pacificè, vel è contra regularis sæculare, iuuatur hac regula. Quartò infertur, quòd recipiens beneficium ante legitimam ætatem ad ipsum requisitam, vt minor recipiens curatum, si triennio pacifice possideat, iuuatur hac regula, quia non est de casibus exceptis. Et tandem infertur quid dicendũ sit de priuato à iure, vel ab homine beneficio, quod possidet postea triennio, an iuuetur hac Regula, vt si recipiat duo incompatibilia, contra Extrauag. *execrabilis, de præb.* quo casu à iure est priuatus altero. Quidã dicunt non iuuari hac regula licèt possideat triennio. Sed verius est contrarium, scilicet in vtroque casu iuuari hac regula, & habere, quoad hunc effectum titulum coloratũ, licèt eo careat quoad alios effectus iuris communis, quia hic non est de casibus exceptis in ea regula, dummodo post acquisitionẽ vtriusque beneficij sequutum est triennium; secus si antea possedit vnum beneficium, & post acquisitionem alterius non sequitur triennium, quia non iuuatur hac regula. Sicuti etiam si esset declaratus per sententiam, esse priuatus titulo; tunc enim non gaudèret priuilegio huius Regulæ. Scio Eminentissimum Dominum meum Cardinalem de Lugo *tom.* 2. *de iust. disp.* 7. *sect.* 7. *n.* 110. *cum seq.* nimis probabiliter aliqua ex supradictis non approbare; sed ego magis adhæreo Gomezio, Sanchez, Thesauro, & aliis.

6. Nota tamen quod si coniugatus, vel merè laicus, vel bigamus recipiat beneficiũ, & possideat triennio, non iuuatur hac Regula. Ratio est, quia licèt nõ excipiatur hi in Regula, at Regula loquitur de capacibus beneficij Ecclesiastici, hi verò sunt omnino incapaces, in cuius signum nec accipere possunt beneficiũ; & si antea acceperant, nempe ante matrimonium, vel bigamiã, eo ipso perdunt, quia sunt incapaces acquirendi, & retinendi: at excommunicatus, vel irregularis non est omnino incapax. Vnde patet responsio ex superius dictis ad absurda, quæ contra nostram sentẽtiam adducunt Reginaldus, & alij Doctores cõtrarij.

7. Quæro tertiò, an beneficiũ huius Regulæ procedat etiã in possessoribus malæ fidei. Affirmatiuè respondet Emmanuel Sà correctus à Magistro Sacri Palatij *verb. Beneficium, n.* 14. vbi sic ait: Triennio possidens beneficium, etiamsi mala fide sit eius dominus secundum Nauarrum, & Regulã de triennali possessione, nec tenetur ostendere titulũ, vt declarauit Concilij Congregatio. Ita Sà; cui adde Couarruuiã in Regula *Possessor. par.* 2. §. 10. *n.* 16. *concl.* 4. Palaum *tom.* 2. *tr.* 13. *disp.* 2. *punct.* 33. *n.* 10. & Ludouicum Gomez *in Regul. de triennali possess. quæst.* 42. qui dicit, bis in Rota sic esse decisum; & dicit hanc exceptionem etiam mala fide post triennij possessionem reddere tutum etiã in foro conscientiæ possidentẽ. Quia Papa ad vitandas lites, & scrupulos, hoc potuit facere; immò, & dare verũ ius, & dominium propter plenissimã in beneficialibus potestatem, quã habet. Probatur etiã hæc opinio primò: quia per Regulã Cãcellariæ aliquid de nouo inducitur vltra ius cõmune, sed nihil operaretur, nec de nouo induceret, si requireretur bona fides. Secundò, quia Regula tantùm petit titulũ coloratum, & duos excipit, scilicet, simoniacum, & intrusũ in beneficiũ vacans apud Sedem: Tertiò, quia in temporalibus in negotio præscriptionis agitur de maiori præiudicio, cũ per præscriptionem verum ius & dominiũ acquiratur. Idcò mirũ non est, quòd requiratur bona fides. Per hanc verò Regulã Cancellariæ tantum adquiritur possessio ad vitam possidentis duratura. Verũ, his non obstantibus, ego puto ad obtinendum beneficiũ huius Regulæ, requiri bonam fidem possidentis, quia non est credibile velle Papam fauere peccanti, ac malæ fidei possessori. Item quia Regula generalis est, malæ fidei possessorem nullo tempore præscribere, *c. Possessi. de Regulis iuris in* 6. quod etiã in spiritualibus procedit, vt bene Glos. *c. contingit, de dolo & contum. vers. Constituatur.* & dicẽdo hoc aliquid vltra ius cõmune operatur hæc Regula, quia de iure cõmuni sẽper poterat possessor molestari, nec præscribebatur titulus. Et ita hanc sententiã nominatim contra Emanuelem Sà tenet Tannerus *tom.* 3. *disp.* 4. *q.* 1. *dub.* 6. *n.* 9. Dicastillus *vbi infra*, Becanus, *de iust. c.* 9. *q.* 10. *concl.* 6. *n.* 7. Reginaldus *tom.* 2. *l.* 30. *tr.* 3. *c.* 18. *n.* 164. Layman *l.* 3. *tr.* 1. *c.* 8. *n.* 7. Hurtadus *de iust. disp.* 2. *difficul.* 8. Sanchez *in summa tom.* 2. *l.* 7. *c.* 29. *n.* 91. & alij communiter.

8. Non deseram tamen hîc adnotate primam sententiam Emanuelis Sà, & aliorum, negantem esse necessariam bonam fidem, minimè improbabilitatis nota inurendam esse, & posse quis eam sequi secundũ Eminentissimum Cardinalem Lugo, qui postquam nostræ sententiæ adhæserit, tandem sic asserit *tom.* 1. *de iust. disp.* 7. *sect.* 7. *n.* 115. Per hoc tamen non dico, contrariam sententiam improbabilem esse, nec damnarem eum qui ei se conformaret, cùm Sacra Rota eã aliquoties in iudicando amplexa fuerit, quæ teste Ludouico Gomez nunc in hanc, nunc in aliam partem declinauit. Ita ille, & Sanchez vbi suprà Dicastillus *de iust. lib.* 2. *tract.* 1. *disp.* 1. *dub.* 12. *n.* 252. nostram sententiam veriorem tantum appellant. Ergo secundum Sanchez & Dicastillum, negatiua non est improbabilis. Sed quicquid sit de hoc, absolutè existimo bonam fidem necessariam esse pro triennali possessione huius Regulæ 33. de qua loquimur.

9. Quæro quartò, an si aliquis v.g. te ignorante, simoniace procurauit tibi beneficiũ, & idcirco collatio fuit nulla, profit tibi Regula triẽnalis: nã verba Regulæ, excludere videntur collationem omnem simoniacam, qualis illa fuit, & in iure damnata, licèt nõ propter culpam tuam, sed alienam. De hoc casu his diebus in facti cõtingentia ego interrogatus fui. Nã patruus nepte ignorante emerat ei beneficiũ, & nunc intrepidè respondi, nostrã Regulam intelligendã esse de his qui sciẽtes cõmisisse simoniã beneficia ingrediũntur: nã si illis ignorantibus simonia commissa est, nõ credo à fauore huius Regulæ excludi; quia cũ sit pœna, extendi non debet ad simoniã, in qua beneficiati culpabiles non sunt. Quod confirmatur ex ipsis Regulæ verbis

Sup. hoc fusè principio vsque ad §. vlt.

Sup. hoc fusè prætra in Resol. 168. § Controuersiæ cui sim in fine.

verbis dum dicit: Si quis non simoniace ingressus possederit, &c. vbi non solùm requirere videtur simoniam, vtcumque, sed quæ se teneat ex parte ingredientis beneficium: quando autem simonia se tenet ex parte alterius tertij, licet collatio vtcumque dicatur simoniaca ingressus tamen, seu actio, qua prouisus ingreditur, non est simoniaca, nec ipsa punitur, sed actio mediatoris, quæ fuit simoniaca non tamen appellatur ingressus, sed potius apertio portæ vt hic ingredi possit: quare cùm versemur in odiosis, non debet exclusio ad eum casum extendi. Et ita nostram sententiam docet Hurtadus, Layman, & Dicastillus vbi infra: quibus adde Trullench. *in Decalogum tom. 2. l. 7. c. 4. dub. 9. n. 4.* Vgolinum *tabul. l. c. 6 §. 4. num. 2.* Garsiam *tom. 2 pag. 8. c. 7. n. 15.* Palaum *tom. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 33. n. 11.* Dicendum est igitur quòd Regula nostra intelligenda sit in simoniaco scienti; secus in ignoranti: vt quia pater, vel frater aliquid dedit pro dando beneficio filio, vel fratri, eo penitus inscio; licèt enim hic teneatur illud relinquere, nec acquirat verum titulum, at si possedit triennio, iuuatur hac Regula, quia hic habet titulum coloratum. Nota tamen hic etiam contra Lessium *l. 2. c. 35. dub. 25. n. 140.* Simoniam huius Regulæ non esse extendendam ad simoniam conuentionalem, & ideo malè citat pro se Genesium *quæst. 12.* nam ipse in fine quæstionis se correxit. Et ideo assero, verba Regulæ intelligenda esse de simonia reali completa, non mentali, aut conuentionali: & ita docet Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 1. dub. 32. num. 1.* & Cardinalis Lugo *de iust. tom. 2. disp. 7. sect. 7. n. 26.*

11. Quæro quintò, an ad tẽpus possessionis triennalis, de qua loquimur, sit computandus vltimus dies de momento ad momentum, vel sufficiat vt sit inceptus: & suppono hoc triennium debere esse continuum & integrũ, eo pacto quo docet Cardin. Lugo vbi sup. n. 120. ita vt per præscriptionẽ triẽnalẽ huius Regulæ, de qua loquimur, non iuuari possessorẽ, si deesset triennio, vel dies vnus, rectè docuerit Gordonus *in summa l. 8. q. 4. c. 5. n. 24.* & Reginaldus *tom. 2. l. 30. tract. 3. c. 18. n. 263.* Hoc supposito, difficultas est, an vltimus dies huius triennij sufficiat quod sit inchoatus. Casus est curiosus, & ego à nemine pertractatum inuenio in terminis possessionis triennalis huius Regulæ. Et affirmatiuè respondeo ex doctrina recepta quod tempus vsucapionis computetur ciuiliter de die in diem, ita vt cæptus dies postremus pro completo habeatur, vt patet *in l. pen. pr. ff. de diuer. tempor. prescript.* Et ita docet ex Doctoribus Hulricus Hunnius *in Treutlerum, vol. 2. disp. 22. Thes. 4. q. 18.* Martinus Bocerus *in disputationibus de vniuerso iure tom. 2. class. 5. disp. 22. n. 29.* Hubertus Giphanius *in l. 6. ff. de oblg. & act.* Conanus *lib. 3. Commentar. cap. 12. num. 2. & 3.* cum aliis. Quod confirmatur primò ex textu *l. 5. ff. qui testam. facere possunt*, qua Vlpianus aperte ostendit, quod annus pubertatis vltimus cæptus pro completo habeatur: proinde & vltimus dies vsucapionis cæptus pro completo habebitur: nec enim ratio vlla diuersitatis assignati potest. Secundò, *l. 8. ff. de minoribus*, asseritur ante annum vigesimum quintum neminem ad munera admitti, minores proinde 25. annis ad honores admitti non debere: subiicit autem Vlpianus, annum 25. cæptum pro completo haberi. Tertiò: pari modo *in l 74. ff. ad. S. C. Trebell.* Cùm testator iussisset hæreditatem suam filio restitui cum ad annum vigesimum ætatis peruenisset, dicitur annum cæptum pro completo haberi. Quartò denique cum *l. Ælia Sentia* cautum esset, ne minor viginti annis aliter quàm vindicta manumitteret, quæsitum fuit, vtrumne annus postremus, nempe vigesimus debeat esse completus, an sufficiat diem postremum, anni vigesimi cæptum esse: Et respondet Vlpianus placuisse eum, qui Kalendis Ianuariis natus post sextam noctis pridie Kalendas quasi annum vigesimum compleuerit, posse manumittere *in l. 1. ff. de manum.* Rectè itaque dixit Bocerus vbi suprà, tempus de quo loquimur non esse à momento in momentum, neque ab hora in horam, sed à die in diem computandum, ita vt, qui vltimum diem attigerit sufficeret; qui igitur hora sexta dici Kalendis Ianuarij possidere cæpit, hora sexta noctis pridie Kalẽdis Ianuarij vltimi anni implet vsucapionem. Et hæc omnia dicta esse volo secluso stylo Curiæ, vel praxi Cancellariæ, si fortè in cõtrarium adessent quod nescio.

12. Nota tamen posse aliquem ex dictis confirmare sententiam nostri Patris Pelliccionij *in qq. Can. q. 45. per totam*, in qua conatur defendere validam esse Professionem factam eadem die susceptionis habitus, vel complementi sextidecimi anni. Finge v.g. aliquem suscepisse habitum primo die Ianuarij anno 1629. hora vigesima secunda, post vesperas, & recurrente eadem die prima Ianuarij anni sequentis 1621. hora decima septima, inter Missarũ solemnia ad professionem fuisse admissum, cum defectu quinque, vel quatuor horarum ad integritatem anni. In hoc casu Pelliccionius putat professionem esse validam cum Henriquez, Rodriguez, & Palacio. Sed ego puto non esse discedendum à communi sententia, quam olim docui, & nouissimè me citato docet Sacra Rota in Magistrali decisione Burgens. nullitatis Professionis, die 16. Aprilis 1649. coram doctissimo D. Arguelles, & me etiam citato mutans sententiam, doctus & amicissimus Barbosa Episcopus Vgentinus *de potest. Episc. p. 3. alleg. 101. num. 22. in 3. edit.* & me citato Ciarlinus *in contr. forens. tom. 1. cap. 108. n. 25.* & me citata Bordonus *tract. de Profess. Regul c. 4. quæst. 10.* & me citato Lezana *in summa tom. 4. verb. Professio Regularis, num. 6* & me citato. Nouarius *in Lucerna Regularium verb. Annus, num. 2.* & me citato Narbona *Annalibus Iuris ann. 16. quæst. vnica. n. 6.* Dico igitur, annum probationis computandum esse physicè, videlicet de momento ad momentum, nec sufficere, quod vltima dies sit incæpta.

Pro affirmatiua contrariã hoc §. in tom. 7. trib. 1. Resp. 138. & 139. & in alio §. casũ annotationum

13. Notandum est hîc obiter aliquos asserere, annum nouitiatus debere esse continuum, continuatione morali non physica: vnde nouissimè Leandrus *in qq. Regul. cap. 8. super. 2. Regulæ num. 12.* sic ait: *Me parece, que si por espacio de vna, o dos horas se interrumpiesse el nouiciado, no seria cosa notable, porque este es negocio moral, y lo poco se reputa por nada: y en este caso cessa el fin del decreto del Concilio; porque este es, que en el Nouicio experimente las asperezas de la Religion, y ella su natural, y costumbres; y por vna interrupcion tan breue no dexa de experimentarlas. Item, porque la prescripcion no dize interrumpida por la interrupcion de poco tiempo, como enseñan los Iuristas, maximè Tiraquel. tractatu de Iudicio in rebus exiguis, n. 80 81.* Ita ille. Et ita etiam docet M. Fulgentinus de Ouiedo *in Republica Regulari part. 1. tract. 6. c. 1. quæst. 1. n. 4.* Adrianus Moens *in Enchir. Regul. c. 12. n. 1.* Zambellus *in Repert. moral. verb. Nouitius, n. 10.* præter alios, quos adduxi *in part. 5. tract. 5. resol. 19.* Sed licèt ibi nulli opinioni adhæserim, non tamen existimo contra supradictos Auctores, annum Nouitiatus debere esse continuum continuatione physica, & non morali, ita vt si per vnam, aut duas horas interrumpatur, non sit validum. Et ita docuit Sacra Rota in decisione citata, cui adde Pellicionium *in qq. Can. quæst. 24. cap. 3.* qui hoc extendit etiam si Nouitius habitum Religionis retinuisset. Et ratio est, quia alioquin nil certum de interruptione annus nouitiatus eiusque sufficientia statuere quis posset, sed relinquen

Sup. hoc in Resolutionibus not. 6.

Quæ nota est in tom. 7. tr. 1. R. 155. Sed vide ibi Resp. 134. & 136.

iudicandum esse cuiuscunque arbitrio, quod dicere in re tam graui absurdum quidem videtur. Et quia non tempus nouitiatus est de forma, sed forma omissa in qualibet minima parte actus, vitiat totum actum. Ergo, &c.

RESOL. CLXXII.

Multa de pluralitate beneficiorum scitu digna adnotantur.

Inter alia quæ dicuntur in textu huius Resolutionis pro prædicta materia, tandem deducitur quod Papa licitè dispensare potest in pluralitate beneficiorum, quando iusta subest causa, secus grauiter delinquit.

Et quod nemini suffragatur dispensatio Pontificia ad possidendum simul plura beneficia, nisi ex iusta causa fuerint obtenta, & aliter peccat mortaliter, neque tutus est in conscientia per huiusmodi dispensationem, sed tenetur alterum beneficium resignare.

Et an quando vnum beneficium est sufficiens ad congruam sustentationem, licitum sit absque dispensatione Papæ, vel Episcopi & nulla alia causa tenere plura beneficia simplicia, residentiam non requirentia, idque saltem ex consuetudine nota & tolerata.

Et in §. penultimo, & vltimo huius Resolutionis datur grauis doctrina, & in mente & promptu tenenda à Confessarijs, quomodo se gerere debeant cum supradictis circa absolutionem, nisi superflua erogent in Ecclesiæ vtilitatem, & opera pia, &c. Ex part. 10. tractat. 13. & Misc. 3. Resol. 1.

§. 1. ORdinarie non est licitum, sed cum naturali iure pugnat, quod Clericus habeat plura beneficia qualiacumque, quorum vnum ad honestam eius sustentationem sufficit. Ita sentit sanctus Bernardus, *epistola 271. ad Comitem Theobaldum, & de consideratione ad Eugenium Papam, lib. 3. cap. 6.* Sanctus Thomas *Quolibet. 9. artic. 15.* & ideo Papa licitè dispensare potest in pluralitate beneficiorum quando iusta subest causa: nam si hæc non subsit, ipse & dispensans grauiter delinquit, & ille qui dispensationem petit, & accipit, similiter peccat, neque tutus est in conscientia per eiusmodi dispensationem, sed tenetur alterum resignare. Ita docet D. Thomas *suprà* Adrianus *in 4. de pluralitate Prebendarum.* Caietanus *verb. Beneficiorum multiplicatio.* Sotus *lib. 3. quæst. 6. artic. 3.* Toletus *lib. 1. cap. 71.* Ioannes Maior *in 4. distinct. 24. quæst. 4.* Azorius, *part. 2. lib. 6. cap. 12. quæst. 12.* Vasquez *de Benefic. cap. 4. num. 159.* & Glossa, *in cap. Dudum, 2. de Electione verb. Retinere*: Notandum inquit, quod qui habet plura beneficia, quorum alterum per se sufficeret, non potest sine mortali peccato tetinere aliud. Et sumitur *ex cap. Is cui. de Prebendis, in 6.* Is cui conceditur, vt auctoritate Apostolica possit vni personæ idoneæ, in sua, vel alia Ecclesia prouidere, alicui aliud beneficium sufficiens obtinenti prouidere non potest. Ratio in promis est, quia ne quidem Pontifex est Dominus beneficiorum, sed dispensator; non potest autem dispensator pro suo arbitrio distribuere bona, suæ fidei & prouidentiæ relicta dispensanda seu erogãda: sed iuxta æquam rationem, voluntatem eorum, qui illa dispensanda reliquerunt, aut commiserunt, obligatur ea dispensare, & distribuere. Secundò; quia ministrat diuinus cultus, quando vnus plura beneficia possidet & Ecclesia destituitur suis Ministris: Vnus enim non pluries legit Horas Canonicas, neq; in diuersis Ecclesiis ministrat: frustrantur & alij sæpius indigetes Clerici fortè magis idonei, magisque vtiles Ecclesiæ, quam qui plura detinent. Hinc Caietan. *in Summa verb. Beneficium*, dixit: Dispensatio Papæ cadit super ius positiuum, & non super ius diuinum; pluralitas autem beneficiorum sine rationabili causa est contra ius Diuinum.

2. Sed quod de iure communi, & naturæ non sit prohibita pluralitas beneficiorum, sed tantum canonico, tenuit Innocentius, *in c. Cum iam dudum. de præbend. & alibi*, quem citat, & sequitur latè prædictam opinionem probans Cardinalis Zabarella, *in Clem. Gratiæ. de Rescriptis; quæsito 19. versic. Venio ad tertium.* Eandem opinionem quoad beneficia, curam animarum non habentia, scilicet, horum multitudinem non esse diuina lege prohibitam, tenet Quintanaducñas, *Eccles. l. 4. n. 59. & 119.* Glossa etiam *in c. Dudum 2. verb. Retinere, de Rescriptis.* Licet affirmet eum, qui habet plura Beneficia, quorum alterum per se sufficit, non posse sine peccato mortali retinere aliud absque dispensatione; dicit tamen posse licitè retinere ex Papæ dispensatione, eo quod dispensatio reddat licitum, quod non erat licitum. Iuxta omnes tamen Papa absque legitima, & iusta causa scienter dispensans malè faceret, & grauiter peccaret. Non est tamen recedendum à sententia Theologorum, quam nouissimè sequitur Layman, *lib. 4. tract. 2. cap. 8. num. 2.* & Bossius *in Moral. tom. 2. tit. 7. §. 1. n. 2. cum seqq.* causas vero iustas, vt possit Pontifex dispensare in pluralitate Beneficiorum enumerat Malderus, *de Iust. tr. 9. c. 2. dub. 18.* Bossius *loc. cit. n. 9. & seqq.*

3. Verùm aliqui putant, quòd quando vnum Beneficium est sufficiens ad congruam sustentationem licitum esse etiam absque dispensatione Papæ, vel Episcopi, & nulla alia causa tenere plura Benificia simplicia residentiam non requirentia, si id fiat pura mente non propter auaritiam, aut ambitionem vel aliam causam illicitam, idque saltem ex consuetudine nota, & tolerata. Ita Speculator *in tit. de disp. vers. Dicendum, n. 8.* Ferrerus, *cons. 255. n. 3.* Capra *reg. 90 n. 66.* ibidem docuit expresè Glossa *in c. Super eo de Prebend. in 6.* & alibi Hojeda, *de incompat. Benef. par. 2. c. 11. n. 2.* Idem approbant Sotus, Valentia, Aragonius, Ledesma, & alij, quos citat Garcias *de Ben. part. 11. c. 5. n. 264. & seqq.* Probant, quia ita consuetudo obtinuit; & seruat quam Papa scit, & tolerat, & consequenter excusat, & reddit licitam dictam pluralitatem, & aliter dicendo (inquit Cardinalis,) esset illaqueare multas Animas, vel, (vt inquiunt alij,) totus Mundus esset in statu damnationis, consuetudo enim generalis potest de illicito facere licitum, & è conuerso, *c. Cum olim. de Cleric. coniug.*

4. Sed hæc sententia videtur sublata post Concil. Trident. *c. 17. sess. 24.* vt notat Garcias. *tom. 1 part. 11. cap. 5. n. 273* & præfati Doctores intelligebant dictam consuetudinem procedere, dummodò non esset magna Beneficiorum pluralitas & coacernatio, qua stante non videtur posse à mortali excusari, nec acceptantem, nec retinentem, nec conferentem propter deformitatem, deordinationem, & grauissimum scandalum, quæ inde in Ecclesia sequuntur ex supradictis in probatione primæ conclusionis; vt proinde etiam quando adest iusta causa conferendi plura Beneficia vni Clerico, Papa peccet grauiter conferendo ei nimiam Beneficiorum pluralitatem, vt etiam in terminis tradit Azorius, *part. 2. lib. 6. cap. 12. quæst. 18.* Quando autem sit magna coacernatio, & nimia pluralitas Beneficiorum, tradunt Hojeda, *part. 1. cap. 21. à num. 14.* Flam. Parisius, *de Beneficijs, lib. 3. quæst. 2. à num. 14.* & Azorius *d. quæst. 8.* & verius est relinqui arbitrio boni viri, qui consideratis numero, & valore Beneficiorum,

ac qualitate, dignitate, & idoneitate, seu sufficientia personarum, & aliis circumstantiis, id arbitrabitur vt latè alios referens Hojeda *d.cap.2. citato num.14. & 15.* Quamuis Azorius dicat iuxta aliquos censeri immodicam coaceruationem decem Beneficiorum, & iuxta alios nouem, vel octo Beneficiorum pluralitatem, & Hojeda *etiam eod.cap.21. num.16.* ex Benedicto Cypra *in tract. regul. & Fallent. reg. 90. n. 135.* ait magnam multitudinem dici decem, vel octo Beneficia.

5. Non deseram tamen hîc adnotare, opinionem relatam, quod pluralitas Beneficiorum simplicium excusetur & etiam in foro conscientiæ sit licita ob generalem consuetudinem in toto Mundo à Papa toleratam, vt tolerari possit, esse intelligendam, vel quod consuetudo illa solum excuset in foro conscientiæ, & etiam in externo, cùm nullum Beneficium est per se sufficiens ad congruam sustentationem; vel si alterum ex Beneficiis sit sufficiens; excuset quoad forum externum, non vero quoad internum, & coram Deo nisi saltem obtineantur, & retineantur non ad propriam commoditatem, & lucrum, sed ob vtilitatem Ecclesiæ, & cum intentione elargiendi fructus superfluos in vsus pauperum, & in alia opera pia. Quo casu inspecto iure Canonum potest dicta opinio, quod consuetudo excuset etiam in conscientia, admitti. Et ita docet Bossius *vbi suprà num.* 35. Post Tridentinum tamen vbi vnum Beneficium est sufficiens, omnino requiritur Papæ dispensatio, vt plura etiam simplicia possint haberi vtroque foro inspecto.

6. Et tandem notat idem Bossius *loco citato, n.37.* Dispensationem Papæ circa dictam pluralitatem Beneficiorũ quãtumuis magna pecuniæ quantitate obtentam, quoad forum quidem externum valere, & prodesse, non autem quoad forum conscientiæ, licet etiam pro eodem foro interiori impetretur, nisi saltem intelligatur, & sit obtenta, & concessa non ad luxum, & auaritiam, vel ad vanam mundi pompam, nec vt obtinens fiat absolutus Dominus ad disponendum pro libito de fructibus Beneficiorum etiam in res illicitas, & prophanas, sed vt illis licitè vtatur, & superfluos impendat in vsus Pauperum, & opera pia, ac causas honestas; ita enim obtinens poterit saluari in conscientiâ, & hoc pacto saltem existimo deberi intelligi Glossam, & Innocentium, dum dicunt, habenti plura Beneficia sufficere Papæ dispensationem etiam sine causa obtentam. Et talem etiam credendum est esse intentionem Papæ, dum, vbi est vnum Beneficium sufficiens, dispensat quoque ad pluralitatem Beneficiorum, nempe, vt Beneficiatus habeat, & retineat non ad propriam, & priuatam vtilitatem ad splendidiorem victum, vestitum, famulatum, & alia huiusmodi, (hoc enim esset dissipare Christi, & Ecclesiæ Patrimonium, ad quod non extenditur Papæ potestas, ac proinde non est præsumendum quod Papa ad id velit suam extendere dispensationem) sed ad largiùs ex fructibus honestæ sustentationis superfluis erogandum in pauperes, & opera pia, ac Ecclesiæ vtilitatem. Et si impetrans dispensationem habeat prædictam intentionem dispensandi fructus superfluos honestæ sustentationi non necessarios, & opere compleat, poterit, (licet alterum sit sufficiens,) retinere plura beneficia tuta conscientia. Quod si post obtentam dispensationem, & adepta beneficia, non præstet, esto, quod valeat dispensatio, & consequenter licitè beneficia retineantur, erit tamen in statu damnationis; ac proinde non poterit absolui, nisi resignet beneficia superflua vel saltem dictos fructus honestæ sustentationi superfluos in opera pia, & benè impendat. Neque quisquam sese tueatur dispensatione Papæ, quæ semper, vel saltem in dubio intelligi debet facta cum illa bona intentione, vt beneficia non habeantur ad proprium commodum & luxum, &c. aliàs sic dispensare ex Hostiensi, *apud tauacrum conscientiæ, cap.8.* est cum licentia Papæ in Infernum intrare. Et hæc omnia docet Bossius, *vbi supra, qui postea, n.39.* Subdit hæc dixisse ad explicandum qua ratione possit aliquo modo in conscientia saluari pluralitas beneficiorum simplicium, quæ in tot Clericis, & Prælatis cernitur. Nam quod quando vnum est sufficiens, sit legitima causa habendi plura, vel dispensandi quoad dictam beneficiorum pluralitatem, si nulla adsit alia legitima causa, non caret graui dubio. Quia etiam Clerici digni possunt beneficiorum fructus in honestos vsus, & pias causas insumere; quibus Propterea ad euitandum iniustam Patrimonij Christi distributionem conferri debent beneficia, ne alioqui, & illis iniuria fiat, & Dei cultus diminuatur. Quod si nulli adsint, qui eos fructus piè erogent, tunc erit causa legitima conferendi vni plura beneficia; non quia ij, quibus conferuntur, benè fructus impendant, sed quia desunt alij Clerici idonei, vt in locis hæreticorum, quia bona Ecclesiarum, & fructus beneficiorum sibi vsurpant, & dissipant. Et ideo Azorius *d. c.12. quæst. 3.* predictam causam non approbat, si sola sit; & ait non placere aliis multis: additque Cardinalem habuisse dictam causam pro legitima, quia putauit beneficiorum simplicium pluralitatem prohiberi tantum iure Canonico, & consuetudinem pro dicta pluralitate sufficere. Ita Bossius.

Sup hoc foro conscientiæ Resol. not. primæ huius Resol. in eius §. Neque obstendant.

7. Et quidem hoc vltimum quod notat ex Azorio confirmat Io. Vvigers, *de Iust. tract. 7. c. 3. dub. 19. n. 82.* vbi docet non esse iustam causam dispensandi super pluralitate beneficiorum, vt qui ea obtinere intendit, aut possidet, fructus eroget in pios vsus quod etiam DD. communiter tradunt, teste Nauarro *in Comment. de pluralitate beneficiorum*; quamuis ipse quoad retentionem videatur aliter sentire: sed ratio videtur euidens, quia dispensatio requirit causam extraordinariam: quod autem fructus superflui erogentur in pios vsus non est quid extraordinarium. Deinde propter bonum aliquem finem per accidens, non debent inuerti Leges, & Statuta quæ seruiunt ad bonum finem ipsius rei per se multò nobiliorẽ: vnde minus debet ea de causa omitti finis per se; per accidens autem est beneficiis, quod fructus impendantur in alios pios vsus, quam in sustentationem Ministrorum Ecclesiæ, quatenus scilicet contingit beneficium habere plures fructus, quam Minister indigeat, per se autem beneficiis conuenit, quod inde alantur Ministri Ecclesiæ, & hi iuxta eorum numerum multiplicentur quantum fieri potest: ergo &c. Ita ille; cui adde Malderum, *de Iust. tractat. 9. cap. 2. dub. 18.* & Layman, *lib. 4. tract. 2. cap. 7. num. 2.* in fine nominatim Cardinalem, & Nauarrum impugnantem. Et hæc dicta sufficiant in materia tam periculosa, & lubrica: vnde in facti contingentia videat vnusquisque quid faciat, & viros doctos, ac timoratos consulat nec dicat, ille, vel ille hoc facit: Ergo licitum erit facere, præter DD. citatos legat Petrum Marchant. *in Tribun. Sacramtom. 3. tract. 10. titul. 4. quæst. 2. concluſ. 2.* qui firmat, quod nemini suffragatur dispensatio Pontificia ad possidendum plura simul beneficia nisi ex iusta causa fuerit obtenta.

RESOL. CLXXIII.

An in foro conscientiæ sit licita, & possit retineri pensio obtenta à Pontifice absque iusta causa, sine obrepti

obreptione, aut subreptione?
Et aliqua supponuntur pro intelligentia huius quæstionis.
Et quæritur, an sit tutus in foro conscientiæ resignans beneficium, si omnes fructus beneficij, (vt sæpe fit, assignentur in pensionem ipsi resignanti, vel tanta pars, vt resignatarius non possit commode sustentari? Ex part. 10. tractat. 14. & Misc. 4. Res. 72. alias 70.

1. SVppono causas iustas imponendi pensiones has esse; Pro pensione temporali debet esse seruitium aliquod Ecclesiæ faciendum ab ipso pensionario, in cuius stipendium illa fructuum Ecclesiasticorum portio à Beneficio seiungitur; vel potest esse seruitium aliquod factum ab ipso pensionario, vel à suis consanguineis, in cuius obsequij gratitudinem illa pensio conceditur. Pro pensione spirituali duplex causa assignatur à Doctoribus, sub qua multiplex comprehenditur, lucrativa scilicet, & onerosa. Lucrativa, cùm ob causam aliquam piam & honestam reseruatur tibi ex alieno Beneficio pensio, v.g. quia studiis vacas, hospitalitatem exerces, honestè viuis, aut alia via de Ecclesia es benemeritus. Onerosa causa; quia sub onere aliquo Pensio tibi conceditur, vt contingit, cùm conceditur tibi Pensio, quia Beneficium possessum resignas, iuxta cap. *Super hoc de Renunciat.* vel quia cedis liti, & iuri prætenso, iuxta cap. *Nisi de prabendis.* vel quia tuum beneficium cum altero minori permutas, *c. Ad quæstiones, de rer. permut.* & ita docet Palaus, *tom. 2. resol. 13. disp. 3. punct 11. num. 1.*

2. Hoc supposito assero; quod ad quæstionem propositam negatiuè respondent Theologi, vt Victoria, *relect. de simonia, num. 50. & 51.* Aragonius *2.2. quæst. 63. art. 2. vers. De annuis autem Pensionibus.* Gambarus *de officio Legati, l. 10. n. 386.* Emanuel Rodriquez *in summa, tom. 2. cap. 21.* Vega *in summa, 2. part. cap. 65. casu. 6.* Petrus Ledesma, *2. part. summ. tract. 7. cap. 1. & tract. 12. conclus. 21.* Tolerus, *summ. lib. 5. cap. 83. num. 1. vers. secunda est.* Lessius *de Iustit. lib. 2. capit. 34. numer. 204.* Gabriël Vasquez *in Opusc. de Benefic. cap. 2. §. 3. dub. 11. à num. 98.* quibus adde Bossium *in mor. tom. 2. tit. 7. §. 3. num. 60.* qui latè quæstionem pertractat. Et ratio est quia Pontifex non est Dominus Beneficiorum, neque illorum fructuum, aliàs sine culpa posset in quemcumque vsum de illis disponere: sed est illorum Administrator, & Dispensator, iuxta illud Pauli 1. ad Corinth. 4. *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores Mysteriorum Dei.* At dispensator, & Distributor ius non habet dispensandi, & distribuendi, nisi quatenus visum fuerit ei, cuius est Dispensator, & Distributor. Christus autem Dominus, cuius Pontifex est dispensator, & distributor non consentit in distributione Ecclesiasticorum bonorum, quæ Ecclesiæ nociua sit qualis est Pensio Beneficiis absque causa imposita; Ergo inualidè Pontifex illam imposuit, & inualidè accipit Pensionarius. Itaque non obstat quod Papa habeat plenam potestatem, & administrationem Beneficiorum: nam non habet vt Dominus absolutus, sed vt fidelis dispensator in ædificationem, non in destructionem; ac proindè ex illa plena potestate, & administratione solum sequitur, vt in foro externo valeat pensio sine vlla causa obtenta à Papa scienter sic dispensante; non vero vt illam obtinens sit tutus in conscientia, & coram Deo, & vt Papa grauiter non peccet irrationabiliter, & pro sola sua voluntate bona Ecclesiæ in vsus non pios distribuendo, & dispensando, ac dispergendo. Quare dato etiam quod Papa sit dominus Beneficiorum, vt multi tenent (licet minus probabiliter) non est tamen, nec potest dici dominus, vt possit de illis disponere merè pro libito, & voluntate sua, (sicut vnusquisque de suis temporalibus, de quibus habet absolutum, & expeditum dominium, potest disponere, sed tantum prudenter, pro voluntate regulata à recta ratione, atque adeò sine vlla rationabili causa non potest alteri Pensionem conferre, & si faceret, (quod in dubio præsumi de Papa non debet,) peccaret grauiter vt rectè ait Azorius *2. part. Institut moral. lib. 8. c. 5. quæst. 8.* & etiam obtinens non esset tutus coram Deo: vnde ex his inferunt Theologi, resignantem Beneficium in manibus Papæ in fauorem alicuius cum reseruatione certæ Pensionis in foro conscientiæ non esse tutum, si sine causa prædictam resignationem faciat, & Pensionem obtinuit præsertim ad solam cupiditatem, & ad luxum, & pompam vanam. Ita in terminis Corduba, & Ioannes Valerus. Asserunt etiam Theologi, quod non erit tutus in foro conscientiæ, & coram Deo resignans, si omnes fructus beneficij (vt sæpè fit) assignentur in Pensionem ipsi resignanti, vel tanta pars, vt resignatarius non possit commode sustentari; vt etiam sentiunt Sotus, *lib. 9. de Iustitia, quæst. 7. art. 2. vers. Præterea.* & fructus omnes pro pensione statuere. Vt Palacius *in Annotat. ad summ. Caietani, ver. Simonia.* quos sequitur Ioannes Valerus, *vers. Pensio, differ. 2.* Probat Sotus, quia aduersatur Diuino iuri, & naturali, ac rectæ rationi, vt quis sit addictus seruitio absque vllo, vel saltem ad congruam sustentationem stipendio quod totum, vel pro maiori detur non seruienti. Vt enim habetur, *cap. fin. de rescriptis in 6.* Beneficium datur propter Officium, quapropter rationi dissonat; vt omnes fructus dentur non seruienti, nisi fortasse seruienti sufficiant distributiones, quæ sint ita pingues, vt satis sint ad honestam sustentationem.

3. Sed his non obstantibus, quod in Papa non requiratur causa ad imponendas Pensiones tradunt Canonistæ, vt Filinus *in cap. Ad audientiam 2. de Rescriptis, num. 2. & 4.* Decius *consil. 436.* Gigas *de Pensio. quæst. 6. à num. 7. & quæst. 10.* Sarnensis *in compendio vtriusque signaturæ. vers. Et est aduertendum.* Rebuffus *de Pacificis Possessoribus, numer. 129. aliàs 110.* Corrasius, *de Benefic. 1. part. cap. 4. num. 13.* Ioan. Nicolaus Delphinas *de iure patron. lib. 1. n. 67. & 70.* Mandosius *de signatura gratiæ, tit. de Pensionibus, vers. Papa,* absque aliqua causa, Camillus Cautius *in tract. de pensione Episcopali, num. 10.* qui habetur *15. tom. part. 2. tract. Nouorum,* Granucius *ad Simon. de reseruatio. quæst. 62. num. 4.* Petrus Gregorius *de benefic. cap. 29. num. 2.* Masches. *de commissionibus. 2. part. cap. 4. de commissione appellationis, num. 42.* & Flaminius Parisius *de resignat. Benefic. lib. 6. quæst. 2. num. 131. & 155.* qui docent, Papam posse pensionem imponere sine causa, & etiam sine consensu Beneficiati, & Caputaquen. *decis. 316. part. 2.* Rota *in vna Camerien. Pensionis 7. Iunij 1591. coram D. Giptio,* vbi resoluit, quod Reg. de non tollendo iure quæsito, non est necessaria derogatio in declaratoriis, Gabriël *de Reg. iur. concl. 3. num. 65.* nec rursus est necessaria in impositione pensionis, &c. quia Papa pro libito voluntatis potest pensiones super beneficiis imponere, & transferre. Parisius *consil. 60. num. 69. lib. 4. & in Oxomen. Pensionis, 20. Maij, 1598. coram D. Lita.* & rationem afferunt quod Papa liberam potestatem, & plenam administrationem Beneficiorum, maximè dum vacant, habet, cap. 2. *de Prabend. lib. 6.* Gloss. *in cap. Gratiosè, de Rescriptis. eod. tit.* dicens, quod in beneficialibus est pro ratione voluntas Papæ, quam Glossam commendant ibidem Doctores, & Decius.

consil. 386. *num.* 11. & docent Doctores citati à Garzia, & copiosè Selua, *de beneficiis, quæst.* 1. *per totam.* Ex hac enim plenitudine potestatis sequitur, vt ipse possit pensionem in beneficiis imponere sine causa vlla. Id quod confirmat Ioannes Nicolaus, quia vbi Papa disponit contra ea, quæ sunt iuris positiui, (vt est hoc, quod beneficia conferantur absque diminutione) non fundatur in ratione naturali, vel diuina, sed tunc sola voluntas ipsius Papæ sufficit pro ratione, & pro causa, sicut multa statuit, in quibus sola voluntas sufficit, vt latè per Felinum *in dicto cap. Ad audientiam.* Quare cum Papa id possit, tutè etiam in vtroque foro poterit pensio retineri.

4. Et hæ sunt pugnantes sententiæ circa præsentem difficultatem. Ego, vt verum fatear, opinioni Theologorum tanquam probabiliori adhæreo; non audeo tamen opinionem Canonistarum tanquam improbabilem damnare. Nec displicet etiam mihi opinio media Castri Palai *tom.* 2. *tract.* 13. *disput.* 1 *punct.* 11. *num.* 3. nempe, pensionem à Pontifice impositam sine causa validam esse, & securè à pensionario accipi, tametsi illicitè fuerit imposita, & à Pontifice debeat reuocari. Et quidem illicitam esse talis pensionis impositionem est manifestum. Tum quia generale est quamlibet actionem sine legitimo fine factam illicitam esse. Tum quia contra rationem est bona Ecclesiæ dispensare extra finem, ad quem fuerunt relicta, sed fuerunt relicta pro bono Ecclesiæ; & in augmentum fidei, & diuini cultus, vt de se constat. Ergo distributio, quæ in bonum Ecclesiæ non cedit, qualis est impositio pensionis sine causa, illicita est. Quod autem valida sit, Probo: quia negari non potest dominium Ecclesiasticorum bonorum penes Ecclesiam residere, & consequenter penes Pontificem, tanquam illius caput, & superiorem. Ergo si Pontifex hæc bona alienet, validè alienat; tametsi alienationem ipse, & successor reuocare possint, & debeant. Deinde, esto Pontifex Beneficiorum, & Ecclesiasticorum fructuum dominus non sit, sed solùm dispensator, & distributor, si tamen inter Clericos illa bona dispenset, valida est talis dispensatio etiam sine causa; quia talis dispensatio non est in substantia contra voluntatem Ecclesiæ, & Christi, si quidem non est dispensatio extra Ecclesiam, sed solum in modo, & voluntate dispensationis, est contra voluntatem Christi; & Ecclesiæ. Quod exemplo prouisionis Beneficiorum confirmari potest: Beneficiorum enim collatio dignis facta, omissis dignioribus, illicita est; quia est contra bonum Ecclesiæ, & modum ab ipsa præscriptum: at talis collatio valida est, quia non contradicit substantiali eius intentioni, quæ est, vt ministris dignis collatio fiat. At si pensio non pro Clericis, sed pro Laïcis imposita sit, & Pontifex solùm sit Ecclesiasticorum bonorum ministrator, firma non erit ob rationem in prima sententia dictam; quia est contra voluntatem Ecclesiæ talis distributio, & alienatio.

Sup pra sa Ho sito, pauto post initiũ, vers. Ratio est, & latissimè in alia Res. eius nor.

TRACTATVS TERTIVS
DE
POTESTATE EPISCOPORVM
QVOAD DISPENSANDVM ET ABSOLVENDVM, vigore, Cap. VI. Sess. XXIV. Concilij Tridentini de Reform.

ET ALIÆ DIVERSÆ DIFFICVLTATES ET RESOLLVTIONES ad ipsosmet Episcopos specialiter pertinentes: & etiam quoad prouisiones per concursum ad beneficia, Canonicatus, dignitates, &c. faciendas per Episcopos, Pontifices, & Reges; & pro admissione resignationis beneficiorum, & impositione pensionis super ea etiam in hoc tract. discutiuntur.

PROLOGVS.

Ante Resolutionem primam. Tract. 2. Part. 7.

SATIS ampla potestas fuit concessa Episcopis à Sacro Concilio Tridentino *in cap.* 6. *sess.* 24. *de Reformat.* vbi sic habetur. *Liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus & suspensionibus ex dilecto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario; & exceptis aliis deductis ad forum contensiosum, dispensare, & in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, delinquentes quoscumque sibi subditos in Diœcesi sua, per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientiæ gratis absoluere, imposita pœnitentia salutari. Idem etiam in hæresis crimine in eodem foro conscientiæ eis tantùm, non eorum Vicariis sit permissum.* Ita Concilium. Ego in gratiam Dominorum Episcoporum aliquas Quæstiones in hoc Tractatu occasione horum verborum agitabo; ideo Quæro.

RESOL. I.

An Episcopus electus, & confirmatus, quamvis non consecratus possit vti hoc privilegio?

Et quid est dicendum, si Episcopus tantum sit electus & non confirmatus?

Et an hæc facultas non competat Episcopis carentibus diœcesi,

diœcesi, & Titularibus. Ex part. 7. tractat. 2. Resol. 1.

§.1. VIdetur prima facie negatiuè respondendum; quia Episcopus non consecratus vedum, & propriè, non dicitur Episcopus, vt patet ex te, ibi, *ante promotionem tuam*, & textu *in cap. eam te*, ibi, *neque esses adhuc in Episcopum consecratus*, de ibi, *neque esses adhuc in Episcopum consecratus, de rescript. cap. ua*, ibi, *Episcopo, vel electo, de his, quæ fiunt a Prælatis, cap. tam. litteris 33. de testibus.* Ex quibus ita obseruant. Abb. *num. 2.* Felin. & Dec. & omnes *in dict. cap. eam te*, glos. 1. & communis *in cap. 1. de rebus domibus*, glos. *verb. Pontificum in Clement. 2. de celebratione Missar. glos. 2. in Clement. 1. de pœnis.* Ias. *in l. 2. num. 4. ff. de inofficioso testamento*, Gomez *in reg. de triennali quæst. 36.* Fr. Emmanuel *quæst. Regularium. tom. 1. q. 18. art. 2.*

2. Sed his obstantibus potiùs dicendum est etiam Episcopum nó consecratum dici verum Episcopum, quoad omnia, quæ pertinent ad potestatem iurisdictionis, cùm nomen, Episcopus, videatur ex sui Etymologia competere electis, & confirmatis, quibus à tempore confirmationis possessione legitima capta totius Diœcesis administratio & cura incumbit, *cap. cum in cunctis, §. cum verò, iuncta glos. verb. administrationem, de elect.*

3. Igitur ad quæstionem propositam assero Episcopos electos & confirmatos quamuis non consecratos posse vti Priuilegio Concilij Tridentini *in d. cap. Licet*; quia dictis Episcopis competunt ea, quæ sunt iurisdictionis, sed talis est facultas dispensandi, ergo.

4. Et ita tenent Villalobos *in summa tom. 1. tract. 21. difficult. 9. num. 4.* Trullench. *in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 3. dub. 4. num. 2.* Floronus *de cas. reseru. part. 1. cap. 4. §. 7. num. 9.* Suarez, *tom. 5. disput. 42. sect. 2. num. 7.* Alzedus *in praxi Episcop. part. 2. cap. 6. num. 39.* Sanchez *de Matrim. lib. 8. disputat. 2. numer. 1.* Filliucius, *tom. 1. tractat. 20. cap. 10. num. 270.* & alij. Hinc Episcopos electos, & confirmatos, quamuis non consecratos posse dispensare in votis & iuramentis, tradiderunt, Lessius *lib. 2. cap. 40. dub. 12. num. 10.* Sanchez *in Summa, tom. 1. lib. 4. cap. 38. num. 9.* vbi docet secus dicendum esse, si Episcopi solùm electi essent, quod etiam dicendum est in casu nostro.

5. Patet etiam ex supradictis hanc facultatem non competere Episcopis carentibus Diœcesi, vt notat Pharaonius in Promptuar. *tract. 1. sess. 18. cas. 30.* & alij. Hinc Episcopi titulares non gaudent hac facultate, vt notauit Trullench. *in Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 3. dub. 4. num. 1.*

RESOL. II.

An Episcopi, vbi non est receptum Concilium Tridentinum, possint vti facultate huius decreti?

Et quid, vbi quoad aliquam specialem legem, vel onus non est receptum? Ex part. 7. tr. 2. Res. 2.

§.1. REspondeo negatiuè, quia vbi non est acceptatem quoad leges onerosas, neque videtur acceptatum quoad fauorabiles. Ita tenent Amicus *de Iustit. & iure disput. 6. sect. 3. num. 50.* Castrus Palaus, *tom. 1. tractat. 4. disputat. 4. punctat. 3. §. 1. num. 2.* Caspensis *in curs. Theolog. tom. 2. tract. 25. disp. 5. sect. 17. num. 115.* Villalobos *in summa tom. 1. tract. 21. difficult. 3. num. 3.* Suarez *de Cens. disput. 41. sect. ... num. 6.* Filliucius *tom. 1. tract. 20. cap. 10. num. 269.* Gauantus *in manual. Episcop. verb. absolutio, num. 6.* Bossius *de Iubileo sect. 1. cas. 10. §. 10. num. 202.* Alterius *de Cens. tom. 2. disputat. 8. cap. 3. concl. 3.* Alzedus *in Praxi part. 2. cap. 6. num. 29.* Nauinus *de potest. Episcop. cap. 26. num. 19.* Trullench. *in decal. tom. 1. lib. 1. cap. 3. dub 4. num. 2.* & alii.

2. Sed Sanchez *in Summa tom. 1. lib. 1. cap. 11. num. 3.* secus intelligit, vbi circa aliquam specialem legem, vel onus, non est receptum: nil enim impediret, quo minus, quoad fauores, cum cæteris legibus, & oneribus reciperetur. Quia communis sententia in tractatu de legibus tuetur stare, legem quoad partem esse receptam, & quo ad partem non: atque quoad solam partem receptam obligare. Insuper posset prædictum Tridentinum, quoad omnia alicubi receptum esse, ac obligandi vires sumpsisse: at postmodum decursu temporis abrogatum esse contraria consuetudine legitimè præscripta, quoad leges & onera manens in robore pristino, quoad fauores. Quia cùm semel ius acquisitum sit ad fauores, nec consuetudo amplius, quam id de quo inducta est, abroget; non est cur consuetudine solum inducta circa leges, & onera, & proinde illa abroganti, censeantur quoque fauores abrogati.

RESOL. III.

An Episcopi, vbi Concilium Tridentiuum non est vsu receptum, possint vti priuilegio eis concesso per dictum Concilium. sess. 24. cap. 6. de Reformat.

Et quid circa hoc declarauit Sacra Congregatio?

Et notatur in Gallia Episcopos vti facultate dispensandi per Canonem, Liceat Concilij Tridentini, *absque vllo ad Summum Pontificem recursu.* Ex part. 6. tractat. 8. & Misc. 3. Res. 27.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Franciscus Zypæus *in consultationibus Canonicis, lib. 4. tit. de Congregatione spirituali, consult. 1.* vbi sic asserit: Non possum accedere facilè ad eorum opinionem, qui negant Episcopos, vbi Concil. Trident. nondum est receptum, vti posse facultate eis per Concilium tributa *sess. 24. cap. 6.* quos Barbosa *in Collect. DD. ad Concil. Trident. dict. cap. 6. num. 3.* citat. Cùm etiam decretum illud non in gratiam priuatorum, sed pro salute populi sit inductum: quam remorari non debet, sicuti hæresis, peruicacia, aut aliæ quorumdam causæ publicationem Concilij impendiant: cùm etiam in priuatis alter alterius odio non debeat prægrauari: vel conditio eius deterior fieri: neque Ecclesia pia mater morbis filiorum idonea quædam remedia auferri velle censenda est, ideo quia non omnia recipiunt, crudelis medicus crederetur, qui nollet aliter curare. Ita Zypæus.

Sup. hoc in Res. præcerita, & in alio §. eius annot.

2. Sed Episcopos illarum regionum in quibus Concilium Tridentinum adhuc receptum nó est non posse vti facultate concessa in supradicto Decreto testatur declarasse Sacram Congregationem Concilij Nicolaus Garsius *de beneficiis, part. 7. cap. 11. num. 23.* Et hanc sententiam tenet Sanchez *in summa, tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 2.* & alij, quos citat, & sequitur Barbosa *de potestat. Episcop. part. 2. allegat. 39. num. 3.* Vnde supposita dicta declaratione, non videtur recedendum ab ea. Nota tamen, quod Andreas Duuallius ex inclyta Academia Parisiensi præstantissimus Theologus *in tractat. de Summo Pontifice, part. 3. quæst. 7.* docet, in Gallia Episcopos vti facultate dispensandi per Canonem *Liceat* Concilij Tridentini, absque vllo ad Summum Pontificem recursu.

RESOL

RESOL. IV.

An Vicarius Episcopi ex generali commissione habeat potestatem dispensandi in casibus Papalibus quos potest absoluere, & dispensare Episcopus ratione alicuius impedimenti?

Et quid de Regularibus, vel de priuilegio Cruciatæ?

Ex part. 9. tractat. 6. & Misc. 1. Resol. 55. alias 56.

Sup. hoc in §. 1. tom. 7. tr. 1. Res. 291. in fine à vers. An vero, & hic infra lege doctrinã Res. 14.

QVoad primum affirmatiuè respondet P. Bossius *de iurisdict. Episc. discept. 1. dub. 8. numer. 49.* & rationem colligit ex his, quæ dixit *in tract. de triplici Iubilei priuilegio, sect. 3. casu 2. §. 3. num. 60.* Vicarius enim generalis est propriè Ordinarius in tota Diœcesi, & habet eandem iurisdictionem ordinariam, quam habet Episcopus; & cum eodem Episcopo constituit vnum Tribunal, & idem Consistorium: ergo, cùm dicta facultas absoluendi impeditos à casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, non sit delegata, sed ordinaria, vt ex ipso iure in sacris Canonibus *supra* allegatis; sed annexa muneri, & iurisdictioni Episcopali, competet etiam Vicario generali. Confirmatur: quia saltem in his, quæ spectant ad forum pœnitentiæ, & animæ, vbi Vicarius generalis non excluditur, comprehenditur nomine Episcopi. Qua propter Concil. Trident. *sess. 24. cap. 6. de reform.* concedens Episcopo facultatem dispensandi, & absoluendi in foro conscientiæ à casibus & censuris papalibus occultis, excluſit Vicarium generalem, nisi specialiter deputetur ab Episcopo. Ex quo sumitur probabilis coniectura, quòd in aliis casibus sit permissum Vicario generali absque alia speciali deputatione; quia exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis, vt tradunt Doctores citati *in dict. tract. sect. 1. casu 10. §. 1. num. 8* & constat ex cap. *Dominus 32. quæst. 7. cap. 2. de coniug. leprof.* Et hanc sententiam, ex Bonacina, probabilem esse putat noster Leone *de censur. recollect. 2. num. 894. in fine.*

2. Verùm ego magis adhæreo negatiuæ sententiæ, quia huiusmodi facultas specialiter Episcopo conceditur, ratione suæ dignitatis, & officij: ergo nisi specialiter delegetur, non censetur concessa nam in generali concessione, seu commissione, non veniunt specialia, quæ non esset Episcopus verisimiliter concessurus, cap. *cùm in generali. de officio Vicarij, in 6.* & cap. *1. de pœnit. & remiss. in 6.* Ita Sbroz *de Vic. lib. 2. c. 180.* Graffius *de effect. Cler. effect. 9. n. 181. 182.* & ita sentire videntur etiam Panormitanus *in cap. De cætero. de sent. excom.* Siluester *verb. Absolutio, 4. num. 5.* dum dicunt, hanc facultatem absoluendi impeditos non competere Prælatis Episcopo inferioribus.

Sup contentis in hoc & duobus seqq. §§. in Resolutionibus positis infra in annotatione §. sed ego, huius Res.

3. Vnde nouissimè hanc sententiam tenet Quintanadueñas *tom. 1. tract. 9. sing. 1. n. 6.* vbi loquens de Regularibus, ait posse quidem virtute priuilegiorum dispensare in casibus, qui ex ordinaria solùm iurisdictione, vel à iure, vel consuetudine Episcopo competunt absolutè; non verò in iis, qui ratione vrgentis necessitatis, vt docent Enriq. *lib. 6. de pœnit. cap. 14. num. 7.* Manuël *in Cruc. §. 9. num. 118.* & Sanchez *lib. 2. de matrim. disput. 40. num. 9.* Et licet hæc iurisdictio sit Episcopo ordinaria, quia non ex Principis priuilegio inest personæ, sed perpetuò dignitati, vel officio; & ideò eam vtpote talem potest ille delegare, etiam generaliter, vt ex pluribus Doctoribus probat Sanch. *supr. num. 14. ad. 17.* contra alios, non ideò absolutè est casus Episcopalis, exercitium, huiusmodi potestatis dispensandi in casu grauissimæ necessitatis, sed Pontificius: quia Pontifici absolutè, & Episcopo secundùm quid, seu ratione necessitatis competit: & ita Vicarius eius ex generali commissione sibi concessa dispensandi in impedimentis, hanc facultatem non habet, nisi ei sit specialiter commissa, vt cum aliis docet Sanchez *num. 12.* Nuntius verò Apostolicus, vtpote Delegatus ad vniuersitatem causarum, potest hanc subdelegare. Ita Quintanadueñas.

Sup. contenta in hoc §. tom. 7. tr. 1. Res. 291. in fine.

4. Sed nota, quòd in ordine ad Regulares, contrariam sententiam probabilem putat nouissimè doctus Pater Leander à Murcia *ad cap. 9. Regulæ D. Francisci, quæst 8. num. 16.* vbi sic ait: *Prouable es; que pueden los Confessores Regulares dispensar en los votos, que aunque por razon de la materia sean reseruados al Papa, por alguna circunstancia de necessidad vrgente, y causa justa, ò por otras semejantes, pueden dispensar en ellos los Señores Obispos. Esta sententia tienen los Autores de la primera opinion, y se prueua: porque los Sumos Pontifices conceden facultad à los Confessores Regulares para dispensar en todos los votos reseruados à los Obispos: los reseruados al Papa, supuestas las circunstancias referidas, dexan de ser reseruados à el, y quedan reseruados por derecho ordinario à los Obispos: luego pueden absoluer los Regulares dellos. La mayor es cierta, y la deuemos prouada en la quarta conclusion. La menor, en quanto a que los dichos votos, quando concurren las circunstancias de necessidad, y imposibilidad, en la persona que hizo el voto de recorrer al Papa, y de vrgentia, y causa justa para la dispensacion, los puedam dispensar los Obispos, es commun de los Doctores y que queden reseruados à los Obispos por derecho ordinario, se prueua: porque por derecho diuino, si bien subordinado al Sumo Pontifice, tiene el Obispo en su Obispado tanta autoridad, como el Papa en toda la Iglesia, como communmente tienen los Doctores alegados por la quarta conclusion; luego este derecho es ordinario en el Obispo, y la reseruacion extraordinaria, y especial: y assi boluiendo à el este derecho; y cessando por las circunstancias dichas la reseruacion al Papa, no le buelue cosa especial, que no tuuiesse por derecho diuino; luego si los Sumos Pontifices conceden à los Regulares que puedan dispensar en todos los votos, que pueden los Obispos, y en los dichos casos, por razon de las dichas circunstancias, pueden dispensar por derecho proprio, y ordinario, por el mismo caso podran lo mismo los Confessores Regulares.* Ita ille.

Sup. hoc §. tom. 7. tr. 1. Res. 291. in fine à vers. An vero, & hic infra lege doctrinã Res. 14. post seq.

Sup. hoc §. tom. 7. tr. 1. Res. 291. in fine à vers. An vero, & hic infra lege doctrinã Res. 14. aliis notatis.

5. Sed ego prorsus puto, non esse recedendum à sententia negante hanc facultatem Regularibus, per ea, quæ dixi *in par. 6. tract. 6. resol. 50.* contra Crouserum cum Sanchez, Fagundez, Suarez, Henriquez, & aliis, quibus nunc addo Mirandam *in Manual. Prælat. qnæst. 48. num. 4.* Poncium *de matrimon. lib. 8. cap. 10. num. 11.* Barbosam *de potest. Episcop. part. 2. allegat. 37. num. 14.* & Castrum Palaum *tom. 3. tract. 15. disput. 2. punct. 12. num. 7.* vbi nobiscum firmat, Regulares mendicantes, & reliquos, quibus comparatione facularium concessa est facultas, vota Episcopalia, dispensandi, vel commutandi; dispensare vel commutare nullatenus posse vota reseruata in casu necessitatis vrgentis. Quia illa vota non desinunt esse reseruata; eò quòd Episcopis competant in casu vrgentis necessitatis ex benigna Pontificis interpretatione: sicut non desinunt esse casus reseruati, eò quòd in articulo mortis eorum absolutio concedatur. At his Regularibus solùm conceduntur vota, quæ iure ordinario sunt Episcopalia, & non reseruata: secùs quæ extraordinario iure; & per accidens Episcopis competunt, & verè reseruata sunt. Ergo. &c.

Quæ hic dicta in tom. 7. tr. 1. Res. 291. & legi hic Christum Res. 267. ibi Sicut &c. & §. vltimo. tom. 2. tr. 3. Res. 198. Observandum & in tom. 2. tr. 4. Res. 5. §. vltimo. propter finem à vers. Addit.

5. Et hanc sententiam procedere etiam virtute priuilegij

Sup. hoc

priuilegij Bullæ Cruciatæ existimo, per ea, quæ notat Trullench. *in Bull. Cruc. lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 5. num. 10.* & Doctissimus Pater Bardi *part. 2. tract. 7. cap. 2. sect. 5. §. 13. num. 136.* Qui rationem diuersam ab aliis adducit; nempe, ex diuersitate, quæ reperitur inter potestatem ordinariam, & delegatam: potestas enim delegata non extenditur vltra casus illos, qui sunt concessi, quamuis ponatur summa necessitas in casibus non concessis: nam adæquatum obiectum talis potestatis, cùm sint casus concessi, nequit ipsa ampliari ad casus non concessos: vt sic enim egrederetur limites sui adæquati obiecti, quod est impossibile: sed quoad potestatem ordinariam res non ita se habet: quia ipsa, cùm ex sua natura ad omnes illos extenderetur, nisi fuisset limitata? seu nisi fuisset à sui efficacia impedita; idcircò quando tales circumstantiæ concurrerint, in quibus limitatio illa redunderet in detrimentum spirituale proximorum; tunc in illis circumstantiis casus, circa quem versabatur limitatio, relinquitur sub ordinaria potestate Episcopi, & hoc per quandam explicatam, seu tacitam voluntatem Summi Pontificis. Ex quo non valet instare in illis circumstantiis absolutè, & simpliciter casum non esse reseruatum: quia tunc etiam manet sub reseruatione, & solùm est sub potestate Episcopi ex quadam benigna interpretatione voluntatis ipsius Pontificis reseruantis, qui cùm sit vniuersalis Pastor, præsumitur intentionem habere subueniendi omnibus, quando necessitas occurrit: quia hîc, & nunc occurrit necessitas dispensandi in tali voto; & dispensatio fieri nequit ab ipsomet Pontifice; ne fideles remedio sint destituti conueniens fuit, vt in his circumstantiis Pontifex non reseruaret sibi votum in ordine ad Episcopum: sed illud relinqueret sub potestate ordinaria Episcopi; manente tamen reseruatione quoad alios inferiores; cùm nulla sit moralis necessitas, vt in prædictis circumstantiis reseruatio etiam tollatur respectu inferiorum. Sed hæc omnia procedunt, non solùm in ordine ad priuilegium Bullæ; sed etiam in ordine ad priuilegia Regularibus concessa: ergo, &c. Vnde ex his ego in facti contingentia consului, non potuisse Regulares, sed Episcopum dispensare; vt matrimonium contraheret, non expectata Pontificis dispensatione, iuueni quidam voto Religionis, & castitatis astrictus, qui violaueratvirginem, & ad reparationem honoris illius, matrimonium necessarium erat, & à cogruis impediendum erat, si dispensatio pontificia expectaretur.

RESOL. V.

An Abbates, & alij Prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem includantur sub nomine Episcopi in decreto Concilij Tridentini, sess. 24. cap. 6. de reformat. quoad dispensandum, & absoluendum?

Et an Eminentissimi Cardinales in Ecclesiis suorum titulorum comprehendantur sub nomine Episcopi in hoc decreto? Ex p. 7. tr. 2. Res. 4.

§. 1.

NEgant Bonacina *de Cens. disput. 7. quæst. 5. puncto 1. num. 6.* Filliucius, *tom. 1. tract. 10. cap. 10. num. 270.* Suarez, *tomo 4. disput. 30. sect. 2. num. 6.* & *tomo 5. disput. 41. sect. 2. num. 7.* Garzias, *de Benef. par. 7. cap. 11. num. 13.* & 17. Campanelli, *in defensat. Iuris Canonici Rubr. 7. cap. 5. num. 5.* Gamarus, *in Man. Episcop. ver. Absolutio, num. 5.* & *ver. Censura, num. 2.* Ledesma, *in Summa, tom 2. tract. 1. cap. 6. difficult. 1.* Et in hanc sententiam inclinat Pater Thesaurus, *in Praxi de Pœnis, part. 1. cap. 23. §. 6.* & docet expressè *in capit. 24. §. Respond. tertiò.*

2. Probatur hæc sententia, quia licet aliquando sub nomine Episcopi comprehendantur Prælati inferiores, non comprehenduntur tamen in dicto Decreto Concilij: tum quia cùm illa constitutio sit exorbitans, à iure communi, illique deroget, (quo inspecto solus Papa dispensare, & absoluere potest) non est amplianda, sed potius limitanda, vt nomine Episcopi intelligantur ij, qui sunt verè Episcopi saltem confirmati: tum quia referentibus Suarez, Garcia, & aliis locis citatis, Sacra Congregatio ita declarauit his verbis: In hoc Decreto non comprehenduntur inferiores habentes iurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem, sed tantum Episcopi priuatiuè quoad omnes alios.

3. Sed si hæc declaratio esset authentica ei acquiescerem, interim verò dum mihi non constat, puto affirmatiuam sententiam esse satis tutam, & probabilem, quam tuetur, nouissimè Machinus *de Sacram. Ordinis, tract. 1. part. 9. difficul. 1. num. 3.* & *seq.* Caspensis *in cursu Theol. tom. 2. tract. 25. disp. 5. sect. 17. num. 118.* Villalobos. *in Summa tom. 1. tract. 21. difficult. 9. num. 7.* & Trullench. *in Decalogum tom. 1. lib. 1. cap. 3. dub. 4. num. 3.* Quibus adde Stephanum Aluinum *de potest. Episcop. cap. 27. num. 2.* Rodriguez *in quæst. Regul. tom. 1. quæst. 14. artic. 13.* & 17. & *quæst. 61. artic. 9.* Sayrum *in Claui Regia lib. 6. cap. 11. num. 83.* Avilam *de Cens. art. 7. disp. 10. dub. 6.* Henriquez *lib. 6. cap. 16. num. 1.* & *lib 14. c. 18. num. 2. in Glossa, littera P.* Portel *in dub. Regular. verbo; Prælati potestas, & cap. num 30.* Pharaonium *in Promptuar. tract. 2. sess. 18. cas. 34.* Sanchez *de Matrim. lib. 8. disput. 2. num. 12.* & *in summa tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 15.* Beja *in Respons. Cas. Conscient. part. 4. cas. 37.* & alij. Et ratio est, quia dictum Decretum Concilij est fauorabile. Ergo ampliandum, & non restringendum. Secundò in hoc negotio à Concilio non eligitur industria personæ: & dato quod aliqua industria eligatur, vtique erit illa Episcopi, vel habentis Episcopalem iurisdictionem: eiusmodi sunt Prælati, de quibus loquimur. Vltimò probatur, quia hi Abbates, & Prælati in sua Diœcesi habent plenam Episcoporum iurisdictionem possunt enim deputare Vicarium, tribunal erigere, remittere denunciationes matrimoniales; dispensare in aliis casibus, in quibus Episcopus, approbare ad confessiones, exequi defunctorum voluntates, dare litteras dimissorias, & facere cætera, quæ ad Episcopalem iurisdictionem spectant, vt docent Quint. Mand. *in regul. Cancellariæ, reg. 2. quæst. 2. num. 8.* Aloysius Riccius *in praxi aurea, res. 295.* & 304. & alij à Riccio relati, illis quoque plenè subiiciuntur eorum subditi quoad receptionem Sacramentorum; ergo in dicto Decreto Tridentini comprehenduntur nomine Episcoporum ob rationem identitatis, illisque conceditur eadem facultas. Et confirmatur, quia alioqui non videretur ita bene prouisum eorum subditis, si in huiusmodi casibus, pro absolutione, & dispensatione deberent recurrere vel ad summum Pontificem, vel ad alienos Episcopos, vnde essent peioris conditionis hi Prælati, & eorum subditi cum aliquo animarum detrimento, quàm alij fideles, Ergo; &c.

4. Non desinam tamen hic adnotare Beja, & alios respondere ad Declarationem Sacræ Congregationis superiùs adductam, asserunt enim Sacram Congregationem non loqui de his Prælatis, qui sunt exempti, & habent proprium territorium, & Diœcesim distinctam prorsus ab Episcopis, sed de aliis Prælatis non exemptis, & eidem Episcopo in pluribus subiectis, qui nec verè; nec æquiualenter sunt

Episcopi,

Episcopi; quod videtur significare illud verbum, Episcopis inferiores.

§. An verò Eminentissimi Cardinales in Ecclesiis titulorum suorum, comprehendantur in hoc Decreto sub nomine Episcopi, negat Bonacina *de Censur. disput.7. quæst.5. punct.1. num.7.* sed vide me ipsum *in 5. parte, tract.2. Resol.59.*

Quæ nunc inuenietur in tom.9. tr.3. Res.37. & in alio §. ex Res. eius annot.

RESOL. VI.

An Abbates, & alij Prælati inferiores habentes iurisdictionem ordinariam, etiam nullius Diœcesis, gaudeant facultate absoluendi, & dispensandi ex Concilij Tridentini sess.24.c.6.

Et an Capitulum Sede vacante habeat facultatem dispensandi, & absoluendi concessam Episcopis?

Et docetur supradictam facultatem competere etiam Superioribus Regularibus circa suos subditos. Ex p.4.tr.4. & Misc. Res.211.

Sup. hoc lege doctrinã præcedentis Res.

§.1. NEgatiuè respondet Gratianus *in discept. forens. cap.441. num.2.* Toletus *lib.1. cap. 83. num.5.* Aragon. *in 2.2. quæst.88. art.12.* Suarez *in 3.part. tom.4. disput.30. sect.2. num.6. & tom.5. disput.41. sect.2. num.7.* Ledesma *in Summa tom.2. tract.1. c.6. post conclus.2. diffic.1.* & alij.

2. Sed affirmatiuam sententiam docet Henriquez *lib.6 cap.16.num.1.* Flores de Mena *var. resolut. lib. 3. quæst.24. num.18.* Auila *de cens. part.7. disp.10. dub.10.* Sanch. *in sum. tom.1. lib.2. cap.11. num.5.* Duardus *in Bulla Cœnæ lib.3. §. 2. quæst.8. num.55.* Moneta *de commut. vlim. volunt. cap.5. num. 455.* Sigismundus à Bononia *tract. de elect. dub.51.num.8.* & alij asserentes, facultatem, quam habent Episcopi absoluendi à censuris, & dispensandi super irregularitate occulta, &c. ex vigore Concilij Tridentini competere etiam aliis Prælatis habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem; vnde puto vtramque sententiam probabilem esse.

Sup. primo huius §. infrà in tr.5. Res. 19 & 20.

3. Notandum est etiam hîc obiter contra Bonacinam *de cens. disput.7. quæst.5. punct.1. num.6.* & Altherium *de cens. tom.2. disp.8. de suspens. cap.3. ver. ex eodem*, Capitulum Sede vacante habere facultatem dispensandi, & absoluendi concessam Episcopis *in dicto loco Concilij Tridentini.* Ita Sanchez *de matrim. lib.8. disp.2. num.10.* Garsias *de benefic. part.7. cap.11. num.21.* Beja *part.4. cap. cas.37.* Sayrus *in claui Regia lib.2. cap.11. num.84* & alij. Sicut etiàm contra Amendarium *in addit. ad recopil. leg.* Nauarr. *lib.1. tit.18. leg.7. de irregularitate, num.50.* Garsiam *dicto cap.11. num.13. &.* 20. Ledesmam *vbi*

Sup. hoc magis late in tom.7. tr.1. Res.291.

supra, post conclus.20. difficult.3. Suarez, & alios, dicendum est supradictam facultatem competere etiam Superioribus Regularium circa suos subditos. Ita Henriquez *loco citato, §.8. & lib.7. cap.25. sess.2.* Rodriguez *tom.1. quæst.61. art.9.* Molina *tractat.3. disp.61. num.4. & 5.* Sanchez *vbi supra, numer.7.* Vecchius *in praxi Nouitiorum disput.9.à n.4.* & alij.

RESOL. VII.

An Episcopus ex licentia Superiorum possit vti facultate huius Decreti cum Regularibus exemptis?

Et quid dicendum est, si facultas absoluendi, aut dispensandi, quæ non est in immediato Religionis Prælato, esset in Prouinciali, aut alio Superiore Religionis, an tunc Episcopus absoluere non posset de consensu Superioris immediati, nisi accederet etiam consensus Prouincialis aut Superioris?

Et si Prælatus Religionis absolutione, aut dispensatione indigeat, an possit Episcopo se subiiciere, sicut potest suos subditos? Ex part.7.tr.2. Res.6.

Sup. hoc Prælatus Res. ad med. §. Nec tertio. Tertio ciunt.

§.1. NEgatiuè respondet Rosella, *verb. Absolutio 3. num. vlt.* Angelus, *verf. Excommunicatio 5. cas.1. num.40. & verf. Exemptio, num.9.* & Tabiena *eodem verf. quæst.6. num.7.* & Armilla *num 9.* Rodriguez, *in qq. Regular. tomo 2. quæst.63. art.10. & tomo 1. quæst.36. artic.5.* Ledesma, *in Summa tomo 2. tract.1. cap.6. post, 20. concl. difficult.3.* & alij penes ipsos. Probatur hæc opinio, quia in exemptione non solius exempti fauor est, sed etiam Superioris, id est, Pontificis eximentis, per quam exemptos sibi immediatè subiecit; quare sua interest conseruare hanc immediatam subiectionem. Ergo in hoc euentu non habet locum regula textus *in cap. ad Apostolicam, de Regularibus, & l. In conscribendo, C. de Episc. & Cler.* vt valeat quis renunciare fauori pro se introducto: illa enim habet locum, quando pro se solo est introductus fauor. Et confirmatur, quia hoc exemptionis beneficium non est personale, sed totius religionis. Non ergo priuati Prælati consensus sufficit ad cedendum illi, & subiiciendum Religiosum Episcopo. Quippe hac ratione decernitur, *cap. si diligenti, de for. compet.* non posse Clericum consentire in Iudicem laïcum: ibi: Cùm non sit beneficium hoc personale, cui renunciare valeat, sed potius toti Collegio Ecclesiastico publicè sit iudultum, cui priuatorum pactio derogare non potest. Deinde Episcopus per hoc Decretum nequit absolutionis, aut dispensationis beneficio vti, nisi in subditos. Sed Prælatus religionis nequit Religiosum exemptum per Pontificem subiicere Episcopo. Ergo. Et hæc sententia est satis probabilis.

2. Sed contrariam non minùs probabilem esse existimo. Et ratio est quia exemptio Religiosorum est potissimùm inducta in fauorem Religionis, vt eius Religiosi quietiùs Deo famulentur, & ne passim ab Ordinariis perturbentur, vnde in iis, quæ quietem, & fauorem Religionis concernunt, non debent esse peioris conditionis, quam alij de eadem Diœcesi non exempti: Nec rationi consonat, vt exemptionis priuilegium in hoc casu contra eius finem operetur, impediens hanc subiectionem. Atque ideò in his ita fauorabilibus censetur per epiicheiam tota Religio consentire. Et confirmatur ex *cap. Luminoso 18. quæst.2.* vbi habetur Episcopum de consensu Abbatis posse exercere iurisdictionem in Monasterio exempto. Tandem, quia Corduba *in priuilegiorum Mendicantium compendio, in suis additionibus, verbo Absolutio ordinaria quò ad fratres, §.1.* testatur diuersa esse Pontificum priuilegia concedentia hanc subiectionem Episcopo de Superioris licentia faciendam, vt ab ipso impetretur absolutio. Quare quidquid sit de iure, saltem Religiosi fruentes priuilegiis Mendicantium, possent virtute eorum priuilegiorum se subiicere ad eum effectum, obtenta Superioris licentia. Et ideò tenet hanc sententiam Auila, *de Cens. parte 2. cap.7. disp. 1. dub.6* Henriquez *lib.10. de Sacram. Ordinis, num.2. & in Glossa litera H.* Suarez *de Pœnitentia, disput. 30. sect.2. numer. 3. & de Cens. disp.41. sect.2. num.12.* Molina *de iustit. tom.4. disp.61. num.4.* Trullench. *in Decal. tomo 1. lib.1. cap.3. dub.4 num.6.* & alij penes ipsos. Quæ quidem omnia extenduntur, vt idem liceat aliquando ex tacita Religionis licentia, vt si Prælatus sit impeditus, quia est excommunicatus denuntiatus, aut obiit, aut longè abest, nec est alius eius vices gerens. Immò & quandoque sufficit præsente Prælato, nec impedito, vt quando ille iniustè denegaret licentiam petitam

Religioso

Religioso adeundi Episcopum, in casu in quo ipse nequit illum absoluere. Quoniam per epichejam non est censendum voluntatem summi Pontificis, & Religionis esse, vt Episcopus in eo euentu non absoluat, & cogatur Religiosus vagari, & accedere ad Sedem Apostolicam, gratia absolutionis impetranda. Ita Molina *tom.* 4. *disp.* 61. *num.* 5.

3. Limitanda tamen veniunt supradicta, si facultas absoluendi, aut dispensandi, quæ non est in immediato Religionis Prælato, esset in Prouinciali, aut alio Superiore Religionis tunc enim Episcopus absoluere non posset, de consensu Superioris immediati, nisi accederet etiam consensus illius Prouincialis, aut Superioris: sed remittendus esset Religiosus ad illum, vt per seipsum absoluat, aut alteri suas vices committat. Quia cùm in hoc casu patent remedium intra Religionem, non est visa velle consentire, vt extra illam remedium quæratur.

4. Vnde ex his omnibus sequitur, quòd si prælatus Religionis absolutione aut dispensatione indigeat, poterit Episcopo se subiicere, sicut potest suos subditos; vt rectè obseruat Trullench. *vbi supra*, & Henriquez *lib.* 7. *de Indul. cap.* 26. *n.* 2. & alij.

RESOL. VIII.

An Archiepiscopus, dum actu visitat, habeat potestatem concessam in hoc Decreto?

Et an extra tempus visitationis possit vti dicta facultate dispensandi, & absoluendi circa suos Episcopos suffraganeos?

Et an extra tempus visitationis possit Archiepiscopus vti hac facultate cum subditis suffraganeorum si malitiosè suffraganeus differat absolutionem, vel si subditus appellauit ad Metropolitanum? Ex p. 7. tr. 2. Res. 7.

1. REspondeo affirmatiuè: dico igitur Archiepiscopum dum actu visitat Diœceses suffraganeorum, habere facultatem dispensandi, & ab soluendi eorum subditos vigore huius Decreti Concilij. Et ita tenet Caspensis *in curs. Theol. tom.* 2. *tract.* 25. *disput.* 3. *sect.* 17. *n.* 110. Suarez *tomo.* 4. *disput.* 3. *sect.* 2. *n.* 8. Sanchez *in Summa, tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 11. *n.* 6. *& lib.* 4. *cap.* 38. *n.* 13. *&* 14. Auila *de Cens. parte* 2. *cap.* 7. *disput.* 10. *dub.* 6 *conclus.* 1. Clauis Regia *lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 73. Quibus adde nouissimè Trullench. *in Decalogum tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *dub.* 4. *n.* 4. Matchinum. *de Sacram. Ordin. tract.* 1. *part.* 9. *diffic.* 1. *n.* 8. Valerus *in differ. vtriusque fori. ver. Iurisdictio* 4. *n.* 1. Et ratio est, quia scilicet quo tempore Metropolitanus visitat Diœcesim, censetur illa diœcesis tanquam suatum quia dispensatio super irregularitate aliquando ita est, necessaria, si non ad recipienda, saltem ad administranda Sacramenta, & ad celebrandum, sicut absolutio à censuris, ac proinde videtur comprehensa *in capite vlt. de censibus in* 6. dum conceditur Archiepiscopis visitantibus potestas audiendi subditorum suffraganeorum confessiones, & eos absoluendi.

2. Nota etiam non solùm tempore visitationis, sed etiam extra posse Archiepiscopum vti dicta facultate dispensandi, & absoluendi circa suos Episcopos suffraganeos, sicut potest circa subditos suæ propriæ diœcesis. Ita Sayrus *vbi supra*, Floronus *de cas. reser. part.* 1. *cap.* 4. § 7. *num.* 14. & alij, quos citat & sequitur Bossius *de Iubileo sect.* 1. *cap.* 10. *n.* 227. cui adde Sanctarellum *tract. de Hæresi, cap.* 5. *dub.* 1. *num.* 4. Vnde non est audiendus P. Suarez *tom.* 2. *de Rel. lib.* 6. *c.* 15. *n.* 3. qui dubitat de dicta facultate Metropolitani circa ipsos suffraganeos, vnde putat attendendam esse consuetudinem.

3. Nota etiam cùm Castro Palao *tom.* 1. *tract.* 4. *disp.* 4. *punct.* 3. § 1. *num.* 7. quòd extra tempus visitationis Archiepiscopi possunt vti hac facultate cum subditis suffraganeorum, si malitiosè suffraganeus differat absolutionem, vel si subditus appellauit ad Metropolitanum.

Sup. hoc supra in tr. 2. Resolut. 30. signanter in §. Nihilominus. & in tom. 2. tr. 6. Res. 90. §. 1. tr. an remedium, à vers. Secundo extra.

RESOL. IX.

An Episcopus extra suam Diœcesim possit vti hac facultate Concilij? Ex p. 7. tr. 2. Res. 8.

§. 1. NEgatiuè respondet Castrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 4. *punct.* 3. §. 1. *n.* 13. vbi sic ait: Mihi verò placet, referenda illa verba, in diœcesi sua, ad Episcopos absoluentes, & ex illis limitanda esse, ita vt Episcopus extra propriam Diœcesim existens non possit vti hac facultate sibi concessa, sed necessariò debere existere in sua Diœcesi, vt illa vti possit. Sic docent Henriquez *lib.* 14. *de Irregularit. cap.* 20. *n.* 5. Manuel 2. *tom. Summ. c.* 69. *n.* 1. *fine.* Barbosa *alleg.* 39. *n.* 7. *fin.* Moueor, quia, vt dixi, illa verba, in Diœcesi sua, non possunt ad subditos commode referri. Et ratio congruitiæ efficacius in Prælatis, quàm in subditis procedit; magis enim pax, & concordia inter Prælatos offendi potest, ex eo quòd vtatur extra propriam Diœcesim existens potestate absoluendi sibi concessa, quàm ex eo quòd existens in propria Diœcesi subditum alibi existentem absoluat. Neque hoc est derogare iuri communi, & exercitio voluntariæ iurisdictionis, quod vbilibet potest exerceri, sicut non est derogatio iuris communis, & facultatis absoluendi, quòd absolutio solùm pro foro coscientiæ prosit. Quia cùm, Episcopus in his reseruatis nullam haberet potestatem, potuit Pontifex in concessione illius conditiones apponere absque iuris communis derogatione; quibus seruatis facultatem concedit, & illis omissis negat: vna autem ex conditionibus est, vt absolutio detur ab Episcopo existente in sua Diœcesi: sicut est, vt solùm pro foro interno, & consciențiæ prosit. Quòd si vrgeas, quare in facultate dispensandi hæ conditiones expostulatæ non sunt, bene tamen in facultate absoluendi, cùm vtraque facultas extraiudicialiter exerceri possit secundum nostram sententiam? Respondeo præcipuam rationem esse voluntatem sic concedentis, finis vero huius voluntatis potuit esse, vt remedium, quod erat sufficiens delinquentibus occultis daretur, ipsique timerent delicta patrare, & publicare; videntes non posse eorum absolutionem ab Episcopis impetrare, nisi delicta occulta sint, & in foro interno, & existentibus Episcopis in Diœcesi. Hæc sententia est probabilis.

Sup. hoc in Res. seq. §. Hinc, & in Res. 1. post seq. & in Res. 12. signanter in fine §. Sed & melius, & magis late in tom. 9. tr. 7. Res. 115. à §. 2. vsque in finem dictæ Res. & in Res. 116. per totam.

2. Sed contrariam non minus probabilem esse puto: Dico igitur posse Episcopum extra suam Diœcesim existentem hac facultate vti. Quod docent Suarez *tom.* 4. *in* 3. *part. disp.* 30. *sect.* 2. *n.* 3 *fine, & tom.* 5. *disp.* 41. *sect.* 2. *n.* 11. *fine.* Petrus de Ledesma 2. *tomo Summæ, tract.* 1. *c.* 6. *post.* 20. *concl. diffic.* 1. Idque mihi persuadeo primò. Quòd per verba tam ambigua, & commodè sanum sensum patientia, non est credendum Tridentinum voluisse ita arctare facultatem Episcopi, ac omnia corrigere, quæ iurisdictionem voluntariam extra propriam Diœcesim exerceri posse docent. Deinde, quia quando extra Diœcesim fieri noluit, non verbis ita ambiguis, sed clarissimis explicuit, vt sess. 6. c. 5. de Refor. *Nulli Episcopo liceat Pontificalia in alterius Diœcesi exercere.* Et sess. 23. c. 1.

de Reformat. volens, vt antiquior Episcopus in propria Diœcesi existens ex suffraganeis approbet causas absentiæ Archiepiscopi, dixit: *Episcopo antiquiori residenti*, Vbi ea particula, *residenti* clarè demonstrat opus esse, vt intra propriam Diœcesim existat. Non enim aliàs dicetur residens. Et ita hæc omnia docet Sanchez in *Summa, tom. 1. lib. 2. cap. 51. num. 16.* Vide etiam Mazuchellum, *tract. de cas. reseru. disput. 1. quæst. 3. diffic. 10. num. 29.*

RESOL. X.

An Episcopus possit vti hac facultate Tridentini cum suis subditis existentibus extra diœcesim?

Et an possit Episcopus siue existens in propria Diœcesi, siue extra illam dispensare super irregularitate subditorum, siue extra Diœcesim, siue intra existentium?

Et an sit necessaria Sacramentalis confessio ad gaudendum tali facultate? Ex part. 7. tract. 2. Res. 9.

Sup. hoc in Res. seq. signanter & cursim ad lin. 10. §. 2. & in Res. 1. post seq. in fine §. sed. & in tom. 1. tr. 5. Res. 16. §. vlt. & in tom. 5. tr. 8. Res. 15. §. vlt. post medium, & in alia Res. eius vlt. not.

§. 1. NEgatiuè respondet Castrus Paulus *tom. 1. tract. 4. disp. 4. punct. 3. §. 1. n. 12.* vbi ita asserit. Cæterum mihi probabilius est illa verba, in Diœcesi sua, limitatoria esse facultatis absoluendi, quod mihi persuadeo, quia illa verba ibidem apposita in foro conscientiæ limitatoria sunt, quia ex vi illorum non prodest absolutio pro foro externo. Ergo etiam sunt limitatoria in Diœcesi sua. Adde, nulla clausula in decretis superfluere debet, imò neque vlla syllaba, vt rectè expendit Thomas Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 46. n. 6.* Sed superfluerent illa verba, si potestas absoluendi, non limitaretur, vel ad subditos existentes in propria Diœcesi Episcopi, vel ad Episcopum existentem in sua Diœcesi. Ergo ad vnum è duobus limitanda est. Minorem probo. Nam concessa Episcopo facultate absoluendi à censuris, potest absoluere quemcumque subditum, quomodocumque sit subditus, vel ratione domicilij, vel ratione habitationis, ita vt si sit subditus ratione domicilij, possit absoluere illum vbilibet existentem, quia non amittit subiectionem, si sit subditus ratione habitationis, dum actu habitat; quia tunc est subditus. Ergo illa verba, in Diœcesi sua, nihil operantur. Ergo superfluunt. Hoc autem non est dicendum. Ergo dicendum est limitationem facultatis absoluendi ad vnum è duobus, vel ad subditos existentes in sua Diœcesi, vel ad seipsum in sua Diœcesi existentem referendam esse.

2. Verùm sententiam affirmatiuam docet Sanchez *in summa tom. 1. lib. 2. cap. 11. n. 17.* putat enim Episcopum posse vti hac facultate concessa à Concilio; etsi subditi extra Diœcesim existant. Igitur Concilij verba, in Diœcesi sua, explicanda sunt, erga subditos suæ Diœcesis. Probatur hæc opinio, quia si Tridentini contextum attentè inspiciamus, potiùs ea particula, *in Diœcesi sua*, videtur ad Episcopi personam referri, vt exigatur ipsum esse intra Diœcesim, quam personas subditas. Sic enim ait contextus: Liceat Episcopis, &c. quoscumque sibi subditos, in Diœcesi sua absoluere. Vbi aduerto post particulam, *subditos*, esse virgulam diuidentem eam à particula, *in Diœcesi sua*: quasi hæc illi non coniungatur. Item quia ait, *in Diœcesi sua*: at Diœcesis potiùs dicitur Episcopi propria, quàm subditorum. Deinde quia ratio congruentiæ, quam adducit Suarez potius suadet Diœcesim referri ad Episcopum, quam ad subditos. Quia ad maiorem pacem, meliorémque ordinem, potiùs spectat, ne Episcopus extra suam Diœcesim existentes, &c. Si ergo dicimus non referri ad Episcopū, ne verbis tam ambiguis eius potestas limitetur, & corrigantur iura voluntariam iurisdictionem extra Diœcesim exercerī concedentia; Similiter dicendum est, non referri ad subditos: ne potestas Episcopi in suos subditos coarctetur: & corrigantur iura, quæ ad exercendam iurisdictionem voluntariam in subditos, non attendunt locum, in quo ipse Episcopus, vel subditi sunt, sed iurisdictionem in personas. Quare legitimum sensum eorum verborum esse existimo: *Quoscumque sibi subditos in Diœcesi sua.* Vt nullatenus iurisdictionem Episcopi limitent: sed tantùm velint, vt Episcopus possit absoluere quoscumque sibi subditos, & quomodocumque sibi subdantur: nempe, vel quia sunt ordinarij subditi, vt pote qui ibi domicilium habent: vel quia subduntur quoad solum pœnitentiæ forum: eò quòd in sua Diœcesi inueniuntur tanquam aduenæ, & peregrini.

3. Hinc deducitur, ait Sanchez, posse Episcopum prædicta facultate vti, etsi tam ipse, quàm subditi sint extra Diœcesim, quod etiam notauit Doctus P. Thesaurus *in Praxi de Pœnis part. 1. c. 23. §. 6.* Et ideò ego vtramque sententiam tam Palao, quàm Sanchez probabilem & tutam in praxi esse existimo; sed circa præsentem quæstionem vide Fagundez *in Præcep. Decal. pr. 2. lib. 8. c. 8. n. 34.* cui adde Bossium *de Iubileo, sect. 1. cas. 10. §. 6. n. 167. & seq.* qui *n. 166.* optimè notat non esse dubium posse Episcopum siue existentem in propria Diœcesi, siue extra illam dispensare super irregularitate subditorum, siue intra, siue extra Diœcesim existentium, quidquid minus consideratè dixerit Ricciullus *tract. de iure personarum, lib. 5. cap. 16. n. 2.*

Sup. hoc in Resolutionibus nostræ in eisdem §§. & præterea in aliis citatis annot.

4. Ex supradictis infertur etiam si vera esset opinio quod Bulla Cœnæ non derogat huic Decreto Concilij, & non esse necessariam ad gaudendum tali facultate confessionem Sacramentalem: infertur inquam quod Episcopus Panormitanus Romæ existens posset absoluere ab hæresi occulta, suum subditum existentem Panormi, vel Episcopus existens Panormi, absoluere subditum existentem Romæ; & sic de omnibus aliis casibus.

Sup. hoc magis late fra in Res. 12. & in eius fine & cetera annot.

RESOL. XI.

An Episcopus possit dispensare in suspensionibus, & irregularitatibus virtute Concilij Tridentini sess. 24. cap. 6. tantum in foro conscientiæ, & intra Diœcesim?

Et an dicta facultas possit exerceri ab Episcopo erga suos subditos in absentia, & siue Episcopus, siue subditi sint extra Diœcesim? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Res. 116.

§. 1. AFfirmatiuè respondent Henriquez *lib. 14. c. 20. num. 5.* Auila *de cens. part. 7. disp. 10. dub. 6.* Vgolinus *de potest. Episc. c. 57. §. 2. n. 6.* Riccius *in praxi tom. 1. resol. 518. n. 7.* Alzedus *in praxi Episc. part. 2. c. 6. n. 42.* Rodriguez, Perez, & alij, asserentes Episcopum non posse dispensare in suspensione extra suam Diœcesim virtute illius decreti, & eam dispensationem aiunt Perez, Alzedo, Riccius, & Vgolinus valere tantùm pro foro interno.

Sup. omnia contenta in hac Res. 11. duabus præcedentibus Res. & in Res. seq. ubi eam per totam, & præsertim §. 1. & 2. & in Resolutionibus nostræ tom. 5. tr. 7. Res. 38. §. 1. n. 8. & in Res. 2. citata à Nauarro, & in nostra

non solum pro foro interno, sed etiam pro externo procederit, quia, vt dictum est, Concil. Trid. absolutè & absque prædictis limitationibus facultatem in his casibus Episcopis concessit; & hanc sententiam ex parte, nempe posse Episcopum dispensare super irregularitate & suspensione extra diœcesim, tenet etiam Barbosa *de potest. Episc. part.1. allegat. 39. num.7.* Pagundez *præc.2. lib.8.c.8.n.35.* & Suarez *in 3. part. tom.5 disp.41. sect.2. n.10. & 12. in fine.* & ita in fauenti contingentia cum viris doctissimis his diebus, consului cuidam Antistiti potuisse dispensare super quadam irregularitate sui subditi, licèt ipse Antistes esset in aliena diœcesi, & subditus ollèt etiam absens, quia dispensatio dari potest absenti, &, vt dictum est, illa restrictio in foro conscientiæ & in diœcesi sua intelligenda est de illa posteriori parte tantùm, in qua Concilium concedit Episcopis facultatem absoluendi à casibus reseruatis.

RESOL. XII.

An Episcopi vigore dicti Decreti Concilij possint absolute extra confessionem sacramentalem, & dispensare in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus excepta ea irregularitate, quæ oritur ex homicidio voluntario?

Et an Episcopus possit vti prædicta facultate, vt si tam ipse, quam subditi sint extra Diœcesim?

Et an dicta dispensatio valeat pro foro exteriori. Ex p.7.tr.2.Resl.10.

§.1. NEgatiuam sententiam tenet Barbosa *de Potest. Episc. part.2. alleg.39. n.8.* Cum Episcopus in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario, valeat dispensare cum sibi subditis, hac potestate vti poterit intra, vel extra diœcesim, iuxta principia dispensationum, at verò in absolutione à quibuscumque casibus occultis, etiam sedi Apostolicæ reseruatis, de quibus agit secunda pars *d.cap.6.* cùm habeat esse sacramentalis, vt ibi ostenditur in illis verbis, in foro conscientiæ gratis absoluere, imposita pœnitentia salutari, & non posse fieri per nuntium, vel per litteras, requiritur, quod fiat ab Episcopo præsente pœnitente intra diœcesim commorantibus.

2. Et quod verbà illa, in foro conscientiæ, sint intelligenda, id est, in foro Sacramenti Pœnitentiæ, & in Confessione Sacramentali, refert pluries sacrâ Cardinalium Congregationem censuisse Nicol. Garcia *de benef. par.11.c.10.n.139.* resoluit Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. res.445.n.8.* Et accepi à quodam docto viro, ita tenere praxim S. Pœnitentiariæ. Hucusque Barbosa, cui adde Garciam *de Beneficiis part.11.cap.10.num.139.*

3. Sed affirmatiuam sententiam alibi docui, & nunc doceo cum Nauarro *lib.5. consil.11. n.2. de priuil.* Sanchez *in summa tom.1. lib.2.c.11. num.13.* Suarez *de cens. disp.41. sect.2. n.11. & de Religione, tom.2. tract 6.c.16. n.4.* Florono *de cas. reser. part.1.c.4.§.7. n.17.* Pharaonio *in prompt. tr.1. sess.18. cas.31.* Gamanto *in man. Episcop. verb. absolutio, n.9.* Lazzario *de monitorijs sect.4. q.15. n.9.* Claudio Solerti *de potest. Confess. c.30 §.1. num.6.* & alij. Et ratio est, quia particula illa apposita in Concilio, *in foro conscientiæ*, non requirit quòd hæc absolutio impendatur in Sacramentali Confessione, sed solùm importat, vt absolutio ista non valeat pro foro externo, forum enim interius aliud est Sacramentale; aliud verò conscientiæ. Vide non grauabor hîc apponere verba Ægidij Trullench. *in decalogum to.1. lib.1.c.3. dub 4.n.7.* vbi sic ait. Potest Episcopus, hanc sententiam sequutus in absentia absoluere subditum ab hac excommunicatione, aut alia reseruata, qua sublata, potest quilibet confessarius absoluere à peccato. Ratio est, quia absolutio excommunicationis potest in absentia impedi, vt communis DD. asserit: de quo vide quæ diximus in nostra Bulla *loco citato dub 18. pag.317. a n.10.* Nec Trid. in hoc casu restrinxit, vt in præsentia concederet, vt docent Suarez, & Ledesma, *sup.* Manuël *tom.1. sum. c.131. n.6.* & *in q. regul. q.30. art.10. tom.1.* Henriquez *lib.7. de pœnit. cap.14. n.7* & Sanchez *sup. n.14.* Obiter tamen nota circa hoc decretum cum Sanchez *sup. n.12.* facultatem dispensandi ibi concessam prodesse etiam pro foro exteriori, quia non limitatur ad forum conscientiæ, sicuti restringitur facultas absoluendi à reseruatis, vt bene etiam aduertit Suarez *d. sect.2. n.10. & 12.* illa verò particula, *quoscumque sibi subditos in diœcesi sua*, intelligenda est, id est, erga subditos suæ Diœcesis tantùm, quocumque modo illi subditi sint; vel quia sunt ordinarij subditi, vtpote qui ibi domicilium habent, vel quia subduntur quoad solum Pœnitentiæ forum, eò quòd in sua Diœcesi inueniantur tanquam aduenæ, & peregrini, vt bene Sanchez *sup. n.17.* vnde *n.18.* infert posse Episcopum prædicta facultate vti, vt si tam ipse, quàm subditi sint extra Diœcesim. Et hæc omnia asserit Trullench. *loco citato*, cui adde Sanctarellum *tract. de Hæresi, c.5. dub.5.n.21.* qui notat Sacram Congregationem primam sententiam tenuisse, quod si verum esset, non obstantibus supradictis non esset ab illa recedendum; Purpuratorum responsa, vt par est, reuereri oportet.

4. Ex omnibus supradictis apparet acriter reprehendendum esse Ricciullum *de iur. person. lib.5.c.16. n.2.* vbi docet particulam, *in foro conscientiæ*, valere etiam quoad priorem partem Decreti Concilij Tridentini, hoc enim falsum est, ideò, vt *supra* docui facultatem dispensandi in irregularitate, & suspensione cõtracta ob delictum occultum posse Episcopum exercere extra Pœnitentiæ Sacramentum erga suos subditos puto omnino certum, & tenent communiter Doctores infrà citandi; quia illa particula *in foro conscientiæ*, non est apposita in priori parte dicti Decreti Tridentini, vbi conceditur facultas dispensandi; proinde poterunt Episcopi dispensare non solùm extra sacramentum Pœnitentiæ, sed etiam quoad vtrumque forum, ita vt dispensatio prosit etiam pro foro externo, quia dicta facultas dispensandi cõcessa est absque limitatione, vt præter Trullench. obseruat etiam Bossius *de Iubileo sect.1. cas.10. §.7. num.1.* & alij.

RESOL. XIII.

Quinam includantur nomine subditorum in dicto Decreto Concilij?

Et inter alia dicitur Legatum habentem facultatem dispensandi ab irregularitatibus in Prouincia sibi subiecta non posse dispensare cum Scholaribus, & alienigenis intra illam ad tempus degentibus, sed cum perpetuo mansuris.

Et an Episcopus possit vti prædicta facultate Concilij quoad dispensandum cum forensibus seu non habentibus firmum domicilium, videlicet cum Scholaribus, Mercatoribus, Medicis, Prætoribus, &c. in votis irregularitatibus, & suspensionibus Papalibus? Ex p.7.tr.2. Resl.11.

§.1. NOmine subditorum in hoc Decreto intelliguntur primò vagabundi, quia cùm nullibi habent domicilij subdũtur Episcopo in cuius Diœcesi reperiuntur: vt latè Suarez *4.tom.in 3. part.disp. 30.sect.2. n.3.* & Sanchez *lib. 3. de Matrim. disp.25.*

Sup. hoc in tom.5. tr.8. lege doctrinã Resl.18 & §.eius primæ not.

Sup. hoc melius infra in Resl.23.§. vlt. post medium.

Sup. hoc late in Resl.seq.& in aliis eius primæ not.

Sup. his lege doctrinam trium præcedentium Resl. & aliarum earum annotationum & supra in tr. 2.Resl.15. in fine.

Supra in Resolutionibus quæ hic sunt 9.10.& 11. vel hanc particulam *supra*, intellige in principio §. 1. huius Resl. & §§. posit. in annot. secũda huius Resl.

Sup. doctrina & personis contẽtis in hac Resl. signanter pro absolu-

ter pro absolut. & dispensatione supra in tr.2. 151. cursim in §.1. ad medium, vers. Quod si & in fine §. Ex habitatione, vers. habitationē. Et hic supra in Res. præterita §. Sed post mediū, à vers. Illa vero.

*num.*4. vbi etiam explicat, qui dicantur vagabundi. Secundò, qui ex æquo duplex domicilium in duplici Diœcesi habent, quia æquè in vtraque habitant, vt in vna in hyeme, in altera in æstate: ij enim à quolibet illorum Episcoporum absolui possunt: etiam tempore, quo in altera Diœcesi habitant, vt tenet ipse Sanchez *sup. disp.*24.*n.*5. & *lib.*2. *oper. mor. c.*11. *n.*8. Tertiò, peregrini, vt sunt scholastici, & mercatores propriam diœcesim habentes, ij enim possunt absolui ab Episcopo eius diœcesis, in qua inueniuntur, etsi breui in suam rediturí sint, nec exigi, vt in ea diœcesi maiori parte anni sint moram tracturi, vt bene probat Suarez *dict. disp.*36. *sect.*2. *n.*3. & *tom.*5. *disp.*41. *sect.*2. *n.*10. & 12. & Sanchez *d.cap.*11. *n.*9. Nam etsi quoad dispensationes hîc, seu alibi Episcopis concessas exigatur habitatio, aut saltem animus habitādi pro maiori parte anni in ea diœcesi, vt probat ipse Sanchez *cod. lib.*3. *disp.*23. & tenet Barbosa *super alleg.*39. *num.*6. & 7. non tamen id exigitur ad absolutionem hæresis, & cuiuscumque casus reseruati ibi concessam: quia ex generali Ecclesiæ consuetudine: seu interpretatiua propriorum Prælatorum voluntate, quicunque extranei sunt, vt incolæ, & subditi Episcopi in cuius diœcesi reperiuntur, quod attinet ad sacramenta Confessionis, & Eucharistiæ recipienda; & consequenter ad absolutionem excommunicationis, quæ ad hæc sacramenta præexigitur: de quo vide Suar. *d. disp.*41. *sect.*2. *n.*10. & 12. Et hæc omnia docet etiam Machadus *de perf. Confess. tom.*2. *lib* 4. *part.*6. *tract.*12. *docum.*3. *num.*2.

Sup. his pro dispensatione irregularitatum votorum, &c. in Res.1. annot. Præteritæ per totam.

2. Et omnia supradicta aliqui admittunt non solùm quoad absolutionem casuum, sed etiam quoad dispensationem irregularitatum, votorum, &c. Sed aliqui hoc non admittūt; & ideò asserunt in hoc opus esse distinctionem, quam sapientissimè adhibuit sacra Interpretum Concilij Congregatio, his verbis: Qui non est subditus Episcopo, puta Medicus, Prætor, ac cæteri similes; qui tamen habitant in Ciuitate, hoc Decreto comprehenduntur, etiamsi commiserint crimina in aliis Ciuitatibus: habita tamen hac distinctione quòd scilicet, poterit absolui in sacramento Pœnitentiæ, à suis criminibus; non tamen dispensari. Et ita sanctissimus Dominus noster, audita relatione Cardinalium, declarauit. Ratio, cur forensis possit absolvi à papalibus occultis ab Episcopo loci, in quo moratur, ea est quia illa subiectio sufficit ad obtinendam horum criminum absolutionem in foro conscientiæ, quæ subiectio ad sacramentum Pœnitentiæ confrendum desideratur: sed quilibet forensis confiteri potest peccata sua in diœcesi, in qua ad tempus moratur; ergo. Ratio cur nequeat dispensari in irregularitatibus, illa est: quia, qui non potest in principali, neque in accessorio, *cap. Accessorium, de reg. iur.* sed Episcopus nequit forensibus conferre Ordines: ergo neque dispensare in irregularitatibus, quæ sunt accessoriæ ad Ordines. Et ideo hanc partem amplectitur Speculator; *sub tit. de dispens. §. consequemer, num.*5. vbi docet, legatum habentem facultatem dispensandi ab irregularitatibus in Prouincia sibi subiecta, non posse dispensare cum scholasticis, & alienigenis intra illam ad tempus degentibus, sed cum perpetuò manſuris. Eidem traditioni assentitur Suarez *disp.*41. *de Censuris, sect.*2. *sub num.*12. loquens de irregularitatibus; & *de religione tomo* 2. *tract. de voto. lib.*6. *cap.*11. *num.* 11. docet, non habere Episcopum facultatem dispensandi in votis quæ habent scholares, mercatores, & alij non habentes sub eiusdem Diœcesi fitmum domicilium: à quo non discordat quoad dispensationē votorum idem Sanchez *lib.*1. *Operis moralis, cap.*11. *num.*9. *ad finem*, & relata sacræ Congregationis declaratione Garzias *de Benef. part.*11. *c.*10. *num.*139.

Sup. hoc legato cū eodem Speculatore hic citato, ad literam in §.2. Res. not. seq.

Sup. his late supra in tr.2. Res.151. per totam.

Riccius *in praxi, decis.*318. Bonacina *de Censuris, disp* 7. *punctio* 1. *n.*4. Barbosa *de officio Episcopi, alleg.*39. *n.*6. qui quatuor Authores constanter denegant Episcopis facultatem dispensandi cum forensibus, seu non habentibus fitmum domicilium in irregularitatibus, & suspensionibus Papalibus.

RESOL. XIV.

An Episcopus possit facultatem dispensandi sibi tributam à Concilio, aliis delegare?

Et an possit Episcopus etiam alium delegare ad dispensandum, etiam extra Diœcesim?

Et an Episcopus solum per se ipsum possit dispensare super irregularitate occulta orta ex hæresi, sicut per se ipsum solum potest ab eadem hæresi absoluere iuxta Tridentinum? Ex part.7. tr.2. Res. 12.

§.1. NEgat Alterius *de Cens. tom.*2. *disp.*8. *c.*3. *concl.*4. Guttierez *canon. lib.*1. *c.*13. *n.*29. Anton. Ricc. *de iure person. extra gremium Eccles. exist. lib.*4. *c.*16. *n.*3. Hieron. Pharaon. *in suo prompt. tract.*1. *sect.*18. *cas.*33. *in fine,*) ex eo probant, quia Concil. *in eodem c.* agit de dispensatione, deinde de absolutione, & facultatem dispensandi simpliciter concedit Episcopis sine vlla extensione: potestatem autem absoluendi extendit etiam ad Vicarium specialiter deputatum; ergo clarissimè apparet mentem Concilij fuisse priorem iurisdictionem communicare tantùm Episcopis, quia extensio, quæ in secundo casu ponitur, & tacetur in primo, apertè ab illo excluditur: constitutio enim in vna parte declaratur ab alia, vel suppletur, aut limitatur, & restringitur, *l. vnica in princ. C. de inoffic. dot.* Cùm igitur Concilium nihil dicat de Vicario in prima parte, non debemus intelligere illam facultatem commissam esse Vicario, si enim illam voluisset concedere Vicario, vtique id expressisset, sicut fecit in secunda parte, in qua agit de absolutione, *argum. textus in l. vnica, §. sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollend.* Ratio autem diuersitatis propter quam Concilium voluerit potius extendere ad Vicarium facultatem absoluendi in casibus reseruatis, quàm potestatem dispensandi ab irregularitate & suspensione, eam assignant, quia absolutio est magis necessaria ad salutem animarū, quam dispensatio: ita Mar. Alter. *d.c.*3. *concl.*4. *vers. Tertiò notandum*, vbi ex aliis hunc sequitur intellectum.

Quamobrē ad plene sup. hoc legatum supra dictrinā Res. 4. & in tom. 7. tr.1. Res. 291. in fine, à vers. At vero.

2. Sed his non obstantibus puto affirmatiuam sententiam esse sequendam, quam tuetur Sanchez *in summa, tom.*1. *lib.*2. *c.*11. *n.*25. Suarez *de cens. disp.*41. *sect.*2. *n.*8. Filliucius *tom.*1. *tract.*20. *cap.*10. *n.*270. Duardus *in Bulla Cœnæ lib.*3. §.2. *q.* 11. *n.*34. Gauantus *in Manuali Episcop. ver. Absolutio, num.*10. & alij. Probatur hæc opinio, quia in dicto Decreto Concilij, dispensatio conceditur absolutè, non appositis illis verbis, vel per Vicarium, &c. quæ concessioni facultatis absoluendi apponuntur, quæque non continet extensionem, seu ampliationem eiusdem facultatis, sed limitationem, & restrictionem; vt diximus etiam de illis verbis, *in foro conscientiæ*, & in Diœcesi sua: & probatur, quia si nihil adderetur, posset Episcopus omnes casus sibi in dicto Decreto concessos, quoad absolutionem delegare, siue generaliter, siue specialiter, quia illa facultas absoluēdi vi illius decreti annexa est dignitati & officio, & consequenter ordinaria, ac delegabilis; illa verò limitatio per Vicarium ad id specialitet deputatum operatur vt Episcopus non possit dictam facultatem exercere simpliciter per quemcumque Vicarium, etiam si ei generaliter facta esset delegatio, sed tantùm per Vicarium specialiter pro illis casibus deputatum,

Secundò

Secundò probatur; quia non apparet sufficiens ratio, seu causa, ob quam Concilium voluerit adeò limitare hanc facultatem dispensandi super irregularitatibus,& suspensionibus; vt per se solum deberet illum exercere; cùm sæpe expediat, hanc quoque facultatem, sicut illam absoluendi à casibus occultis concedere dicto Confessario, qui possit dispensationis causam melius in conscientia examinare; sæpe etiam contingere potest, vt ij, præsertim Sacerdotes, qui indigent huiusmodi dispensatione propter varia impedimenta non possint accedere ad Episcopum, ac proinde consentaneum fuit, vt Episcopi haberent potestatem delegandi dictam facultatem dispẽsandi. Confirmatur, quia ita probat vsus, & praxis, seu consuetudo, quæ est optima legum interpres.

3. Et tandem non desinam hîc apponere Villalobos *in summa tom.1.tract. 21. diffic. 9.n. 13.* docere Episcopum posse etiam subdelegare alium ad dispensandum etiam extra Diœcesim. Hinc explodendus venit Ricciullus *tract.de iure personarum, lib.5.c.16. n.1.* quod velit Episcopum solùm per se ipsum, posse dispensare super irregularirate occulta orta ex hæresi, sicut per seipsum solũ potest ab eadem hæresi absolvere iuxta Tridentinum; hoc tamen non est verum, quia illa verba, per seipsum, apposita secundæ parti dicti Decreti Tridentini, vbi agitur de absolutione, non reperiuntur in priori, vbi agitur de dispensatione.

RESOLVTIO XV.

An etiam possit Episcopus facultatem absoluendi excidicto Decreto aliis subdelegare?
Et quid de absolutione ab hæresi, & ab aliis excommunicationibus Papalibus, & casibus reseruatis?
Et an Episcopus possit committere Confessario Monasterij, vt Monialem absoluat ab hæresi externa simul? Ex part.7.tr.2. Res.13.

§.1. QVæstio potest esse de absolutione ab hæresi, vel de absolutionibus ab aliis excommunicationibus Papalibus. Quò ad primam difficultatem, negatiuè respondẽt Gutierrez & Suarez *vbi supra*, Ricciullus *de iure personarum, lib.5. cap.16. n.3.* Pharaonius *in Prompt.tract.1.sess.18.cas.33.* Ledesma *in summa tom.2. cap.6. post.20. concl.diffic.6.* Castrus Palaus *tomo 1.tract.4. disp.1.puncto 3. §.1. num.20.* Lorca *m 2.2. disp.45 n.1.* Suarez *de fide disp.21.sect.4.n.8.* Et ratio, quia expresè Tridentinum concedit hanc facultatem absoluendi ab hæresi soli Episcopo,& non eius Vicario, statuens hanc differentiam inter cæteros casus Papæ reseruatos,& hæresim, vt ab illis possit absoluere Episcopus per se, vel per suum Vicarium, ad id specialiter deputandum, ab hac autem solum per se, & non per Vicarium; ibi, eis tantùm, non eorum Vicariis sit permissum. Si autem posset Episcopus illam alteri committere, nulla esset differentia inter absolutionem ab Hæresi, & ab aliis casibus Papalibus occultis.

2. Sed affirmatiuæ sententiæ adhæreat Sanctarellus *tractat. de Hæresi, cap.5. dub.4.num.* 18. Fagundez *de Præcept. Eccles. Pr.2. libr.8.c.8.n.36.* Sanchez *in summa tom.1.lib.11. cap.11.num.22.* cui addeLayman *lib.1. tract.5. part.2. cap.5. num.2.* Duardum *in Bull. Cœnæ, lib.3 §.2. quæst.11. num.34.* Fernandez *in Examen Theolog. mor. part.4. cap.9. n.1.* Vega *in summa part.1.cap.125. cas.12.* & alij.

3. Dico igitur quòd Episcopus non potest dare facultatem generalem alicui, vt ab hæresi absoluat, at si occurrat, vt quis incidat in hæresim, potest tunc Episcopus deputare certum confessarium, vt ab eo peccato illã personam absoluat,& ita est differentia inter hæresim, & alios casus reseruatos, nam in aliis casibus occultis potest Episcopus dare facultatem alicui deputato, vt absoluat, at in peccato hæresis non potest dare hanc facultatem generalem, vt quotiescumque homines aliqui incidunt in hæresim, possit Confessarius illos absoluere, sed quando occurrit casus particularis, potest Episcopus deputare in particulari aliquem, vt ab illo peccato hæresis absoluat. Quare cum Concilium Tridentinum *sess.24. cap.6.* de reformatione, dicit, quod in crimine hæresis solùm Episcopi possunt absoluere,& non eorum Vicarij, sensus est, Episcopum non posse deputare Vicarium, vt generaliter ab omnibus peccatis hæresis absoluat, non tamen negare, quin possit deputare Vicarium ad specialem casum hæresis.

4. Nec valet dicere quod *in cap. vltim. §. fin.* de officio delegati dicitur non posse cum, cui est commissum excommunicare, vel absoluere, vel dispensare, concedere aliis hanc potestatem; ergo cum Episcopo sit concessum, vt possit absoluere à peccato hæresis, non poterit aliis id committere. Respondeo, illum textum esse intelligendum, quando alicui conceditur nudum ministerium faciendi aliquid, non autem quando alicui dignitati, vel officio aliquid conceditur in perpetuum, nam in hoc casu censetur esse concessa potestas ordinaria, & non nudum ministerium, vt notant Nauarr. *consil.15. de sententia excommunicationis.* Angelus *excommunicatio 1. casu primo, num.39.* Sylu. *Absolutio 4. quæstion.2. num.6.* Bart. *in l. ambitiosa ff. de decret. ab Ordin. facto, num.34.* Couarr. *lib.3. var. cap.20. num.6. initio, & num.9. & 10.* Compendium Mendicantium *verbo, Absolutio ordinaria quoad fratres dub.2.* Imola *in cap. finali de Offic.Ordin.in fine.* Felin. *in cap. licet de Offic. Ordin. num.4.* at Episcopali dignitati in perpetuum est concessa facultas, vt possit absoluere ab hæresi, & ab aliis casibus reseruatis, & dispensare cum suis subditis.

5. Obiicies secundò, à Concilio Tridentino, dum conceditur hæc facultas, eligitur industria personæ in Episcopali dignitate constitutæ, at quando eligitur industria personæ, facultas non potest delegari nec in generali, nec in speciali: Ergo Episcopi non possunt concedere alicui personæ, vt possit à peccato hæresis absoluere. Respondeo, maiorem esse falsam, nam quando aliquid conceditur superioribus præsentibus & futuris non censetur tunc esse electa industria personæ, cum personis incognitis concedatur hæc facultas, vt asserit Iason. *in l. more, ff. de iurisd. omn. iud. num.65.* at in dicto decreto facultas absoluendi & dispensandi conceditur omnibus Episcopis præsentibus & futuris. Vnde vtramque sententiam probabilem esse puto, de qua etiam vide Machadum *de Perfecto Confess. tom.2. lib.4. tractat.12. document.2. num.3.* & Trullench *in Decalogum. tom.1. lib.1. cap.3. dub.4. num.20.* vbi rectè docet posse Episcopum committere Confessario Monasterij, vt Monialem absoluat ab Hæresi externa simul: nam etsi teneamus facultatem Episcopis concessam *in Trid. sess.24. cap.6. de reformat.* esse reuocatam per Bullam Cœnæ, de quo *infrà num.seq.* poterit tamen id facere ea facultate, qua potest impeditos adire Pontificem absoluere à censuris, in dicta Bulla reseruatis, ex *cap.mulieres, & cap.ea noscitur de sent. excomm.*

Sup. hoc, quod hic docetur in Res. seq. & lege etiam doctrinam aliarum eius not.

6. Sed quid dicendum de aliis excommunicationibus Papalibus; potest ne Episcopus facultatem absoluendi aliis generaliter committere; Et negatiue respondet Henriquez *lib.6. capit.14. numer.7.* & in Glossa *litera O*, & alij: asserunt enim posse tantùm Episcopum committere alteri absolutionem

lutionem ablato casu particulari, non autem generaliter delegando speciali commissione facultatem absoluendi in omnibus casibus, quia Concilium expresè concedit Episcopis posse per se dispensare, vel per Vicarium specialiter deputatum; & quia hæc facultas conceditur Episcopis habito respectu ad industriam personæ.

7. Sed ne deseras affirmatiuam sententiam tenere, quam tenet Fagundez & Layman *vbi suprà* cum Duardo, & Sanchez *in summa tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 23.* & Suarez *de Pœnit. disp. 30. sect. 2. n. 9. in fine*. Probatur hæc opinio, quia in Decreto Concilij non eligitur industria personæ, sed iurisdictio illa conceditur ratione dignitatis & officij, si enim eligeretur personæ industria, nec generaliter, nec specialiter posset Episcopus delegare; Quotiescumque etiam aliquid conceditur Prælatis præsentibus, & futuris in perpetuum, non potest dici electam esse industriam personæ, cum personæ incognitæ delegetur, vt tradunt Iason *in l. more maiorum, num. 65. ff. de iurisd. omnium iudicum.* Gregor. Lopez *l. 47. in fin. tit. 18. parte 3.* Menochius *de arbitr. quæst. 64 n. 17.* & Sanchez *loco citat. de matrim.* Quare dicta facultas, cùm sit ordinaria, vtpote ratione dignitatis, & officij ex iuris priuilegio Episcopis competens, poterit speciali commissione alicui generaliter delegari, sicut quælibet alia ordinaria potest; ex quibus remanent soluta aduersariæ partis fundamenta.

RESOL. XVI.

An Episcopus possit committere Confessario Monasterij, vt Monialem absoluat ab hæresi externa. Ex part. tract. 4. Misc. Res. 89.

Sup. hoc in Res. præterita §. Obiicies, prope finem, à vers. vbi recte docet, & lege eam à principio, & vide etiam in tom. 5. tr. 8. doctrinam Res. 14. & si placet etiã aliarum eius annot.

§. 1. DE hoc casu olim interrogatus fui, & pro affirmatiua sententia adduxi Homobonum *in exam. Eccles. part. 3. tract. 15. cap. 7. q. 20. resol. 2.* vbi sic asserit. Dico Episcopum Confessario illius Monasterij facultatem dare potuisse vt Monialem in peccato hæresis externo actu proditæ absolueret, nam etsi teneamus facultatem Episcopis concessam à Concil. Trid. *sess. 24. de reform. cap. 6.* quoad absolutionem ab hæresi esse reuocatam per Bullam Cœnæ, licèt multi contrariam sententiam sint amplexi, adhuc tamen fatemur impeditos, quominus Sedem Apostolicam adire possint, per proprium Episcopum à casibus & censuris in dicta Bulla reseruatis absolui posse, ex *cap. mulieres, & cap. ea noscitur, de sentent. excom.* Ita Homobonus, qui pro hac sententia citat nostrum Patrem Duardum.

RESOL. XVII.

An Episcopus, si incidat in aliquod delictorum, de quibus agitur in dicto Decreto Concilij, possit ab alio dispensari, vel absolui cum potestate ab ipso delegata?

Et an Prælati Religionum possint committere Confessario ab illis electo, vt cum illo dispenset in omnibus, in quibus ipsi possunt dispensare cum suis subditis?

Et docetur Confessarium Papæ ex communi, & veriori sententia non à iure Diuino, sed ab ipsomet Papa habere iurisdictionem ad illum absoluendum. Ex part. 7. tract. 2. Res. 14.

Sup. hoc in tom. 9. tract.

§. 1. NEgatiuè respondet Alterius *de Cens. tom. 2. disp. 8. cap. 3. concl. 4. vers. tertiò quari potest.* asserit enim non posse Episcopum, cùm sit delegatus, facultatem Concilij *in dicto cap. 6.* quam habet dispensandi, vel absoluendi, alteri committere vt secum dispenset.

2. Sed prorsus affirmatiua sententia est amplectenda quam tenet Gauantus *in Manual. Episcop. ver. absolutio num. 7.* Alzedus *in Praxi Episcop. part. 2. cap. 6. num. 68.* Thesaurus *in Praxi de Pœnis part. 1. cap. 24. ver. respondeo tertio.* Floronus *de cas. reseru. part. 1. cap. 4. §. 7. num. 14.* Filliucius *tom. 1. tract 20. cap. 10. num. 272.* Suarez *de Cens. tom. 5. disputat. 41. sect. 2. num. 9.* Sanchez *in summa tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 11.* Ludouicus à Cruce *in Bull. Cruc. disputat. 1. cap. 6. dub. 18. n. 1.* Duardus *in Bull. Cœnæ lib. 3. §. 2. quæst. 11. num 29.* & alij. Dico igitur, in nostro casu, posse Episcopum deputare Confessarium, vt secum dispenset, & sibi absolutionem impertiatur. Probatur hæc opinio quia ex vigore dicti Decreti Concilij Tridentini reseruatio ablata est à prædictis irregularitatibus, suspensionibus, & excommunicationibus occultis, & consequenter respectu Episcopi non censentur amplius casus reseruati, sed vt comprehensi sub eligendi Confessarij facultate sibi iure commmuni *cap. fin. de Pœnitentia, & remiss.* concessa: ergo poterit alteri Confessario committere, ipsum eligendo, vt secum dispenset, & se absoluat. Confirmatur, quia cum vi dicti decreti possit delegare ad dispensandum cum aliis, & ad alios absoluendos, vt probatum est, cur non poterit committere in ordine ad se ipsum? non enim Prælatus debet esse deterioris conditionis, quàm subditi, & sic Sacra Congregatio, vt referunt prædicti Doctores declarauit Episcopum posse deputare Confessarium, qui secum dispenset in omnibus irregularitatibus occultis, & se absoluat ab omnibus casibus, in quibus, & à quibus ipsi dispensare, & absoluere possunt suos subditos.

3. Neque repugnat quempiam huiusmodi iurisdictionem in semetipsum exercere etiam in absolutione Sacramentali committendo Confessario, vt ipsum Prælatum absoluat, à quo absoluendi iurisdictionem habet, vt constat ex communiori, & veriori sententia, asserente Confessarium Papæ non iure Diuino, sed ab ipsomet Papa habere iurisdictionem ad illum absoluendum. Ergo, &c.

Sup. hoc supra in tr. 1. Res. 36. §. penult. & vlt.

4. Et ita hanc sententiam præter Doctores citatos docet Sanctarellus *tractat. de Hæresi cap. 5. dub. 3. num. 16.* Et ideo Prælati Religionum possunt committere Confessario ab illis electo, vt cum illis dispenset in omnibus; in quibus ipsi possunt dispensare cum suis subditis, vt obseruat Emanuel Sà *ver. Confessar. num. 16.* Sanchez *de Matrimonio lib. 8. disp. 3. n. 3.* & alij.

Quod hoc supra in tr. 2. ex Res. 6 lege doctrinam §. de Prælatis Religiosis quamuis ibi absque electione Confessarij facta ab illis & in aliis eius annot.

5. Vnde omnia supradicta confirmat Amicus notissimè visus *tom. 5. de Iust. disput. 6. sect. 3. num. 50.* vbi docet, in omnibus casibus occultis in quibus iuxta Concilium *sess. 24. cap. 6.* poterit Episcopus cum suis subditis dispensare, posse & cum se ipso, vel per se ipsum immediatè, vt in casibus qui iure Diuino non requirunt distinctionem personarum, vel saltem per suum Confessarium, vt in casibus qui per se distinctionem personarum exigunt.

Et pro contento in hoc §. vlt. in Res. seq. per totam, & lege etiam alias Res. & §§. eius primæ annot.

RESOL. XVIII.

An Episcopus habens potestatem dispensandi cum aliis possit secum dispensare?

Et quid de absolutione excommunicationis suspensionis, interdicti, &c. & dispensatione super irregularitate, vel qualibet alia inhabilitate? Ex p. 10. tract. 14. & Misc. 4. Res. 66. aliàs 64.

Ad

§. 1. AD hoc dubium respondet Arriaga *in Cursu Theologico, tom. 4. disp. 28. de legibus, sect. 3. num. 14.* vbi sic ait : Maior est difficultas quando Pontifex concedit Episcopis potestatem vt dispensent cum suis subditis in legibus ipsis Pontificis, an etiam tunc concedat eis potestatem, vt etiam secum dispensent. Respondeo vno verbo, id totum pendere ex voluntate Pontificis concedentis eam facultatem : nam si ille eam limitat ad solos subditos excludendo ipsum Episcopum (vt sine dubio facere potest) sane non poterit Episcopus secum dispensare ; si verò eam restrictionem non ponat, intelligitur eam concedere. Dices, semper ponit eam restrictionem ; nam Papa non dat Episcopo potestatem dispensandi cum omnibus, sed cum subditis : ergo per illud verbum excludit semper ipsum Episcopum. Respondeo, eam exclusionem non esse, vt Episcopus non possit secum dispensare, sed vt alij aliorum Episcoporum subditi non includantur; vnde in eo casu, si alia maior exclusio non fiat, non censerem excludi ipsum Episcopum ; quia non censetur Pontifex velle illi in hoc puncto minorem fauorem facere, quàm facit omnibus illius. Dices : ergo si Episcopus habeat à Papa potestatem dispensandi in irregularitate, & homicidio v. g. & ipse occidat aliquem, poterit secum dispensare : id quod videtur valdè durum. Respondeo, eam potestatem dispensandi in similibus casibus rarò concedi generaliter Episcopo : quòd si concedatur, quia ea irregularitas supponit culpam, & grauem, crediderim non intelligi concessam Episcopo, vt seipsum ab ea liberet, licèt in aliis materiis, quæ culpam non supponunt, vt v.g. in lege jejunij, &c. si datur ei licentia dispensandi cum suis, possit dici data, & dispensandi secum. Ratio disparitatis inter vtrumque casum quoad potestatem ea est, quod quando supponitur crimen, ob quod incurritur irregularitas, permagni interest ad dispensationem concedendam cognitio eius delicti, ac iudicium de illo ; id quod ad Superiorem spectat ; ideóque æquum non fuit vt ipse sibi posset eam pœnam auferre : vnde nisi verba expressè id dicant, non potest præsumi à Pontifice concessa illi talis potestas, vt sibi ipse irregularitatem eam auferret : at quando dispensatio est in alia lege, quæ nullam supponit culpam, non est fundamentum vllum vrgens, cur non possit illi committi ius dispensandi secum, sicut committitur cum aliis. Hæc Arriaga.

2. Sed Vir sapientissimus, & amicissimus, in hoc scrupulosè videtur loqui ; & ideò puto in tali casu posse Episcopum secum dispensare. Dico itaque absolutè, Episcopos, cæterósque Prælatos posse secum dispensare in lege Superioris, & in votis, aut iuramentis à se factis sicut possunt cum suis subditis, nisi expressè prohibeatur. De censuris autem aliter dicendum existimo ; si enim censura aliqua ligatus sit: v.g. Excommunicatione, suspensione, aut interdicto, non potest, nisi medio Sacerdote à se electo absolui ; quia hæc tolli non possunt nisi absolutione, & absolutio est quædam sententia, quam in se ipsum quis exercere non potest. De irregularitate, deposítione, & qualibet alia inhabilitate maior est dubitatio, an possit secum dispensationem facere ? Et quidem si per sententiam contraxerit, certum. est non posse illam à se immediatè, & directè nec mediato aliquo à se electo tollere ; quia illam tollere non potest, nisi ex commissione imponentis, quam non est præsumendum concedere, alias frustranea esset eius conditio. Et in hoc sensu verissimum est, non esse soluere, cuius est ligare. cap. *Cum inferior. de maior. & obedient.* & ita nouit Basilius de Leon, *lib. 8. cap. 6. num. 9. & cap. 7. num. 17.* & satis colligitur ex cap. *At si Clerici de Iudic. cap. 2. de Bigamis.* At si pœna, & inhabilitas non per sententiam, sed ipso iure incurratur, credo posse Prælatum secum dispensare, sicut potest cum suis subditis ; quia licèt per iurisdictionem coactiuam ligatus fuerit, soluí tamen potest ex iurisdictione voluntaria, & directiua. Item non tam ipse seipsum soluit, quàm soluit Superior, qui pœnam imposuit, ipse enim potuit Prælato committere vices suas, vt dispenset in omnibus pœnis, & irregularitatibus tam secum, quàm cum sibi subditis : ex qua commissione ipse secum dispensat. Et ita docet Castrus Palaus, *tom. 1. tractat. 3. disputat. 6. punct. 7. §. 1. num. 4. & 5.* Et quidem Doctores absolutè controuertunt, an Prælati secum possint dispensare in omnibus, in quibus possunt cum subditis, & specialiter nominant irregularitates, vt videre est apud Sanchez, *lib. 8. disp. 3. num. 4.* Quare solùm in casu, quod lex tantùm esset pro Prælatis lata, & pœna tantùm ipsis imposita, censerem restringendam esse potestatem, vt relatis aliis docet Sanchez *disp. 5.*

RESOL. XIX.

Quinam dicantur casus occulti, in quibus Episcopus vigore Concilij valeat dispensare.

Et an possit Episcopus dispensare, quando delictum non est publicum, vel notorium, quamuis sit notum tribus, vel quatuor, nec de illo sit fama in maiori parte vicinia, vel Collegij ? Ex part. 7. tract. 2. Res. 15.

§. 1. ALiqui censent occultum in præsenti materia intelligendum esse secundùm terminos iuris, videlicet quod non potest probari. Et ita Guttierrez *in qq. Can. lib. 1. cap. 15. num. 27.* Aug. *in floribus part. 1. de Confess. quæst. 4. art. 5. difficult. 6.* Rodriguez *in Bull. Cruc. § 9. num. 69.* Graffius *tom. 2. Cons. tit. de Homicidio, cons. 2.* Garzias *de Benef. part. 7. cap. 11. num. 46.* Armandariz *in Addit. ad recopilat. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de irregularitat. in Declaration. num. 25.* quibus ego addo Antonium Soutam *in Aphor. lib. 3. cap. 4. num. 6. & 8.*

2. Sed omnino dicendum est occultum in præsenti esse id quod non est publicum, etiamsi ab aliquibus sciatur. Et ideo Stephanus Daluin. *de potest. Episc. cap. 26. num. 3.* ex præscripto Iuris, & Iurisperitorum doctrina aliquid occultum dici tripliciter ait. Primò, illud quod non est sua natura probabile, quia vt tale non cadit sub cognitionem hominis, eiusmodi sunt cogitationes hominum, de quibus nec Ecclesia iudicat. Secundò, id quod sua quidem natura est probabile, probari tamen non potest, quia nemo illius notitiam habet, vtpote coram nemine factum. Tertiò, illud quod probari quidem potest, quia notum, sed tam paucis, quod neque est vulgare, neque in iudicium deductum, & *num. 9.* notat per casus occultos Sedi Apostolicæ reseruatos, vigore Concilij *d. cap. 6.* Episcopos iurisdictioni concessos non intelligendos eos, qui primo modo dicuntur occulti sed tantùm eos, qui secundo, & tertio modo.

3. Et ita hanc sententiam tenet Nauarrus, Sanchez, Suarez, Fagundez, Azorius, Lessius, Duardus, Alterius, & plures alij, quos citat, & sequitur Bossius *de iubileo, sect. 1. cas. 10. §. 3. num. 26.* quibus ego addo Marcellum Vvlpe, *in Praxi, cap. 44. num. 10.* Caspensem. *in curs. Theol. tom. 2. tract. 25. disputat. 5. sect. 17. num. 115.* Alzedum *in Praxi parte 2. cap. 6. num. 10.* Marchinum *de Sacramento Ordinis, part. 9. diffic. 2.* Bartholomæum à

Sup. contento in hac Resi. in tom. 9. tr. 7. Res. 114. §. quando, & seqq. & hic infra in Res. seq. & in tom. 5. tr. 5. Res. 88. Verum ad medium, vers. vnde. Et quamus pro Commissario Cruciatæ, in hoc casu lege tamen in tom. 4. tr. 3. Res. 142. & in tom. 5. tr. 8. Res. 15. §. Nec valet, cursim ad medium, vers. vnde & in Res. 16. §. 1. in fine, vers. quod est quando.

Vecchis *in Præx Nouit. disput. 9. dub. 16. num. 3.* Trullench. *in Decalogum tomo 1. lib. 1. cap. 3. dub. 4. num. 8.* & nouissimè Ioan. Machadum *de Perf. Confess. tom. 2. lib. 4. parte 6. tractat. 12. docum. 4. num. 11.* Et ratio est, quia in *d. cap. 6.* Tridentini, in facultate dispensandi & absoluendi ibi concessa, excipiuntur delicta ad forum contentiosum deducta, ergo non excipiuntur occulta, quæ probari possunt, si tamen ad forum contentiosum non sunt deducta; Tum quia occultum in iure plerumque accipitur, non provt est improbabile, sed provt contradistinguitur à notorio, publico, vel famoso, secundum Abbatem *in cap. fin. de temp. ordin.* vbi occultum crimen ad hoc vt quis possit promoueri, appellat illud, quod opponitur notorio, sicet probari possit; Idem Abbas *in cap. quæsitum, de pœnit. & remiss.*

Sup. hoc in Resolutionibus, & §§. annot. præteritæ.

4. Ex his infertur posse Episcopum virtute Concilij, *in d. cap. 6.* dispensare, quando delictum non est publicum, vel notorium, quamuis sit notum tribus, vel quatuor, nec de illo sit fama in maiori parte viciniæ, vel Collegij, vnde in magna Ciuitate quatuor quinquè, aut sex vidisse testes, non satis videtur ad notorium, vt docent Henriquez *d. lib. 13. cap. 5. §. 2.* Sayr. *de cens. lib. 2. cap. 12. num. 19.* Sanchez *d. cap. 11. num. 19.* quod me citato etiam notauit Trullench. *vbi suprà.*

RESOL. XX.

An Episcopus vigore Concilij Tridentini sess. 24. cap. 6. de reformatione, possit dispensare in delictis notoriis, dummodò non sint deducta ad forum contentiosum?

Et explanatur, quando delictum dicatur notorium, & quando occultum. Ex part. 11. tract. 8. & Misc. 8. Resol. 68.

Vt melius dissoluatur doctrina huius Resl. legè præteritam Resl. & alias eius primæ annot.

§. 1. Affirmatiuam sententiam (attendas quæso amice lector) nouissimè docuit Magister Ioan. de S. Thoma *in 2. 2. q. 64. d. 23. art. 3.* vbi sic ait: Post Concilium Tridentinum habent Episcopi potestatem ad dispensandum in irregularitate homicidij casualis occulti. Hæc conclusio colligitur *ex illo cap. 6. sess. 24.* vbi conceditur facultas Episcopis dispensandi in omnibus suspensionibus, irregularitatibus prouenientibus ex delicto occulto, excepta irregularitate homicidij voluntarij, & aliis deductis ad forum contentiosum: ergo cùm ibi solum fiat exceptio de irregularitate homicidij voluntarij, & de aliis irregularitatibus publicis, vtpotè deductis ad forum contentiosum, inter quas non includitur irregularitas homicidij casualis occulti: & ex alia parte conceditur Episcopis facultas dispensandi in omni alia irregularitate prouenienti ex delicto occulto, cuiusmodi est irregularitas homicidij casualis occulti, manifestè conceditur Episcopis facultas dispensandi in illa.

2. Interrogabis tamen quid nomine delicti occulti intelligendum sit in illa concessione generali, si quidem homicidium multipliciter potest esse occultum? Ad hoc respondent aliqui Theologi posse delictum quadrupliciter dici occultum. Primò modo, quando est merè internum, & nullo modo actu externo explicatum: sed tamen hoc impertinens est ad propositum, quia per nullum actum isto modo internum incurritur irregularitas. Vnde primo modo dicitur occultum delictum, quando explicatum est in exteriori actu, non tamen potest iuridicè probari, quia nullus extat testis, vel vt plurimum est vnicus solus testis, nec acceptione maior, nec sunt indicia, nec clamorosa insinuatio. Secundo modo delictum dicitur occultum latè, scilicet quâdo in iudicio probari potest duobus, siue tribus testibus: est tamen occultum, itaut non sit notorium siue publicum in populo, vel ciuitate, vel vico, cuius delinquens erat pars. Tertiò modo dicitur occultum latiori modo, quando etiamsi probari possit coram iudice, & similiter sit notorium in ciuiate, vel communitate, adhuc tamen de facto non est deductum ad forum contentiosum coram iudice, & ita habet esse occultum, quatenus opponitur publico in forensi tribunali.

3. Dico igitur tertiò. In præfato decreto Conc. Triden. nomine *delicti occulti*, intelligitur delictum occultum cum omni amplitudine, & latitudine, etiam vt comprehendit delictum occultum in vltimo modo latiori assignato. Itaque vniuersaliter intelligitur delictum occultum, omne illud quod non est deductum ad forum contentiosum, etiamsi probari possit iuridicè, & notorium sit in ciuitate; & ideo super omni irregularitate prouenient ex illo possunt Episcopi dispensare: & sic est intelligenda præsens conclusio. Et quidem ista tertia conclusio probari non potest sufficienter ex eo, quod cùm concessio illa sit maximum priuilegium, & fauorabile, subinde sit extendenda, quia extensio huiusmodi concessionibus non potest trahi extra proprium genus. At delictum occultum secundo, & tertio modo assignato est omnino extra genus occulti delicti, cùm ex natura sua sit publicum iuridicè. Quocirca legitima efficax Probatio nostræ conclusionis desumenda est ex verbis Concilij videlicet ex illa exceptione, qua à ratione *delicti occulti* solum excipit tanquam publicum, illud quod de facto deductum est ad forum contentiosum, sicut solum excipit irregularitatem prouenientem ex homicidio propriè voluntario Cùm igitur exceptio firmet regulam in contrarium. ideo in illa generali cõcessione est habenda tanquam regula generalis, quod omne illud delictum est occultum de mente Concilij ad hoc propositum, quod de facto non est deductum ad forum contentiosum. Hucvsque Ioann. de S. Thoma, cuius doctrina si esset admittenda plures essent immunes petendi dispensationes ex Romana Curia. Sed pace viri sapientissimi hæc opinio est contra stylum Curiæ, contra praxim omnium Episcoporum & contra communem sententiam Doctorum, quos ego adduxi, & sequutus sum *in p. 7. tr. 2. res. 15.* & vsque ad satietatem adducit Barbosa *in dictum locum Concilij n. 26.* & de potestate Episcopi *p. 2. alleg. 39. num. 24.* Dico igitur in dicto loco Concilij accipi *delictum occultum*, vt distinguitur contra publicum, & ita etsi ab aliquibus sciatur, & probari possit dici occultum: at tunc tantum occultum non esse, quando in ratione delecti est publicũ, vtpotè quod in maiori parte viciniæ, Collegij, vel Monasterij, vel Parochiæ cognoscitur, dummodo saltem decem personæ inueniantur in ea vicinia, Parochia, Collegio, vel Monasterio, Vide Hermanum Busembaum *in Medulla Theol. mor. lib. 7. cap. 1. dub. 5. num. 2.*

Quæ hic Resl. annotanda, alijs eius primæ annot.

RESOL. XXI.

An delictum publicum in vno loco, & occultum in alio in quo non sit spes, vt publicetur, possit Episcopus vigore Concilij Tridentini dispensare?

Et an possit Episcopus dispensare in irregularitate proueniente ab excommunicato celebrante, quando excommunicatio est occulta, quamuis manifesta sit celebratio. Ex p. 7. tr. 2. Resl. 16.

§. 1. Negat

§. 1. NEgat Bonacina *de cons. disp. 1. quæst. 3. punct. 2. num. 3.* Sanctarellus *tract. de Hæres cap. 5. dub. 6. num. 26.* Suarez *tom. 4. disp. 30. sect. 2. num. 2.* quia quod alicubi publicum est, simpliciter est publicum, & non occultum, & moraliter, & regulariter loquendo, quod in aliquo loco publicum est, facile ad alia loca defertur, Ergo. Et hanc sententiam tenet etiam Castrus Palaus *tomo 1. tract. 4. disp. 4. puncto 3. §. 1. num. 14.* vbi sic ait: Mihi sententia Suarez maximè probatur, quia negari non potest delictum illud publicum esse; nã ad hanc denominationem sufficit vno loco publicari, sed Concilium excluſit delicta publica à facultate absolvendi, & dispensandi. Item vt delictum sit ad forum contentiosum deductum, sufficit, in vno loco deductum esse. Ergo etiam sufficit, vt publicum sit, in vno loco publicari. Ita ille.

2. Sed etiam probabiliter affirmatiuam sententiã tenet Fagundez *de Præcept. Eccles. pr. 2. lib. 8. cap. 8. num. 21.* Auila *de cens. parte 2. cap. 7. disp. 1. dub. 11. concluſ. 3.* Sanchez *in Summa lib. 2. cap. 11. n. 20.* Diardus *in Bull. Cœn. lib. 3. §. 2. quæst. 11. num. 10.* Et ideo ſi contingat delictum in vna Ciuitate esse publicum, vel per facti notitiam, vel quia in iudicio confeſſum, vel quia per Iudicis ſententiam probatum; in alia verò Ciuitate in qua petitur abſolutio, vel dispensatio in irregularitate esset occultum, tunc licebit Epiſcopo abſoluere, vel dispensare, modò notitia talis delicti non ſit illuc facillimè peruentura; quia in tali loco delictum verè dicitur occultum, nec semper adeſt periculum diffamationis propter locorum diſtantiam.

3. Vnde non gravabor hîc apponere verba Ioan. Machado *de perf. Confeſſ. tom. 2. lib. 4. parte 6. tr. 12. docum. 4. num. 2.* vbi ſic ait: (*Con todo esſo dudan los Dotores, ſi quando el delito es publico, y notorio donde ſe pide la abſolucion del en la forma dicha, pueda el Obiſpo abſoluerle, ò diſpenſarle. Suarez ſiente que no; y que per conſiguiente no ſe eſtiende à el la facultad del Concilio; funda ſe en que lo que en algun lugar es publico, es ſimpliciter publico, y no occulto; y regularmente hablando, lo que en vna parte es publico, facilmente ſe divulga à otras partes. Sanchez y otros afirman, que como el lugar donde el delito es publico, eſté tan diſtante de aquel donde ſe pide la abſolucion por occulto, que no aya eſperança de que llegaria a el ſu notoriedad, puede el Obiſpo abſoluerle; y aſſi affirma, que lo ſintieron muchos hombres doctos de Salamanca.*) Ita ille.

4. Ex quibus omnibus colligitur poſſe Epiſcopum dispensare in irregularitate proueniente ab excommunicato celebrante, quando excommunicatio est occulta; licet celebratio ſit manifeſta nam ad hanc effectum cenſura dicitur occulta, quæ incurritur coram multis ignorantibus, illam tamen eo caſu incurri. Fr. Ludou. Miranda *in man. prælat. tom. 2. quæſt. 8. art. 14. concl. 2.* Marchinus *de ſacram. Ord. tract. 1. parte. 9. diffic. 2. num. 4.* Boſſius *de Iubileo ſect. 1. caſ. 10. §. 3. num. 33.* quicquid dubitet Additionator Nauarri *ad conſ. 2. de Clerico non ordinato miniſtrante.*

5. Dicendum est igitur, quòd ſi contingat delictum in vna Ciuitate esſe publicum, vel per facti notitiam, vel, quia in iudicio confeſſum; vel, quia per Iudicis ſententiam probatum; in alia verò ciuitate, in qua petitur abſolutio, vel dispensatio in irregularitate, esſe occultum; tunc licebit Epiſcopo abſoluere, vel dispenſare, modò notitia talis delicti non ſit illuc facillimè peruentura. Ratio est, quia in tali loco delictum verè dicitur occultum, nec semper adeſt periculum diffamationis propter locorum diſtantiam. Deinde, ſicut excommunicatus denunciatus in vno loco, vel publicus Clerici percuſſor in vna vrbe, non est in alia, vbi talis excommunicatio est occulta, vitandus ab iis, qui factum norunt, quia in tali loco retinet ius ſuæ famæ: ſic ſimiliter in caſu noſtro dicendum videtur.

Sup. hoc magis patè in tom. 5. tr. 1. Reſ. 145.

RESOL. XXII.

Quandonam delictum dicitur deductum ad forum contentioſum, vt Epiſcopus non poſſit vti facultate Concilij?

Et an, ſi delictum ſit deductum ad forum contentioſum, non poſſit Epiſcopus abſoluere, nec diſpenſare etiam aliàs, vbi omnino ignoratur. Ex p. 7. tr. 2. Reſ. 17.

§. 1. ALiqui putant, quod delictum deductum ad forum contentioſum, ad hoc vt Epiſcopus in irregularitatibus, & ſuſpenſionibus ab eo prouenientibus, diſpenſandi facultatem non habeat, dicitur ſtatim ac denunciatio, aut accuſatio de illo coram legitimo Iudice facta est. Ita Mar. Alter. *de c. 3. verſ. Poſtulabit.* vbi multis nititur ſuam comprobare ſententiam. Vel vbi primũ citatio est facta, quia regulariter à citatione incipit iudicium, §. *fin. inſtit. de pœna temere litig. gloſſ. in rub. C. de in ius vocando,* vt tenet Aloyſ. Ricc. *in Praxi fori Eccleſ. deciſ. 522. in 1. edit. & reſol. 449. in 2. edit.* (Floronus *de caſ. reſer. cap. 4. §. 21. num. 2* nouiſſimè Marcel. Vvilpe, *d. cap. 44. num. 10. in fine*, & alij. Conſentit etiam Henriquez *lib. 2. cap. 11. num. 21.* Auila, *de cens. parte 2. cap. 7. diſp. 1. dub. 11. concl. 3.* Sanchez, *in ſumma tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 20.* Itaque ſecundum hos Doctores, tunc dicitur delictum deductum ad forum contentioſum, cùm denunciatio, vel accuſatio coram legitimo Iudice facta est, & reus ratione illius citatus fuit, quia citatio est primus actus Iudicij. Sup. hoc infra in §. vlt. Reſ. 25.

2. Mihi verò probabilis etiam illa ſententia videtur, quæ aſſerit non dici delictum ad forum contentioſum esſe plenè & perfectè deductum, quouſque lis conteſtata ſit: ſic defendit Barboſa, 2. *parte de Poteſtate Epiſcopi alleg. 39. num. 29.* ſequentibus rationibus: Prima quia forum contentioſum dici non poteſt, niſi inter partes ſuper delicto commiſſo contendatur, negando, vel confitendo; quo actu litis conteſtatio etiam in criminalibus inducitur. Secundò forum contentioſum est idem ac iudicium, ſed iudicium non est perfectum vſque ad litis conteſtationem ex reſolutis per Aſin. *in Praxi Florent. § 1. cap. 1. num. 14. & ſeqq.* Lancelot. *de attent. in Præfat. num. 7.* Peregrin. *var. lib. 2. ſub. rubr. de iudic. num. 51.* Tertiò forum contentioſum non differt à lite mota; quia idem est in foro contendere, ac in eo litem mouere: at lis mota dicitur poſtquam litis conteſtatio facta fuerit, vt probat Textus *in cap. ex parte 30. de verb. ſignif.* & reſoluunt Maranta, *de ordin. ad. cap. part. 5. tit.* & omnia fiant durante inſtantia, *num. 64.* Surdus. *de aliment. tit. 5. quæſt. 8. num. 4.* Cabellusitan. *deciſ. 15. num. 10. parte. 2.* Ergo delictum deductum esſe ad forum contentioſum poſt litis conteſtationem dici debet, & non ante. Et hanc opinionem tenet Gauantus *in man. Epiſ. ver. Abſolutio, num. 12.* Boſſius, *de Iubileo ſect. 1. caſ. 10. §. 3. num. 36.* Caſtrus Palaus, *tom 1. tract. 4. diſp. 4. puncto 3. §. 1. num. 11.* Trullench, *in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 3. dub. 4. num. 9.*

3 Et ideò omnia ſupradicta confirmat etiam Ioan. Machadus *de perf. Confeſſ. tom. 2. lib. 4. parte 6. tract. 12. docum. 4. num. 3.* vbi ſic ait: *La ſegunda condicion, que el Concilio pide para que el Obiſpo pueda abſoluer*

absolver, ó dispensar el delito occulto, es, que no se aya deduzido al fuero exterior. Para cuya intelligencia se ha de advertir, que aunque esto es cierto, dispuesto por el Concilio: viene à ser muy dudoso entre los Dotores, quando se aya de dezir, que el delito esté deduzido al fuero exterior, de tal modo, que el Obispo no pueda dispensar en las irregularidades, y suspensiones, ni absolver de la heregia occulta, y demas casos reservados à la Sede Apostolica. Alterio siente, que luego que se haze la denunciation, ó acusacion antè el juez, esta ya deduzido el delito al fuero exterior. Riccio y otros afirman que es necessaria citacion de la parte. Barbosa, y otros dizen, que no basta citacion, sino que se ha de haver contestado la causa para que se diga estar deduzida al fuero exterior. Litis contestacion, llama el Derecho, quando no solo se ha citado la parte contraria, sino que ella tambien ha respondido, negando, ó confessando en la demanda principal.) Ita Machadus. Quidquid in contrarium

In Resã not. præteritæ in eodem §. asserat Marchinus *de Sacram. Ordinis tract. 1. parte 9. diffic. 4. num. 3.* qui nominatim contra me non vult delictum dici deductum ad forum contentiosum post litis contestationem.

Quoad hoc latè in Res. præterita. 4. Nota tamen quòd à delicto sic deducto ad forum contentiosum non potest Episcopus absoluere, neque dispensare etiã alibi vbi omnino ignoraretur, quia vbicunque fuerit deductum, simpliciter est deductum. Ita Palaus, *vbi suprà*, cum Trullench.

RESOL. XXIII.

An si reus à delicto deducto ad forum contentiosum fuerit liberatus, possit cum illo Episcopus vti facultate Concilij, etiamsi reus medijs depravatis obtinuerit absolutionem?

Et quid dicendum, si accusator per annum tacuerit?

Et notatur, quod si post obtentam ab Episcopo absolutionem, & dispensationem, existente crimine occulto, idem crimen deinde detegatur, & ad forum contentiosum deducatur, dispensatio facta non solum proderit in foro conscientiæ, sed etiam in foro externo admittenda est. Ex p. 7. tr. 2. Res. 18.

§. 1. ALiqui negatiuè respondent, & dicunt tale delictum non dici occultum, neque Episcopum vigore illius Decreti Tridentini posse dispensare super suspensione; aut irregularitate ex dicto delicto sic ad forum contentiosum deducto orta, esto, non fuerit probatum, & sequuta sit sententia absolutoria. Quod idem videtur tenere Guttierrez *lib. 1. qq. Can cap. 3. ad fin.* & Manuel *in summa 1. parte cap. 168. num. 16.* probat Garzias, quia Concilium *in d. cap. 6.* absolutè excipit delicta deducta ad forum contentiosum, & consequenter sola deductio sufficit, vt Episcopus vigore dicti Decreti dispẽsare non possit. Addit tamen idem Garzias contrariam sententiam posse admitti in secundo casu dicti Decreti Concilij, de absolutione à casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis; quia ibi nihil dicitur de deductis ad forum contentiosum, maximè cùm illa absolutio detur tantùm in foro conscientiæ.

2. Marius Alterius, *vers. Postulabit*, & Suarez *de cens. disp. 41. sect. 2. num. 6.* distinguunt; nam vel reus in iudicium delatus fuit absolutus à tali delicto, quia nullo modo probatum fuit, & sic remanet occultum, sicut prius, & potest Episcopus dispensare: vel fuit aliquo modo, seu semiplenè probatum, & sic non poterit dispensare Episcopus, quia ex semiplena probatione in foro exteriori facta oritur publica infamia, imperfecta quidem, sed sufficiens, vt rès non remaneat occulta, sicut antea; & hanc opinionem videtur tenere etiam Florensis, *de cas. reseru. 1. parte, cap. 4. §. 2. num. 2. versic. Excipitur autem.*

3. Sed ego puto quod finito iudicio, & lata sententia absolutoria possit Episcopus vi dicti Decreti dispensare, quia tale delictum adhuc manet occultum, & non potest dici deductum ad forum contentiosum cum effectu; cò quia probatum non fuit. Quod etiam verum esse puto, etiamsi reus mediis deprauatis obtinuerit absolutionẽ ab iniecto crimine: nã etiã in hoc casu poterit Episcopus vti facultate Concilij. Ita docet Caspensis *in curs. Theol. tomo 2. tract. 25. disp. 5. sect. 17. n. 178.* Fagundez *in præcep. Eccles. pr. 2. lib. 8. cap. 8. n. 26. & 27.* Marchinus *de Sacram. Ord. tract. 1. parte 9. diffic. 4. num. 8.* Henriquez *lib. 14. cap. 27. num. 8.* Suarez *de cens. disp. 41. sect. 2. num. 6.* Sanchez. *de Matr. lib. 8. disp. 34. num. 5.* Bartholomæus à Vecchis *in Paxi Nouit. disp. 9 dub. 16. num. 7.* Sebastianus à Bononia *tract. de elect. dub. 71. num. 12.* Castrus Palaus *tom. 1. tract. 4. disputat. 4. puncto 3. §. 1. num. 16.* Trullench. *in Decal. tomo 1. lib. 1. cap. 3. dub. 4. num. 9.* Imo Campanili *in diuers. iur. can. Rubr. 7. cap. 5, num. 7. & Rubr. 11. cap. 23. num. 144.* tenet quòd si iudicium non fuerit sententia finitum, eò quòd accusator per annum tacuerit; potest ab Episcopo elapso anno dispensari, & ordinari. Quod notat etiam Sanctarellus *tract. de Hæresi cap. 5. dub. 6. num. 28.* Barbosa, Trullench. *vbi suprà*, & Castrus Palaus *loco citato*, qui etiam notant, quòd si duo sint consortes criminis eiusdem, & vnus tantùm in iudicium deferatur, alter absolui potest, quia eius delictum, quatenus ab ipso processit ad iudicium non est delatum.

Sup. hoc §. fra in fine 1. Resol. 14.

Sup. hoc §. Ref. anno. præteritæ vic.

4. Nota etiam contra Bonacinam *de Cens. disp. 7. q. 5. puncto 1. num. 5.* & Suarez penes ipsum sententiam nostram esse veram, etiamsi delictum fuerit semiplenè probatum: nam adhuc manet occultum finito iudicio, & lata sententia absolutoria; quia vel reus absoluitur definitiuè, & tunc nullum est dubium; aut absoluitur ab instãtia, seu ab obseruatione iudicij; & tunc adhuc res manet occultas sicut prius, etenim per illam sententiam interlocutoriam id iudicium est terminatum, ac sublata infamia ex deductione in forum orta. Hoc enim discrimen tantum intercedit inter absolui definitiuè, & solùm ab instantia, seu obseruatione iudicij (vt latè discurrit Couar. *lib. 1. ver. resol. c. 1. num. 8.*) quod in priori casu nunquam potest id crimen iterum in iudicium deduci; At in posteriori potest quidem sed ex nouis indiciis, nouisque probationibus. Quare in vtroque casu id iudicium omnino terminatum est, & res in pristinum statum redacta. Ita Doctores citati, & præcipuè Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 34. num. 57.* & Bossius, qui *n. 44.* optimè obseruat, quod si post obtentam ab Episcopo dispensationem existente crimine occulto idem crimen deinde detegatur, & ad forum contentiosũ deducatur, dispensatio facta non solùm proderit in foro conscientiæ, vt aiunt Tolet. *in summa lib. 1. c. 89. num. 5.* Garz. *d. cap. 11. num. 51.* sed à pio, & benigno Episcopo, aut altero Iudice etiam in seu pro foro exteriori admittenda est, ita Henriquez *l. 14. sum. cap. 21. §. 1. littera E, in textu, & comm.* & Campanilis *d. cap. 23. num. 144.* quia (inquit Henriquez *in com.* (quod Trid. ait pro foro conscientiæ, videtur restringi quantùm ad absolutionem peccati, aut censuræ reseruatæ, non autem quantùm ad dispensationem super irregularitate, aut suspensione.

Sup. hoc §. prà in Res. 5. Sed ad mediij, vers. Obiter au. men.

RESOL.

RESOL. XXIV.

An si delictum fuerit deductum ad forum contentiosum, & probatum, post iudicium finitum, & delictum punitum possit Episcopus adhuc vti facultate Concilij?

Et si reus non fuit absolutus definitiue defectu probationum, sed eductus è carcere cum onere se præsentandi toties quoties, an tunc Episcopus non possit vti facultate huius Decreti. Ex part.7.tr.2.Ref.19.

§.1. NEgatiuam sententiam tenet Suarez *de Cens. disp.* 41. *sect.* 2. *num.* 5. Bonacina *de Cens. disp.*7. *quæst.* 5. *puncto* 1. *num.* 6. & alij, quos ego citaui *in parte* 4. *tract.*2. *resol*97. quibus nunc addo Sanctarellum *tract. de Hæresi cap.*5. *dub.*6.*n.* 19. *in fine.* & Castrum Palaum, *tomo* 1. *tract.*4. *disp.*4 *puncto* 3.§ 1. *num.* 17. Probatur hæc opinio,quia euidés est,illud delictum notoriũ esse,& publicum; siquidem est in iudicio probatum : ea autem,quæ sic probata sunt, notoria sunt, vt multis relatis Mascard. probat *concl.* 1101. *num.*13. & *concl.* 1196. *num.*15. Tiraquel. *de retract. lignag.*§. 36. Glossa 2. *num.* 44. Menoch. *de arbitr. cas.*116. *num.*6. Item illud delictum est cum effectu ad forum contentiosum deductum ; siquidem ibi est probatum, & punitum. Ergo non comprehenditur sub hoc priuilegio. Probo consequentiam, quia priuilegium est de delicto occulto, neque ad forum contentiosum deducto, cuius contra est tale delictum. Item absolutio, quæ *in supra cap.* conceditur : est solùm pro foro conscientiæ; at delictum sic manifestum, & publicum non solùm indiget absolutione pro foro conscientiæ, sed etiam pro exteriori. Ergo sub hac concessione tale delictum non fuit comprehensum.

2. Sed licet supradicta opinio sit satis probabilis, contrariam etiam probabilem esse existimo cum Doctoribus *in d. resol.* 97. à me citatis ; quibus addo Caspensem *in curs. Theol. tomo.*2. *tract.* 25. *disp.* 5.*sect.*17. *num.*116. Bossium *de Iubileo sect.* 1. *cas.* 10§. 3. *num.*46. Sanctarell. *tract. de Hæresi, cap.* 5.*dub* 6. *num.*29. & me citato Marchinum *de Sacram. Ord. tract.* 1. *parte* 9. *diffic.* 4. *num.*11. Et ratio est, quia intentio Concilij fuit conseruare auctoritatem Iudici, ad quem spectat de delicto illo cognoscere, & non concedere delicta publica,ad hoc vt publicum scãdalum caueatur;verùm in hoc euentu vtrumque damnum euitatur : Nam auctoritati Iudicis nil detrahitur, cùm iam functus sit suo officio delictum illud puniendo:cessat etiam publicum scandalum punitione illa humiliter tolerata à delinquente, cùm per illam purget delictum, & satisfaciat Reipublicæ ex eo delicto offensæ, ergo nil obstabit, quominus possit Episcopus dispensare ; & ita fuisse sæpe obseruatum in simili casu, testatur Avila se vidisse, nempe impendi absolutionem per Bullam ab excommunicatione deducta ad forum contentiosum finito iam iudicio.

3. Vnde Ioannes Machadus *pers. Confess. tomo* 2. *lib.*4. *parte* 6. *tract.* 12. *docum.*4. *num.* 4. sic ait: *Si despues que el delito se reduxo al fuero exterior, y alli se castigò, pueda el Obispo absolverle, ò dispensar en la irregularidad que del resultò es tambien dudoso, y controuerso entre los DD. Algunos siguen que si porque ya entonces cessa la razon de la prohibicion; conuiene à saber, que no se impidiese la satisfacion publica con la absolucion del Obispo. Otros dizen que no ; fundados en que ya està el delito deduzido al fuero exterior, y esto basta, para que el Obispo no pueda absolverle.* Ita ille. Igitur, vt dixi, vtramque sententiam probabilem & tutam esse puto ; & ita putat etiam Trullench. *in Decalogum tomo* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *dub.* 4. *num.* 9.

4. Notandum est tamen hîc, quòd si reus non fuit absolutus definitiuè defectu probationum, sed eductus è carcere cum onere se præsentandi toties, quoties, tunc Episcopus non potest vti facultate huius Decreti. Ita declaravit Sacra Congregatio, quam adducit Marchinus *loco citato num.* 10. Garzias *de benef. parte* 7. *cap.*11. *num.* 47. & nouissimè Barbosa *de Potestate Episcoporum part.* 2. *Alleg* 39. *n.*35. Sup. hoc in Ref. 26. cursim in fine §. Sed contrarium.

RESOL. XXV.

An Episcopus possit dispensare in irregularitate, si delictum fuit deductum ad forum contentiosum, & iam finito iudicio punitum ?

Et quæritur, quando verò dicitur delictum deductum ad forum contentiosum, vt Episcopus non possit dispensare. Ex part.4.tr.2. Ref.97.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Barbosa *de potestate Episc. part.*2. *allegat.* 39. *num.* 35. vbi citat Guttierrez,Rodriguez, Suarez, & Bonacinam ; quibus ego addo Sayrum *de cens. lib.*4.*c.* 17. *num.*23. Garsias *de benefic. tom.*2. *part.*7. *c.*11. *num.*50. Bartholomæum de Vecchis *in praxi Nonitiorum disp.* 9. *dub.* 16. *in fine.* Ratio est, quia non potest negari quòd delictum non fuerit deductum ad forum contentiosum,nec deinde occultum, imò publicum. Nam quæ probantur in iudicio,appellantur publica. Sed Concilium Tridentinum *sess.*24. *cap.* 6. facultatem dispensandi super irregularitate concedit Episcopis in casibus occultis, & non deductis ad forum contentiosum, nec vllam adhibet distinctionem,ergo, &c. Sup hoc in Ref. præterita, & in aliis eius primæ annot.

2. Sed ego puto contrariam sententiam esse probabilem, & tutam in praxi, quam tuentur Gaspar. Hurtado *de irregul. disp.*2. *difficult.* 20. *num.* 68. Sebastianus à Bononia *in tract. de electione part.*2. *c.* 4. *dub.* 71. *num.* 13. Auila *de cens. part.* 7. *disp.* 10. *dub.*7. Sanchez *in summa tom.* 1. *lib.*2. *cap.*11. *num.* 21. Henriquez *lib.*14. *cap* 7. *num.* 5. Reginaldus *tom.* 2. *l.*30. *tract.* 2. *num.* 29. *vers.*6. & alij. Ratio est, quia in dicta dispensatione super irregularitate de qua loquimur, non turbatur tribunal iudicis quod vitare intendit Concilium Tridentinum dicta exceptione ; nam intentum Concilij fuit conseruare authoritatem iudicibus ; sed in nostro casu nihil authoritati detrahitur iudicis,quia iam functus est iudicio suo, ergo, &c. Deinde Concilium ideo requirit delictum esse occultum, vt vitetur publicum scandalum ; sed hoc cessat per punitionem factam per iudicem, humiliter toleratam à delinquente ; ergo, &c. ex quibus patet responsio ad argumentum pro prima sententia adductum.

3. Quando verò delictum dicatur deductum ad forum contentiosum, vt Episcopus non possit dispensare super irregularitate, Riccius *in praxi tom.* 1. *resolut.* 449. putat vbi primùm citatio facta fuerit ; sed tu tene dici delictum deductum ad forum contentiosum post litis contestationem. Sup. hoc supra magis late in Ref.12.

RESOL. XXVI.

An Episcopus vigore Concilij Tridentini sess.24. c. 6. de Reformat. *possit dispensare cum reo, qui accusatus in suo tribunali transegit cum fisco, vel cum parte ?*

Et

Et deducitur, quod post sententiam comdemnatoriam, finito iudicio, & reo punito absque dubio Episcopus potest dispensare, nisi reus sit infamis.

Et quid, si reus fuerit absolutus etiam falsis probationibus?

Et aduertitur, quod etiam si iudicium non fuerit per sententiam definitiuam, aut interlocutoriam finitum, & determinatum, sed intermissum & derelictum, eo quod accusator per annum tacuerit, potest Episcopus dispensare.

Idem est, si saltem per aliquod tempus constiterit actorem in probatione non progredi. Ex part. 10. tr. 12. & Mis. 2. Res. 33.

§. 1. CAsus est practicabilis, & de illo ego sæpissimè interrogatus fui: affirmatiuè respondet Genuensis *in Praxi, cap. 67. num. 6.* vbi sic ait: Sed quid si aliquis non fuit absolutus, neque condemnatus, sed transegit seu se composuit cum Curia? Et dicendum est delictum non dici amplius deductū ad Forum contentiosum, quia transactio imponit finem liti, & habet vim rei iudicatæ. *leg. Fratris. leg. Non minorem. C. de transact.* & sufficit quod inquisitus non reperiatur condemnatus; nec dubium est quòd codemnetur, dummodo transactio non fiat in casu non transigibili; quia tunc induceret confessionem, & probationem delicti, *leg. 1. & 2.* vbi Gl. *ff. de his, qui sibi mortem conscierunt. leg. fin. ff. de præuaricat.* Iason. *in leg. transigere, Cod. de transact.* & probationes, & confessiones factæ in iudicio, inducunt notorium. Hæc Genuensis: & post illum hanc etiam sententiam tenet Antoninus Raguccius *in Vas. Eccles. Discipl. tit. de Episcopis, quæst. 10. n. 11.* sic asserens: Non dicitur deductum ad forum contentiosum in hoc sensu, si Reus fuerit absolutus etiam falsis probationibus, Nauarrus *cap. 27. num. 235.* neque si non fuit absolutus, nec comdemnatus, sed se composuit cum Parte, & Fisco, si delictum est transigibile, adhuc tamen Episcopus dispensat. Ita ille.

Sup. hoc supra in Res. 22. §. Sed ego ad lin. 6.

2. Sed contrarium tenet Squillante *de Priuil. Cler. cap. 4. n. 166.* in fine, stante declaratione Sacræ Congregationis adducta à Garcias *de Benefic. tom 2. part. 7. cap. 11. num. 47.* vbi testatur, statuisse non posse vti beneficio dicti Concilij Tridentini illos, qui ratione alicuius delicti non fuerunt absoluti, neque condemnati, sed dimissi cum promissione de se præsentando, cùm delictum sit iam deductum ad forum contentiosum. Quod etiam docet Marchinus *de Sacrament. Ordin. par. 9. cap. 1. difficult. 4. num. 10.* vbi sic ait: A fortiori deducitur post sententiam iudicialem absolutoriam à crimine, de quo quis accusatus fuit, posse ab Episcopo dispensari, & promoueri ad Ordines. Quod est extra omnem controuersiam. Verùm, si Reus non fuit absolutus definitiuè defectu probationum; sed dimissus cum onere se præsentandi toties, quoties, tunc non potest vti beneficio huius Canonis ex Decreto Sacræ Congregationis.

Sup. hoc in duabus præcedentibus Res. & in aliis positis in annot. 1. Res. 24. & pro vltimo contento in hoc §. in §. vlt. dictæ Res. 24.

3. At Aliquis in fauorem Genuensis posset dicere, non deesse Doctores asserentes Reum punitum, nisi sit infamis, post sententiam elapso strepitu iudiciali ab Episcopo posse dispensari, & ad ordines euehi. Ducor; quia licèt huiusmodi delictum sit publicum, & deductum ad forum contentiosum, tamen non generauit infamiam, vt supponimus. Cur ergo arceri debet ab Ordinibus Sacris? Nam intentio Concilij fuit, limitare Episcopis hanc facultatem dispensandi in casibus ad forum contentiosum deductis, ne iudicium sæcularium, vel Ecclesiasticorum authoritas diminueretur, vel perturbaretur: sed finito strepitu iudiciali, & delicto punito, cessat omnis occasio perturbationis, ergo liberum erit Episcopo dispensare, & ordinare, si ita expedire iudicauerit. Et pro hac sententia plures adduxi *in part. 4. tract. 2. resol. 97.* quibus nunc addo me citato Marchinum *vbi supra, num. 11.* & me etiam citato Martinum de San Ioseph *in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 20. de Pœnitent. num. 9.* vide etiam Sanctarellum *de Har. c. 5. dub. 6. n. 68.*

4. Itaque si post sententiam condemnatoriam finito iudicio, & Reo punito potest Episcopus dispensare secundum sententiam supradictorum Auctorum; idem dicendum videtur in casu nostro: nam per transactionem cum Parte vel Fisco iudicium est finitum, & strepitus iudicialis cessauit: ergo cessat omnis occasio perturbationis: ergo liberum erit Episcopo, si vult, cum dicto Reo dispensare, si delictum non generauit infamiam. Verùm Tu cogita: nam Ego obseruo, quòd illud caput 67. in quo Genuensis docuit hanc sententiam in editione Romana 1609. postea in alia editione Ramana anno 1638. non fuit impressum; forsitan quia docebat hanc doctrinam, & alia, quæ etiam mihi non placent.

Sup. hoc supra in Res. 23. §. Sed ego prope finem.

5. Notandum est tamen hic obiter quod ex Campanili, & Bonacina, & Bossius *de Iubileo, sect. 1. cas. 10. §. 3. num. 43.* aduertit, quod etiamsi iudicium non fuerit per sententiam definitiuam, aut interlocutoriam finitum, & terminatum, sed intermissum, & derelictum, eò quod accusator per annum tacuerit, potest Episcopus dispensare. Et hoc idem ait Barbosa in Conc. Trid. *sess. 24. cap. 6. num. 37.* saltem si post aliquod tempus constiterit Actorem in probatione non progredi.

RESOL. XXVII.

An Episcopi possint absoluere à casibus occultis vigore Decreti Concilij reseruatis Papæ post dictum Concilium per nouas Constitutiones. Ex p. 7. tr. 2. Res. 20.

§. 1. NEgatiuè respondet Floronus *de Cas. reseru. part. 1. cap. 4. §. 22. num. 5.* Garzias *de Benef. part. 11. cap. 10. n. 122. & 123.* & alij. Et ratio est, quia noua Constitutio absolutè reseruando censetur derogare Concilio, cuius (inquit idem Garzias) non est necessaria expressa derogatio, maximè in lege contraria. Tum quia ita declarauit Gregorius XIII. quæ declaratio sic habet; Quærentibus, an hoc decretum locum habeat in casibus post Concilium Tridentinum ex noua lege Sedi Apostolicæ reseruatis. S. D. N. Gregorius XIII. audit relatione Congregationis non habere locum respondit.

Sup. hoc supra in Res. 60. §. 1. ante medium cursum in vers. Tum denique, & in rom. 1. §. Res. 23. penult. & vlt. & hic frà legetur Res. 51. & ter dubit. vlt. lin. 1. Sed vide ea per totam.

2. Ego contrarium teneo quando in noua Constitutione non adest clausula sufficienter derogans huic Decreto Concilij. Ita tenet Bonacina *de Cens. disp. quæst. 3. punct. 2. num. 1.* Mazuchellus *tract. de cas. reseru. disp. 2. cap. 2. difficult. 1. num. 24.* Peregrinus *tract. de Duello, quæst. 33. num. 5.* Bossius *de Iubileo sect. 1. cas. 10. §. 5. num. 249.* Gauantus *in Man. Epis. ver. Absolutio, numer. 4.* Suarez *de Pœnit. disput. 30. sect. 2. num. 12. 13. & 14.* Probatur hæc opinio, quia licèt Concilium verbo præteriti temporis vtatur, extenditur tamen etiam ad futura propter naturam legis, cuius est proprium comprehendere futura, vt habetur *cap. fin. de const. & ibid.* Doctores, & confirmatur ex *l. Ariani C. de hæreticis*, vbi habetur legem semper esse in viridi obseruantia, & semper loqui: Concilium autem Generale vim legis habet, tum quia Concilium concepit Episcopis dictam facultatem generaliter, non distinguendo inter reseruationes præteritas, & futuras; ergo

genera

generaliter, non distinguendo inter reseruationes præteritas, & futuras; ergo generaliter est intelligendum, *leg. pretio, ff. de publ. in rem. act. & cap. fin., §. fin. de maior. & obed.* Tum quia facultas absoluendi, quæ datur in Iubileis extenditur ad peccata futura. Tum quia Concilium in dicto Decreto ponit regulam generalem circa reseruationes Pontificias, vt nimirum intelligantur de criminibus publicis, non verò de occultis cum limitatione in eodem decreto posita. Tum demum, quia tam in reseruatis, quam in reseruandis, est eadem ratio absolutionis, si sunt occulta, ac proinde debet in vtrisque esse eadem legis dispositio; cur enim minor erit Episcoporum auctoritas in nouis reseruationibus, quàm in antiquis? Ad declarationem verò S. Pontificis respondet de illa non constare authenticè; vel debere intelligi, quando noua Constitutio in reseruatione apponeret Clausulam sufficientem exprimentem derogationem dicti Decreti Concilij Tridentini. Hinc quæritur.

RESOL. XXVIII.

An si quis ex aliquo iusto impedimento non possit Romam personaliter adire pro absolutione à Summo Pontifice obtinenda, teneatur per epistolam recurrere ad Pœnitentiariam, vel possit ab Episcopo absolui?

Et an si impedimentum non sit futurum perpetuum, Episcopus debeat absoluere ad reincidentiam?

Et in textu huius Resolutionis explanantur causæ, pro quibus impeditus adire Pontificem possit absolui ab Episcopo à censuris, suspensionibus, &c. Ex p. 7. tr.10. & Misc.1. Res.23.

§. 1. TEneri recurrere ad sacram Pœnitentiariam docet nouissimè Pater Thesaurus *in praxi de pœnis p.1. c.24. §. Respondeo tertio, verb. Amplia tertiò*, sed citat Barbosam & Bonacinam.

2. Ego verò negatiuæ sententiæ adhæreo quam ex Henriquez tuetur Aulla *de cens. part.2. cap.7. dispunct.1. dub.6.* asserens, quod qui impeditus est ire personaliter Romam, non tenetur mittere Procuratorem prò absolutione, nec Epistolam. Et ideò apponam etiam hic verba Ludouici Calpensis *in Cursu Theologico tom.2. tract.25. disput.2. sect.12. n.134.* sic asserentis. Ab excommunicatione reseruata potest absoluere reseruans, vel eius successor, vel superior, vel habens potestatem delegatam, vel priuilegia; Episcopus verò ex Tridentino potest absoluere ab excommunicatione reseruata Papæ, quando delictum est occultum, imò quando est publica excommunicatio, & excommunicatus est impeditus, ita vt non possit recurrere ad Papam, ex *cap. De cætero, de sentent. excommunic.* & ita tenet Nauarr. *cap.27. n.9.* Hæc autem impedimenta sunt. Primò periculum mortis in itinere. Secundò infirmitas longa, etiamsi periculosa non sit, ex *cap. De his, & cap. Quamvis.* Tertiò paupertas, nemo enim tenetur mendicare, vt ad Curiam vadat pro absolutione, nisi aliàs mendicus esset, tunc enim ire tenetur, nisi fortè mendicando se, vxorem, atque filios aleret, & ad hanc paupertatem reducitur obligatio alendi vxorem, filios ac familiam proprio labore. Quartò, ætas siue senilis, siue puerilis, siue in puberibus. Quintò, sexus fragilitas, vt fœmina cuiuscumque conditionis. Sexto, qui sui iuris non est, sed alteri adstrictus, vt filiusfamilias, & seruus qui Papam adire non possunt, sine præiudicio parentis, vel domini. Septimò, cura animarum, vel temporale dominium habentes quando timetur quod per absentiam oues, aut vasalli detrimentum patiantur. Octouò, debilitas in viris delicatis qui labores itineris sustinere non valent, siue etiam debilitas in membris, vt cæcus, & claudus; siue quodlibet aliud impedimentum, quod arbitrio prudentis legitimum iudicetur. Et hæc omnia constant ex variis iuribus in quibus sic decernitur. Adde contra Nauarrum *num.89.* quòd si excommunicatus impeditus est ex supradictis causis adire Papam, non tenetur adire Legatum, vel alium habentem priuilegium Papæ ad absoluendum, sed satis esse non posse adire Papam, vt ab Episcopo absolui possit, quia nullibi amplius requiritur vt possit Episcopus absoluere: nisi quòd non possit Pontifex adiri. Hucvsque Caspensis.

Sup. hoc pro Legato in to.1. tract 5. Res. 16. §. Secluſa, per totum, & lege etiã Res. not. 1. dicti §. Et pro primo contento in hoc §. vlt. ibidem, §. verum, & seqq. & pro cautione iuratoria in tom.5. tr.1. Res. 204. §. 1. post medium, vers. quod omnis, & in aliis §§. eius ãnot.

3. Nota tamen hanc doctrinam procedere in aliis Censuris, videlicet suspensionis, & Interdicti: Et si impedimentum non sit futurum perpetuum, Episcopus debet absoluere ad reincidentiam, id est cum cautione iuratoria, vt cum primùm potuerit compareat coram Sum. Pontifice, mandatum Apostolicum recepturus, aliàs reincidat eo ipso; si autem impedimentum est perpetuum absolutè & simpliciter absoluat.

RESOL. XXIX.

An Episcopus vigore dicti Decreti possit absoluere ab excommunicatione contracta ob delictum occultum duelli contra Bullam Clem. VIII. Ex p.7. tract.2. Res. 21.

§. 1. VIdetur negatiuè respondendum ex clausula derogatoria Constitutionis Clem. VIII. quæ est *in vers. ipsas verò ciuitates*, &c. ibi, etiam prætextu quarumuis facultatum, & indultorum quibus personis, &c. Sed respondetur, quòd in clausula derogatoria nulla fit mentio de Conc. Trid. & ad reuocandam dictam facultatem requiritur, vt specialis mentio fiat de illo, vt communiter docent DD. teste Couarr. *in lib. 4. variarum resolutionum, cap.16. num. 6. vers. Item Decretales Epist. in fin.* Emanuel Roderic. *in suis quæstionib. Regular. tom.1. q.8. art.10.* & Sanchez *de Matrim. tom.3. lib.8. disp.35. n.17.* & ita obseruauit Sixtus V. in sua Bulla contra Clericos malè promotos, & quotidie obseruant Pontifices in Bulla Cœnæ Domini.

Sup. hoc in to.7. tr.1. ex doctrina Res. 264. in fine vers. sed quidquid, & in alia Res. eius primæ not. & in to. 4. tr 3. ex lata doctrina Res. 402 & aliarum eius primæ annot. signanter in §. 7. Item posse, cursim ad medium.

2. Sed adhuc obstare videtur declaratio quædam Congregationis Eminentissimorum Cardinalium ad interpretationem Concil. Trid. deputata, quam refert Steph. Quaranta *in sum. Bullary verb. Confes. in fin.* Cum enim Sixt. V. facultatem concessisset Patribus Congregationis Oratorij S. Mariæ in Vallicella de Vrbe, vt qui ex ipsis prævio examine ad audiendas in ipsa Vrbe Confessiones à Vicario approbati fuerint, extra eandem Vrbem absque alio examine de licentia tamen Ordinariorum locorum Confessiones liberè audire valeant, in partibus præcipuè Neapolis fuit in dubium reuocatum priuilegium prædictum sub prætextu, quòd non contineat præcisam derogationem, neque mentionem faciat aliquam Conc. Trid. *sess.23. cap.15.* quo cauetur ne quis absque propriorum Diœcesanorum examine audeat Confessiones audire, ideò prædicti Presbyteri Congregationis Oratorij supplices desiderabant super hoc responsum, an fuerit necessaria derogatio sacri Concilij Tridentini.

3. Censuit Sacra Congregatio, si huiusmodi priuilegium fuerit, vt proponitur à Sede Apostolica concessum, vtique omnino esse obseruandum, quamuis nullam derogationem, aut mentionem Conc. Trid. contineat. Hæc ille. Ecce quomodo nulla

mentio sit facta Concilij Tridentini, & tamen dicitur esse reuocatum.

4. Sed respondetur, quòd licèt in dicto priuilegio non adsit clausula specialis derogatoria dicti Concilij, sed tantùm clausula generalis; tamen quando Pontifex dispensat in speciali, & certo casu contra Concilij Generalis prohibitionem, non requiritur specialis derogatio dicti Concilij, quia cùm clausula generalis prædicta nequeat vera reddi nisi in eo solo casu contra Concilij prohibitionem, debet hæc generica derogatio reputari pro specifica, & expressa, aliàs nullius esset momenti. Ita docet Loaces *de Matrim. Regis Angliæ, dub. 16. num. vn.* & Iason *in l. 2. ff. de lib. & posthum.* vbi multa cumulat; quos refert, & sequitur Sanchez *de Matrim. tomo 3. lib. 8. disp. 35 num. 10.* Et hac ratione forsan adducta Sacra Congregatio censuit prædictum Priuilegium esse obseruandum: Vnde nihil obstat contra ea, quæ in superiori Resol. docui.

5. Dicendum est igitur hodie Episcopos non obstante Constitutione Clem. VIII. posse absoluere vigore Decreti Concilij Tridentini ab excommunicatione occulta Duelli. Et ita tenet Bonacina *de Cens. disp. 1. quæst. 3. punct. 2. n. 1.* & Peregrinus *tract. de Duello, quæst. 33. num. 1.* quidquid in contrarium asserat Marchinus *de Sacramento Ordinis, tractat. 1. part. 9. cap. 3. num. 8.*

RESOL. XXX.

An Episcopus vigore huius Decreti possit absoluere à censura occulta contracta ex Bulla Pij V. & Greg. XIII. ob ingressum Monasterij Monialium?

Et an Episcopus vigore Concilij possit absoluere à suspensione, quam incurrunt Religiosi admittentes fœminas intra claustra, si sit occulta, quod idem dicendum est de Prælatis Regularium?

Et an fas sit Episcopis, vel Prælato Regulari absoluere Monialem sibi subditam, quæ è suo Monasterio ad malum finem egressa est, dummodo delictum sit occultum? Ex part. 7. tract. 2. Resol. 22.

Sup. hoc in Resol. seq. & in tom. 4. tr. 3. ex lata doctrina Resol. 40. & aliarum eius primæ not. signanter in eius §. Ex his infertur, cursim ad medium, & in tom. 7. tr. 1. Resol. 246. §. vlt. ad medium.

§. 1. NEgatiuam sententiam nominatim contra me docet Barbosa *de Potest. Episcop. p. 2. alleg. 39. n. 45.* cui adde Chapeauillam *de cas. reseru. c. 41. q. 3. diffic. 2.* Zecchium *de cas. reseru. cas. 10. n. 1.* Graffium *in Praxi lib. 1. cap. 5. num. 7.* Gauantum *in Manual. Episc. ver. Absolutio, num. 15.* Alzedum *in praxi Episc. parte 2. cap. 6. num. 21. & 22.* & alij; quia asserunt sic declarasse Sacram Cardinalium Congregationem; & quia reseruatio dictæ censuræ emanauit post Concilium Tridentinum.

2. Sed si de tali Declaratione constaret authenticè, ego illi omnino adhærerem, dum tamen non constat, puto contra Barbosam sententiam quam ego olim docui esse satis probabilem, & illam præter Bonacinam, & Beiam tenet nouissimè Bossius *de Iubileo sect. 1. cas. 10. §. 5. n. 154.* & Mazuchellus *tract. de cas. reseruatis, disp. 2. cap. 2. diffic. 1. num. 24.* & alij penes ipsum, quia in Bullis Pij V. & Gregorij XIII. non reuocatur facultas de qua loquimur, concessa Episcopis in Concilio Tridentino, & ita ait Bossius in Praxi obseruatur ab Episcopis absoluentibus quando ingressus in Monasteria Monialium est occultus.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 1. Resol. 246. §. vlt. ad medium.

3. Nota etiam hîc obiter cum Sanchez *in sum. tomo 2. lib. 6. cap. 17. num. 41.* posse Episcopos vigore Concilij absoluere à suspensione, quam incurrunt Religiosi admittentes fœminas intra claustra si sit occulta, quod idem dicendum est, de Prælatis Regularium. Et ratio est, quia Episcopi, & Prælati regulares virtute Tridentini *d. sess. 24. cap. 6.* habent facultatem absoluendi à quibusuis casibus occultis, suspensionibus, & irregularitatibus occultis: sed hanc facultatem nullum ius nouum, vel abstulit, vel moderauit, aut limitauit: ergo pari modo fas erit Episcopo, vel Prælato regulari absoluere Monialem sibi subditam, quæ è suo Monasterio ad malum finem egressa fuit, dummodò delictum sit occultum: tum quia Monialis est priuilegiata, quæ nequit Papam adire, vt absoluatur, exemplo fœminæ Clericum percutientis: tum, quia Episcopi, & Prælati regulares virtute Tridentini, vt sæpe dictum est, generalem habent facultatem absoluendi à quibuscumque casibus occultis Sedi Apostolicæ reseruatis.

RESOL. XXXI.

An ingredientes septa Monasterij Monialium, & cum sacra Virgine incestum committentes, si casus sit occultus, possint ab Episcopo absolutionem excommunicationis obtinere?

Et an possint suprà dictam absolutionem obtinere à quocumque Confessario vigore Bullæ Cruciatæ? Ex parte 2. tractatu 16. & Misc. 2. Resol. 33. aliàs 35.

Sup. hoc in Resol. præced. ta, & in alia eius primæ not.

§. 1. NEgatiuè respondent Chapeauilla *tract. de cas. reser. c. 14. q. 3. diffic. 2.* Iacob. de Graffis *in pract. lib. 1. c. 5. n. 17.* Zecchius *de cas. reser. cas. 10. n. 1.* Aloysius Riccius *in praxi tom. 1. resol. 544. n. 5.* cum aliis. Et ita asserunt respondisse sacram Cardilium Congregationem. Et ratio est, quia reseruatio huius excommunicationis fuit publicata, & facta post editum Concilij Trident.

Sup. hoc loco supra in Resol. 27. & in alia eius annot.

2. Sed contrariam sententiam in terminis nostræ Bullæ docet Homobonus de Bonis *in exam. Eccles. part. 1. tract. 7. c. 17. quæst. 26. & in tract. de statibus part. 1. cap. 22.* Zerola *in praxi Episc. part. 1. ver. Moniales, quæst. 8.* Sanchez *in sum. tom. 2. lib. 6. c. 15. n. 76.* vide etiam P. Peregrinum *tract. de duello, quæst. 37. num. 3.* & Suarez *in 3. disput. 30. sect. 2. n. 12. & 13.* & alios. Et ratio est, quia cum in reseruatione huius excommunicationis non efficiatur mentio de Concilio Tridentino, non censetur illi derogatum, ex communi Doctorum sententia, quia decreta alicuius Concilij generalis, ita matura deliberatione sancita sunt, vt videantur continere vim clausulæ derogatoriæ ad alia decreta posteriora contraria, nisi de illis specificam faciant mentionem, vt docet Henriquez *lib. 7. cap. 26. num. 3.* Vinaldus *in Candel. part. 3. c. 12. num. 22.* vide etiam Menoch. *vol. 3. cons. 294. num. 11. & 12.* Guttierrez *in lib. nemo potest. de legat. 1. n. 173.* Cauale. *part. 1. decal. 29. num. 16.* Couar. *l. 4. var. c. 16.* Parisium *lib. 2. cons. 2. n. 30.* & alios.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 3. Resol. 40. in principio §. Ex his infertur, &c.

3. Dicendum est igitur, Episcopum vigore Concilij Tridentini *sess. 25. cap. 6.* posse absoluere ab excommunicatione dummodo sit occulta, contracta ex ingressu ad Monasteria Monialium contra prohibitionem Gregorij XIII. quod etiam potest facere Confessarius vigore Bullæ Cruciatæ.

RESOL. XXXII.

Quidam hæreticus externus, sed occultus impetrauit in foro conscientiæ absolutionem ab hæresi Romæ à quodam Pœnitentiario Summi Pontificis, modò vult sacros Ordines suscipere; quæritur primò, an propter illam hæresim incurrerit irregularitatem?

Secun

Secundò, an possit Episcopus dispensare vigore Concilij Tridentini, sess.24. cap.6.

Et notatur, quod non sunt irregulares, & inhabiles ad Officia, qui de hæresi suspecti coguntur per Inquisitiones abiurare de vehementi. Ex p.2. tr.15. & Misc.1.Res.24.

AD primum affirmatiuè respondet Azorius *part.1. lib.8. cap.11. quæst.13. & cap.21. q.8.* Bonacina *vbi infrà, num.6.* Suarez *num.4.* Sanchez *num.2.* Rodriguez *in Addit.ad Bull.Cruc.§.13. num.12.* Vgolin.*de irregul. cap.36. n.6.* Perez *in leg.3. tit.4.lib.8.ordinam.in tract.de hæret. part.1. fol.99.* Filliuc.*vbi infrà, num.228.* Farin.*tract.de hæresi, quæst.192. num.78.* Reginald.*in praxi tom.2. lib.3. tract.2.cap.15. num.193.* & alij. Ratio est, quia sententia declaratoria non requiritur ad irregularitatem, cùm ipso iure incurratur.

1. Quando autem ipso iure incurritur, non requiritur, vt factum sit notorium, sed satis est esse commissum. Hæc sententia est tenenda, licèt probabiliter, vt opinatur Reginald. *vbi suprà*, contrariam amplexi sint non ignobiles Authores. Ita Henriquez *lib.14. cap.4. §.6.* Garsias *vbi infrà, num.85.* Auila *de cens.part.7.disput.4.dub.2.* Viualdus *in Append.ad Candel. aur.cap.1. num.13.* Sayr. *de cens.lib.7. cap.12. num.16. in fin.* & alij.

3. Sed tota difficultas est in secundo quæsito, de quo instanter interrogatus fui. Nam quidam Theologus Societatis IESV, ad quem etiam hic casus peruenit, negatiuè respondit. Putabat enim potestatem per Concilium Tridentinum Episcopis concessam esse per Bullam Cœnæ abrogatam, & sic argumentabatur. Episcopi modò non possunt vigore Concilij absoluere ab hæresi occulta; ergo neque dispensare super irregularitate ex ipsa hæresi occulta contracta. Maior patet ex declaratione Clement. VIII. apud Azor.*tom.1.lib.8.cap.19.quæst.3. & cap.10. quæst.10.* Greg.XIII. apud Fuscum *de visit.lib.2.c.31. num.2.* Pij V. apud Nauarrum *in Manuali cap.27. num.275.* & Illustrissim. Cardinalium apud Suarez *in 3.part.tom.4.disp.30.sect.2.num.11.* Minor probatur *ex cap.cùm illorum, de sent. excomm.* vbi habetur Episcopum non posse in his casibus dispensare, in quibus est illi prohibita absolutio, nam maiora illis intelliguntur prohibita, quibus prohibita sunt minora. Cùm ergo Episcopis prohibita sit absolutio hæresis, prohibita etiam censetur dispensatio irregularitatis, eo quòd potestas dispensandi maior vocetur potestate absoluendi ab excommunicatione. Et ita hanc sententiam extra dictos admodum RR. PP. tenet, & docet Suarez *in 3.part.tom.5.de cens.disp.1. sect.43. num.7.* Bonacina *de cens. disput.7. quæst.3. punct.6. num.11.* & Rodriguez *in summa, tom.3. cap.183. num.5.*

4. Sed ego his non obstantibus contrariam sententiam tenui, & consului, quam docet Sanchez *in summ.tom.1.lib.2. cap.25. num.18.* Garsias *de benefic. tom.2.part.11. cap.10. num.86.* & nouissimè Filliucius *in qq. moral. tom.1. tract.20. cap.9. num.246.* vbi ait: Bulla Cœnæ tantùm reuocat facultatem absoluendi, at de dispensatione nullum verbum. Cùm ergo sint res distinctæ, & independentes, non est faciendæ deductio ex vna ad alteram. Nec obstant ea, quæ in contrarium adducuntur. Nam Lorca *in 2.2. q.11.art.4.disp.45. n.9.* & alij quàm plures apud Sanchez *in sum.tom.1.l.2.c.11.n.27.* negant maiorem propositionem argumenti: putant enim hodie per Bullam Cœnæ non esse sublatam Episcopis authoritatem Concilij. Sed quicquid sit de hoc, ego concedendo maiorem, nego consequentiam argumenti. Nec, vt obseruat Filliucius *vbi suprà, cap.cùm illorum,* contra nos est, imò fauet nostræ sententiæ. Namo textus dicit, maius esse absolutionem, quàm dispensationem, vt patet legenti; ideòque vetita dispensatione, tanquam minori, intelligi etiam esse prohibitam absolutionem, tanquam maiorem. At nos contra dicimus, vetita absolutione cùm sit maius, non prohiberi dispensationem, quod est minus, quod est notandum aduersùs glos. *ibi*, & alios qui corrumpunt illum textum.

5. Notent verò Confessarij circa præsentem materiam, quòd Azorius *part.1. lib.8. cap.21. quæst.8.* putauit illos, qui de hæresi suspecti coguntur per Inquisitores abiurare de vehementi, incurrere in hanc irregularitatem, ratione suspicionis vehementis de hæresi, & notoriæ quidem. Sed contrarium est tenendum cum Farin.*tract.de hæresi, quæst.192. num.80.* Sanchez *tom.1. summ. lib.2. cap.25. n.12.* Filliuc. *vbi suprà num.235.* & aliis. Neque enim sunt irregulares, neque inhabiles ad officia & beneficia. Nam cùm illorum hæresis non esset probata, seipsos purgarunt, & innocentes ostenderunt per abiurationem.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 5. Res. 51. & ibi in tract. 10. Res. 83. §. vlt. & in Res. 136. §. etiam vlt.

RESOL XXXIII.

An Episcopi vigore huius Decreti possint dispensare in irregularitate occulta hæresis?

Et an non solùm possit Episcopus dispensare quantum ad vsum Ordinum iam susceptorum, sed vt etiam ad nouos Ordines recipiendos possit habiles reddere quoscumque Hæreticos occultos ad Fidem reuersos, & ab excommunicatione Summo Pontifici reseruata iam absolutos? Ex parte 7. tract.2. Resol.25.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Suarez, & alij quos citaui *in part.2. tr.15. res.24.* Sed meritò ibi affirmatiuam sententiam docui, quam me citato nouissimè tenent tres docti recentiores, Trullench *tom.1.lib.1.cap.3. dub.10. num.4.* Marchinus *de Sacramento Ordinis tractat. 1. part.8. cap.2. num.11.* & Barbosa *de potestat. Episcop. in editione vltima, part.2.allegat.39. num.4.* idem etiam docent præter alios, à me, *vbi suprà* citatos, Bossius, *de Iubileo sect.1. cas.10. §.12. num.244.* & ratio est, quia neque ex Bulla Cœnæ, neque ex alio Canone habemus hanc facultatem concessam Episcopis per Tridentinum fuisse illis reuocatam; ergo manutenendi sunt in sua possessione.

Quæ hic est Res. antecedens à §. Sed tota. Et lege aliam vers. & Res. eius annot.

2. Nec valet dicere quòd in nostra sententia Bulla Cœnæ reuocauit Episcopis facultatem absoluendi ab hæresi occulta; ergo etiam censetur abrogasse facultatem dispensandi ab irregularitate. Nam respondeo negando consequentiam, non est igitur vera ista propositio: Qui non potest absoluere, non potest dispensare. Etiamsi dispensandi potestas sit major potestate absoluendi: siquidem, cùm istæ sint potestates disparatæ, ex vna non infertur alia. Secundò, non procedit illa regula, vbi maius est permissum, & minus expressè vetitum: vt in casu nostro absolutio ab hæresi expressè vetita per Bullam Cœnæ: dispensatio ab irregularitate ei annexa est permissa; quia nullo Canone reuocata.

3. Quæ omnia ita vera sunt, vt Episcopus non solum dispensare valeat ab hac irregularitate quoscunque Clericos, etiam Diaconos, quantum ad vsum Ordinum iam susceptorum: nam hanc facultatem etiam ante Tridentinum habebant Episcopi, *cap.Saluberrimum; & cap.conuenientibus 1. quæstione 7.* Sed etiam vt ad nouos Ordines recipiendos possit habiles reddere quoscumque hæreticos occultos ad fidem reuersos post peractam pœnitentiam, & ab excommunicatione Summo Pontifici reseruata iam absolutos

solutos. Nam omnem hanc facultatem habent Episcopi à Trident. *d. sess. 24. cap. 6. de reformat.*

RESOL. XXXIV.

An dato, & non concesso, quod iudex propter sententiam sanguinis, morte etiam non sequuta, incurrat irregularitatem, possit obtinere dispensationem ab Episcopo? Et an Episcopus possit dispensare super irregularitate contracta ex homicidio voluntario omnino occulto?

Et docetur, quod per homicidium omnino occultum, & quod nulla ratione probari possit in iudicio, neque in notitiam hominis deuenire, nisi ex confessione ipsius occisoris, nulla incurritur irregularitas.

Et quæritur, an ignorantia inuincibilis excuset ab irregularitate proueniente ex homicidio voluntario?

Et an homicidium factum ex rixa repentina inducat irregularitatem dispensabilem ab Episcopo.

Ex quo sequitur, an si aliquis committeret homicidium in Ecclesia ex aliqua rixa repentina, gaudeat eius Immunitate?

Et an Episcopus possit dispensare in irregularitatibus deductis ad forum contentiosum post finitum iudicium, reum punitum, & pœnitentia peracta? Ex part. 12. tr. 3. & Misc. Res. 6.

§. 1. IN Epistola quadam quæ ex Germania ad me missa fuit extabat etiam hoc, & alia dubia, de quo infra, & responsio ptioris pendet ex illa quæstione an Episcopus vigore Concilij Tridentini posset dispensare in irregularitatibus contractis ex defectu lenitatis, & ex homicidio iusto, & affirmatiue respondet nouissimè amicissimus, & doctissimus pater Ioseph Ianuarius *de cas. reser. tom. 2. resol. 70. num. 112.* vt sic *ait*. Et quia *in Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 6.* habemus, quod Episcopus non potest dispensare in irregularitate occulta, prouenientе ab homicidio voluntario, &c. quod idem est, ac homicidium illicitum, intentum, & volitum in se, secundum Nauarr. *cap. 72. num. 240.* Couarr. *Clem. si furiosus part. 2. in init. & §. 1. num. 2.* & nonnullos alios D. D. quos refert in irregularitate prouenientе ex homicidio licito, & facto authoritate legitima, & iusta causa; sic irregularitas prouenіens ex defectu lenitatis est dispensabilis ab Episcopo, tam in ordine ad iudices, quam in ordine ad alios ministros; tale enim non dicitur delictum, nec est contra sextum præceptum, vt patet. Ita Ianuarius. Vnde Patet Hieronymus Garsias *in Polit. Regul. tom. 2. tract. 10. difficul. 6. dub. 6. punct. 4. num. 61.* sic asserit. *Estando en el derecho antiguo; y en la explicacion que haze el Concilio Tridentino, muy probable es, que pueden los señores Obispos à sus subditos, y los Prelados de la Religion à los suyos por derecho comun despensar en la irregularidad, que resulta del homicidio voluntario iusto, seasse qualquiera, assi oculto como notorio; y tienenlo expressamente Caietano* in Summa verb. irregularitas in fine *y le siegue Navarro* in Manual. cap. 27. num. 240. vers. 3. vota, & *verb.* vota, *aunque en el* num. 194. & 118. *auia dicho lo contrario. Ambos Rodriguez, Manuel, y Geronymo Toledo, Miranda, Covarruvias, Campanilus, Roccus Palancus, Sà, Medina, y otros que refieren, y siguen Candidus* vbi supra *hablando de los Prelados de la Religion, Barbosa* in Pastor. part. 2. allegat. 39. num. 47. & de iur. Eccles. cap. 11. citato num. 153. *& in Collecta Concilij* sess. 24. cap. 5. de reformat. num. 31. *Marchino* vbi supra num. 5. *y la tiene por probable Diana* 4. part. tractat. 2. resolut. 69. & 70. *Lesana* cap. 18. cit. num. 43. *Fr. Iuan. de la Cruz* in director. part. 2. de irregul. dub. 9. conclus. 1. *Vinaldus* in suo Candelabro aureo part. 2. titul. de irregul. §. de dispens. num. 326. *y en el* num. 327. *dize que assi se resoluto en la sacra Penitentiaria: es tambien esta opinion muy conforme a lo que dize S. Thom. 1. 2.* quæst. 88. artic. 6. ad 3. *donde prueba con S. Augustin, que el Iuez, ni el Advogado, no se dizen homicidas en sus sentencias justas: pruebase esta conclusion, lo vno del derecho antiguo, y lo otro del nuevo, que es el Concilio. Del viejo, ò antiguo se prueba; por que el derecho antiguo, concedia a los Obispos, que dispensassen en el homicidio injusto, quanto a obtener beneficio simple, con ser tan atroz; luego mas avia de conceder; respeto del homicidio justo. Pues solo se les prohibio el voluntario injusto, luego es visto conceder les la dispensacion del homicidio voluntario justo, quia exceptio firmat regulam in eodem genere: Verdad es que esta la costumbre en contrario de pedir dispensacion al Papa: Però como dize bien Miranda* tom. 2. 2. quæst. 8. artic. 8. *esto no quita la probabilidad desta opinion porque lo hazen ad maiorem animæ quietem.* Hæc omnia Pater Garcias loco citato. Idem docet Antonellus *de Regim. Eccles. lib. 2. cap. 8. num. 16.* & idem docet sapientissimus, & nunquam satis laudatus meus Caramuël *in Theol. Regul. part. 2. cap. 12. 196. & 197.* vbi extendit hoc ad Regulares sic itaque asserit. *Gregorius XIII. concessit Reformatoris Generali Observantiæ Hispaniæ, & Abbatibus particulare Priuilegium, vt dispensent in irregularitate, & suspensione qualicumque excepta illa; quæ procedit ex homicidio voluntario: quo etiam Priuilegio fruuntur Abbates illi omnes, qui Bullam participationis habent.*

Sup. hoc in Res. seq. & in aliis eius primæ not.

2. *Infertur, ergo ex vi huius Priuilegij dispensationem posse concedi, quibuscumque Iudicibus, & Iustitiæ Ministris, cuicumque Chirurgo, vel Medico. Imò cuicumque militi si in bello iusto militauerit, omnes illæ consequentiæ illatæ sunt olim in similibus casibus à Caietano in Summa verb. irregularitas, Armilla ibidem. Couarruuias in Clement. si furiosus de homicid. 2. part. §. 3. num. 7. Nauarrus cap. 27. num. 240. subscribit citatus Villalulva, & ordinis Diffinitores.* Hucvsque Caramuël, sed ego alibi pluries de hac quæstione egi, & negatiuæ sententiæ tanquam probabiliori adhæsi, & nunc etiam adhæreo, vnde rescripsi ad amicum interrogantem ex Germania dispensationem ad irregularitatem ex defectu lenitatis non ab Episcopo, sed à Summo Pontifice petenda esse. Vide Escobar *in Theol. moral. tom. 1. lib. 7. sect. 2. prouerb. 51. num. 616.* & alios communiter.

3. Secundum dubium à me propositum in dicta Epistola erat an Episcopus possit dispensare super irregularitate contracta ex homicidio voluntario omnino occulto? difficilis sane quæstio: & ad illam affirmatiuè respondet Hieronymus Garsia *vbi supra in politica Regulari tom. 2. tract. 10. difficul. 6. dub. 5. punct. 4. num. 29.* vbi sic ait. *Lo primero que Alfonso Costro* lib. 2 de lege pœnali cap. vltimo vers. 3. *dixo que el homicidio omnino occulto, que no se puede probar con testigo alguno, que no tiene irregularidad anexa, y referiendo esta opinion Miranda* in Manual. tract. 2. quæst. 8. art. 10. *la esfuerça tanto con apoyo del derecho, y de lugares del mismo Concilio, que viene à concluyr con estas palabras: hac sententia non est omnino improbabilis, neque in*

Ref. 1. hic tractat hanc quæstionem quæritur 2. secunda vera hic est tertia Res. 32.

Sup. hoc pro Prælatis Regularibus Res. seq. Quid & in aliis non pro præfati §. & præexerit Confessariis Regularibus rom 3. tr. Resol. 88. Quod & in alia eius annot.

Alibi pluries in dubia Res. seq. & in aliis earum primum notionum & secundum.

Sup. hoc secundo vigore ad §. Tertium huius Res. hic infra ad medium §. Verum quo huius Res. & lege inferius doctrinam Resol. 49. & aliarum eius primæ not. & si infra des primi Sed ego hoc ius Res. alias Res. 55. eius no

in conscientia videtur damnandus qui eam fuerit secutus, etsi contraria sit probabilior.

4. Però sease lo que fuere desta probabilidad ,por lo menos es comun opinion , que en el homicidio ommino occulto dicho, y a fortiori en la mutilacion de miembro , pueden dispensar in foro interiori los Señores Opispos, , y los prelados de la Religion , assi lo tienen Navarro , Covarruvias , Rodriguez , Fr. Iuan de la Cruz : y otros , que refieren,y siguen Villabos , vbi supra tract.21. diffic.9. num.10. *Lezana* tom. 1. c. 18. num.44. *Diana* 4.part. tract.2. resolut. 87.& par. 7. tract.11. *Bordonus* in Consil. Regular. Resolut. 11. num.4.*Machado* tom.2. lib.5. par. 3. tract.2 docum. 6. num. 2. *Miranda proxime citatus* ; *la razon es, por que el Concilio no ha innovado en este caso , cosa alguna , que solo abla en los lugares arriba citados del homicidio que se puede probar, y duyir se al fuero contencioso. Pero Peyrinis* tom. 1. *Suorum Priuilegiorum* Constitut.2. Iulij II. §.29.num. 204. *limita esta Doctrina, y dize que no se ha da entender del que mato. per insidias per industriam asasinos , aut ex proposito; por que assi lo especifica el mismo Concilio , en la* sess. 14. cap. 7. *Con estas palabras. Qui sua voluntate homicidium perpetrauit etiam si crimen id , nec ordine Iudiciario probatum , nec alia ratione publicum , sed occultum fuerit. Con todo esto veo que los Dotores citados , no reparan en esto , ante queren aunque no se entiendan estas palabras del omnino occulto.* Ita Garsias.

5. Sed audiamus in re tam graui etiam verba Fratris Bruni Chassaingh. *de Privileg. Regul. tract.4. cap.4. propos.1.* sic itaque asserit. *Si confessarius regularis potest dispensare super irregularitate homicidij voluntarij , omnino occulti : vt autem soluatur notandum est duobus modis homicidium dici occultum uno modo , quod ita occultum est , vt à nemine possit in notitiam hominum adduci , nisi à solo occisore , secundo modo , quod potest per alium aut alios ad notitiam hominum venire : opposito quidam respondent per tale homicidium omnino occultum non induci irregularitatem , hac sententia est multum probabilis , quam vide apud Mirandam* de Ministr. Gener. iurisdict. quæst.8. art.10. *& ideo occisorem non indigere dispensatione. Sed quia contraria est probabilior , & communior , idcirco respondetur iuxta eam posse confessarium antedictum dispensare super dicta irregularitate primo modo occulta , quoniam Episcopus potest super illa dispensare , vt tenent Couar. Abbas , Castrens. & Angelus à citato Miranda allegati , & Bannes* secunda secundæ quæstione 40. artic. 2.dub.4. *Vinaldas & alij , sed confessarius Regul. eadem quoad hoc facultate posset , ac Episcopus , ergo id similiter potest.*

6. *Nec obiiciam Tridentinum vetare , & prohibere Episcopo dispensare super irregularitate homicidij , voluntarij occulti : nam respondebitur Concilium loqui de homicidio non omnino occulto : sed tantum de illo , quo ad iudicium , & notitiam hominum deduci potest , & probari , vt optimè respondet in eadem materia citatus Miranda : nec refert , quod illud homicidium voluntarium sit iustum , vel iniustum, quia in vtroque est par ratio.* Huc vsque Chassaingh , cui adde nouissime Ianuarium *de cens. reserv. part. 2. resolut. 70. num. 112.* qui citat Couarruuiam.

7. Sed ego quid verò in hac quæstione sentiam dicam breuiter , homicidio omnino occulto quod probari non possit nullum iucurri irregularitatem, etiam præter DD. citatos tanquam probabile admittit Possentius *Recollect. qq. moral miscellan. pro Regul. subsect.5. num.* 16. Rodriguez *tom.1. quæst.* 34. art.7. & idem videtur sentire doctissimus Andreas Mendo *in Bullam Cruciat. disp. 37. cap. 6. num.70.* vbi contrariam sententiam vocat tantum communiorem,& veriorem. Item clarè sentit Pellizzarius *in Manu. Regul. tom.2. tract.9. cap.3. sect.4. num.* 140. ait probabile esse non incurri irregularitatē per homicidium omnino occultum, quod scilicet nulla ratione probari possit in iudicio , neque in notitiam hominis deuenire, nisi ex confessione ipsius occisoris : & probat. tum ex *cap. ex tenore de temp. Ordin.* vbi ait Alexand. III. Veruntamen quia peccatum occultum est, si promoueri voluerit , non debet aliqua ratione prohibere (est autem ibi sermo de delicto digno degradatione) tum quia irregularitas incurritur solum in casibus expressis ; in nullo autem iure expressum est, quod per delictum omnino occultum incurratur irregularitas: nā iura quæ dicunt irregularitatē incurri,quando culpa latet, vel quando delictū est occultū, non loquuntur de delicto,quod sit omnino occultum;imo Concil.Trid. *sess.14. de reform.c.6.* quod possunt adduci in contrarium, loquitur de homicidio occulto , quod scilicet non sit probatum in iudicio , sed possit probari aliquo modo publicum, non autem de homicidio,quod sit omnino occultum de quo loquitur Rodriguez , tum quia excommunicatus aut suspensus ex delicto omnino occulto tenetur abstinere ab vsu ordinis ne se prodat , vt dicunt omnes , teste Nauarr. *cap.27. num.239.* sicque constat Ecclesiam nolle pœnam externam infligere ob delictum omnino occultum , licet enim excommunicatio incurratur statim ob delictum omnino occultum exterius commissum quoad priuationem suffragiorum, quæ est occulta aut secteta,at non incurritur , quoad communicationem exteriorem , & participationem Sacramentorum , cum in tauliacus excommunicatus possit se ingerere,ne prodat , ac infamet. Hæc omnia Pellizzarius.

8. Verum ego existimo prorsus contratiam sententiam tenendam esse quam similiter olim docui,& nunc etiam doceo,assero itaque ex rationibus,& Authoribus à me alibi adductis homicidium penitus occultum inducere irregularitatem ; concedo tamen probabiliter saltem speculatiuè loquendo cum citatis Doctoribus quibus adde Nicolaum Brauum *in tract. Monast.cap.15. num.* 4. & Ludouic. Bail, *de triplici examine in addit. de cens. cap.* 23. Episcopum ; & Superiores Regulares posse dispensate super dicta irregularitate , dummodo sit prorsus occulta , & non possit probari in foro exteriori , fateor tamen nihilominus negatiuam sententiam esse probabiliorem , & in praxi omnino sequendam. Vide Fragosum *de Republic.tom.2.lib.8.disp.18.§.9.n.8.*

9. Sed obiter ego quæro an ignorantia inuincibilis excuset ab irregularitate prouenientе ex homicidio voluntario ? sententiam affirmatiuam probabilem esse in Suarez , & aliis putat Garsias *in Polit. Regul.num.2. tract.10. diffic.6. punct. 1. num.2.* quibus non abhortet nouissimè noster Pater Verricelli *tract. de Mission.tit.25. quæst. 280. num.7. & ad cap. cum illorum de senten. excommunic.* respondent , quod ibi Pontifex loquitur de ignorantia crassa, & supina. Sed hæc quidem opinio coniuncta cum altera de homicidio penitus occulto , de qua paulo ante diximus , si esset tanquam probabilis adtenda ministri Datariæ,& Pœnitentiariæ pro dispensationibus in dictis irregularitatibus parum laborarent , nam plura homicidia committuntur penitus occultè,& quæ probari non possunt, & plura quando committuntur , licèt illa perpetrantes sciant esse peccatum , nesciunt tamen inuincibiliter continere pœnam irregularitatis, & liberi essent à petendis dispensatienibus, quod ego dixi in nostro casu,negandum omnino esse puto.

lege doctrina Res. 178. & in tom.7. tr.1. ex Res. 294.§. sed Pater, ad medium , à vers. putat probabile. & ex Res. 295.9. verùm ad medium , vers. Hæc sententia.

Docuit præter doctrinā §.præcedentis , & supra prope finem §.Infertur ergo. huius Res. in Resolutionibus & §§. not. præteritæ. Et pro seqq vide Res. & §§. positos. supra in nor. §. Secundò & §.Pero, huius Res.

Sup.hac ignorantia inuincibili in tom.5. tr.5. Res.4.5.6. & 7 & ibi in tr.1. Res.32. & in tom.2. tr. 6. Res. 241. & in tom. 4. tr. 8.Res.104. §. vltim. per totum.

Sup. hoc lo. infra in Resol. 45. 46. 48. 48. & hic infra in §. verum his huius Resol.

10. Tertium dubium, an homicidium factum ex rixa repentina inducat irregularitatem dispensabilem ab Episcopo? asserunt aliqui esse homicidium casuale, si quis rixans, quæ repente suboritur, alium occideret, adhuc intendens occisionem, dum tamen antecedenter ad rixam animum occidendi non habuisset, sed ex Patre Suatez asserit Pater Andreas Mendo. *in Bull. Cruc. disp. 37. cap. 6. num. 67.* hanc esse nimiam ampliationem, & extensionem. Homicidium casuale est, quod non fit ex proposito: hoc est, ex voluntate occidendi: in casu autem præsenti ille homo directè habet occidendi voluntatem, quæ stat cum contentione repente suborta, & hanc sententiam docet etiam nouissimè Theodorus Amydenius *de Stylo Datariæ, lib. 1. cap. 13. num. 16.* sic asserens, Hinc alia declaratio exponens verba non ex proposito, &c. Quod illa verba ad homicidium illud, quod rixa committitur nullo modo extendi possunt, quod enim non fit casu, vel vim repellendo à contrario sensu fit ex proposito: igitur, qui in rixta occidit, cum armis rem gerat, quibus vt plurimum fit occisio, ac proinde non casu, idest, non præter intentionem occidat, erit homicida voluntarius, etsi non præmeditatè homicidium commiserit. Adeo vt Doctores occidentem in rixa passim homicidam voluntarium appellent, & Io. Andreas & Host. *in cap. de infantibus extra: de his qui fil. occid.* censent Patres calore iracundiæ filios occidentes voluntarios esse homicidas: quod titulus ipse demonstrat, dum dicitur, tales sponte occidere, id ipsum stylus Signaturæ Pœnitentiariæ comprobat, quæ cum iis velut cum homicidis voluntariis agit, non nisi de licentia Sanctissimi dispensando. Verum tamen est digniores esse venia, quam illos qui præmeditatè occidunt. Hucusque Amydenius.

Sup. hoc in tom. 9. tr. 1. ex Resol. 28. § sed quid dicendum, si quis. & in Resol. 73. & 76.

11. Probari potest hæc opinio à simili; nam Gregorius XIV. statuit ne committentes homicidia intra Ecclesiam gauderent eius immunitate. Quærunt D.D. an si aliquis committeret homicidum in Ecclesia ex aliqua rixa inopinata, gauderet immunitate, & negatiuè respondet. Ita amicissimus, & doctissimus ciuis meus Pater Tancredi *de Relig. tract. 1. lib. 4. disp. 8. quæst. 5. num. 18.* Ianuarius *de casibus reseru. tom. 1 resolut. 64. num. 27.* Bonacina *disput. 2. quæst. 3. punct. 26. §. 7 num 11.* Farinacius *in append. cap. 6. num. 229.* & ex nostris P. Delbene *de Immunit. tom. 2. cap. 16. dub. 19. sect. 4. n. 2.* nam Gregorius XIV. in sua Bulla sequitur absolutè, & non distinguit inter homicidium ortum ex rixa, vel ex condicto sui, & in nostro casu Concilium loquitur absolutè, de homicidio voluntario, & non distinguit si proueniat ex rixa inopinata, vel non. Ergo.

Sup. hoc in Resolutionibus nor. primæ post præteritam huius Resol.

12. Verùm his non obstantibus non desunt Doctores asserentes Episcopum posse dispensare, non solum in irregularitate orta ex homicidio casuali, vt dictum est, sed etiam ex homicidio volito, non ex consilio aut matura deliberatione facto? sed ex repentina ira, vel rixa. Ratio sumitur ex illis Concilij verbis supra allegatis: cum qui per insidias, aut per industriam occiderit Proximum de altari euelli debeat. Item illis: si vero homicidium non ex proposito, sed casu, &c. Ergo vt Episcopus dispensare in hac irregularitate nequeat, Concilium requirit, vt homicidium sit factum animo deliberato: Ergo si per subitam rixam contingat, Episcopus dispensare poterit si delictum sit occultum, & non deductum ad forum contentiosum vel si fuerit deductum, iam cessarit strepitus iudicialis: & ita hanc sententiam tenent Auila, Rodriguez, Peyrinus, Coninch, Machadus, & Marchinus, à me alibi adductus, quibus nunc addo Hieronymum Garsiam *in Politic. Regul. tom. 2. tract. 10. difficult. 6. dub. 5. punct. 3. num. 16.* vbi asse-

Alibi in Resolutionibus positis in an-

rit; *Pueden assi mismo los dichos dispensar en el homicidio occulto voluntario cometido, no de proposito, ni con pensada deliberacion, sino ex motu repentino ire, vel rixæ. La rason se toma del mismo Concilio, præando el. cap. 6. de la sess. 24. con el cap. 7. de la sess. 14. donde se exceptua el homicidio voluntario no como quiera, sino el cometido por insidias, aut ex proposito, luege en esto muestra el Concilio, que solo pretende exceptuar el homicidio, que se haze con animo deliberado, y consultado, y no el que se commette de repente movido de vña colera repentina.* Ita ille cui adde nouissimè me citato Antonellum *de Regim. Eccles. lib. 2. cap. 8. num. 13* & me citato Squillante *de Priuil. Episc part. 3. cap. 8. num. 13.* Ad rationem vero superius adductam respondeo plures Doctores docere contrariam sententiam. Ita me citato docet Angelus Donatus *de Asylis Resolucion. 112.* & alij. not. 5. Ter huius Resol.

13. His itaque suppositis ex supractis opinionibus, ego puto priorem negatiuam esse, probabiliorem, secundam verò affirmatiuam sua non carere probabilitate.

14. Quartum dubium an Episcopus possit dispensare in irregularitatibus deductis ad forum contentiosum post finitum iudicium, reum punitum, & pœnitentia peracta? Aliqui affirmatiuè respondent, & ita præter Henriquez, Auilam, Reginaldum, & alios à me alibi adductos tenet nouissimè Ludouicus Buil. doctor Parisiensis, qui edidit eruditum opus de Triplici examine *in append. de cens. §. 14.* vbi sic ait: *Dubitatur etiam de irregularitate orta ex iis, quæ deducta sunt ad forum contentiosum. Intelligendum vero est Episcopum non posse dispensare, quandiu viget accusatio & litis prosequutio: Nam si terminatum sit iudicium & reus satisfecit pœnam delicti luens, aut sustinens, poterit per Episcopum dispensari; Nam intentum Concilij fuit seruare iudicum authoritatem, quæ tota, & integra seruata est, vbi reus pœnam sustinet:* Ita ille cui etiam nunc adde doctum Patrem Iosephum Ianuarium *de Cas. reseru. par. 2. resolut. 70. num. 103* & me citato Garsiam *in Politic. Regul. tom. 2. tract. 10. difficul. 6. dub. 5. punct. 2. num. 17.* & me citato Martinum de Sancto Ioseph *in mon. Confess. lib. 1. tract. 20. de Pœnit. num. 9.* & me citato iterum Garsiam *Theolg. moral. tract. 1. disput. 1. dub. 3. punct. 5. num. 17.* & me citato Andream Mendo *in Bull. Cruc. disput. 23. cap. 6. n. 71.* Idem docet Antonius Escobar. *in Theol. moral. tractat. 4. exam. 6. cap. 5. §. 6. num. 155.* Fragosus *de Repub. Christ. tom. 2. lib. 8. disput. 18. §. 4. num. 55.* Antonius Francis. *in pastor. tract. 1. quæst. 2. num. 25.* Chassaingh *de Priuileg. Regul. tract. 2. cap. 1. prop. 7.* Vnde ex his apparet quam immeritò hanc sententiam quidam Religiosus his diebus vocauerit improbabilem. Et hæc omnia in responsionem, supra dictorum dubiorum, quæ ex Germania proposita mihi fuerunt nouissimè rescripsi.

Sup. hoc spra in Resol. 24. & in alius primæ annot.

RESOL. XXXV.

An irregularitas contracta ex defectu lenitatis sit dispensabilis ab Episcopo, vel Prælato Regularium?

Et an Commissarius Cruciatæ possit in prædicta irregularitate dispensare? Ex part. 4. tractat. 2. Resol. 69.

§. 1. NEgatiuam sententiam docent penes Barbosam *vbi infrà*, decem Doctores, quibus ego addo Præpos. *in 3. part. quæst. 5. de irregularitate, dub. 13. num. 112.* Mauritium Alzedè *in praxi*

Sup. hoc in Resol præcedenti & in Resol. seq. & infra in Resol. 38.

...bol. eius praxi Episc. part. 2. cap. 6. num. 46. Franc. Leo. in Thesaur. fori Eccles. par. 2. cap. 8. num. 32. Petrum Cornejo in 3. part. D. Thomæ tract. 5. de irregul. disp. 11. dub. 3. Bonacinam de cens. disp. 7. quæst. 4. punct. vlt. num. 13. Hurtadum disp. 2. de irregul. disc. 20. num. 66. Auilam part. 7. disp. 6. sect. 5. dub. 1. Dannez in 2. 2. quæst. 64. art. 8. part. 2. in fin. dub. 2. Tanner. in 3. par. 6. quæst. 10. dub. 11. num. 113. quia in Concilio Trident. solùm conceditur irregularitas ex delicto; sed hæc irregularitas non est ex delicto. ergo, &c.

2. Non desunt tamen DD. affirmatiuam sententiam tenentes, vt Emanuel Rodriguez, Couarr. Campanili, Vivaldus, Medina, quos citat & sequitur Barbosa de potest. Episcopi part. 2. allegat. 39. num. 47. quibus ego addo Nouarium in nouo iure Pontif. conclus. 3. num. 3. Prazam de delictis lib. 1. cap. 11. num. 11. Emanuel Sà ver. irregularitas ex occisione licita, n. 5. & Hieronymum Rodriguez in compend. qq. regul. resol. 81. num. 3. & resol. 52. num. 22.

3. Quid ego sentiam dico breuiter. Secunda opinio est probabilis, sed prima est probabilior & sequenda. Verùm quoad Prælatos Regulares puto secundam opinionem tenendam esse, nam, vt affirmat Aulla part. 7. disp. 6. sect. 5. dub. 1. conclus. 2. Caietanus in 2. 2. quæst. 64. art. 8. ad 2. Mercerus de Sacram. in 3. part. D. Thomæ quæst. 24. dub 9. in fine. & alij, qui habet priuilegium dispensandi in omnibus irregularitatibus, excepta bigamia & homicidio voluntario, potest dispensare in irregularitate ex defectu lenitatis. Sed tale priuilegium habent Prælati Regulares circa suos subditos, ergo; & ita in terminis nostram sententiam tenet Villalobos tom. 1. tract. 21. difficul. 28. num. 10. Filliucius tom. 1. tract. 19. cap. 10. num. 282. & nouissimè Lezana in summa quæst. regular. cap. 18. num. 43. nisi tale priuilegium fuerit concessum viuæ vocis oraculo. Hinc obseruat Aulla loco citato, & optimè, quòd Commissarius Cruciatæ potest in dicta irregularitate ex defectu lenitatis dispensare, quia in eius commissione dicitur, & super quacunque alia irregularitate, quæ non proueniat ex homicidio voluntario, quod est valde notandum.

RESOL. XXXVI.

An Episcopus vigore Concilij Tridentini possit dispensare in irregularitate contracta à ministris iustitia ex defectu lenitatis?

Et notatur posse Prælatos Regulares dispensare in irregularitate contracta ex defectu lenitatis circa suos subditos. Ex p. 7. tr. 2. Res. 26.

§. 1. EGo *in part. 4. tract. 2. Resolutione 69. & 70.* plures Doctores adduxi negatiuam, & affirmatiuam sententiam sequentes; & ideò me etiam citato sic asserit nouissimè Machadus *de perfecto Confess. tom. 1. lib. 1. part. 3. tract. 8. docum. 8. n. 2.* Començando pues por los Obispos, digo, que es question gravemente controversa entre los Dotores, si pueden dispensar en la irregularidad, que, ex defectu lenitatis, contraen por causa del homicidio justo los Juezes, y demas ministros de justicia, acusadores, testigos, &c. y los demas de que hemos tratado, que concurren, y cooperan al homicidio justo. Esta question es tan dudosa; por no aver Derecho que la determine: que tiene a ser comun contra comun. Si bien mas recibida la negativa, la qual tienen Navarro, Suarez, y mas de veynte Autores; fundados en que la facultad, que el Concilio Tridentino concede à los Obispos para que puedan dispensar en las irregularidades ocultas, y no deduzidas à juyzio, se entiende en aquellas, que provenien de alguna culpa; pero no en las que nacen de defetos, y acciones inculpables, como son las que contraen los ministros de justicia, acusadores, testigo, &c.

2. *La parte affirmatiua defienden Cayetano, Barbosa, y otros Clasicos Autores; fundados tambien en la misma facultad, que el Concilio concede à los Obispos, para que puedan dispensar en todas las irregularidades, que nacen de delitos ocultos, excepto el homicidio voluntario. De manera, que no siendo homicidio propiamente (segun consto de doctrina de San Augustin, y Santo Thomas,) el que es justo, juzgan, que por esta razon podran dispensar en el los Obispos.* Ita ille.

3. Puto igitur vtramque sententiam satis probabilem esse. Et ratio affirmatiuæ sententiæ desumitur ex hoc Decreto Concilij, vbi conceditur Episcopis facultas dispensandi in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario. Atqui homicidium ex defectu lenitatis non dicitur propriè homicidium: homicidium enim est factum iniustum lege humana, & diuina prohibitum, vt ex S. Augustino *lib. 1. de libero arbitrio, c. 4.* tradit Sanctus Thomas *2. 2. q. 64. art. 6.* Ergo Episcopus in homicidio iusto poterit dispensare. Et ita hanc sententiam me citato tanquam probabilem admittit etiam nouissimè Stephanus Baunius Societatis IESV *in Theol. moral. tom. 2. tract. 11. q. 39. §. dico sexto, ver. Et tamen contraria opinio.*

Sup. hoc in Res. præterita. §. Quid. & in aliis eius annot. primæ dict. §.

4. Nota tamen hic obiter cum Caspensi *in Cursu Theologico tom. 25. disp. 4. 5. sect. 13. num. 94.* posse Prælatos Regulares dispensare in irregularitate contracta ex defectu lenitatis circa suos subditos quod ego alibi satis probaui.

RESOL. XXXVII.

Quidam minister iustitiæ ex timore cuiusdam Magnatis non impediuit homicidium ab illo perpetratum, quare quæsiuit à me, an super irregularitatem contractam possit dispensationem obtinere ab Episcopo vigore Concilij Tridentini sess. 14. c. 6.

Ex quo cursim inferuntur alij diuersi casus, videlicet pro Medico, Rege, Gubernatores subditis, custodibus viarum, Domino, patre, marito, tuto, curatore, pædagogo, Aduocato, Procuratore; & teste; pro quolibet eorum est difficultas in textu huius Resolutionis, an incurrant irregularitatem pro homicidio, vel mutilatione sequuta ex eorum omissione, negligentia, & iniuria. Ex p. 10. tr. 11. & Misc. 1. Res. 20.

§. 1. COmmuniter Doctores asserunt: si teneris ex iustitia homicidium impedire, te irregularem fore, non impediendo, cùm possis. Sic Nauarrus, *cap. 27. n. 231. & 233.* Henriquez. *lib. 14. c. 12. numer. 10.* Manuël Rodriguez, *verb. irregularitas, cap. 178. concl. 4. & 5.* Suarez *disp. 46. sect. 4. num. 3. & 5.* Auila *7. par. disp. 6. sect. 2. dub. 7. concl. 1. & 2.* Toletus, *lib. 1. c. 83. num. 4.* Bonacina, *de irregularitate, disp. 7. q. 4. punct. 8. num. 37.* & alij apud ipsos. Et probatur; quia causa moralis est homicidij; vt dicitur *in cap. Non inferenda & cap. Qui potest. 23. q. 3.* ibi. *Qui potest obuiare, & perturbare peruersos, & non facit; nihil est aliud, quam fauere impietati eorum: neque caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare.* Et *in cap. vlt. eiusdem causæ, & quæstionis*, dicitur, *Qui desinit obuiare, cùm possit; consentit.*

Sup. hac doctrina in to. 5. tr. 5. Res. 110. à lin. 5. vers. infertur, & late in Res. 133. & etiam pro multis personis designatis in hoc textu.

2. Ex his infertur primò irregularem fieri Medicum, publico, vel particulari stipendio conductum; si eius omissione, negligentia, aut ignorantia infirmus moriatur; vnde talis dicitur à Medico occidi; argumento, *Omnis absit: distinct. 50.* Et ratio est, quia ratione stipendij tenetur ex iustitia. Quod etiam procedit, quamuis Medicus infirmum deferat, eò quòd mercedem ei non soluit; quia postquam semel curam infirmi suscepit, perseuerare tenetur: nam contractus, qui in initio sunt voluntarij, post factum sunt necessarij: & præcipuè cùm post infirmi conualescentiam, vel mortem possit stipendia, & sumptus exigere. Neque excusatur ex copia aliorum medicorum, qui vocari possunt; nisi ipse alium æquè peritum aduocet, quem pro seipso substituat. Nec similiter excusabitur, si infirmus nolit ei obedire; licet enim, tunc peccet ægrotus nolendo medicamenta sumere, vnde si moriatur sibi soli debet imputari: quia tamen in hoc casu tenetur Medicus inuitum curare; in culpa erit si, inuito ægroto, Medicus opportuna non dederit ex Glossa, *in principio, distinct. 85.*

3. Infertur secundò; irregularem etiam esse Regem, & Gubernatorem, ob cuius omissionem, & incuriam subditus occiditur, aut mutilatur; cùm lege iustitiæ teneatur eum defendere. Et idem erit de subditis, qui ratione subiectionis, superiores suos defendere tenentur, si eos occidi permittant: argumento *cap. Rege, cap. Administratoris 23. quæst. 5.* est ergo de iure iurando *cap. de form. 22. quæstion. 5.* Idem dico de illis, qui stipendio assumpserunt custodiam viarum; si culpabiliter viatorem occidi, aut mutilari permittant. Similiter est irregularis, qui ex promissione se obligauit ad defendendum alterum, si eius defensionem omittat, & ille occidatur; quod est intelligendum de obligatione mercenaria, quia si obligatio liberalis sit, aut iactatoria, irregularis non erit; quia hæc non inducit obligationem ex iustitia sed ad summum ex fidelitate. Idem est dicendum de domino erga seruum, patre erga filium, marito ergo vxorem, tutore erga pupillum, curatore erga minorem, pædagogo erga paruulum, si moriantur, eò quòd eis debita alimenta non administrent.

4. Infertur tertiò, idem esse dicendum de aduocato, ac procuratore assumptum patrocinium dolosè deserentibus: si reus ob talem desertionem morte puniatur: imo etiam erunt irregulares si patrocinium non deserentes, ob eorum tamen ignauiam, vel imperitiam in defendendo, reus occidatur. Et idem est de teste in iudicium legitimè adducto; si veritatem taceat, & ob eius silentium reus morte puniatur.

5. His tamen non obstantibus probabiliter aliqui opinati sunt, non impedientes homicidium, non incurrere irregularitatem, etiam si ex iustitia teneantur illud impedire; quia Textus in contrarium, vbi suprà, adducti, loquuntur tam de obligato ex iustitia quàm ex charitate. Tum & præcipuè, quia esto non impediens maleficium, cùm possit; fauere dicatur, & in illud consentire: non tamen fauet directè, & propriè, sed interpretatione iuris. Ideoque *in leg. Quid ergo vers. Certè. ff. de his qui notantur infamia* dicitur de hoc omittente, Quodammodo fecisse videtur: quasi non perfectè fecerit. *Et in Regul. qui non facit 164. ff. de Regulis Iuris. Qui non facit quod non facere debet, videtur facere aduersus ea, quæ non facit.* Expende, non dixisse Textum absolutè, *facit*: sed, *videtur facere.* Verùm, stando in sententia affirmatiua communi, Respondeo ad casum propositum non impedientem homicidium, ad quod tenebatur ex iustitia; si ex timore hoc fecit, posse de irregularitate incursa dispensationem ab Episcopo obtinere. Et ita hanc sententiam docet Castrus Palaus, *tom. 6. disp. 6. punct. 15. §... num. 6.* vbi sic ait: Superest dubium, An irregularitas, quæ contrahitur ob non impediendum homicidium, censenda sit irregularitas, ex homicidio voluntario, vel casuali? Breuiter respondeo; id sumendum esse ex intentione qua moueris ad non impediendum. Si enim ex odio in personam non impedis; manifestum est, te esse irregularem ex homicidio voluntario; quia ea omissione vis eius mortem euenire. Si autem non ex odio in personam, sed ex alio respectu, scilicet ex humano timore, negligentia, aut auaritia cessas homicidium impedire; nullatenus censendus es irregularis ex homicidio voluntario, sed casuali; quia præter tuam voluntatem euenit. Ita ille, qui citat Suarez, & Bonacinam, quibus ego, vt dixi, adhæreo.

RESOL. XXXVIII.

An irregularitas orta ex homicidio iusto sit per Episcopum dispensabilis?

Et an Prælati Regulares possint dispensare cum suis subditis super irregularitate prouenienta ex bello iusto? Ex part. 4. tr. 2. Res. 70.

§. 1. NEgatiuè respondet Gauantus *in enchirid. Episcopor. ver. irregularitas, numer. 105.* Alzedus *in praxi Episcop. part. 2. cap. 6. num. 46.* Guttierrez *in Can. quæst. lib. 2. cap. 6. num. 170.* Cornejo *vbi infra.* Molina *de iustit. tom. 4. tract. 3. disput. 79. num. 8.* Filliucius *tom. 1. tract. 19. cap. 10. num. 281.* & alij communiter. Ratio est, quia Concil. Trident. *in sess. 24. capit. 6.* tantùm concedit Episcopis facultatem dispensandi in irregularitate ex delicto. Aliqui tamen asserunt Episcopum posse dispensare in irregularitate iustæ occisionis, quia hoc conceditur Episcopis in dicto loco Concilij, dum excipitur homicidium voluntarium nam ibi sub nomine homicidij voluntarij excipitur tantùm occisio hominis iniusta, prohibita in quinto præcepto Decalogi, & ideo hanc sententiam tenet Barbosa *de potestate Episcop. part. 2. allegat. 39. num. 47.* Bannez in *2. 2. quæstion. 40. articul. 2. dub. 4.* Medina *in summa part. 1. cap. 12. §. 12.* Campanili *in diuer. iur. Can. rubr. 11. cap. 23. num. 138.* Hieronymus Rodriguez *in compend. quæst. regular. resolut. 81. numer. 3.* Nouarius *in iure nouo Pontif. conclus. 81. num. 3.* & Ioan. de la Cruz *in director. part. 2. irregular. dub. 9. conclus. 1.* probabilem esse docet, licèt, & meritò, *in conclus. 2.* negatiuam sententiam tanquam probabiliorem teneat. Verùm ego puto Prælatos Regulares absolutè posse dispensare cum suis subditis super irregularitate prouenienta ex bello iusto, vt tenent Filliucius *loco citato*, & Hieronymus Rodriguez *in compend. quæstion. regular. resolut. 52. numer. 23.* quia sub nomine homicidij voluntarij, vt suprà dictum est, & obseruat in specie Vega *en espejo de curas tom. 2. cap. 12. §. 32. numer. 325.* & alij, non includitur homicidium iustum, *como* (ait ipse) *el echo por los ministros de Iusticia vel echo por los soldados en guerra justa.* Et ita nostram sententiam præter Doctores citatos tenet etiam Petrus Cornejo *in 3. part. D. Thomæ tractat. 5. de irregul. disputat. 13. dub. 3. quæst. 2.*

Sup. hoc in Resp. & placet leg. supra dictis nam Resp. & aliarum primæ not. & infra in Resp. 50. vide à lin. 7. ad finem.

Sup. hoc & seq. in hoc §. supra in Num. 3. §. vide & in aliis eius annot. præ mæ dictis.

RESOL.

RESOL. XXXIX.

An Episcopus possit dispensare vigore huius Decreti in irregularitate contracta ex homicidio in bello iusto?

Et docetur Prælatos Regulares, qui habent priuilegium dispensandi, excepta irregularitate orta ex homicidio voluntario, posse etiam dispensare in irregularitate orta ex homicidio in bello iusto, & ex alia ex defectu lenitatis incursa à Ministris Iustitiæ. Ex part.7. tract.2. Resol.27.

§.1. ALiqui affirmant, aliqui negant Doctores quos ego adduxi *in part. 4. tr.2. resol.70.* Et vtrumque sententiam ego puto probabilem; & ideo nouissimè Machadus *de Perfecto Confess. tom.1. lib.1. part.3. tract.17. docum.12. num.3.* sic ait. *Quando la guerra es justa dudan los Dotores si la irregularidad, que en ella se contrae la puede dispensar otro que el Pontifice; por ser de homicidio justo y que procede, ex defectu lenitatis.*

2. *Esta questiõn es tan renida entre los Dotores, que tiene à ser comun; aunque mas recebida, y demas Autores la parte negatiua, de que solo el Pontifice puede dispensar en ella, pero no el Obispo; porque la facultad que el Concilio en el lugar referido le concede para que pueda dispensar, es en las irregularidades, que proceden de delito: mas no en las que se ocassion sin el, como es el homicidio justo. La affirmatiua defienden otros muchos; fundados tambien en el mismo lugar del Concilio; porque la exceptiõn que en el haze de homicidio voluntario, juzgan que solamente contiene en si, y se deue entender de injusto; pero no del justo, ni de la irregularidad, que por el se contrae.* Itaille qui me citato docet etiam Prælatos Regulares, qui habent Priuilegium dispensandi excepta irregularitate orta ex homicidio voluntario posse etiam dispensare in irregularitate orta ex homicidio in bello iusto, & ex alia ex defectu lenitatis incursa à Ministris Iustitiæ: quod etiam obseruat Villalobos *in summa tom.1. tract.21. difficult.28. num.13.* contracta ex homicidio in bello iusto, sic ait *Es mucho de notar, que el que tiene priuilegio para dispensar en las irregularidades, excepto la que nace de homicidio voluntario, puede dispensar en esta: que debaxo de homicidio voluntario no se comprehende aquel que se haze justamente, porque esse no es, simpliciter, homicidio, como nota S. Thom. citando à S. Aug. y como estas irregularidades son como distintas en especie, en la excepcion de la vna, no se incluye la otra como dizen Cayet. Cordoua, Armilla, y otros, y ansi los Prelados de las Ordenes Mendicantes, que tienen priuilegio para dispensar con sus subditos, excepto en la de homicidio voluntario, podran dispensar en esta: y lo mismo es en la del juez, y los demas que concurren justamente al juyzio de sangre, por la misma razon.* Ita Villalobos.

3. Nota tamen quod post hæc scripta inueni nouissimè Caspensem *in Cursu Theologico tom. 2. tract. 25. disp.5. sect.12. num 84.* docere Episcopos vigore Concilij Tridentini non posse dispensare in irregularitate contracta in bello, sed opinio affirmatiua vt diximus est satis probabilis.

RESOL. XL.

An irregularitas contracta ex mutilatione alicuius membri, sit ab Episcopo dispensabilis, & quid de Prælatis Regularium?

Et an qui alium excæcat, sed oculum foras non eruit, non sit mutilator, neque irregularis, neque qui fœtum antequam animetur, occidit. Ex part.4. tract.2. Resol.71.

§.1. NEgatiuam sententiam tenet Sanchez *in Summ. tom.1. lib.1. cap.10. num.59.* qui citat Henriquez *lib.14. cap.9. num.3.* & ante illos Medina *in summa lib.1. cap.11. §.12.* & rationem adducunt, quia in Concil. Trident. *sess.24. cap.6.* sola dispensatio irregularitatis ex delicto consurgentis conceditur Episcopis, vnde si non exciperetur ibi irregularitas ex homicidio voluntario, censetur excepta eo quòd non sit ex solo delicto, sed etiam ex significatione. Sed irregularitas ex mutilatione est ex delicto & significatione; ergo non censetur concessa eius dispensatio Episcopis; & ita hanc opinionem tenet etiam Franciscus Leo *in Thesaur. fori Eccles. part.2. cap.8. num.89.* Sup. hoc in Res. seq. & in tom. 4. tr. 3. Res. 136. à lin. 4. sed lege eam per totam.

2 Sed contraria sententia est communis, & illam tenent sexdecim Doctores, quos citat & sequitur Barbosa *de potestate Episcopi part.2. allegat.38. n.49.* quibus ego addo Portel *in dubiis Regularium ver. dispensare num. 7. & 9.* Didacum de Arrojo *de Sacram. cap. de irregular. num. 10.* Homobonum de Bonis *exam. Eccles. part. 1. tract. 12. cap.3. quæst.10.* Alzedum *in praxi Episc. part.2. cap.6. num.2.* Villalobos *in summ. tom.1. tract.21. diffic.21. num.2.* Hurtadum *disp.2. de irregular. diffic.20. num.66.* Filliucium *tom.1. tract.20. cap.2. num.51.* Gauantum *in enchirid. Episc. ver. irregularitas, num.108.* Nouarium *in iure nouo Pontificio, conclus.81. num.16.* Præpos. *in 3. part. quæst.5. de irregular. dub.9. num.73.* & Tannerum *in 3. part. d 5put.6. quæst. 10. dub.11. num.229.* Bartholomæum de Vecchis *in praxi nouit. disp.9. dub.17. n.1.* Vt autem dicatur mutilatio membri, requiritur ipsius abscissio, itaque etiamsi aliquis debilitet membrum alterius, & ita quidem vt plenè mutilatus reddatur ineptus functionibus Ordinum, propter quod reddatur irregularis, ipse tamen non contrahet irregularitatem, sed ad hoc requiritur, vt membrum abscindat, & quidem viuum. Ita præpositus & multi ex Doctoribus citatis, & ideo ait Fernandez *in exam. Theolog. moral part.2. cap.10. §.14. num.7.* qui alium excæcat, sed oculum non foras eruit, non est mutilator, neque irregularis, neque qui fœtum, antequam animetur, occidit. Sup. hoc in tom.5. tr. 5. Res. 64. in fine.

Sup. hoc membro vltimo, in fine Res. seq. Sup. hoc in tom. 5. tr. 5. Res. 64. §. vlt. Et pro fœtu contento in lin. penult. huius Res. in tom. 5. tr. 6. Res. 18.

RESOL. XLI.

An Episcopus vigore huius Decreti possit dispensare in irregularitate orta ex mutilatione alicuius membri.

Et notatur mutilationem membrorum inimici iam mortui non inducere irregularitatem, cum membrum mortui non dicatur, nec sit simpliciter membrum, vt pote carens anima, & vita. Ex part.7. tractat.2. Resol.28.

§.1. REspondeo affirmatiuè cum Villalobos *in summa tom.1. tract.21. difficult.21. num.2.* vbi sic ait: *En esta Irregularidad que nace de homicidio voluntario, solo el Papa dispensa, aunque sea occulto, como consta del Concilio Tridentino. Mas esto no se ha de estender à la mutilacion, aunque, en otras cosas se equiparan en derecho, y assi puede el Obispo dispensar con el que mutilò voluntariamente, siendo el delito oculto y lo declararon los Cardenales, como refiere Marcilla, y Suarez. La razones, por que las palabras del Concilio se han de interpretar, estrechamente, por ser materia de reservacion, que es odiosa.* Ita Villalobos. Sup. hoc in Res. præterita, & in tom. 4. tr. 3. Res. 136. à lin. 4. Sed lege eam per totam.

2. Dicendum

2. Dicendum est igitur licere Episcopo dispensare in quacunque irregularitate, orta ex cuiusuis membri occultæ mutilatione. Ratio est: quia Tridentinum solùm prohibuit dispensandi facultatem in irregularitate orta ex homicidio: sed mutilatio non est homicidium: ergo Episcopus poterit in illa dispensare: exceptio enim firmat regulam in contrarium. Vnde venit refellendus Franciscus Leo *in Thes. fori Eccles. part. 2. cap. 8. num. 8.* & Sanchez cum aliis per eum relatis, dum *lib. 1. Operis Moralis, cap. 10. num. 49.* docet, ex eo, quod mutilationis irregularitas non solùm sit ex delicto, sed etiam ex defectus significatione, id est, ex defectu perfectæ lenitatis; idcirco Episcopis hanc facultatem non competere, cùm Tridentinum eisdem Episcopis concedat facultatem dispensandi in solis irregularitatibus ex delicto. Nam, vt benè Garzias *num. 33.* quamuis ratio 5 & finis imponendi irregularitatem homicidio, & mutilationi, sit significatio perfectæ lenitatis Christi Domini; tamen ista irregularitas absolutè, & simpliciter est ex delicto, & in illius pœnam constituta; & ideò prædicta ratio à Sanchez allata non procedit.

3. Et ideo sententiam affirmatiuam esse communiorem, & tenendam docet nouissimè me citato Machadus *de Perf. Confess. tomo 1. lib. 1. parte 3. tract. 17. docum. 12. num. 7.* vbi sic ait: *Queda grauemente dudoso, y controuerso entre los Doctores si en los casos de irregularidad; en que el Obispo no puede dispensar; por ser de homicidio; pueda por lo menos en la que proviene de la mutilacion de algun miembro. Sanchez, y otros Autores sienten que no. Pero la contraria opinion (conuiene à saber, que es dispensable por el Obispo la Irregularidad, que se contrae por la mutilacion de algun miembro) es mas comun, en cuyo fauor trae Barbosa diez y seys Autores, que refiere, y sigue; sin otros muchos à quienes cita, y segue tambien Diana.* Hæc Machadus; quibus adde Doctores, quos ad satietatem etiam me citato adducit Barbosa *de Potestate Episc. parte 2. Alleg. 39. num. 49.* vide etiam Caspensem *in cursu Theol. tomo 2. tract. 26. disput. 5. sect. 17. num. 119.*

Sup. hoc in Resol. præterita §. vlt. circa finem prope finem, vers. & quidem vium.

Nota hîc obiter mutilantem membrum inimici iam mortui non incurrere irregularitatem, cùm membrum mortui non dicatur nec simpliciter membrum, vtpote carens anima & vita, sicut homo mortuus non dicitur simpliciter homo. Ita Toletus *lib. 1. c. 71. num. 11.* Mazuchel *de casib. reseru. disput. 2. cap. 7. quæst. 3. num. 119.*

RESOL. XLII.

An Episcopus possit vigore Concilij dispensare in irregularitate orta, & contracta ex excessu in sui defensione?

Et aduertitur, quod qui ob extremam & omnino ineuitabilem vitæ suæ defensionem alium occidit, nullam incurrit irregularitatem, & ideo neque Episcopi dispensationem eget. Ex p. 7. tr. 2. Res. 29.

Sup. hoc infra in Resol. 46. §. Sed ad lin. 4. & lege alias Res. not. primæ dictæ Resol. & in tom. 5. tr. 5. ex Res. 127. §. vlt. &c.

§. 1. REspondeo affirmatiuè: dico igitur posse Episcopum dispensare in irregularitate ex homicidio occulto patrato causa defensionis, non seruato moderamine inculpatæ tutelæ, quia huiusmodi homicidium volitum causa defensionis, non comprehenditur sub homicidio voluntario, imò potiùs, licèt non sit merè necessarium, necessarij vim habet, quatenus vitandæ mortis causa fit. Et ita hanc sententiam me citato satis firmat Barbosa *de potest. Episc. parte 2. Allega. 39. num. 53. & segg.* Et ratio, quia Concilium cùm tribuat facultatem dispensandi eum, qui in vitæ suæ defensionem occidit, nisi pariter loquatur de homicida excedente moderamen inculpatæ tutelæ, frustra hanc facultatem Episcopis concessisset: siquidem, qui non excedit hanc moderationem, sed ob extremam, & omnino ineuitabilem vitæ suæ defensionem alium occidit, nullam incurrit Irregularitatem. *Clementina, si furiosus, de homicidio.* Igitur, neque Episcopi dispensatione egeret. Et ita me citato tenet etiam Marchinus *de Sacram. Ordinis tract. 1. parte 9. cap. 1. diffic. 3. n. 5.* Vide etiam Caspensem *in cursu Theol. tom. 2. tr. 25. disp. 5. sect. 17. n. 19.*

RESOL. XLIII.

An Episcopus ex hoc Decreto possit dispensare in irregularitate occulta mandantis, si mandatarius excessit mandatum, ita vt mors sequuta sit?

Et an si quis percutiat prægnantem in vtero sine intentione causandi abortum, etiamsi postea ille ex huiusmodi percussione sequatur, non sit homicida voluntarius, vnde possit ab Episcopo in irregularitate dispensari?

Et an si quis mandans homicidium in persona vnius, si committatur in persona alterius, non incurrat irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario, & ideo possit Episcopus dispensare? Ex p. 7. tr. 2. Res. 30.

Sup. hoc infra in Resol. 46. §. Sed ad lin. 4. & lege alias Res. not. primæ dictæ Resol. & in tom. 5. tr. 5. ex Res. 127. §. vlt. &c.

§. 1. AFfirmatiuè respondeo; Ideò assero Episcopum posse dispensare cum eo, qui mandauit seruo, vt alterum percuteret, sed caueret ne occideret, nam homicidium inde sequens, non est propriè voluntarium respectu mandantis, sed est casuale culpabile. Et ita me citato docet Marchinus *de Sacram. Ordin. tract. 1. parte 9. cap. 1. diffic. 3. num. 6.* & alij penes ipsum, quibus ego addo Alzedum, *parte 2. cap. 6. num. 4.* Molinam *tomo 4. tr. 3. disp. 3. num. 7.* & Henriquez *lib. 14. cap. 19. n. 3. in Glossa littera E.* Et ideo ex hac ratione, siquis percutiat prægnantem in vtero sine intentione causandi abortum, etiam si postea iste ex huiusmodi percussione sequatur, non est homicida voluntarius, vnde poterit ab Episcopo in irregularitate dispensari. Ita contra Nauarrum *in Man. cap. 27. num. 240.* & alios tenendum est cum Sayro *de cens. lib. 7. cap. 7. num. 7.* Et hoc etiam me citato docet Marchinus *vbi supra.*

2. Hinc etiam dicendum est, quòd mandans homicidium in persona vnius, si committatur in persona alterius, non incurrit irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario, & ideò potest Episcopus dispensare, vt me citato obseruat Barbosa *de potest. Epis. parte 2. Alleg. 39. num. 52.* & alij penes ipsum.

RESOL. XLIV.

An vigore huius Decreti Episcopus possit dispensare in irregularitate contracta ex homicidio casuali, quando est publicum: & non solum ad minores Ordines, sed etiam ad maiores, & simplex beneficium, & etiam ad beneficium Curatum? Ex p. 7. tract. 2. Resol. 31.

Sup. hoc in princip. huius tract. in titul. in n. 4. tr. 8. Res. 104. & Nota tamen, sed ibi mutata sententia.

§. 1. NOn est dubium, quando homicidium est occultum: difficultas est quando est publicum. Et negat Garzias *de Benef. parte 7. cap. 11. num. 27.* & Alzedus *in Praxi Episc. parte 2. cap. 6. num. 6.* vbi sic ait. Dispensat etiam Episcopus cum homicida

homicida casuali occulto,quoad suscipiendos minores Ordines, & simplex beneficium obtinendum. Vivaldus *in Candelabr. tit. de irregul. n.325.*

2. At verò indubitanter teneo posse Episcopum dispensare cum tali homicida casuali occulto, etiam ad maiores Ordines,& simplex beneficium, & etiam ad beneficium Curæ. Et opinio Vivaldi procedit in homicida casuali publico, & indirectè voluntario, cum quo non dispensabit nisi ad minores,& simplex beneficium ; cum occulto verò ad maiores, & ad beneficium Curæ. Ita Alzedus, cui etiam adde Miandam *in Man. Prælatomo 2. quæst.& art.13. concl.2.* & 3. & Barbosam *de Potest. Episc. parte 2. Alleg.39. num.48.* vbi sic asserit : Infertur Episcopum dispensare posse in irregularitate ex homicidio casuali proueniente, modò delictum sit occultum, ex eo quia Concil Trid. *d.cap.6.* Episcopis potestatem dispendi concedit in irregularitate ex delicto occulto, excepto homicidio voluntario, sed homicidium casuale non est propriè voluntarium, Ergo Episcopus potest dispensare in irregularitate prouenient ex homicidio casuali, modo sit occultum. Sic Barbosa.

4. Sed his non obstantibus ego probabiliter affirmatiuæ sententiæ adhæreo, quam docet Caspensis *in cursu Theol. tomo 2. tract.25. disput. 5. sect. 17. num.119.* Auila *de Cens. parte 7. disput. 6. sect.5. dub.2. concl.3.* Henriquez *lib.14. cap.19. num.2. in Glossa littera R.* Sayrus *de Cens. lib. 7. num.20.* & alij, quos citat & sequitur Marchinus *de Sacram. Ord. tract.1. parte 9. cap.1. diffic. 3. num.9.* vbi probat hanc opinionem ex quatuor rationibus. Primò, quia Tridentinum, quantum ad homicidium casuale, nihil innouauit : ex alia parte ante Tridentinum Episcopi poticbantur facultate dispensandi in irregularitate orta ex homicidio casuali etiam publico, *cap. Continebatur, & cap. Ad audientiam, de homicidio*, ergo neque verum putauimus id quod *d. loco* tradit Garzias, *Trid. sess. 14. d. cap.7. de Reform.* statuisse, Ordinarios non aliter dispensare posse, nisi ex Papæ commissione : siquidem nullum ibi fit verbum de huiusmodi dispensatione Papæ reseruata; sed potiùs declaratur antiqua Episcoporum dispensandi facultas in irregularitate,ibi : Episcopos non aliter dispensare posse,nisi causa cognita,& probatis precibus, & narratis.

4. Secundò, eodèm modo, eodémque verborum tenore loquitur ibi Concilium de irregularitate orta ex homicidio casuali,ac de illa,quæ oritur ex homicidio in sui tutelam : sed Episcopus ex omnium consensu potest in posteriori irregularitate dispensare : ergo etiam in priori.

5. Tertiò,irregularitas ex homicidio casuali notorio nullam inducit infamiam. Poterit ergo in illa Episcopus dispensare.

6. Quartò, si potest Episcopus dispensare in irregularitate orta ex homicidio volito ob repentinam rixam, & non facto per insidias, vt dicemus Resolutione sequenti, profectò multò magis poterit dispensare in ista irregularitate, orta ex homicidio omnino præter intentionem, siue occulto, siue notorio.

RESOL. XLV.

Frequens hic casus accidit. In rixa subita & inopinata contingens quis occidit alium, quæritur, an hoc homicidium non dicatur voluntarium simpliciter, sed casuale, ita vt occidens possit impetrare dispensationem ab Episcopo, qui potest vigore Concilij Trid. sess.24. cap.6. dispensare super irregularitatibus occultis contractis ex homicidio casuali? Ex p.2. tr.15. & Misc.1. Res.19.

§. 1. FAteor opinionem affirmatiuam esse probabiliorem, & illam docet Molina *de iust. tom.4. tract.3. disput. 79. num.7.* & Franc. Suar. *in 3. part.tom.5. de cens. disp.44. sect. 1. n.3.* qui reddit rationem huius sententiæ, nam licet rixa inopinatè, & ex tempore orta sit, potest tamen quis, libera voluntate, directè intendere mortem alterius. Ergo tale homicidium est in se directè voluntarium,& sub hac appellatione in iure comprehenditur,nisi fortasse inducat rationem defensionis, cuius alia est considerario.

Sup. hoc in tribus Res. sequ. & supra in Res.34. §. Tertium dubium, &§. Verum hic, & saepius in tr.2. Res. 64.§.Suppono.

2. Sed contrariam opinionem negatiuam, probabilem etiam esse iudico. Dico igitur ad irregularitatem homicidij voluntarij, super quam non possit dispensare Episcopus, requiri quòd illud homicidium deliberato animo,& inito consilio fiat : nam si ex rixa repentè orta, vel ex inimicitia, ob iniuriosa verba,subitò contracta homicidium perpetratur, casuale puto esse, & non voluntarium, ita vt possit Episcopus circa irregularitatem ex ipso contractam dispensare: Hanc sententiam primus docuit Didacus Perez *in lib.8. ordinamenti, tit.13. in Rubr. fol. 256. col.1. ante medium*, vbi id latè tractat,& ait in praxi ita sæpè respondisse consultum,post Concilium Tridentinum, & post illum Henriquez Rodriguez, Salzedo, Auila Societatis IESV Theologus *in tr.de cons.p.7. disp.6. sect.2. dub.1. & sect.5. dub.3. concl.2.* nouissimè ex eadem Societat. Coninch. *de Sacram. disp.18. dub.14. n.111.*

3. Probatur hæc opinio ex Trident. *sess.14. cap. 17. de refor.* dicente : [eum etiam, qui per industriam occiderit proximum, & per insidias, &c.] & ex illis verbis ; [si verò homicidium non ex proposito, sed casu, &c.] quæ verba non sunt intelligenda, vt asserit Sayrus *de cens. lib.7. c.7. n.8.* & alij, de homicidio casuali non volito in se,sed in causa ; sed intelligenda sunt de homicidio, quod casu solo contingit, ad differentiam homicidij voliti ex proposito. Quod patet, nam Concilium ibi loquitur de homicidio occulto, cuius dispensatio reseruatur Papæ : & tamen certum est, quòd post Concilium Episcopus potest dispensare in homicidio occulto casuali, volito non in se, sed in causa. Ergo non loquitur de hoc homicidio, quod contingit casu, idest, non ex proposito. Ita ferè Rodriguez *in sum. p.1. c.177. num.2.* Ex his patet responsio ad argumenta primæ sententiæ.

RESOL. XLVI.

An qui rixa inopinata, & non inito consilio occidit aliquem, incurrat tantum irregularitatem ex homicidio casuali, vt possit ab Episcopo dispensationem obtinere vigore Concilij Trid. sess.24. cap.6.

Et aduertitur irregularitatem contractam ex excessu vitæ,honoris, vel bonorum temporalium, non esse nuncupatam irregularitatem ex homicidio voluntario, sed casuali, etiam si excessus sit ex proposito, ex calore rixæ & pugnæ ; imo etiam si quis iam fugientem sequatur, & occidat, ideo iste talis possit dispensari ab Episcopo super irregularitate ?

Et an Episcopus possit cum homicida casuali, etiam notorio dispensare ad Ordines minores & ad beneficium simplex ?

Et an cum huiusmodi homicida possit Episcopus dispensare ad retinendum beneficium Curatum antea

antea obtentum? Ex part.10. tract. 11. & Misc.1. Resol.19.

Sup. hoc, in Ref. præterita & in aliis eius not.

§. 1. NEgatiuè respondet Cornejo *in 3. part. D. Thom.tr.4.de irregul.q.6.disp.1.dub.1.* vbi sic ait: Quæres secundò an ad istam irregularitatem requiratur, vt homicidium fiat ex proposito, & inito consilio. Respondetur negatiuè; sed satis esse, quod quis occidat, aut habeat dictam voluntatem occidendi; quamuis homicidium fiat ex ira inopinatè: & illa voluntas sufficit: ergo irregularitas, quæ illud sequitur erit irregularitas homicidij voluntarij; quod est intelligendum, nisi tale homicidium fiat causa defensionis. Ita Suarez *disp. 64. sect.1. num.3. in fin.* Oppositum docuit Salzedo *in Practicq, c.94.* & Auila 7. *part. de Censuris, disp.2. sect. 2. dub. 1. §. præterea dico*, vbi alijs referunt. Quod probat Auila ex Concil. Trid. *sess.14. cap.7. de reformatione* vbi Concilium distinguit homicidium voluntarium à casuali in hoc, quòd voluntarium fit per industriam, & per insidias, & ex proposito; casuale verò fit non ex proposito, sed casu: ergo homicidium repentè factum ex odio subito suborto ob iniuriosum verbum, vel factum, non erit voluntarium, sed casuale, quamuis animus occidendi interfuerit. Confirmatur; quia Concilium ibi loquitur de homicidio occulto, cuius dispensatio est reseruata Papæ: ergo cùm post Concilium possit Episcopus dispensare in homicidio occulto casuali volito solùm in causa, dicendum est non loqui ibi de homicidio casuali hoc modo sumpto, scilicet de eo, quod solùm est volitum in causa; sed de homicidio casuali, vt distinguitur ab eo, quod fit ex proposito, quamuis sit directè volitum. Sed certè verba Concilij non admittunt hanc interpretationem: nam ibi distinguitur homicidium factum pura, & spontanea voluntate occidendi ab eo, quod fit voluntate occidendi non pura, & spontanea, sed coacta ob causam defensionis: & primum vocat voluntarium, secundum casuale. Neque ad primum exigit, quòd fiat per insidias, ac industriam, aut inito consilio; sed solùm fiat voluntate occidendi spontanea: vt clarè colligitur ex eo, quod, cùm per insidias, & industriam qui alterum occidit; vocat homicidium voluntarium: non quia per insidias occiderit; sed præcisè, quia sua voluntate homicidium perpetrauit; Neque occidere ex proposito aliquid amplius significat, quam occidere ex voluntate spontanea. Ad confirmationem dico, falsum esse, quòd Concilium ibi loquatur de homicidio occulto causa defensionis facto; quia re vera non loquitur nisi de publico, & ad forum contentiosum iam deducto; vt colligitur ex vltimis verbis Capitis, ibi: Nisi causa cognita, & probatis processibus, ac narratis, neque aliter dispensare possit. Hucusque Cornejo *loco citato.*

2. Sed affirmatiuam sententiam Auilæ, Salzedi, & aliorum tenet Pater Lessius *in 3. part. D. Thomæ, cap.4.de irregular. dub.2.num.36.* cui ego adhæreo. Hinc aduertendum, irregularitatem contractam ex excessu defensionis vitæ, honoris, vel bonorum temporalium non esse nuncupandam irregularitatem ex homicidio voluntario, sed casuali; etiamsi excessus sit ex proposito, & calore pugnæ, imò etiam si quis iam fugientem prosequatur, & occidat, vt rectè notauit Nauarrus, *cap.27. num. 240. & consil. 36. de homicidio, edit.* Henriquez, *lib. 14. cap. 19. num. 3.* Suarez *disp.46. sect.1. num. 13. in fine.* Auila 7. *part. disp.6 sect. 5. dub.5.* Paulus Layman. *lib.3. sect. 5. tract.3. part.3. cap.12. assert. 1.* Gaspar Hurtado, *de irregul. disp.2. diffic. 29. num.66.* Et colligitur ex Tridentino, *sess.14. cap.7. de Reformat.* vbi homicidium voluntarium definit esse, quod fit ex proposito, & ex industria. Hoc autem homicidium cùm ex rixa originem duxerit, & illa durante factum fuerit: casu contigisse censendum est: ideoque pœna ordinaria hoc homicidium non punitur, vt optimè probat Couarruuias 3. *part.* Clement. *Si furiosus, §. vnico num.3.* Et ita hanc sententiam præter Doctores citatos, tenet Castrus Palaus, *tom.6.disp.... punct.15. §.8. num.10.*

Sup. hoc supra in Ref. 42. & in to. 5. tr. 5. Ref. 127. §. vlt. & in aliis eius not. & lege doctrinam Ref. seq.

3. Nota etiam hîc obiter, quòd Episcopus potest cum homicida casuali, etiam notorio, dispensare ad Ordines Minores, & ad Beneficium simplex, non ex vi Tridentini, sed *ex cap.2. & cap. ad audientiam de Homicidio.* Quæ Potestas à Tridentino restricta non est, sicut tradit Nauarrus, *cap.27. num.240.* Sayrus, *lib.7. cap.7. num.20.* Henriquez *lib.14.cap.19.num.2.* Auila, *disp.6. sect.5. dub.2.* Layman. *lib.3. sum.sect.5. tr.3.part.3.c.12.assert.6.* vbi relatis Nauarro, & Auila subiungit posse Episcopum dispensare cum huiusmodi homicida ad retinendum Beneficium Curatum antea obtentum.

Sup. Ref. Pra in 44. legi doctrinam per cor quamuis Principi propositi est non lum qu minoris etiam dines, de etiam eius an vt mo possis dis guere ex fingenti pro hac quæst.

RESOL XLVII.

An Episcopus possit dispensare in irregularitate contracta ex homicidio voluntario ex repentina rixa orto? Ex p.7. tr.2. Ref.32.

§. 1. NEgatiuè respondet Suarez *de Cens.disp.44. sect.1. num.3.* & Molina *tom.4.tr.3.disp.79. n.7.* Sed ego contra illos affirmatiuam sententiam docui *part.2.tr.15. Resol.19.* cum multis Doctoribus, quibus nunc addo me citato Barbosam *de Potest. Episc.part.2. Alleg.39. n.48.* & etiam me citato Marchinum *de Sacram.Ord.tr.1.part.9.cap.1. diffic.3.n.10.* & Stephanum de Aluin *de Potest. Episc. cap. 26. n.5.* Dicendum est igitur licere Episcopo dispensare non solùm in irregularitate orta ex homicidio casuali, vt dictum est; sed etiam ex homicidio volito, non ex consilio, aut matura deliberatione facto; sed ex repentina ira, vel rixa. Ratio sumitur ex illis Concilij verbis. Cùm qui per insidias, aut per industriam occiderit proximum, de altari euelli debeat. Item ex illis: Si verò homicidium non ex proposito, sed casu, &c. Ergo vt Episcopus dispensare in hac irregularitate nequeat, Concilium requirit, vt homicidium sit factum animo deliberato: ergo, si per subitam rixam contingat, Episcopus dispensare poterit si delictum sit occultum, & non deductum ad forum contentiosum; vel si fuerit deductum, iam cessarit strepitus iudicialis. Recognosce meipsum vbi suprà, & vide etiam Caspensem *in Cursu Theol.tom.2.tract.25. disp.5. sect. 17. num.119.* quibus adde Mazuchellum *de cas. reseru. disp.2. cap.7. quæst. 3. n. 130.* asserentes homicidium de quo loquimur esse casuale, ac proinde dispensabile per Episcopum.

Quæ in supra Ref. 45. & in eius anno

RESOL. XLVIII.

Quod sit homicidium voluntarium, & casuale, ex quibus irregularitas incurratur?

Et doctrina huius Resolutionis est valde notanda, & menti tenenda, quia deseruiet ad explicationem multorum casuum, quando irregularitas sit ab Episcopo dispensabilis, nec ne, & ex illa Confessarij, & Consultores casuum conscientiæ habent principia satis ampla ad extricandos multos casus circa dispensationem irregularitatum occurrentes?

Et notatur, quod est magna differentia inter Episcopos, & Prælatos Regulares quoad potestatem dispensandi

pensandi circa irregularitatem homicidij casualis. Nam Episcopi possunt dispensare illam, quando homicidium est occultum. Prælati verò Regulares etiam quando homicidium casuale est publicum. Ex p.4.tr.2.Res.72.

Hæc resolutio deseruiet ad explicationem multorum casuum, vt quis scire possit quando irregularitas sit ab Episcopo dispensabilis. Dico igitur quòd sub nomine homicidij voluntarij, de quo agitur in Concil. Trident. *sess. 24. cap.6.* & in multis priuilegiis Regul. intelligitur homicidium illicitum & prohibitum in quinto Decalogi præcepto, quod per insidias & ex proposito fit. Concilium enim *in d. loco* iterum ac multoties reperit huiusmodi particulas, *per industriam, per insidias, ex proposito, propria voluntate*, &c. ad insinuandum quòd huiusmodi homicidium, de quo loquitur, & cuius irregularitas dicitur *ibidem* quòd sit Summo Pontifici reseruata, debet esse illicitum intentum ac volitum: siue voluntarium in se. Ita Barbosa *de potest. Episc. part. 2. alleg. 39. n. 47.* & alij communiter, & ideo ex Vasquez obseruat Turrianus *de censur. lib.9.disp.63.dub.1.* quòd vt homicidium voluntarium dicatur, necesse est vt in illo perpetrando adsit voluntas directa & expressa, & non sufficit vt sit voluntarium in causa, quod perpetuò tenementi, & ad maiorem explicationem addit Turrianus posse in homine considerari triplicem voluntatem, vna est expressa occidendi, & hæc sine dubio sufficit. Secunda est expressa non occidendi, sed vulnerandi tantùm, & hæc non videtur sufficere, vt dicatur voluntarium homicidium per se vt distinctum à casuali. Tertia potest esse voluntas vulnerandi expresè, nulla præmissa cogitatione de occisione, & hæc etiam voluntas non videtur sufficere vt in hac materia dicatur homicidium voluntarium. Homicidium verò casuale non solùm est illud quod est commissum indirectè eo modo, quo explanat Præpos. *in 3.part. quæst.5. de irregular. dub.10. num.74.* qui omnino videndus est, sed etiam quod est commissum directè excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, & etiam quod est commissum ex subita ira, quamuis directè & plenè voluntariè. Ita Hurtado *disp. 2. de irregular. difficult. 20.num.66.* ex quibus omnes Confessarij & consulentes casuum conscientiæ habent principia satis ampla ad extricandos multos casus circa dispensationem irregularitatum occurrentium, licèt quando vulnus per se est lethale, & voluntariè infertur, aliqui putant esse homicidium voluntarium.

2. Notandum est hîc obiter quòd est magna differètia inter Episcopos & Prælatos Regulares quoad potestatem dispensandi circa irregularitatem homicidij casualis. Nam Episcopi possunt dispensare illam, quando homicidium est occultum. Ita Auila *de censur.part.7.disp.6.sect.5.dub.2.concl.2.* & alij. Prælati verò Regulares dispensant circa dictam irregularitatem, etiam quando homicidium est publicum. Ita Vecchius *in praxi nouit.disp.9.dub.18. num.6.* Sebastianus à Bononia *tr.de elect.part.2. cap.4.dub.71. n. 14.* & alij.

RESOL. XLIX.

An Episcopus possit dispensare, vt homicida voluntarius minoribus Ordinibus susceptis vtatur, imo & in Sacris, iusta interueniente causa?

Et aduertitur, quod Concilium Tridentinum non priuat ipso iure Clericum homicidam voluntarium beneficiis antea acquisitis.

Et notatur certum esse Episcopum etiam post Concilium Tridentinum posse dispensare ad sacros Ordines, & ad quodcunque beneficium cum Clerico, qui commisit homicidium casuale si sit occultum.

Imo, si homicidium casuale sit publicum, potest dispensare ad minores Ordines tantum, & ad beneficium simplex.

Et pro praxi quod sit homicidium casuale, adducuntur alij diuersi casus in §. vltimo huius Absolutionis. Ex p.9.tr.7.& Misc. 2.Res.22.

§. 1. NEgatiuè respondet Magister Cornejo *in 3. p.D. Thomæ tr.5. de irreg. disp.1. dub.2.q.2. n.2.* vbi sic ait: [Hæc doctrina est contra Henriquez *lib.14.de irregular.c.14.n.1.* vbi dicit, Episcopum posse etiam modo post Concilium Tridentinum dispensare cum homicida voluntario ad vsum saltem minorum Ordinum: & *lib.13.de excommunic. c.57. n.1.* docet, posse dispensare cum eo ad beneficium simplex, quia existimat, Concilium Tridentinum non abstulisse ab Episcopis id quòd aliàs erat ipsi iure communi concessum, vt *cap.20. de Clericis pugnantibus in ludo*, vbi vtrumque videtur Episcopis concedi, &c. Hæc tamen sententia est falsa, vt conuincitur ex verbis Concilij ibi, *Nec illis aliqua Ecclesiastica beneficia, etiamsi curam non habeant animarum, conferri liceat: sed omni Ordine, ac beneficio, Officio Ecclesiastico perpetuò careant*: Ecce, vbi clarè loquitur de beneficio simplici, etiam de vsu minorum Ordinum; cùm talis vsus Officium sit Ecclesiasticum: ergo aufertur ab Episcopis potestas dispensandi, etiam in ipsis.] Ita Cornejo.

Sup. conte. to in hoc & seq. §. lege doctrinam duarum seq. Res. & infra & Resol. 52. §. Sed. & in Res. 53. & supra in tr. 3. & Res. 34. §. Secundum dubium vsque in finem § Verum & in tom. 7. tr. 1. Res. 295. §. verùm. Sed si prius hic Tu pra vides §. Sed ego quid Resol. 34. & alios §§. & Resol. eius not. facilius hanc quæst. dissolues.

2. Sed opinionem Henriquez, quam falsam vocat Magister Cornejo, probabilem esse putat Pater Lessius, sic asserens *in 3. part. D. Thomæ, c.4. de irregul. dub.2.n.35* [Dico primò: In irregularitate ex homicidio voluntario, etsi occulto, solus Papa dispensare potest, non autem Episcopus. Patet ex Concilio Trid. *sess.24. c.6.* vbi excipit homicidium voluntarium: & *sess.14.c.7.* statuit Concilium, vt talis homicida careat omni Ordine, beneficio, & Officio Ecclesiastico. Vbi tamen aduerte primò: Si iste habebat anteà beneficium, non est priuatus ipso facto, sed priuandus per Superiorem causa cognita. Couarruuias §.3. *n.6.* aduerte secundò, probabile esse, Episcopum posse dispensare, vt homicida voluntarius, si crimen occultum sit, minoribus iam susceptis vtatur; imò, si causa iusta subsit, vt etiã in Sacris anteà susceptis ministret: quia Concilium solùm vetat promoueri ad sacros Ordines. Ita tenent multi ex Recentioribus, & Couarruuias §.3. *n.4.* qui etiam *n.6.* docet, ab Episcopo posse admitti ad beneficium simplex, quod etsi dubium sit, saltem Episcopus potest dispensare, vt beneficium anteà obtentum retineat.] Hucusque Lessius. Verùm ego non recedo à prima sententia quam nominatim contra Henriq. sustinet Auila *de censur.part.7.disp.6 sect. 5. dub.3. concl.2.* qui tamen concedit, quòd Cocilium Tridentinum non priuat ipso iure Clericum homicidam voluntariũ beneficiis ante acquisitis, vnde quantum ad hoc, immutatum manſit ius antiquum.

Sup hoc. supra lege doctrinam Res 44. per totã, & signanter §§. eius secũdæ not. & ex illis melius deduces quid pro hac quæst. & pro famulo contento in hoc textu in Res. 43.

3. Notandum est tamen, certũ esse Episcopũ etiam post Concilium Tridentinum, posse dispensare ad sacros Ordines, & ad quodcunque beneficium cum Clerico, qui commisit homicidium casuale, si sit occultum. Tale homicidium est, quod cõmittitur in sui defensionem, sine debito moderamine: item si Clericus, exercens Chirurgiam, aliquem interficiat ex negligentia, vel imperitia: ité, si dominus mandet famulo, vt inimicũ percutiat nõ lethaliter, & tamẽ famulus occidat. Huc etiam referri potest homicidiũ ex subita ira cõmissũ: quia nõ cẽsetur voluntarium, cùm non sit

factum per insidias, vel industriam; quod tamen Concilium videtur requirere vt dicatur voluntariũ. Imò, si homicidium casuale sit publicum, potest dispensare Episcopus ad minores Ordines tantùm, & ad beneficium simplex. Ita Lessius *loc. tit. num.* 36. Auila *dub.* 2. *concl.* 2. & 3. & alij.

Sup. hoc signanter lege doctrinam in Res. not. præteritæ & supra ex Res. 46. §. vlt. & §. eius annot.

RESOL. L.

An in aliquo casu Episcopus possit dispensare cum irregulari ex homicidio occulto, vt ministret in Ordinibus susceptis?

Et notatur, an Episcopus possit etiam post Concilium Tridentinum dispensare cum homicida voluntario ad vsum saltem minorum Ordinum & ad beneficium simplex?

Et asseritur posse Episcopum in irregularitatem incursam ex bello dispensare cum Clericis constitutis in Sacris, ne mendicare cogantur, & ad beneficium obtinendum. Ex p. 4. tr. 3. Res. 100.

Sup. contento in hac Res. dempta diffic. posita in fine huius Res. lege doctrinam Res. præteritæ & seq. & infra ex Res. 52. §. Sed. & Res. 53. & in tõ. 7. tr. 1. Res. 295. §. Verũ. signanter ad medium, à vers. Hæc sententia. & melius in alio §. eius annot. & supra in Res. 34. latè à §. Secundũ dubium. vsque ad §. Tertiũ. Sed si ibi prius perlegis. §. Sed ego quid. facilius hanc quæst. terminare poteris.

§. 1. Respondeo affirmatiuè vrgente magna necessitate scandali, vel alia, & difficili existente recursu ad Papam, vel propter inopiam, vel magnam distantiam; & hoc siue ex eius ordinaria potestate, siue ex tacita Pontificis commissione, non enim credendum est, Papam sibi dispensationem reseruasse, in tanto animarum periculo, vt de dispensatione in impedimentis dirimentibus matrimonij dixit Sanchez *lib.* 2. *disp.* 4. *num.* 7. & Doctores communiter. Et ita nostram sententiam ex Henriquez, & Sylueſtro docet doctus Petrus Cornejo. *in* 3. *part. D. Thomæ, tract.* 5. *de irregular. disp.* 1. *dub.* 4. *quæst.* 4. & ante illum Auila *de cens. part.* 7. *disp.* 6. *sect* 5. *dub.* 3. *in fine conclusionis.*

2. Notandum est tamen hîc obiter, Henriquez *lib.* 14. *cap.* 14. *num.* 1. docere Episcopum posse etiam modò post Concilium Tridentinum dispensare cum homicida voluntario ad vsum saltem minorum Ordinum, & *lib.* 13. *cap.* 57. *num.* 1. docet posse dispensare cum eo beneficium simplex, quia existimat Concilium Tridentinum non abstulisse ab Episcopis id quod aliàs erat omnibus iure communi concessum, vt *cap.* 20. *de clericis pugnantibus in duello*, vbi vtrumque videtur Episcopis concedi. Sed hæc sententia, pace viri doctissimi, falsa videtur, & conuincitur ex verbis Concilij, ibi, *Nec illis aliqua beneficia Ecclesiastica, etiamsi curam non habeant animarum, conferri liceat, sed omni Ordine & beneficio Ecclesiastico perpetuò careant.* Vbi clarè loquitur de beneficio simplici, & etiam de vsu minorum Ordinum, cùm talis vsus officium sit Ecclesiasticum. Et hæc omnia docet Cornejo *vbi suprà quæst.* 2. Non desinam tamen hîc admonere Gulielmum Mercerum *de Sacram. in* 3. *part. D. Thomæ, quæst.* 24. *dub.* 9. *n.* 1. asserere posse Episcopum in irregularitatem incursam ex bello dispensare cum Clericis constitutis in sacris Ordinibus ne mendicare cogantur, & ad beneficium obtinendum; sed hoc etiam videtur contra mentem Concilij.

Sup. hoc suprà lege Res. 38. & aliam eius primæ not. & ex Res. 39. §. vlt.

RESOL. LI.

An irregularitas, quam nemo scit, nisi ipse homicida, sit ab Episcopo dispensabilis, vt ministrare possit Ordinibus susceptis, licèt non possit ad superiores ascendere? Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. ex Res. 51. §. Secundum dubium.

§. 1. Quoad secundum dubium affirmatiuam sententiam docet nouissimè Texeda *tom.* 2. *lib.* 3. *tract.* 3. *num.* 188. vbi sic ait: Potest Episcopus dispensare in irregularitate ex homicidio occulto orta, dummodo ita sit occultum, vt nullus alius sciat id delictum fuisse commissum à tali persona, nisi solus ipse homicida. Vnde subsunt, quòd cum huiusmodi irregulari potest Episcopus dispensare, vt ministrare possit in Ordinibus susceptis, & illos exerceat, licèt non vt ascendere possit ad altiores gradus Ordinis. Immò Couarruuias ipse admittit opinionem eorum tanquam probabilem, qui fatentur posse Episcopum dispensare cum huiusmodi homicida voluntario omnino occulto, vt ascendere possit ad superiores ordines. Probatur tamen ista sententia, quia Concilium Tridentinum non aufert ab Episcopis facultatem dispensandi in irregularitate contracta ex homicidio omnino occulto, cuius conscius nemo sit, nisi ipse homicida: ergo sicut Episcopi ante Concilium poterant dispensare in prædicta irregularitate, id etiam possunt post Concilium attento iure communi. Probo consequentiam; quia in casu dubio melior est conditio possidentis: ergo cum lex noua in casu dubij interpretari debeat, vt in minimo ius cõmune lædatur, necessariò iuxta illud lex noua Concilij est interpretanda, dum non constet expresse de abrogatione priuilegij: abrogatio enim legis antiquioris vitanda est, vnde cum Episcopi attento iure communi dispensare poterant in prædicta irregularitate, attento iure communi etiam id possunt post Concilium: additur etiam, quòd Episcopi possint dispensare in irregularitate ex homicidio omnino occulto, est res valde fauorabilis, & ideò clausula illa Concilij interpretari debet, si fieri potest, in fauorem Episcoporum.

Sup. hoc d dubium cedentia Res. & aliis re primam annotat num.

Sup. hoc Res. leg.

2. Obiicies: Concilium Tridentinum *in prædicta sess. cap.* 7. expresse asserit, quod in homicidio voluntario, (etiamsi fuerit occultum) non liceat dispensari. Respondeo Concilium non loqui de homicidio omnino occulto, sed aliquo modo; scilicet de illo, quod in iudicio probari non potest. Ita respondet Couarruuias, quibus ego addo, quamuis aliàs sciatur aliunde, etsi in iudicio probari non possit. Respondeo secundò, quòd Concilium in illo Decreto solùm intendit ostendere difficultatem maximam, quæ erga dispensationem in irregularitate, quæ oritur ex homicidio voluntario fieri debet; non autem intendit limitare auctoritatem Episcoporum: & ideò ait, non licet, id est, non conuenit vt in huiusmodi irregularitate fiat communiter, & absque grauissima difficultate dispensatio, & pateat aliquo modo de homicidio. Huc vsque Texeda. Sed communis opinio Doctorum aduersatur huic Texedæ, licèt viri docti, sententiæ: sicut & stylus, & Praxis Curiæ Romanæ, vt ego alibi docui.

RESOL. LII.

An Episcopus in aliquo casu possit dispensare cum homicida voluntario ad suscipiendos sacros Ordines?

Ex quo infertur, quòd vrgente necessitate seu scandalo, & non sit facilis recursus ad Summum Pontificem, potest Episcopus dispensare cum homicida voluntario, occulto tamen, vt ministret in susceptis Ordinibus sacris.

Etiámque deducitur, dum hæc tria concurrunt in matrimonio celebrato, cum occulto impedimento dirimente, scilicet difficilis recursus ad Summum Pontificem; scandalum, si fiat sepa

separatio, & periculum incontinentiæ, posse Episcopum dispensare in hoc matrimonio? Ex part. 9. tract. 8. & Misc. 3. Res. 52.

§. 1. CAsus est curiosus, & à nemine discussus, nisi nouissimè à Fragoso *in Regim. de Reipubl. Christ. tom. 2. part. 2. lib. 8. disp. 18. §. 9. n. 20.* vbi sic ait: ex sententia Thomæ Sanchez *lib. 2. de matrim. disput. 40. num. 7.* ausim dicere, posse dispensare Episcopum cum homicida occulto, si vrgentissimæ necessitati suscipiendi Ordines Sacros, non possit alio modo obuiari absque eo, quòd sacris initietur. Exemplum sit, quidam vir grauis ratione Canonicæ paratus iam quoad omnia ad suscipiendum Ordinem Sacrum pridie illius, quo Ordines conferebantur, de industria patrauit homicidium occultum; in hoc casu nullum est remedium fortius, vt euadat infamiam, nisi ad Ordinem sacrum promoueri, quòd si non promoueatur, apud omnes reputabitur author illius homicidij, & vitæ discrimen apertissime subibit: si ergo Episcopus vrgente necessitate, aut scandalo, aut infamia potest, cùm difficilis est aditus ad Summum Pontificem, dispensare cum Sacerdote occulto homicida, vt ministret in sacris iam suscepti, & ex sententia Sanchez *d. disp. 40. n. 7.* potest dispensare in impedimento matrimonium diriment, antequam matrimonium contrahatur, quando paratis iam omnibus ad nuptias inuenitur impedimentum, cuius detentio infamiam notabilem generabit; & post omnia remedia quæsita, ac tentata, nulla via euadendi illam infamiam reperitur, imò vehemens suspicio adsit, vt quis alicuius criminis, ob quod matrimonium impeditur: si ergo in hoc casu potest dispensari, cur in nostro casu non dispensabitur?

2. Dices, Summum Pontificem in matrimonij impedimentis solere dispensare plerumque, vt videmus cum homicida voluntario occulto rarissimè, igitur non poterit Episcopus dispensare in nostro casu, cum Concil. Tridentinum *sess. 14. c. 7.* dicat: omni ordine careat. Respondeo etiam Concilium contra eos, qui scienter in gradu prohibito ineunt matrimonium, *sess. 24. cap. 5.* quòd separentur, & spe dispensationis consequendæ careant: quæ pœna imponitur contra eos, qui scienter intra gradus prohibitos matrimonium inire præsumpserint, quæ præsumptio non datur in illo, qui pœnitentia ductus ad Episcopum recurrit pro dispensatione obtinenda. Item, quia hoc impedimentum non suscipiendi Ordines cum homicida occulto est Iuris humani à Concilio statutum, sed in illo ob magnam necessitatem potest Episcopus dispensare, vt bene notat Roman. *singulari 486.* Filliucius *c. 1. fallent. 7. de constitut.* Lambertinus *de Iure patron. lib. 1. part. 1. q. 7. art. 19. num. 2.* Gratianus *regula 433. numer. 8.* Abbas *in capit. At si Clerici, §. de adulteriis, num. 9. de iudiciis*, & alij, quos sequitur Guttierrez *Canonic. Quæst. lib. 1. cap. 23. n. 18.* Et in hoc casu, si non promoueatur, vrget scandalum, & periculum vitæ, & vehemens suspicio, quòd fuerit author homicidij patrati; si velit abstinere ab Ordinibus suscipiendis; igitur his omnibus concurrentibus, cùm non possit ad Summus Pontifex aditi, videtur posse dispensari ab Episcopo. Hucusque Fragosus.

3. Sed quid dicendum, vtrum vrgente necessitate, sed scandalo, etsi non sit facilis recursus ad Summum Pontificem, possit Episcopus dispensare cum homicida voluntario occulto tamen, vt ministret in suscepti Ordinibus sacris? Negat Nauarr. *cons. 45. de homicidio in 2. editione, per c. 2. de Cleric. pugnant. in duello*, eidem volunt Fr. Manuël *to. 1. in summa c. 179. num. 5.* & Ludouicus Lopez *in instr. p. 2. c. 93.* & probatur ex Tridentino *sess. 14. c. 7.* ibi, omni ordine careat, & vt citati interpretantur, careat ordine, hoc est, vsu susceptorum, quibus verbis ait Auila *p. 7. disp. 6. dub. 3.* tolli potestatem Episcopis dispensandi, quoad vsum Ordinum. Nihilominus idem Auila, ibi, *concl. 2.* credit concurrentibus vrgente necessitate, infamia, aut scandalo, & difficili recursu ad Summum Pontificem, posse Episcopum dispensare cum Clerico, vt ministret in susceptis Sacris, si delictum est occultum; consentit Henriq. *lib. 14. de regul. c. 19. n. 1. & 2.* iuncta Gloss. *lit. V.* quia id poterat de iure antiquo: ergo etiam modo id poterit, non obstantibus verbis dicti *c. 7.* ibi, ab Altari euelli debeat, & omni officio Ecclesiastico perpetuò careat; constat enim vsum sacrorum esse officium Ecclesiasticum.

4. Suffragatur praxis communis; qua Episcopi vtuntur in dispensatione matrimoniorum, quæ fuerunt celebrata, cum occulto impedimento dirimente; nam dum hæc tria concurrunt, nimirum difficilis recursus ad summum Pontificem, scandalum, si fiat separatio & periculum incontinentiæ; possunt tunc Episcopi dispensare in his matrimoniis. Ita Nauarr. *in manual. c. 22. Hispanicè, n. 86. Latinè n. 85.* Henriq. *lib. 6. de pœnit. c. 20. n. 1. & lib. 12. de matrim. c. 3. n. 2.* Spino *in speculo, gloss. 15. n. 86.* Capua *lib. 2. decis. c. 80. n. 14.* Anton. Gomez *in Bull. Cruciat. clausul. 10. n. 58.* Manuel *in eadem Bulla, §. 13. n. 6. in fine.* Confirmatur ratione, quoniam quamuis regulariter nequeat Episcopus dispensare in lege superioris, seu Concilij, integrum est illi in casu vrgentis necessitatis dispensare, Bald. *in Omnes populi, n. 8. de Iust. & Iure*, Guttierrez *canonic. quæst. lib. 1. c. 23. n. 18.* & Duenn. *regul. 248. limit. 2.* sed in vtroque casu tam matrimonij irriti, quod est publicum, & impedimentum occultum, quam sacerdotis, qui commisit homicidium data opera occultum, vrget scandalum, & infamia, & difficilis recursus ad Papam: igitur si cum contrahentibus matrimonium, concurrentibus iis circunstantiis potest Episcopus dispensare; cur non poterit in homicida occulto, quoad vsum susceptorum Ordinum etiam dispensare, cùm sit delictum occultum, & ipse Parochus, seu Sacerdos solitus quotidie celebrare, & periculum infamiæ, suspicandique illum fuisse auctorem homicidij, nec sit aditus ad Summum Pontificem, nisi difficulter; & hæc omnia docet Fragosus vbi suprà quæ tanquam probabilia non respuit Lessius *in 3. part. D. Thomæ, cap. 4. de Irregul. dub. 2. n. 35.* Sed in his omnibus tu cogita.

Sup. hoc supra in tr. 2. Res. 132. & in aliis eiùs primæ not.

Sup. hoc fit Res. not. præteritæ à §. Tota igitur, & in aliis eius annot. & hic supra in §. 1. huius Res. prope finem, à vers. quando paratis.

RESOL. LIII.

An Episcopus possit dispensare cum homicida occulto voluntario quoad simplex beneficium retinendum? Ex p. 7. tr. 2. Res. 33.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam non obstante hoc Decreto Concilij tenet Henriquez *lib. 14. c. 14. n. 1. & lib. 15. c. 1. n. 1.* loquens de dispensatione ad simplex beneficium acquirendum, nititur illo fundamento, quòd Concilium solùm prohibere videatur promotionem, aut vsum maiorum Ordinum, qui soli dicuntur sacri, neque abstulit Episcopis facultatem, quam habebant *in cap. 20. de Clericis pugnantibus in duello*, conferendi duellantibus, & homicidis simplicia beneficia. Verum nimium mihi aperta videntur verba illa: Nec illis aliquando beneficia Ecclesiastica, etiamsi curam non habeant animarum, conferre liceat: sed omni Ordine, & beneficio, & officio Ecclesiastico perpetuò careant. Sed vsus minorum est officium Ecclesiasticum: ergo opinio Henriquez quoad vtramque partem pugnat cum allata Concilij definitione. Et ita hæc omnia me citato docuit Marchinus

Sup. hoc supra & doctrina §. 1. & 2. Res. 49. & 50. &c.

chinus *de Sacram. Ordinis, tract. 1. part. 9. cap. 1. difficult. 3. num. 2.*

RESOL. LIV.

An Episcopus possit dispensare cum homicida occulto voluntario quoad retentionem beneficij Curati?

Idem est dicendum de Canonico homicida occulto, vt possit interesse Choro, & gaudere fructibus Canonicatus? Ex part. 7. tract. 2. Resol. 34.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Barbosa *de Potestate Episc. p. 2. Alleg. 39. n. 61.* vbi sic ait: An autem hodie possint Episcopi dispensare cum homicida voluntario ad retinendum curatum, quæstio est non contemnenda, in qua affirmatiuè respondent Sayr. *in floribus decis. sub tit. de offic. Ordin. decis. 13.* Zerola *in praxi Episc. p. 2. ver. dispensatio*, §. 3. Nauarr. *consil. 13. de offic. Ordin. in antiq. alias, cons. 45. sub tit. de homicid. in nouis.* Sed hæc opinio nullo modo recipienda est ex verbis eiusdem Concilij simpliciter prohibentibus Episcopis facultatem dispensandi cum homicida voluntario, nec distinguentibus ad beneficia, vel ad ordines, quinimò expressè loquentibus de vtrisque in illis verbis ibi: nec illis aliqua Ecclesiastica beneficia, etiamsi curam non habeant animarum conferre liceat, sed omni Ordine, ac beneficio, & officio Ecclesiastico perpetuò careant: ideò si quis omne dicit, nihil excipit ex Iuris regula, certè dum in eodem capite sancitur, vt omni Ordine perpetuo careant, non esse eius dispositionem ad sacros tantùm, aut curata beneficia restringendam, sed ad minores etiam, aut simplicia extendendam. Ita Barbosa, qui citat Auilam, Sayrum, Nauarrum, &c.

2. Sed affirmatiuam sententiam tenet Marchinus *de Sacramento Ordinis tr. 1. part. 9. cap. 1. difficult. 3. n. 3.* vbi sic ait. Licèt Concilium prohibuerit homicidis collationem noui beneficij; non tamen vetauit Episcopis dispensare cum istis ad simplex beneficium retinendum, vel etiam ad retinendum curatum, dummodò per alium illud exerceat: quidquid oppositum, quoad retinendum curatum, dicat Barbosa *allegat. 39. n. 61. vers. An autem de officio Episcopi.* Sed immeritò: quia Concilium de sola collatione noui beneficij loquitur, nec vllo modo distinguit de retentione beneficij simplicis, vel parochialis. Hæc Marchinus; cui adde Alzedum *in Praxi Episc. p. 2. c. 6. n. 7.* vbi docet, quod possit Episcopus dispensare, vt Presbyter homicida voluntarius occultus, qui antea habebat beneficium Curæ, illud possit retinere in futurum, & similiter cum Canonico homicida occulto, vt possit interesse Choro, & gaudere fructibus Canonicatus.

RESOL. LV.

An irregularitas orta ex bigamia propria & interpretatiua sit aliquando dispensabilis ab Episcopo etiam ad sacros Ordines?

Idem est dicendum de Prælatis Regularibus quoad suos subditos.

Et inter alios casus, qui pro praxi supradictæ quæstionis adducuntur, tandem quæritur, an Episcopus possit dispensare in irregularitate occulta, quam contraxit Subdiaconus ducens viduam? Ex part. 4. tract. 2. Resol. 61.

Sup. hoc in duabus seqq. Resol. & lege

§. 1. NEgatiuè respondeo cum communi DD. sententia, quos affert Mauritius Alzedo *in praxi Episcop. part. 2. cap. 6. num. 51.* & Barbosa *de Potestate Episcop. part. 2. allegat. 49. num. 25.* Verùm non grauabor hìc apponere sententiam Ioan. Præpositi *in 3. part. q. 5. de irregularitate, dub. 7. num. 138.* vbi sic ait: Peculiaris difficultas est, an Episcopus nonnunquam possit dispensare in irregularitate orta ex bigamia interpretatiua, v. g. si res sit occulta? Aliqui vniuersim censent non posse, quia hæc irregularitas non oritur ex delicto, sed ex defectu significationis, vel ex ipso facto coniugij attentati etiam inualidè; non videtur tamen improbabile quòd possit in ea quæ oritur ex delicto etiam alieno, v. g. in irregularitate, quam contrahit is, qui cognouit vxorem, postquam ea commisit adulterium cum alio, etiamsi adulterium vxoris sit occultum, quia talis irregularitas verè oritur ex delicto. Item quòd possit in ea, quam contrahit Sacerdos qui post mortem vxoris legitimæ existens in Sacris, tentat aliam in vxorem accipere, quia etiam hæc irregularitas oritur ex delicto, idque etiamsi conetur contrahere cum vidua: nam cum matrimonium sit irritum, non inducit irregularitatem ex defectu significationis, sed ex peccato. Idem si laicus contrahat irregularitatem ineundo matrimonium cum duabus inualidè, vel inualidè cum vidua, quam irregularitatem oriri ex delicto tenet Sanchez *lib. 7. disput. 84. num. 6. in fine & disput. 86. num. 12.* censet Episcopum in nostro casu posse dispensare. Non est, inquam, improbabile in his & similibus casibus, quando irregularitas est occulta, Episcopum posse dispensare, non solùm quoad minores Ordines recipiendos, vel exercendos, sed etiam quoad maiores, iuxta potestatem ei concessam à Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 6. de reformatione.* Posset etiam dispensare in irregularitate occulta, quam contraxit Subdiaconus ducens viduam, quia eius irregularitas est ex delicto. Ita Præpositus *vbi suprà.* Et hanc sententiam tenet etiam Bartholomæus de Vecchis *in praxi nouit. disput. 9. dubio 15. num. 3.* qui citat Sanchez, & illam extendit ad Prælatos Regulares cum eorum subditis, & post illum Tamburinus *de iure Abbat. tom. 2. disput. 17. quæst. 3. num. 3.* Sed licèt hæc opinio sit probabilis, tu ne recedas à prima sententia negatiua.

Sup. hoc in Resol. 4. non Præterea his suppositis, post modium, &c.

Sup. hoc infra in §. vlt. Resol. 57. & in tom. 7. tract. Resol. 191. §. vlt. & in Addit. 296.

RESOL. LVI.

An Episcopus ex hoc Decreto possit dispensare in irregularitate bigamiæ interpretatiuæ, si sit occulta, non solum quoad minores Ordines, sed quoad maiores?

Et an in vera bigamia possit Episcopus dispensare ad minores Ordines, & beneficium simplex: Ex p. 7. tr. 2. Resol. 35.

§. 1. HAnc quæstionem tractaui *in part. 4. tr. 2. Resol. 71. & 72.* nunc adducam Ioannem Machadum, qui me citato hoc dubium pertractat, *to. 1. de Perf. Confess. lib. 1. p. 3. tr. 17. docum. 4. n. 2.* vbi sic asserit. *Quando la irregularidad es verdadera, ò interpretativa, comunmente afirman los Dotores, que el Obispo no la puede dispensar. Si ben de la interpretativa, quando es secreta, y previene, de delito aunque ageno, es muy probable, que no solamente para Ordenes menores; sino tambien para mayores puede dispensar el Obispo, conforme à la facultad, que goza por el Concilio para dispensar en las irregularidades secretas, que provienen de algun delito, y no estan deduzidas al fuero exterior; fundase esta opinion en que, como dizen Sanchez, y otros graves Autores, la irregularidad que se contrae por la bigamia viene à ser por*

Resol. 1. hìc citata nunc est antecedens, Secunda verò est prima post seqq. sed est Sup. hoc in Resol. 57. & legè doctrinam Resol. 59.

por culpa ; *y siendolo puede en ella el Obispo lo que en las demas irregularidades , que provienen de delito.*

2. *Si por lo menos pueda el Obispo dispensar en la verdadera bigamia, para que el bigamo pueda recebir Ordenes menores , y beneficios simples : tampoco por Ordenes menores , y beneficios simples : tampoco consta del derecho ; y es tambien dudoso , y rennido entre los Doctores. Villalobos , y otros Autores son de parecer, que ni en la bigamia verdadera, ni interpretatiua ; ni para recebir Ordenes menores , ni executar las recebidas , ni para beneficios simples puede el Obispo dispensar con el bigamo. Si bien Sanchez , y otros muchos con mas probabilidad defienden lo contrario : lo qual admite Villalobos , quando huviesse alguna urgentissima causa para dispensar.* Huevsque prædictus Machadus. Sed ne deseras recognoscere meipsum *vbi supra*. Et hæc dicta sufficiant circa præsentem Tractatum in gratiam Dominorum Episcoporum elaboratum; sed pro eius coronide satis inligner practicabilem difficultatem discutiendum visum est hîc apponere ; ideò quæro.

RESOL. LVII.

An aliquando irregularitas orta ex bigamia vera, & interpretatiua sit dispensabilis ab Episcopo :

Et pro praxi huius quæstionis adducitur singularis , & specialis casus.

Et an Prælati Regulares in vera bigamia possint cum suis subditis absolute ante & post susceptionem Ordinum dispensare ? Ex p.7.tr.11. & Misc.2. Res.43.

§. 1. ALiquos casus secundum mentem Ioannis Præpositi adduxi *in part. 4. tract.2. resolut.61.* nunc & alium adducam secundum mentem Stephani Baunij , *in Theolog. Moral. parte secunda, tractatu vndecimo, quæst.59.* vbi sic ait : Sit pro exemplo, vir quidam, qui cùm procul ab ea prouincia degeret, quam modò incolit, & in qua domicilium sibi ac rebus suis constituit, duas sibi virgines copulauit vxores, quibus fato functis, bona se fide ordinandum Episcopo obtulit, impedimenti sui ad suscipiendos ordines occasione Bigamiæ nescius, de hoc homine contendo, ei ab Episcopo facultatem concedi posse, vtendi ordine suscepto Sacerdotij cum hac Bigamia.

2. Primò, quidquid Pontifici in vniversa Ecclesia ad animarum bonum & commodum, ius naturale ac humanum vult concessum, id Episcopo in sua Diœcesi, cùm est necesse , nisi Papa sibi id speciali sanctione reseruauerit, tentare, ac facere est permissum. Sed pro casu præsenti facit necessitas, periculum scilicet amittendæ famæ ac opinionis, quam de sua virtute, vitæque innocentia, præclaris suis factis, apud plebem obtinuit, si à dicenda Missa prædictus Sacerdos, diu cum populi offensa abstineat ; in eam enim venire mentem poterit, quidpiam in eo subesse culpæ, quamobrem ad sacra Missarum solemnia pro cæterorum more, non nisi rarò, ac infrequenter, audeat accedere.

3. Et quanquam ab ordine repellatur Bigamus *in capite nuper, & capite extremò de Bigamis*, & à Concilio Nicæno, vt est in Epistola Diui Ambrosij 82. *in Can.1.* Concil. Arelatens. tertij sub Leone Primo, *in Canone primo*, Concil. Romani sub Hilario, Hispalensis secundi circa tempora Honorij, & Sisebuti Regis *Canone quarto*, & Apostolorum 17. vbi si quis post baptismã, secundis fuerit nuptiis copulatus, aut concubinam habuerit , vetatur Episcopus esse, vel Presbyter, aut Diaconus, aut prorsus ex numero eorum, qui ministerio sacro deseruiunt ; si hæc tamen statuta vim suam omnem, ea seueritate, quæ sunt concepta, in istum exercerent, de quo sit in quæstione mentio , in apertum eius exitium haud dubiè cederent, cùm perpetuò sacris eum altaribus carere eam famæ suæ detrimento esset necesse , aut certè non modico tempore, nempe dum Roma istius impedimenti dispensatrices venirent literæ , quod quàm à Christi Romanique Pontificis benignitate absit , in eorum opinione reliquo , qui potestatem condendarum legum , datam ei ad Catholicæ plebis commodum norunt, nullo modo ad exitium ; fidem ergo omnem superat, velle Pontificem in hac istius Presbyteri, de quo nobis est sermo , necessario tempore , Episcopo facultatem omnem ademptam esse , dispensandi in eius impedimento.

4. Secundò, qui Canones contra Bigamos, sunt à Conciliis, aut Romanis Episcopis scripti ; eos à susscipiendis ordinibus prohibent , nullo modo à susceptorum vsu, in eos ergo committit Episcopus, si ordinato cum impedimento Bigamiæ, ordinum suorum vsum patiatur aut velit esse liberum.

5. Tertiò, in Papæ, Conciliorumque legibus dispensare potest Episcopus cum est necesse , nec facilis est in Vrbem , Papámque transitus , ita culpas lethales, graues, & acerbas, qua vti sui iuris in Bulla Cœnæ sibi Pontifex seponit , in necessitate, pœnitenti condonat Episcopus , secundùm doctrinam Henriquez *libro sexto de pœnit. capite decimo-sexto, numero primo, & capite nono, numero septimo.* Similiter cum res , temporaque exigunt , nec facilis est ad Papam recursus , dispensæ in impedimentis matrimonij, vt notarunt Sanch. *libro secundo de Matrim. disp.40.num.2.& seq.* Coninch. *de Sacrament. Matrimonij,* & alij. Sed res hæ ambæ faciunt pro Sacerdote , de quo est quæstio , ergo ei concedi per Episcopum poterit , vt in suscepto ordine ministret, eaque præstet omnia, quæ facere Sacerdotibus est in more. Hucvsque Baunius , quæ secundùm eius mentem dicta esse volo.

6. An verò in vera Bigamia possint Prælati Regulares dispensare cum suis subditis absolutè ante & post susceptionem Ordinum , vide Bordonum *in Consiliis regular. cons.11.n.35. in fine* vbi affirmatiuam sententiam tenet, quod etiam docet Baunius *vbi supra quæst.68.* Sup. hoc supra propè finem Res.55. & in aliis eius vltimæ annot.

RESOL. LVIII.

An saltem dicta irregularitas veræ bigamiæ sit dispensabilis ab Episcopo quoad Ordines minores , & simplex beneficium ?

Et notatur posse Episcopum dispensare in bigamia similitudinaria cum eo , qui contraxit cum Virgine, secus si contraxit cum vidua , vel duplex iniit matrimonium. Ex p.4. tract.2. Res.62.

§. 1. NEgatiuam sententiam tenet Villalobos *tom.1. tractat.21. diffic.31. num.13.* Turrianus *de censur. lib.9. disputat.70. dub.5.* Bizozerus *in summa tract. de censur. cap.2. num.7.* Squillante *de priuileg. Cleric. cap.4. dub.6. num.97.* & alij penes ipsos asserentes Episcopum non posse dispensare cum bigamis in bigamia vera , vel interpretatiua, non solùm ad Ordines minores susciendos, sed neque ad vsum susceptorum ; & ratio est , quia Episcopus non potest dispensare in lege Pontificis , nisi in casibus iure concessis ; sed ius excludens bigamos ab omnibus Ordinibus latum est à Concilio Nicæno , teste D. Ambrosio *epist.82.* ergo , &c. Sup. hoc supra in Res.56. § Si por. & infra in Res.seq.reciter in §. vlt. & lege Res.not.seq.

Deinde *in cap. nuper, & cap. vlt. de bigamis*, negatur illis potestas suscipiendi Ordines minores.

2. Non desint tamen DD. affirmatiuam sententiam tenentes, vt Petrus Cornejo *in 3. part. D. Thomæ tract. 5. de irregul. disp. 10. dub. 1. quæst. 5.* Comitolus *in responsis moral. lib. 1. q. 106.* Sanchez *de matrimon. lib. 7. disp. 86. num. 11.* Auila *de cens. part. 7. disp. 7. dub. 4.* Azorius *part. 2. lib. 5. cap. 20. quæs. 2.* Miranda *in Manual. Prælat. tom. 2. quæst. 8. art. 2. concl. 2.* Sayrus *de cens. lib. 6. cap. 6. num. 11.* & alij penes ipsos, quibus adde nouissimè Mauritium Alædo *in praxi Episcop. part. 2. cap. 6. num. 52.* Ioan. de la Cruz *in director. part. 2. de irregul. dub. 1. conclus. 1.*

3. Sed tu ne recedas à negatiua sententia, quia ita declarauit sacra Cardinalium Congregatio, vt testatur Piasecius *in praxi part. 1. cap. 1. art. 10. n. 11.* Armendar. *in recopil. ad leg. Nauarræ lib. 2. tit. 19. num. 16.* Garzias *de benef. tom. 2. part. 7. cap. 6. num. 5.* Molfesius *in summa tom. 1. tract. 6. cap. 7. num. 28.* de Vecchis *in praxi nouitior. disp. 9. dub. 15. n. 2.* Tanburinus *de iure Abbatum tom. 2. disp. 7. quæst. 3. n. 2.* Nouarius *tract. de elect. fori quæst. 52. num. 25.* Leo *in thesaur. fori Eccles. part. 2. c. 8. n. 36.* & ita etiam fuisse decisum in Curia Archiep. Neapolitana, testatur Riccius *part. 4. decis. 331. numer. 8. in fine.*

Sup. hoc primo delicto in to. 5. tr. 5. Res. 148. & pro secundo delicto infrà in Res. seq. §. His post medium, à vers. Posse etiam, & in alio vers. eius not.

4. Notandum est tamen hîc obiter cum Turriano & aliis DD. supracitatis posse Episcopum dispensare in bigamia similitudinaria cum eo, qui contraxit cum virgine, contra Maiolum *lib. 1. de irregular. cap. 33. num. 7.* Secus si cum vidua, vel si duplex iniit Matrimonium, contra Palatinum *in 4. disp. 27. disp. 4.* & Henriquez *lib. 12. cap. 6. num. 11.*

RESOL. LIX.

Si quis contraxit bigamiam cum vidua, vel accessit ad propriam vxorem, postquam illa adulterium commisit, an possit petere dispensationem huius irregularitatis ab Episcopo?

Et quid si res adulterij sit occulta?

Et supponitur esse irregularem ex bigamia interpretatiua, si contrahas cum vidua, quæ prius matrimonium consummauerat, & idem si contrahas cum corrupta ab alio; & si accesseris ad propriam vxorem, posteaquam adulterium commisit, tametsi à principio virgo accepta fuerit.

Et quid est dicendum, si vir ignorans coniugis adulterium, illam carnaliter bona fide cognouit?

Idem est, si à principio existimans ducere virginem, duxerit corruptam.

Et quid, si maritus per censuras cogatur reddere debitum?

Et cursim, an Episcopus possit dispensare in irregularitate, quam contraxit Sacerdos, qui post mortem vxoris legitimæ existens in sacris, tentat aliam vxorem accipere, & quam Subdiaconus contraxit ducens viduam?

Et an laicus contrahat irregularitatem ineundo matrimonium cum duabus inualidè; vel cum vna validè, & cum alia inualidè, vel inualidè cum vidua?

Et breuiter docetur posse Episcopum cum bigamis propriis dispensare ad minores Ordines, & ad beneficium simplex. Ex parte 10. tract. 11. & Misc. 1. Resol. 25.

§. 1. SVppono esse irregularem ex bigamia interpretatiua, si contrahas matrimonium cum vidua, quæ priùs matrimonium consummauerat. Et idem est, si contrahas cum corrupta ab alio; vt decidit *cap. Præcipimus, dist. 34. & cap. Si quis viduam 50. & cap. Debitum de Bigamis.* Secundò suppono, quòd hæc bigamia interpretatiua contingit per accessum ad propriam vxorem, postquam illa adulterium commiserit; tametsi à principio virgo accepta fuerit. Sicuti habetur *cap. si Laici 34. dist.* & tradunt omnes Doctores apud Suarez, *disp. 49. sect. 3. n. 15.* Sanchez *disp. 84. num. 15.* & Augustinum Barbosam *alleg. 49. num. 8.* Ratio est, quia maritus, cognoscens vxorem ab alio corruptam, maritus corruptæ nuncupatur, ideóque perinde iudicandus est, ac si cum corrupta contraxisset.

Sup. hoc fra in §. vt verum huius Res. in alijs not.

2. Difficultas verò est, an hæc irregularitas contrahatur; si ignorans coniugis adulterium, illam carnaliter cognoueris; Et idem est, si à principio existimans ducere virginem duxeris corruptam, Negant Petrus de Ledesma, *de Matrim. quæst. 66. art. 3. col. penult.* & Emanuel Sà, *verb. irregularitas bigamiæ, n. 3.* Moueri possunt, quia actus, ob quem irregularitas contrahitur, debet esse actus ab homine, quatenus rationalis est; ac proinde ab illo quatenus ratione vtitur. Cognoscens verò vxorem, ignorans esse adulteram, nunquam liberè suam carnem diuisit in plures. Ergo nunquam fundamentum præstitit contrahendi hanc irregularitatem. Verùm in his casibus irregularitatem contrahi, docent Doctores communiter, Auila 7. *p. disp. 8. dub. 1. vers. Tertio modo.* Sanchez *lib. 7. disp. 84. n. 15.* Paulus Layman *lib. 1. Summ. tract. 5. p. 5. cap. 6. num. 3.* & alij innumeri ad ipsos. Quippe hæc irregularitas non in pœnam alicuius delicti, neque ob infamiam vllam personæ: sed ob defectum significationis inducta est; quæ significatio esse non potest, si maritus corruptæ fuerit; quia sicut ipsa mulier in plures suam carnem diuisit, sic vir illam cognoscens, censetur in plures suam carnem diuisisse.

Sup. aliquibus ex his supradictis bigamijs de quibus præcedem Res.

3. His suppositis quæro, an Episcopus possit dispensare cum supradictis bigamis; Et probabiliter affirmatiuè respondet Ioannes Præpositus *in 3. part. D. Thomæ, q. 5. de irregularit. dub. 7. n. 138.* vbi sic ait: Peculiaris difficultas, an Episcopus numquam possit dispensare in irregularitate orta ex bigamia interpretatiua, v. g. si res sit occulta. Aliqui vniuersim censent non posse, quia hæc irregularitas non oritur ex delicto, sed ex defectu significationis, vel ex ipso facto coniugij attentati etiam inualidè: non videtur tamen improbabile, quòd possit in ea, quæ oritur ex delicto etiam alieno, v. g. in irregularitate quam contrahit is, qui cognouit vxorem postquam ea commisit adulterium cum alio, si talis incurrat irregularitatem, etiamsi adulterium vxoris sit occultum; quia talis irregularitas verè oritur ex delicto, vt ostendimus. Item, quòd possit in ea quam contrahit Sacerdos qui post mortem vxoris legitimæ, existens in Sacris, tentat aliam in vxorem accipere; quia etiam hæc irregularitas oritur ex delicto: idque etiam si conetur contrahere cum vidua: nam cùm Matrimonium sit irritum, non inducit irregularitatem ex defectu significationis, sed ex peccato. Tertiò, si Laicus contrahat irregularitatem, ineundo Matrimonium cum duabus inualidè; vel cum vna validè, cum alia inualidè? vel inualidè cum vidua. Quam irregularitatem oriri ex delicto, tenet Sanchez *lib. 7. de Matrim. disp. 84 n 6 in fine*, qui pro ea sententia plures citat, & *disp. 86. n. 12.* censet Episcopum in nostro casu posse dispensare. Non est, inquam, improbabile in his, & similibus casibus, quando irregularitas est occulta, Episcopum posse dispensare, non solùm quoad minores Ordines recipiendos, vel exercendos, sed etiam quoad Maiores, iuxta potestatem ei concessam à Concilio Tridentino, *sess. 14. c. 6. de Reformat.* Posse etiam dispensare in irregularitate occulta, quam contrahit Subdiaconus, ducens viduam, quia eius irregularitas est

Sup. hoc supra in Res. 55. 56. & 57.

Sup. hoc supra in Res. 55. circum

est ex delicto; vt censent Sanchez *disp.*85.*n.*10. videri potest *disp.*86.*n.*13. Hucusque Præpositus; cui etiam adde Castrum Palaum, *tom.*6.*disp.*6.*punct.*8. *n.*16. sic asserentem: Si bigamia ex delicto proprio contigerat; satis probabile est si delictum occultum fuerit, posse Episcopum dispensare, virtute Tridentini, *sess.* 24. *c.*6. Quinimò posse dispensare, etiamsi ex delicto alieno hæc bigamia emanauerit; vt contingit, cùm corruptam ducis, vel vxorem adulteram agnoscis, docuerunt Henriquez *lib.*12.*de Matrim. c.*6.*in fine*, & *lib.*14.*c.*20.*n.*2. Barbosa 2.*part.de Potest. Episcopi*, *alleg.*49. *num.* 25. Sayrus *lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 9. quia Tridentinum non distinguit, an ex delicto proprio, vel alieno oriatur. Ita Paulus.

4. Sed, vt verum fatear cum Lessio *in* 3.*part. D. Thomæ cap.*8. *de irregular. dub.*2. *num.*58. non caret difficultate, quòd quis incurrat irregularitatem, si ignorans cognoscat vxorem adulteram. Vide *cap. si cuius est*, & *seqq. dist.* 34. Imò videtur adulterium debere esse euidenter probatum, vel certè notorium. Et ita insinuant, qui affirmant hoc impedimentum contrahi à viro scienter vxorem adulteram carnaliter cognoscente; tacitè enim supponunt, stante ignorantia, non esse huic impedimento locum. Sic Glossa *cap.*2. *de Baptis.* Rebuff. *de pacific. possessor. n.*194. Gregorius Lopez *leg.*35. *tit.*5. *part.*1. Anton. Cuchus *lib.*4. *Institu. Maiorat. tit.*12. *num.*175. Palatius *in* 4. *dist.*27. *disp.*4. Sed, vt dixi, affirmatiua sententia est communior. Vnde Cornejo *in* 5. *part. D. Thom. tract* 3. *de irregul. disp.*10. *dub.*2. *quæstione* 4. sic ait: Quæres, an sit irregularis, qui vxorem suam postquam adultera est, carnaliter cognoscit; Respondeo affirmatiuè ex textu expresso in *cap. Si cuius*, & in *cap. Laici dist.*34. vbi habetur per adulterium vxoris fieri maritum irregularem: quod intelligendum est, si post adulterium ad eam carnaliter accedit. Argum. Text. *in cap. Fuali, eiusdem distinctionis, & cap. Debitum de Bigamis, dict.* Sed quid, si vir ignoret vxoris adulterium, & ad eam bona fide accedat, Respondeo, etiam incurrere hanc irregularitatem, ex D. Thoma, de eo qui ignoranter ducit corruptam. Et ratio est, quia hæc irregularitas oritur ex facto, & defectu significationis: vnde maritus, cognoscens posteà vxoris delictum, abstinere debet in conscientia, soluto matrimonio, ab Ordinibus suscipiendis; quamuis, vt in foro exteriori non admittatur, necessarium sit, quòd tale adulterium probetur; & iste est sensus *dict. cap. Si Laici*: Ita ille.

5. Sed quid dicendum, si maritus cogatur per censuras reddere debitum, vel quia adhuc pendet lis, vel quia non potuit sufficienter probare adulterium vxoris; Respondeo, etiam fieri irregularem. Et ratio est eadem, quòd scilicet irregularitas hæc contrahitur ex facto proprio etiam licito. Neque argumenta in contrarium aliquid conuincunt, neminem iustè puniri ob actum, ad quem tenetur, & similia: quia supponunt hanc irregularitatem esse pœnam; quod est negandum: & sibi imputet maritus, qui voluntariè vxorem duxit, quòd tantum incommodum, quale est ista irregularitas incurrat.

6. Notandum est hîc obiter, quod si de Ordinibus minoribus; & Beneficio simplici loquamur, probabilis est sententia affirmans, posse Episcopum, etiam cum bigamis propriis dispensare, vt hos Ordines minores, & Beneficia simplicia obtineant.

RESOL. LX.

An Episcopus vigore huius Decreti possit dispensare in inhabilitate contracta ob simoniam occultam?

Et an Episcopus, si fuerit complex in simonia, possit etiam secum dispensare?

Et tandem docetur, quod non sit standum Decisionibus Cardinalium, nec Decisionibus Rotæ, neque Decisiones & Declarationes Rotæ habeant vim legis. Ex part.7. tr.2. Res.36.

§. 1. VTinam hic casus sæpius in praxi non accideret, & ad illum negatiuè respondet Campanili *in diuers. Iur. Can. Rubr.*11. *c.*27. *n.*66. & alij asserentes, quòd si aliquis scienter simoniam commiserit, communis sententia Doctorum est non posse Episcopum dispensare, sed semper inhabilem esse ad illud beneficium habendum, etsi fuerit simonia confidentialis, ad omnia beneficia, quousque Pontifex dispenset. Neque in Priuilegio concesso à Trident. circa casus occultos hîc comprehenditur. Tum quia hic non est casus occultus pertinens ad absolutionem Sacramentalem. Tum quia non est censura, neque irregularitas, sed quædam vindicatiua pœna. Tum denique quia illa pœna introducta est post Concilium: & consequenter facultas data à Concilio non extenditur ad casus noua lege Pontificia reseruatos post Concilium, vt respondit Gregorius XIII. audita relatione Congregationis, prout refertur *volum.*4. *decis. Rotæ*, per Farinacium *fol.*77. Adde hoc esse expresse declaratum à Congreg. Cardin. vt in supradicto loco refertur: *in §. ex delicto occulto*, dicitur: Episcopus etsi in simonia occulta dispensare possit, non potest tamen simoniacum rehabilitare ad beneficia in posterum obtinenda, neque ad ea retinenda, quæ per simoniam occultam obtinet *pag.*77. *ver. an Episcopus*, vbi dubitatum fuisse refertur, an Episcopus ex vi huius capitis possit absoluere Sacerdotem sibi subditum à simonia occulta, & rehabilitare ad Ordines, & beneficia tam obtenta, quam obtinenda, respondetur his verbis: Congregatio censuit potuisse absoluere, & ad Ordines rehabilitare, & beneficia tam obtenta, quàm obtinenda, sed non ad beneficia, quibus propter simoniam priuatus fuisset, vel ad obtinenda.

Sup. hoc supra in Res. 27. latè per totam, & in tom.1. tr.5. Res.23.§.penult. & vlt. &c.

2. Et ideò hanc sententiam ego teneo. Non deseram tamen adnotare affirmatiuam sententiam docere Henriquez *lib.*3. *c.*56. *n.*1. & *in glossa litera E.* Hugolinus *de simonia tab.*4. *c.*6. §.7. *n.*2. Sanchez *in summa tom.*2. *lib.*6. *c.*15. *n.*78. & alij, quam probabilem esse docet Lessius *lib.*2. *c.*35. *dub.*25. *n.*140. & Castrus Palaus *tom.*2. *disp.*3. *punct. vltim. n.*4. cum aliis; vnde hîc apponam per extensum verba Machadi *de Perfecto Confess. tom.*1. *lib.*3. *p.*3. *tract.*6. *docum.*2. *n.*3. sic asserentis. *No obstante esto Henriquez; y otros Autores, no de pequeña autoridad defienden, que puedo el Obispo en virtud de la facultad, que goza por el Concilio Tridentino, dispensar con el simoniaco oculto en la inhabilidad contraïda por la simonia haziendole capaz no solo para poder obtener otros Beneficios adelante, sino tambien para que goze del mismo Beneficio aquirido per simonia, y de sus frutos, y que mediante la dispensacion en las censuras, è inhabilidad pueda sin otra colacion posseer, y gozar el dicho Beneficio, y sus frutos.*

3. *Y aunque algunos Autores quieren, que esto se entienda en todos aquellos Beneficios, cuya colacion pertenece al Obispo, y no al Pontifice como vienen à ser, segun las Bulas de Pio IV. y Pio V. todo aquellos en que se comete simonia confidencial. Con todo esse otros muchos reprueban totalmente esta limitacion.* Ita Machadus. Et rationem adducit Palaus *vbi suprà* quia hæc inhabilitas, vt probat Henriquez, est quasi quædam irregularitas: concessa ergo facultas dispensandi in omnibus irregularitatibus, videtur ad hanc inhabilitatem extendi. Neque obstant decisiones Cardinalium. Tum quia illis decisio-

Sup. hoc late in Resol. not. seq. lege earum doctrinam.

nibus etsi magnæ sint authoritatis non est necessariò standum, vt expressè dicit Sanch. respondens cuidam Decisioni Cardin. *l. 8. de matr. disp. 2. num. 10. circa finem*, & de stylo curiæ, & decisionibus Rotæ docet similiter Vasquez *tom. 2. in 2. 2. D. Thom. disp. 179. cap. vlt. num. 75.* vbi optimè probat declarationes, decisionesve Rotæ non habere vim legis. Adde supradictas declarationes facilè explicari, vt scilicet intelligantur non posse Episcopum dispensare cum Simoniaco inhabili ab obtinenda beneficia, quibus priuatus fuit per sententiam: nam ante sententiam bene poterat: Et hæc explicatio fundatur in vltima declaratione Cardinalium: cùm enim ibi dicat Congregatio, Episcopum posse absoluere Sacerdotem sibi subditum à Simonia occulta, & rehabilitare ad ordines, & ad beneficia tam obtenta, quàm obtinenda, postea subdat, sed non ad beneficia, quibus propter simoniam priuatus fuisset, vel ad obtinenda, ne inquam huiusmodi posteriora verba prioribus aduersentur, necessariò debeat intelligi de beneficiis per sententiam priuatis. Quare ante sententiam, & in foro conscientiæ bene poterit Episcopus cum sic inhabili dispensare. Sic Palaus, quæ omnia ex eius mente dicta esse volo, nam communis opinio est in contrarium, quam in praxi esse receptam testatur P. Thesaurus *in praxi de pœnis part. 2. c. 23. §. 6. & cap. 30. q. 3.*

Sup. hoc late in tom. 6. tr. 1. Res. 21. 22. 25. 24. & in aliis earum primarum annotationum.

Sup. hoc supra lege doctrinam Res. 18. per totã, & signanter §. vltim. ante medium in vers. De irregularitate, & vide etiã doctrinã aliarum Res. & §§. eius primæ not.

4. Sed si aliquis quærat, an Episcopus, si fuerit complex in simonia possit etiam secum dispensare; respondet ad quæsitum Machadus *vbi supra*, & sic ait: *Es tambien dudoso, y controverso, entre los Doctores, si supuesto que el Obispo tenga facultad para dispensar en esta inhabilidad, pueda lo mismo, aun en caso, que el aya sido complice en la simonia. Muy probable opinion es, que no; porque parece que por su pecado se haze indigno de dispensar. Si bien Tomas Sanchez, coligiendolo de algunos textos del Derecho, juzga por mas probable, que si, y el Concilio Tridentino en el lugar citado, donde se funda esta facultad concedida à los Obispos habla indistintamente; y assi no se deve restringir.* Ita Machadus.

5. Sed circa resolutionem quæstionis propositæ præter Doctores citatos, vide Baunium *in Theolog. Mor. tom. 2. tractat. 8. quæst. 24.* Gauantum *in Man. Episc. ver. Censura, num. 6.* Suarez *de Religione, tom. 1. tract. 3. lib. 4. cap. 61. num. 11.* Garsiam *de Benef. part. 8. cap. 1. num. 77.* Comitolum *lib. 6. quæst. 41.* Marchinum *de Sacram. Ordinis, tract. 1. part. 9. cap. 3. num. 71.* Alzedum *in Praxi Episc. part. 2. cap. 6. n. 41.* & alios penes ipsos.

RESOL. LXI.

An si quis habeat à suo Episcopo literas dimissorias pro Ordinibus recipiendis, possit absolui ab irregularitate occulta ab Episcopo, qui eum ordinare debet?

Et an peccet Episcopus, si alienum subditum in sua Diœcesi confirmet?

Et quid est dicendum, quando Episcopus mittit subditum cum dimissoriis ad suscipiendos ordines, & subditus non est confirmatus, an tunc possit illum confirmare? Ex part. 7. tract. 2. Resol. 37.

Sup. hoc in Res. seq.

§. 1. CAsus est curiosus, & practicabilis, & ad illum affirmatiuè respondet nouissimè Ludouic. Caspensis *in Cursu Theologico tom. 2. tract. 27. disputat. 3. sect. 3. num. 11.* vbi sic ait. Hîc inquirit Diana, *de Sacram. resol. 24.* An si quis habeat literas dimissorias à suo Episcopo, vt possit ab alio ordinari, hoc ipso si ordinandus non sit confirmatus, possit etiam ab eo Episcopo confirmari priusquam ab ipso ordinetur. Respondet, & bene, affirmatiuè: nam qui concedit finem, concedit consequenter, quæ sunt necessaria ad eum finem. Ex quo sequitur, posse similiter absolui ordinandum ab irregularitate occulta, à qua posset Episcopus absoluere, quia liberari ab irregularitate est medium ad licitè recipiendos Sacros Ordines. Ita ille, cui addo Henriq. *lib. 14. cap. 17. num. 4. vsque ad finem.* Angelum *vers. irregularit. numer. 34.* Armillam *eodem vers. num. 8.* & Syluestrum *quæst. 9. num. 11. in fine.* Sed hanc sententiam impugnat Sanchez *de Matrim. lib. 8. disput. 2. num. 25.* quia à separatis non fit illatio. Sed potestas dispensandi & initiandi sunt separata: ergo. Cæteras rationes videbis apud illum. Notandum est tamen hîc obiter Machinum *de Sacram. Ordinis, tract. 1. part. 5. cap. 5. num. 7.* docere nominatim contra me, peccare Episcopum alienum subditum in sua Diœcesi confirmantem: sed nostra sententia est probabilissima, & illam tenet me citato in editione nouissima, Barbosa *de Potest. Episc. part. 2. Allegat. 30. num. 14.* & præter Doctores à me citatos *in part. 4. tract. 4. resol. 50.* & Caspensem, *vbi suprà*, nostram sententiam tenent etiam à fortiori Alzedus *in Praxi Episc. part. 2. cap. 4. numer. 21.* Zambranus *de cas. tempore mortis, capit. 2. dub. 2. num. 2. & 3.* Emanuel Sa. *vers. Confirmatio, num. 2.* & Scipio de Rubeis *in Aphor. Episc. vers. Confirmatio, num. 8.* vbi sic ait. Si confirmante Episcopo in propria Diœcesi, accurrant etiam accolæ ex aliena, licitè confirmantur ob præsumptionem gratum id fore Episcopo ad cuius Diœcesim illi pertinent. Ita ille. Quod à fortiori dicendum, quando illos mittit cum dimissoriis ad suscipiendos Ordines, quia qui concedit finem, concedit necessaria ad finem talem. Ergo, &c.

Quæ nunc est in tom. 1. tr. 2. Res. 12. & in tom. 2.

RESOL. LXII.

An Episcopus, cui commissum fuit ab alieno Episcopo, vel Prælato Regulari, subditum ordinare, possit cum eo dispensare in irregularitate aut quouis alio impedimento? Ex part. 8. tractat. 3. Resol. 35.

Sup. hoc præsertim Res.

§. 1. REferam hîc pugnantes sententias. Negatiuam docet Sanchez *de matrim. lib. 8. disput. 1. num. 25.* quia sublato vno impedimento non censetur alterum distinctum sublatum, *cap. ex tuarum, de vsu, & authoritate pallij, l. si domus ff. de seruitut. vrban.* At in hoc euentu duplex impedimentum concurrit, alterum defectus subiectionis ad Ordines: alterum irregularitatis. Sublato ergo priori per initiandi licentiam, non aufertur posterius. Secundò, quia à separatis non fit illatio, *cap. ad audientiam, de decim. l. Papinian. ff. de minoribus.* At potestas dispensandi, & initiandi separatã sunt. Tertiò, quia dispensatio non extenditur ad connexa, sine quibus potest consistere, (vt *num. 20.* diximus.) At potestas initiandi potest consistere absque potestate reddendi initiandum habilem ad Ordines: vtpote, qui intelligitur, si ille aliàs habilis sit, vel à legitimo superiori impetret dispensationem in ea inhabilitate. Ita Sanchez, & alij penes ipsum.

2. Sed non desunt affirmatiuam sententiam tenentes, & inter alios illam docet Auila *de censur. part. 7. disp. 10. dub. 6. vers. notandum tertio*, vbi sic ait. Præterea dico cum Henriquez *cap. 18. n. 4.* quòd dum Prælatus Religionis, aut Episcopus mittit subditum, vt ordinetur, censetur concedere sugs vices Episcopo ordinanti, vt dispenset in defectu occurrenti

occurrenti, aut oblito. Probatur *ex cap. præterea de offic. delegat.* Ita ille. Et ratio erit, tum quia concesso aliquo, censentur subinde concessa ea, sine quibus id expedire nequit, *cap. præterea, de offic. deleg. & lib. 5. C. de iurisd. omn. ind.* tum etiam, quia dispensatio in principali, extenditur ad accessorium, sine quo consistere non potest. At promotio ad Ordines fieri non potest, eo impedimento non sublato; ergo.

RESOL. LXIII.

Verum illegitimus occultus possit dispensationem obtinere super irregularitate ab Episcopo vigore Concilij Tridentini sess. 24. cap. 6. ad recipiendos sacros Ordines? Ex parte 2. tractatu 15. & Misc. 1. Resolut. 21.

§. 1. NEgant communiter Doctores Episcopum posse dispensare super illegitimitate ex delicto occulto proueniente. Sic Suarez *vbi infra*. Piasecius *in praxi Episcop. part. 1. c. 1. n. 56 & 60.* Sayrus *de cens. lib. 6. c. 11. n. 8.* vbi 20. Doctores citat pro hac sententia, & nouissimè illam docet Bonacina *de cens. disp. 7. punct. 3. q. 2. n. 15.* Reginal. *in praxi, tom. 2. lib. 30. tract. 2. c. 7. n. 75.* & Filliuc. *in quæst. mor. tom. 1. tract. 19. c. 6. n. 152.* Ratio est, quia Concilium tribuit Episcopis authoritatem dispensandi super irregularitates contractas ex delicto; sed hæc irregularitas est ex defectu & non ex delicto. Ergo, &c.

2. His tamen non obstantibus Stephanus de Auila Societatis Iesu Theologus contrariam docuit sententiam *in tract. de cens. part. 7. disp. 3. dub. 7.* Nam licèt hæc irregularitas causet in homine quendam defectum, tamen intrinsecè dependet à crimine parentum. Ergo si huiusmodi crimen sit occultum, comprehenditur sub decreto Concilij. Secundò probatur, nam licèt dispensatio postquam est concessa in particulari casu, est odiosa, & strictè interpretenda, at verò potestas dispensandi est fauorabilis, & latissimè interpretanda, *cap. fin. de simonia.* Hæc Auila, cuius sententia, licèt improbabilis vocetur à Suarez *in 3. part. tom. 5. de cens. disput. 50. sect. 5. num. 5.* tamen nouissimè Ægid. de Coninch ex eadem societate *de Sacram. disp. 18. dub. 14. num. 117.* tanquam probabilem illam admittit. Ad argumentum contrariæ sententiæ responderi potest ex dictis. Nam cum hæc irregularitas intrinsecè dependeat à crimine parentum, videtur etiam inclusa sub verbis Concilij.

RESOL. LXIV.

An irregularitas occulta ex defectu natalium sit ab Episcopo dispensabilis quoad sacros Ordines?
Et videtur posse Episcopum cum illegitimis ex quocunque damnato exitu, ad maiores Ordines & ad beneficium dispensare.
Et an hoc etiam procedat ad Canonicatus Collegiatarum Ecclesiarum, & in dimidiis portionibus, & inferioribus beneficiis Ecclesiæ Cathedralis.
Et an hanc dispensationem possit etiam Capitulum Sede vacante impertire.
Et quid si aliquis bona fide ordinatus fuerit, & postea cognito natalium defectu, an Episcopus possit dispensare, vt in susceptis ministret?
Et quid etiam, si mala fide ordinatus fuerit? Ex p. 4. tr. 2. Res. 64.

§. 1. NEgatiuè respondent DD. quos citaui *in p. 2. tract. 15. resol. 21.* quibus nunc addo Layman *vbi infrà*, Hurtadum *disp. 2. de irregular. diffic. 20. num. 63.* Alzedum *in praxi Episc. part. 2. cap. 6. n. 30.* & Torrianum *de cens. lib. 9. disp. 71. dub. 2.* quia talis irregularitas non prouenit ex delicto, sed ex defectu, quia quamuis parentes filium illegitimum sine peccato in amentia generarent, etiam fieret irregularis.

Quæ hic est Res. antecedens, & in aliis eius not.

2. Sed affirmatiuam sententiam, licèt improbabilem & sine fundamento vocet Suarez & Hurtado; tamen, vt *in d. resolutione* notauimus; illam tenet Auila, & probabilem existimat Coninch, quibus nunc addo Petrum Cornejo *in 3. par. D. Thomæ tract. de irregul. disp. 15. dub. 2. quæst. 1.* Layman *lib. 2. tract. 10. part. 1. cap. 5. num. 2.* & 10. Præpos. *in 3. part. quæst. 5. de irregular. dub. 16. num. 131.* vbi sic ait. Non est improbabile quòd Episcopus possit dispensare in irregularitate illegitimi, vt inquit Auila, asserens vitos doctos id sentire, quia licèt illius prolis hæc irregularitas sit ex defectu, rem tamen moraliter considerãdo oritur ex delicto, & Ecclesia eam inducẽdo voluit punire parentum incontinentiam, atque adeò potest fortiti rationem pœnæ. Confirmatur, quia omnia iura hanc irregularitatem inducentia supponunt communiter peccatum in parentibus, ex quo illa oriatur, & variis casibus vbi peccatum illorum non interuenit, proles non est irregularis quamuis nata sit extra matrimonium verum à parte rei. Nec refert quòd si proles absque culpa parentum nasceretur extra matrimonium, etiam putatum legitimum, censenda esset irregularis, quia non obstante tali casu rarissimo, & quem lex non spectauit, dicendum quòd moraliter & secundùm quod cõmunissimè accidit, illegitimitas prolis oriatur ex peccato parentum, & quòd lex spectauit id, quod sæpiùs accidit, quamuis in eo casu rarissimo, quem non excipit, etiam incurreretur irregularitas, in quo tamen inuenitur actio materialiter mala, & sufficiens fundamentum malitiæ, si adessent cætera requisita. Vnde fit verisimile quòd Episcopus in casu resolutionis possit dispensare absolutè (sicut potest absolutè dispensare per Concilium) quoad sacros Ordines & beneficia maiora, seu dignitates & prælaturas, hinc si quis susceptus ex occulto adulterio habeatur passim legitimus, posset ab Episcopo impetrare dispensationem ad sacros Ordines susciipiendos, & beneficia duplicia. Hæc omnia Præpositus *loc. cit.* & ita hanc sententiam affirmatiuam cum Auila & supracitatis Doctoribus tenet etiam post illos Laurentius de Peirinis *tom. 2. de relig. Prælat. quæst. 2. cap. 5. §. 9. num. 145.* Et randem nouissimè hanc opinionẽ me citato docet Barbosa *de iure Pontificio lib. 1. cap. 11. num. 156.* Verùm his non obstantibus nouissimè ego puto non esse recedendum à negatiua sententia.

3. Notandum est tamen hìc obiter posse Episcopum cum illegitimis ex quocunque damnato coitu ad maiores Ordines, & ad beneficium simplex dispensare, cum causa tamen & eorum suffragantibus meritis, & hoc procedit etiam quoad Canonicatus Collegiatarum Ecclesiatum, & in dimidiis portionibus, seu inferioribus beneficiis Ecclesiæ Cathedralis, & hanc dispensationem modo quo *suprà*, posse etiam Capitulũ Sede vacante impartiri existimo. Vide Barbosam *de potest. Episc. part. 2. allegat. 45. num. 19. & seq.* & Sanctarellum *ver. resol. part. 1. quæst. 41. per totam.* Nota etiam hìc quòd Layman *vbi supra*, docet quòd si aliquis bona fide ordinatus fuerit, cognito natalium defectu Episcopus dispẽsare potest, vt in susceptis ministret. Imò fortasse etiam si mala fide Ordines accepit, vt colligitur ex *cap. nisi cum pridem, §. personæ, de renunt.* Hæc Layman qui etiam addit quòd

Sup. seqq. in hoc §. vsque annot. seq. infra in Res. 66. §. Verum.

Sup. hoc in §. not. præterea, ãte medium, & in alia Res. & uers. eius not. Et sup. hac bona fide, & seqq. in hoc §. in Res. seq. §. penult. & vlt. &

in Ref. prima post seq. §. Nota vero. & pro vltim. huius §. ibidem in fine dictæ Ref.

quòd si filius sciat, aut credat se esse illegitimum, & ex vna parte causa vrgeat cur sacros Ordines suscipiat, ex altera parte si hoc faceret petendo dispensationem, se infamaret grauiter apud Papam, tunc sine dispensatione potest ordinari. Exemplum habes si primogenitus Regis occultè sciens se illegitimum esse, hæreditatem legitimo fratri non possit aliter relinquere quàm si fiat Cardinalis, vel Sacerdos, non teneretur se infamare apud Summum Pontificem.

RESOL. LXV.

An Episcopus vigore huius Decreti possit dispensare in illegitimis natalibus occultis ad ordines maiores, & ad beneficia Curata?

Et quid, si aliquis bona fide ordinatus fuerit, & postea cognito natalium defectu, an Episcopus possit cum eo dispensare, vt in susceptis ministret.

Et quid etiam, si mala fide susceperit ordines? Ex p. 7. tract. 2. Ref. 24.

Sup. hoc in Resolutionibus duarum annotationũ sequentium.

§. 1. AD hoc dubium, ita nouissimè respondet Marchinus *de Sacram. Ordinis tract. 1. part. 10. capite 2. difficultate 3. num. 14.* Non desunt Doctores hanc facultatem Episcopo concedentes virtute Tridentini, *sess. 24. de reformat. cap. 6.* quod concedit Episcopis potestatem dispensandi in quacunque irregularitate ex delicto occulto prouenient: sed defectus natalium prouenit ex delicto parentum occulto: ergo potest tolli ab Episcopo. Et ideo hanc sententiam secutus est Auila, *de cens. part. 7. disput. 2. dub. 7.* & nouissimè Diana *moral. resol. part. 2. tract. 15. Miscell. resol. 21.* Cæterùm hanc opinionem omnes alij Doctores, vt falsam omnino eliminarunt. Nauarrus *in Manuali c. 27. num. 194.* Toletus, Hugolinus, Suarez, Sayrus, Filliucius, Bonacina, & alij plures *locis suprà citatis*, qui impedimentum natalium enumerant inter irregularitates ex defectu, non ex delicto. Quare, vbi tribuit Episcopis Tridentinum facultatem dispensandi in quacunque irregularitate ex delicto occulto, certè non loquitur de impedimento natalium, quod non est delictum illegitimi, sed defectus: delictum verò parentum non est delictum infantis illegitimi: Concilium autem loquitur apertè de irregularitate orta ex delicto proprio, non ex alieno. Hucvsque Marchinus, cui etiam adde P. Thesaurum *in Praxi de pœnis part. 1. cap. 23. §. 6. in fine.*

Quæ hic est supra Ref. 63.

2. Sed ego fateor hanc suam sententiam communiter tenere Doctores, & præter ab ipso citatos, tenent illam Alzedus *in Praxi Episcop. part. 2. cap. 6. num. 30.* Piasecius *in Praxi part. 1. cap. 1. num. 56. & 60.* Barbosa *de potest. Episcop. part. 2. Alleg. 39. num. 44.* Stephanus Baunius *vbi infrà*, & alij. Nego tamen id quod Marchinus asserit, contrariam sententiam esse falsam, nam puto esse probabilem cum Doctoribus, quos citaui *in parte 2. tra. 15. resol. 21. & part. 4. tract. 2. resol. 64.* Vnde me etiam citato Ioannes Machadus *de Pers. Conses. tom. 1. lib. 1. part. 3. tract. 17. docum. 2. num. 4.* sic ait: *Si quando la ilegitimidad es oculta, pueda entonces el Opispo dispensar para Ordenes mayores, y todos beneficios, disputan tambien los Dotores; Muchos mas comunmente lo niegan fundados en que la facultad que goza por el Concilio, es para dispensar en las irregularidades ocultas; que nacen de delito; pero esta de la ilegitimidad no proviene de delito, sino de indecencia. Mas non obstante esto, Avila, y otros defienden que si, fundados en que aunque verdaderamente la ilegitimidad cause en la persona alguna indecencia; con todo esso intrinsecamente pende del delito de los padres, lo qual es bastante para que se regule esta irregularidad como las demas que provienen de delito.* Huc vsque Machadus. Vtramque igitur sententiam probabilem esse puto, licèt prima sit communior, & probabilior.

Quæ nunc sunt antecedētes Resolutiones & in Ref. seq. à principio vsque ad §. Nota. & signanter §. Verum. & vide prius in tō. 5. tr. 5. doctrinam Ref. 144.

3. Notandum est tamen hic cum Stephano Baunio *in Theol. mor. tom. 2. tract. 11. quæst. 15.* quod si bona fide illegitimus sacros arrepsisset ordines, iisque insignitus esset, cum eo Episcopus: natalium defectu cognito dispensare posset, vt in iis ministraret, Henriquez *lib. 14. cap. 8.* Auila *suprà disput. 3. dub. 6.* Imò etiam in quorundam sententia, si mala fide, vitium scilicet originis suæ occultum subticendo, iis initiari se esset passus. Cælestinus tertius auctor *in Decretali nisi cum 10. de renunciat.* Non tamen propter quamlibet irregularitatem personæ, debet ei qui regulariter ministrauit, celebrandi licentia indulgeri, vtpote si de legitimo matrimonio non sit natus, quia licèt irregularitatem huiusmodi non potuerit subiicere, si tamen & culpa latet, causa, cum eo qui laudabiliter suum impleuit officium, (iuncta sibi pœnitentia competenti) potest non minus vtiliter, quàm misericorditer dispensari Ita Pontifex, & Baunius *loco citato*, licèt aliqui in his dissentiant.

Sup. eodem to in hoc seq. & in præcedenti vlt. à medio vsque ad & infra in Ref. seq. Nota vero per totum.

4. Et ideò Machadus *vbi suprà* sic asserit: *Si el Obispo pueda por lo menos dispensar con el ilegitimo, que con buena fe se ordenò para que exercite las ordenes recebidas, es tambien controverso entre los Dotores. El Padre Layman, con ser de la contraria opinion dize, que es sin duda, que puede; y coligiendolo del Derecho, lo affirma tambien del que se halla y a ordenado: aunque con mala fe, como sea oculto el defeto de la ilegitimidad. Si bien Suarez, y otros son de contrario parecer en lo vno, y en lo otro.* Sed opinio illa Bauny, & Layman est satis probabilis.

RESOL. LXVI.

An Episcopus possit dispensare in irregularitate ex defectu natalium, si delictum sit occultum?

Et an cum illegitimo occulto quoad sacros ordines, Dignitates, & beneficia Curata solus Papa dispensare possit; ad minores vero ordines, & beneficium simplex possit Episcopus dispensare, & hoc cum limitatione, quod tale beneficium simplex non fuerit possessum à Patre, quod tale beneficium non requirat sacrum ordinem; & ideo cum tali illegitimo non possit dispensare ad Canonicatum Ecclesiæ Cathedralis, cum habeat annexum ordinem sacrum; poterit tamen ad Canonicatum Ecclesiæ Collegiatæ?

Et an possit Episcopus cum prædicto illegitimo dispensare ordinato in Sacris bona fide, vt in susceptis ordinibus ministret?

Et quid, si mala fide sacros ordines susceperit?

Et hoc totum dicendum est de capitulo sede vacante.

Et notatur, quod tales illegitimi, causa grani vrgente, possint promoueri ad sacros ordines etiam sine vlla dispensatione, si hoc peti, & obtineri nequeat sine propria infamia, & parentum.

Et tandem docetur expositos non esse irregulares quo ad Ordinem & Religionem. Ex p. 10. tract. 11. & Misc. 1. Resol. 24.

§. 1. STomachatur parùm modestè in me quidam modernus, quia ego sæpius quæstiones pertractatas iterùm pertracto: sed immeritò quidem: nam cùm hoc facio; semper aliquid boni addo; vt obseruat doctissimus Pater Dicastillus *de Sacr. tom. 1. tract.*

tract.4. disput. 10. dub. 3. num.40. addendo scilicet vel novas rationes, vel alios Auctores, quibus illa opinio indiget ; cùm non sit ita ab aliis communiter recepta, vel fuerit ab aliis aduersùm me ore tenus contradicta. Ita erit in quæstione præsentis Resolutionis. Dico itaque, quòd pro sententia affirmatiua circa propositam difficultatem alibi adduxi aliquos Doctores : sed quia eget authoritate illorum extrinseca, adducam nunc & alios. Vnde illam tanquam probabilem admittit nouissimè Pater Andreas Gerunda *de Episcopatu lib.2. disput.5. cap.2. num.2.* cum sequenti; quem rogo Lectores omnino videant: cui adde Magistrum Cornejo *in 3. part. D. Thomæ, tract.5. de irregul. disput.15. dub. 2. quæst. 1.* sic asserentem : Sed quid, si illegitimas proueniat ex delicto occulto ? Respondeo, probabilem esse partem affirmatiuam, posse Episcopum dispensare, quoad Ordines Sacros, & Beneficia Curata cum illegitimo occulto : hanc vocat probabiliorem Auila, *p.7. dub.5. disput.3.* quam probat ex Text. *in cap. Nisi cum pridem de renunciatione, §. Personæ* ibi : *si tamen, & culpa latet.* Vbi Innocentius III. scribens Episcopo Arelatensi, docet, dispensandum esse cum Illegitimo occulto, qui laudabiliter suum impleuit officium. Ex quo videtur Episcopo concessa facultas dispensandi saltem in susceptis ; vt voluit Henriq. *lib.14. cap.20. num. 2.* nec fuit mens Tridentini, *sess. 24. cap. de Reformatione* restringere veterem Episcoporum facultatem ; sed potiùs eam ampliare ad Casus illos occultos, in quibus antea non poterant dispensare. Confirmatur Primò, quia adhuc ex dicto loco Tridentini videtur hæc facultas concessa Episcopis : nam cùm non exprimat, quòd tale delictum debeat esse proprium ipsius, cui conceditur, quamuis sit alienum ; videtur comprehendi sub Decreto Concilij : & fauet ratio periculi, & scandali, quæ ex reuelatione occultorum criminum sequerentur, si necesse esset ad Sedem Apostolicam recurrere. Confirmatur Secundò ; quia facultas dispensandi fauorabilis est, & latè interpretanda, licèt ipsa actualis dispensatio sit odiosa, & interpretanda strictè ; vt latè Sanchez *tom.3. de Matrim. lib.8. disput.2.* Vnde minus bene loquitur Suarez *sect.5. num. 5.* dicens, hanc opinionem esse improbabilem, eo quod Tridentinum loquitur de irregularitate contracta ex proprio delicto, quod tamen non est omninò certum, cùm non exprimat de quo delicto loquatur ; & quamuis daremus loqui de delicto proprio ; non est eius mens coarctare potestatem, quam iure communi habet Episcopus, ex *cap. Nisi cum pridem* : sed eam extendere ad irregularitatem ex proprio delicto, in quibus non poterat antea dispensare. Ita Cornejo, meritò carpens Suarez ; licet posteà adhæreat negatiuæ sententiæ, tanquam probabiliori.

2. Sed non deseram hîc apponere ea quæ contra Suarez notat etiam Pater Præpositus, *in 3. part. q.5. de irregularit. dub. 16. num. 131.* vbi sic ait : Petes, an si occultum sit, aliquem esse illegitimum ; Episcopus possit cum eo absolute dispensare, virtute *cap.6.* de Reformatione, *sess.24.* Concilij Tridentini ? Suarez *disput. 50. sect.5. num. 5.* refert aliquos id sentire quorum opinionem iudicat improbabilem ; cùm hæc irregularitas non oriatur ex peccato, sed ex defectu, vitiosa scilicet prolis origine, & ex eo quod nata sit extra Matrimonium legitimum. Imò addit non posse dispensare, quamuis dicatur oriri ex crimine parentum ; quia Irregularitas, ex delicto in Concilio non vocatur, nisi ea, quæ contrahitur ex crimine ipsius, qui est irregularis. Passim etiam alij videntur supponere, Episcopum non posse in ea dispensare, saltem quoad Sacros Ordines recipiendos. Auila *part.7. disput.3. dub.7.* censet posse ; in quod, quamuis timidè, propendet Henriquez, *lib.14. cap. vltimo, littera H.* Respondetur Primò ; videtur omnino probabile, quòd Episcopus possit dispensare in irregularitate proueniente etiam ex delicto occulto alterius : primò, quia verba Concilij id patiuntur, quidquid dicat Suarez. Secundò, quia Concilium non videtur magis voluisse fauere irregularibus ex proprio delicto, quàm ex alieno. Tertiò, eadem ratio militat etiam in eo, qui propter alienum delictum est irregularis, nimirum, ne si quis cogatur Romæ petere dispensationem, delictum occultum patefiat, ex quo oriatur infamia. Confirmatur : Potestas data in iure communi, & dignitati, latè est accipienda, nisi constet de contrario : & potissimùm in præsenti materia, in qua Episcopus quodammodo reducitur ad potestatem suo gradui conuenientem.

3. Respondetur Secundò : Non est improbabile quòd Episcopus possit dispensare in irregularitate. Illegitimi ; ita Auila, asserens viros doctos id sentire : quia licet respectu ipsius prolis hæc irregularitas sit ex defectu ; rem tamen moraliter considerando, oritur ex delicto : & Ecclesia eam inducendo, voluit puùire parentum incontinentiam, itaque adeò potest sortiri rationem pœnæ. Confirmatur : Omnia iura hanc inducentia supponunt communiter peccatum in parentibus, ex quo illa oriatur : & variis casibus, vbi peccatum illorum non interuenit ; proles non est irregularis, quamuis nata sit extrà Matrimonium verum à parte rei, vt patet ex dictis. Nec refert, quòd si proles absque culpa parentum nasceretur extrà matrimonium etiam putatum legitimum, censenda esset irregularis, quia non obstante tali casu rarissimo, & quem lex non spectauit, dicendum, quòd moraliter, & secundùm quòd communissimè accidit, illegitimitas prolis oriatur ex peccato parentum ; & quod lex spectauerit id, quod sæpiùs accidit ; quamuis in eo casu rarissimo, quem non excipit, etiam incurreretur Irregularitas : in quo tamen inuenitur actio materialiter mala, & sufficiens fundamentum malitiæ, si adessent cætera requisita. Vnde fit verisimile, quòd Episcopus in casu resolutionis possit dispensare absolutè (sicut potest absolutè dispensare per Concilium) quoad Sacros Ordines, & Beneficia maiora, seu Dignitates, & prælaturas. Hinc, si quis susceptus ex occulto adulterio habeatur passim legitimus ; posset ab Episcopo impetrare dispensationem ad Sacros Ordines suscipiendos, & Beneficia duplicia. Hucusque Præpositus, loco citato.

4. Verùm, licet hæc omnia probabiliter dicta sint ; tamen Ego puto cum illegitimo etiam occulto, quòd ad Sacros Ordines, Dignitates, & Beneficia Curata, solus Papa potest dispensare ; ad Minores verò, & Beneficium simplex potest Episcopus. Vtrumque deducitur expressè in *c.1. de filiis Presbyterorum, in 6.* vbi generaliter loquitur de quibuscumque filiis illegitimis. Idem, quod de Episcopo, dicendum est de capitulo Sede vacante ; vt docet Nauarrus *conf.7 de filiis Presbyterorum.* Quod intelligendum est cum duplici limitatione. Prima, quòd tale Beneficium simplex non fuerit possessum à patre talis illegitimi, ex toto titulo, *de filiis Presbyter.* & ex Concil. Trident. *sess.25. c.15. de Reform.* Secunda, quòd tale Beneficium non requirat Sacrum Ordinem ; nam aliàs non poterit Episcopus in eo dispensare, sicut nec in ipso Ordine Sacro ; vt ex pluribus resoluit Sayrus *lib.5. cap.21. numer. 11.* Quapropter probabiliùs iudico, non posse Episcopum dispensare ad Canonicatum Ecclesiæ Cathedralis ; cùm iuxta nouam decisionem Tridentini *sess.24. c.12. de Reformat.* habeat annexum Ordinem Sacrum : poterit tamen

ad

Sup. contento in hoc §. supra in Res. 63. & in Res. 64. §. vlt. à principio vsque ad medium & in Res. 65. Et pro Capitulo sede vacante in Resol. 2. huius Not. & in eodem §. ante medium, vers. posse etiam & magis late quæ vide magis stricte infra tr.5. Res.17. & 23. ad lin. 7. vers. vt illegitimus.

ad Canonicum Ecclesiæ Collegialis, de qua non loquitur Concilium.

Sup. contento in hoc §. supra in Resol. 64 §. vlt. à medio vsque in finem & in Resol. 65. §. penult. & vlt.

5. Nota verò, quòd post hæc scripta inuenio Castrum Palaum, *tom. 6. disp. 6. punct. 9. num. 10.* dicere, probabiliùs sustineri posse, quòd Episcopus dispensare possit cum illegitimo Ordinato in sacris bona fide, vt in susceptis Ordinibus ministret, quia per ipsam Ordinationem bona fide susceptam videtur ius aliquod ad vsum acquisiuisse; vt docuit Nauarrus, *tit. de Filiis Presbyter. consil. 4. num. 2. & consil. 3. de ætate, & qualit. Ordinandor. ad secundam quæst.* Henriquez *lib. 12. de Matrim. cap. 20. num. 2. & lib. 14. cap. 8. num. 10.* Auila *part. 7. disp. 3. dub. 7. vers. Sexto notandum.* Paulus Layman, *lib. 1. Summ. tractat. 5. part. 5. cap. 5. num. 2.* fauetque *cap. Lugdunensis 9. quæst. 2.* & ibi, Glossa. Quinimò non videtur improbabile, quod tradit Layman, posse inquam Episcopum dispensare cum hoc illegitimo, vt in susceptis ministret; tametsi mala fide Ordines Sacros susceperisset. Argument. *cap. Nisi cum pridem de renuntiat.* ibi: Licèt irregularitatem non potuerit subiicere; si tamen & culpa latet, & causa cum eo, qui laudabiliter suum impleuit Officium (iniuncta sibi pœnitentia salutari) potest non minùs vtiliter quàm misericorditer dispensari. Ita Palaus, cuius sententiam tenet etiam Escobar, *in Theol. moral. tract. 4. Exam. 6. cap. 5. num. 70.* Itaque, licèt ego, vt dixi, circa propositam quæstionem, negatiuæ sententiæ adhæream; tamen contra Suarez existimo affirmatiuam nota improbabilitatis inuri non posse.

6. Et ideò post hæc scripta inuenio hanc sententiam tanquam probabilem, præter Doctores citatos contra Suar. & alios, docere Pellizzarium *in Man. Regul. tom. 2. tract. 7. cap. 5. sect. 2. num. 73.* Qui etiam *n. 70.* tenet me citato, Expositos non esse irregulares, quoad Ordines: & ipse addit, & bene, etiá quoad Religionem; siquidem rationes adductæ pro Ordinibus, à fortiori probant intentum etiam de Religione: stante, quòd iura, quæ aliàs valde abundant in multiplicandis irregularitatibus, quoad Ordines, de facto non declarant Expositos esse irregulares, quoad Ordines, quin potius oppositũ statuunt: & sic id statuunt, quoad Ordines, multò magis dicendum est idem statuisse quoad Religionem; iuxta regulam: vbi militat eadem ratio, militat & eadem iuris dispositio. Quæ regula maximè habet locum, vbi agitur de extenuandis pœnis, attenta illa alia regula in pœnis benignior interpretatio semper facienda est. Et tandem notat etiam Pellizzarius *vbi suprà n. 71.* quòd tales illegitimi, causa graui vrgente possint promoueri ad Sacros Ordines, etiam sine vlla dispensatione: si hæc peti, ac obtineri nequeat sine propria infamia, & parentum.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. Resol. 32. §. Restat paulò post initium, à vers. Ad tertium & in aliis eius nor. & quoad Religionem & consequẽtia præcitati §. sup. hoc supra in fine Resol. 64.

RESOL. LXVII.

An Episcopi possint concedere Bullas cum potestate absoluendi à casibus sibi reseruatis, & dispensare, & commutare in eis, quæ ipsi iure suo ordinario possint? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Resol. 60.

§. 1. NEgatiuè respondet Nauarrus *consil. 18. lib. 5. de pœnit. & remiss.* & Rodriguez *in addit. §. 1. num. 2.* docent enim talem concessionem esse simoniacam iure saltem humano prohibitam, in qua nullus inferior Papâ dispensare potest, dispensat autem quando Cruciatam pro belli subsidio contra infideles concedit.

2. His tamen non obstantibus Henriquez *lib. 7. de Indulgent. cap. 31. num. 1. in glossa lit. C.* affirmatiuam sententiam docet, & ideò tenet posse Episcopos in Hispania & India, quæ distant à Papa, si ipse Papa Bullam Cruciatæ non concederet, indulgere data Bulla ea quæ ad illorum facultatem extenduntur, & ita, ait, Episcopi Hispaniæ anno 1571. ad Regis instantiam concesserunt Bullas quasdam ferè similes Bullæ Cruciatæ circa peccata & censuras Episcopo reseruatas, & vt fieret compositio quædam pro incertis. Hæc Henriquez.

3. Et nouissimè Trullench. *in exposit. Bull. Cruciat. in proœm. dub. 2. num. 4.* cum his tamen limitationibus. Prima, vt Papa Bullam Cruciatæ non concesserit. Secunda, vt vrgens & ingens necessitas esset. Tertia, vt pecunia quæ pro illius concessione datur, nullo modo applicetur in vsus & necessitates ipsius Episcopi, sed in opus pium ad bonum commune spectans, quod probatur à simili, nam etsi Concil. Trident. *sess. 25. cap. 18. de reformat.* prohibeat ne aliquid temporale in dispensationibus, tanquam illarum pretium recipiatur; nihilominus tamen potest Episcopus absque labe simoniæ, dum dispensat vota in quæ ipse habet potestatem, imponere onus largiendi eleemosynas pauperibus, vel Monasterio, quia Tridentinum, vt aduertit Lessius *lib. 2. c. 35. dub. 9. num. 57.* tantùm prohibet ne dispensans inde sibi aliquod temporale commodum reportet; ergo dum Bullam suam concedit Episcopus, potetit absque simonia illam concedere cum honore, vt præstetur aliqua pecunia in bonum vniuersalis Ecclesiæ, vel particularis. Et ideo hanc sententiam absolutè etiam tenet Perez de Lara *in lib. trium Gratiarum, fol. 13.* & *fol. 94.* refert D. Didacum de Espinosa Cardinalem & Episcopum Siguntinum instituisse & concessisse quamdam Bullam, quam vocauit *Carta y Bula de hermandad, y Confradia de nuestra santa fe Catolica*, in qua concessit suam ordinariam facultatem, & multa priuilegia ac Indulgentias Confratribus hanc Bullam accipientibus, solutis tamen duabus drachmis in subsidium belli contra Turcas & Agarenos Regnum Granatense occupantes, & hæc omnia notauit Trullench *vbi suprà*; & quia dictum Perez de Lara penes me habeo, ponam hîc eius verba, sic itaque ait. *La Santidad del Papa Pio V. en vn breve dado en Roma à 20. de Noviembre an. 1563. suspendio las Indulgencias de la santa Cruzada y auiendo por esso cessado la limosna que se sacava, y ofrecidose la guerra de la rebelion de los Moriscos de Granada para socorrerse de la limosna de los fieles, se junto el Cardinal Espinosa Obispo de Siguenca Inquisitor general con muchos Obispos de los Reynos, y accordaron de hazer vna Carta y Bula de Hermandad concediendo à los que entrassen en ella y diessen la limosna señalada las Indulgencias, y gracias que ellos podian conceder por sus Prelacias en sus Dioceſis, la qual se publico en estos Reynos el anno 1570. y se saco tanta limosna como se solia de la Cruzada.* Sic ille, vbi postea per extensum ponit dictam Bullam. Sed circa dubium huius resolutionis de meo nihil ego dicam, solùm referre volui quod alij dixerunt.

RESOL. LXVIII.

An ad Episcopatum sit præferendus Theologus Canonista? Ex parte 7. tr. 12. & Misc. 3. Resol. 1. & ibi ad literam in Resol. 34. Sed hic vna tantum Resol. transcribitur.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Petrus de Aragona *de iust. quæst. 63. art. 2. concl. 2.* vbi sic ait: De scientia competẽti est speciale dubium, an Theologia reddat hominem magis idoneum ad Episcopalem dignitatem, quam Iurisprudentia. Hostiensis Abbas *suprà c. 1. de consanguinitate, & affinitate*, quos etiam

Sup. hoc in tom. 4. tr. Resol. 31. pe finem vers. Sed eligendus

etiam sequuntur alij Canonistæ suam rem agentes, diuerunt priscis temporibus, quando hæreses vigebant in Ecclesia Episcopos debuisse esse Theologiæ peritos, vt contra hæreticos disputare, & eorum argumenta soluere optimè scirent. At verò nunc vbi hæreses non vigent, Iuris prudentes esse præferendos, tanquam illi, qui de Ecclesiastica, & politica gubernatione, quæ præcipuè est necessaria plus callent. Cæterum hæc sententia meo iudicio non solùm est falsa, sed & periculosa, & Ecclesiæ pernicioſa. Ita Arag. sed puto quod quando hæc scripsit, correptus erat atra bili; magis modestè hanc sententiam pro Theologis propugnat Eminentissimus Lugo *tom.2. de Iust. disp.35. sect.2. n.4.* qui pro illa citat Vasq. & Turrian. quibus ego addo Sotum *de Iust. lib. 2. q.2. art.6.* Caietanum *in 2.2.q.183. art.3.*

2. Sed pro Canonistis non desunt etiam Theologi, qui eorum partes tuentur, vt Henriq. Rodrig. & Azor. quos citat, & sequitur Barbosa *de potest. Epis. part.2. Alleg.1. n.30.* Pro Canonistis etiam pugnant plures alij quos citat & sequitur Bobadilla *in Politica tom.1. lib.1. c.6. num.14.* & Cenedus *ad Decretum Collect.51. n.5.* quibus adde Alzedum *in Praxi Epis. p.1. c.3. n.25.* & Lotterium *de Re Beneficiaria lib.3. q.7. n.96. & seq.* Vnde meritò dixit nouissimè Machadus *de Perfecto Confess.tom.2.lib.4.p.6. tit.1. docum.3. n.5. si el Theologo sea mas à proposito para ser Obispo, que el Canonista, es question gravemente controversa entre los Doctores Theologos y Iuristas, defendiendo cada qual su partido.* Ita ille; rationes pro vtraque parte videbis penes citatos Auctores. Sed pro praxi quia video vt plurimum Episcopos neque prædicare, neque docere, ideò vt plurimum existimo proseruitio, & bono regimine Ecclesiarum magis ad Episcopatum promouendos esse Canonistas, quam Theologos, in his præsertim partibus, in quibus non vigent hæreses; non nego tamen sæpiùs etiam Theologos Episcopali dignitate condecorandos esse. Optarem tamen ex Theologis & Canonistis sapientiores & digniores eligi, & in hoc est difficultas, & non an Episcopus eligendus debeat esse Theologus vel Canonista, eligitur vtlibet vel Theologus aut Canonista, dummodò sit doctior, & dignior & ideo ad hunc effectum lustrandæ sunt Academiæ, Collegia, Capitula Ecclesiarum, & Monasteria Regularium, & ex istis digniores eligendi vtfaciebat Philippus II. non nego tamen in rigore sententiam pro Theologis esse probabiliorem, quam præter Doctores citatos solidè confirmat Bañez *in 2.2.q.63. art.2. dub.2.*

RESOL LXIX.

An professio fidei possit fieri per Procuratorem Episcopi?

Et de fructuum restitutione in hoc casu etiam agitur.

Et notatur, quod omittens infra terminum duorum mensium professionem fidei amittit fructus; non tenetur tamen illos restituere, donec condemnetur, seu sequatur sententia declaratoria.

Et an non peccet mortaliter, si eam omitteret per ignorantiam, seu inaduertentiam, neque tenetur fructus restituere in foro conscientiæ, etiamsi in foro externo fuerit condemnatus.

Et notatur, quod Episcopus non amittit fructus, si procurator, cui mandatum est facere fidei professionem, non fecit illam, ipso nesciente absque culpa. Ex part.5. tractat.14. & Misc.2. Resol.23.

§. 1. HIc casus frequenter accidit, & affirmatiuè respondet Villalobos *in summa tom.2. tract.1. difficult....num.86.* vbi sic ait. *Esta professiõn de la fe, y juramento se puede hazer por Procurador, porque, regularmente hablando, lo que vno puede hazer por si mismo, lo puede hazer por Procurador, y en el Concilio no ay palabra que signifique, que la deve hazer por si mismo. Mayor difficuldad ay de la professiõn que haze el eleto en Obispo, por las palabras de la comissiõn que su Santidad dà, diziendo:* Ne propter hoc ad Sedem Apostolicam accedendo personaliter laborare cogatur, volentes parcere laboribus, & expensis, fraternitati vestræ committimus, &c. *Donde parece que el Papa dà à entender, que es menester hazerla per si mismo, como dize Sanchez con parecer de hombres doctos y à mi me parece que lleua mucho camino; aunque el mismo refiere, que el Obispo de Malaga estos tiempos la hizo por Procurador, en manos del Obispo de Guadix, el qual referiò, que otro Obispo lo avia hecho por Procurador. Y assi estando en pratica se puede bien seguir.* Ita ille, qui præter Sanchez citat etiam Nauarr. & Azorium, quibus ego addo Campanili *in diuer. iur. Can. rubr.8. cap.3. num.19.* Riccium *part.4. decis.8.* Ioannem Mariam Nouarium *in concl. iur. Pontif. concl.114. n.8.* Ledesmam *in sum. tom.2. tract.1. c.4. post.10. concl. diffic.6.* Ricciullum *lib.1. cap.13. num.21.* Lauorium *in var. lucubrat. tom.1. tit.4. cap.22. num.2.* Tamburinum *de iure Abbat. tom.1. disp.8. quæst.3. num.11.* Massobrium *tract. de Synodo Diœcesana, cap.4. dub.40. per totum.* Barbosam *de potestate Episc. part.2. alleg.61. n.20.* Castrum Palaum *tom.1. tr.4. disp.1. punct.19. n.10.* Viuianum *in praxi iurispatr. lib.15. cap.3. n.27.* Ioan. Ant. Nouarium *in sum. Bullarum titul. de fidei profess. n.8.* Gauantum *in enchir. Episc. ver. fidei professio, n.32.* & ratio est, quia ea, quæ quis facere potest per seipsum, potest & per procuratorem, nisi à canone, & lege aliqua limitetur, vt patet ex *leg.1. ff. de procurat.* & ex *c. qui per alium, & c. potest, quis de regul. in 6.* Item iuramentum potest præstari per Procuratorem, & ex *c. fin. de iur. calum. in 6.* & ideò secundùm hanc sententiam determinauit sacra Rota in vna Varmien. Canonicatus 13. Iunij 1608. coram Cardinali Sacrato.

Sup. hoc item 4. tr.8. Res.57. §.2. paulo post initium, & vers. sed difficultas est.

2. Verùm his non obstantibus contrariam sententiam docet Piasecius *in praxi Episcop. part.2. capit. 5. artic. 3. numer. 90.* Vgolinus *de potestate Episcopi, cap.50. §. 16. num.1.* Venerus *in exam. Episcop. lib.4. cap.44. num.3.* Riccius sibi contrarius *in praxi tom. 4. resolut. 156.* Plat. *lib.1. decis.77.* Addition. ad Concil. Trident. è Bibliotheca Card. Bellarm. *sess.24. cap.12. num.7.* Additiones ad consil. Nauarr. *de iureiuran.* Squillan. *de obligat. Cleric. part.1. num.91.* Gonzales *ad regulam Cancell. 8. §.7. num.169. ver. similiter.* Gratianus *in disceptat. forens. capit.166. num.22.* Garsias *de benefic. tom.1. part.3. cap.3. numer.75.* Sigismundus à Bonacina *de elect. dub.50. n.3.* & alij, asserentes fidei professionem debere fieri per semetipsam; & ita declarauit sacra Congregatio die 18. April.1590. teste Garsia, & nouissimè die 12. Septembr. 1620. teste Barbosa *in summa Bullarum, ver. professio fidei 1. §.2.* Vnde si constaret authenticè de supradictis declarationibus, non esset recedendum ab hac posteriori sententia propter magnam authoritatem dictæ sacræ Congregationis, quæ die 2. Augusti 1631. ex speciali iussu D.N. Vrbani VIII. mandauit, & præcepit his declarationibus nullam fidem esse in iudicio, vel extrà à quoquam adhibendam, sed tantùm illis, quæ in authentica forma solito sigillo, & subscriptione Eminentissimi Cardinalis Præfecti, ac Secretarij

eiusdem sacræ Congregationis pro tempore existentium munitæ fuerint.

3. Notandum est tamen hîc obiter, quòd omittens intra terminum duorum mensium professionem fidei, amittit fructus; non tenetur tamen illos restituere donec condemnetur, seu sequatur sententia declaratoria; decretum enim Concilij est pœnale, ac proinde etiamsi pœnam ipso iure irroget, non obligat in foro conscientiæ. Ita Barbosa *de Communis c.17.n.24.* cum Nauarr. Sanchez, & Rodriguez, quibus adde Castrum Palaum *tom.1.tract.4.disp.1.punct. 19.n.16.* licèt probabiliter contrarium asserat Villalobos *in sum. tom.1.tract.1. diffic.6.n.9.* Azor. *tom.2. lib 7.c.2. q.1. in fine.* Ledesma *in sum.tom.2.tr.1.c.4. post.10.con.dis.1.* Garsias *de benef. p.3.c.3. n.35.* Vgolin. *de offic.Epis.c.50.§.16.n.4.* Squillan. *de obl.ig. Cleric. part.1. n.98.* Ricciullus *lib.1. c.13. n.43.* & alij.

Quamuis nõ plene & sẽ gnanter sup. hãc restitutione si cap. doctrina replere velis pro hac qui lege tamen in tom.4 tr. 8.ex Resol.56. § Ex quibus & alias Resol. & §§. eius annot.

4. Nota etiam quòd si quis omitteret professionem fidei per ignorantiam, incogitantiam, seu inadvertentiam, non peccat mortaliter, neque tenetur restituere fructus in foro conscientiæ, licèt in foro externo fuerit condemnatus. Vnde Villalobos *vbi suprà in sum. tom.2. tract.1. dis.6. n.8.* sic ait. *Tambien advierto, que el que por ignorancia invincible del Concilio dexasse de hazer la profession de la Fè, no incurriria en la pena, aunque en el fuero exterior le condenarian, por ser el derecho claro; porque como este se escusa de la culpa, tambien se escusa de la pena.* Ita ille, qui citat Nauarrum, Azorium, & Rodriguez, quibus ego addo Castrum Palaum *vbi suprà num.17.* vbi rectè infert cum Sanchez & aliis, aliquem non amittere fructus, si Procurator, cui mandatum dedit faciendi fidei professionem, non fecit ipso inscio absque culpa, quia est eadem ratio; priuatio enim fructuum est pœna, quæ arctare non potest vbi culpa non adest.

RESOL. LXX.

An residentia Episcoporum sit de iure diuino, & quo pacto possit Pontifex in illa dispensare? Ex part.10. tr.14.& Misc.4.Resol.68. alias 66.

Sup. hoc in tom.9. tr.2. Resol.27.§ sed quidquid per totum.

§. 1. RESidentiam non esse de iure diuino docent Ambrosius Catharinus Dominicanus, Archiepiscopus Compsensis in Tractatione Quæstionis, quo iure Episcoporum residentia debeatur, & Thomas Campegius Episcopus Feltrensis, in Tractatu de Residentia Pastorum: Idem docuit Alphonsus Salmeronius ex Societate Iesu. Et hanc opinionem nouissimè ex eadem Societate docet Pater Andreas Gerunda, *de Episcopatu, lib.2. disp.1. c.4. n.12.* vbi sic ait: Dispensatio autem in Residentia Episcopi, licèt proprium sibi vendicatura sit locum infra, nunc breuiter concedenda non est de iure Diuino, sed de humano; nam tametsi indissolubilitas radicalis ad iurisdictionem pariter aliquo pacto radicalem sequés cum aliqua Ecclesia vagè, sit iuris diuini, vt *lib. 1. disp.12. cap. 12.* demonstrauimus; actualis tamen connexio cum hac certa Ecclesia huius Episcopi, canonici, atque humani est iuris, ad instar Matrimonij rati vinculi, immò potest à Pontifice, facilius dispensari, vt *loco citato* diximus, *num.11.* iuxta nostram tertiam præsentis capitis conclusionem, quod vberiùs infrà suo loco Deo dante prosequemur. His addo ad vberiorem doctrinam, tametsi daremus iuris esse diuini Residentiam Episcoporum, in eo tamen negamus directè Papam dispensare, sed solùm indirectè, ac mediatè, mutando materiam, quatenus ex consensu, atque humana pendentem voluntate, cuius mutatione facta naturale diuinumque præceptum per se cessat: etenim residendi obligatio non resultat nisi ex fœdere, ac pacto inter Episcopum, & talem Ecclesiam, vt *lib.1. disput.1. cap.4. num.15.* docuimus, quod quidem cum humana voluntate contrahatur, ex hac parte mutabile censendum est per superiorem voluntatem Pontificis, vt citato, *n.18.* probauimus, cui sanè subordinatur Episcopus, vt supremo Pastori, superiorem, atque excellentiorem in illa eadem Ecclesia potestatem habenti, quippe qui quando in tali dispensat Residentia, decernit qua ratione pro tali tempore illi consulendum sit Ecclesiæ, cuius onus, vt probè Soarius *lib 2. de legib.c.14. n.22.* in se suscipit: à quo liberat Episcopum non per dispensationem in præcepto naturali diuino, sed quia non aliàs Episcopus pactum, ac fœdus cum sua Ecclesia iniit, quam dependenter à Papa neque aliam stabilitatem illud fœdus habet, quæ solui non possit à Summo Pontifice, vt à *num.15.* ac deinceps loco citato sæpe diximus. Ita Gerunda.

2. Sed vt verùm fatear, communis sententia Theologorum docet, Residentiam Episcoporum esse de iure diuino; & contra Catharinum scripserunt latè Franciscus Torrensis, Bartholomæus Catranta, & Iacobus Naclante *in Opusc. de hac materia.* Itaque stando in hac sententia assero, dispensationem Papæ circa Residentiam Episcoporum non esse in iure naturali præceptiuo per se spectato, sed in materia eius mutando illud quatenus etiam pendet ex consensu, aut voluntate humana; qua mutatione facta, ipsum naturale præceptum per se cessat obligare. Declaratur hoc, quia illa obligatio residendi non insurgit, nisi mediante pacto, & vinculo inter Episcopum & Ecclesiam; hoc autem pactum, & vinculum humana voluntate contrahitur; & ideò ex hac parte mutabile est, saltem per potestatem publicam: *cap. Inter corporalia de translat.Episcop.* & ideò per eandem relaxari potest, & consequenter etiam potest naturalis obligatio, quæ ex illo nascitur, vel mutari, vel auferri. Et declaratur ampliùs; quia illud pactum inter proprium Episcopum, & suam Ecclesiã, ex natura rei subordinatur supremo Pastori, itavt in illo pacto includatur conditio offerendi se ministerio talis Ecclesiæ, cum subordinatione ad supremum Pastorem, qui habet in illa Ecclesia excellentiorem potestatem, & immediatam etiam curam. Quando autem Pontifex dispensat in Residentia, ipse statuit quomodo pro tali tempore prouidendum sit tali Ecclesiæ, & quasi onus illius in se suscipit, & inde consequenter fit, vt proprius Episcopus liberetur personali obligatione, non per dispensationem in præcepto naturali, sed quia illo modo re vera implet pactum cum sua Ecclesia, ex quo illa obligatio præcepti oriebatur. Vel potiùs impletur illa obligatio alio modo inclusa etiam in ipso pacto, prouidendo Ecclesiæ modo præscripto à supremo Pastore ex rationabili causa; hoc enim supponi debet, quia hæc est iusta conditio, quam vinculum ipsum includit. Et hanc opinionem tenent Suarez, *lib.2. de legibus, cap.14. num.22.* Basilius Poncius, *lib.8. de matrimon. cap.2. num.15.* Ferd. Castro *in opere morali, part.1. tractat.3. disputat.6. punct.4. num.6. ad finem.* Merolla, *tom.2. disputat.4. cap.2. dub.8. num.91.* & alij.

RESOL. LXXI.

An Episcopi vltra tempus præscriptum à Concilio Tridentino, videlicet trium mensium, si absint à Diœcesi per octo, v.g. vel decem dies peccent mortaliter?

Et

Et quæritur, an Episcopi absque iusta causa possint à suis Ecclesiis dictis tribus mensibus abesse?
Et in prædicto casu, si sine causa Episcopi absint etiam spatio trium mensium, vel minori tempore, teneantur fructus restituere pro rata temporis?
Et an Episcopi non incurrant pœnas residentes propè Diœcesim in loco non distanti vltra vnum milliare?
Idem est dicendum in omnibus his de Parocho absente supra tempus concessum, nempe vltra duos menses à sua Parochia. Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. Res. 69. alias 67.

§. 1. Affirmatiuè respondet Pater Pasqualigus *decis. Moral. decis.* 473. *n.* 4. ex eo quia Concilium taxat tempus, in quo concedit Episcopis non residere, & hoc per modum indulgentiæ, ideò in dicto tempore includitur totum id, quod rationabiliter indulgeri potest, nec extra ipsum habere locum paruitatem materiæ, quia iam Concilium videtur habuisse rationem illius: Quamuis censeat non esse excessum per duos, aut tres dies supradictum tempus concessum. Et hanc sententiam tenet etiam Paulus Squillante, *tract. de obligationibus, & Priuilegiis Episcoporum, part. 1. cap. 2. num. 5.*

2. Sed opinionem negatiuam tuetur nouissimè noster Pater Vidal *in Area Theologiæ Moralis, tr. de Residentia, Inquisit. vnica, n.* 37. vbi sic ait: Colligitur sextò, quod si Episcopus maneat absens à sua Diœcesi vltra tres menses permissos à Concilio Tridentino per alios paucos dies, vt per octo, vel decem dies in toto anno, non censetur tempus notabile per se sufficiens ad incurrendam mortalem culpam contra positiuum præceptum de Residentia: nam tale tempus in comparatione totius anni est quid modicum, neque ista absentia secundùm se desumpta, & considerata est magni momenti, sicuti neque tempus à Tridentino permissum pro absentia licita à loco residentiæ accipi debet mathematicè, sed quidem bene moraliter, cùm in moralibus sit etiam moraliter procedendum: Vnde excessus pro octo, vel decem diebus vltra tempus præfixum à Tridentino, non videtur excessus talis conditionis, vt excedat terminos temporis concessi, & moraliter computati: ideò, &c. Addo hoc idem data paritate, & proportione seruata affirmari posse de Parocho absente suprà tempus concessum, nempe vltra duos menses, qui si à sua Parochia absit toto vnius anni tempore absque necessitate, & sine sui Prælati licentia per octo, aut decem dies, mortalem culpam non committit; dummodò neque Ecclesia, neque subditi in illo tempore absentiæ detrimentum patiantur. Ita ille, & aliqui docti Neoterici hanc opinionem probabilem putant. Sed Tu iudica.

Neoterici. Pirhing §. 3. n. 82. Reginald. lib. 8. §. 88. n. 1. seq.

3. Notandum est etiam hîc obiter aliquos docere Episcopos absq; iusta causa non posse ab Ecclesiis dictis tribus mensibus abesse: Vnde Ioannes Vvigges *de Iust. tract. 7. cap. 3. dub. 20. n.* 84. sic ait: Dico Secundò, Episcopi possunt continuè, vel discontinuè quotannis abesse tribus mensibus non petita à Superiori licentia, neque causa absentiæ apud eum explicata, absque eo quòd pœnam, aut mulctam temporalem incurrant, sed non vltra. Ita permittit hoc Episcopis Concilium Tridentinum, *sess. 24. c. 1.* Quod tamen non sic intelligendum est, quasi etiam sine causa licitè tanto tempore quotannis absque peccato abesse possint, sed quia solèt moraliter occurrere singulis pene annis aliquæ necessitates; quæ Episcopi absentiam ad tempus requirant, hinc ne Episcopis videretur imponi conditio durior, si omni occasione deberent causas illas Superiori explicare; & veniam absentiæ accipere, ideò illud committitur ipsorum iudicio, & conscientiæ, quòd ex causis possint absque illo recursu ad Superiores abesse tanto tempore. Quare si absque ista ratione, etiam tempore illo solum abfuerint, erunt coram Deo peccati rei; quod Concilium ibidem manifestè significat, quando dicit in illis absentiis debere rationem haberi, vt æqua ex causa fiant, & absq; vllo gregis detrimento, quod an ita fit, absentantium conscientiæ relinquit. Neque his obstat, quod Concilium paulò ante præmiserit: quoniam autem qui aliquantisper tantum absunt ex veterum Canonum sententia non videntur abesse, quia statim reuersuri sunt, non enim hoc allegat quasi absentia duorum vel trium mensium reputari possit quasi pro nulla, atque ita Episcopis liceret absque peccato, tanto tempore abesse circa iustam causam, vt ex iam allegatis satis patet: sed ad hoc adducit vt interrogatur talis absentia posse consistere cum retentione Episcopatus, nec ideò debere ab Officio amoueri, vel ipse teneatur dimittere, possitque etiam discretioni eius, & conscientiæ id committi; cùm è contra quando absentia deberet esse quasi perpetua, tunc secundùm ius diuinum, naturale videretur obligari ad Episcopalem curam dimittendam, aut si quoque notabiliter frequens, & longa sit futura, quod tum mereatur examen Superioris. Ita ille. Sed Vidal *vbi suprà num.* 34. tenet posse Episcopum absque vllo scrupulo, & culpa, per tres menses in anno, vel continue, vel interpellatè abesse à sua Diœcesi, & Ecclesia, etiam animi, & recreationis gratia, vel amicos, aut consanguineos visendi. Et hanc sententiam me citato tenet etiam Paulus Squillante, *de obligationibus, & Priuilegiis Episcoporum, part. 1. cap. 2. num.* 4. vnde in hoc Episcopis non est scrupulum iniiciendum.

Sup. hoc in Res. seq. & in aliis §§. eius annot.

4. Notandum est etiam hîc aliquos Doctores tenere quod si Episcopus sine causa absit etiam spatio trium mensium, vel minori, cum fructus suos pro rata non facere, sed teneri restituere, vt suprà. Ita Garzias *part. 3. cap. 2. num.* 28. quia si non laborat, non manducet, vt inquit Apostolus: Sed alij è contra dicunt non teneri restituere, quia non videtur moraliter abfuisse ob paruitatem materiæ, vt patet ex eodem Trident. *d. c. 1.* quod est verum, dummodo officiū sūum per Vicarium idoneum præstiterit, quatenus fuerit necessarium; & hanc tenent multi quos allegat & sequitur Bonacina, *de oblig. Beneficiatorum, disp. 5. punct. 4. n. 8. & 9.* cui adde doctum Patrem Thesaurum *in Praxi part. 2. de Residentia, c. 1. n. 3.* quia etiam optimè *limit. 3.* subdit, quod Episcopus absens in foro conscientiæ non teneatur restituere præcisè omnes fructus pro rata temporis absentiæ, sed possit sibi retinere ob alia munera, vt recitationis horarum, & alia, quibus absens pro grege suo functus est, & quoad hanc partem decretum illud pœnale, de quo Trident. *sess. 6. c. 1.* non obligat in conscientia ante sententiam. Bonacina *punct. 4. n. 5.* Barbosa, *alleg. 43. n.* 101. Possevinus *de officio Parochi, cap. 1. n.* 35. Et tandem non incurrit pœnas residens propè Diœcesim in loco distanti vltra vnum milliare, vnde nullum præiudicium officio & animarum necessitatibus inferatur, quia parum distans moraliter est præsens, *leg. pro locis, leg. Mediterraneæ. C. de ann. & trib. lib.* 10. Gonzalez, *gloss. 43. num. 11. & n. 43. vsque ad* 83. Beia 4. *part. casu 21. col. pen. & vlt.* Bonacina *de resid. benef. punct. 1. n. 2. & 4.* Garzias, *p. 3. cap. 2. n.* 179. vbi refert declarationes Sacræ Congregationis, quæ licet de Parocho loquantur, multo tamen magis procedunt in Episcopo; cùm ipsius seruitium non sit tam frequens, & immediatum. Ita Thsaurus. *vbi suprà.*

Sup. hoc infra ex Res. 73. lege doctrinā §. Notandum est, signanter in fine.

RESOL. LXXII.

An Episcopi sine aliqua causa possint abesse per trimestre ab eorum Diœcesibus, stante Concilio Trid. sess. 23. c. 1. Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Resol. 90.

Sup. contento in hac Resol. in Resol. præterita §. Notandum est hic obiter. & in Resol. seq. §. penult. & vlt.

§. 1. NOtandum quòd trimestris absentia Concilium *vbi suprà*, conscientiæ Episcoporum remittit. Sed Sotus *de iustitia lib.* 10. *q.* 3. *artic.* 4. & alij asserunt ad hanc absentiam per trimestre honestandam sufficere si fiat animi recreandi causa, aut consanguineos, vel amicos inuisendi. Sed alij hanc causam ad mensem vnum putant sufficientem, tarò vltrà, quia satis necessitati naturæ illo spatio prouideretur. Ita Vasquez *opusc. de benef. cap.* 4. §. 2 *artic.* 1. *dub.* 3. *num.* 147. & post illum Castus Palaus *tom.* 2. *tract.* 13. *disput.* 5. *punct.* 4. *num.* 1. Verùm cum Soto consentit Azorius *part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 4 *quæst.* 1. quem refert Sanctarellus *var. tom.* 1. *quæst.* 4. *n.* 5. asserentes, & concedentes Episcopis spatium absentiæ ob causam animi relaxandi.

RESOL. LXXIII.

An Episcopus absens à residentia licitè possit continuare trimestre vnius anni cum trimestri alterius anni?

Et notatur Episcopum peccare mortaliter non residendo absque causa etiam in tribus mensibus, de quibus loquitur Concilium, non tamen tenetur restituere fructus. Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. Res. 22.

§. 1. DE hoc casu olim interrogatus fui, & affirmatiuè respondi; nulla tamen Doctoris authoritate nixus: sed, quia nunc inuenio, hanc sententiam etiam docere doctum, & amicissimum Patrem Pellizarium, apponam hîc eius verba: sic itaque habet *in Man. Regul. tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 8. *sect.* 3. *num.* 162. [Illud præterea hîc controuerti potest, an beneficiarius, qui, v. g. anno 1645. abfuit à residentia per trimestre concessum in Concilio Tridentino, nimirum, mense Octobris, Nouembris, ac Decembris; vigore dicti Concilij possit anno 1646. item abesse toto Ianuario, Februario, & Martio ad rationem trimestris absentiæ posterioris huius anni, ita vt absit à residentia sex mensibus continuatis: idque ad expediendum negotium inchoatum in trimestri anni 1645.

2. Respondeo, videri posse abesse totis sex illis mensibus continuatis. Et probatur: tum, quia Concilium Tridentinum concedit, vt beneficiarius quolibet anno per tres menses abesse possit à residentia; nec vetat immediatam continuationem trimestris anni præcedentis cum trimestri anni sequentis: non ergo apparet, cur in præsenti casu absentia trimestris sequentis non possit continuari cum absentia trimestris præcedentis; cùm lex generaliter loquens, generaliter debeat intelligi; & vbi ius non distinguit, nec nos distinguere debeamus: tum, quia Sanchez *lib.* 8. *de matr. d.* 34. *n.* 36. *fine*: admittit, dispensatum à Sacra Pœnitentiaria cum onere Confessionis mensiruæ in perpetuum faciendæ, satisfacere, etsi ab vltima Confessione pluſquam mensis elabatur; & si præcedens Confessio sit facta die 1. Nouembris, satisfaciet aliam Confessionem faciendo vltima die Decembris: cùm præscribatur Confessio singulis mensibus, & in præsenti casu verificetur, Confessionem factam fuisse quolibet mense, quacumque die dictorum mensium sit facta. Quæ doctrina bene potest adaptari præsenti casui, cùm Conciliũ dicat, quolibet anno; & aliàs cuilibet anno correspõdeat vnicũ tantùm trimestre absentiæ. Sic ego respondi in facti contingentia, & responsionem approbarunt viri valde docti.

3. Puto autem, hos tres menses absentiæ debere computari 28. aut 30. aut 31. dierũ, provt ij in Kalendario occurrerint eo tempore, quo beneficiarius vult abesse, & quod ex eo mense deficit, accipiendum esse de sequenti v. g. incipit beneficiarius abesse à die 10. Iulij, poterit abesse toto Iulio, Augusto, Septẽbri, & præterea à primis 10. diebus Octob. iubstitutis loco 10. dierum, qui deerant mensi Iulio, & quidem non cõputatis terminis iuxta illud: *Dies termini non computantur in termino.* Hæc omnia Pellizzarius *vbi sup.*

4. Notandum est hîc obiter, Texedam docere, Episcopum peccare mortaliter, nec residendo absque causa, etiam in tribus mensibus, de quibus loquitur Concilium. Sic itaque asserit *in Theol. mor. tom.* 1. *lib.* 2. *contr.* 20. *n.* 22. Maius tamen dubium est, quo pacto, si Episcoporum residentia est de iure diuino naturali, Conc. Trid. concessit illis, vt possint in suis Ecclesiis per tres menses non residere. Et potest ratio dubitandi deduci: quia Concilium non potest dispensare in iure diuino naturali, ex quo talis obligatio residendi nascitur. Cæterum dico, nunquam Concilium Trid. *in prædicta sess.* 6. concedere licentiam Episcopis, vt possint esse absentes à suis Ecclesiis per tres menses; sed voluit cohibere, seu restringere quendam Episcoporum abusum, quin potiùs dicam, quandam deprauati moris corruptelam, eò quòd Episcopi non bene intelligentes Concilium, maiori licentia ad non interessendum in suis Ecclesiis vtebantur, quàm opus erat, cum maximo suarum conscientiarũ onere; ideò per sex menses erant à suis Episcopatibus absentes, præsumentes illud tempus esse eis à Concilio concessũ, vt abesse possint à suis Ecclesiis. Et hanc prauam intelligentiam textus voluit cohibere Concilium, restringendo ad tres menses, vt per illud tempus, & non amplius possint Episcopi abesse, seu non residere in suis Ecclesiis. Et hoc quidem (quod est maximè aduertendum) non liberando Episcopos, qui per tres menses in suis Ecclesiis non residunt, sed sunt absentes, à mortali culpa: nam certum est, Episcopos absque iusta causa in suis Ecclesiis non residentes, etiam per tres menses, peccare mortaliter, eséque transgressores Præcepti diuini naturalis: sed solùm eximendo eos à pœnis debitis pro absentia, iudicando trium mensiũ spatium esse paruum tempus; quod tamen pro nihilo reputari solet, apud viros doctos, & prudẽtes in exteriori foro, in quo humanũ iudiciũ suum certum sedile habet, quantùm ad imponendas, aut remittendas pœnas. Et ideò si aliquis Episcopus absque iusta causa per tres menses in suo Episcopatu non resideat, peccat mortaliter coram Deo: non tamen tenetur restituere fructus Episcopatus, nec alias pœnas. Hucvsq; Texeda.

Sup. contento in hac Resol. in Resol. præterita §. Notandum est hic obiter. & in Resol. seq. §. penult. & vlt. & in Resol. 72.

Sup. hac restitutione in §. vlt. Resol. not. præterita.

5. Sed ego existimo,) vt *alibi* adnotaui,) & obseruat Barbosa *in Concil. sess.* 23. *c.* 1. *n.* 16. hoc spatium trium mensium concedi posse Episcopis causa animum relaxandi. Idem docet Sanctarellus *var. resol. p.* 4. *n.* 5. *in fine.* ex quo mollitur, ne dicam, soluitur rigor doctrinæ Magistri Texedæ.

Et pro aliis contentis in lin. 1. huius §. vlt. in Resolutionibus not. primæ huius Resol.

RESOL. LXXIV.

An Episcopus, qui propter bona temporalia, vel ambitum alium pinguiorem Episcopatum procurat, peccet mortaliter? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Res. 100.

Quàuis minime sequ. hoc lege tamẽ supra in tr. 1. doctrina Resol. 100. & non pugnat

§. 1. VTinam hic casus frequenter non accideret, & in illo peccare mortaliter Episcopũ, respondet Batholomæus Medina *in suum lib.* 1. *c.* 16. §. 2. vbi sic ait. *El Obispo si despues que tiene vn Obispado procura otro mayormente por medios humanos y seglares*

vti regularmente es mortal y escandaloso. Ita ille.

2. Nauarrus etiam *Miscell. 42. de orat. n. 2.* cum Barbosa *de potest. Episc. p. 1. tit. 2. glos. 1. n. 10.* docent in tali casu supradictum Episcopum peccare grauiter.

3. Verùm Emanuel Rodriguez, vt notat Homobonus *de exam. Eccles. part. 3. tract. 15. c. 7. q. 24. resp. 1.* putauit tantùm venialem culpam dictum Episcopum committere.

RESOL. LXXV.

Vtrum Episcopi, & alij ratione maioris doctrinæ, aut Nobilitatis possint plus ex redditibus Ecclesiasticis in sua sustentatione insumere?

Et quid, si filius Regis Episcopus fiat? Ex p. 2. tract. 16. & Misc. 2. Res. 24. alias 26.

§. 1. NEgatiuè respondet Lorca *in 2. 2. q. 32. art. 9. disp. 40. sect. 3. memb. 2. n. 39.* vbi ait. In assignanda Ecclesiasticis congrua sustentatione, non est attendenda nobilitas, aut litteræ, ita vt possit augere statum, & sumptus, qui nobilis, vel litteratus præ aliis ad dignitatem Ecclesiæ assumitur. Nam non video, quòd meritu literarum sibi amplius debitum sit præsertim cùm omnes Ecclesiastici literis instructi esse debeant, iuxta exigentiam dignitatum. Titulo autem nobilitatis nullo modo potest mensuram sustentationis extendere. Nec si filius Regis Episcopus fiat, potest de bonis Ecclesiæ ampliorem maiestatem, quàm alius quicumque, in eodem Episcopatu gerere; quoniam Episcopatus, status sanctitatis, & perfectionis est, in quo potius nobilitas & fastus sæcularis demittendi sunt, quàm fouendi; & qui illum statum profitetur, potius debet Ecclesiasticæ modestiæ humanam nobilitatem submittere, quàm Ecclesiæ humilitatem ad sæculi pompam reducere. Nec beneficia Ecclesiastica instituta sunt, vt foueatur sæcularis nobilitas, & pompa illi debita, sed vt ministrorum Ecclesiæ honor pro dignitate officij conseruetur. Hæc Lorca.

2. At contrariam sententiam probabiliorem existimo, & illam amplexi sunt Molina *de iust. tom. 1. tr. 2. disp. 149.* & nouissimè Coninch *de Actibus supernaturalibus, lib. 2. disp. 27. dub. 11. n. 194.* Dico igitur, Ecclesiasticos valde nobiles, aut magnæ literaturæ, cæteris paribus, posse plus aliis minus nobilibus, & minus doctis, in sui sustentationem insumere; debet tamen talis excessus sustentationis esse moderatus, vt non excedat decentem Ecclesiasticorum modestiam. Vnde principum filij non debent tantum in sua sustentatione expendere ex bonis Episcopatus, quantum possent insumere ex bonis patrimonialibus, & sæcularibus, si ea illis æqualia haberent, nam alia sustentatio conueniens est Principi sæculari, alia Ecclesiastico. Et hæc etiam intelligenda sunt, dummodo supradicti Ecclesiastici non negligant eleemosynas, quas pauperibus præbere tenentur iuxta obligationem, de qua infrà. Ad argumenta Lorcæ respondet Coninch, lege illum, & non pigebit.

RESOL. LXXVI.

Vtrum Archiepiscopus factus Episcopus possit vti pallio?

Et docetur Archiepiscopum extra suam Diœcesim non posse vti pallio, etiam de licentia Ordinarij illius Diœcesis, in qua reperitur.

Et an, qui semel habuit pallium vnius Archiepiscopatus, si ab illo ad alium transferatur, iterumque redeat ad priorem, indigeat nouo pallio, & primum non sufficiat?

Et an Archiepiscopus ad alium Archiepiscopatum translatus non possit vti pallio priori, sed alio nouo indigeat?

Et quid, si datur euentus, in quo aliquis Archiepiscopus suum perdat pallium, vel casu igne comburatur, an aliud debeat petere à Summo Pontifice? Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. Res. 37.

§. 1. NEgatiuè respondeo. Primò, quia pallium est signum proprium potestatis, & dignitatis Archiepiscopalis, & ideo habetur *in cap. nisi, de auctoritate, & vsu pallij*, quòd Archiepiscopus ante pallij susceptionem, non potest se vocare Archiepiscopum. Probatur, secundò, quia, vt apparet *in cap. bonæ memoriæ el 2. de postulatione*, & aduertit glossa, Pallium datur personæ contemplatione loci, vnde est priuilegium singulare, indiuiduum respectu singularis, & indiuiduæ potestatis Pontificalis; & ideo ex supradicto textu Cæremoniale Romanum *lib. 1. c. 16.* Azorius *part. 2. lib. 3. cap. 32. q. 8.* D. Lancellotus *in instit. can. lib. 1. tit. 11. in glossa litera H.* Genuensis *in praxi Archiepisc. cap. 70. num. 18.* Cuchus *in inst. can. lib. 4. tit. 6. num. 25.* Berti *in praxi crim. Regular. tit. 4. cap. 14. num. 11.* Bagnus *de S. R. E. dignitatibus tr. 14.* Zerola *in praxi Episc. part. 1. ver. Archiepisc. num. 1.* Acugna *in decretum Gratiani p. 1. dist. 100. cap. 7. num. 1.* Zechius *de Repub. Christ. tit. de Patriarchis, num. 5.* Quaranta *in summa Bull. ver. Archiepiscopus, sub num. 23. author. 32.* & alij asserunt, quòd Archiepiscopus ad alium Archiepiscopatum translatus, non potest vti Pallio priori; sed alio non indiget. Ergo à fortiori, illo vti minimè poterit, si ad Episcopatum translatus fuerit, cùm non sit amplius Archiepiscopus; cui, vt dictum est, vsus pallij non solùm ratione personæ, sed etiam ratione loci conceditur.

2. Adde, quòd aliqui ita mordicus tenent, quòd priuilegium pallij sit locale, vt asserant Archiepiscopum extra suam prouinciam non posse vti pallio, etiam de licentia Ordinarij illius diœcesis in qua reperitur. Et ita docent Barbosa *in Collectaneis tom. 1. lib. 1. tit. 8. c. 6. n. 2.* Prosper de Augustino *in addit. ad Summam.* Quaranta *ver. Arch. n. 23. author. 32.* Maiolus *de irregul. l. b. 2. c. 2. n. 7.* Parisius *de resignat. benef. lib. 1. q. 17. à n. 20.* Ruzzeus *de præeminentia Arch. prius. 21. ver. istud tamen,* & Glossa *in Clem. Archiepiscopo, de priuilegiis, litera M.* vbi sic ait. Differunt Pontificalia à pallio, quo non vtitur Archiepiscopus in aliena prouincia, etiam de licentia illius ad quem spectat, nisi super hoc esset priuilegium. Ita glossa, quidquid aliqui in contrarium asserant. Vide etiam pro confirmatione supradictorum, pulchrum textum *in cap. ad postulationem, de renunciatione*, vbi Archiepiscopo Ragusiensi propter periculum vitæ renuncianti Ecclesiam, non autem dignitatem, Summus Pontifex concedit exercere officia Pontificalia, attamen negat ei expresè vsum pallij.

3. Igitur ex his omnibus, satis firmata remanet nostra sententia, quam nouissimè in terminis, vt asserunt, terminantibus tuetur, & docet Venerus *in exam. Episc. lib. 4. c. 10. n. 12.* vbi quærit: Si Archiepiscopus fit Episcopus, potéstne vti pallio? & negatiuè respondet; quia ait ille, pallium est signum soli Archiepiscopo debitum. Sed dices: Aliqui Archiepiscopi ad Episcopatum translati vsi sunt pallio. Respondeo hoc ipsos effeciisse ex priuilegio Summi Pontificis, qui Episcopis etiam aliquando vsum pallij concedit: vt apertè apparet *in cap. cùm in iuuentute, de probationibus.*

4. Notandum est tamen hîc obiter, quod aliqui

putant, quòd si quis semel habuit pallium vnius Archiepiscopatus, si ab illo ad alium transferatur, iterúmque redeat ad priorem, indigeat nouo pallio, & primum non sufficiat; & in hanc sententiam inclinat Acugna *in Decretum Gratiani part. 1. dist. 100. c. 10. n. 3. & 4.* vbi etiam *num. 5.* probabiliter asserit, quòd si detur euentus, in quo aliquis Archiepiscopus suum perdat pallium à Pontifice acceptum, vel casu igne comburatur, poterit absque illo Pontificalia munera exercere; licèt Venerus *in exam. Episc. lib. 4. cap. 10. num. 19.* videatur asserere, quòd debeat petere aliud à Summo Pontifice.

RESOL. LXXVII.

Virum Episcopus existens in alterius Diœcesi licitè possit celebrare Missam in Pontificalibus, seu cum Baculo, & Mithra, absque licentia eius Ordinarij?

Idem dicendum est de locis exemptis intra propriam Diœcesim.

Et explanatur, quæ sint signa, & ornamenta Pontificalia. Ex p. tr. 6. & Misc. 2. Res. 36.

Sup. his quæ hic supponuntur, & eorum significationibus in tom. 4. tr. 8. Res. 114. 119. 120. & 121.

§. 1. SVppono Pontificalia insignia, & ornamenta esse Mithram, Baculum pastoralem, Annulum, Sandalia, Tunicellam, Dalmaticam, Chirothecas, & Crucem pectoralem; vt testatur Isidorus Mosconius *tract. de magnitudine militan. Eccles. part. 1. lib. 1. cap. 8.* quorum singulorum significationes exponit Durandus *in ration. diu. offic. lib. 3. à c. 13.*

Et sup. prima opinione huius §. 2 in to. 2. tr. 1. Res. 144. §. vltim. & ibi in tr. 5. Res. 32. §. etiam vlt.

2. Hoc supposito; Prima opinio est affirmatiua, quia nullus canon prohibet Episcopis hoc efficere. Ergo licitum erit. Nec obstat Concilium Trident. *cap. 5. sess. 6.* cuius verba sunt hæc. Nulli Episcopo liceat cuiusuis priuilegij prætextu Pontificalia in alterius diœcesi exercere, nisi de Ordinarij loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinatio subiectas tantùm. Si secus factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium, & sic ordinati ab executione Ordinum sint ipso iure suspensi. Non, inquam, obstant verba; nam loquuntur de vsu Pontificalium cum aliquo exercitio, vt consecrare, chrismare, ordinare, degradare, & similia; vnde exponens hunc locum Concilij Tridentini, sic asserit Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 18. diffic. 9. num. 5.* [*Advierte se que actos Pontificales son los que pertenecen al orden Episcopal, y su consecracion; como ordenar, hazer chrisma, &c.*] Et ita etiam supradictus locus Concilij exponitur à quodam viro amicissimo, qui tamen nullum Auctorem adducit; sed ego inuenio Concilium sic exponere Tamburinum *de iure Abbatum tom. 1. disput. 15. q. 15. num. 4.* Campanelli *de diuer. iur. can. rubr. 9. cap. 5. num. 1. & 3.* Quaranta *in summa Bullar. ver. Archiepiscopi auctoritas, sub num. 23.* & Coninch *de Sacram. disp. 16. dub. 5. num. 35.* Et hanc esse veram expositionem verborum Concilij patet ex eiusdem verbis ibi, *exercere*, quod verbum non videtur complecti vsum tantùm Pontificalium, sed etiam exercitium super alios; idque magis manifestant subsequentia verba, tum illa, *& in personas eidem Ordinario subiectas*; tum alia, *& sic ordinati*, &c. Hinc Campanil. & alij obseruant, quod Nauarr. *consil. 12. de Cler. excom. minist.* asserit, quendam Episcopum, qui in aliena diœcesi Pontificalibus insignibus vsus fuit, incurrisse pœnam suspensionis in prædicto decreto Concilij comminatam, non ob solum Mithræ, & Pontificalium vsum, sed quoniam Calicem etiam consecrauit, & corporalia benedixit absque Diœcesani licentia. Cùm igitur Concil. Trident. *in d. c. 5. sess. 14.* prohibeat Episcopis exercere officia Pontificalia in alienis diœcesibus, sequitur quòd in illis possit Episcopus celebrare in Pontificalibus cum Mithra, & Baculo, quia si celebrans non exerceat in aliis officia Pontificalia, quæ prohibuit Concilium, sed tantùm conficit sacrificium Missæ, cum ornamentis Pontificalibus.

3. Quod apertè probatur, nam in hac materia de qua loquimur, vt notant Cochier *de iurisd. in exemptos, part. 2. q. 1. num. 6.* Tamburinus *de iure Abbatum tom. 1. disp. 15. q. 14. n. 2.* & alij penes ipsum, locus exemptus, & locus extra diœcesim iudicantur à pari; ex quo statuit Tamburinus *q. 15. n. 1.* quòd Episcopi vigore prohibitionis Concilij *sess. 6. c. 5. & sess. 14. c. 2.* non possunt exercere Pontificalia in Ecclesiis exemptis suarum diœcesum; & tamen ipse Taburinus *n. 3.* concedit Episcopos posse in dictis Ecclesiis exemptis vti Pontificalibus insignibus, & ornamentis, & diuina Officia celebrare in Pontificalibus; quia asserit Tamburinus, supradicta facere sine aliquo exercitio, non est officia Pontificalia exercere, quæ prohibentur in dictis locis Concilij. Ergo, &c.

Sup. hoc infra in §. 4. illud, huius Res.

4. Et ideo posse Episcopum in aliena diœcesi celebrare in Pontificalibus, præter Couarruuiam *lib. 3. var. res. c. 20. n. 9.* & Henriq. *lib. 3. c. 6. n. 6.* docet etiam Hostiensis *penes glossam in Clem. Archiepiscopo, de pœnis, ver. etiam celebrare.* Tabiena *ver. Patriarcha, num. 4.* Syluester *eodem ver. §. Tertium,* & Barbosa *in Collectaneis tom. 3. lib. 5. tit. 7. Clement. 2. n. 6.* sic asserit Episcopus in aliena diœcesi potest Sacra Missarum solemnia in Pontificalibus celebrare. Hoc etiam docet Layman *in Theol. mor. lib. 1. tract. 4. c. 5. num. 5.*

5. His tamen non obstantibus, negatiuam sententiam tenendam esse puto, & ideo quoad Mithram docet Rieclus *part. 4. decis. 27. n. 7.* Barbosa *de potest. Episcopi part. 3. alleg. 80. n. 14.* & Erasmus Cochier *de iurisd. part. 2. q. 1. n. 8.* quòd Episcopus in locis exemptis illa vti non potest, nisi inuitatus, & facit mentionem de prohibitione Concilij Tridentini in locis citatis. Quoad Baculum verò, sic habetur in Cæremoniali Episcoporum *lib. 1. cap. 17.* Vtitur Episcopus Baculo pastorali in sua tantùm ciuitate, vel diœcesi, & etiam alibi, vbi consecrationes, aut ordinationes, vel benedictiones personales facere ei Apostolica auctoritate conceditur. Et hanc sententiam aliqui ita mordicus tenent, vt asserant non posse Episcopum loci concedere vsum Baculi, alteri Episcopo in sua diœcesi existenti; nisi in his, in quibus dicta verba Cæremonialis ex præscripto ordine necessariò requirant Baculum: Vide Campanili *in diu. iur. can. rubr. 9. c. 5. n. 3.* Et ratio quare Episcopi in aliena diœcesi celebrare minimè possint cum Baculo, & Mithra, est quia Baculus, & Mithra sunt signa iurisdictionis, *vt infrà* dicetur. Et ita nostram sententiam in terminis, vt asserunt, terminantibus firmat, & docet Fuluius Pacianus *de præl. lib. 2. cap. 29. n. 56. & 64.* qui omnino videndus est.

Sup. hoc infra in §. Quod spectat, huius Res.

6. Ad illud verò, quod pro contraria opinione adducebatur, nempe Episcopum posse celebrare pontificaliter in locis exemptis; respondeo ex Gratiano *tom. 3. c. 467. n. 29.* quod est dispar ratio inter locum exemptum intra propriam diœcesim, & inter diœcesim aliam; & sic potest Episcopus, vt obseruat Fuseus *de visit. lib. 2. c. 8. n. 6.* vti Baculo in locis exemptis, quod facere minimè potest in alienis diœcesibus. Et ratio est, quia in locis exemptis Episcopis conceditur propter reliquiam præcedentis subiectionis. Cùm per exemptionem, vt etiam notant Gonzales *in reg. 8. Canon. gloss 43. num. 187.* & alij, talia loca non desinant esse in prouincia, vel diœcesi propria.

7. Ad loca verò Concilij Tridentini superiùs adducta, respondeo ex *l. de interpretatione ff. de legibus, & cap. cùm dilectus, de consuet.* cum aliis adductis per

per Ioannem Marium Nauarrinum *in quæstionibus forensibus part.1. quæst. 85. num.11.* quòd consuetudo, quæ est optima legum interpres, ita interpretado, quæ est mentem Concilij; vnde Episcopi non celebrant pontificaliter in alienis diœcesibus sine Ordinarij licentia. Nec valet dicere, quòd hoc faciant propter quandam reuerentiam & decentiam debitam Episcopo diœcesano, & ideo ab illo licentiam petunt; quasi hoc efficerent Episcopi propter solam decentiam, quando Episcopi diœcesani licentiam celebrandi pontificaliter illis præbere nollent, vt sæpius accidit, quòd de facto ipsi celebrarent; sed hoc non audent facere; ergo non possunt. Neque propter decentiam, in tali casu credendum est Episcopos velle amittere iurisdictionem, si illam haberent.

8. Ad illud verò, quòd Episcopus celebrans in Pontificalibus, non exercet officium Pontificale, sed facit sacrificium cum ornamentis Pontificalibus; aliquis respondebit, quòd Baculus non solum est ornamentum, sed etiam signum supetioritatis, & officij; nam æquiparatur, vt notat Gratianus *tom.3. cap.467. n.6.* vexillo Crucis, quo vtitur Archiepiscopus. Et quòd, vt diximus, sit signum superioritatis, & iurisdictionis, docent apertè Tamburinus *de iure Abbatum, tom.1. disp.21. quæst.3. n.8.* Venerus *de exam. Episcop. lib.4. cap.10. n.22. & 23.* Pacianus *vbi supra*, & apparet in versibus, quos adducit glossa *in cap.vnico, §.finali, vers. propter historiam, de sacra vncti.* & sic asserunt:

In Baculi forma Præsul, datur hæc tibi forma.
Attrahe per primum, medio rege, punge per imum.
Attrahe peccantes, rege iustos, punge vagantes.
Attrahe, sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta.

Et in cæremonia consecrationis Episcopi, consecrans tradendo Baculum consecrando, sic ait: *Accipe Baculum pastoralis officij, vt sis in corrigendis vitiis pie lenions, in tranquillitate seueritatis censuram non deserens*, &c. Et in libello qui Ordo Romanus inscribitur, sic dicitur, *Accipe Baculum pastoralis officij potestatem ligandi atque soluendi, vt sis in corrigendis vitiis perseuerans*, &c. Vnde, quia Baculi curuatio in Episcopis limitatam, & coarctatam potestatem significat, ideo illo non vtitur Summus Pontifex, cùm potestatem habeat vniuersalem; vt notat, & docet Germonius *de sacra immun. lib.3. cap.5. num.108. & 110. & de Indulg. Cardin. §. Episcopus n. 25. & seq.* Cum doctoribus, quos citat Barbosa *in Collect. tom.1. lib.1. tit.15. cap.vnico, §.vngitur, num.15.* Ex quibus apparet, Baculum non solùm esse ornamentum, sed signum iurisdictionis, & superioritatis, vt etiam erat apud Prætores Romanorum, & apud Iudices Germanorum, teste Gratiano *d.decis.29. num.7.* & Gregorio Tholosano *de republica lib.6. cap.20. num.21.* Ergo nullo modo licitus erit eius vsus in aliena diœcesi, sine licentia Ordinarij.

RESOL. LXXVIII.

An actualis degradatio debeat fieri à proprio Episcopo, vel possit alteri Episcopo committi?
Et an prædicta degradatio necessariò fieri debeat ab Episcopo consecrato, & non sufficiat, quòd Episcopus sit tantum electus & confirmatus? Ex part.10. tract.11. & Misc.1. Res.50.

§.1. ACtualis degradatio, quæ est solemnis executio præfatæ sententiæ degradationis, fit necessario ab Episcopo consecrato, quia est actus non solùm iurisdictionis, sed ordinis, ex Ecclesiæ institutione consecrationi Episcopali annexus. Sicuti tradit Glossa communiter recepta *in cap. Transmissam, verb. De talibus.* Abbas, *num.4. de elect.* Tolet. *lib.1. cap.50.* Suarez, *disp.30. sect.1. num.8.* Sayrus *lib.5. cap.22. num.12.* Bonacina, *disp.4. punct. vnico, n.11.* Coninch. *disp.16. n.9.* Layman, *lib.1. Summ. tr.5. part.3. cap.5. num.5.* Difficultas est, an sit faciendа à proprio Episcopo; Et Bonacina *de Censur.* vbi suprà existimat, huius degradationis ministrum Episcopum proprium esse debere; neque posse alteri Episcopo consecrato vices suas committere: ductus illis verbis Concilij, & præsertim etiam ad actualem, & solemnem degradationem, &c. Verius censeo, alieno Episcopo committi hoc munus posse? quia verba Concilij, *Per seipsum*, denotant, non posse per Vicarium non consecratum fieri: non tamen excludunt, quin per alium Episcopum consecratum fieri possit, vt bene notauit Suarez *d.sect.1. n.18.* Layman *d. cap.5. numero 5.* & Machadus, *tom.1. lib.1. part.3. tract.12. document.2. num.2. & 3.* vbi sic ait: *La Degradacion actual, como consta del Concilio Tridentino, solamente la puede hazer el Obispo proprio por si; el qual no basta que este electo, y confirmado, sino que segun doctrina comun es necessario, que esté consecrado; porque este es acto contrario al orden, y assi solo el que puede ordenar, podrá degradar actualmente; y assi se colige del Derecho. Pero dudan, si el Obispo proprio puede delegar à otro Obispo la facultad de degradar à su subdito. Bonacina siente, que en rigor de Derecho no puede delegarla, porque el Concilio Tridentino, que le dà la dicha facultad, dize, Per seipsum, con que excluye toda delegacion, si bien afirma, que en esto se deve observar la costumbre, que huviere en cada parte. Mas otros Doctores defienden absolutamente, que la puede delegar, porque segun Derecho, Qui per alium idoneum facit, per seipsum facere videtur.* Itaque hæc opinio est probabilior, & magis communis, quam etiam præter Doctores citatos, tenet Castrus Palaus *tom.6. disp.5. punct.1. num.9.*

Quoad hoc infra in tr.5. ex doctrina Res.18. §.1. in fine, vers. & remitte-re.

RESOL. LXXIX.

An Episcopus præter casus in iure expressos propter aliud delictum enorme, & qualificatum, possit Clericum degradare, & tradere brachio seculari ad puniendum?
Et quodnam censeatur delictum enorme?
Et docetur, homicidium qualificatum Prælati, vel Sacerdotis, fratris, patris; item assassinium, furtum, sacrilegium, depredationem omnium bonorum, & similia; & generaliter omnia delicta, ob quæ pœna mortis iure Ciuili statuta est, si pluries repetita fuerint, enormitates continere. Ex part.10. tract.11. & Misc.1. Res.52.

§.1. PRo negatiua sententia 30. Doctores adducit Chartarius *in Decisionib. Archiep. decis. 66. num.48.* Et hæc sententia probatur *ex Capite, Cùm non ab homine de Iudiciis*, ponderando verba illa (*quibuscumque criminibus*) ex quibus apertè colligitur Iudicem sæcularem in omni crimine, quantumcumque graui, & enormi punire non posse Clericos? eos tamen deponendos esse? & si fuerint incorrigibiles, tradendos Curiæ seculari, atque ita delicti grauitas non sufficit, nisi accedat etiam incorrigibilitas. Idem patet *ex cap. de Liguribus 23. q.5. & ex cap. Tuæ, de pœnis*, & ex Clement. 1. *in pr. de pœnis.* Et hanc opinionem in crimine læsæ Maiestatis approbauit etiam Synodus Toletana 16. celebrata sexaginta, & vno Episcopis, anno Domini 693. sub Rege Flauio Egica, in ea enim Synodo Sigibertus Toletanæ Sedis Episcopus loco, & honore priuatus fuit, quoniam decreuerat Regem prædictum

non tantùm priuare Regno, sed etiam cum aliis Complicibus interimere, & Genti eius, vel Patriæ inferre cum urbium, & excidium: simulque perpetui exilij ergastulo relegatus: ita vt secundùm antiquorum Canonum Decreta, in fine vitæ suæ tantùm Communionem reciperet: excepto, si Regia eum pietas antea absoluendum statuerit: Et eadem pœnâ eadem Synodus, mulctandos esse voluit cæteros cuiuscumque Ordinis Religiosos, qui contra Principem talia egisse, vel definisse reperti extiterint; cuius Toletanæ Synodi mentionem facit Diaz, *c.119. vers. Tu autem* vltra prædictos & Beretra, *consil.76. post n.12.*

2. Verùm, his non obstantibus, pro affirmatiua sententia Chartarius *vbi suprà, n.10* affert plus quam 60. Doctores, quibus præter illos, quos ego adduxi *in part.1. tract.2. resol.130.* nunc adde doctum, & amicissimum Patrem Bardi, *de conscient. discept.6. c.2.§.17. num.7.* Layman *lib.1. tract.5. part.3. cap.5. in fine*, Baunium, *tom.2. tr.10. quæst.9. in fine.* Fernandez *in Apollia, part.2. cap.14.§.1. n.13.* Gauantum *in man. Episcop. verb. Degradatio, num.9* Bassæum *eod. verb. num.6.* Viualdum *in cand. tit. de Depositione, & Degradat. num.23.* Venerum *in Exam. Episcop. lib.5. cap.5. n.6.* & Castrum Palaum *tom.6. disput.4. punct. vlt. num.13.* vbi firmat, pro quolibet crimine enormi, & notabiliter scandaloso, Clericum etiam in Sacris degradari actualiter posse, & Curiæ sæculari tradi, quod experientiâ teste sæpè comprobatum est. Neque huic consuetudini obstat Textus *in cap. Cum non ab homine, de Iudiciis* exigens incorrigibilitatem, vt Curiæ Sæculari tradatur Clericus puniendus: quia Textus loquitur de quolibet delicto graui, ob cuius causam plerumque non est tradendus Clericus Curiæ sæculari, nisi adsit incorrigibilitas, non tamen in eo Textu prohibetur, quin Ecclesia possit ob enorme delictum, nulla expectata incorrigibilitate Reum Curiæ sæculari puniendum committere: quandoquidem ipsa Ecclesia non habet pœnam, quam imponere possit delicto dignam. Quòd si roges, quodnam censeatur delictum enorme? Respondeo, Iudicis arbitrio hoc remitti, vt dixit Iulius Clarus *lib.5. § fin. q.36. n.36.* Censerem autem esse delictum enorme homicidium qualificatum, scilicet homicidium Prælati, vel Sacerdotis, Fratris, Patris. Item assassinium, furtum, sacrilegium, deprædatione communium bonorum, & similia. Et generaliter omnia illa delicta, ob quæ pœna mortis iure ciuili statuta est, si pluries repetita fuerint, enormitatem continet; vt bene Layman, *l.1. summ. tract.5. p.3. c.5. in fine.*

Quæ nunc inuenietur in tom.9. tr.2. Resol.162. signanter in eius §.vlt. & ibi in Resol.55. & 328. §. & seqq.

3. Sed non deseram hîc apponere verba Iosephi Aldrete, viri doctissimi ex Societate Iesu, de Religiosa Disciplina tuenda, sic asserentis *lib.2. cap.25. n.8.* Nobis si quid in hac re arbitrari licet, valde probamus, quæ Gratianus ex Haymone profert verba. Sunt quædam enormia flagitia, quæ potius per mundi iudices, quam per Antistites, & Rectores Ecclesiarum vindicantur, sicut est, cùm quis interficit Pontificem Apostolicum, Episcopum, Presbyterum, siue Diaconum: huiusmodi Reos Principes mundi damnant. *capit. Sunt quædam 23. quæst. 5.* Multaque alia in eam sententiam profert Abbas, Panormitanus, quibus Decius ex Aretino satisfacere nititur; & non est huius operæ, nec loci diffusè examinare: quod si non contendendi animo expendantur: facilè suadebunt Abbatis sententiam optimo Iure fulciri. Nec audiendum Philippum Decium, qui contrariam de Iure veriorem affirmat, *c.5. At si Clerici n.153.* Quoniam idemmet fatetur, Abbatis sententiam habere magnam æquitatem, vt delicta debitâ pœnâ mulctentur, & iuxta grauitatem puniantur. Nam quæ sententia magnam habet æquitatem, eadem potior in Iure est, cùm Ius sit ars boni, & æqui *leg.1. de Iust. & Iure*, & id prævalere debet: nam & si scriptum legis eam sententiam efficeret; tamen legislatoris mentem aliud velle credendum est *leg.13. de excusatio. Tutorum*, & licet edicti verba non patiantur, sententia tamen seruanda est, *leg. quamuis de in ius vocando.* Et verba quantumcumque generalia, & ampla Iuris recipiunt interpretationem, *leg. Diuus Traianus de Testamento Militis*, vbi Bartolus id notauit, & Alexander *cons.33. n.1. vol.1.* Sed etiam id secundùm rationem naturalem, Iuris constitutionem æquum non est, vt pari supplicio furtum, & parricidium puniatur; cùm pro mensura peccati sit plagarum modus imponendus *c. Non offeramus 24. q.1.* quod credi non potest fuisse ea decretali constitutum. Didacus item Couarruuias qui libenter primæ opinioni accedit, nixus verbis eiusdem decretalis, quasi dicant, in omni crimine quantumcumque graui, & enormi (ea tamen verba ab eo fideliter non referuntur) & nihilominus admittit, & inficiari se non posse ait, quin in aliquo homicidio, vel alio crimine ita Reipublicæ perniciosо, quòd pro loci, temporis, & personarum qualitatibus prudentis Iudicis arbitrio postulet, iustissimè traditio fiat, vt à sæculari potestate Clericus puniatur. Atqui id ipsum est, quod secunda sententia asserit; quia non temerè id fieri concedit. Quòd si hoc negari non potuit; nec etiam, quòd sicut is casus excipitur, etiam omnes illi similes, in quibus criminis grauitas, & exempli enormitas exigunt, vt crimen non maneat impunitum, vt illa enormia flagitia per Mundi Iudices puniantur, vt ex Haymone tradit Gratianus *in d. cap. Sunt quædam 25. q.5.* Cui sententiæ minimè obstat decisio *cap. Cum non ab homine de Iudiciis*, qua contrariam tenentes nituntur. Vera namque illius Decretalis explicatio est, à Romano Pontifice fuisse quæsitum, quod initio illius Text. his verbis dicitur. Vtrum liceat Regi, vel alicui sæculari iudicare Clericos cuiuscumque Ordinis, siue in furto, siue in homicidio, vel periurio, seu quibuscumque criminibus fuerint deprehensi: Respondet Romanus Pontifex, non debere, sed esse priùs deponendum ab Ecclesiastico Iudice; deinde si adhuc fuerit incorrigibilis, esse excommunicandum; contumacia crescente, fore anathematis mucrone feriendum; quòd si contempserit, tunc per Iudicem sæcularem fore coërcendum. Itaque in ea Decretali sine actuali Degradatione permittitur Iudici sæculari, vt Clericum puniat incorrigibilem depositum excommunicatum, & anathematizatum. Est igitur quæstioni propositæ responsio accommodata nulla facta de degradatione mentione, sed huiusmodi incorrigibilem sine illa posse à sæculari Iudice in eo casu puniri. Hanc expositionem tradunt ibi Ioannes Andreas, *n.1.* Abbas, *n.27.* Imola, *n.6.* Felinus, *n.9.* Decius, *n.70.* Couarruuias *in Practicis, cap.32. n.2. vers. Secundo est.* Bernard. Diaz *141. data incorrigibilitate n.4.* Qui & Couarruuias dicunt communem, & planè negari non potest. Iulius Clarus. *§. fin. quæstione 36, & 37.* Farinacius *1. tom. quæst.8. n.50.* Decianus *lib.4. c.9. num.230. tractat. criminal. tom.1.* Præscribitur itaque forma, qua seruata sine degradatione possit Iudex sæcularis Clericum punire. Nihilque agitur de eo, quando possit illum Episcopus degradatum sæculari tradere puniendum. Ex hac vera illius declaratione colligitur, quòd solùm permittitur sæculari Iudici de causa Clerici sine degradatione cognoscere, & illum punire; non verò prohibetur Ecclesiastico Iudici, quòd pro criminis grauitate possit formam aliam in puniendo Clerico seruare, nimirùm non expectata incorrigibilitate, si criminis grauitas postulauerit actualiter degradare, & tradere Curiæ sæculari: qui enim ordo Iudici sæculari præscribitur, non extenditur ad Ecclesiasticum: nec Iudicis Ecclesiastici ligat manus, quominus, si aliud

expedi

expedire visum fuerit, non faciat. Itaque is casus à Canone omissus iuris dispositione est regulandus. Atque ita visus, & consuetudo optima Legum interpres, hanc explicationem approbauit; vt ex supracitatis Authoribus patet, qui referunt pluries ita fuisse vsu receptum. Atque in aliis casibus non expectatur incorrigibilitas, neque illa forma obseruatur, vt possit Clericus sine degradatione puniri, vt *cap. Cum non ab homine cap. Perpendimus de sentent. Excommunicat.* Couarruuias *d. c. 32. n. 2. in Practicis.* Sed etiam illud autim affirmare, illam procedendi formam traditam *in d. cap. Cum non ab homine de Iudiciis* numquam fuisse seruatam in foro Ecclesiastico; quòd si aliquando fuerit admissa, id fuisse rarissimum; cùm vere valde difficile sit, illum ordinem seruare; indicio esse potest, quod Innocentius IV. & alij eum sequi, tradunt in eo capite, post depositionem esse Clericum minori excommunicatione feriendum, postea maiori ligandum, sub anathematis nomine comprehensam; quia explicationem excluſit, Abbas, Panormitanus, & de ea agit Decius, & Couarruuias *in c. Alma mater. 1. part. §. 8. n. 7. vers. Subinde*, qui receptam asserit esse opinionem, de excommunicatione maiori esse intelligendam Decretalem & secundam de Anathemate, quod excommunicationem solemnem, diratum imprecationem, & maledictionum execrationem publicam continet. Insuper, vt excommunicatione ligari possit Clericus, monitio trina esset præmittenda, vel vna peremptoria pro tribus: hæc autem fieri debebat postquam depositus apparet incorrigibilis; nam sine ea pro præteritis culpis excommunicatio ferri non potest. Hæc omnia, & alia suadent, difficilem reddi illius decretalis formam, vt credamus, non fuisse vsu receptam, quoad præscribendam formam Iudici Ecclesiastico, vt eam eo modo seruaret, vt possit Clericum tradere Curiæ sæculari. Ideóque Prosper Farinacius *d. tom. 1. quæst. 8. num. 50.* ex Bossio *in Praxi, tit. de foro competent. num. 133. in fin.* & ex Sigismundo Scaccia, *de Iudiciis, lib. 1. cap. 11. num. 53.* tradit, rarò fuisse formam *d. cap. vsu receptam.* Nos addimus in proptio, & germano sensu receptissimam, vt nunquam Iudex Sæcularis possit sine illa forma, vel traditione à Iudice Ecclesiastico facta, vel in aliis casibus à Iure expressis, Clericorum crimina punire, sed propriis Iudicibus punienda remittere. Hucusque Aldrete *vbi suprà*, quæ omnia valde notanda sunt. Vnde in rigore loquendo, non esset damnandus Episcopus, qui hanc sententiam sequi vellet, cùm inter Theologos & Iurisconsultos sit communissima; tamen ipsis consulerem, vt in re tam graui ad Pontificem recurrerent. Et ita me citato, tenet etiam inter præstantissimos Iurisconsultos Hispaniæ eruditus Torreblanca, *in Practica Iuris Spiritualis lib. 15. cap. 4. num. 55.*

RESOL. LXXX.

An Episcopus consecrando Chrisma, vel oleum, seu conferendo Ordines minores in peccato mortali peccet mortaliter?

Et aduertitur Episcopum consecrantem Ecclesiam in peccato mortali non peccare mortaliter.

Idem dicendum est, si Virgines, Vestes, Calices, & similia consecret in mortali.

Et an prima tonsura, & quatuor minores Ordines sint Sacramenta? Ex parte 3. tractatu 6. & Misc. 2. Resol. 67.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Didacus Nugnus *in 3. part. tom. 1. q. 64. art. 6. dissic. 2. concl. 3.* Ledesma *in sum. tom. 1. cap. 6. de Sacram. in genere, dub. 10.* Ioan. Medina *C. de pœnit. tract. 1. quæst. 6.* Cabrera *de Sacr. quæst. 64. art. 6. disp. 1. §. 7. num. 60.* & Syluius *in 3. part quæst. 64. art. 6. quæritur 1. concluſ. 5.* quia consecrationes istæ per se pertinent ad potestatem ordinis Episcopalis, celebrantúrque in Ecclesia cum magna reuerentia.

Sup. hoc in Resl. seq. & supra intr. Resl. 15. §. vlt.

2. Sed tu contrariam sententiam tanquam probabiliorem, tene, quam docet Fernandez de Heredia *disp. de Sacram, in genere, part. 10. dub. 3. n. 4.* Io. de la Cruz *in direct. conscient. part. 2. de Sacram. in genere, q. 4. dub. 3. concluſ. 1.* Coninch. *de Sacram. q. 64. art. 6. dub. 1. n. 39.* Suarez *in 3. part. tom. 3. disp. 16. sect. 3.* & Villalobos *in sum. tom. 1. tr. 4. diffic. 14. num. 6.* vbi sic asserit: *El Obispo si bendixesse la chrisma, ò el olio, aunque estuviesse en pecado mortal, no pecara mortalmente, si no ay escandalo, ò menosprecio, sino solo venialmente. Porque en esto no se ha como ministro de Dios para santificar almas, y an si no es la cosa tan grave.* Vnde patet responsio ad argumentum contrariæ sententiæ.

3. Sed quæres, an Episcopus peccet mortaliter, si in peccato mortali conferat ordines minores. Affirmatiue respondent Ledesma *in sum. tom. 4. c. 6. de Sacram. in genere, dub. 10.* vbi sic ait: *El Obispo que haze ordenes menores en pecado mortal, peca mortalmente, porque el Obispo esta consagrado con especial consagracion, para aquel ministerio, y las ordenes menores esse Sacramentum*, & hi sunt Layman *in Theol. mor. lib. 5. tr. 9. c. 4. n. 4.* Fabrus *de Sacram. Ordinis in 4. sent. dist. 14. q. 1. disp. 1. c. 3. n. 64.* Villabos *in sum. tom. 1. tr. 21. diffic. 3. n. 2.* Filliuc. *tom. 1. tr. 9. c. 1. n. 82.* Coninch. *de Sacram. disp. 21. dub. 6. n. 47.* Valentia *tom. 4. disp. 9. q. 1. punct. 4.* Io. de la Cruz *in direct. consc. p. 2. de Sacram. Ordinis, dub. 2. concl. 3.* & alij penes ipsos.

Sup. contento in hoc §. in tom. 2. tr. 5. lege Resl. 119.

4. Negatiuam sententiam docet Nugnus, Coninch, Suarez *vbi suprà*, & Syluius *concl. 3.* sic assérens: Exercere functiones minorum Ordinũ in mortali non est mortale, quia non ita sunt propinqui Sacramento altaris, vnde & illorum officia sunt imperfecta in genere sacri ministerij. Ita ille. Quibus adde primam tonsuram & quatuor Ordines minores non esse Sacramentum secundùm Vasquez *in 3. part. tom. 3. disput. 237. cap. 2.* & alios penes ipsum, quorum opinionem probabilem vocant etiam DD. contrarij Ergo Episcopus conferens Ordines minores in peccato mortali non peccabit mortaliter.

Sup. his supra in tr. 1. ex doctrin. Resl. 65. §. 2. à lin. 19. & in aliis eius annot. & in §. Sed circa. & in aliis eius annot. Et sup. contentis in hoc §. vlt. in Resl. seq. paulò post initium.

5. Notandum est hic obiter à fortiori contra Ioannem Medinam *C. de pœnit. tract. 1. quæst. 6.* Episcopum consecrantem Ecclesiam in peccato mortali, non peccare mortaliter. Et ita docet Syluius *vbi supr. in 3. part. quæst. 64. art. 6. quæritur 1. concl. 6.* Filliucius *tom. 1. tract. 1. cap. 6. num. 87.* Coninch. *de Sacram. quæst. 64. art. dub. 1. n. 39.* & alij *vbi suprà.* Idem dicendum est, si Episcopus sacramentalia, quæ non sunt actus ordinis, faceret in mortali vt tonsurare, iurisdictionem fori exterioris exercere, virgines, vestes, & calices consecrare, & similia.

RESOL. LXXXI.

An Episcopus consecrans Chrisma, & benedicens oleum ad infirmos in statu peccati mortalis peccet mortaliter?

Et quid dicendum de consecrante Aram, Calicem Ecclesiam, &c. in peccato mortali, an etiam peccet mortaliter? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Resl. 73.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet nouissimè Pater Ioannes de Lugo *de Sacrament. in genere, disputat. 8. sect. 9. num. 156.* vbi sic ait: Infero quartò

Sup. contento in hac Resl. in §. 1. 2. & vlt. præce-

dentis Resol. & supra in tr. 1. Res. 15. §. vlt.

quarto Episcopum consecrantem chrisma, & benedicentem oleum infirmorum in statu peccati, peccare mortaliter. Hoc est contra Vasquez *c. 4. n. 48.* qui eodem modo loquitur de consecratione Ecclesiæ, ac de consecratione chrismatis. Ego tamen iuxta supradicta magnum discrimen inuenio, nam consecratio Ecclesiæ, vel aræ, aut calicis (& idem est de benedictione corporalium, vestium sacrarum, &c.) non sunt actiones verè sacramentales, quibus vllo modo conficiatur Sacramentum, quales sunt consecratio chrismatis, & benedictio olei, per quas licèt non perficiantur sacramenta Confirmationis, vel Extremæ Vnctionis, incipiunt tamen fieri per illas. Suppono enim materiam Confirmationis esse chrisma ab Episcopo consecratum, & materiam Extremæ Vnctionis esse oleum benedictum. Ipsa ergo consecratio, vel benedictio constituit materiam illam in ratione materiæ, atque adeò sicut forma aquæ constituit aquam in ratione materiæ Baptismi, sic consecratio illa constituit materiam illorum Sacramentorum in ratione materiæ validæ. Sicut ergo consecratio Eucharistiæ requirit in omnium sententia statum gratiæ, quando fit, licèt tunc non applicetur Sacramentum, quia nimirum tunc Sacerdos ponit materiam proximam sacramenti Eucharistiæ, quæ postea, quando applicatur, dat gratiam; sic videtur dicendum de consecratione chrismatis, per quam Episcopus ponit materiam Sacramenti, quæ postea dat gratiam. Nam si res attente consideretur, postea non datur gratia solum intuitu verborum, vel actionis Episcopi, aut Presbyteri vngentis, sed etiam intuitu chrismatis, vel olei vt benedicti ab Episcopo, atque adeò intuitu benedictionis præteritæ: ergo illa actio Episcopi benedicentis partialiter concurrit ad gratiam, quæ tunc non datur intuitu olei secundùm se solùm, sed olei vt benedicti, hoc est, olei, & benedictionis: ergo Episcopus benedicens non minus sua actione concurrit ad sanctificationem eorum, qui vnguntur, quàm Episcopus, vel Presbyter vngens, atque ideo non minus requiritur gratia in illo, quàm in his, sed eo magis, quo illa vnica actio benedictionis est causa vniuersalior, extendens se ad sanctificationem plurium, cùm hæc actio vngendi non se extendat nisi ad sanctificationem vnius in particulari. Huc vsque Lugo, & ante illum Henriquez *lib. 10. cap. 13. num. 5.*

2. Sed sententiam negatiuam tenent communiter cæteri Scriptores Societatis, & ideo non solùm illam docet Vasquez, sed etiam Suarez, quem citat & sequitur Granado *in 3. part. de Sacrament. in gen. contr. 3. tract. 5. num. 7.* vbi sic ait. Meritò recentiores idem sentiunt de Episcopo conficiente chrisma, aut consecrante Ecclesiam in mortali, non enim est quòd grauiter iste obligetur ad habendam contritionem, vel confitendum, vt eas actiones sanctè exerceat. Ite ille. Hanc sententiam docet Hurtado *de Sacrament. in gen. disput. 4. difficult. 10.* Coninch *de Sacrament. quæst. 64. art. 6. dub. 1.* Præpositus *in 3. part. quæst. 64. art. 6. dub. 1. n. 57.* Mæratius *tom. 3. de Sacrament. in gen. disp. 8. sect. 2. in fine* Tannerus *tom. 4. disp. 3. quæst. 4. dub. 3. num. 74.* & alij, quibus ego libenter adhæreo, rationibus quas penes ipsos videbis.

RESOL. LXXXII.

An si Episcopus omittat aliquam cæremoniam appositam in Pontificali pro benedictione Chrismatis, dicatur, hoc non obstante, Chrisma benedictum? Ex p. 6. tr. 8. & Misc. 3. Res. 21.

§. 1. SVppono quod licèt aliqua benedictio in confuso requiratur ex Christi institutione vt Chrisma sit debita materia Sacramenti Confirmationis & Extremæ-Vnctionis, nulla tamen in particulari sit ab eo determinata; sed modus benedictionis Ecclesiæ sit relictus, vnde is modus sufficit pro validitate Sacramenti, quem designat Ecclesia, qui pro temporum & regionum varietate potest esse alius, atque alius, & fieri potest vt benedictio vno tempore sufficiens non sufficiat, alio Pontifice prohibente, & irritante talem benedictionis modum. Hoc supposito quæritur an si aliquid in Rituali positum pro benedictione Chrismatis Episcopus omiserit, Chrisma desinat esse benedictum? Respondeo more meo breuiter, & resolutoriè, non propterea Chrisma non censeri benedictum quòd Episcopus fortè aliquid in Rituali positum omiserit: quia Ecclesia non ita videtur requirere, vt omnia dicantur vel seruentur quæ sunt præscripta; vt benedictio reddatur irrita si quid fortè omittatur. Non videtur igitur probabile Ecclesiam de facto velle omnes ritus confectionis Chrismatis esse essentiales: quia alias, si quis per aliquam distractionem, quod in tam multis ritibus facile posset accidere, aliquid omitteret, inualidè Chrisma conficeret, & consequenter per illud inualidè confirmaret, quod esset valde incommodum, nec Ecclesia potest censeri hoc velle. Itaque cùm non possit discerni in benedictione Chrismatis, quæ verba aut ritus sint essentialia, & quæ non, cùm non sit maior ratio de his, quàm de illis; obseruatio totius tantùm videtur ex præcepto Ecclesiæ, atque ita validè, etiamsi illicitè alio ritu consecraretur, dummodò fieret sufficiens olei & balsami commistio, & Spiritus sancti inuocatio. Et ita hæc omnia docet Ioannes Præpositus in *3. part. D. Thomæ, quæst. 72. art. 3. dub. 1. num. 21.* Coninch *de Sacrament. quæst. 72. art. 3. dub. 1. concluf. 4. n. 47.* Suarez *tom. 3. disp. 33. sect. 1. §. Restat verò.* Filliuc. *tom. 1. tract. 3. cap. 12. num. 12.* & alij, quibus ego etiam calculum meum adiungo.

Sup. to. Resol. Aduert.

RESOL. LXXXIII.

An Episcopus possit erigere Collegiatam cum nouis Canonicis, vel addere nouum numerum Canonicorum aliis antiquis?

Et in tali casu, an possit Episcopus insignire supradictos Canonicos signo illo, quod vulgo dicitur Almutica, *seu* Capuccio, *vel* Zambarda, *sine aliqua Sedis Apostolicæ licentia?* Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. Resol. 38.

§. 1. NEgatiuam sententiam mordicus sustinet Aloysius Riccius *in decisionibus Curiæ Archiep. Neapol. part. 3. decis. 66.* docet enim *ibi* Episcopum non posse creare nouos Canonicos: & citat Baldum *consil. 91. n. 10. lib. 1.* Bursatum *cons. 27. n. 4. & cons. 110. n. 6.* cum aliis.

2. Verum contrariam sententiam docet nouissimè Ioan. Maria Nouarius *in quæstionibus forensibus, part. 1. quæst. 24. num. 4.* vbi probat posse Episcopum nouum constituere Canonicorum numerum, & Collegium nouasque creare dignitates, & citat Zerolam *in praxi Episc. verb. Episcopus q. 17.* & Selvam *de benef. part. 2. q. 23. n. 16.* & addit Nouarius, quòd in tali casu Episcopus potest insignire supradictos Canonicos signo illo, quòd vulgò dicitur *Almutica*, seu *Capuccio*, vel *Zambarda* sine aliqua Sedis Apostolicæ licentia. Ita ille.

RESOL.

RESOL. LXXXIV.

An Episcopus possit præbere licentiam legendi libros qui prohibiti sunt, donec corrigantur, non obstante Bulla Gregorij XV. & Vrbani VIII.

Idem est de Inquisitoribus.

Et notatur libros non omnino prohibitos, sed cum clausula donec expurgentur, posse retineri, donec oportune eorum correctio, aut expunctio, sit undata.

Et aduertitur libros de hæresi suspectos, siue propter suspicionem prohibitos, nisi suspicionem eluerint, non licere legere sub peccato mortali; suspicionem autem hæresis incurrunt libri, qui continent propositiones hæresim sapientes, malè sonantes, temerarias, vel scandalosas, ex quibus error nasci, aut inferri possit.

Et an quis teneatur denunciare S. Officio, si sciat, verbi gratia, Titium legere, & retinere libros non ob hæresim, seu eius suspicionem prohibitos, sed ob aliam causam, vt sunt relationes Antonij Perez, & alij similes?

Et aduertitur retinentes libros prohibitos contra bonos mores, & continentes res lasciuas, non esse denunciandos.

Et an legens alios libros prohibitos, seu suspensos ex alia causa, quam hæresis, aut eiusdem suspicionis incurrant excommunicationem, aut aliam pœnam?

Et tandem docetur, quod obseruantia, & consuetudo subsequens declarat verba legis, statuti, &c. Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. Res. 62.

§. 1. hoc tom. 4. Resol. 8. Aduerte.

CAsus est practicabilis, curiosus, & à paucis pertractatus: Et affirmatiuam sententiam inuenio in Decisionibus Mutinensibus, quarum auctor fuit Pater Raphaël Castellus Societatis IESV *lib. 1. q. 13.* vbi sic habetur; Stante decreto Gregorij XV. de licentiis librorum prohibitorum reuocatis, an Episcopi, & inquisitores possint aliquam licentiam dare?

2. Videtur dicendum posse licentiam dare librorum corrigendorum, cum in Decreto Gregorij XV. sit sermo de libris prohibitis, & sic in absoluto, & stricto suo significatu, scilicet quod sint simpliciter prohibiti.

3. Et facit Homobonus *tr. 11. q. 15. res. 4. versus finem*: vbi ait; Aduertendum est etiam, non obstante Sanctione prædicta à doctis, integræque fidei viris ex vrbe referri, libros qui non sunt hæreticorum, nec de hæresi tractant, neque contra fidem falsa vel suspecta dogmata continent, aliqua tamen alia ex causa prohibiti sunt, posse viris dignis ab Episcopo, vel inquisitore permitti, qui quidem gratis, & scripto sua manu subsignato tribuent, & de triennio in triennium facultatem renouabunt, iuxta §. 2. Indicis librorum. At in foro conscientiæ illam licentiam oretenus habere, sufficere videtur per ea, quæ tradit Gambac. *de casibus reseruatis cap. 3. numer. 25.* Hucusque Decis. illa Mutinen.

4. Sed hanc sententiam ego non approbo; Primò quia verba Pontificis in Bulla absoluta & generalia sunt, & vbi lex generaliter loquitur, generaliter intelligenda est, vt patet *in leg. de preti de publ. in vers. adl. l. fraudem §. vlt. ff. de testam. mil. l. 1. §. generaliter ff. de legat. præst. l. 1. §. quod autem, ff. de alimen. l. fin.* vbi Angelus *C. de dotis promiss. cap. finite §. fin. de maiorit. & obed.* & obseruat Narbona *de* appellatione à Vicario ad Episcopum *p. 1. num. 27.* Marcus Antonius *variar. res. l. 3. res. 18. num. 3.* & alij. Et ideò vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, vt patet *ex l. non distinguimus ff. de recept. arbitr. l. Præses, ff. de offic. Præsidis, l. 2. §. conuenire, ff. de indic. Quos prohibet, ff. de postulando, l. 1. §. generaliter*, vbi Gloss. *verb. in infinitum ff. de legat. præst.* & docet Surdus *cons. 51. num. 7.* Escobar *de Ratiocinijs cap. 18. num. 42.* Ioseph Aldrete *de religiosa disciplina tuenda lib. 2. c. 28. n. 11.* Sousa *in Bull. Cœnæ, c. 2. disp. 8. n. 1.* & alij.

5. Probatur secundo nostra sententia, quia, vt asserunt Doctores, obseruantia subsequens declarat verba legis, vnde statuta è praxi, & obseruantia ipsorum, atque ita prout retro practicata, & obseruata fuerunt, interpretanda, & vel restringenda vel extendenda veniunt, Guid. Papæ *decisio Gratianopolit. 30. n. 1. & 2.* Heigius *q. 17. num. 44. lib. 2.* Carol. de Grassis *de except. ad mater. statutor. except. 1. n. 13.* Aymo Crauetta *consil. 735. num. 14. part. 4.* Tiberius Decianus *respons. 32. num. 17. vol. 2.* Hartmannus Pistoris *quæst. 16. n. 11. num. 18. lib. 1.* Sic enim de legibus *in l. 37. ff. de legib.* pro regula traditur; Si de interpretatione legis quæratur in primis inspiciendum esse, quo iure ciuitas retro in eiusmodi casibus vsa fuerit, cùm optima legum interpres sit consuetudo. Ita quoque idem ad statuta transferendum & accommodandum erit. Vsque adeo, vt interpretatio statutorum è consuetudine, praxi & obseruantia desumi debeat, etiamsi proprietas verborum statuti pugnet, Ioan. de Amicis *cons. 42. n. 16. & 17.* Ernest. Cothmann. *resp. 48. n. 24. vol. 4.* Alderan. Mascard. *de general. statutor. interpretat. concl. 2. num. 156.*

Sup. hoc melius infra in Resol. 86. §. penult. ad medium, vers. Quod confirmatur, & latissime in aliis eius not.

6. Sed in nostro casu consuetudo & obseruantia subsequens interpretata est verba Bullæ felicis memoriæ Vrbani VIII. non solum includere libros absolutè prohibitos, sed etiam prohibitos donec corrigantur. Ergo, &c. Minor patet ex praxi & stylo tribunalis Sanctæ Inquisitionis, quòd ipsum solùm præbet licentiam legendi libros prohibitos donec corrigantur: nec aliquis Episcopus ausus est post Bullam Vrbani & Gregorij XV. talem licentiam præbere. Ergo, &c. Vnde me citato hanc sententiam tenet nouissimè Ignatius Lupus *de edicto S. Inquisitionis p. 4. l. 25. dist. 7. art. 2. diffic. 1.* vbi sic ait; Notandum itaque Gregorium XV. edidisse Constitutionem (incipit; *Apostolatus*, cui concordat item constit. Vrbani VIII. eodemque modo incipit (in quibus omnes, & quascunque licentias legendi, atque habendi libros quomodolibet prohibitos omnino reuocant. Simulque præcipit, vt infra duorum mensium spatium: ij qui huiusmodi libros habuerint, eos ad Episcopum, seu Inquisitorem deferant, qui illos quanto citius comburere debet; quæ sanè constitutio obligat etiam ad denunciationem detinentium dictos libros: & adimit facultatem concedendi licentiam, nisi à Congregatione S. Off. Romæ concedatur.

7. Verùm non obstante constitutione prædicta à viris doctis, integræque fidei ex vrbe, vt refert Homobon. *de Examine Ecclesiastico t. 2. tr. 11. q. 15. ibi 49. res. circa fin.* habetur, libros, qui non sunt hæreticorum, nec de hæresi, neque falsis dogmatibus contra fidem: aliqua tamen alia ex causa prohibitos posse viris dignis ab Episcopo, vel Inquisitore permitti; qui quidem gratis, & manu sua (scripto subsignato) tribuent, & de triennio in triennium facultatem renouabunt iuxta Indicem librorum prohibitorum, vbi de instructione eorum, qui libris tum prohibendis tum expurgandis dari sunt operam §. 2. incipit, *Si qui erunt*: Hæc autem licentia deseruiet pro foro exteriori; At pro foro interiori

inferiori conscientiæ facultas ore tenus habita sufficere videtur per ea quæ tradit Gambarupta *de casibus reservatis cas.3. n.21.* Hæc ita paulo priùs practicabantur: hodie autem hanc facultatem concedit solum Sacr. Congreg. ex Constitutione Vrbani VIII. incipit eodem modo quo illa Gregorij XV. videlicet *Apostolatus noster, &c.* Hactenus Lupus. Vnde caueant Episcopi sententiam affirmatiuam in praxim deducere.

8. Nota etiam hîc Marchantium *in Tribun. Sacram. tom. 2. tr. 2. tit. 2. disp. 4 dub. 5.* docere, libros non absolutè prohibitos, sed cum clausula *donec expurgentur*, posse teneri, donec opportunè eorum correctio aut expunctio sit indulta, quod ego approbo, si diligentia moraliter adhibeatur pro licentia obtinenda: nam si non adhibeatur, vel adhibita denegata fuerit, erunt dicti libri Inquisitoribus consignandi, nec possunt propria auctoritate comburere, vel eluere, vt patet ex constitutione dicti Gregorij XV.

9. Nota etiam, dictum Marchant. *vbi suprà*, sic asserere, libros de hæresi suspectos, siue propter suspicionem hæreseos prohibitos, nisi suspicionem eluerint, non licere legere sub peccato mortali, nullam tamen lego excommunicationem latam, vbi sola est de hæresi suspicio. Suspicionem autem hæreseos incurrunt illi libri, qui continent propositiones hæresim sapientes, malè sonantes, temerarias, vel scandalosas, ex quibus error nasci, aut inferri potest. Ita ille.

10. Sed Lupus *vbi supra de edict. 8. Inquisitionis p. 4. dist. 6. art. 3. d. diffic. 1.* docet, Legentes libros ob hæresim, aut suspicionem ipsius prohibitos, non solum peccare mortaliter, sed in excommunicationem incidere, & esse Inquisitoribus denunciandos.

11. Sed hîc obiter quæro dubium curiosum, an quis teneatur denunciare S. Officio, si sciat v.g. Titium legere, & retinere librum non ob hæresim, seu ex eius suspicione prohibitum, sed ob aliam causam, vt sunt relationes Antonij Perez, & alij libri similes. Et videtur negatiuè respondendum ex doctrina Cæsaris Carenæ *p. 2. tr. 10. §. 10. n 66.* asserentis, vt ego alibi notaui, retinentes libros prohibitos contra bonos mores, & continentes res lasciuas, non esse denunciandos. Et ita docet etiam Ignatius Lupus *in Edict. Inquis. p. 1. l. 25. dist. 8. art. 2. diffic. vnic.* Et nouissimè Pater Bordonus *in Sacro Tribunali, c. 14. q. 38. n. 78.* sic ait: Quæres an legens alios libros prohibitos, seu suspensos alia ex causa quam hæresis, aut eiusdem suspicionis incurrat excommunicationem, vel aliam pœnam, Exempli gratia, an sit excommunicatus legens librum prohibitum propter obscœnitates, vt Ioannis Baptistæ Marini *lib. Adone*, eiusdem *gli Amori notturni* 4. Febr. 1627. Item propter aliquas citationes falsas adductas nomine Sacræ Congregationis, vel propter alios fines, vt Augusti Barbosæ Remissiones super Tridentinum, & eiusdem Bullarium. Item ad euitandas discordias inter aliquos de Iurisdictione, sic prohibentur aliqui libri cum nouis iuribus adinuentis, ex quibus compacta pax facilè dissolueretur, &c.

Alibi in to. 5. tr. 9 Res. 99. à principio.

12. Respondeo in his casibus nulla imposita est censura contra legentes huiusmodi libros, aut scripta prohibita, vt colligitur ex verbis subsequentibus in dicto indice, ibi? *Qui vero libros alio nomine interdictos legerit, aut habuerit, præter peccati mortalis reatum quo afficitur, iudicio Episcoporum, seuerè puniatur.* In edictis autem Inquisitorum non comprehenduntur huiusmodi libri, quia vt patet ex verbis relatis *sub q. 23.* comprehenduntur libri tractantes de hæresi, aut de illa suspecti, & non alij. Hucusque Bordonus.

13. Sed ego, vt verum fatear habeo magnam difficultatem circa doctrinam horum Doctorum, stante eo quod obseruat Selelles *de S. Officio tom. 1. lib. 1. c. 29. reg. 145. n. 214.* vbi sic ait: Dubium excitari posse videtur circa habentes, legentes; &c. libros prohibitos ob aliam causam, præter hæresim, an ad iurisdictionem Inquisitorum pertineant. Ratio dubitandi insurgit ex Bulla sæpius adducta Pij IV. *Dominici Gregis*, vbi quando hoc negotium ad Episcopos, seu Ordinarios spectet, & non ad Inquisitores, expressis verbis sic disponitur. Qui autem, inquit, libros alia de causa prohibitos legerit, habueritve, præter peccati mortalis reatum, Episcoporum arbitrio fore se nouerit puniendum. Atque idem habetur expressè in fine Regulæ X. Indicis. Nihilominus post dispositionem Bullæ Pij IV. & Regulæ X. Indicis prodiit iussu S. Congregationis S. Officij Vrbis edictum cum peculiari forma, quo Inquisitores præcipiunt sibi denunciari habentes, legentes, imprimentes, ac defendentes libros, non solum hæreticorum, aut ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem, sed etiam quocunque modo, seu ob aliam causam prohibitos, vt transgressores pro qualitate delicti & personæ puniant. Ita ille. Vnde hoc stante opinio Carenæ & Bordoni non videtur amplectenda.

14. Certum tamen esse puto, quòd qui assereret libros ex præscripto S. Inquisitionis prohibitos in conscientia retineri posse, quando libri non continent doctrinam contrariam fidei, aut Sacræ doctrinæ, vti assertor propositionis scandalosæ, & temeriariæ, à S. Officio grauiter esset puniendus, vt dixit P. Turrianus *select. d. p. 1. in censura propositionum cent. 4. dub. 17.* vbi addit talem assertorem esse S. Officio denunciandum. Et ita ego prorsus teneo.

RESOL. LXXXV.

An Episcopus possit visitare Regularem, vt Parochum, vel Vicarium in Ecclesia sui Monasterij inseruientem, aut in Ecclesiis aliis Parochialibus exemptis Vicarium agentem? Ex part. 11. tr. 2. & Misc. 2. Res. 14.

§. 1. EX multis priuilegiis Pontificiis negatiuam sententiam docet Bruno *de priuileg. Regul. part. 1. tr. 2. c. 3. propos. 3.* Et posteà sic asserit: Obicies primò, Tridentinum *sess. 25. cap. 11. de Regul.* decernere, quod in Monasteriis, siue domibus virorum, seu mulierum, in quibus imminet animarum cura personarum sæcularium (præter eos qui sunt de eorum Monasteriorum, seu locorũ familia) personæ, tam sæculares, quàm Regulares huiusmodi curam exercentes, subsint immediatè in his quæ ad dictam Curam, & Sacramentorum administrationem pertinẽt, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi in cuius Diœceſi sunt. Ex quibus videtur colligi, quod Episcopus possit visitare hunc Regularẽ in administratione Sacramentorum, & animarum cura; sed huic argumento respondetur: quod non potest iudicari de particula alicuius legis, nisi tota lege perspecta, vt ait quidam iurisconsultus: vnde oportet perlegere totum Capitulum Concilij Tridentini, vbi postquam dictam clausulam argumenti proposuit, statim in hæc verba prorumpit, excipiẽdo, ea quæ sequuntur in hunc modum. Excepto Monasteriõ Cluniacensi cũ suis limitibus: & exceptis etiam his Monasteriis, seu locis, vbi Abbates, Generales, aut capita Ordinũ, Sedem ordinariam principalem habent: atque aliis Monasteriis, seu domibus in quibus Abbates, & alij Regulares superiores iurisdictionem Episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercent. Hæc Concilius ex quibus constat subsistere exemptionem factam in

Sept. Ref. 1. Ref. 2. Ref. 3. Ref. 4. Ref. 5. Ref. 6. Ref. 7. Ref. 8. Ref. 9. Ref. 10. Ref. 11. Ref. 12. Ref. 13. Ref. 14. Ref. 15. Ref. 16. Ref. 17. Ref. 18. Ref. 19. Ref. 20. Ref. 21. Ref. 22. Ref. 23. Ref. 24. Ref. 25. Ref. 26. Ref. 27. Ref. 28. Ref. 29. Ref. 30. Ref. 31. Ref. 32. Ref. 33. Ref. 34. Ref. 35. Ref. 36. Ref. 37. Ref. 38. Ref. 39. Ref. 40. Ref. 41. Ref. 42. Ref. 43. Ref. 44. Ref. 45. Ref. 46. Ref. 47. Ref. 48. Ref. 49. Ref. 50. Ref. 51. Ref. 52. Ref. 53. Ref. 54. Ref. 55. Ref. 56. Ref. 57. Ref. 58. Ref. 59. Ref. 60. Ref. 61. Ref. 62. Ref. 63. Ref. 64. Ref. 65. Ref. 66. Ref. 67. Ref. 68. Ref. 69. Ref. 70. Ref. 71. Ref. 72. Ref. 73. Ref. 74. Ref. 75. Ref. 76. Ref. 77. Ref. 78. Ref. 79. Ref. 80. Ref. 81. Ref. 82. Ref. 83. Ref. 84. Ref. 85. Ref. 86. Ref. 87. Ref. 88. Ref. 89. Ref. 90. Ref. 91. Ref. 92. Ref. 93. Ref. 94. Ref. 95. Ref. 96. Ref. 97. Ref. 98. Ref. 99. Ref. 100.

Curatis

Curatis illorum trium Ordinum, ac etiam aliorum, qui iurisdictione spirituali, & temporali in sua Benefitia Curata potiuntur, & denique in aliis Curatis aliorum Ordinum, videlicet Mendicantium, & aliorum, qui cum eisdem ordinibus in priuilegiis communicant.

2. Quo circa argumento respondendo dicimus Primò. Illud decretum non habere clausulam reuocatoriam priuilegiorum, ac consequenter, nec illius priuilegij, ac proinde priuilegium stare in suo robore; Secundò, Quod licet Tridentinum illud reuocaret, subsisteret tamen priuilegium illud, quòd Regularis Curatus in Ecclesia sui Monasterij non possit visitari ab Episcopo: cum, vt ostendimus in tractatu de priuilegijs in communi, priuilegia Dominicani Ordinis, & specialiter Mare Magnum, in quo dictum priuilegium expressè continetur, fuerint ab Vrbano VIII. expressè, vt iam supra dictum est, confirmata, vt antea Pius V. explicando Tridentin. B. sæpe dicta, *Et si mendicantium*, confirmauerat priuilegia à Sixto IV. à quo prædictum Mare Magnum emanauit, concessa.

3. Obiicies secundò decretum illud Sacræ Congregationis in proxima præcedenti propositione aliatum, quo declaratum est, *Non posse Episcopum visitare Ecclesias Regularium, quibus non imminet cura animarum.* ergo videtur sentire, quod potest visitare Ecclesias illorum, in quibus imminet cura animarum ergo, & consequenter Regularem. Respondetur primò id non sentire Sacram Congreg. sed tantùm declarare dubium quod illi proponebatur, videlicet, *Num Regularium Ecclesiæ, in quibus non imminet animarum cura, visitari possint ab Episcopo*; quocirca illa verba interposita non posse obesse priuilegio. Secundò S. Congr. conformiter ad præmissum decretum Concilij, vt ibi videbatur declarasse, vel melius sic declarasse, non in vi decreti Tridentini, sed posita Constitutione Gregorij XV. *Inscrutabili*, quam in Gallia, & Hispania non valere alibi diximus: Tertiò, quod licet, ita declarauerit, non est tamen tanti ponderis, quod officiat priuilegio per Constitutionē Apost. facto, vt supra ostensum est. Accedit, quòd non habet clausulam reuocatoriam, & quod illud priuil. post decretum præfatum fuerit confirmatum cum debitis clausulis derogatoriis vt dictum est.

4. Ex quibus secunda propositionis sequitur pars, videlicet Regulares non subiici visitationi Episcopi, si fungatur Vicarij, vel Parochi munere in Ecclesia exempta, quoniā ex vtroque titulo, scilicet exēptione Ecclesiæ, & personæ potitur. Sequitur secundò non subiici visitationi Episcopi, si eodem munere fungatur in Ecclesia non exempta; quoniam licet ab Episcopo visitetur talis Ecclesia: Parochus, seu Vicarius Regularis, cùm sit persona exempta, ac suo Prælato Regulari subiecta, ab Episcopo visitari non potest, illum corrigere non potest, ergo nec visitare: cum visitatio, vt iam dictum est, sit via ad correctionem. Probabimus autem in Cap. de exemptione à Potestate coactiua Episcopi, quod Episcopus non possit huiusmodi Regularem corrigere.

5. Petes Primò quid fiet de illo Regulari delinquēte, si non possit illum visitare; Respondetur, Episcopum visitando Ecclesiam, & parochiam, posse illum per accidens sic visitare, & visitationem factam, Prælato ipsius intimare, & instare apud illum, vt castiget, vel illum Prælato eidem denunciare, vt informet, & instare vt puniat. Hucusque Bruns.

6. Sed affirmatiuæ sententiæ adhæreo, & ita communiter seruatur in Praxi, & communiter docent Doctores. Dico igitur, quod Regulares exercentes curam animarum, subsunt iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in iis tamen, quæ ad dictam curam pertinent, non obstante Breui Sanctæ memoriæ Pij V. sub Dat. Romæ 24. Martij, 1567. Et ita resolutum fuit per sacram Congregationem Episcoporum sub die 6. Februarij 1627. Vnde Regulares curam animarum sæcularium personarum exercentes, in emolumentis legitimè percipiendis prohiberi possunt per Episcopum, nè excedant taxam ab eo præscriptam; Vt declarauit Sacra Congregatio 18. Septembris 1625. Ita Sacra Congregatio die 20. Martij 1621. etiam declarauit, quod Episcopus potest Regulares in iis, quæ curam animarum, & Sacramentorum administrationem concernunt, visitare, & examinare, & contra eos non parentes, & non exequentes decreta in visitatione facta procedere, eosque cogere ad exequendum.

7. Ideo nostram sententiam contra Brunum sustinet Rodriguez *qq. Regular. tomo 1. quæst. 36. art. 4.* Nouarius *in summa Bullarum part. 1. de Regul. curam animarum habentibus*, Gauantus *in Man. Episcop. verb. Visitatio Episcoporum.* Merolla *tomo 3. disputat. 7. cap. 5. dub. 13.* Leo *in Thesaur. For. Eccles. part. 2. capit. 31. num. 3.* Cespedes *de exemption. Regul. cap. 8. dub. 168.* Squillante *de privileg. Episcop. par. 1. capit. 3. num. 13.* Laqua *in Examin. Episcop. libr. 4. capit. 26. numer. 25.* Marius Antoninus *lib. 1. resolut. 112. cas. 10.* Antoninus de Amatis *decis. 89 numero 5.* Campanil. *Rubric. 12. cap. 13. numero 51.* Tamburinus *de iure Abbatis. disputat 17. quæstion. 3. numero 3.* Vega *in capit. Decernimus. numero. 36. de iudiciis*, Solorzanus *de Indiarum iure tomo 2. libr. 3. capit. 17. numero 51.* vbi more suo eruditè, & plena manu plures alios adducit.

8. Et tandem non deseram hìc apponere verba Machadi *de. pers. Confess. tom. 3. l. 8. par. 6. tr. 10. docum. 5. num. 3.* vbi sic ait: *Quanto à las personas de los Religiosos que exercitan ministerio de curas, tampoco consta con distincion, en que cosas pueda el Obispo visitarlos, y castigarlos. El Dotor Solorzano prueba con muchos textos y Authores, que los Curas Religiosos no pueden rehusar segun Derecho la visita; y correccion de los Obispos: saltem in officio, quod dicunt officiando, porque de otra manera no le podia constar si los Religiosos Curas cumplian con su obligacion, sino era visitandolos. Que es lo mismo que Gregorio XV. antes auia dispuesto por vna especial Constitucion suya à cerca deste punto, en la qual dize estas palabras, In his, quæ huiusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimodæ iurisdictioni, visitationi, & correctioni Diœcesani Episc. tanquam Sedis Apostolicæ delegati plenè in omnibus subiiciantur. De modo que segun doctrina comun de los Dotores, la Constitution de Gregorio XV. de que hemos hecho mencion, y otras declaraciones de los Cardenales, consta que los Religiosos Curas, estan sugetos à la juridicion, y visita del Obispo? y por consiguiente tiene facultad para castigarlos quando no cumplieren con su obligacion en la administracion de los Sacramentos, y en el ministerio del cuydado de las Almas, y no en otra manera. Tambien se ha de aduertir, que por ser cosa concerniente al ministerio de Curas, afirma el Dotor Solorzano, como testigo mayor de toda excepcion, auerse resuelto en Roma en vna causa de Lima; que el Obispo puede poner tassa, y aranzel à los Religiosos Curas de los Derechos que deuen lleuar, y por consiguiente castigarlos si excedieren della.* Ita ille.

RESOL. LXXXVI.

An Illustrissimus Episcopus Laudensis possit examinare, & visitare Parochum Ecclesiæ Oppidi, seu Hospitaleti Ordinis S. Hieronymi de Lombardia ad ortatum Concilij Tridentini sess. 25. cap. 11. de reformat. Ex part. 10. tract. 16. & Misc. 6. Res. 27. aliàs 26.

Sup. hoc pro parte in Res. præterita, & in aliis §§. eius annot.

§. 1. VIdetur prima facie affirmatiuè respondendum; nam vt refert Aldanus *in Compen. Canon. resol. lib. 2. tit. 5. n. 7.* fuit decisum à sacra Congregatione *in vna Capusquen. 23. Ianuarij 1639.* Parochum in Ecclesia exempta deputatum, non posse exercere curam animarũ, nisi prius fuerit examinatus ab Episcopo, & approbatus. Est igitur in potestate, & arbitrio Prælati regularis deputare, & designare aliquem suum Religiosum, vel alterum Sacerdotem ad curam animarum suæ Ecclesiæ adnexam; non autem id munus est Episcopi, ad quem præcisè spectat examinare, & approbare à superiore deputatum, & non alium. Et ita docet Merolla *tom. 3. disput. 7. cap. 5. dub. 13. num. 217.* & Gonzalez *ad regul. 8. Cancell. Glossa 5. §. 3. num. 34.* Vnde sacra Congregatio Concilij in Augustana 26. Iunij 1627. censuit, Rectores in Ecclesiis Sancti Ioannis Hierosolymitani curam animarum sæcularium exercentes subesse in omnibus visitationi, correctioni, & iurisdictioni Episcopi, in iis, quæ concernunt curam, & Sacramentorum administrationem, qui ratione visitationis, procurationem exigere possunt, nisi contraria adesset consuetudo, addensque non licere Episcopo eosdem Rectores corrigere, aut punire, nisi in actu visitationis. Vide Cochier. *de Iurisd. part. 2. q. 45. n. 11.* & alios. Et ideò Regulares exemptos, non solùm Episcopi visitationi, & correctioni subesse, quæ ad curam animarum, & Sacramentorum administrationem pertinent, sed etiam in dependentibus ab illa; putà, si inquireretur, quomodo conseruatur Sanctissimum Sacramentum, & Ecclesiastica ornamenta, Seraphin. *decis. 1067.* & vt calices, & decentia paramenta ad decorem administrationis Sacramenti prouideantur. Et ita obseruat Mauratensis *var. resol. lib. 1. resol. 112. casu 5.* Barbosa *de potest. Episcopi part. 2. allegat. 74. num. 20.* cum aliis. Vide etiam supradicta confirmantem Guilenzonium *cons. 32. per totum.* Et de hoc non videtur dubitandum post constitutionem Gregorij XV. quæ est in ordine 18. in qua sic habetur: statuimus, & declaramus, vt deinceps tam regulares, quam sæculares quomodolibet exempti, siue animarum curam personarum sæcularium Monasteriis, seu domibus regularibus, aut quibusvis aliis Ecclesiis, vel beneficiis, siue regularibus, siue sæcularibus incumbentem exerceant, siue alias Ecclesiastica Sacramenta, aut vnum ex illis ministrent, præuia Episcopi licentia, & approbatione, sine quoquo modo in dictæ curiæ exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, vel in alicuius ex illis ipsis administratione de facto absque vlla auctoritate se ingerant, in his, quæ huiusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimodæ iurisdictioni, visitationi, & correctioni diœcesani Episcopi, tanquam Sedis Apostolicæ delegati plenè in omnibus subiiciantur. Hæc in dicta constitutione. Sed his non obstantibus, licet vera sint, tamen puto, non obstare, nec procedere in casu, de quo loquimur, nam in dicto Monasterio, vt mihi supponitur in facto, Reuerendissimus Pater Generalis habet sedem ordinariam, & principalem, & habet idem iurisdictionem quasi Episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercet: Ergo non potest Episcopus vllo pacto dictum Parochum examinare, nec dictam Parochiam visitare. Probatur consequens apertè ex claro decreto Concilij Tridentini *sess. 25. cap. 11. de reformat. regul.* vbi sic habet: *In Monasteriis*, &c. Sed ad eius ornatum, & confirmationem nostræ sententiæ, quoad primam limitationem, nempe, quod Episcopis non competat vlla iurisdictio, quoad Parochos, & Parochias existentes in Monasteriis, in quibus Generalis principalem sedem habeat, vt est in casu nostro, adducam pæ extensum verba Doctorum, & in primis.

Sup. hoc examine in tom. 7. tr. 1. lege doctrinam, & Priuilegia Res. 89. & Melius in aliis §§. eius annot. pro hac quæst.

2. Nouarius *in summ. Bullarum tom. 2. tit. de exemptorum priuilegiis num. 21.* sic ait: Declaratur secundo, vt in Monasteriis, in quibus Generales, vel Abbates alicuius Religionis regularium sedem ordinariam, & principalem habeant, licet personæ sæculares sint in eodem Monasterio, curam animarum exercentes, quantum ad ipsam curam, & Sacramentorum administrationem spectat, nulli visitationi, seu iurisdictioni Episcopi Ordinarij diœcesis, in qua ipsa Monasteria sita sunt, sint subiecta. Et ita declarauit sacra Congregatio sub his verbis: in Monasterio, in quo Generalis alicuius Religionis Regularium sedem ordinariam principalem habet, licet personæ sæculares sint in eodem Monasterio curam animarum exercentes, quantum ad curam ipsam, & administrationem Sacramentorum spectat, nullam visitationis suæ iurisdictionem habent Episcopi ordinarij diœcesis illius in qua Monasterium est fundatum.

3. Pellizzarius *in man. regul. tom. 2. tr. 8. c. 4. sect. 4. num. 117.* Aduerte, Episcopum non posse visitare regulares Parochias annexas Monasterio, in quibus degunt Generales: & probat tum ex Trident. *sess. 24. cap. 11. de regular.* dicente, Excepto Monasterio Cluniacensi cum suis limitibus, & exceptis etiam his Monasteriis, seu locis, in quibus Abbates Generales, aut capita sedem ordinariam principalem habent, &c. idque etsi cura administretur per Clericos sæculares, tum quia non obstat, quod alias fuerit decisum, posse ab Episcopis visitati Parochiales Ecclesias vnitas Monasteriis, quæ sunt capita Ordinum: Nam Concilium supra, eximit à visitatione Episcopi Parochias regulares, in quibus degunt principaliter capita Ordinum, non autem Monasteria, quæ sunt capita Ordinum, cum aliqua Monasteria possint esse capita Ordinum, absque eo quod in iis degant Generales: à diuersis vero non fit illatio in materia odiosa.

4. Cespedes *tract. de exceptione regularium cap. 8. dub. 165. num. 6.* Quæres hic, an Episcopus possit visitare Parochias regulares, quæ sunt annexæ, Monasteriis, in quibus Ordinum Generales degunt. Affirmatiuè primo aspectu videtur respondendum ex declaratione, quam testatur adesse Armendariz apud Barbosam *in Concilium sess. 7. citata cap. 7. de reformat.* vbi dicit, posse visitari ab Episcopo Parochias vnitas Monasteriis Canonicorum regularium, vbi degit Generalis. Negatiuè tamen est respondendum, vt colligitur clarè ex Concilij Tridentini *sess. 5. cap. 11.* in quo talia verba expressè habentur: Excepto Monasterio Cluniacensi cum suis limitibus, & exceptis etiam his Monasteriis, seu locis, in quibus Abbates Generales, aut capita Ordinum sedem Ordinariam principalem habent, atque aliis Monasteriis, seu domibus, &c. & hoc licet cura administretur per Clericos sæculares, Nec est contra hoc id, quod testatur decisum Armendariz *loco suprà*, apud Barbosam, *& eandem sess. cap. 9. num. 17.* scilicet posse ab Episcopis visitari

tati Parochiales Ecclesias vnitas Monasteriis, quæ sunt capita Ordinum, nam sunt res diuersæ, *sess. enim 25. cap. 11. citato.* Eximuntur à visitatione Episcopi illæ Parochiæ regulares, in quibus degunt capita Ordinum principaliter, non autem Monasteria, quæ sunt capita Ordinum eximuntur: possunt enim aliqua Monasteria esse capita Ordinum absque eo quod in eis degant Generales, vt patet multas Religiones consideranti.

5. Marcellus Vulpe *in praxi iudiciali fori Ecclesiastici cap. 42. n. 6.* Regulares si habent Ecclesias cum cura animarum sæcularium, habito respectu ad ipsam curam, sub iurisdictione Episcopi sunt, & visitatione; quia Episcopus quoad ipsam curam, eandem iurisdictionem habet in eos quam in sæculares Clericos, capit. vnico *de Capell. Monach. l. 6.* & Concilij Tridentini *sess. 25. cap. 11. de regul.* idcirco visitare eos, & corrigere potest qui præferuntur huiusmodi curæ ab Ordinario, vel eius Vicario examinati, & probati esse debent; ita enim disponitur *in dicto cap. 11.* Concilij; & ideò iuxta dispositionem Concilij Tridentini *sess. 5. cap. 2.* per se, vel per alios exempti diebus Dominicis saltem, & festis diebus solemnibus prædicare debent; alioquin ad id per Episcopum cogi possunt, & de prædictis vide infra constitutionem Gregorij XV. Exceptis Monasteriis, seu locis, in quibus Abbates, Generales, aut capita Ordinum sedem Ordinariam principalem habent, vt *in dicto cap. 11.* Concilij, etiam si ibi personæ sæculares exerceant curam animarum, vt declarauit Sacra Congregatio Concilij, his verbis. In Monasterio, in quo Generalis alicuius Religionis regularium sedem Ordinariam principalem habet, licet personæ sæculares sint in eodem Monasterio, curam animarum exercentes: quantum ad curam ipsam, & administrationem Sacramentorum spectat, nullam visitationis suæ iurisdictionem habeant Episcopi Ordinarij Diœcesis illius, in qua Monasterium est fundatum.

6. Squillante *de obligat. & priuileg. Episcop. part. 1. c. 3. n. 13.* Tertio dubitatur, an possit Episcopus visitare Ecclesias Parochiales suæ Diœcesis, subiectas Regularibus siue etiam Regularium, si in eis sint Sacerdotes sæculares, vel si in Ecclesia Regularium habent annexam curam animarum. Affirmat Leyna *lib. 4. cap. 26. num. 25.* & censuit sacra Congregatio, vt refert Armendariz *dicto lib. 1. tit. 6. leg. 6. de visitat. num. 88.* Si cura exercetur per Sacerdotes sæculares. Sic etiam posset visitare Ecclesias Regularium annexam habentes curam animarum, quoad ipsam curam. Item, & personas huiusmodi curam exercentes, siue sint sæculares, siue regulares, in iis, quæ ad dictam curam, & administrationem Sacramentorum pertinent, quia subsunt immediatè iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius Diœcesi sita sunt Monasteria, siue Ecclesiæ iuxta dispositionem Sacri Concilij Tridentini *sess. 25. de Reg. c. 11.* Et hoc casu Episcopus dum visitat Ecclesias Parochiales Regulares, posset sequestrare partem fructuum, ad reparanda ea quæ ad curam animarum spectant, vel administranda Sacramenta, puta, Calices, & decentia paramenta, secus ad reparandam Sacristiam, vel Ecclesiam, vt censuit S. Congregatio. Excipiuntur tamen loca, in quibus Generales, & capita Ordinum Sedem ordinariam principalem habent, saluo semper eorum Episcoporum iure, qui maiorem in prædictis locis, & personis iurisdictionem exercent, iuxta Concilium *dicto c. 11.* vt declarauit sacra Congregatio: Secus autem si Monasteria prædicta essent capita Ordinum, absque eo quod in eis degant Generales, quia possunt visitari, dum adest cura animarum. Et hæc omnia *tom. 1. disp. 11. q. 7. n. 41.*

7. Sed audiamus verba Doctorum, quoad secundam limitationem appositam à Concilio: nempe, Non posse Episcopos visitare Parochos, vel Parochias existentes in Monasteriis, in quibus Abbates, iurisdictionem Episcopalem in Parochos, & Parochianos exercent, vt etiam est in casu nostro.

8. Hieronymus Venerus, seu Leyna *in exam. Epist. lib. 4. cap. 11. n. 8.* sic ait: Quis debet visitare, & corrigere clericos sæculares qui sunt in Ecclesiis Regularium exemptorum ad administranda Sacramenta; Episcopus, excepto Monasterio Cluniacensi, & aliis Monasteriis, in quibus Abbates, vel Priores habent iurisdictionem, quasi Episcopalem in subditos sæculares, & Ecclesiasticos Trident. Syn. *sess. 25. c. 11. & l. 6. c. 11. n. 8.* In Ecclesiis Regularium exemptis, vbi sunt clerici sæculares administrantes Sacramenta, tales à quo? Ab Episcopo, quia sunt eius subditi, & administrant Sacramenta suis ouibus, excepto Monasterio Cluniacensi, & aliis, videlicet Ordinum militarium, in quibus Abbates, & Superiores habent Iurisdictionem quasi Episcopalem, & subditos in spiritualibus sibi subditos. Trid. Syn. *sess. 25. cap. 11. de reg. & mon.* & non desinam hic apponere verba Cardinalis Seraphini *tom. 2. decis. 1067. num. 1. & 2.* vbi sic habetur: fuit resolutum, moderandam esse inhibitionem ex pluribus; Primo, quia alias coram R. P. D. meo Gipsio probatum fuit in Diœcesi Ciuitatensi omnem curam residere penes Episcopum, & consequenter Monasterium, quod aliàs resolutum fuit non habere Parochiam exercere curam nomine Episcopi, qui pro illius exercitio deputat vnum ex Monachis: Vnde non potest Episcopus impediri in visitatione Ecclesiæ, & personarum exercentium curam, quantum ad ea, quæ hanc curam, & Sacramentorum administrationem respiciunt: Verum quia super hoc adhuc pendet causa in Rota indecisa, & res adhuc est dubia, saltem respectu Diœcesis, fuit deuentum ad alias rationes; nam etiam, quod cura resideret penes Monasterium, stante Concilio Tridentino Episcopus, non obstante quacumque exemptione, potest visitare Ecclesiam illi vnitam, iuxta formam *capit. 7. seq. sess. 6.* & idem si Ecclesia sit intra locum monasterij, eique immineat cura, iuxta formam *capit. 11. de Regular. sess. 25.* in quo datur facultas Episcopo visitandi personas tam Regulares, quam sæculares curam animarum exercentes in iis, quæ ad curam, & administrationem Sacramentorum pertinent, nisi versemur in locis, in quibus Abbates, & alij superiores Regularium iurisdictionem etiam temporalem in Parochianos habent. Ita ille.

9. Et ideò hoc decretum Concilij non habere locum in Monasteriis, in quibus Abbates habent vtramque Iurisdictionem, Episcopalem, & temporalem in Parochos, tenuit sæpius Sacra Rota, & præcipuè in vna Legionensi Sancti Facundi 19. Martij 1590. coram Cardinali Pamphilio dignissimo Patruo Sanctissimi D. N. & in vna Nullius 11. Februarij 1594. coram eodem, vt testatur Barbosa *in dict. locum Concilij n. 17.*

10. Itaque ex his omnibus apparet, Illustrissimum Episcopum non posse visitare Parochiam, de qua est quæstio, quia non subiacet eius iurisdictioni, stante Concilio Tridentino *in sess. 25. cap. 11.* Cum sit Parochia existens in Monasterio, vbi Reuerendissimus Pater Generalis habet principalem sedem, & in quo exercet Iurisdictionem quasi Episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos. Vnde patet responsio ad argumenta superius in contrarium adducta, non enim loquuntur in casu nostro, stantibus limitationibus appositis in dicto loco Concilij.

alij. Vel respondeo opinionem affirmatiuam procedere, si Parochia esset vnita monasterio, & etiam si in illo Generalis haberet principalem sedem, vt ex Sacra Congregatione obseruat Lezana *in summa to.1. cap.3. num.29.* & Squillante *de obligat. & priuileg. Episcop. part.1. cap.3. num.13.* Merolla *tom.3. disp.7. cap.5. dub.13. n.114.* Gauantus *in Manual. Episcop. vers. visitatio Episcopi, num.14.* & alij. Quod suppono non adesse in casu nostro, vt mihi asserunt, ergo, &c.

11. Nec obstat Constitutio Gregorij XV. nam ipsi non derogat Concilium Tridentinum, & nouissimè Hieronymus Garcias *in politica Regulari tom.1. tr.8. diffic.2. dub.4. punct.11. n.11.* firmat, dictam Constitutionem non inducere nouum ius.

12. Nec obstat dicere, supradicta admittenda esse quoad visitationem, & correctionem, non autem quoad examen Parochi in ordine ad excipiendas confessiones; nam nullus potest exercere munus Confessarij, nisi sit approbatus ab Episcopo, vt patet ex Concilio Tridentino *sess.23. cap.15. de reform.* & ex S. Congregatione firmauit Rota *in vna Calagurritana Iurisdictionis de Nogera 6. Iunij 1611. coram Ortembergo, & in eadem Causa die 22. Maij 1613. coram Vbaldo*, quas decisiones inuenies apud Tamburinum *de iure Abbatum, decisione 49.* Respondeo cap.11. Concilij loqui non solùm de visitatione, & correctione, sed etiam de examine, vt legentibus patet: ergo, quando postea addit illas limitationes, necessariò sequitur appositas fuisse non solùm quoad visitationem, & correctionem sed etiam quoad examen, & contrarium asserere, esset vim inferre verbis Concilij. Quod confirmatur, nam obseruantia subsequens interpretatur legem, & statutum, vt patet ex *lege missimè, ff. de legibus, l. si de interpretatione ff. eodem tit. cap. Cum dilectus de Consuetud.* Syluanus, *consil.88. num.27.* Tiraquellus *de cap.10. num.7.* Afflictus *Neapol. decis.166. num.9. & decis.173. num.3.* Menochius *consil.32. num.44. & consil.390. num.21. & consil.577. num.2. & ad volum.3.* Mascardus *de probat. concl.1415. num.10.* Brunor. à Sole *in locis Communibus, verb. Consuetudo 6.* Cardol. *in praxi Iudicum, & Aduocat. eodem verb. num.3.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, C. de in integr. restit. minor. verbo Contractum, num.29.* Bellet. *disquisit. Cler. part.1. titul. de Clerico debitore, §.12. n.27.* Mendoz à Castro *in praxi Lusit. lib.2. cap.1. n.12.* Camill. Borell. *in Summa omnium decis. titul.14. num.88.* Cened. *practic. & Canon. quæst. lib.1. quæst.3. num.11.* & nouissimè docet Pater Gobat *in Thes. Indulgent. part.2. cap.5. q.10. n.304.* Sed, vt mihi asserunt, numquam Illustrissimus Episcopus examinauit Parochum dictæ Ecclesiæ Oppidi Hospitaletti: ergo, &c. Et ita ego sentio, saluo aliorum meliori iudicio.

13. Nota, quod post hæc scripta sapientissimus, & amicissimus Pater Lezana edidit suas eruditas Consultationes Morales, & *in Consul.45. n.148. & seqq.* late omnia à nobis superius dicta confirmat in terminis terminantibus.

Sup. hoc supra in Res. 84. §. Probatur secundo, & infra in tr. 6. Res.138 §. Quod pater, in principio, & in tom. 2. tr.1. Res.14. §. Sed non, ad medium, à vers. Vnde, & in Res.88. §. Et tãdem, à principio, & in tom.7. tr.2. ex latissima doctrina Res. Vnicæ signanter prope finem penult. à vers. Certum est enim, & in tom.9. tr. 2 & Res.153. §. 2. inter medium & finem, & ibi in tr.7. Res. 96. §. His ante medium, à vers. Et ita, & in Res. 108. à lin.12. & vers. Verum, & in Res.110. §.2. paulo. Post initium, à vers. Vnde.

RESOL. LXXXVII.

An Episcopus possit cogere, vt populus in diebus Dominicis, aut solemnioribus Festis ad propriam Parochiam conueniat?

Et an si Episcopus ferat excommunicationem in eos, qui non audiunt Sacrum in Parochia diebus Festiuis, & Dominicis, excommunicatio sit nulla?

Et deducitur, quod stante consuetudine, & priuilegiis, non tenentur fideles audire Missam, & concionem diebus Dominicis, & Festiuis in Templis Parochialibus. Ex p.10. tr.13. & Misc.3. Res.25.

§. 1. AFfirmatiuè sententiæ adhæret Iacobus Marchantius, *in Resolutione Pastor. de Sacrament. Ecclesiæ, c.7. §.6.* vbi sic asserit: respondetur communiter Regulares, vt priuilegiorum suorum fimbrias magnificent, & dilatent phylacteria sua, Episcopum id non posse. Rationem afferunt, quia Episcopus non possit restringere ius commune, quod habetur ex vniuersali consuetudine. Ita Filliucius, & alij. Item quia Concilium Tridentinum solùm dicit, vt Episcopus moneat populum diebus Dominicis, aut Festis solemnioribus ad propriam Parochiam conuenire. Sed in contrarium est praxis quorumdam Episcoporum, tum in antiquo iure, tum in iure etiam nouo Concilij Tridentini fundata, nec non in ratione, Tridentinum enim *sessione 22.* in Decreto de obseruandis in celebratione Missæ cum multa insinuasset, ac hoc etiam quod iam dictum est, scilicet monendum esse populum, vt frequenter ad Parochias conueniat, immediate subiungit: Hæc igitur omnia, quæ summatim enumerata sunt, omnibus locorum ordinariis ita proponuntur, vt non solum ea ipsa, sed quæcumque alia huc pertinere visa fuerint, ipsi pro data sibi à sacrosancta Synodo potestate, ac etiam vt delegati Sedis Apostolicæ, prohibeant, mandent, corrigant, statuant: atque ad ea inuiolate seruanda censuris Ecclesiasticis, aliisque pœnis, quæ illorum arbitrio constituentur, fideles populum compellant; non obstantibus priuilegiis, ac consuetudinibus quibuscumque. Ergo vbi populus ad hanc monitionem de frequentanda Parochia negligens cerneretur, opportunis remediis potest Episcopus prouidere, etiam sub pœnis præcipiendo. Adde quod idem Concilium *sessione 24.* declaret, teneri vnumquemque Parochiæ suæ interesse ad audiendum verbum Dei: imo Dominicis, & Festiuis diebus præcipit pueros in Parochiis eruditi, in rudimentis Fidei, & obedientia erga Deum, & parentes. Cùm autem verbum Dei, aut etiam instructio rudium, tempore Parochialis Missæ, plerisque in locis ruralibus fiat; ad eam Parochiani compelli possunt ab Episcopis. Hinc in Diœcesi nostra Leodiensi tale extat Decretum: Parochianos omnes monemus, & eis mandamus, vt in suis Parochialibus Ecclesiis diligentes sint, ad verbum Dei, aliaque Diuina audienda; alioquin si eos ad tres continuas septimanas diebus Dominicis, & Festiuis abesse absque legitima causa, vel sui Pastoris licentia, contigerit; volumus contra eos ad pœnas canonicas, & statutarias antiquas huius Diœcesis, aliásque arbitrarias procedi. Ita habetur in Synodo, *titulo decimo, capite quarto.* Simile Decretum habetur in Synodo Namurcensi, *titulo 4. capite 14.* Quis vero hæc audeat condemnare, & Patres Synodi, inter quos multi docti Theologi? Videri potest hac de re libellus intitulatus, *Parochianus obediens*, editus Duaci à quodam Patre Capucino 1633. Vbi fusè probat teneri Parochianos audire Missam, & verbum Dei in sua Parochia, saltem diebus Dominicis & Festiuis Maioribus, cessante legitimo impedimento. Hucusque Marchantius *vbi supra*, & cum ipso plures in Gallia & in Belgio.

2. Sed prorsus contrariam sententiam tenendam esse puto stante consuetudine, & priuilegiis obtentis à Regularibus, vt late probat Stephanus Baunius *in Theologia morali, tomo 1. tractatu 8. de præcepto audiendi Missam, quæstione 5. per totam*, cui adde Leandrum *de Præcepto Ecclesiæ, tractatu 2. disputatione 1. quæstione 21.* Dicastillum *de Sacramento, tom.1. tract.5. disp.5. dub.4. num.59.* & Ioannem Præpositum in

Sup. doctrina legg. in hac Rel. in to 7. tr.1. ex doctrina Res.155. §.1. cursim ad medium vers. Nam Primo declaratio, &

ſicum *in 3. part. D. Thomæ, quæſt.* 83. *art.* 6. *dub.* 4. *num.* 208. & alios penes ipſos; quorum aliqui cenſent non eſſe præceptum iure, vt Sacrum in Parœcia audiatur, alij vero cenſent ſaltem contrariâ conſuetudine illud præceptum abrogatum, & perinde ſatisfieri præcepto de Sacro audiendo; quocunque loco audiatur; verbi gratia in priuato Oratorio, in Sacello extra Parœcialem Eccleſiam ſito, &c. Ex quo patet longo potioti iure huic præcepto eos ſatisfacere, qui Sacro interſunt apud Mendicantes, vt patet ex Bulla Leonis X. quam refert Nauarrus, *capite* 21. *numero* 5. vbi dicitur eos ſatisfacere præcepto Eccleſiæ, qui Sacrum in Eccleſiis Mendicantium audiunt diebus Dominicis, &c. & ex alia Bulla Pij V. quam refert idem Nauarrus *ſuprà*; & denique ex Bulla Clementis VIII. data 22. Decembris anno 1592. quæ incipit: Venerabilis frater. vbi dicitur: Sancimus licere ſæcularibus Chriſti fidelibus vniuerſis libere Miſſas diebus Dominicis, & aliis Maioribus audire in Eccleſiis tam Fratrum Prædicatorum, quam aliorum Mendicantium, nec non etiam Collegij Societatis IESV iuxta illorum priuilegia, & antiquas conſuetudines. Ea vero priuilegia Mendicantibus ſunt conceſſa per Leonem X. & Pium V. & nominatim Societati per Paulum III. in Bulla, quæ incipit: Paulus Epiſcopus, ex quo patet aliquos Paſtores minus prudenter contrarium ſuis Parœcianis inculcare, eorumque conſcientias illaqueare.

3. Dicet fortaſſe aliquis id conceſſum, ſalua remanente obligatione ſacri Parœcialis. Reſpondetur, id dici *non* poſſe, quia ſi priuilegium ita intelligeretur, nihil plane operaretur; nemo enim ignorat licere vtcunque etiam ſine ſpeciali priuilegio Sacrum audire quouis loco vbi celebrati poteſt, manente obligatione Sacri Parœcialis. Dices Pontifices nolle abrogare laudabiles conſuetudines: ergo non ſunt cenſendi dare priuilegium audiendi alibi Miſſam, quàm in Parœcia, vt præcepto ſatisfaciat. Reſpondetur, ſi eſſet lex expreſſa Pontificia, Summus Pontifex eam poſſet abrogare, & conferi poſſet illi derogaſſe per huiuſmodi priuilegia: ergo idem dicendum de conſuetudine, ſicubi vigniſſet, quod ſcilicet, quoad vim præceptiuam illi derogauerit; quia in Bullis Leonis, & Pij V. expreſsè dicitur, quòd ſatisfaciant Præcepto audiendi Miſſam. Dices, Pontifex habet poteſtatem in ædificationem, non verò in deſtructionem. Reſpondetur, id præſenti negotio imprudenter applicari, & ſi quid concludat argumentum, non tam concludere Pontificem non derogare virtuti obligandi ipſius conſuetudinis, quàm non potuiſſe derogare, quòd cum iniuria ſedis, & poteſtatis Pontificiæ videtur dictum. Adde, quòd cum per Sacrum Parœciale intelligant, ſolemne illud, quod celebrari ſolet in ſingulis Parœciis, ſi verum eſſet illud dictum, non deberet permitti Fidelibus, vt aliud priuatum etiam intra Eccleſiam Parœcialem audirent, cùm tamen vbique in Templis Parœcialibus paulò celebrioribus varia Sacra fiant, ad quæ fideles conuenientes non exiſtimant ſe vlterius obligari ad Sacrum ſolemne audiendum. Et hæc omnia docet Præpoſitus vbi ſuprà; qui etiam poſtea *num.* 209. probat ſecundum rigorem iuris, Fideles non teneri Miſſam Parœcialem audire, nec Concionem. Sed quidquid ſit de hoc, ex ſupradictis firmatum eſt, & patet Epiſcopos non poſſe ſtatuere, vt Fideles diebus Feſtis ſaltem aliquibus Sacrum in Parœcia audiant; atque adeò, ſi ferant Excommunicationem in eos, qui non audiunt Sacrum in Parœcia, eam eſſe nullam, tum quia non poſſunt quidquam ſtatuere contra priuilegia à Pontificibus conceſſa, tùm quia non poſſunt etiam vniuerſales conſuetudines abrogare. Et ita declarauit Sacra Congregatio Cardinalium. Et ideò Trullench *tractat. de iure Parochi, cap.* 6. *numero* 13. quod ſi tota, aut maxima pars Parœcianorum Parœciam deſereret, poſſe Epiſcopum ſimplici mandato præcipere, vt Parœciani ad ſuas Parœcias accedant audiendi Miſſam cauſa, non tamen id pœnis impoſitis præcipere, aut conſtitutionem ſub excommunicatione ferre, quo in caſu Miſſam audientes (ſecluſo Parochi contemptu) eam non incurrerent, optimè exiſtimat.

4. Nec ſupradictis obſtat Sixti V. auctoritas in *Extrauag.* quæ incipit, Vices illius de Treuga, & Patrum qui Trident. Concil. interfuere: quibus placuit *ſeſſ.* 22. in decreto de Obſeruandis in celebratione Miſſæ, hortari Parochos, vt moneant populum, vt frequenter ad ſuas Parochias, accedat, & maximè diebus Dominicis, & Feſtis. Ad Primum reſpondetur Xiſtum, tantùm illa *Extrauag.* vetare, ne Parochiani Miſſam audiant in Monaſterio contempto Parocho. Ita Azorius, *tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 5. *quæſt.* 4. Portelius *in Addit. ad dub. regul. verb. Miſſa, & in Reſponſ. caſu* 29. *part.* 3. Ad ſecundum reſpondetur præceptum de Miſſa audienda in Parochia illis verbis non dari, ſed conſilium vt indicat hæc vox *Moneant.* Vide Eligium Baſſæum *verb. Miſſa* 8. *num.* 9. qui licèt aſſerat opinionem Theophili eſſe probabilem, noſtram quam ipſe ſequitur docet apud omnes Fideles eſſe in vſu; & quam præter Doctores citatos, Caſtrus Palaus ſequitur *tom.* 4. *tract.* 22. *diſp. vnica, punct. vlt. num.* 22.

5. Et tandem claudam hanc reſolutionem cum verbis docti & amiciſſimi Patris Raphaëlis Auerſa, *de Sacram. Euchar. q.* 11. *ſect.* 19. vbi ſic ait: Communi ſententia, & praxi exploratum eſt, præceptum audiendi Miſſam non reſtringi ad Parochiam ſingulorum, ſed bene poſſe adimpleri in quacumque alia Eccleſia; quia nec iure aliud ſtatutum, nec conſuetudine introductum eſt. Et refertur declaratio S. Congregationis, quod nec Ordinarius poſſit cogere populum ad audiendam Miſſam, aut Concionem in propria Parochia. Concilium verò in priori loco tantùm ait: Moneat Epiſcopus populum, vt frequenter ad ſuas Parochias ſaltem diebus Dominicis, ac maioribus Feſtis accedant, quo loquendi modo ſupponit potiùs id non cadere ſub obligationem. In altero loco ait: Moneat Epiſcopus populum diligenter, teneri vnumquemque Parochiæ ſuæ intereſſe, vbi commodè id fieri poteſt, ad audiendum verbum Dei: vbi planè ſermo non eſt de audienda Miſſa, ſed Concione. Attamen nec ſimpliciter ſub obligatione receptum eſt, audire vel in Parochia, vel in alia Eccleſia Concionem. Ita ille, & ego. Conſulo tamen Regularibus, vt cum Reuerendis Parochis bene ſe gerant, & ſuos Pœnitentes à frequentatione Eccleſiarum Parochialium minimè diſſuadeant.

RESOL. LXXXVIII.

An Epiſcopus poſſit transferre Feſtum alicuius Sancti?

Et in textu huius Reſolutionis alij caſus adducuntur pro praxi huius difficultatis.

Et infertur, quod inferior nullam habet poteſtatem circa id, quod Superior determinauit.

Et an, quando Vigilia S. Matthiæ occurrit in Feriam tertiam poſt Dominicam Quinquageſimæ, poſſit, Epiſcopus eam transferre in Sabbathum præcedens. Ex part. 10. tr. 16. & Miſc. 6. Reſ. 7.

§. 1. Affirmatiuè respondet Pater Gobat *in Thesaur. Indulgent. part. 2. c. 7. q. 17. n. 331.* vbi sic ait: licet Barbosa testetur à Congregatione esse vetitum, ne festa aliter transferantur, quam permittant Rubricæ, & Gauantus *part. 4. tit. 9. num. 24.* mitetur aliquem Italiæ Episcopum ausum fuisse anno 1622. Festum Annunciationis Deiparæ, quod tunc in diem Parasceues ceciderat, etiam quoad forum transferre, cùm, & hæc mutatio Festi vniuersalis excedat (eius opinione) facultatem Episcopi, & eo anno Romæ, Laureti, aliisque in locis ea mutatio non fuerit facta; scio nihilominus multarum Germaniæ, Galliæ, & Belgij Diœceseon vsu receptum, vt quando id Festum occurrit in hebdomada Sancta, integrè transferatur, vel in Sabbatum Palmarum, vel in feriam secundam post Dominicam in Albis. Similiter quando Festum S. Michaëlis Archangeli cadit extra Dominicam solet in locis lacui Acroniano vicinis transferri in vnam alteramue septimanam, ne eius obseruatio impediat, seu interrumpat cœptam iam vindemiam. Quin noui Vicarium Generalem, qui anno 1636. Festum SS. Philippi, & Iacobi, quod tunc occurrebat cum Festo Ascensionis, suo decreto distulit in feriam secundam proximè sequentem, sed ei decreto se opposuit Magistratus ciuilis, coëgitque reuocare. Postremò in quibusdam Germaniæ Episcopatibus, solent Episcopi, quando vigilia S. Matthæi occurrit in feriam tertiam post quinquagesimam, eam transferre in Sabbatum præcedens, quia alioquin plurima peccata per esum carnium committuntur illa feria tertia. Has omnes praxes (excepta penultima) quidquid dicat Gauantus ego approbo; tum quia nituntur, & longo vsu, & graui causa, nec ignorantur à Legatis Pontificiis; tum quia potest Episcopus circa suos subditos; quidquid potest Papa in vniuersa Ecclesia, nisi ipsi sit specialiter prohibitum, vt ex communi Canonistarum docet Sanch. *l. 1. de matrim. disp. 61.* Multos referens. Nec obstant difficultates, & limitationes, quas contra hoc axioma adfert Suarez, *lib. 6. de leg. c. 14. n. 6. & seqq.* Hucusque Gobat.

2. Sed Ego puto non esse discedendum à sententia negatiua, quam docet Gauantus; nam cùm dicta festa fuerint à Pontifice instituta, non potest Episcopus circa illa aliquid disponere; nam inferior nullam habet potestatem circa id quod Superior determinauit, vt patet ex leg. *Formam, Cod. de Officio Præfecti Prator.* cap. *Cum inferior, de maiorit. & obed. Clem. ne Romani de elect.* Gloss. *verb. Figura*, in cap. *Finali de hæreticis, lib. 6.* Gloss. *verb. mandamus*, in Clem. *Sæpè, de verbor. significat.* Vnde non licet inferiori contra factum Superioris dispensando venire *leg. pen. §. pen. ff. de qua pluuia arc. leg. Ille à quo §. Tempestiuum, ff. ad Trebellian. leg. nam & Magistratus, ff. de arbitr. cap. Litteras de restit. spoliat.* cap. *Super eo, de vsuris*, cap. *vt nostrum de appellationibus.* Surdus *consil. 558. num. 2.*

Sup. hoc supra in tr. 2. ex doctrina Res. 25. per totam, signanter in §. Sed ad propositum, & ex aliis Res. & §§. eius primæ notæ.

3. Verùm aliquis in fauorem Amicissimi Gobat posset dicere, iura allegata, & rationem adductam procedere quando inferior tollit factum Superioris: secùs autem quando distinguit, seu qualificat; vt rectè obseruat Alexander *cons. 106. num. 15. & 16. lib. 2.* Sed in nostro casu Episcopus non tollit factum Superioris, quia non aufert festum, sed tantùm qualificat, vt loquitur Alexander *vbi suprà*, idest festum transfert. Ergo, &c. At hoc non obstante, puto, vt dixi non esse recedendum à sententia Sacræ Congregationis, communi praxi Episcoporum. Ad id verò quod asserit Pater Gobat de vigilia Sancti Matthæi, quando incidit feria tertia post quinquagesimam, licèt Pasqualigus *decis. 180. n. 2.* & Homobon. *vol. 1. Consul. Mor. part. 5. par. 2. Resp. 67.* docent quod possit ab Episcopo transferri in alium diem tamen nouissimè Leandrus *de præcept. Eccles. tract. 5. disp. 10. quæst. 42.* contrarium tenet; quia ratio, quæ ad transferendum ieiunium dictæ vigiliæ, assignatur, non videtur rationalis, nec sufficienter iusta. Nam aliàs, etiam possent in alium diem transferre quodlibet ieiunium incidens in diem quemcumque festum, cùm etiam multa committantur peccata in ieiuniis incidentibus in festa; ergo. Secundò: quia à sæculo non est auditum, præfatum vigiliæ ieiunium translatum fuisse in alium diem ab aliquo Episcopo, esto, quòd causa vitandi peccata in violatione dicti ieiunij, semper stetit eadem. Tertiò: quia prædicta translatio ieiunij, non esset ita conformis dispositioni iuris; siquidem hoc solum, propter occurentiam alicuius festiuitatis ab Ecclesia institutæ, permittit, aut præcipit, quod ieiunium in illam incidens, transferatur: vt constat ex cap. *Consilium de obseru. ieiun.* Tandem: quia causa, quam contrarij ad defendendam suam opinionem assignant, præuisa est à Summis Pontificibus: & tamen non instituerunt translationem dicti ieiunij: non ergo alia ratione, nisi quia ad id non inuenere sufficientem causam, aliàs illam instituerunt, sicut instituerunt translationem vigiliæ S. Ioannis Baptistæ incidentis in festum Corporis Christi, anticipando illam in feria quarta antecedentis, Leo X. & Vrbanus VIII. Hucusque Leandrus, qui obseruat Pasqualigum non debuisse me, & Layman absolutè pro sua sententia adducere: Vnde Ego nunc sententiæ Leandri clare adhæreo. Et Eminentissimus meus Cardinalis de Lugo annis præteritis fuit in voto Sanctissim. D.N. Innocentium X. non debere dictam vigiliam transferre in aliam diem.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 6. Res. 37.

RESOL. LXXXIX.

An Episcopus sine populi consensu possit instituere dies festos?

Et quid, si in tali casu fulminet Episcopus excommunicationis fulmen?

Et si populus absque iusta causa contradiceret, tunc, contradictione non obstante, an sit seruandum Festum? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Res. 178.

§. 1. NEgatiuè respondet Michaël de Palacio *lib. 2. de contractibus, c. 10.* vbi *in fine* sic ait: Si quærit aliquis, num Episcopus solus potest præcipere dies festos obseruari? & quidem si Episcopus solus posset facere dies festos pro suo arbitrio, posset præcipere celebrari & obseruari quos volet, at hoc esset in grauamen magnum populi, siquidem sunt pauperes multi, qui ex officio suo & labore victarent, & si multiplicaret Episcopus festa, iam ipsi grauarentur, quippe non haberent vnde sibi sufficientem pararent victum. Adde quòd *in cap. conquestus, de feriis*, sic habetur: Cæteris feriandum solemnitatibus, quas Episcopi in suis diœcesibus cũ Clero & populo duxerint solemniter venerandas, igitur Episcopus ad inducenda festa solus non habet authoritatem, sed ipse cum Clero, hoc est, consentiẽte suo Capitulo, & annuente populo, hoc est, populi rectoribus, debet statuere huiusmodi festa celebrari. Vnde videtur quòd si contra tenorem huius Capituli fecerit, non teneri populum ad obseruationem festorum; sed quid si fulminat excommunicationis fulmen? Respondeo, facile est tunc prouocare ad Metropolitanum, aut si hic instituit propria authoritate festa huiusmodi, ad Papam causam deferre. Ita Palacius *vbi suprà*, & Doctores, quos ad satietatem adducit, & sequitur Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 5. n. 6.* qui tamen confitetur satis esse ad festa instituenda Episcopum cum Capitulo, quando Episcopus institueret festum, &

Sup. hoc tom. 4. tr. 4. Res. 178. col. 1. medium vers. Et

& populus absque causa iusta contradiceret, tunc enim tali contradictione non obstante est seruandum festum.

2. Verùm his non obstantibus licèt de iure supradicta opinio vera sit, de consuetudine tamen asserunt aliqui, quòd dies festi sola Episcopi authoritate adhibito consilio Clericorum, non tamen suffragio, statuuntur. Ita Fagundez *præc.2. lib.1. c.3. num.11.* Imò Villalobos *in summa tom.2.tract.31. diffic.1. n.3.* in fine, asserit; *que solo el Obispo puede hazer fiesta à los Santos que tiene la Iglesia Romana puestos en el Kalendario.* Adde quod obseruat Suarez *de Relig. tom.1.lib.2.cap.11.num.9.* & Fagundez *vbi supra*, in casu de quo loquimur, satis consentire populum cum Episcopo per hoc solum, quòd non contradicat, & in Synodo posse Episcopum sine populi consensu dies festos indicere, tradit Gauantus *in enchirid. Episcop.part.2 allegat.105. num.39.* Sit tamen Episcopus parcissimus in institutione festorum, vt aduertit Sayrus *in claui Regia, lib.7. c.3. n.16.*

RESOL. XC.

An Episcopus possit instituere diem festum alicuius Beati nondum Canonizati?

Et notatur, quod quando Pontifex concedit Sacerdotibus certæ Religionis, vt certo die dicant Missam de aliquo S. Beatificato, tunc non possunt facere Octauam, neque in illa dicere Officium, & Missam de dicto S. Beatificato.

Et quæritur, an licèat S. Beatificatum inuocare in publicis Litaniis, vel pingere Imaginem viri Sancti nondum Beatificati cum radiis, & diademate? Ex part.3. tr.5. & Misc.1. Res.9.

§.1. NEgatiuam sententiam docent Sanchez *in summa, tom.1. lib.2. c.43. num.9.* Azorius *tom.2. lib.1. c.26. q.4.* Barbosa *in collect. tom.1. lib.2. tit.9. c.5. n.14.* Villalobos *in summa, tom.2. tract.32. dub.1. n.1.* & alij.

2. Non reticeam affirmatiuam sententiam docere Suarez *de relig. to.1.lib.2.de diebus festis, c.11. n.4.* & 5. & post illum Fagundez *præc.1. lib.1. c.3. n.14.* & 15. quia nihil aliud est Beatificatio, quàm quædam canonizatio minori apparatu celebrata. Sed his non obstantibus, negatiuam sententiam tenendam esse puto, quam nouissimè docet etiam Lucas Castellinus *de Canon. sanct. c.1. punct.34. §.7.* & ideo tempore Pauli V. humiliter petiit Respublica Venera, vt festum Beati Salonij in eadem ciuitate coleretur, & idem euenit tempore Greg. XV. pro Beato Alberto Magno, id petente Archiepiscopo Ratisbonensi. Notandum etiam hic obiter, quòd quando Pontifex concedit Sacerdotibus certæ Religionis, vt certo die dicant Missam de alio Sancto Beatifico, non possunt facere octauam, neque in illa dicere Officium, & Missam de dicto Beatificato, vt apparet apud Turrianum *in 2.2. tom.1.disp.17. dub.18.* cautè enim in his materiis procedendum est.

3. Vnde neque licet etiam Sanctum Beatificatum inuocare in publicis litaniis, quidquid aliqui recentiores asserant, & ita docet Portel *in addit. ad dub. regul. ver. Reliquiæ Sanctorum, n.11.* Lucas Castellinus *de Canon. sanct. c.1. punct.6. §.2. & seq.* qui etiam optimè *punct.51. §.2.* docet facultates Summorum Pontificum in his materiis esse potius restringendas, quàm dilatandas. Et tandem non sunt audiendi recentiores cum Molfesio *cens. 45. num.31.* qui asserunt licitum esse depingere imagines viri sancti nondum beatificati, cum radiis, vel diademate. Contra quos, & meritò, insurgunt Bellarminus *tom.1. lib.1.de Beat. sanct. cap.7.* Azorius *tom.2. lib.5. cap.6. q.8.* Fagundez *præcept.1. lib.1. cap.* Turrianus *in 2.2. tom.2. disp.17. dub.11.* & alij.

RESOL. XCI.

An Reliquiæ alicuius Sancti nouiter inuentæ debeant approbari ab Episcopo?

Ex quo etiam oriuntur aliæ difficultates, & ideo quæritur primò, an Reliquiæ Sancti nondum canonizati possint approbari ab Episcopo?

Quæritur secundò, quænam certitudo requiratur, in approbandis supradictis Reliquiis?

Tertiò, an vota Theologorum sint in hoc casu consultiua, tantum, itaut Episcopus possit decernere aduersus eorum placita?

Quartò, an si oriatur aliqua grauis quæstio, & ideo conuocetur Concilium Prouinciale, vota Episcoporum sint decisiua, & non consultiua?

Quintò, an Episcopus extra Diœcesim possit approbare Reliquias vigore Concilij Tridentini sessione 25. de Reliquiis? Ex part.2. tractatu 15. & Misc.1. Res.51.

§.1. REspondeo affirmatiuè, ex Concilio Tridentino *sessione vigesimaquinta de reliquiis & vener. Sanctorum*, vbi ait: Nulla esse admittenda noua miracula, nec nouas reliquias recipiendas, nisi eodem recognoscente, & approbante Episcopo, qui simul atque de iis aliquid compertum habuerit, adhibitis in consilium Theologis, & aliis piis viris, ea faciat, quæ veritati, & pietati consentanea iudicauerit. Quòd si aliquod dubium, vel aliqua de iis rebus grauior quæstio incidat, Episcopus antequam controuersiam dirimat, Metropolitani, & comprouincialium Episcoporum, in Concilio Prouinciali sententiam exspectet. Ita Tridentinum. Ex quibus verbis oriuntur aliquæ difficultates, vnde ad elucidationem huius materiæ.

2. Quæritur primò, quænam certitudo requiratur in approbandis supradictis reliquiis? Respondeo, esse necessariam certitudinem moralem, deductam ex probabilibus argumentis, non autem euidentiam, & argumenta infallibiliter concludentia. Ita in terminis notauit Ambrosius Morales *in 2.p. Historiæ generalis Hisp. lib.17. c.5. in fine*, narrans inuentionem Sanctorum corporum, quæ Cordubæ inuenta sunt anno 1575. & quia codex rarus est, ponam per extensum eius verba. *Para todo loque desto se tratara conviene mucho advertir, como en la materia deste Sancto negocio no puede haber evidencia ni argumentos, que del todo concluyan, sino una buena probabilidad moral, deduzida de buenos principios, y fundamentos de donde se forman razones; que tienen toda la fuerza; de que es capaz la materia, por ser estas cosas de suyo dificiles de aueriguar, y que se deve tener en mucho qualquier apparencia de buena razon, y convertencia que se puede hallar.* Et *in lib.13. cap.37.* loquens de Cruce ab Angelis fabricata, tempore Regis Alphonsi cognominati *el casto*, sic asserit: *Es menester, que tengamos en semejantes cosas una piadosa affecion en nuestra alma, la qual sin falta andando examinando lo todo, no ay nada, que desheche, y condenne. Porque yo pregunto, que milagro podra haber averigado, que reliquias de Santos ciertas, sino queremos creer con blandura de corazon, sino porfiar contradiziendo; En todas se hallara siempre algo, de que se pueda dudar, si se andan escudriñando menudencias con rigor si se desenbuelben particularidades, si poniendolo todo à pleyto queremos que todo este averiguado y manifesto.* Sic ille, quæ omnia satis explicant verba illa Concilij quæ

pictati, & veritati cõsentanea iudicauerit, & alia, quæ habentur *in c. placuit, de consecr. dist. 1.* vbi asseritur à Pontifice, quòd illæ reliquiæ sunt honorandæ, quæ certæ sunt, videlicet non euidenter, sed ex rationibus probabilibus. Nam, vt notat noster Naldus *in sum. ver. certum, num. 1.* & Sylu. *ver. matrimonium, quæst. 13.* ille dicitur certus, qui probabiliter, & non temere credit.

3. Quæritur secundò an reliquiæ Sancti nondum canonizati, possint approbari ab Episcopo?

Affirmatiuè videtur respondere Petrus de Lorca *in 3. part. D. Thom. quæst. 25. artic. 6. disp. 98. num. 10.* Sed contraria sententia prorsus est amplectenda vt contra Lorcam rectè adnotauit Zipæus *in analyt. &c. lib. 3. de reliquiis, & vener. Sanctorum. num. 3.* vide etiam Azorium *tom. 1. lib. 9. capit. 8. quæst. 8.* Suarez *in 3. part. tom. 1. disp. 55. sect. 2.* & Barbosam *de potest. Episc. part. 3. alleg. 97. num. 10.* qui citat multos alios, & ideo illa verba Concilij *reliquias nouas*, accipienda sunt pro nouiter repertas.

4. Quæritur tertiò: an vota Theologorum sint in hoc casu consultiua tantùm, ita vt Episcopus possit decernere aduersùs eorum placita. Respondeo affirmatiuè. Ita Bonacina *tract. de legib. disp. 3. quæst. 1. punct. 4. num. 5.* & Sanchez *in summa. tom. 1. lib. 2. cap. 43. num. 15* Et ratio est, quia vbi solum alicuius consilium petitur, non est necesse illud sequi, vt patet ex *l. cùm pater, §. mando, ff. de leg. 2.* & probat Menoch. *vol. 1. cons. 69. num. 17. & 18.*

5. Quæritur quartò: an si oriatur aliqua grauis quæstio, & ideo conuocetur Concilium Prouinciale, an vota dictorum Episcoporum sint decisiua, & non consultiua, vt de votis Theologorum diximus suprà, Respondeo esse vota decisiua. Ita Bonacina, & Sanchez, *vbi suprà*, quia Concilium non petit consilium ab Episcopis, sed sententiam. Notandum verò quòd maior pars eorum sententiam faceret, vt suprà dicti Auctores notant, nam sententiam, quam maior pars Concilij tulit, censetur à toto Concilio lata, *l. quod maior, ff. ad municip. & cap. apostolorum, dist. 16. Et* non sufficeret, vt maior pars Episcoporum seorsim, & extra Concilium sententiam ferat, sed ipsam concilianter ferre debet in ipsomet Concilio, vt fecerunt Episcopi in Concilio Prouinciali Toletano anno 1583. approbando reliquias nouiter inuentas Sanctorum Fausti, Ianuario, & Martialis, quas antea approbauerat Episcopus ciuitatis Cordubæ, quæ omnia inuenies apud Ambrosium Morales *in hist. Hispan. lib. 17. cap. 12.*

6. Quæritur quintò, an Episcopus extra Diœcesim reliquias approbare possit: vigore dicti Conc. Trident. Respondet affirmatiuè Barbosa *de potest. Episc. part. 3. alleg. 97. num. 14.* vbi asserit, posse Episcopum extra suam Diœcesim existentem, absque aliqua Episcopi Diœcesis licentia, approbationem facere, & facultatem concedere, vt in sua Diœcesi publicè reliquiæ collocentur venerandæ. Et ratio est, quia hæc non est iurisdictio contentiosa, sed voluntaria; iurisdictio autem voluntaria exerceri potest extra Diœcesim propriam, etiam sine facultate Episcopi illius loci, in quo exercetur iurisdictio; vide Bonacinam, & Sanchez *vbi suprà.*

RESOL. XCII.

An Episcopus teneatur constituere Vicarium Generalem?

Et an possit Episcopus creare Vicarium ante apprehensionem possessionis Episcopatus?

Et an Vicarius habeat potestatem delegatam, vel ordinariam?

Idem est dicendum de Vicario Capituli sede vacante.

Et an Episcopus ad expediendas causas possit constituere duos principales Vicarios, dummodo tamen ij sint in loco, vbi sedem habet?

Ex quo fit, quod non possit creare duos Vicarios Generales in principalibus locis duarum Diœcesum, æque principaliter vnitarum. Ex part. 10. tract. 15. & Misc. 5. Res. 31.

§. 1. Aliqui affirmatiuè respondent. Ita Baldus *in leg. aliquando, num. 1. apposit. 4. ff. de offic. Proconsul.* Panorm. *in cap. quoniam, n. 3. de offic. ordin.* Ruin. *cons. 148. numer. 41. vol. 2.* Boër *decis. 247. num. 6.* Rebuff. *in praxi titul. de Vicar. Epis. num. 15. & 18.* Couar. *lib. 3. variar. resol. cap. 20. num. 4.* Foller. *in pract. crim. can. part. 1. mor. num. 74.* Mar. Ant. Cucc. *inst. maior. lib. 2. tit. 6. de Episc. num. 73.* Sbroz. alios referens *lib. 1 de Vicar. Episc. quæst. 46. & 48.* Azor. *instit. mor. tom. 2. lib. 3. cap. 29. quæst. 3. vers. Quo loco.* Lancellot. *instit. Canon. lib. 1. tit. de offic. Vicar. gloss. verb. Non potest*, & alij. Vndè nouissimè Gauantus, *in Man. Episc. versic. Vicar. num. 1.* sic ait: Non potest Episcopus creare Vicarium ante apprehensionem possessionis Episcopatus, Sbroz *de Episcop. Vicario. lib. 1. quæst. 46. num. 15.* Tenetur autem eum creare adepta possessione, & potest cogi, idem *ibid. num. 3.* nimirum à Metropolitano dato certo termino. Statuto termino, & elapso potest creari ab Archiepiscopo, idem *q. 57.* ex Trid. *sess. 24. c. 16.* Ita Gauantus.

2. Sed ego puto per se loquendo non teneri Episcopum constituere Vicarium generalem, qui loco sui iurisdictionem Episcopalem exerceat in eodem Tribunali, sed posse per se ipsum illam exercere si idoneus est; Dixi, per se loquendo, quia si necessitas hoc postularet vtique ad id teneretur, vt dicitur in cap. *quondam de offic. Ordin.* & can. *petisti. 7. quæst. 1.* & docet Gloss. *in cap. 2. ver. Statuantur ne Prælat. vices suas.* Et hanc opinionem amplexa est Rota Romana, vt videre est apud Puteum *decis. 43. lib. 2.* Mohed *decis. 4. de offic. Vicar.* & fuit dictum in vna *Viterbien. & Tuscan. Vicarij, Veneris 3. Martij 1617. coram D. Cadalerio. & vna Calagurit. fructuum 18. Martij 1583. coram Bubalo, quæ est inter decis. diuers. 222. num. 5. part. 2.* vt refert Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 5. collect. 1602. & in praxi fori Eccles. resol. 484. in 2. edit.* Et quod Communitas loci non possit petere manutentionem contra Episcopum, vt retineat in illo loco Vicarium generalem, est decis. Caputaqu. 306. *num. 3. part. 1.* eandem opinionem tenent Ioan. Andr. *in cap. cum ab omni de virt. & honest. cler.* Archid. *in cap. statutum de rescript. in 6.* Felin. *in cap. Quoniam de offic. Ordin.* Sanch. *lib. 8. de matrim.* Flamin. alios referens *de resignat. benef. lib. 5. quæst. 16. num. 54.* Gonzal. *ad reg. 8. cancell. gloss. 4. num. 66.* Steph. Grat. *tom. 1. dispur. forens. cap. 92. num. 15.* Quarant. *in summ. Bullar. verb. Archiepiscopi auctoritas, num. 21. prope finem.*

3. Probari potest hæc opinio. Primò ex dict. cap. *quoniam*, vbi dicitur teneri Episcopum constituere sibi Vicarium quando vrgens necessitas postulat; ergo arguendo à speciali, citra vrgentem necessitatem non tenetur. Secundò. quia nulla potest assignari sufficiens ratio, cur non possit Episcopus facere per se ipsum, si est idoneus id quod facit mediante Vicario.

4. Verùm insurgit hic difficultas: An Vicarius habeat potestatem delegatam, vel ordinariam. Et non habere potestatem ordinariam affirmat Alexander *in rub. ff. de offic. eius, n. 17.* Goffr. *in summa tit. de offic. Vicar. n. 2.* Alciat. *in rubr. de offic. ordin. q. 24.* Sot. *in 4. dist. 18. quæst. 4. art. 2. vers. Circa concessiones*

nes Anast. Germon. *lib. 1. animaduer. cap. 6. per totum, & de indult.* Cardin. §. *Tibi quoad vxoris, n. 43. & 84.* Ant. Gom. *in Bull. Cruc. c. 4. circa 4. a. n. 21.* Io. Steph. Gonz. *var. qq. c. 27. per totum.*

5. Probatur hæc opinio eo quod iurisdictio Vicarij extincto Episcopo, qui eam concessit extinguitur; vt est probatum; At quæ est ordinaria, mortuo concedente adhuc remanet, in hoc enim à delegata distinguitur, quòd hæc cùm res est adhuc integra, morte mandatoris expiret. Innocentius III. *in cap. licet vndique 3. de Iudice delegato.* Lucius III. *in decretali relatum.* 19. Vrban. III. *in cap. gratum. 20. eiusdem tit.* Ordinaria autem perseuerat sine diminutione vlla, proindeque integra.

6. At ego sententiæ contrariæ adhæreo, quam tuetur Glossa *d. fin. verb. Rectorum. C. de offic. eius, qui vic. & cap. 2. de offic. Vicar. in 6. verb. Officialem, & c. Romana, verb. Generaliter de appell. in 6.* Specul. *tit. de offic. ordin. num. 2. & ibi* Io. Andr. *verb. verius est.* Dominic. *in cap. 1. de offic. Vicar. lib. 6. num. 6. ad fin.* vbi Anchar. *num. 2. quæst. 1.* & Franc. *num. 4.* Dec. *rubr. de offic. deleg. num. 3.* & ibi Bero. *num. 2. & 8.* Bart. *l. 1. in fin. ff. quo, & à quo appelletur.* Alex. *in rubr. de offic. eius, num. 15. & 17.* Felin. *rubr. de off. deleg. n. 4.* Panorm. *de potest. Capit. Sede vacante 2. part. princ. quæst. 1. n. 7.* Millis *in repert. verb. Vicarius, siue Officialis Episcopi.* Afflict. *in Const. Regn. Neapolit. lib. 1. rubr. 59. n. 12.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de Vicar. num. 6.* Bolognet. *rubr. de offic. eius. n. 58.* Marant. *in pract. part. 4. dist. 5. princ. An iudicium sit ordinarium, num. 13.* Sylu. *verb. Vicarius, quæst. 4. dict. 1.* vbi Tabien. *quæst. 5.* Armill. *n. 5.* Nauarr. *lib. 4. consil. in 2. edit. tit. de clandest. desp. cons. 14. num. 1. & in 1. tit. de sponsal. consil. 47. num. 1.* Conarr. *lib. 3. variar. cap. 20. num. 4.* Sbroz. *de Vicar. Episc. lib. 2. quæst. 55. num. 9.* Flamin. *de resig. benefic. lib. 3. quæst. 11. num. 23. & lib. 7. quæst. 24. n. 25.* Guttier. *qq. canon. lib. 1. cap. 19. n. 15. vers. Nihilominus,* Steph. Grat. *tom. 5. disceptat. forens. cap. 841. n. 15. & seq.* & multi alij, quos refert, & sequitur Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 29. n. 3.*

7. Probatur hæc opinio, quia Vicarius in certo quopiam loco forum agit & ius dicit. At hæ duæ res Vicario negari nequeunt, ergo nec ordinarij nomen ac dignitas. Secundò ordinarius creatur cum iurisdictione aut à Principe *2. quæst. 6. can.* aut iudicibus, aut canonesaut ab vniuersitate. Innocent. *in cap. vt animarum. 2. de constit. in 6.* in Vicarium cadunt hæ notæ primò de multis, vnus ab Episcopo eligitur præ cæteris, vt Diœcesi operam collocet quam ad rem à canone quoque iurisdictio ei conceditur ad ministerij sui rationem necessaria *cap. 2. de offic. Vicarij in 6.* ibi enim à Bonifacio dicitur quod ad eum per commissionem officij generalem sibi ab Episcopo factam causarum cognitio transfertur, ac pertinet; At inquisitionotio, animaduersio iurisdictionem in inquirente, ac cognoscente præsupponunt, ac postulant, habet ergo Iurisdictionem à Canone vicarius, consequenter est Ordinarius.

8. Confirmatur: Idem est Tribunal Episcopi, & Vicarij, eadem Iurisdictio; & potestas amborum Innocent. IV. teste *in cap. Romana Ecclesia. 3. de appell. in 6. §. cum suffraganeorum*, ob quam causam ab vno ad alium appellare illicitum, Bonifac. VIII. *cap. 2. de consuet. in 6.* Ne ab eodem ad se ipsum (cum sit idem Auditorium vtriusque) appellatio interposita videatur quæ est etiam Innocent. IV. ratio *in decretali Romana de appell. in 6.* quare cùm suffraganeorum inquit Romensis Ecclesia suorumque Officialiũ, (qui generaliter de causis ad ipsorum forum pertinentibus eorum vices supplendo cognoscunt) vnum & idem consistorium siue auditorium sit censendum, ab ipsis Officialibus non ad dictos suffraganeos, (ne ab eisdem ad ipsos interponi appellatio videatur) sed iure ad Remensem est Curiam appellandum. Ergo cùm idem sit Tribunal Episcopi, & Vicarij, nec ab isto ad illum licita sit, ac valida appellatio, in Vicarium cadet ordinarij appellatio. Cõsequentia probatur, cum Vicarius sit Iudex cap. *licèt, de offic. Vicar. in 6 & extra eod. tit.* cap. *sua nouis. 5.* necesse est eum esse ordinarium, aut delegatum, non postremum; Nam à delegato ad delegantem permissa est appellatio cap. *super quæstionem 27. §. Porrò de officio Iudicis delegati*, non autem à Vicario ad Episcopum, cap. *Romana 3. de appell. in 6. & cap. 2. de consuet. Item in 6.* Non est hic ergo inter delegatos, sed inter ordinario Iudices habendus.

9. Ex his infertur quoties in aliquo decreto fit mentio ordinarij, nisi subiecta materia aliud poscat, intelligi non tantùm Episcopũ, sed etiam omnes habentes iurisdictionem ordinariam, quia omnes illi ordinarij sunt. In Glos. *in cap. Ordinarij verbo locorum de offic. Ordin. lib. 6.* vbi Franc. *n. 3.* Dominic. *cap. 2. de constit. lib. 6. n. 3.* Abb. *cap. cum olim de præscript. num. 2.* Sylv. *excommunicatio 9. casu 27. num. 92. not. ab. 2. vers. Sed aduerto.* Nauarr. *lib. 4. cons. 21. edit. tit. de sponsal. cons. 5. num. 2.* Guttier. *qq. canon. lib. 1. cap. 19. num. 15. vers. Nihilominus.* Flamin. *de resign. benefic. lib. 3. quæst. 11. num. 19. & seqq.* Sanch. *loc. cit. num. 5.* Vnde nomine, ordinarij comprehenditur Vicarius Episcopi, cùm verè ordinariam iurisdictionem habeat ac proinde ordinarius sit vt probauimus. Sic Nauarr. Guttier. Flamin. Grat. & Sanch. *vbi suprà*, qui bene addũt quoties in Tridentino mentio fit ordinarij cõprehendi Vicarium Episcopi. Idemque dicendum est de Vicario Capituli Sede Vacante, & aliorum habentium Iurisdictionem Episcopalem, cùm verè ordinarius sit.

10. Quare non sunt audiendi Doctores quidam dicentes quod quamuis Vicarius habeat ordinariam iurisdictionem, non tamen dici propriè ordinarium, nec venire nomine ordinarij, sed esse medium inter ordinarium, & delegatum. Hi sunt Bolognet. *rubr. de offic. eius n. 55. in fin* Anton. Gomez *in explic. Bullæ Cruc. cap. 4. num. 21. & seq.* Morla *in empor. iur. tit. 2. quæst. 27.*

11. Cum autem dicimus Vicarium generalem Episcopi esse ordinarium, intelligendum est quoad ea tantùm, quæ ipso iure veniunt ex generali commissione Vicariatus, secus verò, quoad ea, quæ sibi ab Episcopo specialiter committuntur, eo quod requirant speciale mandatum, de quibus inferius, nam quoad hæc dicitur delegatus, nisi simul cum generali commissione Vicariatus committerentur, vt diximus supra.

12. Hinc etiam fit, vt quamuis in Concilio Tridentino *sess. 25. c. 3. de reformat.* dicatur solos Episcopos posse concedere literas excommunicationis pro rebus deperditis, & ablatis; Nihilominus id posse Vicarios generales, nomineque Episcoporum venire tradunt Sbroz *lib. 2. de Vicario Episcopi, quæst. 171. n. 2.* Guttier. *lib. 1. Canon. capit. 11. num. 8.* & Henriquez, *l. 13. de excommunicatione. c. 17.* & Emmanuel. *1. tom. Summæ, 2. edit. cap. 79. n. 1.* contra Bañez *2. 2. quæst. 66. art. 6. fol. 404. col. 2.* id negantem, posse Vicarium absque speciali facultate, quod etiam negat Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum part. 1. num. 205.* & constat ex Concilio Tridentino *dict. cap. 3.* vbi à nemine, præterquam ab Episcopo decernendas statuit Nihilominus affirmatiuam partem posse scilicet has literas monitoriales ex generali commissione Vicarium decernere non obstante Concilio vltra præcitatos docent Frechil *de excommunicatione p. 2. art. 2. num. 5.* Sayr. *de censuris, lib. 1. cap. 9. num. 33. vers. primum est.* Auila *eodem tractatu part. 2. cap. 5. disp. 2. dub.*

dub.3. Graffis, *tom.1. cons.6. de sentent. excommunicat.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici decis.* 270. *in 1. edit. & resol.255.num.4. in edit.* Garcia *de Benefic.p.5. cap.8. num.94.* Vbi pro hac parte triplicem refert declarationem Sacræ congregationis Cardinalium super d.cap.3. Concilij Tridentini.

13. Et tandem nota quod potest Episcopus ad expediendas causas constituere duos Principales Vicarios, dummodo tamen ij sint in loco vbi sedem habet. Ex quo fit vt non possit creare duos Vicarios generales in principalibus locis duarum Diœcesium æquè principaliter vnitarum. Vide Barbosam, *p.3. alleg.54.num.126. & 129.* Gauantum, *vbi suprà, n. 15. & 16.* & fusè Merollam, *tom.3.*

RESOL. XCIII.

An Vicarius possit reuocari ad libitum ab Episcopo?

Et ampliatur hoc in quolibet Vicario cuiuscunque Superioris.

Et quid si Episcopus jurasset non reuocare Vicarium?

Et infertur posse Episcopum causam coram eius Vicario pendentem ad se auocare, & prohibere illi ne iudicet in ea causa.

Et quæritur, an per constitutionem secundi Vicarij censeatur primus reuocatus? Et supponitur Episcopum posse constituere duos Vicarios Generales. Ex p. 10. tr.15. & Misc.5 Res.24.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Merolla, *tom.3. disp. 7.c.6.dub.51.n.448.* Quia hæc est natura Vicariatus vt possit ad libitum remoueri. ita Gloss. *in Clem. fin. de procur. & Clem. si principalis verb. Per electionem, de rescript.* vbi Card. *num.10.* Anchar. *col. 2* Panorm. *num.9.* & alij communiter. Ampliatur hoc in quolibet Vicario cuiuscumque Superioris, vt docent Gemin. *c.1. de offic. lib.6.* Bertach. *de Episc. lib.4. p.6. tit. de Vicar. Episc. n.9.* Sbroz alios referens *de Vicar. Episc. l.3. q.32. n.3.*

2. Ampliatur secundò etiamsi Episcopus iurasset non reuocare Vicarium. Sic Io. Andr. *c. tua, de offic. Vicar.* vbi Panorm. *n.5. in fin.* Paul. de Castr. *cons.361. n.4. volum.1.* Boër. *decis.347. n.1.* Rebuff. *in praxi, tit. forma Vicar. Archiepisc. n.193.* quibus accedit Glos. *in c. fin. de procurat. in fin.* vbi ait Procuratorem reuocari posse etiamsi Dominus iurauerit illum non reuocare. Vt autem reuocatio non solum validè, sed etiam licitè fiat, requiritur causa rationabilis, vt quia Vicarius malè se gereret in administratione iustitiæ, nam aliàs Episcopus esset perjurus reuocâdo Vicariũ, ac proinde peccaret mortaliter, quamuis esset valida reuocatio, nisi absolutionem à iuramento obtinuerit, ita Rebuff. *loc. cit.* Cucc. *vbi suprà, n.138.* Sbroz, alios referẽs, *d.q.32. n.8. & seqq.* idem asserit glos. *in Clem. fin. de procurat. lib.6. de Domino reuocante procuratorem, quem iurauerat non reuocare.* Hinc infertur à fortiori, posse Episcopum causam coram eius Vicario pendentem ad se auocare, ac prohibere illi, ne iudicet in ea causa. Patet, quia si Episcopus potest ex toto reuocare Vicarium ad libitũ, vt diximus, ita etiam ex parte prohibendo illi, ne iudicet in aliqua causa *l. quæ de toto, ff. de rei vindic.* cap. *Pastoralis, §. Item cum totum de offic. deleg.*

3. Sed licet hæc sententia sit satis probabilis, quam præter Doctores citatos tenet Garcias *in Addit. ad tract. de benef. par.3. c.7. num.22.* & Valenzuela, *cons.101. n.10. vol.2.* Attamen affirmatiuam sententiã etiam probabilem esse puto, quam præter alios tuetur Sapientissimus, & eruditissimus Ioannes Solorzanus *de Indiarum iure, tom.2. lib.3. c.8. num.48.* & Ioannes Baptista Larrea *in decisionibus Granatensibus decis.2. num.1. cum seqq.* quos nouissimè sequitur Machadus, *tom.2. lib.4. part.3. tract.2. docum.6 num.4.* vbi sic ait: *El tercero modo con que cessa la iurisdicion del Prouisor es por la reuocacion que el dicho officio le haga su Obispo, en lo qual todos los Dotores conuenen. Queda pues dudoso, y controuerso entre ellos, si el Obispo pueda remouer sin causa justa à su Prouisor por solo su voluntad. El Presidente Valençuela, y otros muchos antiquos, y modernos enseñan que si, y esto aunque al principio le huviesse prometido con juramento no reuocarle el officio. Pero no obstante esto el Dotor Solorzano juzga, y defiende por mas recibida, y praticada opinion que el Obispo no puede remouer à su Prouisor sin causa, y essa grave por la dignidad deste officio, y estimacion de las personas que se eligen para el. I desta misma opinion es don Iuan Bautista de Larrea meritissimo Fiscal del Consejo Real, y merecedor por sus grandes partes de la Presidencia.* Ita ille, qui meritò de tali viro encomium facit, fuit enim laude dignissimus & plusquam ego mereor nomini meo addictissimus.

4. Sed an per constitutionem secundi Vicarij censeatur primus tacitè reuocatus affirmant Ioannes Andreas *in c. tua de offic. Vicar.* Gemin. *in c. licet, n.14. vers. vltimò limita eod. tit. in 6.* Alex. & Ias. *in rubric. ff. de offic. eius.* Bertach. *in tract. de Episc. lib.4. part.6. tit. de Vicar. Episc. num.15.* Panvin. *de potest. c.2. part. princ. q.10. num.10.* Milis *in repert. verb. Vicarius Episcopi.* Marc. Ant. Cucc. *instit. maior. tit. de Vicar. Episc. num.143.* vbi hoc declarãt vt procedat, quando Episcopus vnum tantùm Vicarium habere consueuerat.

5. Sed ego adhæreo contrariæ sententiæ, quam sequuntur Glossa magna *in cap. in Galliarum 13. qu.5.* Albert. *in dict. l. si quis cum Procuratorio §. fin. verse. Quid in legatis Sedis Apostolicæ.* Matt. Leand. *tract. de leg. §.10.* Card. *in dict. cap. tua 45. de offic. Vicar.* Panorm. *in cap. Volentes, num. 11. de offic. deleg.* & ibi Barbat. *col. 2. & seq. vers. Nota, hic textus.* Roman. *sing.57. in fine.* Boer. *decis. 347. num.5. in fine.* Rebuff. *in praxi vbi de Vicar. Archiep. num.204.* Gambar. *de pot. leg. lib.9. num.13.* Vant. *de nullit. tit. de nullit. ex defmand. num.166.* Sbroz *lib. 3. quæst. 33. num. 2.* Ricc. *collect. 1485.* & hanc sententiam tanquam communem esse tenendam scribit latè Alphons. Carmon seu Hojeda *in tract. de Benefic. incompat. part. 2. cap. 10. num. 9* Et ratio est, quia Episcopus potest sibi constituere duos Vicarios generales. Cùm ergo reuocatio Vicarij sit res odiosa, constitutio secundi Vicarij interpretanda est in minorem, ac benigniorem partem, vt scilicet facta sit cumulatiuè ad primam, & non priuatiuè.

6. Nec obstat argumentum in contrarium allatum de Procuratore, qui censetur reuocatus per constitutionem secundi. Nam responderi potest cum Panorm. & Boër. *vbi suprà*, quod ideò ius præsumit Dominum dando secundum Procuratorem censeri reuocare primum, quoniam plures Procuratores se impediunt per concursum, quandoque enim vnus affirmat, quod alter negat iuxta *not. in cap. pen. de elect. lib.6.* Secus in pluribus Iudicibus ordinariis, quales sunt Vicarij generales Episcoporum. Nam cùm hi habeant potestatem in solidum, plures deputari solent in eodem officio, vt facilius possit Reipublicæ consuli. *l. vnica, ff. de offic. consul. vbi* Bart.

7. At ex nostra sententia certum est quod non procederet si ex verbis secundæ constitutionis Vicarij colligeretur primum Vicarium esse reuocatum ex cap. *Si quem de procur. in 6.* vide Baunium, *in Theol. mor. tom.1. tract.9. quæst.5. paulò ante finem.*

RESOL.

RESOL. XCIV.

An Regularis illegitimus absque alia dispensatione possit eligi in Vicarium Episcopi?

Et an talis Regularis illegitimus non possit per priuilegia Religionis dispensari, vt sit Vicarius Episcopi, quia virtute illorum solum potest dispensari quoad Prælaturas in Religione, non ad dignitates extra?

Et an Monachus possit eligi in Vicarium Episcopi? Idem est de Vicario Capituli Sede Vacante.

Et dicetur quoslibet Religiosos, (exceptis Franciscanis,) esse posse Vicarios Episcopi ex licentia suorum Prælatorum, & non esse obtinendam licentiam à Generali, vel Prouinciali, sed sufficere licentiam Prælati immediati.

Et quid est dicendum, quando Religiosus non esset exemptus à iurisdictione Episcopi, an tunc requiratur licentia Abbatis, & Episcopi?

Et quid, si discordent?

Et an, si Monachus constituitur Vicarius Episcopi absque licentia Superioris, teneant gesta, & acta per eum?

Et an omnes Religiosi, (exceptis Minoribus,) possint esse iudices Arbitri, Iudices Assessores, Iudices Delegati Episcoporum, accedente tamen licentia Prælati, & Monasterij vtilitate? Ex p. 10. tract. 15. & Misc. 5. Rel. 30.

§. 1. Affirmatiuam sententiam tenet Augustinus Barbosa *in Coll. de c. 1. de filiis presbyt. num. 8.* & illum adducens Ioannes Solorzanus *de Indiarum iure, tom. 2. lib. 3. cap. 8. num. 29.* asserentes, quod etiamsi ad Vicariatum requiratur qualitas legitimitatis, sufficit dispensatio, quæ in Monachis super hoc defectu inducitur per ingressum Religionis. Verùm ego puto Solorzanum non asserere, sed recitatiuè hanc sententiam Barbosæ attulisse. Sit autem Pace viri doctissimi, & amicissimi illam non approbo, cum sit contra communem. Dico itaque, quod Religiosus eligendus Vicarius Episcopi, debet esse legitimus, non autem illegitimus, licet enim per professionem solemnem quis habilitetur ad suscipiendos ordines sacros, non tamen aptus fit ad officium Vicariatus propter eius præeminentiam, & iurisdictionem, ita Campanil. *in diuers. iur. Canon. rub. 11. cap. 13. num. 118.* Maiol. *de irregul. lib. 1. cap. 10. num. 3.* & Sayr. *de censuris, lib. 6. cap. 1. num. 3.* quibus accedunt Fr. Emman. *de irregularibus, tom. 1. quæst. 13. num. 13.* & Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 5. cap. 5. num. 16.* post principium, vbi vult, illegitimos per Religionis professionem non reddi habiles ad dignitates, Prælationes, aut Beneficia curata quæcunque, & de Prælaturis satis constat *ex cap. 1. de filiis presbyterorum*, vbi fiunt habiles ad ordines etiam Sacros, & additur: Prælationes autem nullatenus habeant. Quare illegitimi professi non possunt esse Vicarij Episcopi, cum Vicariatus sit quædam dignitas. Maiol. post alios *d. cap. 10. num. 3.* Sayr. *dict. l. 6. num. 3. cap. 1.* & Fr. Emmanuël *dict. tom. 1. regul. quæst. 13. art. 13.* vbi bene addit, nec posse per priuilegia Religionis dispensari vt sit Vicarius Episcopi, quia virtute illorum potest dispensari quoad Prælationes in Religione, non autem extenditur dispensatio ad dignitates extra, sequitur Azor. *dict. lib. 2. cap. 43. quæst. 10. vers. quæris itidem.* Fusc. *de visitat. lib. 2. cap. 15. num. 10.* & Abroz. *de officio Vicarij, lib. 1. quæst. 40. num. 11.* Quibus adde Fragosum, *tom. 2. lib. 8. disput. 19. §. 4.*

2. Sed hic obiter notanda sunt aliqua; & Primò, an Monachus possit eligi in Vicarium Episcopi, & negatiuè videtur respondendum, quia Monachus habetur pro mortuo, & est à cœtu sæcularium penitus segregatus *l. Deo nobis §. Hoc etiam congruum, C. de Episc. & Cler.* iuncto cap. *placuit il secundo*, & cap. *Monachi, 16. quæst. 1.* & hanc sententiam tenet Guido *decis. manuscr. 114.* vt refert Sbroz, *de Vicar. Episc. quæst. 38.*

3. Communis vero sententia illorum posse Monachum, seu Religiosum de licentia sui Superioris constitui Vicarium, ab Episcopo, quia nullo iure probari potest eum esse incapacem Vicariatus. Ita Gloss. *in cap. de præsentium verb. Defensor*, & cap. *Monachi verb. Abbate 16. quæst. 1.* vbi Monachus potest ab Episcopo constitui Iudex, Panorm. *in cap. cum causam de elect. & cap. fin. num. 4. de cler. ægrot.* Ioan. Andr. *in Clem. Et si principalis de rescript.* vbi Cardin. *num. 17.* Imol. *num. 26.* Guid. Pap. *decis. 563.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de Vicar. Episc. num. 30.* Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 17. num. 100.* Vant. *de nullit. ex defect. Iurisd. deleg. num. 81.* Milis *in repet. verb. Vicarius Episcopi*, Sbroz, *de Vicar. Episc. lib. 1. quæst. 38. numer. 4.* Sanch. *tom. 2. sum. lib. 6. cap. 13. num. 88.* idem dicit Sbroz, *num. 11.* aliis relatis de Vicario Capituli Sede Vacante, quia est eadem ratio, ac de Vicario Episcopi. Excipit idem Sbroz, aliis relatis, *quæst. 40.* Religiosos ordinum Mendicantium, dicens hos non posse esse Vicarios Episcopi. Quod etiam tenet Carolus Antonellus *de regimine Ecclesiæ Episcop. lib. 6. cap. 10. num. 1.* Riccius *in decis. Archiepis. tom. 2. decis. 351.* Franciscus Maria, *tom. 1. decis. 999. & 1285.*

4. Sed hæc opinio mihi non placet intellecta generaliter de omnibus Mendicantibus, sed tantùm de fratribus Ordinum Minorum, quibus tantum hoc interdictum est vt colligitur ex Clem. *Exiui, de verb. signif.* Aliis verò mendicantibus non prohibetur generaliter ne possint esse Vicarij Episcopi, sed tantùm illis, qui ad Religionem non Mendicantem transierunt, vt habetur in Clem. 1. §. *Ad Prioratus de Regul.* sic tenet aliis relatis Pellizarius *in man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 6. num. 147.* Sanchez *in Summa, tom. 2. lib. 6. cap. 13. num. 93.* & Merolla *tom. 3. d. 7. cap. 6. dub. 5. num. 96.* & Castrus Palaus, *tom. 3. tr. 16. d. 4. punct. 12. §. 1. num. 4.* qui putant hanc sententiam limitatam non procedere in Religiosis Mendicantibus transeuntibus ad non Mendicantes, nam ij ab hoc officio excluduntur Argum. text. *in Clem. 1. §. ad prioratus ad Regular.* Sanch. *de dicto, cap. 13. num. 88.*

5. Concludendum est igitur quoslibet Religiosos (exceptis Franciscanis) esse posse Vicarios Episcopi ex licentia suorum Prælatorum, quia in eo officio sumendo vtilitas Monasterij cernitur non leuis, qualis est Episcopum habere proprium. Ita etiam omnes Religiosi præter Franciscanos.

6. Nota secundo contra Rodriguez *in qq. regul. tom. 3. q. 76. art. vlt.* licentiam necessariam, vt Regularis possit esse Vicarius Episcopi, non esse obtinendam à Generali, vel Prouinciali, sed sufficere licentiam Prælati immediati, quia est verè Prælatus. Præterea, quia vt Religiosus fungi possit officio Procuratoris, Aduocati, Arbitri, quæ ipsi à iure interdicuntur, sufficit licentia immediati Prælati, vt bene probat Sanch. *tom. 2. sum. l. 6. cap. 13. num. 8. & 56.* Ergo idem dicendum est in casu nostro. Quid autem dicendum sit quando Religiosus non esset exemptus à iurisdictione Episcopi. Aliqui volunt in hoc casu requiri licentiam Abbatis, & Episcopi simul, & si discordent, dicunt præferendum esse Abbatem, ipsique potius obediendum. Ita Card. *in Clem.*

Clem. 2. num. 17. de reser. Sed melius dicit Sanchez *dict. cap. 13. num. 91.* sufficere licentiam vel solius immediati Prælati, vel solius Episcopi, quia vterque est legitimus eius Superior. Item videtur aperte dicere Nau. *in com. 2. de reg. ad finem ver. addo decimoquinto.* Si verò discordant potius Episcopo obediendum esse tanquam Superiori vtriusque.

7. Excipitur tamen, nisi generalis Superior, vel Prouincialis sibi eam facultatem reseruassent vti in Societate IESV *6. p. const. cap. 3. §. 7. in declar. D.* Præposito Generali reseruata est, ac proinde nullus Superior, qui ab eo potestatem non acceperit, nec dare priuato Religioso facultatem iudicandi, nec sibi sumere potest.

8. Sed difficultas est, An si Monachus constituatur Vicarius Episcopi absque licentia Superioris teneant gesta, & acta per eum. Et quidem respondet Sanchez *lib. 6. sum. cap. 13. num. 97.* tenens gesta per supradictum Monachum Vicarium non valere. Ratio eius est quia arbitrium præstitum à Monacho absque licentia sui Superioris est ipso iure nullum: Ergo à fortiori idem dicendum est de sententia ab eo lata tanquam à Vicario. Antecedens probat *num. 69.* ex eo, quia Monachus, seu Religiosus æquiparatur seruo, at arbitrium serui nullum est *l. Prædius 7. §. In seruum, ff. de arbit.* vbi gloss. *verb. Nullum*, & hæc est communis opinio Doctorum, quos refert idem Sanch. *d. n. 69.*

9. Hanc etiam sententiam tenet Fragosus *de Republica, tom. 2. lib. 8. disp. 19. §. 4. n. 14. in fine.* Verum ego sententiæ affirmatiuæ adhæreo, quia nullus reperitur textus irritans arbitrium datum à Religioso absque licentia superioris exceptis Fratribus Minoribus, qui neque de licentia Superiorum possunt esse Iudices, vel Arbitri, vt colligitur ex Clem. *exiui de verb. signif.* Quare meritò Doctores, qui dicunt arbitrium datum à Religioso absque licentia Superioris esse nullum, loquuntur de Religiosis ordinum Minorum. Et hanc sententiam tenet Fulu. Pacian. *cons. 162. num. 72.* vbi citat Corn. *cons. 2. n. 7. vol. 2.* Alciat. *præsumpt. 18. reg. 3. n. 5. & 9.* Roman. *cons. 235. n. 4. col. 2.* Alex. de Nouo *in cap. Quintauallis, num. 105. differ. 12. vers. Sed an poterit de iureiur.*

10. Nec obstat argumentum Sanchez de æquiparatione serui, & monachi, nam argumentum ab æquiparatis validè est solùm in iis, quæ sunt in omnibus à iure æquiparata per modum regulæ. At verò Monachus, & seruus non sunt in omnibus æquiparati, nam monachus non potest sibi eligere sepulturam vt habetur *in cap. fin. de sepult. lib. 6.* seruus verò sic, vt docet Panorm. *in cap. de vxore sepult.* Vide Merollam *vbi suprà, n. 45.* Verum stando in opinione Sanchez, intelligenda est secluso communi errore; Nam si communis error adesset, ipse Sanchez cum Pellizario, *vbi suprà, num. 248.* putant, licet electio sit nulla, gesta tamen talis Vicarij esse valida per *leg. Barbariem, ff. de officio Prætoris*, & omnia supra dicta intelligenda sunt etiam de vicario Sede vacante, aut locum tenente Vicarij, vt obseruat Pellizarius.

11. Nota tamen non obstantibus supradictis Peyrinum *in priuil. Minim. tom. 1. Constit. PI. Sixti IV. §. 10. n. 48.* docere ex decretis Clem. VIII. & Pauli V. non posse hodie Superiorem Regularium licentiam præbere subditis pro munere Vicariatus exercendi. Et Nauar. *in Lucer. Reg. ver. 6. verius. n 1.* adducit declarationem Sac. Congregationis sub die 8. Maij 1615. asserentem quod Episcopus non debet per Regulares exercere officium Vicariatus; sic Lezana *in sum. tom. 4. vers. Vicarij Religionum, n. 10.* dicit, quòd de hac declaratione non constat authenticè, & decreta Pauli V. & Clementis VIII. videntur loqui de licentiis particularibus, non verò de licentiis quas Superiores Regularium concedunt, & vi iuris communis, & quæ clauduntur in ipso corpore iuris, quare numquam derogatur nisi de illo expressa mentio efficiatur. Et ideo Auctores, qui post dicta decreta Clem. VIII. & Pauli V. scripserunt dempto Peyrino, absolutè docent hodie posse de licentia Superioris, & cum vtilitate Religionis Monachos exercere munus Vicarij Episcoporum, vt satis supra probatum est.

12. Possunt esse Iudices Arbitri, Iudices Assessores, Iudices Delegati Episcoporum accedente tamen licentia Prælati, & Monasterij vtilitate, quæ omnia satis probat Castrus Palaus, *vbi suprà, n. 6. 7. & 8.*

RESOL. XCV.

An Vicarius Episcopi sine speciali mandato possit facere concursum ad beneficium?

Et an Vicario in spiritualibus tantum constituto possit committi ab Episcopo potestas conferendi beneficia?

Et quid, quando Vicarius constitutus est tantum in temporalibus? Ex part. 10. tract. 15. & Misc. 5. Res. 23.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Garcias *de Beneficiis, tom. 2. part. 9. c. 2. §. 1. n. 117.* vbi sic ait. Dubitatur an Vicarius Episcopi ex generali commissione absque speciali mandato possit facere concursum ad Parochiales, & successiuè ex approbatis digniorem eligere. In quo breuiter respondetur affirmatiuè. Nam regulariter Vicarius ex generali commissione potest exercere, quæ sunt iurisdictionis, nisi in casibus exceptis. Nec obstat Concilium dicto *cap. 18. versic. transactio*, ibi, ab Episcopo siue eo impedito ab eius Vicario generali, vbi videtur velle Concilium, ita demum Vicarium posse facere examen per concursum, si Episcopus sit impeditus, quia respondetur per illa verba non tolli, quin coram Vicario possit fieri examen, etiam Episcopo non impedito, sed posita esse ad denotandum conuenire quod ab ipso Episcopo cessante impedimento fiat examen, &c. sine causa admonitionis. Et ita etiam accipiuntur illa verba: *Vel eo impedito, &c. in cap. 12. vers. prouisi etiam, sess. 24. de refor.* Non tamen poterit Vicarius absque speciali mandato facere collationem ipsarum Parochialium magis idoneo iudicato. Garsias.

2. Sed hæc opinio mihi non placet, & fundatur in falso principio nempè Vicarium, &c. posse ex generali commissione facere omnia ea, quæ pertinent ad iurisdictionem ordinariam Episcopi exceptis casibus in iure expressis, sicut dicemus *cap. seqq. de potestate Capituli Sede vacante* & ita dictus Auctor æquiparat seu adæquat potestatem Vicarij viuente Episcopo cum potestate Capituli Sede vacante. Hoc autem non est verum, quia in Capitulo transeunt simpliciter omnino, quæ pertinent ad ordinariam iurisdictionem Episcopi, etiamsi aliàs requirerent speciale mandatum exceptis casibus in iure expressis. At verò in Vicarium Episcopi ex generali commissione multa non transeunt, quæ requirunt speciale mandatum, quamuis in iure non reperiantur expressa. Dicendum est itaque sine speciali mandato non posse facere concursum ad Beneficium Parochiale, & magis idoneum repertum eligere, & multò minus inter plures æquè idoneos gratificare, hoc est eligere quem maluerit. Nam sic imponeret necessitatem Episcopo, vt nulli possit Beneficium ipsum parochiale conferre, nisi electo ab ipso Vicario: hoc tamen non videtur credibile, quia valdè extollit auctoritatem Vicarij. Et confirmatur, quia multa non potest facere Vicarius

rius sine speciali mandato, quæ tamen sunt minoris momenti, quam facere huiusmodi concursum, vt colligi potest ex dicendis *dub.* 43. Ergo neque potuit facere hoc. Quare Concilium Tridentinum in verbis supra relatis nihil aliud voluit statuere, nisi quod concursus fiat ab Episcopo vel ipso impedito possit illum committere Vicario generali.

3. Quod si dicas, sequeretur, illa verba; ab eius Vicario generali, esse superflua, nam etiamsi non fuissent apposita, potuisset Episcopus dictum concursum committere Vicario. Respondeti potest non esse omnino superflua, quia si non fuissent apposita, potuisset Episcopus ad libitum id committere Vicario etiam absque aliqua causa, vel impedimento rationabili, modo verò id facere non potest sine rationabili causa, quamuis si absque vlla prorsus causa, Vicario id committeret, factum teneret, quia Concilium non addidit verba irritantia aliter factum. Et hæc omnia docet Merolla, *tom.* 3. *disp.* 7. *cap.* 6. *dub.* 30 *n.* 178. *cum seqq.*

4. Sed si quis hic obiter quærat, an Vicario in spiritualibus tantum constituto possit committi ab Episcopo potestas conferendi beneficia. Et negatiue videtur respondendum, quia Vicarius constitutus ab Episcopo tantùm in spiritualibus constituto possit committi ab Episcopo potestas conferendi beneficia. Et negatiuè videtur respondendum, quia Vicarius constitutus ab Episcopo tantùm in spiritualibus non dicitur Vicarius generalis, vt docet Panvinus *de potest. Cap. Sede vacant.* 2 *part. princ. q.* 10. *num.* 6. *in fine* Rebuff. *in praxi, tit. de Vicar. Episc. num.* 18. Iacob Mellil. *opusc. de præced. Vicar. cap.* 1. *num.* 5. & Azor. *tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 43. *quæst.* 7. *& cap.* 46. *q.* 1. idem dicunt à fortiori Rebuff. & Mellil. de Vicario constituto tantum in temporalibus. Probant hanc sententiam *ex cap. penult. de suppl. negl. prælat. l.* 9. vbi Sede vacante Capitulum, vel eo negligente, Visitator ab Archiepiscopo creatus administrat duas species iurisdictionis Episcopalis, videlicet temporalem, & spiritualem.

5. Sed ego affirmatiuæ sententiæ adhæreo, & videtur aperte colligi ex cap. *cum nullus*, §. *Episc. de tempor. ordin. lib.* 6. & Concil. Trident. *sess.* 13. *de refor. c.* 1. 2. 3. & 7. vbi Vicarius Episcopi in Spiritualibus appellatur generalis. Et confirmati potest; nam in Breuibus Summi Pontificis ad Episcopos directis, Vicarij eorum in spiritualibus appellantur generales, his verbis, venerabili fratri Episcopo Auersano, siue suo dilecto filio eius Vicario in spiritualibus generali. Et hanc opinionem tenent Feder. de Sen. *cons.* 302. *num.* 4. *versic. his verbis.* Marchesi. *de commiss. part.* 2. *c.* 6. *de commiss. appell. num.* 38. Sanch. *lib.* 3. *de matrim. disp.* 29. *num.* 11. Garz. *de benefic. part.* 5. *c.* 8. *num.* 21. *& seqq.* Quibus adde Castrum Palaum *tom.* 2. *tr.* 13. *disp.* 2. *punct.* 30. *n.* 6. & Barbosa *de potestate Episc. p.* 3. *alleg.* 54. *n.* 57.

RESOL. XCVI.

An si nullum examen, in quo interuenerunt Examinatores Synodales designati nomine Dignitatis, v. g. Prior S. Dominici, Lector talis Monasterij, Canonicus Pœnitentiarius, &c.

Et quid, si designatio fieret hoc pacto: Eligimus in Synodalem Examinatorem Guardianum Capucinorum, & eum, qui pro tempore erit, &c.?

Et an Examinatores Synodales possint ex consuetudine aliquod stipendium intuitu sui officij accipere absque simonia tam accipientis, quam dantis?

Et notatur Episcopum de suo posse dare aliquid Examinatoribus. Ex. p. 11. tract. 6. & Misc. 6. Resol. 33.

§. 1. NEgatiuè respondet Petrus de Ledesma *in sum.* 2. *par. tr.* 7. *c.* 1. *concl.* 7. circa hanc difficultatem: & testatur sic vsu & consuetudine in Hispania esse receptum, & à viris doctis approbatum. Et ratio esse potest, quia illa verba generalia sunt, & sufficientia successores comprehendere; neque talis comprehensio videtur Concilij dispositioni obstare: nam esto successores in particulari approbari non possint à Synodo, cum sint incogniti, approbantur tamen in genere titulo dignitatis, & officij sicut sub eo titulo designantur: Et sicut Pontifex in suis Rescriptis commissis Vicario Diœcesano, non solùm approbat Vicarium presentem, & de illius probitate confidit, sed approbat futurum, & successorem, quia credit (moraliter loquendo) neminem in illo officio constituendum esse, qui aptus non sit ad munus sibi commissum obeundum: Ita de Examinatoribus Synodalibus sub nomine dignitatis approbatis, dicendum videtur. Et ita hanc sententiam tenet etiam Villalobos *in summa, tom.* 2 *tract.* 8. *diffic.* 5. *num.* 3. qui testatur de consuetudine Hispaniæ.

2. Alij vero contrariam sententiam magis securiorem, & veriorem existimant, quam tuetur Salgadus *de Protect. Regia, par.* 3. *cap.* 9. *n.* 76. vbi sic ait: Ex his apparet, quod cùm ipsi Examinatores ex Concilio, & motu proprio Pij V. sint approbandi scientia, moribus, & vita, eorum deputatio debeat fieri nominatim, & de personis certis, non autem in genere, puta Prior seu Lectores talis Monasterij, Canonicus Doctoralis, vel Magistralis, ac Pœnitentiarius, ita vt cõprehendantur etiam successores, tanquam personæ incertæ, in quibus non potest cadere approbatio à Concilio Tridentino, & motu proprio. Ita ille, qui citat Garziam, quibus adde Castrum Palaum, *to.* 2. *tr.* 13. *disp.* 3. *punct.* 1. §. 4. *n.* 8. & Thomam Hurtadum, *var. tom.* 2. *tr.* 11. *c.* 1. *ref.* 5. *n.* 65.

3. Verùm circa præsentem difficultatem mihi placet adhærere opinioni Patris Tancredi *de Religione tr.* 2. *lib.* 4. *disp.* 17. *quæst.* 2. *num.* 10. Dicit igitur quod si sint illi iidem, qui fuerùnt tempore designationis, valeat examen; nam tunc sufficienter determinatur persona nominando dignitatem, quam de præsenti, & tempore nominationis obtinet, vt si dicant Priorem, v. g. Sancti Dominici certum est nominari in Examinatorem Priorem qui tunc in dicto conuentu existit, qui etiam si à Prioratu finito tempore remoueretur, & nondum facta mutatione Examinatorum iterum Prior factus esset, adhuc esset legitimus Examinator Synodalis: nam esto secundùm recentiores probabilius sit, non venire successores in dignitate, tamen in hoc casu proculdubio venit, quia cessat eorum ratio, nempe posse euenire vt successor non habeat qualitates à Concilio requisitas in Examinatoribus.

4. Quod si designatio fieret hoc pacto: Eligimus in Synodalem Examinatorem Guardianum Capuccinorum, &c. & eum qui pro tempore erit tunc dico successorem in officio venire. Ducor, quia ex vsu parte non extat vllum præceptum Concilij in contrarium, vt constat, & ipsi Recentiores fatentur; nec est contra eius intentionem, quia sunt aliquæ dignitates, ad quas semper moraliter promouentur viri habentes qualitates à Concilio requisitas in examinatoribus, nec ex eo, quod Concilium velit, vt singulis annis examinatores designentur, excluso posse designari successores in aliqua dignitate; imò, cùm iam videamus in

multis locis synodum non celebrari per plures annos, potest colligi posse successores in officio designari, modo Concilium Synodale suam exprimat intentionem? ex altera parte cùm addit, & qui pro tempore erit, suam explicat voluntatem apertissimè, non est dubium in illo casu successores comprehendi, & esse veros, & legitimos Examinatores Synodales. Nec Rotæ Decisiones, quæ adducuntur in contrarium, loquuntur in isto casu. Vnde Gauantus *in praxi Diæc. Synod. cap.* 31. ait, fortasse valere in eo casu; sed ob dictas rationes mihi est certum, ait Tancredi, *vbi supra*, qui testatur sic vsu fuisse receptum in multis Diœcesibus, & præsertim in Archiepiscopatu Montis Regalis.

5. Sed quid hic incidit sermo de Examinatoribus Synodalibus, quæritur an possint ex consuetudine aliquod stipendium intuitu sui officij accipere. Et negatiuè respondet Garzias *de benef. part.* 9. *cap.* 2. *n.* 368. qui *n.* 374. tres Declarationes Sacræ Congregationis adducit, in quibus statuitur quod neque Episcopus, neque Synodus Diœcesana possunt statuere aliquod stipendium etiam minimum Examinatoribus pro concursu Parochialium, & si secus fecerint, decretum sit irritum, & nullum. Et has declarationes adducit etiam Bellarminus & Barbosa *ad cap.* 18. *sess.* 24. Concilij Tridentini. Vide etiam Barbosam *de potestate Episcop. par.* 2. *Allegat.* 60. *n.* 52. & alios penes ipsos.

6. At his non obstantibus Pater Hurtado *vbi supra resol.* 4 *n.* 47. *cum seqq.* contrariam sententiam putat probabiliorem, & pro eo citat Ledesmam, & Nauarrum, quibus ego addo Franciscum Zipæum *in iure nouo Pontificio, lib.* 5. *tit. de Simonia, n.* 5. vbi sic ait: Porrò rigidissimè procedit Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. §. *Caueantque* aduersus Examinatores promouendorum ad Ecclesias Parochiales per concursum. Caueantque, inquit, ne quidquam prorsus occasione huius examinis, nec antea, nec post accipiant: alioquin simoniæ vitium, tam ipsi, quàm alij dantes incurrant, à qua absolui nequeant nisi dimissis beneficiis, quæ quomodocunque etiam antea obtinebant, & ad alia in posterum inhabiles reddantur, rigidissimè inquam ne quicquam, inquit vnde citati à Barbosa *in Collectan. Doctor. ad Concil. Trid. ad d.* §. *Caueant. num.* 13. *& seq.* ne minimum quidem permittunt accipi; ne quidem ex interpretatione *cap. & si* 10. *de Simon.* occasione, inquit, huius examinis; non tantùm in pretium, & pactum, sed etiam causa gratitudinis; fidem etiam contra *dict. cap. Et si*: nec ante, inquit Concil. Trident. nec post etiam contra *d. cap. Et si, cap. in tantum eod. c. ad Apostol.* 10. *eod.* vbi post præstitia officia non pretium, sed eleemosyna, seu quid aliud consuetum accipi permittunt: adeo quidem scrupulosè, vt omnino nihil causa laboris, & in vicem stipendij, etiam ex fructibus Beneficij vacantis, aut aliàs recipi permittent: nisi fortè Episcopus, de quo Concilium non statuit stipendium, de suo tribuat: at verò vt hic rigor pronos deterreat, non est admodum oppugnandus: cæterum verius puto, non tantum quod pro labore, studio, molestiaue Examinatorum ab Episcopo de suo soluitur, prohibitum hic non esse, sed etiam quod neque ab œconomo beneficij vacantis, ad nutum iudiciúmque Episcopi; quinimo sententiam Concilij eo vergere, vt de concurrentibus agat tantum, vel per se, vel per alios, vel eorum nomine aliis tantum agat; ex verbis, tam ipsi, quam alij dantes: idque ad finem peruertendi rectum Examinatorum iudicium ex connexione textus; iurent, inquit, se quacumque humana affectione postposita fideliter munus executuros: & coniungit, caueántque ne quidquam accipiant, &c. agit ergo de accipientibus, & dantibus ad inducendam humanam illam affectionem, ne prorsus extra iuris rationem sistamus, & verba magis, quam mentem sectemur; quia cùm ea tantum dantur, quæ voluntatem recipientis, inquit, *dict. cap. Et si*, inclinare, vel monere non debeant, Ecclesia Romana interpretari non consueuit accipientem his delinquere, vel donantem. Hucusque Zypæus, & ad declarationem Cardinalium superius adductam respondet Hurtadus, quod nisi sit in forma Authentica inducta ab Vrbano VIII. non habet vim. Ad cuius Authenticam formam inter alia, vt vim obligandi habeant, duo requiruntur. Primùm quod Auditor Cameræ Apostolicæ sub censura mandet eas obseruari. Et sic obseruat stylus Curiæ. Ita Valerius *de differ. verb. Absolutio diff.* 1. *num.* 20. Secundum, quod dicatur eas factas consulto Summo Pontifice. Ita Corialonus *de casib. reserv. part.* 1. *sect.* 1. *art.* 11. *num.* 5. Peyrinis, *tom.* 1. *de Subdit. quæst.* 1. *cap.* 25. *conclus.* 1. *pag. mihi* 291 Vnde, & consulto Summo Pontifice Vrbano VIII. die 2. Augusti anno 1631. omnes declarationes Cardinalium impressæ, vel imprimendæ prohibentur tanquam non authenticæ, nisi illæ quæ in authentica forma solito sigillo, & subscriptione Eminentissimi Cardinalis præfecti, ac Secretarij eiusdem Congregationis pro tempore existentis munitæ fuerint, & nobis non constat an declaratio illa sit ita authentica, præcipuè cùm, vt notat Salas *de legibus disput.* 2. *sect.* 9. *num.* 53. Congregatio non semper, sed in raro casu, & in grauioribus, & difficilioribus dubiis Summum Pontificem consulere soleat. Hæc Hurtadus: quæ quidem non omnia approbo; nam paucissimæ Cardinalium Declarationes vim habent: vnde circa præsentem difficultatem non audeo à prima sententia negatiua recedere, propter reuerentiam quam debeo Purpuratorum Patrum Responsis.

Sup. hac forma in tom. 6. tract. ex. tissima de Censura R. q. 23. signatura à §. sed ea ca. & seqq. & ex Rel. 24. signatura à §. contra doctrinam, & in aliis §. carsi annotationem & si placeat legas per tria & alia casa primarum annotationum.

7. Nota verò quod ex Garzia docet Massobrius *in Praxi habendi concursum Requis.* 16. *dub.* 1. posse Episcopum de suo dare aliquid Examinatoribus, quia hoc nullibi reperitur prohibitum.

RESOL. XCVII.

An si eo tempore, quo debet fieri prouisio per concursum, non adsint Examinatores Synodales, de quibus loquitur Concilium Tridentinum, sess. 24. *c.* 18. *possit Episcopus deputare alios absque Synodi celebratione?*

Et an beneficium sic collatum possit ab alio impetrari?

Et an existentibus in Synodo Doctoribus, Clerici non Doctores possint eligi in Examinatores Synodales?

Et quid, si quotannis Synodus non fiat, an Examinatores deputati munus suum debeant exercere, donec noua Synodus habeatur?

Et an, si anno autem elapso, aliqui ex eis mortui fuerint, officium omnium expiret? Px p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Res. 64.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docent Homobonus *de examin. Eccles. par.* 1. *tract.* 2. *c.* 3. *q.* 30. *in fine*, Riccius *in praxi, tom.* 1. *resol.* 355. *per tot.* & Barbos. *de potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 60. *n.* 50. stantibus decisionibus Rotæ in vna Placentina Parochialis 29. Nouembris 1593. in alia Achipresbyteratus 6. Iunij 1582. & in vna Pampilon. Parochialis 23. Ianuarij 1591. Et ratio est, quia vbi forma à lege inducta non potest præcisè adimpleri, tunc illa

illa remittetur; sed cùm Concilium Tridentinum loquatur cum præsupposito, quod examinatores synodales existant, ergo cessante hoc præsupposito, cessare debet eius dispositio.

2. His tamen non obstantibus, negatiuam sententiam docent nouissimè Antonius Massobrius *in praxi habendi concursum requis. 12. num. 6. à num. 4. usque ad num. 10.* & Doctus Melchior Lotterius *de re beneficiaria, tom. 1. lib. 2. quæst. 31. num. 71. & seqq.* vbi notat affirmatiuam sententiam, & decisiones Rotæ procedere, quando concurreret casus mortis, vel absentiæ deputationem in Synodo infra annum à die celebrationis eiusdem Synodi, vt fuit desisum per Sacram Cardinalium Congregationem, in vna Panormitana Archiepresbyteratus, 5. Iulij 1620. coram Illustrissimo Buratto: nam quemadmodum hoc casu, nihil possit imputari Episcopo, qui neque ex forma Decreti Concilij Tridenti, neque ex forma antiquorum Canonum, tenetur intra annum vltra quàm semel cogere Synodum; ita si annus iam esset elapsus, omnino imputari ei debet, cur non adimpleuit formam Concilij Tridentini, cùm succedente vacatione, illicò possit indicere Synodum; & in prima eius sessione deputare Examinatores Synodales, atque ita Decreti formam adhibere. Sic Lotterius; vnde patet responsio ad argumentum Riccij, Homoboni, & aliorum *vbi suprà*. Et ita etiam hanc sententiam docet Garsias *de benef. tom. 2. part. 9. c. 2. num. 92.* vbi sic asserit. Magis conformis Concilio videtur sententia Sacræ Congregationis, nam elapso anno, defectus Examinatorum contingit culpa ipsius Episcopi non facientis Synodum, in qua illi deputentur, vt disponit Tridentinum, & sic defectus iste culpa sua, & negligentia contingens, non excusat eum ab obseruatione formæ, & sic cessat ratio Rotæ. Ita Garsias, & aduersùs Riccium hanc etiam sententiam tenet Venerus *in exam. Episc. lib. 4. cap. 25. num. 12.* asserens beneficium sic collatum, posse ab alio impetrari, quia prouisio deuoluitur ad Sedem Apostolicam ex expresso Decreto Concilij Tridentini. *vbi suprà.* & Bulla Pij V. in Bullario 32. irritante prouisiones factas sine Examinatoribus synodalibus; & ego hanc sententiam probabiliorem esse existimo: quando vero infra annum Synodi Examinatores mortui fuerint, tunc Episcopus alios eligat iuxta formam Decreti Clem. VIII. quam afferunt Massobrius *vbi suprà dub. 3. num. 2.* & Garsias *n. 73.*

3. Notandum est tamen hîc obiter, quòd declaratio Sacræ Congregationis à Cosmo Cardinali de Torres subscripta, sic asserit. An existentibus in Synodo Doctoribus, Clerici non Doctores possint eligi in Examinatores Synodales? Sacra Congregatio Cardinalium Concil. Trident. respondit necessariò Examinatores eligi debere, qui sunt Magistri, seu Doctores, aut Licentiati in Theologia, aut iure Canonico, si extent; alioquin alios Clericos esse eligendos, qui ad id videbuntur magis idonei.

4. Nota etiam, quòd si quotannis Synodus non fiat, Examinatores semel deputati munus suum debent exercere, donec noua Synodus habeatur, vt refert decisum Francis. Leo *in thesau. fori Eccles. part. 2. cap. 3. n. 25.* si anno autem elapso, aliqui ex eis mortui fuerint, officium omnium expirat; & ita decisum refert Galetti *in Margarit. cas. conscien. ver. Examinatores. n. 1.* vide etiam Venerum *in exam. Episcop. lib. 4. c. 25. n. 8. & 10.* & Barbosam *de potest. Episcop. par. 3. allegat. 70. n. 48. & 49.*

RESOL. XCVIII.

An concursus alicuius beneficij vitietur ex eo, quòd cum Examinatoribus Synodalibus adhibeantur alij Examinatores non Synodales? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Res. 65.

§. 1. NEgatiuè respondet Homobonus *de exam. Eccles. p. 1. tract. 2. cap. 5. quæst. 30.* vbi sic. asserit. Si tres Examinatores Synodales adsint, & alij duo non synodales ad maiorem & abundatiorem cautelam adhibeantur, actus propterea vitiari non videtur, præsertim cùm is actus naturæ vel formæ non repugnet, sed potiùs ad illius augmentum tendat, nec Concilium id vt superfluum prohibeat, neque vlla taxatiua dictione vtatur. Et ita etiam docet Naldus *in summa, ver. examinatores, num. 3.* qui adducit pro hac sententia quamdam Rotæ decisionem.

2. Sed contrariam sententiam tenendam esse puto, & ita docet Massobrius *in praxi habendi concursum, requis. 13. dub. 1. n. 2.* & Garsias *de beneficiis tom. 2. part. 9. cap. 2. n. 83. 324. & 341.* vbi adducunt declarationes Sacræ Congregationis, ac Rotæ decisiones, per quas determinatum fuit collationes factas, habito concursu cum tribus Examinatoribus Synodalibus, vnà cum aliis notis ab Archiepiscopo Toletano, absque eo, quòd à Synodo approbati sint inualidas esse, eásque ad Sedem Apostolicam deuolutas esse. Ad argumentum verò contrariæ sententiæ, respondet Massobrius *vbi suprà*, quem omnino vide.

RESOL. XCIX

An quando examinandi ob timorem Examinatorum turbarentur? si vere sint idonei, licitum sit eos præmonere de punctis, de quibus erunt interrogandi?

Et an hoc locum habeat tantum in examine Episcoporum, v. g. coram Pontifice, & in examine Confessariorum coram Episcopo, & in examine nostrorum Scholasticorum coram Præposito, & aliis Patribus, secus autem in examine ad aliquod beneficium, quod fieret per oppositionem, & concursum? Ex p. 5 tr. 14. & Misc. 2. Res. 89.

§. 1. AD hoc dubium affirmatiuè respondet Laurentius de Peyrinis *in priuil. Minim. to. 3. cap. 2. in const. Sixti IV. num. 25.* vbi sic ait: Sciant Examinatores peccare se omnino mortaliter, si examinandos præmoneant de punctis, de quibus in examine eos interrogabunt, fraudulenter enim exercent officium sibi commissum. Verùm si aliàs examinandi essent euidenter idonei, & ob timorem, vel aliam naturalem verecundiam, aspectu Examinatorum turbarentur, non putarem mortaliter peccare, qui de huiusmodi punctis præmonerent. Ita ille.

Sup. cõtento in hac Res. in tom 8. tr. 3. Resol 5. §. Notandum est, per totũ.

2. Sed hæc opinio ita absolutè prolata mihi non placet, & ideo illam libenter admitto in examine, v. g. Episcoporum coram Pontifice; in examine Confessariorum coram Episcopo; in examine nostrorum Scholasticorum coram Præposito, & aliis Patribus, &c. Secus autem dicendum est in examine ad aliquod beneficium, quod fieret per oppositionem, & concursum, nam in tali casu examinandus præmonitus super puncta responderet melius, quàm alij, ergo præmonitio illa vergeret

Sup. hoc examine Episcoporũ mutata sententia cõtrarium lege in Res. not. præteritæ, & in eodem §.

in damnum tertij, atque ideo esset peccaminosa. Vnde rectè Rodriguez *in summa, tom. 1. cap. 54. n. 1.* sic ait: *Los Examinadores pecan mortalamente comunicando por si, o por otros à los amigos que han de examinar los puntos, que les han de preguntar, para que con este auiso respondan mejor, que los demas opositores, que no tienen semejante auiso.* Sic ille.

RESOL. C.

An examinatores Synodales teneantur indicare Episcopo digniorem, licet ipse præcipiat solum, vt ei dicant, qui, & quot sunt idonei, & digni? Ex p. 2. tr. 5. & Misc. 1. Resol. 112. alias. 111.

§. 1. HIc casus frequenter solet accidere; Episcopi vt plurimum negatiuam sententiam tenent, & pro illis videtur stare declaratio Cardinalium apud Marzillam *lib. 1. tit. 2. cap. 19.* ita asserentium: Congregatio Concilij censuit non pertinere ad examinatores, sed ad solum Episcopum iudicare quis ex concurrentibus ad Parochialem vacantem sit magis idoneus. Et in Concil. Trid. *sess. 24. cap. 18.* tantùm habetur, vt examinatores peracto examine renuncient Episcopo quoscunque ab iis idonei iudicati fuerint.

2. Sed his non obstantibus, Doctores clamant, & docent contrarium, vt Azorius *part. 2. l. b. ..... c. 15. q. 11.* & Medina *in summ. c. 14. §. 32. req. 4.* vbi sic asserit. *Ha se de aduertir, que el Obispo, ò Prouisor à cuyo cargo esta el prouer los beneficios, llama algunas personas, para que examinen los tales, estan obligados à firmar qual es el digno, y que es el mas digno, porque haziendo lo contrario, pecan mortalmente. Porque en dezir el Obispo, que le digan qual es el mas digno, sino que digan si son dignos, es en buen romance dezir que lo quiera el prouedor à quien el quisiere, y no come manda la ley, y en esto han de tener animo y pecho para responder al Obispo, y à los semejantes los examinadores, porque es gran lastima lo que passa ey dia, mas se ha de mirar lo que manda Dios, que lo que ama el Obispo.* Ita Medina, quem postea sequuntur Villalobos *in summ. tom. 2. tract. 8. diffic. 5. n. 7.* & Petrus de Ledesma *in summa, tom. 2. tract. 7. c. 22. concl. 5. diffic. 13. fol. mihi 166.* vide etiam Zerolam *in praxi Episc. part. 1. ver. parochia, §. 2.* & Lopez *in instruct. part. 1. c. 27.*

3. Non reticeam tamen primam sententiam negatiuam probabilem esse secundùm mentem Ledesmæ *vbi suprà*, & illam nouissimè docent Venerus *in exam. Episcop. lib. 4. c. 25. n. 21.* Lotterius *de re beneficiaria tom. 1. lib. 2. q. 31. n 98.* & Massobrius *in praxi de conuers. requis. 4. dub. 3. n. 2.* vbi asserit, examinatores ex officio, & in exequutionem Concilij, non teneri indicare digniorem; secus autem quando Episcopus id postularet extra casum Concilij, vt instrueret suam conscientiam, vt sciat vtiliorem facere Ecclesiæ electionem, & magis digno illam conferre. Ita Massobrius, Garsia *de beneficiis tom. 2. part. 9 c. 2. num. 108. & seq.* cum Viuiano *in praxi iuris patr. part. 2. lib. 10. c. 1. n. 45.*

RESOL. CI.

An in Canonicatibus, Personatibus, Dignitatibus, & cæteris Præbendis, & dimidiis Præbendis Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum, & in Præstimoniis, & aliis simplicibus beneficiis Curam animarum non habentibus, licitum sit eligere dignum, prætermisso digniori?

Et quid, si ad Episcopatum, Cardinalatum, Decanatum eligatur minus dignus? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. Resol. 58.

§. 1. PRima opinio absolute negat. Sic Vasq. *opusc. de benef. c. 2. §. 2. dub. 8. num. 78.* vbi ait: Mihi videtur in omnibus beneficiis, esse mortale, digniorem prætermittere, quoniam vniuersaliter docet S. Thom. *2. 2. quæst. 63.* quòd acceptio personarum committitur in beneficiis; ergo etiam in beneficiis non habentibus curam animarum. Ita etiam multi alij, inter quos est Bañez *2. 2. quæst. 63. art. 2. dub. 5.*

2. Secunda opinio est Ferdinandi Rebellij *de oblig. iust. part. 1. lib. 3. q. 4. n. 12* vbi distinguit inter electionē ad beneficia simplicia maiora, & ad beneficia simplicia minora, ait enim: Peccatum lethale esse videtur, eligere minus dignum ad Cardinalatus, Canonicatus, Decanatus, & alia beneficia simplicia magni momenti, quando notabilis, & euidens est inter promotum, & digniorem prætermissum excessus. Si verò paruus sit, veniale videtur, vel si beneficium simplex non tanti momenti sit. Probatur, quia violatio iustitiæ distributiuæ, per acceptionem personarum ex genere suo mortale est. Quare nisi ex paruitate materiæ per respectum ad excessum eligendorum, vel beneficiorum excusetur, lethale erit: sic etiam tenet hanc sententiam ex neotericis, Ioan. Malder. *in 2. 2. tract. 9. cap. ..... dub. 7.* & Lessius *vbi suprà, num. 64.*

3. Tertia opinio est Regin. *tom. 2. lib. 30. tract. 3. cap. 15. num. 179. in fine.* Lessij *lib. 2. cap. 34. dub. 14. num. 66.* qui asserunt in Canonicatibus, & cæteris beneficiis simplicibus minoris momenti non videri peccatum mortiferum semel, vel bis prætermittere digniorem, modò conferatur ei, qui verè dignus sit: videtur tamen esse mortiferum, si quis id passim faciat, aut si rarò curet, vt digniores præferantur. Et ratio est, quia quòd semel, vel iterū dignior Prætermittatur in huiusmodi beneficiis, non censetur notabile incommodum, aut notabilis iniuria Ecclesiarum; paucorum enim mediocritas, aliorum virtute facile compensatur.

4. Quarta opinio, quam ego libenter amplector, est Nau. *de restit. lib. 2. cap. 2. num. 172.* Ledesm. *in sum. part. 2. tract. 7. cap. 2. concl. 7. diff. 15. fol. mihi 170.* Guttierrez *Can. qq. lib. 2. cap. 11. num. 12.* & Garsiæ *de benef. tom. 2. p. 7. cap. 16. num. 16.* vbi absolute, & simpliciter asserit, omnia beneficia, quæ curam animarum non habent, satis est, vt conferantur dignis, etiam prætermissis dignioribus. At si hæc opinio non esset vera, ait, *vbi suprà*, Guttierrez, omnes Prælati essent in statu damnationis: nam passim in beneficiis simplicibus eligunt dignos, dignioribus prætermissis. Et ratio est, quia dum Concilium Tridentinum in diuersis capitibus sola Episcopalia beneficia, & curata dignioribus esse conferenda decreuit, videtur concessisse cætera beneficia ad arbitrium Prælati distribui posse: præsertim, quia dum de Canonicatibus loquitur *sess. 24. de Reformat. cap. 12.* hortatur, vt in prouinciis, vbi id commodè fieri potest, dignitates omnes, & saltem dimidia pars Canonicatuum in Cathedralibus Ecclesiis, & Collegiatis insignibus conferatur tantùm Magistris, & Doctoribus, aut etiam Licentiatis in Theologia, seu iure Canonico: ergo necessariò conferri non debent graduatis, & sic dignioribus, sed arbitrio superioris legitimi videtur relictum. At verò iura antiqua non ita plana sunt in beneficiis simplicibus, sicuti in curatis: quæ si essent, adhuc oppositum videtur introductum,

introductum; & ipsemet Summ. Pontifex prædicta beneficia simplicia dignis confert, absque concursu; beneficia verò curata, per præuium examen, & concursum coram ordinariis faciendum, vt quotidie videmus. Ex hoc igitur videtur abrogata constitutio iuris antiqui: & talia beneficia simplicia non videntur ex natura rei esse bona communia, & decertantibus debita, & ita nullam committi iniustitiam per acceptionem personarum, si dignioribus non conferantur, sed tota res commissa videtur Papæ, & aliis Prælatis, vt ipsi arbitrio prouideant bonos ministros, qui etsi non sint meliores, non tamen otiosi, & cum scandalo viuant.

RESOL. CII.

An beneficia Ecclesiastica possint ex natura rei dari dignis omissis dignioribus?

Et docetur, quod doctrina huius Resolutionis procedit etiam quoad Dominos Proreges, & quoad suprema Consilia Regum, quando proponunt Regi nella nomina; *vt vulgo dicitur, aliquem ad Episcopatum, &c. nam in tali casu tenentur proponere dignores.* Ex p. 11. tract. 4. & Misc. 4. Resol. 34.

§. 1. NOuissimè affirmatiuam sententiam tenet Ioannes Pontius *in cursu Theologiæ disp. 39. quæst. 1. conclus. 4. n. 40.* vbi sic ait: Ex natura rei officia Ecclesiastica possunt absque peccato dari dignis, omissis dignioribus, quoties ex hoc non timetur rationabiliter secuturum damnum Ecclesiæ, aut animarum. Hanc tenent plures Auctores, quos citat, & sequitur Diana contra multos alios, quorum tamen aliqui dicunt officia non habentia curam animarum, nec sunt maiora, posse dari digno, omisso digniori; alij alias limitationes apponunt; sed fortassis pauci ex illis negarent conclusionem vt à me proposita est, quia videntur supponere communiter, quod ex omissione dignioris sequeretur aliquod præiudicium; ergo non sequeretur, posset omitti dignior, quantum ad fundamentum ipsorum.

2. Probatur conclusio ex fundamento proposito pro secunda conclusione, quia omninò sufficit, vt ij quibus committitur distributio horum officiorum in bonum Ecclesiæ, & animarum, prouideant ne incurrant detrimentum, cui obligationi sufficienter satisfaciunt, eligendo dignos.

3. Confirmatur: quia non potest ostendi, ex quo capite obligarentur ad eligendum dignores sub pœna peccati, præsertim mortalis, de qua obligatione loquor.

4. Confirmatur secundò: quia aliàs maxima pars electionum quæ fiunt Episcoporum, & Curatorum, esset peccaminosa mortaliter, quod non est dicendum absque vrgentissimo fundamento: nam fatue vix potest vllus eligens, aut præsentans siue sit Papa, siue Rex, siue Capitulum, siue Episcopus in conscientia sua affirmare, quod ipse putet eum quem eligit, aut præsentat, esse digniorem, aut tam dignum, quàm omnes alij qui eligi possent: esset autem necessarium, vt hoc iudicarent, ne peccarent; si esset illa obligatio eligendi dignorem.

5. Obicies: Trident. *sess. 24. cap. 1. de refor.* Omnes verò, & singulos, qui ad promotionem præsidentiarum, quodcunque ius, quacunque ratione, à Sede Apostolica habent, aut alioquin operam suam præstant, nihil in iis pro præsenti temporum ratione innouando, hortatur, & monet, vt in primis meminerint, nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutem vtilius facere posse, quam si bonos pastores, & Ecclesiæ gubernandæ idoneos promoueri studeant eosque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos dignores, & Ecclesiæ magis vtiles ipsi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curauerint: ergo electores tenentur sub mortali peccato dignores eligere.

6. Respondeo distinguendo consequens: quando si non eligerentur, sequeretur periculum aliorum peccatorum, concedo, quando non, nego. Itaque Concilium loquitur in casu talis periculi, vt manifestè patet ex ipsismet suis verbis, eosque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi dignores, &c. quibus significat, rationem ob quam mortaliter peccarent, non eligendo dignores, esse, quod communicarent peccatis aliorum: ergo supponit aliqua peccata committenda ratione electionis minus digni ob quæ vitanda magis dignus eligi deberet: ergo non loquitur Concilium in casu conclusionis, qui est, quando talia peccata non sequerentur.

7. Posset etiam consequenter Concilium intelligi de dignioribus comparatiuè ad indignos; nam respectu horum digni sunt dignores, quamuis non sint dignores si comparentur ad alios magis dignos

8. Obicies secundò: tam difficile est præsertim hoc tempore, animas gubernare, & præstare, quod spectat ad officium Episcopi, vt merito quis debeat existimare, neminem, nisi digniorem, absolutè esse dignum: ergo tenetur eligere digniorem.

9. Respondeo, negando antecedens, quod si esset verum, non faceret ad rem, quia conclusio agit de casu, in quo præter digniorem reperitur alius, quem prudenter iudicat esse dignum. Et hæc omnia docet Pontius *loco citato.*

10. Sed non bene me citat; nam ego loquutus sum quando parum differt dignior à digno, at Pontius magis absolutè loquitur, & concedit cũ opinione Glossæ, quæ *in cap. licet ergo 8. q. 1.* ait: Digniorem dimittere, & solum dignum assumere non æstimet mortale peccatum: quia nemo tenetur ad melius, sed ad bonum, & vitandum malum. Et melius operari, consilium sit non præceptum. At qui beneficium, aut Episcopatum digno conferat, operatur bonum, quamuis melius faceret si dignioribus conferret. Saltem ergo digno conferre; etsi dimittatur dignior, mortale non erit. Et idem tenet eadem glossa *in cap. constitutis, de appellationibus, & cap. 3. ure patronatus*, refertque Adrianus ibi idem tenuisse Ioannem Andream super dictum cap. licet ergo, & id quidem tribuunt Gaietano, Iantanculo, 12. & 94.

Sup. hoc in Res. præterita §. Secũda. ad medium. à vers. Si vero. & in aliis eius not.

11. Verùm his non obstantibus ego olim docui, & nunc iterum doceo, peccare mortaliter in beneficiis habentibus curam animarum, si quis eligeret dignum prætermisso digniori, quod latè probant communiter Doctores.

Docuit in Res. quæ hic est infra 104. & lege etiã aliam eius not. primæ ad textum.

12. Dico igitur duos respectus interuenire in electione ad beneficium; alterum in ordine ad Ecclesiam, cui debetur dignus minister, ratione stipendij quod illi applicatur; Qui respectus pertinet ad commutatiuam iustitiam, cui satisfit conferendo beneficium digno, quamuis non seruetur debita fidelitas excludendo magis dignum. Alter autem respectus est ad merita illius, cui beneficium confertur, qui pertinet ad distributiuam iustitiam, cui non satisfit eligendo minus dignum. Et propterea ex

duplici parte, peccatum committitur, & ex defectu debitæ fidelitatis & ex defectu proportionis, quam requirit iustitia distributiua.

13. Et ex his patet responsio ad præcipuam rationem adductam à Ioanne Pontio in fauorem suæ sententiæ *vbi supra*; nam respondeo, illam procedere in ordine ad seruitium Ecclesiæ; sed non procedere, & esse omnino negandam in ordine ad personam, cui beneficium conferendum est, & qui propter maiora merita est dignior, & ideo secundùm iustitiam distributiuam præferendus est digno.

14. Et ita hanc sententiam præter Doctores à me alibi adductos latè, & doctè cum suis ampliationibus, & limitationibus nouissimè pertractat, me etiam citato Pater Thomas Hurtado omnino videndus *t.1. tr.12. c.1.§.7. n.1412. cum seq.* Magister Marcus Serra *in 2.2. D. Thom. q.63. art.2. dub.1.* egregiè Pater Gerunda *de Episc. tom.2. l.6. disp.7. cap.1. cum seq.* Zapara *de iustitia distributiua p.2.c.6. per totum*, & alij penes ipsos.

Sup hoc infra in Resol. 106. & in to. 6 tr. 2. ex latissima doctrina Resol. 139. signater cursim in fine §. penult. sed lege eam per totam.

15. Nota superius dicta procedere etiam quoad suprema consilia Regum, & quoad dominos Proreges, quando proponunt Regi (*nella nomina*, vt vulgo dicitur) aliquem ad Episcopatus, &c. nam in tali casu tenentur proponere digniores, & ita ego olim docui cum Puente, Hurtado de Mendoza, & nunc inuenio hoc etiam docere Thomam Hurtadum, *loco citato* § 8. *num.* 1529. & Magistrum Zapara *supra*, vbi sic ait, Idem dicendum censeo de iis, quibus à Rege est iniunctum, vt ei magis digni pro huiusmodi Episcopatibus, & beneficiis proponantur, peccare item mortaliter, si minus dignos scientia, aut prudentia, aut morum compositione, attenta locorum & subditorum necessitate) vt supra attigimus) dignioribus præferant, promouendos Non solum si digniores prætermittantur, sed etiamsi in graduum, & locorum antelatione in consultationibus postponantur. Ita ille, & iterum ego. Verùm post hæc scripta inuenio Tamburinum multa congerere ad probandum non esse peccatum mortale eligere dignum omisso digniori; Ita ille *in Decal. p.2. l.8. tr.3. c.4. §.4.* Sed hæc opinio est prorsus refellenda, & ipsemet *n.11.* optimè fatetur non esse in praxi consulendam.

RESOL. CIII.

An aliquando sit licitum eligere indignum ad beneficia?

Sed maior difficultas est: An sit licitum aliquando eligere in Parochum, vel Episcopum hominem improbum, & prauis moribus notorie indignum, & diffamatum concubinarium, si alias non reperiatur alius idoneus ad ministranda Sacramenta? Ex p. 11. tract. 4. & Misc. 4. Resol. 38.

§. 1. COntra Cardinalem de Lugo negatiuam sententiam sustinet Thomas Hurtadus *var. tom.2. tract. 12. cap. 1. §. 5. num.* 1472. Quia licet licitum sit consulere minus peccatum vt euitetur maius, vt est communis, & certa sententia; tamen nunquam licet efficere minùs peccatum vt euitetur maius, quia non sunt facienda mala vt eueniant bona, & multo minus, vt non eueniat maius malum; atqui electio indigni cogniti vt talis, de quo non concipitur spes, quod futurus sit dignus, & idoneus; sed quod semper manebit in sua indignitate, est intrinsecè mala, & iure naturæ prohibita Ergo nunquam licet etiam ad euitandam electionem indignissimi. Neque in hoc gero negotium Ecclesiæ, imò illam euerto, licet non ita malè. Quare licet ego electoribus possim consulere vt eligant indignum, potius quam indignissimum; tamen nullus electior potest eligere indignum, nec examinator illum approbare. Sicut possum consulere, vt quis abscindat membrum, potiùs, quàm occidat, tamen non possum concurrere ad abscissionem, non enim Pontifex est dominus, sed dispensator beneficiorum habentium animarum curam. Quare indigno cognito, vt tali, nequit conferre, & sic electior inferior nequit licitè concurrere ad electionem indigni, vt euitet electionem indignissimi, sicut potest quis concurrere ad furandum 500. vt euitet furtum maius, quia dominus pecuniæ rationabiliter consentit, quia est illius dominus & potest, si vult, cui placuerit donare. Cùm ergo Pontifici, in quo residet tota plenitudo, & dominium Ecclesiæ non sit spes, quod per se, vel per alium rectè administrabit, & in utilitatem Ecclesiæ, nullus inferior poterit eligere, & nullus examinator ipsum approbare: sed reliquendum est Diuinæ prouidentiæ, vt moueat cæteros, vt approbent, vel eligant dignum.

2. Sed in defensionem Eminentissimi Domini mei Cardinalis de Lugo assero eius sententiam esse satis probabilem: Ponamus itaque esse tres oppositores, quorum solus vnus sit dignus, qui tamen reiicitur iustè, vel iniustè ab aliis electoribus, vel reprobatur ab examinatoribus; secundus est indignus, sed tertius indignissimus, & qui suis sceleribus, conditione terribili, prauis inclinationibus turbabit Ecclesiâ, & fortasse hæresim introducet in prouinciam, in quo casu vtiliter gero negotium Ecclesiæ, si eligam indignum, vt auertam electionem indignissimi; quamuis enim indignus eligi nequeat, hoc tamen est verum quando sunt digni, qui hic & nunc eligi possunt qualiter non est in præsenti, quia alij coëlectores illum nolunt: atque ita respectu mei perinde est, ac si non esset talis dignus, & ita possum eligere minus indignum.

3. Et ita hanc sententiam præter Lessium, quem sequutus est Lugo, docet nouissimè Pater Gerunda *de Episc. tom.2. lib.6. disp.6. c.2. n.22. cum seqq.* asserit etiam nonnulla esse mala intrinsecè ac per se, vt nullo pacto neque ex aliqua circunstantia boni rationem sortiri possint, sic mendacium; alia verò quæ mutatione circumstantiæ vel bona, vel saltem non mala euadunt, sic ensem depositum Domino negare ex se malum est; at si Dominus furiosus factus fuerit, rationi profecto consentaneum est, vt ensem ei minimè restituam: Eligere autem indignum, malum quidem est non primi generis, sed secundi, cùm aptitudo vel ineptitudo dispositio sit respectiua in ordine ad commune bonum Reipublicæ gubernandæ. Quamobrem cùm hîc & nunc respectu huius Ecclesiasticæ Reipublicæ hic ineptus secundum quid malæ conditionis sit, defectu melioris licebit eius electio; quam solutionem mihi videor deduxisse ex D. Thoma *2.2. q.120. artic.3. ad 4.* qui cum sibi opponeret minus malum esse eligendum, vt viteret maius, & consequenter posse quempiam mentiri, vt alterum præseruet ab homicidio. Respondet mendacium esse malum, non solum ex damno quod infert, sed ex suamet inordinatione; ob quam vti diximus, cohonestari nequit.

4. Cæteras rationes videbis penes Gerund. *loco citato*, & ideò ex his apparet, posse aliquem electorem Imperij eligere indignum, si sciat eligendum indignissimum pro Imperatore, quem sibi constaret infectum esse hæresi.

5. Sed maior difficultas est in sequenti dubio, An

An sit licitum aliquando eligere in Parochum vel Episcopum hominem improbum, & prauis moribus notorie indignum, & diffamatum concubinarium, si alias non reperiatur alius idoneus ad administrandà Sacramenta; affirmatiuè respondet Peyrinus *to.1. de subdito q.1. cap.31. §.3. concl.3.* Probat: quia in hoc casu non esset eligere indignum, sed prouidere bono communi, ad quod electores tenentur, cui nec aliter, nec alio modo, consulere possunt. Etenim quamuis electus administraturus sit Sacramenta indigne, tamen electores ad hoc non concurrunt, sed solum permittunt, sicut permittuntur meretrices ad euitandum maius malum, & sicut qui petit mutuum ab vsurario, qui non dabit, nisi cum vsuris, & qui petit Sacramenta à Parocho, quem scit administraturum in mortali. Et ratio à priori est, quia electus potest in gratia, si conuertatur ad dominum, ministrare: Quod si non conuertatur, & in peccato ministret, culpa sua est, non electorum, qui solum attendunt in illa necessitate prouidere bono animarum, quæ indigent administratione Sacramentorum ad salutem.

6. Verum ad hæc argumenta respondet Thomas Hurtadus *vbi suprà §.1. n.1356. cum seq.* & negatiuam sententiam firmat, quod etiam docet Malderus *in 2.2. tract.9. cap.2. dub.6.*

RESOL. CIV.

Diximus *suprà in beneficiis simplicibus non teneri Electores eligere digniores, sed tantum dignos; quæritur modo, an hæc sententia procedat etiam in beneficiis Curatis, vt sunt Episcopatus, &c. quæ conferunt Pontifices, & Reges?*

Et an doctrina supradictæ difficultatis non procedat, quando beneficia per concursum competentium, & oppositorum conferuntur? Ex p.2. tr.15. & Misc.1. Res.40.

Sup. hoc in Res. seq.

Sup. hoc infra in Res. 108. §. Difficultas est, & in aliis eius not.

NEgant omnes, & est communis sententia. Fernand. *in suo exam. Theol. p.4. c.4. §.1. n.2.* Castellinus *in tr. de elect. canon. c.9. per totum.* Molfesius *in sum. tom.1. tract.6. tit. de beneficiis, n.6. & 61.* Turrianus *in 2.2. tom.2. disp.22. dub.1. n.2.* & alij quos citat & sequitur Barbosa *in collect. to.1. lib.1. tit.6. c.19. n.4.* Valent. *tom.3. disp.5. q.7. punct.2.* Vega *in sum. tom.1. c.109. cas.1.* Malder. *in 2.2. tract.9. c.2. dub.7.* Vasq. *opusc. de benefic. c.2. §.3. dub.1. & 8.* Azor *p.2. l.6. c.15. q.1.8. & 9.* & D.Th. *2.2. q.63. art.2. ad 3.* cum Cajet. Aragonio, Salonio & Bañez *ibid.* Verba Diui Thomæ hæc sunt. Vt electio non possit innouari in foro iudiciali, sufficit eligere bonum, nec oportet eligere meliorem, quia sic omnis electio posset habere calumniam: sed ad conscientiam eligentis, necesse est eligere meliorem. Rationes vide apud DD. citatos. Addam tantum verba Innocentij III. *in cap. vnico, tit. ne Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur*, vbi ait: Non ex affectu carnali, sed discreto iudicio debuisti Ecclesiasticum officium in personam magis idoneam dispensare: & meritò quidem. Nam dimittendo dignior é sine causa debita, violatur iustitia distributiua, ex qua beneficia sunt bona cõmunia, & præmia meritorum, & committitur peccatum acceptionis personarum, quod est mortale genere suo.

2. Sed licèt hæc omnia absolutè sint vera, quid quid in contrarium asserat glossa *in cap. licet ergo 8. quæst.1. & in c. Monasterium 16. quæst.7. & in c.2. de officio custodis, & c.3. de iure patron.* cum Rocchio *de iure patron. ver. honorificum q.15. ad finem*; & Pedrazam *sum. præcit. 7. §.36.* qui asserit absolutè solum esse peccatum veniale, eligere dignum prætermisso digniore, quamuis peccetur contra iustitiam distributiuam. Vnde non est audiendus Filliuc. *tom.3. tract.41. cap.4. n.181.* qui asserit: hanc sententiam esse probabilem, & Alexander de Alex. *part.2. q.136. §.2.* qui putat, solùm in Episcopatibus esse peccatum prætermittere digniorem, non autem in cæteris beneficiis, etiam curam animarum habentibus.

3. Tamen difficultas consistit, an opinio communis, quę prorsus est amplectenda, procedat etiam quoad illos, qui ius habent conferendi beneficia per prouisionem liberam, vt sunt Reges, & Sum. Pontif. ita vt illi teneantur eligere digniores. Pater Lessius *lib.2. c.34. dub.14. num.64.* affirmatiuè respondet, vbi alt. Qui liberè conferunt beneficia, grauiter peccant, si digniores prætermittant, siue sit Papa, siue Princeps sæcularis; non enim sunt domini beneficiorum, sed œconomi. Si hæc opinio esset vera, magnum pondus haberent Pontifices, & Reges. Sed mihi probabilis videtur etiam contraria sententia, quam ex neotericis sustinet Reginald. *tom.2. lib.30. tract.3. c.14. num.197.* vbi sic asserit. Qui ius habent conferendi beneficia per prouisionem liberam, vt Papa, ac nonnunquam Princeps ex priuilegio, vel consensu tacito Ecclesiæ, non tenentur eligere digniores, nisi in promptu sint; sed sufficit eligere dignos; alioquin enim semper tenerentur digniorem quærere, quod à Papa, vel à Regibus exigere, durum est. Hæc Reginaldus, cuius doctrina non procedit, quando beneficia per concursum competentium, & oppositorum conferuntur, sed quando, vt diximus, conferuntur per prouisionem liberam.

RESOL. CV.

An summus Pontifex, vel Reges teneantur ad beneficia eligere digniores? Ex part. 8. tract.7. & Misc. Res.83.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam, & merito, communiter docent Doctores; sed ego notaui *in part. 2. tract. Miscellan. resolut. 40.* Reginaldum *tom.2. lib.30. tract.3. cap.14. num.197.* ex errore Typographi, in meo Codice *num.179.* docere hanc sententiam limitandam esse in Summo Pontifice & Regibus habentibus liberam prouisionem, sed hanc limitationem, me citato, non admittit Eminent. Lugo *de Instit. tom.2. disp.35. sect.2. num.10. & seq.* illam tamen tanquam probabilem, me etiam citato, admittit Ægidius Trullench *in Decal. tom.2. lib.7. cap.11. dub.8 n.4.* vbi sic ait. Aduerte etiam esse valde probabile, & tutum in praxi eos, qui habent ius conferendi beneficia curata, imò & Episcopatus, per prouisionem liberam, vt sunt Papa, & Rex, aut Princeps, ex priuilegio non teneri eligere digniores, nisi in promptu sint, sed sufficit eligere dignos, alioquin semper teneretur quærere digniores, quod à Papa, vel Rege exigere durum est. Ita Trullench, & hanc opinionem nouissimè etiam me citato Ioannes Machado *de perfect. Confess. tom.2. lib.6. part.1. tract.1. docum.18. n.4.* vbi ita asserit: *Si el Rey, que presenta los Obispos, este obligado à presentar al mas digno que hallare à mano, ò cumpla con elegir persona digna, es controverso entre los dotores: la mas comun, y recibida opinion es que cumple el Rey con presentar persona digna; y que no està obligado à buscar el mas digno porque fuera cosa dura si el Papa, y Rey que tiene libre eleccion en los Obispados se hallassen obligados à buscar siempre el mas digno.* Ita ille; sed vt verum fatear, non video tur discedendum à sententia Cardinalis Lugo, quia ferè semper digniores in promptu haberi, & cognosci possunt.

Quæ hic est Res. antecedens per totam, & signanter §. vlt. pro hoc loco Reginaldi, sed lege eam à principio & aliam à me positam in annot. secunda dictæ Res. quæst. ad lin.1. textus.

RESOL. CVI.

An Proreges debeant ad Episcopatum nominare Digniores, dignis postpositis, in Nomina, *vt vulgo dicitur, quam mittunt ad Regem?* Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. Resol. 7.

§. 1. CAsus est quotidianus. Ego de illo olim interrogatus fui à Duce Alcalensi, tunc Siciliæ Prorege, & affirmatiuè respondi. Postea inueni hanc sententiam docuisse Hurtadum de Mendoza, vt *alibi* adnotaui. Nunc inuenio eam docere doctissimum P. Ioan. Capatam *in discept. de iust. distribut. p. 2. c. 6. n. 25.* vbi loquens cum D. Petro Fernandes de Castro, Comiti de Lemos, sic asserit: [Quare (Christianissime Princeps) attentissima debent consideratione pensare ij, quibus iniunctum est à supremo Rege, vt facta, inter alios, simplici, & honesta distinctione, discernant, qui fuerint ad illius Regni, nouique Indiarum Orbis Beneficia, & Episcopatus digniores; & ipsi, vt summo Patrono, eos eligendos proponant; in quorum conscientia suam Rex deponit confidenter, eiisque illorum Regnorum credit vtilitatem. Attentè, inquam, & timidè consultationes exquirant, & non semel, aut iterum, promouendorum conditiones examinent, vt secundùm cuiusque gradus dignitatem, aut materiam, vnum alteri præferant eligendum. Siquidem illum Rex, vt digniorem aliis, putat sibi consultari, quem in loco primo inspicit collocatum: & eum, qui in secundo, debere ei anteponi, qui in tertio, & sic deinceps. Et quamuis supremus Rex, altissima sua determinatione, & rerum omnium consultissima cognitione, alium ex suo Marte possit designare Pastorem, iis omnibus sibi consultis, posthabitis, id tamen rarò, aut nunquam fecisse cognoscimus. Vt tantò maiorem suis consulibus sollicitudinem ingerat, quò maiorem eis in huiusmodi rebus fidem adhibet: ita vt non alium præter hos à suis consulibus consultatos, æstimet digniorem. At quibus est sub periculo salutis æternæ, talis cura à Deo, à Rege, à Regno commissa; nonne contra fidelitatem iis omnibus debitam facient, si neque Deo inseruiant, neque Regi obtemperent, neque Regno de sibi necessariis, & melioribus prouideant? Et aliò ducti alios minùs dignos, vel quia potentiores, vel quia diligentiores, vel quia à Potentatibus, in ipsorum gratiam, & ob alicuius seruitij gratitudinem (quod nefas est in Ecclesia Dei) adiutos; dignioribus, doctioribus, rebus ipsis magis expertibus, & terræ ipsi, & eius Incolis accommodatioribus, ætate, ac prudentia magis idoneis, qui & Deo, & Regi, & Regno, possint dignum præbere famulatum, præferant, eligant, & discernant; & præferendos, eligendos, & discernendos offerant Superiori Patrono, Absit ab eis. Quod à te, tuisque consulibus Christianissimis, & sapientissimis abesse, iamdiu in toto hoc Vniuerso, in illius noui Orbis prouentum, & vtilitatem manifestissimè deprehenditur.] Hucusque Capata, quæ indiuidualiter firmant casum nostrum pro Consiliis supremis, & Proregibus quæ quidem, vt boni Principes solent obseruare, ita aliqui cum damno Ecclesiarum in hoc scopulo aliquando naufragantur.

Alibi in to. 6. tr. 1. Resol. 132. signanter in §. penult. & hic supra in Resol. 102. §. vlt.

RESOL. CVII.

Quænam sint causæ excusantes à peccato eligentes minus dignum, relicto digniori?

Et an habentes concursus beneficiorum, & Cathedrarum eligendo dignum, prætermisso digniori, teneantur ad restitutionem?

Et notatur in dicto casu minus dignum etiamsi sibi & Electoribus notum sit digniorem in electione esse prætermissum, posse hoc non obstante, sine peccato beneficium, & Catedram acceptare.

Et an minus dignus possit se offerre ad obtinendum beneficium, &c. Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Resol. 111. alias 110.

§. 1. PRimò, quando excessus non est notabilis, & manifestus. Secundò, quando magis dignus est de alia domo, vel Ecclesia? igitur licitè præfertur indigena dignus extraneo digniori; quod perpetuò tene menti.

Sup. hoc. mo supra Resol. vlt. secundo, medium, vers. Si vero & in aliis eius annot.

2. Tertiò, cum maior pars vult eligere minus dignum, tunc minor pars potest non eligere digniorem sed dare suffragium minus digno, quod est valdè notandum; & hoc procedit etiamsi electores iurassent eligere digniorem; & sic eligendus est minus dignus, quando est magis acceptus Conuentui. Quartò, quãdo ex tribus concurrentibus, scilicet digno, magis digno, & indigno eligitur indignus, si pro digno suffragium non do. Quintò, cùm dignior præsset alteri Ecclesiæ, & esset postulandus. Sextò, quando magis dignus est implicatus negotiis externis, vel non ita residentiam facit, sicut minus dignus. Septimò, si minus dignus sit iam expertus, & dissertus circa prælaturam, & dignior inexpertus. Octauò, quando non est liberum collatori, vel institutori conferre alteri, vel alium instituere, quàm sibi præsentatum à patrono. Nonò, si beneficium ex sua institutione per Ecclesiam confirmata, vel acceptata, dandum sit alicui ex certa familia, vel oppido. Decimò, si beneficij Parochialis fundator præsentet dignum, & non digniorem, nam hoc ei licitum est facere. Vndecimò quando quis beneficium resignat digno, prætermittens digniorem. Et tandem duodecimò, patronus laicus potest eligere, & præsentare minus dignum, relicto digniori. Et hæc omnia inuenies apud Ioan. Valerum *in differentiis vtriusque fori, ver. electio, diff. 1. n. 1.* Ioan. de la Cruz *in direct. p. 1. pr. q. 7. art. 2. dub. 9. concl. 2.* Ric. *p. 3. decis. 214. n. 3.* Sylu. *in 2. 2. q. 63. art. 2. quæritur 4. concl. 3.* Tanner. *in 2. 2. disp. 4. q. 8. dub. 2. n. 17.* Lessium *lib. 2. c. 34. dub. 13. n. 58.* Villalobos *in sum. tom. 2. tract. 8. diffic. 4. n. 6. & seq.* vide etiam Malderum *in 2. 2. tract. 9. cap. 2. dub. 7.*

Sup. hoc. Resol. seq. Difficultas. & signanter in §. Nullus & in nonum. 7. Resol. &c. diff. &

3. Notandum est hic obiter, quòd licèt sit probabilior opinio asserens in concursu beneficiorum, & cathedrarum electores, eligendo dignum, prætermisso digniori, teneri ad restitutionem: attamen opinio contraria est probabilis, & tuta in praxi. Vide Villalobos *in summa, to. 2. tract. 8. n. 15* Sotum *de iust. lib. 4. quæst. 6. art. 3. ad 6.* Nauarrum *cap. 17. n. 74.* & alios.

Et sup. con tenet in hoc §. Nota secundò, tomo ex doctrina Resolu. signanter in §. Nullus

4. Nota secundò, quòd in dicto casu, minus dignum etiamsi sibi, & electoribus notum sit digniorem in electione esse prætermissum, posse tamen hoc non obstante sine peccato mortali beneficium & cathedram acceptare. Ita Turrianus *tom. 2. in 2. 2. disp. 22. dub. 3. n. 8.* & Sotus *de iust. lib. 3. q. 6. art. 2. post. 9. concl.* quidquid in contrarium asserat Petrus Nauarra *de rest. lib. 2. c. 2. n. 63.* quod probabilissimum putat Tannerus *in 2. 2. disp 4. q. 8. dub. 2. n. 15.* Verum tu tene sententiam Turriani, qui *n. 4.* notat hoc procedere post electionem, nam ante electionem minus dignus, quando certò agnoscit ex proprio, & aliorum iudicio se esse minus dignum, omnibus consideratis, non potest petere præbendam, seu beneficium curatum; petit enim rem iniustam, quam electores non possunt facere absque peccato simul, & damno tertiæ personæ. Et hanc sententiam docent etiam nouissimè Ledesma *in sum. tom. 2. tract. 7. concl. 7. diffic. 19* & Syluius *in 2. 2. quæst. 63. art. 2. concl. 4.* quando certò & manifestè alius est dignior, nam si alterius maior idoneitas sit dubia, putétque minus dignus

gnus Examinatores posse aliquid in ipso aduertere, ob quod eum iudicent æquè dignum, non peccat bona fide se præsentans, rémque totam iudicio examinatorum relinquens.

Sed his non obstantibus Lessius *lib. 2. c. 35. dub. 41. n. 70.* docet minus dignum posse se offerre ad obtinendum beneficium, non petendo absolutè, vt sibi conferatur, sed reliquendo totum iudicium electori, siue collatori.

RESOL. CVIII.

An qui in concursu, omisso digniori, eligit dignum, teneatur ad restitutionem.

Idem est de electione ad Cathedram, & Canonicatum Ecclesiarum, si fiat per concursum. Ex p. 11. tr. 4. & Misc. 4. Res. 35.

§. 1. SAtis quidem probabile existimo: vt alibi probaui, & patet ex Amico *in cursu Theologia l. 5 disp. 34. n. 24.* eligentem dignum extra concursum, & relicto digniori ad beneficia curata, ad nullam restitutionem teneri.

2. Difficultas est, an idem dici possit de electione in concursu, & negatiuam sententiam tenent Doctores, quos citat, & sequitur Thomas Hurtadus *tom. 2. contr. 121. c. 1. §. 12. n. 1792.* quia ex vi concursus, & edicti fit quoddam pactum saltem implicitum eligendi digniorem eorum, qui se examini subiiciunt; Vnde in edicto dicitur quod cuique seruabitur ius suum, ergo ex vi edicti est promissio electoris faciendi rectum iudicium, & ferendi sententiam pro digniore, ex vi cuius promissionis omnes oppositores ius acquirunt, vt inter ipsos dignior eligatur, & non solum quod non eligatur alius extra oppositores; est enim concursus iste concertatio quædam proposito præmio in qua necessario imbibitur pactū de dando digniori; quod includitur in ipso electo, nisi aliud exprimatur.

3. Et sic lex, & statutum ordinans, quod beneficium conferatur in concursu, sicut statuit Trident. *sess. 24. cap. 18.* de beneficiis parochialibus habet implicitam promissionem de dando digniori, immò illam expressit Trident. quæ promissio cùm onerosa sit, habet pactum vltro citroque obligatorium, sine quo Ecclesia non transfert vices sua, collatoribus, & distributoribus, nisi digniori conferant, & sic distributor si sic non conferat, meritò censetur esse in fraude & dolo, tenetutque fraudato digniori restituere, iste enim fraudulentus impeditur, vt potè non stans promissioni, & digniori ius, suum euertens, de quo euerso datur digniori ius appellandi, vt determinat Pius V. in sua Bulla *de conferen. benef. curat.* Et idem ius videtur habere quicunque dignior omissus in concursu cuiuscumque alterius beneficij, vel Cathedræ, ad quod conuocantur oppositores per concursum.

4. Hucusque Hurtadus, cui adde nouissimè Patrem Gerundam *de Episcopo tom. 2. l. 6. disputat. 12. c. 4. numero 4.*

4. Sed his non obstantibus, præter Sotum, Ledesmam, Nauarrum, & Henriquez citatos ab Hurtado *vbi supra*, affirmatiuam sententiā tuetur Magister Ioannes Zapata y Sandoual Augustinianus in disceptatione de iustitia distributiua impressa Vallisoleti anno 1609. & directa ad Comitem de Lemos, sic itaque asserit *p. 3. c. 3. num. 11.* Adhuc in nostra sententia persistimus, asserentes ex eo quod magis dignus prætermittatur, obligationem restituendi non oriri.

6. Et sic ad id, quod ex Concilio deductum aliquid nostræ determinationi opponi posset existimari; Respondeo, in Conci Trid. & in motu proprio non dari ius magis digno, vt quasi proprium sit illius beneficium, aut iure suo debitum, sed solum præcipi, vt dignior eligatur propter vtilitatem Ecclesiæ; quæ quidem obligatio etiā est de iure diuino, & naturali Illius tamen transgressio non obligat ad restitutionem, quia tamen datur ius examinationis, & approbationis, si alij præter hos eligantur, tenerentur electores ad restitutionem, scilicet ad eligendum aliquem ex approbatis. Similiter quando ex approbatis, elector eligit vnum tanquam magis dignum habet ius ad petendam institutionem & collationem tituli, non ex maiori dignitate; sed ex electione illius iam facta. Quod verò possit dignior prætermissus appellare ad superiorem, vt prior reuocetur electio potius nostram assertionem confirmat. Nam si valida fuit prior electio digni, non fuit facta iniustitia stricta magis digno. Talis enim iniustitiæ sententiam annullat, sed propter ipsam vtilitatem Ecclesiæ, quam intendunt Concilium, & Summus Pontifex, datum fuit de nouo ius digniori prætermisso, vt appellaret, poscendo nouum examen. Potuit enim in priori examine reperiri iniustitia in modo procedendi, aut in eo, quod non fuerit pronunciatus vt dignior, qui notabiliter, & notoriè magis dignus erat. Nam licet ex tali dignitate non habeat propriè ius ad beneficium collatum, est illi ius ad rescindēdum priorem electionem, quæ non fuerat rectè, & ad intentum Ecclesiæ facta.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 7. Res. 54. §. 2. à medio vsque in fine.

7. Ex quo infero idem fore dicendum in electione Cathedrarum, Vniuersitatum, & Canonicatuum Ecclesiarum, quæ per veram, & propriam oppositionem, & suffragantium placita conferuntur.

Sup. hoc in Res. & §. not. seq.

8. Nulla enim ex electione digni, etiam si dignior omittatur, obligatio restituendi suboritur, vt expressè M. Soto, Nauarrus, & alij determinant, & omnes ij, qui supra citati sentiunt nullam oriri obligationem restituendi, quando beneficium confertur alicui digno, digniori dimisso: Nam prorsus militat vtrobique eadem ratio. Non enim digniori Cathedra, Canonicatus, aut beneficium debetur proprio eius iure, aut propriæ iustitiæ titulo; sed Reipublicæ, Ecclesiæ, aut vniuersitati debetur directè dignus minister ex commutatiua iustitia, cuius transgressio in hac parte non obligat ad restitutionem: Neque illam petunt Respublica, Vniuersitas, aut Ecclesia quando illis datus dignus minister; secundarius autem respectus, vt magis digni remunerentur, efficit quidem vt graviter peccent, qui digniores non præferunt; non tamen tribuit titulum vt ipsis aliquid restituatur. Et hæc omnia docet Zapata *vbi supra*, ex quibus habetur responsio ad argumenta, quæ pro sua firmanda sententia adducit supra Pater Hurtadus.

Sup. hoc in Res. præterita, §. Notādum est, & in tom. 8. tr. 7. Res. 54.

9. Quid ego sentiam, dicam breuiter, Prima opinio est communior, & sequenda, & illi ego adhæreo? Sed an opinio contraria Soti, Zapatæ, & aliorum sit practicè improbabilis, vt vult Thomas Hurtadus, *vbi supra*, remitto me iudicio Doctorum virorum.

10. Nam ego absolutè inuenio Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 1. dub. 46. num. 1.* vocare illam probabilem, & ad argumenta Hurtadi respondere; vocauit illam etiam probabilem Trullench. *Decalog. 1. lib. 7. cap. 11. dub 8. num. 7. in principio.*

RESOL. CIX.

An præsentatus à Patrono laico ad Ecclesiam Parochialem possit ab Episcopo examinari coram Examinatoribus non constitutis in Synodo.

Et an in Parochialibus iuris Patronatus requiritur examen per concursum.

Et

Et quid si Patronus laicus præsentet plures Clericos ad Parochialem?

Et quid si Parochialis esset iuris Patronatus missi partim Ecclesiæ, & partim laici?

Et quid si pro duabus partibus pertinet ad laicum & pro vna tantum ad Ecclesiasticum? Ex p. 9. tr. 8. & Misc. §. Res. 16.

§. 1. AFfirmativè respondet Barbosa *in Concilium Tridentinum, sess. 24. cap. 18. num. 51.* vbi sic ait: [Præsentatus à patronis laicis ad Ecclesiam parochialem de iurepatronatus laicorum, sufficit, quòd examinetur coram aliis Examinatoribus non synodalibus.] Ita ille, qui ex Aldano testatur sic declarasse Sacram Congregationem sub die 19. Decembris 1620.

2. Sed contrarium omnino affirmandum esse puto, quod patet apertè ex verbis Tridentini *sess. 24. c. 18.* vbi: [Quod si ius patronatus laicorum fuerit, debeat, qui à patrono præsentatus erit, ab eisdem deputatis vt suprà examinari;] nempe, ab Examinatoribus, quos Concilium *suprà* præceperat eligi in Synodo diœcesana. Et ideò, stantibus dictis verbis Concilij, Garcias *de benefic. tom. 2. part. 9. cap. 2. §. 2. num. 255.* sic ait: [Dubitatur, an in Parochialibus iurispatronatus requiratur examen per concursum; In quo dico primò, in Parochialibus iurispatronatus laicorum non requiri examen per concursum; sed solùm præsentatum examinandum esse ab Ordinario cum tribus saltem Examinatoribus synodalibus, & illi idoneo reperto institutionem faciendam, *ex dicto c. 18. Concilij versic. Quòd si iurispatronatus laicorum.*] Ita ille, & post illum Venerus *in Exam. Episcop. lib. 4. c. 45. n. 33.* sic asserens: [Quæritur, quando in prouisione parochialis Ecclesiæ requiritur examen priuatum, & non concursus? Respondetur primò, in permutationibus, & resignationibus, quando venit in forma dignus. Secundò, in permutationibus beneficij simplicis, & curati. Tertiò in beneficiis Regularium, quæ sæcularibus conferuntur. Quartò, in Vicariis perpetuis, si conferantur ad confirmationem dignitatum, quòd, scilicet, dignitates eas habent vnitas. Quintò, in præsentato à patrono laico, in his requiritur examen à synodalibus, & non concursus.] Hæc Venerus. Et ita hanc sententiam præter Doctores citatos, tenet Lessius *lib. 2. c. 36. dub. 16. n. 81. iuncto n. 79.* Leo *in Praxi, p. 2. c. 3. n. 39.* Patisius *de resignat. benef. lib. 8. quæst. 9. n. 111.* Vgolinus *de potest. Episcop. c. 50. §. 3. ver. 3* Alzedus *in praxi Episcop. p. 2. c. 9. n. 2.* & alij penes ipsos.

3. Vnde ex his puto, declarationem adductam à Barbosa *in principio huius Resolutionis*, tanquam spuriam reiiciendam esse: nam Patres Purpurei possunt declarare id, quod determinatum est à Concilio: sed in Concilio, vt visum est, determinatur præsentatum à patrono laico esse examinandum ab Examinatoribus in Synodo diœcesana constitutis, ergo, &c. Et ideo, vt appareat apertè, quòd dicta declaratio à Barbosa adducta sit adulterina, sciant Lectores, Sacram Congregationem, in hærendo verbis apertis Concilij, nostram sententiam declarasse, vt patet ex verbis dictæ Congregationis, quæ adducit Gonzalez *in Regul. 8. Cancell. Gloss. 6. n. 134.* vbi sic ait: [Potest prouideri Parochialis sine concursu, quando est iurispatronatus laicorum: nam tunc præsentatus à patrono debet simpliciter examinari ab Examinatoribus deputatis; & si idoneus repertus fuerit, admitti, & instituì; vt disponitur *in eodem c. 18.* Concil. Trid. *sess. 24. de reformat. vers. Quod si iuspatronatus.* Et declarauit Sacra Congregatio Concilij, dicens: Examen per concursum fieri non debet in vacatione Parochialis, quæ sit iurispatronatus laicorum: sed sufficit, quòd deputatus à patronis, examinetur ab Examinatoribus in diœcesana Synodo deputatis, & idoneus iudicetur, prout statuit hîc Concilium Tridentinum *in §. Quòd si iuspatronatus.*] Hæc Gonzalez, Vnde puto, quòd in verbis Declarationis adductæ à docto, & amicissimo Barbosa irrepserit mendum ex incuria amanuensis, vel impressionis: cùm ipse *de potest. Episcop p. 3. allegat. 60. n. 18.* apertè nobiscum asserat, in Parochialibus de iurepatronus laicorum, præsentatum esse examinandum coram Examinatoribus Synodalibus.

4. Notandum est tamen hîc, quòd, licèt (vt habetur *in citata Declaratione Cardinalium*) in examine Parochialis iurispatronatus laicalis nõ debeat fieri cõcursus; tamen hoc fallit in tribus, vt obseruat Garcias Gonzales, & alij *vbi suprà*. Primò, quando parochialis esset iurispatronatus merè laicalis: secùs verò, si esset iurispatronatus mixti, partim Ecclesiæ, & partim laici: nam tunc fieri debet concursus, vt Eminentissimorum Cardinalium Tridentini Concilij Interpretum Cõgregatio declarauit, dicens: Si Ecclesia parochialis sit iurispatronatus, partim Ecclesiæ, partim laici, seruanda est forma examinis per concursũ hîc posita, quam Concilium præstitit in conferenda Parochiali, quæ, sit iurispatronatus merè Ecclesiastici; & idẽ dicendum est, quando patronatus pro duabus partibus pertinet ad laicum, & pro vna tantùm ad Ecclesiasticum. Et facto concursu in hoc casu, si Parochialis est de iure patronatus mixto, patronus debet electũ præsentare, & ab Ordinario institutio fieri. Secundò, declaratur, vt procedat, & locũ habeat in iurepatronatus laicorũ ex cõstructione, fundatione, & dotatione, aut donatione: secùs verò, si competat ex priuilegio, vel præscriptione, vel alio quouis modo. Nã ísti patronatus cum quasi possessione inde sequuta (saluis his, qui Principibus sublimibus & studiis generalibus competunt) sunt omninò sublati, & derogati per Concil. Trid. *sess. 25 de Reform. c. 9. §. Denique.* Tertiò declaratur quòd procedat si patronus laicus vnum dumtaxat præsentat: secùs verò, si præsentat plures Clericos ad Parochialem: quia inter ipsosmet præsentatos, & non alios, debet fieri examen per concursum, & idonei sunt ab Examinatoribus approbandi, & ex his approbatis est magis idoneus ab Episcopo eligendus, vt sacra Concilij Tridentini Congregatio declarauit, dicens: [Eueniente vacatione Parochialiũ de iure patronatus laicorum, quãdo plures sunt præsentati, requiritur examen per concursum, inter ipsos præsentatos tãtùm, vt ex his, qui peracto examine idonei ab Examinatoribus denuntiati sunt, Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit; atque illum & non alterum instituat, iuxta hoc Decretum.]

5. Non desinam tamen hîc adnotare circa id, quod dictum est, ex declaratione Cardinalium, non cessare examen per concursum in beneficiis patronatus mixti laicalis & Ecclesiastici, casu, quo pars laicalis præualeat in præsentatione; cò quòd præcipua sit. Et idem dicendum videtur, quando patronatus pro duabus partibus pertinet ad laicos, pro vna tãtùm ad Ecclesiasticum. Ratiõ verò huius decisionis est fauor Ecclesiæ, vt hac via melius prouideri possit. Tamen hæc omnia habent aliquam difficultatem: nam, vt obseruat Castrus Palaus *to. 2. tr. 13. disp. 2. punct. 2. §. 5. num. 3.* si pars laicalis in patronatu præualet, necessario ab ea præsentatus instituendus est, si idoneus fuerit repertus, iuxta textum Concilij. Quæ ergo vtilitas est, si in concursum cum præsentato à patrono Ecclesiastico examinetur, cùm hic præsentatus, etsi dignior, institui possit; Adde, etsi fauor Ecclesiæ sit, examen fieri per concursum, vt hac via de digniori ministro prouideatur; etiam fauor Ecclesiæ est patronis laicis fauere, & præsentatum ab eis, modò dignus sit, instituere: quia hac via ad fundandas Ecclesias excitantur.

citantur. Sed authoritas Sacræ congregationis est maxima.

RESOL. CX.

Quidam Patronus, qui non erat primus fundator beneficij, quæsiuit à me, an sub peccato mortali deberet præsentare dignorem.

Et docetur, quod Patronus laicus non tenetur præsentare digniorem, etiam ad beneficia Curata. Ex. p. 2. tr. 5. & Misc. 1. Res. 37.

§. 1. TVrrianus *in 2. 2. tom. 2. disp. 22. dub. 5. num. 6.* Vasquez *opusc. de benef. c. 2. §. 2. dub. 5. n. 74.* Ioan. Malderus Episc. Antverpiensis *in suis doctissimis commentariis ad 2. 2. tract. 9. cap. 2. dub. 2.* Lessius *lib. 2. c. 34. dub. 14. n. 65. in fin.* Azor. *p. 2. lib. 6. c. 21. q. 5.* Gattier. *canon. qq. lib. 2. c. 11. num 26.* Molin. Iurisconsc. *de primog. Hisp. lib. 2. c. 5. n. 69.* Ildephonsus Azeuedo *cons. 14. dub. 4. n. 41* Couar. Sotus, & alij affirmatiuam sententiam amplexi sunt. Nam hoc ius, quod ipsi patrono competit à iure, ea conditione concessum est, vt ipsi tantum incumbat, quod Episcopo, aut alij prælato incumbebat; debet igitur seruare modum debitum in beneficiis distribuendis, quod est eligere digniores.

2. Sed contrariam sententiam probabilem etiam puto, quod patronus laicus non tenetur præsentare digniorem etiam quoad beneficia curata. Sic docet Lambertin. *de iure patron. p. 1. lib. 2. q. 10. art. 3. num 17.* Riccius *dec. part. 3. dec. 306. n. 4.* Bellet. *in disquis. clerical. p. 1. §. 4. n. 30.* Ioan. Valer. *in diffic. vtriusque fori, ver. electio, n. 1. & seq.* & hanc opinionem probabilem vocant, Ledesm. *in sum. p. 2. tract. 7. c. 2. concl. 7. diffic. 9. fol. mihi 164.* & Bañez *in 2. 2. q. 63. art. 2. dub. 4.* & in terminis illam sequitur nouissimè Garsias *de benef. tom. 2. p. 7. c. 16. n. 19.* & Petrus à Nauar. *de restit. lib. 2. c. 2. num. 150.* Et ratio est, quia Concil. Trident. *in sess. 24. de Reform. c. 28.* in Parochialibus iurispatronatus Eccles. eligendum esse digniorem, ab approbatis Examinatoribus in concursu: dicit, quod si iurispatronatus laicorum fuerit, debeat, qui à Patrono præsentatus erit, examinari, & si idoneus repertus admitti. In quibus verbis cum Concil. Trid. non arctet Patronum, laicum ad præsentandum digniorem, neque nos arctare debemus. Salua semper, &c.

Hic le. Riccius dec. 306. n. 4. vers. præ.

RESOL. CXI.

An Archiepiscopus Panormitanus peccet confirmando præsentationem digni, omisso digniore, factam ab Illustrissimo Senatu huius Vrbis ad aliquam Parochiam?

Et an Senatus eligendo indignum, amittat pro illa vice ius eligendi? Ex part. 4. tractat. 4. & Misc. Res. 170.

§. 1. DE iure communi negatiuam sententiam tenendam esse non dubito, non solùm in foro externo, sed etiam interno; sed difficultas est de iure nouo Concilij Trident. *sess. 24. c. 18. de reform.* & illante constitutione Pij V. edita *anno* 1566. vnde dubitus hoc decreto Concilij & Bulla Pontificis asserit Petrus de Aragon *in 2. 2. q. 63. art. 2.* per illa corrigi ius commune, & sic Episcopus non debet admittere præsentationem minus digni tanquam inualidam, omisso digniori.

2. Sed his non obstantibus contrariam sententiam tenendam esse puto cum Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 1. dub. 6. n. 6.* Dico igitur Concilium & Pium V. noluisse in aliquo facultati patronorum derogare, & sic præsentatio patroni facta de digno, est valida, & per consequens admittenda est necessario à Prælato. Ratio est clara, quia à iure antiquo non est recedendum, nisi iure nouo expressis verbis recedatur; sed hoc non accidit in casu nostro, nam Concilium non irritat præsentationem de digno factam, quæ de iure antiquo valebat, sed tantum præcipit, vt patronus eligat digniorem, quod etiam de iure antiquo tenebatur facere ergo, &c. alias rationes videbis apud Sanchez.

3. Verùm dato, & non concesso, quod opinio affirmatiua Petri de Aragon esset vera, non facit pro casu nostro, in quo patronus qui præsentat ad parochias est laicus, nempe Illustrissimus Senatus huius vrbis, & ideo secundum probabilem sententiam, quâ ego ipse adduxi *in part. 2. tr. 1. Miscellan. resol. 57.* potest præsentare etiam in foro conscientiæ dignum, omisso digniori, ergo debet Archiepiscopus Panormitanus præsentationem dictam confirmare, & ad id tenetur, & si nollet posset cogi à Superiore, quia, vt ait Sanchez *loc. cit. n. 8.* confirmatio est actus exterior & iuridicus ab habente iurisdictionem ad confirmãdum; sed talis electio est valida in foro externo, & etiã in interno in casu nostro, secundum probabilem opinionem, ergo. Imo in casu nostro si maior pars Senatorum ciuitatis eligeret minus dignum ad parochiam minor verò digniorem, teneretur Archiepiscopus confirmare dignum, nam præsentatus à minori parte, censetur non præsentatus. Ita Doctores, quos citat & sequitur Sanchez *num. 11.*

Quæ hic est Res. antecedens, signanter in eius §. 2. & lege etiam vers. positum in not. 1. dictæ Res.

4. Et tandem nota, quod licet communiter asserant Doctores, eligentem indignum priuari potestate eligendi pro illa vice, ex *c. cum in cunctis, §. finali, de elect.* tamen ego puto contra Doctores, quos citat & sequitur Padilla *in l. cum quidam ff. de legat. 2. num. 17.* Rochus de Curte *tract. de iure patron. ver. honorificũ, q. 4. n. 15.* Probus *in c. si tibi absenti, de præbend. in 6. n. 53.* textum illum non habere locum in patrono laico, sed tantum Ecclesiastico, vnde patronus sæcularis scienter præsentans indignum poterit iterum præsentare. Ita Doctores, quos citat ad satietatem, & sequitur Sanchez *vbi suprà n. 24.* & ideo patet ex dictis, quod si Illustrissimus Senatus huius vrbis præsentaret indignum ad aliquam parochiam, non ex hac priuaretur potestate iterum alium præsentandi, nec in hoc posset inquietari ab Archiepiscopo.

RESOL. CXII.

An minor quatuordecim annorum possit præsentari ad beneficium iurispatronatus?

Et an sufficiat annum 14. esse cœptum? Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. Res. 64.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam mordicus sustinet doctus Iurisconsultus Io. Maria Nouarius *in quæstionibus forensibus part. 1. q. 71. n. 5. & seq.* quia licet ex depositione Concilij Tridentini *sess. 23. c. 6. de reformat.* nullus ante decimum quartum annum beneficium potest obtinere, tamen beneficium iuris patronatus tunc venit appellatione beneficij, quando adest eius fauor, secus autem in non fauorabilibus est in nostro casu.

2. His tamen non obstantibus contrariam sententiam tenent Viuianus *in praxi iuris patr. p. 2. lib. 6. c. 6. n.* 8. Squillante *de priuileg. clericorum cap. 4. dub. 3. num. 62.* Riccius *part. 3. decis. 26. & part. 4. decis. 343.* Marius Antoninus *var. resol. 112. cas. 51.* & alij asserentes vidisse plures dispensatos super ætate ad beneficia simplicia, etiam iurispatronatus, quia Concilium loquitur

loquitur absolutè prohibendo ne assumatur ad beneficium minor quatuordecim annorum. Sed ad hoc respondet Nouarius *vbi supra*, vt visum est, & secundum sententiam Nouarij decidisse Rotam Romanam in vna Gerunden. beneficij, 12. Iunij 1579. coram Lancelloto; præter Nouarium testatur Garsias *de benef. tom. 2. part. 7. c. 4. n. 10.* & habetur etiam hæc decisio *in nouiss. decis. 482. n. 3. in fine, part. 1.* & ita etiam nouissimè hanc sententiam contra Riccium, & alios tenet idem Nouarius *in nouo iur. Pont. concl. 14. n. 7.*

3. Notandum est tamen hîc obiter, non oportere esse expletum quartumdecimum annum ad obtinendum simplex beneficium vt notant Henriq. *l. 10. c. 19. n. 2.* Galleti *in margarita cas. Conse. ver. beneficium, n. 4.* Velascus *tom. 1. alleg. 8.* Campanili *in diner. iuris can. rub. 7. c. 6. n. 2.* Gonzalez *reg. 8. Cancell. gloss. 5. n. 90.* Azorius *part. 2. lib. 6. c. 5. q. 7.* & alij. Sufficit igitur annum 14. esse cœptum; quidquid in contrarium asserant Tuschus *concl. 338. n. 10. & 15. litera E*, Mandosius *de ætate minorum c. 4. n. 5.*

RESOL. CXIII.

An si Testator, dicat, vt Capellania conferatur Sacerdoti, conferri possit Clerico minorum Ordinum?

Et an saltem pro vna, vel altera vice possit Episcopus dispensare supra dictam qualitatem? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Res. 227.

§. 1. NEgatiuè respondet Barbosa *de potest. Episcop. part. 2. allegat. 44. num. 17. & seq.* Castrus Palaus *tom. 2. tract. 13. disp. 1. punct. 6. n. 12.* & alij, quia præsentandus debet habere qualitatè à fundatore requisitam; sed fundator dixit, Capellaniam esse conferendam Sacerdoti; ergo si hac qualitate caret, non potest eligi, nec valet dicere habere illam aptitudine, quia hoc non est propriè habere illam.

2. Verùm ego sine vllo metu contrariam sententiam in praxi sequi posse existimo, quam tuetur Perez de Lara *de Capellania lib. 2. cap. 5. num. 16.* Gratianus *in discept. forens. cap. 133. num. 1. & seq.* Parisius *de resign. benefic. lib. 3. quæst. 9. num. 3.* Gonzalez *in Regul. Cancellar. 8. gloss. 5. num. 74. & 104.* cum aliis penes ipsos, quando testator disponit per verba affirmatiua, vt si diceret instituatur Capellanus Sacerdos, qui Missas celebret secus autè si disponeret per verba negatiua, dicens: vt nullus alius, nisi qui actu Sacerdos sit instituatur, quia illa verba aptitudinem significant, non actum, nempe illam Capellaniam Ordinem sacerdotalem habere annexum, & esse sacerdotalem, & ideo sicut beneficium parochiale, & Canonicatus sacerdotales habét annexum Ordinem sacerdotalem & hoc non obstante, quando alicui conferuntur, non est necesse, vt actu Sacerdos sit, sed sufficit esse aptitudine vt intra annum à die adeptæ possessionis Sacerdos ordinetur, sic in nostro casu potest conferri Capellania non Sacerdoti, dummodo habilis sit intra annum Sacerdos esse.

3. Notandum est etiam hîc à fortiori contra Lambertinum *de iurepatron. part. 1. lib. 2. q. 7. art. 27.* Guttierrez *consil. 1. num. 11. & consil. 2. n. 15.* Azorium *p. 2. lib. 6. cap. 24. q. 3.* Rodriquez *qq. Regul. tom. 2. q. 112. art. 2.* & alios, quod si testator dicat: Instituatur Capellanus qui Missas Celebret, ex istis verbis non infertur Capellaniam, actu vel aptitudine proxima debere esse sacerdotalem sed conferri posse cuilibet constituto in ætate 14. annorum. Ita Lara, Gonzales, & Barbosa, quos citat, & sequitur Castrus Palaus *loco cit. n. 18* quia supradicta verba solum significant, Capellanum adstrictum esse Celebrare, sed huic obligationi potest per alium satisfacere ergo, &c. & ideo nisi fundator dixerit, vt Capellanus teneatur per se ipsum Missas celebrare, & non per substitutum, poterit patronus præsentare Clericum beneficij simplicis capacem. Et ita etiam ego docui *in par. 2. tr. 14. res. 18.*

4. Et tandem pro coronide huius resolutionis nota quòd ponendo aliquam Capellaniâ actu, vel habitu sacerdotalem esse, ex consensu hæredis posset Episcopus supra dictam qualitatem, saltem pro vna, vel altera vice dispensare, vt conferatur Clerico 14. annorum, secundum Aldephonsum de Lara *de Capellania lib. 2. cap. 5. à num. 28.* Cuchus *in institut. lib. 2. tit. 9. num. 62.* Vgolinus *de offic. Episcopor. cap. 61. n. 7.* Abbas, Imola, Felinus, Nauarrus, Rebuffus, Zerola, Zecchius, Leo, Sà, Lambertinus, quos citat Castrus Palaus *vbi supra num. 21.* licet ipse *num. 22.* contrarium sentiat cum Guttierrez *consil. 1. n. 19.* Garsia *de benefic. tom. 2. part. 7. cap. 1. à num. 107.* quibus ego addo Monetam *de commut. vlt. volunt. cap. 5. num. 302.* Riccium *collect. 158.* Barbosam *in collect. DD. super Concil. Trident. sess. 22. cap. 7. num. 7.* & alios penes ipsos rationem adducentes, quia Concilium Tridentiuum *sess. 25. de reformat. cap. 5.* prohibet Episcopis, etiam cum consensu patroni, tollere qualitates in fundatione beneficiorum appositas.

Quæ annotationes in tom. 1. Resol. in eius §. & in tom. 1. Resol. §. 1. figura posterius à ver. Ratio.

RESOL. CXIV.

An obligatio eligendi digniorem extendatur etiam ad resignantem beneficium suum in fauorem alterius?

Et an Collator peccet acquiescendo resignationi minus digno, relicto digniori? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. Res. 41.

§. 1. NAuarrus *in Miscellan. 38. num. 7.* Sot. *de iust. lib. 3. q. 6. art. 2. in fin.* & nouissimè P. Vasquez *opusc. de benefic. cap. 2. §. 4. dub. 7. num. 100.* asserunt extendi. Vnde Vasquez ait: Cauere debent renuntiantes, ne prætextu consanguinitatis, vel alia via, prætextu maioris pensionis renuntient beneficium indigno, aut saltem minus digno. Vt enim suprà diximus, sicut & electores, ita & renuntiantes tenentur consideratis omnibus, digniorem eligere, in quo forsan plurà peccata committuntur, quam aduertantur. Hæc Vasquez, satis quidem rigidè.

Sup. hoc pra in li 107. §. prope ver. Vas cino, qui do.

2. Opinio igitur contraria amplectenda mihi videtur, & amplexi sunt Regin. *tom. 1. lib. 30. tract. 3. cap. 14. n. 170.* Lessius *lib. 2. c. 34. dub. 13. num. 61.* & Malderus *in 2. 2. tract. 9. c. 2. dub. 7.* qui citat Caietanum, Sà, & Salonium. Et ratio est, quia cum iste resignans non sit distributor, si iure permittatur in fauorem resignare, potest resignare digno, cui voluerit; neque hîc est locus concursui, tanquam ad commune bonum, ex parte totius distribuendum, sed pars parti ius suum transfert. Vnde patet, etiam tunc collatorem non peccaturum acquiescendo resignationi minus digno, relicto digniori: & sic Petrus de Aragona *in 2. 2. q. 63. art. 2.* ait hanc sententiam esse conformem praxi receptæ, etiam ipsius Summi Pontificis.

RESOL. CXV.

An Episcopi post resignationem alicuius beneficij facta in eorum manibus possint illud conferre suis, vel resignantis familiaribus, affinibus, &c.

Vbi etiam aliqua notabilia inuenies circa intelligentiam Bullæ Pij V. de resignatione beneficiorum.

Et an sibi prædicta Bulla est vsu recepta, Patroni possint præsentare ad beneficia hæc resignata consanguineos resignantis.

Et an resignanti liceat nominare successorem, non deducendo in pactum, vt ipsi dentur, sed significando collatori, vt si velit, det ipsi. Ex p. 5. tit. 14. & Misc. 2. Res. 26.

NEgatiuam sententiam determinatam esse in Motu Pij V. qui incipit, *Quanta Ecclesiæ Dei*, edito anno 1568. obseruat Filliucius *tom. 3. tract. 37. difficul. 32. num. 2.* sic ait. *Pio V. en su Estrauagante manda à los Colatores de los beneficios resignados, que no les den à los suyos, ò à los parientes, ò afines ò familiares de los que resignan; y que si hizieren lo contrario, sea irrito.* Et ita hanc sententiam tenet & probat Parisius *de resignat. benefic. lib. 5. q. 6. n. 188. & seqq.* §. 1.

2. Verùm his non obstantibus Castrus Palaus *tom. 2. tract. 13. disp. 6. punct. 2. §. 1. num. 7.* putat quoad hoc hanc Pij V. constitutionem non videri vsu receptam, sed potius à principio fuisse ab ea supplicatum, & consequenter nec pœnas ob hanc causam illidem impositas. Ita ille, & ante illum Garzias *de benefic. tom. 2. p. 11. cap. 3. num. 270.* & Barbosa *de potest. Episcopi, p. 2. alleg. 69. num. 48.* quibus ego addo Episcopum satis quidem doctum & Pium, Alphonsum Moscosum *in sum. tr. 15. & 10. n. 2.* vbi sic asserit. *Pio V. en su proprio moto atò las manos à los Obispos, mandando con graues penas, no pudiessen dar estos beneficios puestos en sus manos à sus parientes, ni à sus familiares, y criados. Fue mandado rigurosissimo para los Obispos, que haziendo el dover andan acomodando sus familiares y parientes segun sus merecimientos, quitandoles vnos beneficios, y dandoles otros, era intolerable obligarlos à que cada passo, para hazer estas prouisiones acudiessen à Roma. Suplico el Señor Rey Felippe II. deste mandado, y embio cedulas à los Obispos, haziendoles saber como se auia suplicado desta Estrauagante, y que con segura conciencia podian seguir la costumbre antigua, y recebi auiso en vna cedula real sobre el Caso.* Ita Moscosus.

3. Sed hi Doctores loquuntur quoad Regna Hispaniarum. Vnde pro aliis, vbi dicta Bulla est vsu recepta, dubitatur circa illam an patroni possint præsentare ad beneficia hæc resignata consanguineos resignantis, quia in prohibitione non loquitur cum his, sed cũ collatoribus, ne illi conferant. Quod potest intelligi ne illis conferant proprio motu, seu cùm quando præsentatur à Patrono. Et quamuis pœnæ in dicta Bulla statutæ comprehendant etiam patronos præsentantes, id tamen intelligendum est, quando præsentant contra id, quod ibi illis prohibetur, quod tamen non est præsentare consanguineos resignantis, sed quod Prælati non admittant nominationem successoris factam à resignante. Et hæc omnia cum multis doctis iunioribus docet Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 2. c. 3. dub. 36. n. 24.* qui etiam *n. 23.* circa verba eiusdem constitutionis mouet aliud dubium, an videlicet resignanti liceat nominare successorem, non deducendo in pactum, vt ipsi detur, sed significando collatori, vt si velit, det ipsi. Et respondet quòd quidam iuniores dicunt, quòd si fiat ante renunciationem, non caret scrupulo, quia Pontifex intendit euitare omnem modum successionis: at si fiat post factam liberam resignationem in manibus Prælati, nullum aiunt esse scrupulum nominare successorem, vt illi detur. Et id verum esse existimat Sanchez. Imò plus addit non videri contra dictum Motum proprium Pij V. significare Prælato successorem, relinquendo omnino in eius voluntate prouisionem. Et ita illa verba, *caueant ne nutu, aut verbo*, &c. intelliguntur taliter, vt inducatur pactum tacitum, vel expressum, aut de his assumendis promissio, vel intentio, intelligitur promissio, scil. expressa, vel intentio, in pactum tacitum deducta, aliàs dicendum esset, quod punit solum actum internum. Hæc omnia Sanchez quæ apud alios non facilè inuenies, ideo plurimum notanda.

RESOL. CXVI.

An Episcopus ex iusta causa possit imponere pensiones super beneficia pinguia suæ Diœcesis? Ex. p. 9. tit. 9. & Misc. Res. 50. alias 49.

§. 1. CIrca præsentem difficultatem, adesse aientem & negantem sententiam, notauit Machadus *de perfect. confess. tom. 2. lib 4. part. 6. tract. docum. 7. n. 15. 2.* Itaque negatiuam sententiam tenet Lessius *lib. 2. cap. 34. dub. 38. num. 206.* Pensionum Constitutionem per stylum Curiæ reseruari Summo Pontifici; vnde Ordinarij non poterunt, nisi quatenus id eis priuilegio, vel consuetudine est concessum: nam stylus Curiæ ius facit; quod maximè in pensionibus verum est, quarum ius vniuersum fere constat consuetudine. Confirmatur, quia pensionum Constitutio est contra ius commune, quo statuitur vt beneficia sine immutatione conferantur, *Decretal. lib. 3. tit. 12.* Itaque continet in se dispensationem iuris: at Episcopus vtpote inferior non potest dispensare in iure, nisi quatenus id ei ipsum ius, vel consuetudo legitimè præscripta, quæ instar iuris habeat, concedit. Idem confirmari potest *Extrauag. Ambitiosæ, de reb. Eccles. non alienand.* Nam Constitutio pensionis non minus est alienatio quam vel decennalis locatio, vel hypothecatio; quia est alienatio rei immobilis; nempe iuris Ecclesiæ competentis; pars enim iuris Ecclesiæ ad fructus alienatur: quod maximè locum habet in pensionibus perpetuis. Ius autem tale inter immobilia censeri constat. Idem crediderim de pensionibus vitalibus, quia non minus inter immobilia censeri debent quam reditus vitales, & vsusfructus. Addo has pensiones plerumque annexam habere aliorum bonorum obligationem, quæ etiam illi *Extrauag. repugnat.* Requirit autem ea consuetudo, vt legitimè præscripta censeri debeat, secundum communiorem sententiam Doctorum, vel 40. annos cum titulo, vel tempus immemorabile sine titulo, quia ius commune, & iuris præscriptio ei obstat, iuxta *cap. 1. de præscriptionib. in 6.* Ita Lessius, cui adde Lopez *in instruct. tom. 1. cap. 203.* Sotum *de iust. lib 9. quæst. 7. art. 2.* vnde Ledesma *in summa tom. 2. tract. 12. conclus. 21.* hæc asseruit: *Solo el Pontifice entre todos los Prelados Ecclesiasticos tiene authoridad de poner pensiones sobre los beneficios Ecclesiasticos. Esta conclusion tienen todos los Theologos, y Iuristas. Pruebase de la comun costumbre de la Iglesia. De suerte que aunque estando en derecho Diuino, qualquier Obispo puede poner pensiones sobre los beneficios de su Obispado que distribuye: pero por derecho positiuo esta facultad esta reseruada al Sumo Pontifice, como consta por el vso.* Ita ille. Idem asserit Palaus *tom. 3. tract. vlt. disp. 3. punct. 3. n. 3.* Valentia *tom. 3 disp. 6. q. 16. punct. 3.* Aragonius *in 2. 2. quæst. 100. art. 4.* & alij.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 7. Res. 36. §. Probatur secundo in fine.

2. Probatur hæc opinio Primò ex stylo Curiæ de quo testatur præter Lessium, Cardinalis Toletus *in Summa lib. 5. cap. 83. num. 1.* Secundò ex quodam

Decreto Pauli IV. quod affert Granatius ad simoniã *de Reseruationib. q.62. n.6. & 7.* Mandosius *de signat. tit. de Pensionib. vers. Hodie tamen, & in tit. de Confirma. vers. Pensionis ab Ordinario.* Tertio ex Bulla Pij V. quam adducit Parisius *de Consident. quæst. 28. num. 120. & 121.* quia verba Pontificis prohibitiua vniuersalia sunt, respectu omnis Collatoris, ac proinde complectuntur etiam Episcopos, vt constat ex secundo casu, quem damnat, & punit, & his verbis declarat habendum pro confidentiali; quoties, inquit Collator, aut cedens iusserit, vel significauerit ei contulit beneficium, vt soluat pensionem sibi, vel aliis, seu illi vel illis, quem, vel quos idem Collator, aut cedens, vel alius prose, scripto, aut verbo iusserit, &c. Ex his enim verbis videtur manifestè omni Collatori, ac proinde etiam Episcopo sublata facultas pensiones quascumque imponendi. Nam omnis pensio reseruatur à Collatore sibi, vel aliis, sed Pontifex decidit, quoties Collator pensionem sibi vel aliis in collatione reseruat, habendum pro simoniaco confidentiale. Ergo cùm hanc damnet, prohibeat, & puniat, prohibet quoque talem reseruationem, vt impositionem pensionis. Imo Rebuffus de *Pacificis possess. n.105.* notat etiam ante Pium V. per non vsum, & dissuetudinem, facultatem Episcopis concessam, pensiones in aliquibus casibus imponendi cessasse, & ab aula recessisse.

3. His tamen non obstantibus, affirmatiuam sententiam in fauorem Episcoporum post dicta decreta & Constitutiones tenent plures Neoterici, & præcipuè inter alios Garzias *de beneficiis tom.1.cap.5. §.2. n.295.* Gonzalez *in Regul. Cancell. Gloss.5. §.5. à n.27.* Barbosa *de iure Eccles. lib.2.cap.11. num.56.* qui addit, quod potest esse causa, vt Episcopus imponat pensionem super beneficium, amore quo ille suũ ex fratre nepotem prosequitur. Vide etiam Gratianum *in discept. forens. tom.4.c.617.n.5.* vbi sic ait: Quamuis regulariter ordinarius non possit reseruare pensiones, cùm illæ non reseruentur, nisi auctoritate Papæ; *Rot. decision.437.n.2. par.1. in recentior.* Tamen hoc intelligitur sine iusta causa; nam illa existente partim ei permittitur reseruatio; videlicet pro bono pacis, vel pro studio alicuius scholaris pauperis, vel in vtilitatẽ Ecclesiæ, pro concordia litis, pro pauperibus, & egenis, pro benemeritis, pro vsu pio, pro renunciantibus ex causa renunciationis loco alimentorum in quantitate moderata, & non ex pactione partium, & præcedentibus similibus legitimis, & rationabilibus causis. Ita ille, qui postea num.9. obseruat quod talis pensio rẽseruetur per viam quantitatis pecuniæ, bladi, vel vini, non autẽ per viã quotæ, videlicet quod detur tertia vel quarta, pars redditumm, quia hoc esset diuidere beneficium, quod de iure prohibetur, *cap. Maioribus, de præbend. cap. de Catero, de Transaction.* Et in n.13. etiam obseruat, quòd in casu quo Episcopus potest reseruare pensionem; istud intelligeretur, vt reseruatio solum fiat vsque ad vitam onerati, ita vt tantum teneatur ad talem pensionem primus oneratus, non autem successor in illo beneficio. Non enim Ordinarius, vel alius inferior posset imponere huiusmodi pensiones perpetuas, & ad successores transmissibiles, & alios, prout facit summus Pontifex, nec fructus beneficiorum diuidere, nisi pro bono pacis ex causa concordiæ, & ad lites tollendas tales pensiones reseruaret; quia tunc habet facultatem illas imponendi perpetuo duraturas, & ad successores transitorias prout Papa solet reseruare. Et tandem n.18. firmat, quòd non sufficeret assertio Episcopi dicentis causam interuenisse in similibus pensionibus per eum reseruatis, ideò aliunde debet constare de causa.

4. Nec desunt etiam præter Canonistas, Theologi, qui partem Episcoporum tuentur, & præcipuè inter alios Filliucius, *tom.3.tract.42.cap.2.q.3.n.3.* Azorius, *tom.2.lib.8.cap.6. quæst.1.* Vviggers *de Iust. tract. 7.cap.4.dub.15.num.89.* Malderus *de Iust. tract.9.cap.3. dub.12.* Suarez *de Relig. tom.2. lib.4.c.24. n.27.* & alij Ad argumenta verò contraria respondetur, quod iura statuant, ne beneficia conferantur cum diminutione; atqui Episcopi non sunt supra Canones, sicuti Pontifex: ergo non possunt reseruare Pensiones, quia sic videntur conferre beneficium cum diminutione. Respondetur: Flaminius *de Resignationib. beneficior. q.2.n.3.* dicit Canones illos hoc tantùm prohibere velle, ne Collatores sibi aliquid applicent, aut reseruent ex ipsis beneficiorum prouentibus. Vel cum aliis responderi potest, Canones tantum statuere legẽ ordinario Collatori vt tali, qua huic non liceat in permutationibus, aut resignationibus diminutionem aliquam facere, siue pensionem pro altero reseruare, non autem ibi aliquid statui contra ordinariam potestatem Episcopi, vt talis. Ad stylũ Curiæ de quo testatur, Toletus, & alij; Garsias vbi supra n.310. negat adesse. Ad Decretum Pauli IV. idem Garzias n.301. dicit factum fuisse pro Dataria, scilicet ne Ministri, seu Officiales Papæ absque ipsius licentia pensionem imponant. Ad Bullam Pij V. Filliucius vbi *supra n.5.* existimat, nullam facultatem Episcopis abrogatã, quã prius vti licitè possent; sed tantummodo punitam impositionẽ pensionis ab ipsis factam sine causa, & hoc non in omni casu, sed in collatione beneficij. Ex quo infertur primò, posse Episcopos extra casum collationis imponere pensiones, ob illas omnes causas, quæ recensuimus; illas enim Pij Cõstitutio non attigit. Secũdo infertur in collatione præsumptionẽ confidẽtiæ tantũ adesse, cum pensio imponitur primò sine causa vlla probabili; secundò cũ reseruatur in fauorẽ personæ declarandæ, tertiò, cũ collatio fit de beneficio vacante ob cessionem per resignationem. Ita Filliucius.

5. Ad id, quod dicunt Rebuffus, & alij, Episcopos amisisse facultatem imponendi pensiones ex non vsu respondet Garzias *num.309.* quod per non vsum non tollitur facultas aliquid faciendi.

6. Et tandem ad confirmationem supradictorum adducitur Decisio Sacræ Rotæ Milcuitana Canonicatus 6. Martij 1595. coram Millino, dicens, quod pẽsio imposita per Episcopum ad fauorẽ cẽritæ personę, etiam de consensu prouisi, etiam corã Notario, præstito in forma, non facit prouisionem simoniacam, licèt sit nulla ipsa pensio, si non constet de causa; si autẽ pensio fuisset imposita per Episcopũ personæ sibi bene visæ, & postea declarandæ, esset simoniaca, & confidẽtiaria ex Bulla Pij V. quo casu solũ est intelligenda. Ex qua Decisione Rotæ apparet, posse Episcopos imponere ex iusta causa pensiones; & quod id fuerit eis prohibitũ ex Bulla Pij V. quam cõtra illos afferebat Parisius; vnde hîc non desertã apponere verba D. Thomæ *in 2.2.q.100. art.4. ad quartum*, sic asserentis: Si Episcopus, antequam beneficiũ alicui conferat, ob aliquam causam ordinauerit aliquid subtrahendũ de fructibus beneficij conferendi, in pios vsus expendendum non est illicitum. Ita Sanctus Doctor. Et ideò, stantibus supradictis ait Layman. *lib.4 tr.2. c.18.n.2.* Negari non potest in casibus specialibus, ac necessariis, v.g. propter paupertatem, seniũ resignãtis, ob litis compositionem, aut ad coæquandos fructus in permutatione beneficiorũ, adhuc hodie Episcopo competere, vt pensionẽ beneficio imponat; quamuis non in perpetuum, neque cum facultate transferendi ad alterũ, sed solũ ad vitam pẽsionarij, id est, eius cui pensio designatur, sicuti habetur *in cap. Nisi essent. de præbendis.* Ita pari ratione statuere potest Episcopus cũ Capitulo ob causam necessitatis, vel magnæ vtilitatis, vt pars aliqua redituum beneficij ad certũ vsũ pium, v.g. Ecclesiæ fabricam, Religiosorũ sustẽtationem;

rum ; item ad debitorum nomine Ecclesiæ contractorum solutionem applicetur. Hæc Layman.

7. Nota tamen, vt dictum est, vt Episcopus validè pensiones imponat, debet semper interuenire iusta causa, id est legitima, qualé scilicet leges præscribunt. Ex quo infertur primo, pensionem collatam ab Episcopo nulla causa expressa, nullam & inualidam esse, vt ex pluribus Decisionibus probat Garzias *parte 1. cap.* Secundo posse eam argui confidentiæ simoniacæ, vt constat ex iis, quæ tradit Flaminius *q.28. de Confid.* & post illum Garzias *part.1.c.5.§.2.* Tertiò causam expressam, sed non qualem leges permittunt, vitiare etiam impositionem pensionis ab Episcopo, cui tantum iura concedunt hanc facultatem in certis casibus & propter causas expressas, vt bene Nauarrus *consil.4.de simonia*, & Filliucius *vbi suprà, n.8.*

8. Verùm, si stylus Curiæ hodie absolutè, & sine vlla distinctione, pensiones omnes reseruat soli Pontifici, vt vult Toletus, Lessius, Binsfeldius, & alij priuatiuè, quoad Episcopos videtur ab ipsis omnino seruandus, quia stylus Curiæ facit ius, & in his materiis Romana praxis est regula : vnde cautè procedant Episcopi ; nam præter iurisdictionem vsurpatam, beneficiatus tentabit litem contra pensionarium, de nullitate pensionis impositæ ab Episcopo potestatem non habente.

TRACTATVS QVARTVS
DE
POENIS, SEV MVLCTIS
PECVNIARIIS EPISCOPO NON APPLICANDIS.

RESOLVTIO PRIMA.

An Episcopi possint imponere pœnas pecuniarias etiam laïcis ex delictis mixti fori ?

Et affirmatiuè respondetur.

Et cursim docetur Episcopos habere Fiscum saltem ex consuetudine. Ex. part.1.c.tr.§. Res.1.

§.1. HAnc quæstionem à nullo Theologo morali inuenio diligenter pertractatam, & tamen est adeò practicabilis, ideo ad communem vtilitatē latè illam examinabo. Et quo ad primum, videtur Episcopos non posse pœnas pecuniarias imponere, *ex cap. Pauper. 11. quæstione 3. cap. Si lapsis 50. dist. cap. 5. de pœnis, cap. Irrefragabilis §. vlt. de Officio ordinar. & cap. vt Clericorum, de vita, & honest. Cler.* per quæ iura habetur, quod delinquentes nō sunt in pecunia puniendi ; quia personæ delinquunt, & non pecunia, *vt §. Oportet, collat. 3. de mand. Princip.* quare pœna suos debet sequi Authores *leg. Sancimus Cod. de pœnis.* Hinc Isidorus ; citò violatur auro iustitia, nullamque reus pertimescit pœnam, quam scit posse redimere, *cap. Pauper. 11. q.3.* Hostiensis *in Summa tit. de Offic. ordin. §. Quid pertinet n.4.* dicit, quod delicta debent puniri secundum statuta Canonica, & non secundum quæstum pecuniæ. Hanc etiam sententiam docuit Segura Dauolos *part.2. cap.10. per totum* ; & probari potest ex authoritate Francisci Alfari *de Officio Fiscalis Gloss.9.n.9.* qui tenet, Episcopum non habere Fiscum.

2. Verùm his non obstantibus, tanquam certam opinionem affirmatiuam tenendam esse puto, nempe Episcopos posse imponere pœnas pecuniarias, ex praxi vbique recepta, & probatur *ex cap. Dilectus de officio Ordinary, cap. si vos 23. quæstione 5.c. Cum sit nimis §. vlt. de Indais* ; & docent communiter Doctores, vt Corneus *cons.19. lib.2. per totum* Farinacius *tom.1. quæst.19.n.51.* Iulius Clarus, *lib.5. quæst. 80. n.5.* & alij, quos adducit, & sequitur Mauritius de Alzedo, *de Præeminentia Episcoporum, p.1. cap.12. n.90.* & Barbosa *de potest. Episcop. part.3. allegat.197. n.16.* firmantes etiam Episcopos, saltem ex consuetudine habere fiscum, vt notauit etiam Couarruvias, Bobadilla, Regens de Vico, & Salzedus *in locis infrà citandis.* Et ad iura superiùs allata respondent, & concordare nituntur plures, quos inuenies apud Seguram Dauolos *vbi suprà.* Itaque certum est posse Episcopos pœnas pecuniarias imponere etiam Laïcis ex delictis mixti fori contra Regentem de Vico *in Pragmat. Regni Sardiniæ, tom.2. tit.7. cap.6. num.7.* & ita firmat Farinacius *tom.1. quæst.19. n.51.* quia ex talibus delictis Ecclesiasticæ Iurisdictioni se subiiciunt, vt *in cap. Statuimus 16. quæst.1. & cap. Quisquis 17. quæst.4.* & notat Abbas *in cap. Licet de pœnis.*

Sup. hoc in tom.9. tr.2. ex Res.302. §. Cum igitur, cursim ad lin.2.

RESOL. II.

Episcopos non posse pœnas pecuniarias sibi applicare, sed applicandas piis locis demonstratur, etiam si sint impositæ per sententiam, siue per Statutum.

Et quid, si Episcopus sit adeò pauper ?

Et quid est sentiendum de contraria consuetudine, per quam pars pœnarum applicabatur Vicario, vel Cameræ Episcopi, vel fabricæ Ecclesiæ Cathedralis : Ex p.10.tr.8.Res.2.

§. 1. SEd difficultas est, an Episcopus dictas pœnas pecuniarias possit sibi applicare. Et respondeo, quod stando in iure communi antiquo, sunt aliqui affirmatiuæ sententiæ adhærentes, vt docet Bald. *in auth. bona damnatorū lib.2. C. de bonis proscriptorum*, Ananias *in cap. Excōmunicamus in princ. n.9. de hæreticis*, Angelus *de maleficiis, in verb. eius bona, n.30.* Barbatia *cons.22.n.12. vol.3.* Gomez *super leg.7. Tauri n.75.* Franciscus Marc. *decis.339. num.12. p.1.* attamen minimè hoc procedere, (ait Couarruu. *lib.2. Var. cap.9. num.9.*) vbi sententia Iudicis pœna pecuniaria infertur : sed si tantùm eadem pœna statuto, aut constitutione sancita fuerit, poterit Iudex Ecclesiasticus eam in proprios vsus expendere, id etenim fit statuti & legis authoritate : ex quo suspicio auaritiæ abest ab ipso Iudice, cum per statutum ea pœna Episcopo, aut Iudici adiicitur, notant Hostiensis, Abbas, & Felinus, *in c. Irrefragabili §. cæterum.* Quod etiam

ex Neotericis Hispanis docet Ber. Diaz. *in Practica criminali, c.142.* Auendagnus *de exequendis mandatis p. 1. c.7. n.1.* & Bobadilla *in Politica tom.1. lib.2. cap.17. n.199.* & 200. vbi sic ait: *En lo que toca à tener fisco los Obispos y las Iglesias, Baldo y otros Autores afirman, que no lo tienen, excepto el Papa y la Iglesia Romana, ni pueden condenar para su Camera: pero lo contrario, se guarda por costumbre vniuersal aprouada por comun opinion, aunque no tiene su fisco todos los priuilegios del fisco Real, lo que applican à su Camera los dichos Prelados, deuen convertirlo en obras pias, y gastos de Iusticia, siendo por via de multa, ò pena arbitraria: mas lo que aplican en virtud de ley, ò estatuto, como quieraque en esto cessa la ocasion de codicia, bien pueden adjudicarselo à si, conforme la disposicion legal: y aun lo vno y lo otro, si el Obispo fuesse tan necessitado poderia aplicarlo para si.* Ita ille.

2. At hæc omnia, & opinio horum Doctorum procedit, vt dixi, in terminis iuris, antiquis; tamen hodie cessat hæc difficultas: nam stante Decreto Concilij Tridentini, *sess.24. cap.3. de Reformat.* absolutè dicendum est, Episcopos non posse vllo pacto, sibi applicare pœnas pecuniarias, vnde ad compescendam aliquorum Episcoporum auaritiam, hîc per extensum apponam verba Doctorum. Et ideò in primis agmen ducat.

3. Ioan. Machadus *de Perfecto Confessario, tom. 2. lib.4.p.6. tract.4. docum.2. num.2.* sic ait: *Quanto al fisco se ha de advertir, que por Derecho comun era prauamente controverso entre los Doctores, si el Obispo podia tener fisco, y aplicarle penas pecuniarias en que condenasse à los Reos: vno lo negauan principalmente quando los Reos eran Seculares: mouean se por vnos Textos del Derecho, que parece lo disponian assi. Otros fundados en otros Textos afirmauan, que era licito, con tal que el Obispo no se moviesse por auaricia, si no con zelo de iusticia, ni aplicasse para si las pœnas pecuniarias, sino que las conuertiesse en vsos pios. Pero ya en estos tiempos està quitada ò por mejor dezir compuesta esta controuersia, por ser expressa disposicion del Concilio Tridentino, que el Obispo pueda tener fisco, y condenar en penas pecuniarias; si bien el mismo Concilio da el lugar citado, por desmentir la sospecha de auaritia que tan lexos de estar de las personas Ecclesiasticas; y principalmente de los Obispos ordena expressamente, que el Obispo no pueda aplicar semejantes condenaciones à si, ne à su Camera, sino à lugares, y obras pias; y segun vna declaracion de los Cardenales que refiere Barbosa, ni aun para el salario del Vicario las puedan aplicar.*

4. Daniel de Nobilibus *in selectis controuersiis iuris sacri, & ciuilis, disp.30. num.66. & 67.* Has autem pœnas pecuniarias, si per statutum iure antiquo, sint impositæ, poterit Episcopus per se retinere vel suæ Cameræ applicare; at si per sententiam imponantur, honestius locis piis applicabit, nisi Episcopo indigente. Hodie tamen post Concilium Tridentinum, *sess.25. cap.2. & 10. de Reformat.* videtur omninò has pœnas in vsus pios conuertendas, ita, vt nec in fabricam Ecclesiæ, nec in mercedes conuerti possint.

5. Ioan. Baptista Ciatlinius *in Controuers. Forens. tom.1. cap.50. num.37.* Certum esse cognoscimus Episcopum, & eius Vicarium posse mulctare etiam Laicos, & pœnis pecuniariis punire in casibus ad eius forum spectantibus *c. licet*, vbi Abbas, *de pœn. cap. Statuimus 76. quæst.1. cap. Quisquis 17. quæst.4. de communi*, Felinus *in cap. Irrefragabili §. Caterum, num.5. de offic. Ordin.* Hostiensis, Butrius, Anania, Cardinalis *in cap. ad aures, de Simon.* Peregrinus *de Iur. Fisci, lib.1. tit.2 num.106 post multos*, Augustinus Barbosa *6. alleg.107. num.18.* perbelle Martha *de Iurisd. part.1. cap.50. num.18.* pro quo notandum est antiquitus potuisse Episcopos mulctas statutis Ecclesiasticis inflictas sibi applicare, & in proprios vsus conuertere, quas vnico suo arbitrio imponebant, locis piis distribuere solebant ad euitandam auaritiæ suspicionem. Hostiensis *in Sum. tit. de Offic. Ord. §. Quid pertinet, versic. non tamen debet.* Abbas *in 6. cap. licet n.9. de pœnis.* Couarruuias? *var. resol. lib.2. cap.9. num.13.* March. *decis.339. num.12. part.1.* tamen hodie Episcopi id facere non possunt, sed mulctas pecuniarias eo ipso, quod exactæ fuerint, locis piis assignare debent, adeo vt nec aliquam portionem suo valeant applicare Vicario, nec Cameræ Episcopali, aut Fabricæ Ecclesiæ Cathedralis, non obstante quacunque consuetudine non præscripta Concil. Trident. *25.c.3. de Refor.* & ita decreuit sacra Congregatio.

6. Marcellus Vulpe *in praxi Iudiciali, c.46. n.1. & 2.* Quamuis Iura Canonica videantur prohibere Episcopis imponere & exigere pœnas pecuniarias; quia de radice cupiditatis, & auaritiæ prodire videntur, *cap. Irrefragabili §. fin. de offic. Ord.* vbi habetur quod Prælati non debent eorum statuta ad quæstum pecuniæ conuertere: tamen Abbas *in cap. vt Clericorum num.10. de vita, & honest. Cleric.* dicit communiter per doctores teneri, posse ab Episcopis pœnas pecuniarias imponi & exigi: & nouissimè per Concilium Tridentinum, *sess.25. cap.3. §. In causis verò de Reformat.* id approbatum est, ibi per mulctas pecuniarias, quæ locis piis ibi existentibus eo ipso quod exactæ fuerint, assignantur. Verùm non ita passim pœna pecuniaria imponenda est: sed quando Episcopi viderint alias pœnas paruipendi, & pecuniariam timeri. Vnde quando ex vrgenti causa pœna sum imponendæ, illæ sunt applicandæ locis piis, *Concil. Trid. vbi suprà*: immo vt declarauit sacra Congregatio Concilij, quod consuetudo contraria, per quam pars pœnarum applicatur Vicario, vel Cameræ Episcopali, etiam in minima parte, nec in fabricam Ecclesiæ Cathedralis: nam Episcopi tenentur ex eorum redditibus Ecclesiam Cathedralem reparare. Verùm si Episcopus sit adeo pauper, vt notoriè egeat, aliud videretur dicendum: & eo casu est consulenda sacra Congregatio, notificando ei redditus, & onera Episcopatus.

7. M. Anton. Genuensis *in Praxi Archiep. cap. 69. num.1. & 2.* Hostiensis *in sum. de Offic. Ord. §. Quid pertinet*, dicunt, quod vbi per statutum imponitur pœna pecuniaria, potest Episcopus illam sibi retinere; vbi vero per sententiam, licet possit, honestius facit, si pro euitanda suspicione auaritiæ, deputetur ad pios vsus: quem sequuntur magis communiter Doctores, quos numerat Felinus, *in cap. Irrefragabili de offic. Ordin.* Sed post Concilium Tridentinum, *cap.3. sess.25. de Reformat.* pœnæ pecuniariæ, eo ipso, quod exactæ fuerint, sunt assignandæ piis locis, quod seruatur in Curia Archiepiscopali Neap.

8. Paulus Squillante *de Oblig. & Priuileg. Episcop. part.1. c.28. n.3.* Præcipitur Episcopis pœnas pecuniarias, eo ipso quod exactæ fuerint piis locis, & pauperibus distribuere, vt expresse decernitur in sacro Concilio Tridentino, *sess.25. c.3. & c.13. de Reformat.* Est autem obseruandum, quod huiusmodi pœnæ pecuniariæ sunt locis piis applicandæ, siue sint impositæ per sententiam, siue per statutum, cùm facr. Concil. Trident. non distinguat.

9. Ioan. Carolus Antonellus *in Regimine Ecclesiæ Episcopalis, tom.2. lib.6. cap.5. num.2.* & seqq. obser

obseruat quod tales Clerici possint ex statuto, aut edicto Episcopi puniri pœna pecuniaria. Huiusmodi verò pœnæ pecuniariæ locis piis applicandæ sunt ex dispositione Concilij Tridentini, *sess. 25. de Refor. c. 3.* ita vt nequeat Episcopus sibi huiusmodi pœnas applicare, nisi esset pauper, & valde indigeret, vt resoluit sacra Congregatio.

10. Sed claudamus verba Doctorum cum sapientissimo, & amicissimo Ioan. Solorzano *de Indiarum Iure tom. 2. lib. 3. c. 7. n. 76. & 77.* qui post adducta verba Decreti Concilij, sic subdit: Quibus verbis sublata, aut composita videtur antiquorum controuersia, quorum quidam existimabant, non licere Ecclesiasticis Iudicibus pœnis pecuniariis Reos ad eorum forum pertinentes, Laïcos præsertim, damnare. Alij licitum esse contendebant, dummodo non auaritiæ cupiditate, & animo eas imbursandi, sibique applicandi ad id ducerentur, sed zelo Iustitiæ, easque in pios vsus conuerterent. Quam sententiam Concilium Tridentinum probauit. Ita ille. Et præter supradictos Doctores vide etiam idem asserentes Quarantam *in Summa Bullarum, verb. Pœnæ pecuniaria.* Rubeum *in Aphorism. Episcopor. verb. Pœna, num. 3. & 4.* Thomasium, *Decad. 4. tit. 6. num. 435.* Cartarium *decis. 20. num. 148.* Bariolam *in Aphoris. Casuum Conscientiæ lit. P, verb. Pœnæ pecuniariæ*, & alios penes ipsos.

RESOL. III.

Respondetur ad argumenta, quæ contra superius dicta adduci possunt in fauorem Episcoporum, & maxime ratione consuetudinis.

Et an hoc intelligatur quoad pœnas, non quoad mulctas pecuniarias, nam differt pœna à mulcta.

Et an aliquando mens legis magis quam verba, attendenda sit?

Et deducitur, an sit credendum Doctori attestanti de consuetudine?

Et cursim docetur, an opinio vnius excellentis Doctoris faciat rem probabilem in iis, quæ ad ius pertinent, secus vero in illis, quæ ad factum spectant?

Et breuiter aduertitur, quod vbi militat eadem ratio, debet militare eadem iuris dispositio. Ex p. 10. tr. 8. Resol. 3.

§. 1. NEc aduersus superiùs dicta obstant in fauorem Episcoporum aliqua argumenta, quæ ego ad magis veritatem elucidandam, excogitaui. Et primò posset quis dicere, quod obstat consuetudo in contrarium, vt testatur Marius Alzedus *de Præeminent. Episcop. part. 1. cap. 12 n. 7.* & quod credendum sit Doctori testanti de consuetudine, docent Bartolus *in Repet. lig. de quibus num. 21. quæst. 4. ff. de legibus*, Iason *leg. Filius à patre num. 27. ff. de liber. & posthum.* Antonius Gomez, *leg. 41.* Tauri *n. 4.* Riccius, *collect. 611.* Granado *1. 2. contract. 7. tract. 3. part. 2. disput. 16. num. 12.* & alij, quos refert Mascardus, *de probat. conclus. 426.* Ergo possunt Episcopi applicare sibi pœnas pecuniarias, ratione consuetudinis, extantis in eorum fauorem, teste Alzedo. Respondeo primò, quod licet opinio vnius excellentis Doctoris, faciat rem probabilem, in his, quæ ad Ius pertinent, secus est in illis, quæ ad factum spectant. Quonam, quæ facti sunt cuiusmodi est consuetudo, plerumque etiam prudentissimos fallunt. *l. 2. ff. de Iur. & facti ignor.* sic tenent Alexander *in leg. quod dotem ff. Soluto matrim.* Imola *in leg. 1. §. mentio ff. de non. oper. nunt.* Aretin. *cons. 132.* Corneus, *cons. 83.* Nauarrus *in cap. Placuit num. 186. de Pœnit. dist. 7.* Berttanus, *cons. 67. volum. 4.* dicens esse communiorem opinionem Recentiorum, quod idem dicit Parasius *consil. 31. num. 14.* & alij. Respondeo secundò; tunc credendum esse Doctori testanti de consuetudine, quando contrarium non appareat; sed in nostro casu luce meridiana est clarius, maiorem partem Episcoporum non applicare sibi pœnas pecuniarias, sed solùm paucissimos, qui apud omnes male olent: Ergo non potest adesse consuetudo in contrarium, quæ quidem à maiori parte introduci debet, vt patet apud Rocafull. *in Praxi Theol. mor. tom. 1. part. 3. lib. 6. cap. 3. quæst. 1.* Castrum Palaum, *tom. 1. tract. 3. disp. 3. punct. 2. §. 3. num. 14.* & docent Doctores quos citat, & sequitur Hulricus Hunius *in Encyclopedia Iuris, part. 1. tit. 4. cap. 3. num. 1.* Dicendum est itaque consuetudinem esse in contrarium, & ita testatur Solorzanus *vbi supra de Indiarum Iure, tom. 2. lib. 3. c. 7. n. 77. circa medium.*

Quod hoc in tom. 6. tr. 2. lege doctrinam §. Nota tamen. Resl. 2

2. Nec secundò, in fauorem Episcoporum argumentari valet, nostram sententiam veram esse, quo ad pœnas, non autem quo ad mulctas pecuniarias: nam differt pœna à mulcta; quia pœna imponitur à iure; mulcta à Iudice, vt rectè obseruat Vallensis *in Paratitla ad Decret. lib. 5. tit. 37. §. 1. num. 2.* Locatus, *in Praxi Iudiciali Inquisitorum, verb. Pœna num. 1.* cum aliis; & patet *ex leg. Aliud §. 1. de verb. significat.* Sed Concilium Tridentinum, vt patet legentibus, non loquitur de pœnis sed de mulctis, & lex intelligi oportet, vt sonat, & non aliter, *ex leg. multum interest*, ibi, *Quantum lectio probat, Cod. de solutionib.* vt rectè obseruauit (heu quondam noster doctissimus, amicissimus Ioan. Baptista Larrea, *in Allegat. Fiscalib. tom. 2. Alleg. 88. n. 16.* Ergo Episcopi hodie possunt sibi applicare pœnas pecuniarias per statuta positas, licet non possint accipere mulctas pecuniarias per sententiam latas, quia Concilium id solum prohibet. Et ita hanc sententiam videtur apertè docere Ioan. Honorius *in Compendio iuris Canonici, lib. 5. tit. 37. num. 12.* & Doctores quos citat, & sequitur Couaruuias, *lib. 2. cap. 9. n. 9.* Riccius *in Praxi, par. 4. resl. 124* & alij à nobis superius adducti, asserentes Episcopos sibi applicare posse pœnas pecuniarias per statutum impositas, non autem per sententiam.

3. Sed his non obstantibus, Respondeo hodie, stante Decreto Concilij Tridentini, Episcopis interdictũ esse, non solũ mulctas, sed etiã pœnas pecuniarias sibi applicare: vt docet Machadus, & alij Doctores, quorum verba supra per extensum præscripsimus. Et hanc fuisse mentem Concilij, patet, ex declaratione Sacræ Congregationis, penes Barbosam *de Potestate Episcopi, part. 3. allegat. 107. num. 19* in qua vna Messanensi dictum fuit, pœnas omnes, & mulctas, esse piis locis applicandas: ergo apertè patet mentem Concilij fuisse, omnes mulctas, & pœnas pecuniarias siue per sententiam, siue per statutum latas, piis locis applicare; vt sacra Congregatio sæpius interrogata, respondit. Voluerunt enim Patres illi in Concilio congregati penitus ab Episcopis omnes auaritiæ sordes abluere? quas quidem, cùm clarum sit, tam ex mulctis, quàm ex pœnis pecuniariis oriri posse, ideo vtrasque in dicto Decreto comprehenderunt, nam licet mulcta differat à pœna quoad modum, tamen in nostro casu sunt idem; nam tam mulcta, quàm pœna, versatur circa pecuniam: ergo vtrasque voluit Concilium prohibere; nam in vtrisque militat eadem ratio: ergo debet militare eadem iuris dispositio *ex leg. 1. §. Illud ff. ad leg. Aquiliam, Leg. Si postulauerint §. 2. ff. ad Leg. Iuliam & aliis vulgatis Iuribus.* Vnde in casu nostro intrat etiam aliud iuris Axioma, quod aliquando mens legis, magis quam verba, attendenda venit; vt patet *ex Leg. Sci-*

Supra in Resl. præterita per totã.

Sup. hoc late in tom. 7 tr. 1. Resl 304 §. 2. ad medium, à ver Et quid em. & in ali is eius an not

Et pro aliis iuris Axioma contentò à vers. Vnde in casu huius Resol. in tom. 6. tr. 1. Resol. 32. §. Sed instabis, prope finem vers. & quidem iura & latè in aliis eius annot.

re leges. ff. de legib. leg. non aliter ff. de legat. 3. leg. nominis & rei §. verbum ex legibus ff. de verbor. significat. & docet Surdus *decis. 55. num. 14.* & ex Soto, Medina, Syluestro & Salas nouissimè Ioseph & Ianuario *de census reser. Resol. 46. num. 2.* vnde qui seruat verba legis in cortice? & non seruat mentem legis est transgressor legis; & ideo *in leg. non dubium Codic. de leg.* Non dubium est in legem committere, qui verba legis complectens contra legis nititur voluntatem, & *in l. contra ff. de legibus*, fraudem facit legi qui suauis verbis legis, mentem eius circumuenit. Sed & hoc ex pluribus probat Hulricus Hunnius *in Encyclopedia iuris p. 1. tom. 3. c. 6. n. 29. cum seq.* Sed in nostro casu hanc esse mentem Concilij non est dubitandum, ex Doctoribus vbi supra allatis, & quod maius est ex sacra Congregatione, qua à Sanctissimo potestatem accepit illud declarandi, prout iam declarauit, nempe omnes pœnas & mulctas pecuniarias, Episcopo debere locis piis applicare. Ex quibus remanet satis solutum argumentum in contrarium adductum, & contrariam asserere esset velle metaphysicari cõtra communem sententiam Doctorum, contra Praxim Romanæ Curiæ, & contra Declarationem sacræ Congregationis. Quod etiam apertè probatur, quia si à Concilio Tridentino mulctæ tantùm per sententiam latæ prohiberentur Episcopis sibi applicare, nihil Concilium disposuisset & prohibuisset: nam ante ipsum iam Doctores communiter asserebant esse dictas mulctas in vsus pios applicandas? ergo dicendum est Decretum Concilij non solùm loqui de mulctis, sed etiam de pœnis per statuta impositis, quas sibi applicare Episcopos posse aliqui Doctores, vt visum est, concedebant quod Concilium prohibere voluit. Vnde Genuensis *in Manuali Pastorum cap. 78. num. 12.* sic ait: Notandum quod pœnæ pecuniariæ sunt per Episcopos piis locis applicandæ. Ita *Conc. Trid. cap. 3. sess. 23.* quod non distinguit an sint impositæ per sententiam vel per statutum iuxta notata *in cap. irrefragabili de Off. ord.* Ita, & ego.

RESOL. IV.

Infertur ex supradictis ad ornatum Concilij Tridentini sess. 28. cap. 8. posse Episcopos relictis aliis pœnis, punire concubinarios mulcta pecuniaria, locis tamen piis applicanda. Ex parte 10. tractatu 8. Resol. 4.

§. 1. REmanet itaque ex omnibus superius dictis satis firmata nostra sententia, nempe posse Episcopos imponere pœnas pecuniarias, sed illas non posse sibi applicare. Ex quibus duo valde notabilia obseruanda sunt. Et Primò contra Regentem Franciscum de Vico *in Pragmat. Regni Sardiniæ, tom. 2. tit. 7. c. 6. n. 9.* & contrà Aloysium Riccium *in Praxi, tom. 1. Resol. 319. num. 3.* posse Episcopos, non impositis aliis pœnis, de quibus agit Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 8.* imponere pœnam pecuniariam contra Laicum concubinarium. Et ita docet Gabriel Pereira *de manu Regia, part. 2. cap. 34 num. 16.* Thomas Velascus *tom. 2. alleg. 34. n. 11. & seqq.* Emanuel Themudo *in Decisionibus Archiepisc. Olyssipon. tom. 2. decis. 145. n. 4.* & Ioseph. Vela *de Potestate Episcop. circa inquirenda, & c. part. 1. num. 64.* & alij asserentes Concubinarium posse puniri pœna pecuniaria ante trinam monitionem, quia Concilium solùm posuit illum ordinem quoad excommunicationem ferendam pro contumacia in illo crimine, & per hoc non abstulit alias pœnas contra adulteros, & Concubinarios inflictas. Et testatur ita fuisse decisum in Hispalensi, & Granatensi Senatu, & Portugaliæ in supremo Regij Palatij Senatu. At licet hoc verum sit, certum est pœnam pecuniariam Laico Concubinario ab Episcopo impositam, non posse illam sibi applicare, sed in pios vsus erogandam esse ex Sacra Congregatione indiuidualiter firmat Leo Zambellus *in Repertorio morali Casuum conscientiæ, verb. Episcopus num. 24.* & Barbosa, *Collect. 579. num. 1. & de Potest. Episcop. p. 3. allegat. 107. num. 18* vbi sic ait: In Sacra Congregatione Concilij in vna Messanensi fuit resolutum, pœnas omnes, & multas, siue ex Constitutionibus Synodalibus, siue ex præceptis, siue decretis Archiepiscopi vel Vicarij prouenient, esse piis locis, non autem Fabricæ, vel Sacristiæ Ecclesiæ applicandas. Item fuit decisum, pœnas pecuniarias, quæ arbitrariæ fuerint, locis piis esse omninò applicandas, reliquas autem, quæ non fuerint arbitrariæ, posse Episcopum ita demum sibi sumere, si ipse egeat, dummodo non sint mulctæ pecuniariæ, vel pœna non residentium, aut concubinariorum, quas omnes Concilium mandat locis piis applicari: Hæc Barbosa. Itaque licet, vt diximus, Episcopi possint absque illa trina monitione *in Concilio Tridentino, dict. cap. 8.* requisita; aduersus Concubinarios ad pœnas pecuniarias, vel alias contra illos iure inflictas procedere, tamen dictas pœnas tenentur locis piis, & non sibi applicare ne similes efficiantur illis, de quibus Segura Daualos *in direct. Iudic. Eccles. p. 2. cap. 10. num. 1.* sic ait: Primum id meritò aduertendum est quod iam eo ventum est, nimia aliquorum Iudicum clementia, seu facta religio, vt ipsius occasione pecuniariis pœnis passim vtantur, omissis corporalibus condignis, & à iure debitis, ita vt censum annuum à Concubinariis extorquere quotidie elaborent, quo soluto, adhuc indurato animo peccatis sordescant, quia nullam rem pertimescit culpam, quam redimere numinis existimat. Ita ille.

RESOL. V.

Posse Episcopos compositiones pecuniarias facere super quibusdam delictis, sed piis locis applicandas esse firmatur?

Et aduertitur quod vt dictæ compositiones pecuniariæ ad effectum, vt sint licitæ, plura esse necessaria, quæ in textu huius Resolutionis explicantur? Ex p. 10. tr. 8. Res. 5.

1. §. SEcundò ex superius firmatis obseruandum est, posse Episcopos compositiones pecuniarias facere super quibusdam delictis; sed aduertere debent quòd dictæ compositiones pecuniariæ ad effectũ vt sint licitæ plura esse necessaria. Et Primò in dictis compositionibus faciendis, debent interuenire iustæ causæ, quas enumerat ex Nouario Riccius *in Praxi tom. 4. resolut. 119.* Secundò non valent Episcopi accipere compositionem super omnibus criminibus, vt fusè tradit Paulus de Castro, *in consil. 348. col. fin. per text. cum Gloss. in cap. licet.* vbi Doctores *extra de Pœnis.* Felinus *in cap. Qualiter & quando il Secondo §. Ad corrigendum numero 30. de accus.* Clarus *in Practica criminali, §. fin. quæst. 85. vers. vlterius quæro*, sed tunc cum crimina essent leuia, vel extraordinaria, in quibus est locus pœnæ arbitrariæ; non autem in criminibus grauibus nec vt in illis in quibus est taxata pœna iuris; nec etiam quandò crimen esset manifestum, vel fama super crimine delinquentem vexaret; vt dixit Riccius *vbi suprà resolut. 121. numero 1.* Tertiò quod pecuniæ compositio tunc demum fiat, quando ea pœna magis timetur quam alia; vt patet ex *cap.*

Cogno

Concilium 16. *quæst.* 2. *cap. Quoniam, vt lite non contestata*, sicut dictum fuit in Congregatione Decanatorum, per Sanctissimum D. N. Pium V. facta die 5. Iunij 1567. quam inuenies apud Gatticum in primis allegationibus *pro Ecclesia impressis fol.* 229. & docet Farinacius *de Hæresi quæst.* 193. §. 6. *num.* 115. Zanchinus, *vbi suprà*, Locatus *in Praxi Iud. Inquis. verb. Pœna, numero* 21. Decianus *pract. Crimin. lib.* 5. *cap.* 44. *numer.* 7. Pegna *in Direct. Inquisit. part.* 3. *commentar.* 152. Sousa *in Aphoris. Inquisit. lib.* 3. *cap.* 28. *numer.* 3. Salzedus *in pract. crimin. Ignatij Lopez, capit.* 142. *lit. A*, & alij penes ipsos.

2. His suppositis videant modò Episcopi, si quando compositiones pecuniarias faciunt, adsint supradictæ conditiones, videlicet, iusta causa, & præcipuè si Reus timeat magis pœnam pecuniariam quàm aliam, vel potiùs alacriùs, & sponte istam soluat, vt ab alia magis eius delicto debita, & proportionata immunis euadat; item an zelo correctionis dictam pœnam pecuniariam imponant, vel magis vt marsupium impleant. Sed demus in dictis compositionibus omnes supradictas conditiones adesse, non enim est temerè iudicandum de prælatis tam qualificatis, adhuc tamen dicendum ipsos non posse pœnas illas pecuniarias sibi applicare, per ea, quæ superiùs satis firmata sunt. Et licet Riccius *in part.* 4. *resolut.* 124. contrarium videatur asserere, non loquitur tamen in terminis Concilij Tridentini, sed secundùm Ius antiquum: quod patet ex his, quæ ipse dixit *in par.* 1. *decis.* 200. *num.* 3. sicut etiam loquitur Zerola *vbi infrà*, & alij. Sed sentiant Episcopi, quid asserat ipsemet Riccius *vbi suprà part.* 4. *quæst.* 115. *num* 4. & illum imitentur; sic itaque ait: Ego tamen licet habeam Ecclesiam sponsam satis pauperem, non solùm mihi huiusmodi compositiones non applico, sed nunquam ad tales compositiones faciendas deuenio; sanius enim videtur delicta alia via castigare, semper enim mundus applicat huiusmodi compositiones cupiditati Episcoporum, illorum auaritiæ, quæ semper est euitanda; nam hic sumus peregrini, & hospites, & aliam regionem inquirimus, quod si considerаretur? terrena vtique non tam fixo corde amarentur: væ igitur illis qui ætate ingraescentes, mundanis etiam senescunt; ita ille, cui etiam adde Thomam Zerolam Episcopum Minorensem *in praxi part.* 1. *ver. Compositio, Tertiò* ita asserentem: Meminerint Iudices illius Ambrosij, *Facilitas veniæ magis præbere solet incentiuum ad malum. cap. est iniusta.* 23. *quæst.* 4. & illius Isidori: *Cito violatur auro Iustitia, nullamque reus pertimescit pœnam, quam scit pecunia posse redimere*, vt in *cap. Pauper.* 11. *quæst.* 3. ideò ne sint faciles Prælati ad impositiones faciendas super delictis sed castigent ea pœnitentiis salutaribus afflictiuis, nè delinquentes deteriores fiant in posterum iuxtà illud Matth. *cap.* 5. *vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.* Vide omninò Hostiensem *in Summa, tit. de offic. Ordin. c. quid pertinet num.* 4. vbi dicit, delicta debere puniri secundum statuta Canonica, & non secundum quæstum pecuniæ: & personæ sunt quæ delinquunt, non res, *cap. Prodest, & seueritas* 23. *quæst.* 5. Hucusque Zerola. Sed licet omnia superiùs dicta semper obseruanda sint, maximè hoc faciendum erit tempore visitationis, in quo Episcopi timentes Deum proprium marsupium ad subleuandas pauperum necessitates euacuant; vnde nimis scandalosum esset, si illud ex Visitatione in domum reportarent plenum pœnis pecuniariis exactis in visitatione à Clericis, & Laicis. Et ideò exemplum hic apponam magni Antistitis Hispani obseruatum à Francisco de Alfaro *de officio Fiscalis Gloss.* 9. *num.* 9. vbi sic ait: Mulctas pecuniarias in vsus pios applicandas docet Iulius Clarus, *quæst.* 86. *numer.* 5. quod ad vnguem obseruari semper vidi à Reuerendissimo Domino Magistro D. Ildefonso de Vergara huius Argentinæ Diœcesis dignissimo Præsule, qui cum personaliter integrum Episcopatum, siue Diœcesim plusquam centum & quinquaginta leucas extensum visitauerit, nullam mulctam sibi applicare permisit. Ità Alfarus, Et quidem hæc omnia à me superiùs firmata maximè procedunt in Episcopis Regni Siciliæ, qui tam pingues redditus ex eorum Episcopatibus recipiunt: & certè monstruosum esset videre Episcopos tam opulentos, postèa pœnas pecuniarias sibi applicare. Loquor sic confidenter, quia Episcopi hodie Ecclesias Siculas regentes, sunt pietate; & omnium virtutum genere ornatissimi. Sed si aliquando (quod Deus auertat) hoc facerent, aduertant Excellentissimi Domini Proreges, in quantum eis licitum erit & semper infracta, & illibata permanente Immunitate Ecclesiastica, aduertant, inquam, hoc non permittere, per ea quæ tangit Couarruuias *lib.* 9. *Variar. cap.* 9. *num.* 11. Regens de Vico *in Pragmat. Regni Sardiniæ tom* 2. *tit.* 7. *cap.* 6. *num.* 9. *in fine*, & Alfarus *de offic. Fiscalis gloss.* 9. *num.* 9. sed statim piissimum, & augustissimum Regem nostrum certiorem faciant, qui vt protector Concilij Tridentini sicut vocatur à Florez de Mena *Variar. lib.* 1. *quæst.* 12. *num.* 8. Suarez de Paz *in Praxi tom.* 2. *prælud.* 5. *num* 10. Bobadilla *in Politica tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 154. & aliis, per Oratorem suum Romæ existentem apud summum Pontificem instabit, vt tale scandalum dignetur amouere, & Episcopos delinquentes tanquam fractores Decreti Tridentini, vt par est, condigna pœna punire.

RESOL. VI.

Aliquæ declarationes Sacræ Congregationis firmantes superius dicta, afferuntur.

Et in corpore huius Resolutionis assignantur aliquæ personæ, quibus supradictæ pœnæ pecuniariæ, & mulctæ non possunt applicari. Ex part. 10. tract. 8. Resol. 7.

§. 1. SEd tandem, vt iterum ad Dominos Episcopos reuertamur, apponam hic aliquas Declarationes Sacræ Congregationis, quas obseruauit Barbosa *de iure Eccles. lib.* 1. *c.* 11. *num.* 128. vbi sic asserit: debet Episcopus pœnas criminales ad suum arbitrium locis piis distribuere, & pauperibus; sed in pari necessitate melius erit subuenire pauperibus loci, in quo habitat Clericus condemnatus. Ita Episcopo Venusino respondit Sacra Congregatio negotiis Episcoporum præposita 21. Nouembris 1600. Possunt quoque ex eisdem pœnis Carceres Ecclesiasticos facere, vt Episcopo Andriensi rescripsit eadem Congregatio 25. Iunij 1596. De his autem pœnis Vicarius participare non debet, eadem Sacra Congregatio Archiepiscopo Vrbinatensi 11. Septembris 1584. Fiscali verò aliqua pars pœnarum huiusmodi applicari potest, sed Episcopus, & notarij de illis quomodo participare non possunt, vt fuit rescriptum per eandem Sacram Congregationem Vicario Apostolico Ciuitatis Castelli, *sub die* 4. *Septembris* 1595. Hucusque Barbosa; quas declarationes nouissimè etiam adducit Ioan. Carolus Antonellus *de Regimine Ecclesiæ Episcopalis, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 6. *num* 4. Inueniuntur etiam infra scriptæ Decisiones. Pœnas, ac mulctas pro Bitruariis Curiæ Episcopalis assignare non potest Episcopus. Sacra Con-

greg. Concl. *in Ianuen. 5. Iunij 1632. penes Bonfadinum, in Thesauro Eccles. decis. resol. 11. num. 16.* Pœnarum nulla portio potest assignari Depositario earundem pœnarum, nec pro vestiendis Apostolis, quibus lauantur pedes in die Cœnæ Domini, nec pro supplemento salarij Medicorum Ecclesiæ Cathedrali inseruientium. Sacra Congr. *Conc. in Firmana 16. Aprilis 1633.* quam refert Bonfadinus *dict. resol. 11. num. 17.* Plura etiam inueniuntur disposita circa præsentem materiam à Gabriele Paleotto *S. R. E. Cardinali in suo Archiepiscopali Bononiensi, part. 4. tit. de causis in Foro Episcopali fol. 270. & latius part. 6. tit. de administratione Fori Archiep. fol. 415. & seqq.* Multa etiam disposuit Sanctus Carolus Borromæus, quæ referuntur in Concilio Prouinciali Mediolan. 6. *tit. de mulctis, & pœnis*, Et in actis Mediolan. Eccles. *part. 2. tit. de Offic. Depositarij, in mulctis*, & in instructionibus Congreg. *Diœcesan. tit. 22.* quibus cauit, vt pecuniæ ex his condemnationibus redactæ, apud Fidelem sequestrum deponerentur (qui nullo modo ex suis domesticis, & familiaribus esset) & omnino (quoad fieri posset) in pios vsus eorum locorum conuerterentur ex quibus corrogatæ sunt, vel vbi delicta commissa fuissent, quæ tales condemnationes meruerunt. Quæ distributio, vel applicatio sancita etiam reperitur in Concilio Limano III. *part. 2. cap. 122.* Et hæc omnia à Dominis Episcopis diligenter essent recognoscenda, imitanda, & obseruanda.

RESOL. VII.

An Episcopi possint dispensare in lege Pontificia apponendo pœnam pecuniariam,

Et affirmatiua sententia adducitur.

Pro quo etiam in textu huius Resolutionis afferuntur multi, & diuersi casus pro praxi prædictæ difficultatis. Ex p. 10. tr. 8. Res. 8.

§. 1. SEd ad ornatum præsentis materiæ non deseram hic illam percurrere quæstionem, videlicet, an liceat Episcopis, dispensando in lege Pontificis, imponere onus mulctæ pecuniariæ: Dispensat v.g. Episcopus in lege Ieiunij, & obseruatione Festorum, an possit etiam via commutationis illius obligationis imponere aliquam summam pecuniæ, sicut potest facere quando dispensat in Voto, imposita aliqua commutatione. Et affirmatiuam sententiam tenet Innocentius *in cap. 1. num. 2. de obseruat. Ieiunij*, & ibi Henricus *num. 2.* Ioan. Andreas, *n. 2.* Anton. *n. 5.* Cardin. *n. 3.* Caietanus *1. 2. q. 97. art. 4. ad finem, vbi* Angelus, *n. 20.* Syluester *q. 7. dict. 2. n. 19.* Armilla *num. 6.* Tabiena, *q. 14. num. 15.* Suarez, *lib. 6. de legibus, cap. 16. num. 4.* Azorius, *tom. 1. lib. 7. cap. 29. quæst. 5.* Nauarrus *in Summa, cap. 21. num. 22.* Limitat Suarez; *num. 9.* hanc sententiam, vt locum habeat tantum in legibus, per quas subditi obligantur ad aliqua onera, à quibus per dispensationem eximuntur, vt est lex Ieiunij, abstinendi ab operibus seruilibus in die Festo & similes. Secus verò in illis legibus, quæ non imponuntur per se ad imponenda onera subditis, sed propter alios iustos fines, pertinentes ad commune bonum, propter seruandum debitum ordinem, vel vitanda aliqua incommoda. Talis est Lex Tridentini, quæ præcipit, denuntiationes fieri publicè ante Matrimonium, quia ille actus non postulatur propter se, sed propter vitanda pericula, & ideò si causa subest iusta ad dispensandum, vt Matrimonium fiat omissis denuntiationibus, impertinens est commutatio per impositionem eleemosynæ; quia in hoc nihil deservit ad finem talis legis. Simile exemplum affert Suarez in dispensatione circa Interstitia Ordinum: nam propter illam, imponere pecuniarium onus, etiam sub specie eleemosynæ, vel religionis, planè videtur omnino improportionatum, atque adeò iniustum, quia nihil deservit intentioni talis legis, nec subest rationabilis titulus illud imponendi. Secus verò inquit, esset, si ob talem dispensationem, imponeretur onus inseruiendi aliquo tempore in priori ordine; quia est onus proportionatum legi, & non iniquum. Idem dicit de licentia, seu concessione Dimissoriarum ad suscipiendum Ordinem ab alio Episcopo, nam pro illa imponere onus pecuniarium pro fabrica Ecclesiæ, esset absurdum, & non parùm redolens simoniam.

Sup. hoc supra in tr. 2. Res. 38. signater à lin. 6. & hic lege doctrinam Res. seq.

RESOL. VIII.

Negatiua sententia Authoris, & aliorum Doctorum proponitur, nempe non posse Episcopos tales pœnas pecuniarias imponere, sed in vtraque sententia illas debere locis piis applicare stabilitur.

Et quid si dispensaret in aliqua irregularitate orta ex delicto?

Et notatur pecunias impositas pro dispensationibus, seu commutationibus, modo quo supra, applicandas esse ab Episcopis piis operibus, vel pro eleemosynis distribuendis. Ex p. 10. tr. 8. Res. 9.

§. 1. VErum Ego negatiuæ sententiæ adhæreo, quam tuetur vterque Sanchez Thomas, & Ioannes, ille *tom. 2. lib. 8. de Matrim. disput. 14. n. 2.* iste *in select. disp. 54. n. 40.* Castrus Palaus, *tom. 1. tract. 1. disp. 6. punct. 9. num. 4.* Bonacina *de legibus disp. 1. q. 2. punct. 3. num. 23.* Filliucius *tom. 1. tr. 10. p. 1. c. 5. num. 180.* & alij. Et ratio est, quia Pontifex solum concedit Inferiori facultatem dispensandi in lege sua ex iusta causa; non autem concedit facultatem obligationem legis in aliam materiam commutandi, aliàs sine iusta causa posset eam legis obligationem in aliam materiam commutare, sicut potest Episcopus absque alia causa obligationem voti in aliam commutare. Confirmatur; quia plus est legem commutare, quàm in ea dispensare: ergo, concessa per Superiorem facultate dispensandi in sua lege, non subinde conceditur commutatio. Antecedens probatur; quia cùm, Inferior dispensat, solùm tollit omninò obligationem, & vinculum legis: at cùm commutat, non solum tollit omnino vinculum legis, sed etiam imponit nouum vinculum. Non sic autem est in voto, quia in eo plus est dispensare, quod tollit omnino vinculum Voti, quam commutare; quod non tollit Voti vinculum, sed idem Votum manet circa materiam commutatam, vnde violatur Votum, si materia commutata, non impleatur at non violatur Lex; si id, in quod commutatur per inferiorem non impleatur; inferior enim non potest legem condere. Et hæc differentia constat manifestè, quia idemmet Vouens potest Votum in melius commutare, non tamen obligationem legis. Probatur etiam ex Concilio Tridentino, *sess. 24. cap. 1. de Matrim.* quod solam concedit Episcopo facultatem remittendi denuntiationes, & dispensandi in Canone eas fieri præcipiente, non autem concedit facultatem obligationem legis in aliam materiam commutandi: aliàs sine causa iusta posset remittere denuntiationes, commutando in aliud opus pium; sicut potest absque alia causa obligationé voti in aliâ commutare. Et confirmatur, quia plus est legem commutare, quam in ea dispensare: ergo concessa

per

per Tridentinum dispensatione, non subinde conceditur commutatio. Probatur Antecedens, quia cùm dispensat Ordinarius, solùm tollit omnino obligationem, & vinculum legis; at cùm commutat, tollit omninò vinculum legis, & imponit nouum vinculũ: non sic autem est in Voto, in eo enim plus est dispensare, quia tollitur omninò vinculum Voti; quàm commutare quod non tollit vinculum voti, sed idem Votum manet circa materiam commutatam, vnde violatur Votum, si materia commutata non impleatur: at non violatur lex, si id in quod commutatur per inferiorem, non impleatur: Inferior enim non potest legem edere. Et constat manifestè differentia, quia Votum potest idemmet vouens in melius commutare, non tamen obligationem legis. Secundò probatur etiam ex Tridentino, *sess. 25. de refor. c. 18.* vbi præcipitur dispensationem gratis faciendam esse: ergo non potest imponi aliqua eleemosyna, aliàs non concederetur gratis dispensatio, vt non verè faciam sacrum pro aliquo gratis, si ipsum obligem ad eleemosynam tertio conferendam. Et confirmatur, quia Episcopus concedens subdito Dimissorias ad ordines, non potest ipsum obligare vt eam ob causam eleemosynam alicui largiatur, quia esset contrà Tridentinum, *sess. 21. c. 1. de reform.* iubens dimissorias gratis dari: ergo cùm similiter iubeat, *d. c. 18.* dispensationes gratis fieri, non poterit dispensans aliquam eleemosynam imponere ex obligatione dandam.

2. Limitatur tamen nostra Sententia nisi Episcopus dispensaret in aliqua Irregularitate orta ex delicto, tunc enim posset imponere aliquod onus ei cuiũ quo dispensat, non per viam commutationis partialis, sed in pœnam delicti. Itaque quando delictum præberet iustam dispensandi causam, vt Concubinatus, aut Virginis defloratio, tunc non ob dispensationem, sed in delicti pœnitentiam, posset Ordinarius aliquam mulctam pecuniariam imponere: sicut quando aliquis petit dispensationem delicti, potest in delicti pœnam aliquid imponi, iustum enim est, vt pœnas det. At his non obstantibus, licet ego vt dixi circa præsentem difficultatem sententiæ negatiuæ adhæream, puto tamen affirmatiuam esse probabilem; vnde excusatur Episcopi, vt obseruat Palaus, & Sanchez, qui dispensantes in aliqua lege Pontificis in casu eis permisso, imponunt aliquam mulctam pecuniariam per modum cuiusdam commutationis; quia innituntur sententiæ probabili grauissimorum Doctorum, dicentium, id esse licitum. Et ad rationes pro nostra sententia adductas, posset responderi, id posse prædictos Prælatos ex tacita commissione Pontificis: Nam eo ipso, quod Episcopis, tanquam ordinariis ea potestas conceditur, censetur etiam concessum, vt vel integre dispensent, vel aliqua commutatione admista.

3. Notandum est tamen ab Episcopis omnes supradictos Doctores tam negatiuæ, quàm affirmatiuæ sententiæ concordanter docere pecunias impositas pro dispensationibus, seu commutationibus modò quo supra factis, applicandas esse piis operibus, vel pro eleemosynis distribuendis.

Resolutio sexta, quæ huic tr. deest, vt in propriori loco apposita est in tom. 5. tr. 10. Res. 130. Alia vero Res. id est decima huius tr. inuenietur infra in seq. tr. ad n. Res. 59.

TRACTATVS QVINTVS,
DE
POTESTATE CAPITVLI
SEDE VACANTE.

Ad ornatum, *cap. si Episcopus, de Suppl. negl. Prał. in 6.*

RESOLVTIO PRIMA.

An capitulum Sede vacante succedat in iurisdictionem Episcopi ordinariam? Exp. 8. tr. 4. Res 1.

1. LIQVI asserunt, quòd Capitulum Sede vacante non succedit in omni iurisdictione Episcopi nisi tantum quoad ea, quæ in iure in particulari reperiuntur expressa. Ita Gloss. *in Clement. 1. §. 1. de hæret. verb. Capitulum*, & *in cap. his quæ, de maior & obed.* Archidiacon. *in cap. Pontifices, 7. quæst. 1. col. 1.* Ioan. Andr. *in cap. pen. §. Episcopo, de temp. ord. lib. 6.* Gemin. *in can. Presbyteri, 24. dist.* Lambertin. *de iure patr. lib. 1. part. 2. q. 2. art. 9 n. 2. & lib. 2. part. 1. q. 1. art. 14. n. 6.* Ioan. Bapt. Costa *de iudic. num. 44.* Probari potest hæc opinio ex *c. 2. ne Sede vacante*, vbi pontifex, ait, Capitulum non succedere Episcopo in collatione beneficiorum, & reddit rationem; quia nullibi reperitur hoc in iure expressum; ergo Capitulum succedit tantùm Episcopo, in iis, quæ in iure expressa reperiuntur.

2. Sed contrariæ sententiæ ego adhæreo. Dico igitur Capitulum Sede vacante succedere in his omnibus, quæ ad ordinariam iurisdictionem, & administrationem Episcopi, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus pertinent, vt docemur *in c. cùm olim, de maior. & obed. c. 2. ne Prælati vices suas, c. ad abolendam, in princip. de hæret. c. penult. & fin. de supplenda neglig. Prælat. lib. 6. c. 1. de maior. & obed. c. 1. de inst. c. 2. de off. Vicar. eod. lib.* Trid. *sess. 7. cap. 10. sess. 23. c. 10.* & melius *sess. 24. c. 16.*

3. Et hanc opinionem docet Solorzanus *de Indiarum iure, tom. 2. lib. 3. cap. 13. num. 2.* vbi citat tredecim Doctores, quibus ego addo alios, quos, citat, & sequitur Merolla *tom. 3. disputat. 7. capit. 7. dub. 1. numer. 2.* Idem etiam docet Valenzuela *consil. 107. per totum*, Filicianus à Vega *in cap. 5. de iudic. §. de adulteriis, num. 4.* Bassæus *verb. Capitulum Sede vacante, num. 6.* & Machadus *de Perfect. Confess. tom. 2. lib. 4. part. 4. tractat. 1. docum. 6. num. 2.* cuius verba hîc non grauabor apponere; sic enim ait: *Se ha de aduertir que todos conuienen en que*

que la jurisdicion que goza el Cabildo Sede vacante, es sin duda jurisdicion ordinaria como la de su Prelado, y que como tal la puede delegar general, ò specialmente. A quanto se estienda esta jurisdicion, hic opus & labor. Algunos Dotores sienten tan estrechamente della, que afirman, que el Cabildo Sede vacante solamente sucede en la jurisdicion de aquellas cosas que son de justicia, y necessidad, pero no en las quo consisten en gracia, y voluntaria jurisdicion; y que por consiguiente no es sino vn necessario administrador. Otros son de parecer: que el Cabildo Sede vacante sucede à su Prelado, assi en la jurisdicion voluntaria, como en la necessaria; pero solamente en los casos expressados por derecho, y no en otros. Pero la opinion mas recibida, y comun, y con mayores fundamentos en derecho, es la que defienden el Dotor Solorzano, y muchos graues Autores antiguos, y modernos, y la dan por regla general; conviene à saber, que la Sede vacante absolutamente sucede à su Prelado en toda aquella jurisdicion que el gozava, assi voluntaria, como necessaria; y por mejor dezir: Apud illud quasi quodam iure accrescendi manere, assi en las cosas temporales, como espirituales; y assi quanto à la jurisdicion, como à la administracion: exceptos solamente los casos expressos? en que se la negare el Derecho (si algunos ay.)

4. Siendo pues esta opinion tan comun, que à falta de Derecho puede servir de regula general del con que discurrir por los casos particulares que los Dotores disputan; es sin duda que con ella con mucha facilidad se conocerà lo que en esta parte puede, ò no la Sede vacante. Pues apenas se hallara en el Derecho caso que se le limite à la Sede vacante, sino es el del modo de conceder las Reuerendas de que luego diremos, y la de elegir Prouisor, con que viene à quedar su jurisdicion igual con la del Obispo. Hucvsque Machadus; sed satis nimis amplè: eius sententia videtur in multis casibus limitanda, vt infra patebit.

5. Ad argumentum verò pro contraria sententia allatum respondetur, quòd cùm collatio beneficiorum sit quædam donatio, vt dicitur *in cap. de multa, de prabend.* & hæc non comprehendatur sub quacumque ampla, & generali facultate concessa, nisi exprimatur, vt diximus *cap. 6. dub. 21.* meritò dixit Pontifex *in dict. cap. 2. ne Sede vacante*, Capitulum non posse conferre beneficia; quia nullibi reperitur hoc in iure expressum.

RESOL. II.

An Capitulum Sede vacante succedat in iurisdictione Episcopi delegata?

Et docetur, quod nunquam dispensationes matrimoniales dirigiuntur Capitulis Sede vacante, quamuis id nominatim petatur, sed Episcopis vicinioribus. Ex p. 8. tr. 4. Resol. 2.

§. 1. NEgatiuam sententiam tenent tredecim Dotores, quos citat & sequitur Merolla *tom. 3. disputat. 7. cap. 7. dub. 1. num. 15.* quibus ego addo Solorzanum *de Indiarum iure, tom. 2. lib. 3. cap. 13. n. 4.* vbi sic ait: Verior sententia, & in scholis, & in foro receptior, est, quòd ea, quæ non competunt Episcopis iure communi, vel ex iurisdictione ordinaria, & in eorum officio radicata, sed accidentaliter, vel ex speciali mandato, commissione, aut priuilegio Romani Pontificis, non transeunt in Capitulum: quia quamuis succedat in iurisdictione, non tamè in dignitate Episcopali, cui delegatio facta esse videtur, maximè si in litteris adiectum fuerit, vt procedat tanquam delegatus Sedis Apostolicæ, vt in exemplo dicti cap. *quoniã Abbas*, & in visitatione Monasteriorum Monialium exemptorum, de qua *in Clem. 2. de stat. Monachor.* & in aliis casibus similibus. Ita Solorzanus. visitatione late infra Resol. 37.

2. Non desunt tamen Doctores affirmatiæ sententiæ adhærentes: & ideo Augustinus Berous probare nititur in Capitulum Sede vacãte delegatam quoque transire, *in cap. quoniam Abbas, num. 21. de offic.* & id sub quibusdam distinctionibus tenet etiam Pãvinus *vbi suprà, quæst. 11. num. 4. & 15.* quibus ego addo Machadum *de perfect. Confess. tom. 2. lib. 4. part. 4. tract. 1. document. 6. n. 4.* vbi sic asserit: *Lo que mayor difficultad tiene, es el averiguar, si en aquellos casos en que el Obispo procede no como juez ordinario, sino como delegado de la Sede Apostolica, que los mas dellos son del Concilio Tridentino, y todos los recoge Belarmino, la Sede vacante tenga facultad alguna. Muchos Dotores lo niegan. Pero otros mas probablemente defienden, que en ellos goza absolutamente el Cabildo Sede vacante jurisdicion ordinaria, y que puede lo mismo que el Obispo; porque todas las vezes que la jurisdicion como quera que sea, emana del Derecho, ò de algun Canon, se deve tener por ordinaria: y como en tal, segun la regla general referida, sucede sin duda el Cabildo Sede vacante.* Ita ille.

3. Sed sapientissimus Sahagun Salmanticensis Professor *in cap. quoniam Abbas, de offic. delegat. in respons. ad 3. argum.* inquit, quòd cum hæc materia ardua & grauis sit, à communi non est recedendum, & expendit stylum Curiæ Romanæ, qui hodie perpetuò obseruatur, quatenus dispensationes matrimoniales numquam dirigiuntur Capitulis Sede vacante, quamuis id nominatim petatur, sed Episcopis vicinioribus, quia Episcopalem dignitatem exigunt. Sup. his penes. infra in 77. & etiam Resol. eius pro annot.

RESOL. III.

An Capitulum Sede Vacante succedat in iurisdictione Episcopi voluntaria? Ex parte 8. tractatu 4. Resol. 3.

§. 1. ALiqui putant vt Capitulum succedat tantùm in iurisdictione Episcopi contentiosa, seu necessaria, & sic in his tantùm, quæ sunt iustitiæ non autem in iurisdictione voluntaria, seu in his, quæ sunt gratiæ, nisi in quantum reperiatur in iure concessum. Ita Ioan. Andr. *in cap. vnic. de maiorit. & obedient. in 6.* Felinus *in cap. cùm olim, eodem tit. in antiq.* Boër. *de Synodo Episcop. 3. part. n. 13 4.* Petrus Gregorius *de benefic. cap. 38. n. 3.* Azeuedo *in Curia Pisana lib. 1. cap. 9. n. 10.* Flam. *de resignat. quæst. 23. n. 13. 35. & 36.* Costa *de iudic. n. 44.*

2. Cæterum hæc limitatio mihi non probatur, cùm nullo nitatur solido fundamento, & ideò meritò ab aliis reiicitur. Ratio est, quia iura absolutè dicunt Capitulum, Sede vacante, succedere in iurisdictione ordinaria Episcopi; nec distinguunt inter iurisdictione contentiosam & voluntariam: ergo neque nos distinguere debemus. Et hanc opinionem tenent Panvin. *de potestate Capit. Sede vacante, 1. part. quæst. 5.* Rebuff. *in praxi tit. de deuolut. n. 58. & sequent.* Federicus de Senis *consil. 30. num. 2.* Suarez *tom. 5. in 3. part. disp. 50. sect. 6.* Sanchez *lib. 2. de matrim. disput. 40. & lib. 8. disp. 2 n. 10.* Garz. *de benefic. p. 5. cap. 7. num. 2.* Nauarr. *consil. 44. de tempor. ordin. & consil. 7. de filiis Presbyter.* Vgolinus *de censuris, tab. 1. cap. 10. §. 2.* Sbroz *de Vicar. Episcop. lib. 1. quæst. 15. & 16.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Cur. Archiepiscop. Neapol. cap. 85.* Gutiert. *can. qq. lib. 1. cap. 11. num. 10.* Ricc. *in praxi fori Eccles. resolut. 305.* Molin. *tract. 5. de Iustit. disput. 11. num. 5.*

Ad confirmandã doctrinam huius Resol. lege infrà §. vlt. Resol. 22. & §. alium eius not. & vide etiã doctrinam Resol. anot. seq. & signanter in tom. 7. tr. 1. Resol. 62. ad medium, & Resol. 81. ad medium. Et sup. hac

RESOL.

RESOL. IV.

An Capitulum Sede Vacante succedat in iurisdictione. Episcopi competenti ex consuetudine. Ex part. 8. tr. 4. Resol. 18.

§. 1. SVccedere respondet Molina *de Iustit. tom. 6. tractat. 5. disputat. 11. num. 10.* vbi probat, quòd si iurisdictio aliqua competat ex consuetudine Episcopo, in ea succedit Capitulum Sede vacante: quoniam accessorium ex consuetudine comparatum, qualitatem ac naturam sortitur principalis. Ita Paramonit. *vbi suprà, vers. decimo*, cum collectario, & Sylvest. *ibi supr. num. 4.* Et hanc sententiam tenet etiam Merolla *tom. 3. disp. 7. cap. 7. dub. 1. n. 11.* & Azorius *part. 2. lib. 3. cap. 39. quæst. 7.*

RESOL. V.

An Capitulum Sede Vacante in aliis casibus præter mortem Episcopi succedat in eius iurisdictione, siue depositione, siue translatione ad aliam Ecclesiã, siue Episcopus captus sit à Paganis, vel Schismaticis, aut Hæreticis, quousque captiuitas perseuerat?

Et difficultas est, an si Episcopo existente in remotis, moriatur Vicarius, succedat in tali casu Capitulum in eius iurisdictione, ita vt possit eligere Vicarium? Ex p. 8. tr. 4. Resol. 4.

§. 1. REspondeo potestatem Capituli, quoad iurisdictionem Episcopi procedere, siue vacet Sedes morte naturali Episcopi, siue depositione, vel translatione ad aliam Ecclesiam, nisi summus Pontifex de alio prouideret, qui eam Ecclesiam administraret. Ita glos. *in cap. si Episcopus, de suppl. negl. Prælat. verb. Mortem*, & alij communiter.

2. Idem dicendum est, si Episcopus captus esset à Paganis, vel Schismaticis, quousque captiuitas perseuerat, *vt habetur in dicto cap. si Episcopus*, & idem dicit glos. *ibi, verb. Paganis*, si captus esset ab hæreticis; quia militat eadem ratio textus, quòd, scilicet, captus à Paganis, videtur effici seruus, vt colligitur ex textu, ibi, *Liberati restituí*, & fingitur mortuus ciuiliter, vt ait glos. *ibid. vers. Nota primò*, & sic habemus hic casum, in quo mors ciuilis æquiparatur naturali. Vide Monetam *de commut. vltim. volunt. cap. 5. num. 419.*

3. Sed difficultas est, an si Episcopo existente in remotis, moriatur Vicarius, succedat in tali casu Capitulum in eius iurisdictione. Mihi placet opinio affirmatiua, & ratio est, quia longa absentia æquiparatur morti, vt docent Cardin. *in Clem. vnic. q. 18. in fin. Offic. Vicar.* Bonifac. *in Clement. 1. §. volumus quæst. 5. de foro competent.* & ille dicitur esse in remotis, cuius præsentia in breui haberi non potest, *cap. vnic. §. fin. vbi Gemin. ne Sede vacante, lib. 6.* & facit glos. *in cap. cum multus, verb. remotis, de tempor. ordin. lib. 6.* & hanc opinionem tenent Stephanus Quarant. *in summa Bullar. verb. Auctoritas Archiepiscopi, num. 22.* & Prosper de Augustin. *ibid. verb. Capitulum, numer. 12. versic. Duodecimò dubitatur, in 1. edit.* qui referunt, hoc in facti contingentia seruatum fuisse Neapoli, tempore, quo bonæ memoriæ Annibal de Capua, Archiepiscopus Neapolitanus existebat in Polonia Legatus summi Pontificis. Eandem opinionem secutus est Moneta *de commit. vltim. volunt. cap. 5. num. 418.* & videtur apertè tenere Graffius *tom. 2. const. tit. de elect. consil. 1. num. 4.* vbi ait, Capitulum, absente Episcopo posse eligere Vicarium.

Sed cùm ex doctrina superiùs generaliter data, oriantur plures casus in particulari, ideò illos indiuidualiter tractando. Quæritur.

RESOL. VI.

An Capitulum Sede Vacante possit exercere suam iurisdictionem, si Episcopus ad aliam Ecclesiam translatus adhuc non acceperit iurisdictionem?

Ex quo infertur, quod statim, Episcopo translato, non tenentur gesta Vicarij post translationem, etiam ab eo ignoratam. Ex p. 8. tr. 4 Resol. 33.

§. 1. REspondeo in hanc quæstionem latè pertractare Solorzanum *de Indiarum iure, tom. 2. lib. 3. c. 13. num. 77. & seqq.* vbi rectè obseruat plures existimare posse Episcopum translatum etiamsi suæ translationis, per Romanum Pontificem admissæ, notitiam habuerit, imò & Bullas iam receperit, continuare iurisdictionem, & administratione prioris Ecclesiæ per se, vel per suum Vicarium, quousque ad secundam peruenerit, eiúsque possessionem virtute litterarum Apostolicarum acceperit; neque ante prioris Sedis vacationem induci, quia nec propriè cousque trasslatus esse videtur, vt constat ex gloss. *in edicto c. si quis translatus, cap. cùm in cunctis. §. cùm verò, de elect.* Hostiens. *in cap. olim, el 1 de rest. spol.* Felin. *cons. 40. col. 1. & in cap. eam te, de rescriptis, num. 8. vers. & dicitur translatus.* Roman. *cons. 345. num. 17.* Ioan. Monach. & Philipp. Probus, qui ad partes quæstionem examinat, *in cap. generali, post num. 10. de elect. lib. 6.* Rebuff. *in praxi tit. de deuolution. num. 70.* Hojeda, Azor, Parlador. & alij, quos refert Nicol. Garzia *dicto cap. 6. num. 40.* subiiciens *num. 4.* hanc opinionem in Hispania frequentiùs de consuetudine seruari, quia quamuis Episcopi ex die translationis per Pontificem approbatæ, non faciant suos fructus primæ Ecclesiæ sed secundæ, neque possint prouidere de beneficiis in illa vacantibus, administrant tamẽ, & iurisdictionem exercent in ea, & in eius possessione permanent, donec possessionem secundi Episcopatus adipiscantur, vel promotus ad primum, possessionem eius capiat, & pro hoc aliqua exempla adducit, & à supremo Cameræ Concilio dari solere prouisiones inquit vt non ante in prima Ecclesia Sedes Vacans publicetur, quàm in secunda esset accepta possessio.

Quoad hoc lege infra. §. vlt. Resol. 64.

2. Sed puto non esse recedendum à contraria sententia, & sic quòd primus Episcopatus statim vacet per translationem ad secundum, & absolutionem à primo factam à Papa, accedente ipsius translati consensu, etiam non adepta possessione secundi, tenet, post alios Abb. *in cap. fin. num. 13. de postul. Prælat.* & latius *cons. 101. vol. 2.* Panuin. *d. prælud. vlt. num. 7. & 2. part. quæst. 8. num. 30.* Gregorius Lopez *in lib. 3. tit. 16. part. 1. gloss. penult.* Mandosius *de signat. gratiæ*, 1098. & plures alij, quos refert Mascard. omninò videndus, *de probation. concl. 183. num. 11. & 33. ibi.* Prior opinio locum habet in beneficiis & dignitatibus maioribus, vt in Episcopatu, qui etiam sine adeptione possessionis secundi Episcopatus, per simplicem translationem suprà dictam, vacare dicitur, & Nicol. Garcia *dicto cap. 6. num. 39.* & vltra eos Calderin. *cons. 10. de sent. & re iudic.* vbi multum in nostris terminis ait: Sententiam latam per Vicarium translati, non valere, quia ab eo dicitur abdicata potestas, & hoc habere locum, quamuis idem Vicarius esset ignarus translationis, Ioan. Andr. Ægid. Crem. Ioan. Monach. Philipp. Probus, & alij *in c. quod ob gratiam de regulis iuris, in 6.* Cæsar. Ottinel. *in tract. fruct. Eccles. post translat. percip.* Stephan. Gratian. omnino

omnino vjdendus *dicto cap. 296. num. 17. & seqq.* vbi inquit, nihil referre, quòd consensus Episcopi præcedat, vel sequatur absolutionem factam à Papa à vinculo, quo primæ Ecclesiæ tenebatur, vel quòd apprehensa fuerit possessio, vel non. Et paulò post *n. 19.* subdit: Ex quo sequitur quòd statim Episcopo translato, non tenent gesta Vicarij post translationem, etiam ab eo ignoratam, cùm enim, vt dictum est, sit abdicata Episcopo omnis potestas, non operatur scientia, aut ignorantia Vicarij. Nam ipso facto, quando Episcopus est translatus, expirat officium Vicarij, absque alia certioratione, &c. Scipio Rouitus *consil. 32. num. 2. & 4. vol. 2.* Dom. Valenzuela, qui eos refert, & sequitur, *dict. consil. 190. num. 10. & 11.* & nouissimè Iulius Laborius *in variis lucubrat. tit. 4 de elect. Canon. cap. 25. num. 17.* vbi expressè tenet, quòd si Episcopus transferatur de vna Ecclesia ad aliam, prima dicitur vacare statim, ac ab illius vinculo absoluatur in Consistorio Sanctitatis suæ, etiam quòd non sint expeditæ litteræ, nec capta possessio. Vide etiam Alzedum *in praxi part. 1. c. 3. num. 91.*

3. Et omnia supradicta etiam obseruat Machadus *de Perf. Confess. tom. 2. lib. 4 part. 4. tract... docum. 5. num. 3.* cuius verba libenter transcribam; sic itaque ait: *La primera question es quando el Obispo fue promouido de su Iglesia, y se le despacharon las Bulas, si antes de tomar possession de la segunda Iglesia, se diga hauer vacado, y quedar en Sede vacante la primera. Esta question es tan reñida, que viene a ser comun contra comun. La parte afirmatiua de que la Iglesia primera no queda en tal caso en Sede vacante, defienden vna glossa, y otros muchos, y que puede el Obispo continuar su jurisdicion por si, ò por su Vicario, todo el tiempo que tardare en tomar la possession del segundo Obispado. Y Nicolao Garcia afirma que en España se obserua, frequentemente esta opinion por costumbre, de que trae algunos exemplos; y assi mismo afirma, que en tales casos se suelen despachar en el consejo supremo de Camera Prouisiones para que en la primera Iglesia no se publique Sede vacante, hasta que en la segunda tome la possession el Obispo promouido. La contraria tiene, y prueua docta, y latamente el Doctor Solorzano con otros muchos à quienes refiere, y sigue; fundarse en que la Iglesia vaca luego que, ab illius vinculo absoluitur in Consistorio Romani Pontificis, etiamsi non sint expedita littera, vel capta possessio. Y si es cierto lo que refiere Alzedo, que ha tenido noticia por relacion de varones grauissimos que se ha despachado Breue, en el qual se prohibe à los Obispos promouidos administrar, ò exercer qualquiera cosa en su Obispado despues que tuvieron noticia de su promocion, cessarian las dudas, y pleitos que sobre este punto se ofrecen cada dia.* Sic ille: vnde ego sententiæ Solorzani, & aliorum libenter adhæreo.

RESOL. VII.

An Capitulum Sede Vacante possit exercere iurisdictionem in personas seculares, quando Episcopus habebat potestatem temporalem.

Et in supradicto casu, an possit exercere per alios iurisdictionem in criminalibus absque metu irregularitatis? Ex part 8. tract. 4. Resol. 16.

§. 1. REspondeo affirmatiuè cum Merolla *tom. 3. disp. 7. c. 7. dub. 1. num. 9.* qui citat Panvinum, & Prosperum de Hugolino, quibus ego addo Rodriguez *in summa tom. 1. cap. 71. num. 2.* vbi sic ait: *El Cabildo Sede Vacante en quanto sucede al Obispo, no es inferior à el, sino igual, pues segun de derecho tiene la misma autoridad, como subrogado, assi lo prueua Iacobo Esbroz, y sucede pleno jure en toda su jurisdicion, assi espiritual como temporal, como consta del derecho y lo prueua Federico de Senis. Aunque para exercer lo da el Obispo, pues sucede a el como igual, y la puede exercer assi en las personas Ecclesiasticas, como en las seculares, quando el Obispo no solamente tiene potestad Episcopal, mas aun jurisdicion temporal pudiendo conocer de las causas que se mueven, y pleytean entre los seculares de su Diocesi, como segun derecho la pueden tener; la qual, quanto à lo criminal suele segun derecho, exercer por otros sin temor de irregularidad como lo prueua Panvino, y puede exercer la dicha jurisdicion contra cada vno de los capitulares, aunque sean, Dean y Prepositо del dicho Cabildo, como la prueua con la comun Navarro.* Ita ille. Sup. hoc seqq. vbi ad not. in rom. 8. §. Resol. dum. Sup. hoc gist. tur in Resol.

2. Igitur potest Capitulum Sede Vacante, exercere suam iurisdictionem tam in personas Ecclesiasticas quàm seculares, quando scilicet, Episcopus defunctus præter Episcopalem, habebat etiam temporalem iurisdictionem, ita vt posset cognoscere de causis, quæ mouentur inter laicos suæ Diœcesis argum. tex. *in cap. conquestus, de foro compet. & in cap. Romana §. debet, de appell. lib. 6.* quam in criminalibus per alios exercere solet absque periculo irregularitatis, *capit. fin. ne Clerici, vel monachi in 6.*

RESOL. VIII.

An capituli Sede Vacante prima instantia censeatur præseruata à Concilio Trid sess. 24. cap. 20. de Reformat? Ex p. 8. tr. 4 Res. 21.

§. 1. AFfirmatiuè respondeo cum Salgado *de examin. Bull. part. 2. cap. 4. num. 23.* vbi sic ait: Infertur, insuper Ordinarij appellatione in materia collationis, non solùm venire Episcopum, sed etiam alium inferiorem Prælatum, qui conferendi potestatem habet vt per Rebuffum *in concordia. tit. de collation. §. præsatio Ordinarij. verbo, Ordinarij collatores.* Flaminius Parisius *de resignat. lib. 8. quæst. 9. num. 27.* Nicolaus Garcia *de benefic. 5. part. cap. 4. num. 2.* Barbosa *de appellation. verbor. vtriusque que iur. & cap. appellatio 177. num. 4.* qui *num. 3.* dicit Ordinarij appellatione venire Priorem sancti Ioannis Hierosolymitani, vt censuit Rota *decis. 493. n. 5. part. 2. recent.*

2. Hinc etiam fit, vt Capitulum, Sede Vacante, cùm succedat in iurisdictione ordinaria, & etiam voluntaria in omnibus Decretis, & dispositionibus loquentibus de Ordinariis, ipsum etiam comprehendi, probant post alios Thom. Sanchez *de matrimon. lib. 3. disput. 29. num. 3. & 4.* communem affirmans, quem sequitur Ioannes Guttierrez *de matrim. c. 66. num. 13.* & in terminis, vt eiusdem Capituli, Sede Vacante præseruata intelligatur prima instantia, ex *dicto c. 20. Trident.* Ita Salgadus, qui citat Riccium *in decis. Cur. Archiepisc. part. 4. decis 273. n. 7.* Nouarium, & Barbosam, quibus ego addo Merollam *tom. 3. disp. 7. cap. 7. dub. 1. n. 42.* vbi sic ait: deducitur, posse capitulum, Sede vacante, cognoscere causas, in prima instantia, ita vt non possit alius iudex Romanæ Curiæ cognoscere de eis in prima instantia, nec monitoria decernere ad extrahendas partes à suis domiciliis. Ratio est, quia hoc priuilegium iure ordinario habent Episcopi, vt patet ex Concilio Tridentino *sess. 24. de reformat. c. 20.* quibus succedit Capitulum. Ita ille, & ego.

RESOL.

RESOL. IX.

An Capitulum tempore Sedis Vacantis possit iudicare de causis pertinentibus ad Episcopum, vt v. g. quando verteretur quæstio super proprietatem alicuius iuris, seu iurisdictionis, an ad Episcopum pertineat, vel non; vel an aliquis sit subiectus, vel exemptus; an talis locus sit de Diœcesi, an non; aut an aliquod beneficium sit de iure Patronatus, vel pertineat ad meram Episcopi collationem, &c. Ex part. 8. tract. 4. Resol. 10.

§. 1. REspondeo, quòd quamuis Capitulum tempore Sedis Vacantis succedat Episcopo in nullo exercitio iurisdictionis Episcopalis: secùs verò, quando verteretur quæstio super proprietate alicuius iuris, seu iurisdictionis, an ad Episcopum pertineat, vel non: tunc enim non succederet Capitulum in examinatione illius quæstionis. Ratio est, propter præiudicium quod generari posset futuro Episcopo, cùm tunc Ecclesia careat legitimo defensore, *cap. fin. ne Sede Vacante.* Exempla ponit Panormit. *in cap. cum, num. 12. de foro compet.* veluti, si contenderetur an aliquis sit subiectus, an exemptus. Item, an talis locus sit de Diœcesi, vel non. Similiter, si dubitaretur, an aliquod beneficium sit de iure patronatus, vel pertineat ad meram Episcopi collationem. Quod intelligitur, etiamsi huiusmodi causæ reperirentur cœptæ, ante vacationem Sedis Episcopalis, vnde non possunt prosequi à Capitulo, sed expectandus est nouus Prælatus. Sic DD. *in d. cap. fin.* & Panvin. *de potestate Capituli, p. 2. quæst. 9.*

RESOL. X.

An Capitulum Sede Vacante possit reuocare licentiam ordines conferendi, & exercendi Pontificalia, concessam alicui Antistiti, ab Episcopo defuncto?

Et quid, si Capitulum non reuocauerit prædictam licentiam?

Et aliqua alia inferuntur valde notanda ex doctrina supradictarum quæstionum.

Et tandem aduertitur nullum Episcopum posse, ordines conferre Religiosis virtute priuilegiorum in Diœcesi, in qua est Sedes Vacans sine licentia expressa Capituli sub pœnis in Concilio fulminatis. Ex p. 8. tract. 4. Resol. 72.

§. 1. REspondeo affirmatiuè: Et quia hanc quæstionem optimè pertractat Emanuël Themudo *in decis. Archiepiscop. Olyssiponens. part. 1. dec. 88. num. 9.* ponam per extentum eius verba, sic enim asserit.

1. Infertur, quòd si Episcopus habet facultatem Ordines conferendi, exercendi Pontificalia, ab Episcopo mortuo, dum viuus esset, Capitulum posset reuocare dictam facultatem concessam prædicto Episcopo sospiti, & prohibere ne ordines conferat, quia dum Capitulum totam iurisdictionem habeat ordinariam Episcopi mortui, & Episcopus mortuus in vita poterat reuocare talem licentiam conferendi Ordines, ita etiam Capitulum poterit reuocare; & confirmatur, quia Capitulum reuocat & remouet Vicarium generalem, & Prouisorem constitutos per Episcopum defunctum, & multo meliùs poterit reuocare licentiam concessam ad Pontificalia exercenda, & Ordines conferendos.

2. Secundò infertur quòd si Capitulum non reuocauerit prædictam licentiam, talis Episcopus sospes poterit, sicut antea, Ordines conferre, dum per Capitulum non reuocetur, quia gratia non expirat morte concedentis, vt latè probat Sanch. *de matr. lib. 8. disp. 28. n. 64. & n. 83.* vbi multa refert exempla, idque intelligit, quando gratia, seu licentia facta est absolutè, & sine limitatione temporis, sed in hoc casu, gratia, seu licentia conferendi Ordines in Diœcesi aliena, est iam facta, & perfecta ab Episcopo mortuo huic Episcopo extero; ergo non expirauit morte concedentis, sed potest illa vti, quandiu Capitulum non reuocauerit.

4. Faciunt exempla adducta per Sanch. *d. n. 83.* vbi ait, licentiam Petro, v. g. ad ordines non expirare mortuo Episcopo concedente: neque etiam expirat, si Episcopus transferatur ad alium Episcopatum, imò ait tertio, quòd licentia data à Capitulo Sede Vacante ad ordines, tempore quo poterat dare, non expirat talis licentia cum introitu novi Episcopi.

Sup. hoc melius in §. 2. huius not. in eius principio.

Et pro licentia seq. data à Capitulo infra in Resol. 12. §. pen. & supra in tr. 2. Resol. 145. §. Nota hic, ad medium, à vers. qui bene addit. cum eodem Sanchez hic citato.

5. Quæ exempla videntur probare à simili, non expirare morte Episcopi licentiam per ipsum concessam Episcopo extero ad conferendum Ordines in Diœcesi Episcopi mortui, si concessa erat absolutè, & sine limitatione.

6. Infertur *tertiò*, quòd hæc doctrina faciliùs applicatur Episcopo titulari, qui vocatur Episcopus (de Anel) creato, vel instituto in Sede, & Diœcesi Episcopi mortui, qui si habeat facultatem ab Episcopo mortuo, cui seruiebat, generalem; & absolutè sine limitatione, ad toties quoties Ordines conferendum, prædictus Episcopus (de Anel) poterit Ordines conferre Religiosis Sede Vacante, sine licentia Capituli, si quidem durat licentia Episcopi mortui ad Ordines conferendum; quod intelligitur dum Capitulum non reuocauerit; potest enim, iuxta supradicta, & clariùs hoc procedit in Episcopo (de Anel quam in Episcopo hospite, quia cum Episcopus (de Anel) non habeat propriam Diœcesim in actu, nam certo modo ista est sua Diœcesis, quod in ea moratur, in qua creatus fuit, & institutus ad Pontificalia exercendum; & ita conferendo Ordines Regularibus, Sede vacante, & sine Capituli licentia, tamen cum licentia Episcopi mortui, quæ etiam durat, non poterit dici quòd Pontificalia exercet in aliena Diœcesi sine licentia: neque obstat quod sint intra annum vacationis. Ita Themudo, qui etiam *n. 4. & seq.* firmat, nullum Episcopum posse Ordines conferre Religiosis, virtute priuilegiorum, in Diœcesi, in qua est Sedes Vacans, sine licentia expressa Capituli sub pœnis, in Concilio fulminatis.

7. Hæc conclusio est expressa in dicto Concil. *sess. 6. cap. 5. de refor.* licèt enim Concilium dicat, ne Episcopus exerceat Pontificalia sine licentia Ordinarij, id est Episcopi Diœcesis, in qua est, & Sede Vacante non adsit Episcopus Ordinarius, attamen adest Capitulum Canonicorum, quod Sede Vacante est Ordinarius, quia succedit Episcopo mortuo in omnibus, quæ pertinent ad iurisdictionem Episcopi: ergo, &c. Et omnia suprà dicta præter Themudo docet etiam Portel *in respons. moral. tom. 2. cas. 71. num. 4. & 5.*

RESOL. XI.

An Capitulum Sede Vacante intra annum possit dare licentiam alicui Episcopo, vt conferat Ordines Regularibus, & Clericis alterius Diœcesis?

Et an Regulares sint subiecti Episcopo quoad recipiendos Ordines? Ex part. 8. tractat. 4. Resol. 73.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. ex Resol. 46. lege §. secundo potest.

§. 1. AD hunc casum affirmatiuè respondit Emanuël Themudo *in decis. Archiepiscop. Olysiponens. part. 2. decis. 89. num. 3. & seq.* Quia quando duæ res ita sunt differentes, vt vna possit fieri sine alia, prohibita vna, non censetur prohibita alia, vt exemplis facilè demonstrabitur; sed dare licentiam vni extero Episcopo, vt celebret Ordines in aliena Diœcesi, vbi vacat Sedes, est res diuersa ab hoc, quod est dare dimissorias subditis ad Ordines, & vnũ potest fieri sine altero. Ergo prohibito vno, ne scil. dentur dimissoriæ ad Ordines intra annum, non prohibetur aliud, quòd scil. detur licentia Episcopo extero, vt celebret Ordines in Diœcesi aliena. Probatur maior, quòd scil. sint res differentes; nam dare licentiam Episcopo, vt celebret Ordines in aliena Diœcesi, est dare illi licentiam, vt celebret Pontificalia extra suam Diœcesim, quod per primum locum Tridentini facere nequit, absque licentia proprij Ordinarij. At dari dimissorias ad Ordines, est dare licentiam alicui subdito, vt vadat ad alienum Episcopum, & ab illo ordinetur; per quas dimissorias Episcopus illas dans dat testimonium, quod subditus illas deferens habet scientiam, & bonos mores, & ideò Episcopus dans dimissorias petit ab alio Episcopo, vt velit huic subdito Ordines conferre.

2. Ecce quomodo differunt inter se valdè, dare licentiam vni Episcopo, vt celebret Ordines in aliena Diœcesi, & dare dimissorias subdito, vt ordinetur ab alieno Episcopo. Quòd verò vnum horum possit fieri sine alio, patebit clarè ex mox citanda declaratione Cardinalium, per quam constabit posse Capitulum Sede Vacante, dare licentiam extero Episcopo, vt det ordines etiam Clericis alterius Diœcesis, in illa Diœcesi, vbi sedes vacat, in quo fit vnum sine altero, id est, datur licentia extero Episcopo, vt det ordines in aliena Diœcesi, & non dàtur alterum, quia Capitulũ dans licentiam Episcopo, vt celebret Ordines pro Clericis alienæ Diœcesis, non dat dimissorias, nec licentiam Clericis alienæ Diœcesis. Cum ergo hæ sint res diuersæ, & vna fieri possit sine alia, videtur dare licentiam Episcopo, vt det Ordines in aliena Diœcesi, & dare dimissorias subdito ad Ordines: sequitur quod prohibito vno per Tridentinum ipsi Capitulo Sede Vacante, non censetur prohiberi aliud intra annum vacationis.

3. *Secundo* probatur resolutio suprà posita, nam illa prohibitio Tridentini, ne Capitulum Sede Vacante det dimissorias ad Ordines, solùm intelligitur, quoad Clericos subditos Capitulo, non verò, quoad Religiosos non subditos. Hoc expressè tenet Henric. *tom. 2. lib. 10. c. 22. n. 3.* vbi sic habet: Capitulum Sede Vacante non potest sæcularibus Clericis dare reuerendas, &c. intra annum vacationis; ecce quomodo clarè dicit illam prohibitionem solùm intelligi, quo ad Clericos, non quoad Religiosos.

4. Consonat hoc cum quadam declaratione Cardinalium citata à Marsil. *1. tom. declarationum*, impresso anno 1613. & in alio 2. *tom.* impresso anno 1618. quam etiam citat Farinacius ad Trid. *d. c. 10. de reformatione sess. 7.* quæ sic habet, Capitulum Sede Vacante potest concedere licentiam extero Episcopo exercendi Pontificalia in eorum Ecclesia, & Ordines conferendi, tam Clericis illius Diœcesis, quàm exteris habentibus dimissorias suorum Episcoporum, iuxta tamen formam huius decreti. Ecce quomodo prohibitio illius decreti, quoad Ordines conferendos intra annum vacationis, solùm loquitur, & exponitur de Clericis, nusquam tamen per Clericos alicubi intelliguntur Religiosi.

Sup. hoc in Resol. seq. §. Porro. & cursim in §. not. præteritæ.

5. Et confirmatur ex ipso nomine *dimissorias*. nam dimissoriæ non dantur nisi subdito, vt vadat ad Episcopum alienum pro Ordinibus recipiendis, vt *suprà* diximus. At Religiosi non sunt subditi Capitulo Sedis Vacantis; ergo prohibitio dandi dimissorias pro Ordinibus Sede vacante non intelligitur de Religiosis, hi enim si Sede Vacante voluerint ire ad alium Episcopum alterius Diœcesis pro Ordinibus, non deferunt dimissorias Capituli, sed sui Prælati regularis.

6. Ex quibus abundè constare videtur, quòd potest Capitulum Sede Vacante dare licentiam Episcopo extero apud se commoranti, vel suo Episcopo titulari, vt intra annum vacationis conferat Ordines religiosis. Et hæc omnia docet Themudo *vbi suprà*, qui *n. 10.* respondet ad auctoritatem Concilij Trident. *sess. 7. de refor. cap. 10.* quæ supradictæ sententiæ videtur obstare, ait, verba Tridentini dare licentiam ordinandi non significare, quòd detur licentia Episcopo dandi Ordines in Diœcesi vacante, sed solùm velle, vt non dentur dimissoriæ Clericis intra annum Sede Vacante, videmus enim in principio quòd illa verba Tridentini, Licentia ordinandi, idem sunt quod dare dimissorias; dare verò dimissorias, ex se non est idem quod dare licentiam, vt possit dare Episcopus exterus Ordines in Diœcesi vacante, cùm sint res diuersæ, vt suprà videmus: & proinde Concilium *ibidem* ne dentur dimissoriæ, nisi modo ibi assignato, non prohibere quin idem Capitulum possit dare licentiam extero Episcopo dandi Ordines intra annum in illa Diœcesi, saltem, Religiosis, ac proinde illa verba Tridentini, dare licentiam ordinandi, non sumuntur actiuè, id est vt ordinet Episcopus, vt volebat argumentum, sed passiuè, id est, vt subditi Capituli non ordinentur.

7. Nec obstat, ait dictus Themudo, quòd Concilium generaliter loquatur, seu quòd non distinguat, dicit enim, quòd Tridentinum prohibens ordinari subditos intra annum, nisi modo ibi assignato, non loquitur generaliter de omnibus ordinandis in sua Diœcesi, sed de solis Clericis suis subditis, vt clarè ostendimus in secundo argumento secundæ resolutionis. Dicimus præterea ipsam legem, seu Tridentinum distinguere: nam ipso facto quòd prohibet dimissorias dari intra annum pro ordinibus, clarè distinguit, se loqui tantùm de Clericis subditis, quibus solùm potest dare dimissorias, non verò de Religiosis, quibus illas non potest concedere. Et ita Themudo testatur in multis Sedibus vacantibus fuisse in praxi Olysiponæ obseruatum; sed tu, his non obstantibus, cogita, sunt enim Regulares sublecti Episcopo, quoad recipiendos Ordines. Vide Barbosam de Canon. *cap. 42. num. 121.*

Quod hoc in tom. 3. tr. 1. lege §. & §§. sequentia num. 8.

Nota tamen quòd opinio affirmatiua, quam supra docuit Themudo, tenet etiam alius Lusitanus, Ant. Portel. *in respons. moral. tom. 2. cas. 71. per totum*, quem tamen Themudo non citat.

RESOL. XII.

An Capitulum Sede Vacante possit concedere dimissorias ad ordines suscipiendos intra annum à morte Episcopi?

Et an Capitulum Sede Vacante possit tamen intra annum per alium Episcopum Pontificalia exercentem ordinare Diœcesanos suos, & sic resolutum fuisse à Sacra Congregatione?

Et an, elapso anno, à puncto Sedis Vacantis possit Capitulum eis dimissorias concedere?

Et an hæ litteræ dimissoriæ per aduentum noui Episcopi non expirent?

Et an Vicario Papæ non prohibeatur statim post Vacantem Sedem dictas dimissorias concedere? Ex part. 8. tract. 4. Resol. 41.

§. 1. Ad

§. 1. AD hoc dubium sic respondet Machadus *tom. 2. l. 4. part. 4. tract. 1. document. 7. num. 1. La Sede vacante por derecho comun luego que gouernana, podia sin ninguna duda conceder Reuerendas à los personas que juzgasse por dignas, y merecedoras de recibir las Ordenes; por ser esta jurisdicion ordinaria que legitimamente heredaua de su Prelado.*

2 Despues el Concilio Tridentino mouido con algunas justas causas que no espressa, dispusò por vn Decreto particular, que el Cabildo Sede Vacante, no pudiesse conceder estas Reuerendas, ò dimissorias para recibir Ordenes hasta passado vn año de la vacante; lo qual prohibiò con grandes penas, assi contra la Sede vacante, como contra los que se ordenassen con las Reuerendas prohibidas; conviene à saber, que por el mismo caso el Cabildo quede entredicho; y el ordenado si fuere de menores Ordenes, no pueda gozar del priuilegio Clerical; y si de Orden sacro, quede suspenso à voluntad del Prelado que sucediere. Esta prohibicion limita el mismo Concilio en el lugar citado, en caso que alguno tuuiesse Beneficio cohartado, como sucede en el que por razon de algun Beneficio Curato, està obligado a ordenarse dentro de vn año; y tambien quando alguno gozasse alguna Capellenia en que el fundador obligaua à que se ordenasse dentro de tiempo limitado, y no lo haziendo assi la pierda; que entonces puede el Cabildo, Sede Vacante, dar Reuerèdas à los tales antes de passado el año. Pero ha se de aduertir, que en los casos dichos es expressa la cohartacion, y assi no padecen duda. Otros ay que disputan los Dotores. Tassi Ledesma, y otros muchos (aunque no sin controuersia) tienen, que tambien se deue tener por caso cohartado quando alguno tiene derecho, ò es llamado a algun beneficio vacante, ò Capellania, que requiere cierto Orden de que el carece.* Hucusque Machadus; cui etiam adde Marchinum *de sacr. Ordin. tract. 1. p. 6. c. 3. n. 12.* qui optimè notat, quòd si quis exceptis literis dimissoriis, non illis vteretur; nec Capitulum, nec eius Vicarius in dictas pœnas incideret: quòd pœna pro aliquo delicto imposita regulariter non incurratur nisi post opus consummatum, id est post vsum prædictarum literarum.

3. Porrò, etsi Capitulum, Sede Vacante, vel eius Vicarius non possit intra annum subditis suas dimissorias concedere: poterit tamen intra eundem annum, per alium Episcopum pontificalia exercentem ordinare diœcesanos suos. Atque sic fuisse à Sacra Congregatione resolutum, referunt post Nauarr. *cons. 27. de temp. ordin.* Ferrar. *de ordin. c. 5. n. 7. vers. quarò nota.* Molfesius *in sum. tr. 2. c. 2. n. 28.*

4. *Notandum* est tamen hic, quòd elapso anno à puncto Sedis vacantis concedere potest Capitulum eas litteras dimissorias, sicut posset Episcopus. Et hæ literæ dimissoriæ, per aduentum noui Episcopi non expirant, vt docent Molina *tr. 5. de Iust. disp. 11. n. 4.* Gonz. *ad reg. 8. Cancell. glos. 12. n. 37.* Guttier. *l. 2. can. q. 16. n. 12.* qui tamen consulit ordinatoribus, vt si tempore præsentationis dictarum dimissoriarum coram eis, sciuerint, nouum Prælatum possessionem cinsdè Episcopatus accepisse, non admittant eas: quia à nouo Episcopo reuocari solent. Quòd si eas concedat ad Ordines sacros non habenti vnde viueret, tenetur illi prouidere, sicut tenetur Episcopus, vt bene inquiunt Vgolin. *de potest. Episc. c. 26. §. 15. n. 1.*

5. *Notandum* est etiam Vicarium Papæ non posse liberi etiam statim post vacantem Sedem, dictas dimissorias concedere, quia de hoc non loquitur Concilium; vt docent Maiol. *de irregul. l. 4. c. 6.* Henriq. *l. 10. de sacram. ordin. c. 22. §. 3.* Campanil. *in diuers. can. rubr. 9. c. 8. n. 8.* & patet ex praxi.

RESOL. XIII.

An Capitulum Sede Vacante possit saltem intra annum concedere literas testimoniales? Ex p. 8. tr. 4. Res. 42.

§. 1. NEgatiuè videtur respondere Nauar. *l. 1. cons. tit. de temp. ordin. cons. 19. in 1. edit. & 27. in 2.* At ego puto quòd potest Capitulum, Sede Vacante, infra annum literas testimoniales de vita, & moribus ordinandi tradere, vbi quis per Pontificium diploma impetrasset ab alieno Episcopo extra suam Diœcesim ordinari; Tridentinum *sess. 23. de reform. c. 8.* sequentibus verbis: Vnusquisque autem à proprio Episcopo ordinetur, quòd si quis ab alio promoueri petat, nullatenus id ei etiam cuiusuis generalis, aut specialis relatipti, aut priuilegij prætextu, etiam statutis temporibus, permittatur, nisi eius probitas, ac mores Ordinarij sui testimonio commendentur. Sed Capitulum, seu eius Vicarius, Sede Vacante, dicitur Ordinarius: ergo ad ipsum spectat testimoniales ei literas concedere. Porrò Capitulum, Sede Vacante, seu eius Vicarium dici Ordinarium, rectè probat Nauarrus *cons. 19. Olim 18. de tempore ordin. n. 2.* & noster Moneta *de commut. vlt. volunt. cap. 10. n. 183.* qui etiam refert, allegato quodam diplomate, stylum modernum Romanæ Curiæ esse, vt Sede Vacante, testimoniales literæ dentur ab Episcopo vicinore: quod ipse ita intelligit, vt non solus ille dare possit, sed simul cum Vicario Capituli, vel habitis ab eodem informationibus de vita ordinandi: nam secùs, qua ratione poterit Episcopus vicinior de subdito non suo rectum ferre testimonium? Et hæc omnia docet Marchinus *de sacram. ordin. tract. 1. part. 6. c. 3. n. 17. & 18.* cui adde Molin. *de Iustit. tom. 6. tract. 5. disp. 11. num. 14.*

Quod hoc in tom. 5. tr. 3. lege §. vlt. Res. 46.

2. Non desinam tamen etiam hìc apponere ea, quæ notat Rodriguez *in summ. tom. 1. c. 81. n. 19.* vbi sic ait: *El Cabildo*, Sede Vacante, *puede dar dentro del año aprobacion de la vida, y costumbres a los que por virtud de algun Obispo, con la aprobacion de la vida, y costumbres, dada por el Ordinario, porque esta aprobacion, no son letras dimissorias? sino vnas letras testimoniales de la idoneydad de los que quieren ordenar, las quales no prohibe el Concilio conceder*, Sede Vacante, *come lo prueua Nauarro.* Sic ille.

RESOL. XIV.

An Capitulum Sede Vacante intra annum possit saltem literas dimissorias pro prima Tonsura concedere? Ex p. 8 tr. 4. Res. 43.

§. 1. PRima facie videtur affirmatiuè respondendum, quia Concilium Tridentinum, vt patet, prohibet licentiam ordinandi; sed prima tonsura non est ordo, secundùm communem opinionem Theologorum; & ideo Concil. Trident. *sess. 23. c. 2.* ait: Vt qui iam clericali Tonsura insigniti sunt, per minores ad maiores ordines ascendat. Quibus verbis distinguit Concilium primam Tonsuram à minoribus Ordinibus. Quod etiã satis colligitur ex eo quod idẽ Concilium in diuersis capitibus de Prima Tonsura & minoribus Ordinibus egit: & *c. 6.* inquit: Nullus prima Tõsura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus constitutus ante decimũ quartũ annũ beneficium possit obtinere. Itaque Concilium nunquam primam Tonsuram, Ordinem vocat; imò eam ab Ordinibus semper segregat. Hoc, omissis aliis; clarè apparet

Sup. hoc an prima Tonsura sit Ordo, in tom. 5. tr. 5. Res. 13. §. 2. ad lin. Et in Res. 12. §. 2. à lin. 2. & in Res. 14. curiosissime in fine, & in Res. 138. §. Quare. ad medium, à ver. quia prima Tõsura, & ibi

in Concilio Carthaginensi, quod plenius præ cæteris de Ordinibus egit: nam *in cap. 3. de Presbyteri ordinatione, cap. 4. de ordinatione Diaconi; cap. 5. de ordinatione Subdiaconi; cap. 6. de ordinatione Acolyti; cap. 7. de ordinatione Exorcistæ; cap. 8. de ordinatione Lectoris; cap. 9. de ordinatione Ostiarij*; nullibi verò in eodem Concilio tractatur in Ordinum enumeratione de Tonsura.

in tr. 3. Res. 12. à lin. 4 & in Res. 25. §. 2. ad lin. 3. & in Res. 34. ad lin. 10. & in fine §. penult. & seq. & hic supra in tr. 1. Res. 65. §. vlt. à lin. 4.

2. Deinde, eidem Theologorum sententiæ non parum suffragatur Romanum Pontificale: *nam in tit. de tonsurando Clerico*, non apponit, vt moris est, dum de aliis minoribus Ordinibus agit, verba illa: *De ordinando Clerico*, sed adhibet ista: *De faciendo Clerico*. Statim verò sequitur: *De ordinatione Ostiarij, Exorcistæ*, &c. vbi vides, Romanum Pontificale Tonsuræ collationem ordinationis nomine minimè appellandam iudicasse.

3. Vnde Garcias *de benef. tom. 6. p. 5. cap 7. n. 93.* affert quandam declarationem Cardinalium sic asserentiu, Sacra Congregatio censuit, textum hunc non comprehendere Tonsuram, & in minoribus Ordinibus constitutos, non suspendi.

4. His tamen minimè refragantibus, negandum est posse Capitulum, Sede Vacante, literas dimissoriales concedere pro prima Tousura; nam Concilium *in d. cap. 10. in princ.* generaliter dicit, quòd non liceat Capitulo infra annum ordinandi licentiam, aut dimissorias concedere; ergo, quamuis prima Tonsura non sit propriè ordo, tamen litteræ, quæ ad eam suscipiendam conferuntur, dicuntur propriè litteræ dimissoriæ, & per consequens in verbis Concilij videtur comprehensa prima Tonsura. Accedit, quòd consuetudo sic interpretata est hoc decretum Concilij, & ita communiter intelligitur, & practicatur.

5. Addo, quòd Canonistæ negant primam Tonsuram non esse Ordinem.

Primò ex iure Canonico; nam *in cap. cùm contingat, de ætate, & qualitate ordin.* prima Tousura vocatur Ordo clericalis: & eodem nomine vocat glossa *in cap. nullus, de tempor. ordin. in 6. in verb. tonsura.*

6. *Secundò*, primâ Tonsurâ initiati gaudent Clericorum priuilegiis: sunt enim capaces beneficiorum, quorum sunt incapaces laici, *c. 2. de institt. & c. ex literis, de transact.* fruuntur priuilegio canonis, *si quis suadente*, gloss. *in d. c. cùm contingat.* Cùm ergo Tonsura habeat priuilegia aliorum Ordinum, meritò Ordo dici debet.

Sup. hoc in Resol. 5. nor. Præteritæ in fine eius §. 1.

7. *Tertiò* arguitur ex Conc. Trid. *sess. 14. de reform. c. 2.* vbi initiatum prima Tonsura ab alieno Episcopo, sine licentia proprij, suspendit: & *sess. 23. de reform. c. 4. & 6* eadem prohibitione ligat istos qua & minoribus Ordinibus initiatos. Dùm ergo Concilium pares faciat quoad supradicta, signum est, voluisse inter Ordines esse connumerandam Tonsuram.

8. Ad declarationem verò S. Congregationis in contrarium adductam, responderi potest cum Garcia *loc. cit. 96.* intelligi tantùm, vt decretum Tridentini non comprehendat primam Tonsuram, quoad pœnas ibi impositas contra ordinatos in minoribus, & maioribus Ordinibus: nam appellatione Ordinum minorum, secundùm communem vsum loquendi, particulariter eiusdem Concilij Tridentini, solùm veniunt quatuor minores, & non prima Tonsura, quæ ab illis distinguitur, vt pater ex *sess. 23. cap. 4. 5. 6. 10. & 11.*

Et ideo nostram sententiam tenet etiam Zypæus *in iure Pont. nouo, lib 3. tit. 9. n. 2.*

RESOL. XV.

An si Capitulum Sede Vacante ordinet intra annum contra formam Concilij Tridentini, ordinatus tamen possit obtinere beneficium? Ex p. 8. tract. 4. Res. 44.

§. 1. PRæsentem difficultatem proponit Merolla *tom. 3. disp. 7. dub. 5. n. 81*, & sic respondet: Videtur, quòd non, quia quòd quis sit capax beneficij Ecclesiastici, est clericale priuilegium, vt probatur ex *c. ex litteris, de transact.* & ex *cap. de institt.* Sed ordinatus contra formam supradicti decreti, non gaudet priuilegio clericali, vt ibi dicitur; ergo, &c.

2. His tamen non obstantibus dicendum est, posse habere beneficium, quia taliter ordinatus non amittit priuilegium ipso iure, sed est priuandus per sententiam, vt docet Nauarr. *consil. 20. de tem. ordinat. in 1. edit.* & patet, quia Concilium vtitur verbo *gaudeat.* quod cùm sit futuri temporis, non denotat pœnam ipso iure impositam, sed imponendam iuxta doctrinam, communiter receptam, quam tradidimus *tom. 2. c. 5.* igitur, donec priuetur, est capax Beneficij.

3. Et ita hanc sententiam docet etiam Rodriguez *in sum. tom. 1. c. 7. n. 20.* vbi sic asserit: *El ordenado contra la forma de aquel capitulo del Concilio Tridentino de ordenes memores dentro del año de la Sede vacante, aunque quede priuado del priuilegio clerical, puede empero obtener el beneficio, porque segun Nauarro, no pierde ipso iure el dicho priuilegio, sino procede sentencia del juez, en la qual se priuato, se le pone embargo, porque el Concilio Tridentino vsa desta palabra, gaudeat, la qual ya que es de tiempo futuro no induze pena ipso iure, conforme a vna glossa comunemente recibida.* Ita ille.

RESOL. XVI.

An Capitulum Sede Vacante possit dispensare, vt quis ordinetur non seruatis temporum interstitiis?
Et quid quoad hoc de Vicario Capituli Sedis Vacantis? Ex p. 8. tr. 4. Res. 5.

§. 1 AFfirmatiuè respondent aliqui, eo quòd hæc facultas in ipsius Episcopi officio, & potestate imbibita esset, non tam ex commissione speciali, quàm ex Concilij dispositione, & Capitulum succedat, non tantùm in ordinaria iurisdictione iure communi generali ad Episcopum spectante, vetùm in pertinente ad eandem iure communi speciali, iuxta Doct. Abb. *in cap. si clerici, num. 17. de iudic.* vbi Decius *num. 150.* idem Abb. *in c. verum, num. 9. de foro compet.* Genuens. *in praxi Cur. Archiepiscop. Neapol. cap. 83. num. 1. & cap. 84. num. 2.* Campanil. *in diuers. iur. canon rub. 12. cap. 13. n. 75.* Nicol. Garcia *dicto cap. 7. num. 38. & seqq.* & plures congerens Cened. *in collect. 4. ad sextum, num 3. & in practic. canon. quæst. 26. num. 28. versic. Ego tamen.* Emanuël Roder. *1. tom. regular. quæstion. 61. art. 9.* Sup. hoc in tom. 2. n. 1. Resol. 30. Observand.

2. Et ita in terminis interstitiorum pluries declaratum fuisse per congregationem Cardinalium, testatur D. Valenzuela *cons.* 107. *num.* 17. *volum. 3.* & resoluunt Suarez *tom. 4. disput. 28. sect. 5. in princip.* Thom. Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 29. num. 14.* Valerius Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 1. num. 180.*

3. Et

3. Et ita hanc sententiam præter Doctores citatos tenet Rodriguez *in summa tom. 1. cap. 71. num. 18.* vbi sic ait: *La facultad que concede al Concilio Tridentino, para remitir los intersticios, compete al Vicario del Capitulo Sede Vacante en los casos que puede conceder licentia para si ordenarse como lo dize Estefano Quaranta, affirmando que oyo dezir, que la Sacra Congregacion lo declarò assi.* Ita ille.

4. Sed aliqui admittunt ita absolutè hanc opinionem, quoad Vicarium, sed limitant illam duobus modis. *Primò*, nisi quando Vicarius habuit ad id speciale mandatum à Capitulo, quia in generali mandato non venit potestas dispensandi. Ita in terminis Merolla *tom. 3. disput. 7. cap. 7. dub. 1. num. 48.* *Secundò* limitant dispensationem dictam interstitiorum, & putant post elapsum primum annum Sedis Vacantis faciendam esse. Nam cùm Capitulum intra illum non possit concedere licentiam recipiendi Ordines, nec ad talem effectum litteras dimissorias, *cap. cum nullus, §. Episcopo, de temp. ordinat. in 6.* Concil. Trident. *sess. 7. de reformat. cap. 10. & sess. 23. cap. 10.* cum traditis à Zerola *in praxi Episcop. 1. part. verb. Capitulum num. 1.* prohibita quoque illi videntur ea, quæ ad ipsos Ordines præparantur, argument *l. Oratio de sponsal.* & eorum, quæ tradit Bart. *in l. cum lex. ff. de fideiussor.* Socin. *in l. legem, num. 12. C. de pact.* & Cephal. *consil. 175. n. 3. lib. 2.*

5. Et ita hanc sententiam in terminis tenet Zipæus *de iure Pontif. nouo l. b. 3. tit. 9. num. 2.* & Solorzanus *de Indiarum iure, tom. 2. lib. 3. cap. 13. num. 14.* qui etiam observat eodem modo practicandam esse licentiam, quam Capitulum habet conuocandi Episcopum extraneum ad Ordines intra suam Diœcesim conferendos sub cautela, quòd nullum ius sibi acquirat, de qua *in cap. Pontifices 7. quæst. 1. cap. is cui, 42. de elect. lib. 6.* gloss. *verb. spiritualibus, in cap. si Episcopus, de supplend. negligent. Prælat. eod. lib.* Iacob. Put. *lib. 2. decis. 407. n. 2.* Navarrus *consil. 44. de tempor. ordinat.* & Rebuffus *in pract. tract. de devolut. n. 66.*

6. Verùm absolutè affirmativam sententiam tenet Machadus *de Perfect. Confess. tom. 2. lib. 4. tract. 1. docum. 7. num. 4.* vbi sic ait: *No es menos dudosa, y controverso entre los Dotores, si el Cabildo Sede vacante, ya que dentro del año no pueda conceder Reverendas, pueda por lo meno dispensar en los interstitios con los ordenantes. Algunos Autores sienten que nunca puede; porque esta facultad la concede con especialidad al Concilio Tridentino à la prudencia, y juizio del Obispo, que considerada la necessitad, ò vtilidad de la Iglesia pueda dispensar. Y assi parece que queda excludido el Cabildo Sede vacante. El Dotor Solorzano siente, que como sea passado el año, que el Concilio prohibe al Cabildo dar Reverendas, puede legitimamente dispensar en los interstitios; fundase como siempre en vn principio de Derecho, que dize: Prohibito vno, censentur omnia prohibita, per quæ ad illud pervenitur. Pero la mas comun, y recebida opinion de muchos Authores es, que en qualquiera tiempo puede el Cabildo Sede vacante, ò su Vicario dispensar en los interstitios, aunque dentro del año no pueda conceder Reverendas; y assi afirman averlo declarado la Sacra Congregacion de los Cardenales fundanse, en que el Cabildo Sede vacante, no solo sucede en la jurisdicion del Obispo que por derecho ordinario le compete, sino tambien en la que por derecho especial.*

RESOL. XVII.

An Capitulum Sede Vacante possit dispensare cum illegitimis quoad ordines minores, & quoad beneficium simplex?

Et an etiam Vicarius Capitularis possit concedere hanc dispensationem, nisi habeat speciale mandatum? Ex p. 8. tr. 4. Resol. 6.

§. 1. NEgativè videtur respondendum ex Prospero de Augustino *in addit. ad summam Bull. Quarta, verb. Capitulum*; §. *secundo quæro*, & Moneta *de commut. vltim. volunt. cap. 5. n. 428.* asserentes, Capitulum Sede Vacante posse tantum dispensare, quando dispensatio est debita, secus autem, quando est mera gratia.

Sup. hoc infra in Resol. 23. ad lin. 7. & magis ample quævis cuiusm supra in tr. 3. Resol. 64. §. Notãdum, ante medium, vers. posse etiam, & in Resol. 66. §. Verum, paulo post initium vers. Idem quod, quamvis ibi pro parte Sacrorum Ordinum & Minorum.

2. Sed contrariam sententiam tenent communiter Doctores, & ita docet ex neotericis Felicianus à Vega *in c. 4. de iudiciis, §. de adulteriis, num. 53.* & Solorzanus *de Indiarum iure, tom. 2. lib. 1. c. 13. n. 13.* asserentes posse Capitulum dispensare cum illegitimis ad Ordines minores, & beneficium simplex, iuxta *c. 1. de filiis Presbyter. in 6.*

3. Sed licèt hoc verùm sit, ego tamen puto cum Merolla *tom. 3. disp. 7. cap. 7. dub. 1. num. 34.* hanc dispensationem non posse concedere Vicarium Capitularem, nisi habeat speciale mandatum. Vnde non deseram hìc apponere verba Rodriguez *in summa tom. 1. cap. 71. num. 5.* sic asserentis: *El Cabildo Sede Vacante, puede dispensar en los casos que puede el Obispo, como con Abbad y otros lo sigue espressamente Navarro, diziendo que puede dispensar con el illegitimo para las ordenes Menores, y beneficio simple, aviendo legitima causa, porque aviendo la justicia se executa, mas no lo puede hazer el Vicario simplemente dado por el Cabildo, salvo si concediendole algunos casos le concede licencia general, como lo tiene Federico.* Ita ille.

RESOL. XVIII.

An sententia degradationis possit fieri à Vicario Capituli Sede Vacante, & actualis ab Episcopo, cui ipse commiserit?

Et notatur Episcopum electum, & confirmatum, non tamen consecratum posse cognoscere de criminibus depositione dignis, & deponere Sacerdotem, & verbaliter degradare, & remittere ad Episcopum consecratum, qui illum actualiter degradet.

Et an Prælatus Regularis non possit iure communi deponere, nec degradare subditos, nisi competat ei consuetudine, vel privilegio.

Et an sit aliquod privilegium, quod extendi possit ad depositionem verbalem tantum? Ex p. 10. tr. 11. & Misc. Resol. 51.

§. 1. SVppono in degradatione adesse tres actus. Primus est, cognoscere de crimine merente Degradationem: Secundus est, ferre sententiam: Tertius est, exequi degradationem actualem. Et quidem de tertio actu Doctores omnes vnanimiter conveniunt, fieri non posse à Vicario Capitulari. Difficultas est de aliis duobus actibus: Et affirmativè respondeo, cum Avila *de Censur. p. 4. disp. vnic. dub. 2. concl. 4.* qui testatur, in facti contingentia Capitulum Cuzquense Sede Vacante, protulisse sententiam Degradationis actualis contra quendam Sacerdotem, propter enorme quoddam homicidium. Et ratio est, quia huiusmodi sententia non est actus

ordinis, sed iurisdictionis: ergo. Verùm, quia tota difficultas in probando antecedenti consistit; probatur, Primò: nam si pertineret ad actum Ordinis; fieret ab Episcopo induto Pontificaliter; sicut fit ipsa executio Degradationis. Secundò: nam hæc sententia non est aliud, quàm punire delictum: ergo pertinet ad iurisdictionem. Tertiò, si hæc sententia ferretur ab Episcopo consecrato, qui renunciauit Episcopatui; non teneret: ergo non est actus ordinis. Probo consequentiam: nam si huiusmodi Episcopus conferat ea, quæ sunt ordinis, facta tenent. Quartò Episcopi, qui debent assistere huiusmodi sententiæ, iudicant simul cum Episcopo proprio, & per consequens sunt verè Iudices: sed loco horum Episcoporum possunt modò assistere Abbates, vel aliæ personæ in dignitate constitutæ; vt vult Concilium Tridentinum, *sess.13. cap.4.* ergo non est actus ordinis, sed iurisdictionis. Et ideò Felicianus à Vega, *in cap.4. §. de adulteriis, n.28 de iudiciis*, docet pœnam Degradationis actualis siue verbalis pro dictis criminibus maioribus, siue minoribus, imponi posse à proprio Episcopo, siue ab eius Vicario generali; cum hac tamen declaratione, quod hoc intelligatur respectu prolationis sententiæ, in qua fit condemnatio: non verò quatenus attinet ad factum eiusdem degradationis actualis, quia illud tanquam concernens exercitium ordinis Episcopalis, solum per ipsum Episcopum, & non per Vicarium expediri potest. Ita Vega. Sed Vicarius Capituli, Sede Vacante succedit Episcopo in his, quæ pertinent ad iurisdictionem, non autem ad ordinem Episcopalem: Ergo. Et hoc etiam confirmauit auctoritate Doctorum, & rationibus Ioseph Aldrete *de Religiosa disciplina tuenda, lib.1.c.3.num.17.& 18.* vbi etiam notat, Episcopum electum, & confirmatum, nondum tamen consecratum posse cognoscere de criminibus depositione dignis, & deponere Sacerdotem, & verbaliter degradare, & remittere ad Episcopum consecratum, qui illum actualiter degradet. Ex quibus verbis, ego olim consului Vicarium Capituli, Sede Vacante, potuisse ferre sententiam degradationis contra aliquem, & actualem degradationem remittere Episcopo viciniori, vel alteri.

Sup. hac remissione supra in tr.3. lege doctrinam Res.78.

2. Nota hîc obiter, quòd Prælatus Regularis non potest iure communi deponere, nec degradare suos subditos, nisi competat ei consuetudine, vel priuilegio Ita Nauarrus *l.3.Consilior.consil.58.de Regularibus n.3.* Et quòd priuilegium attinet, nullum tale inueni in compendio Minorum, cæterùm in Compendio Societatis Iesu, *verb.Prælat.§ 3.* est quoddam priuilegiũ, quod credo extendi ad hunc casum, quantum ad depositionem verbalem tantùm. Et ita obseruat Auila *loco citato*, & Pellizzarius *in man. Regular. tom.2. tract.7. cap.3.sect.4.n.125.*

RESOL. XIX.

An Capitulum Sede Vacante possit dispensare super omnibus irregularitatibus, suspensionibus, &c. quibus potest Episcopus vigore Concily Tridentini sess. 24.cap.6?

Et explanatur, quomodo non succedat Capitulum Sede Vacante in his, quæ competunt Episcopo iure speciali gratioso, videlicet priuilegio vel commissione Pontificis; & quomodo succedat in his, quæ spectant iure communi speciali. Ex part. 8. tract.4. Res.7.

Quæ nunc hanc sequetur. & suprà in tr. 3. Res. 26.§. vlt. in principio.

§. 1. IN *part.7. tract.2. resolut. 3.* pro negatiua & affirmatiua sententia plures Doctores adduxi, & ego probabiliter affirmatiuæ adhæsi, quam etiam tenent Baldellus *tom.2. lib.1. disp. 48. n.22.* Merolla *tom.3. disp.7.c.7.dub.1.n.26.* Solorzanus *de Indiarum iure, tom.2. lib.3.c.13.* & Felicianus à Vega *in cap.4. de iudic.§.de adulteriis, num.53.*

2. Sed ne deseras, videre Riccium *in praxi tom.3. resol.265.* Et ratio est, quia Capitulum, Sede vacante, non solùm succedit in iurisdictione ordinaria iure communi ad Episcopum spectante, ex *d.cap.cum olim, & cap.ad abolendam*, vbi gloss. *Episcopum pertinente*, ex Abbat. *in d.§. de adult.n.17.* & Dec. *n.150.* & cùm à Concilio Trident. *in dicto cap.6.* etiam iure speciali, & hoc Episcopis ratione iurisdictionis concedatur merito Capitulum in dicta iurisdictione succedit, & in hoc casu dispensat.

3. Nec obstat, quòd Capitulum non succedit in his, quæ competunt Episcopo iure speciali, ex Innocent. *in cap.cum in cunctis.n.7.de elect.* Abb. *in cap. verum, n.9.in princip. de foro compet.* Azeued. *ad Curiam Pisan.lib.1.cap.8.cx n.10.* nam hoc est verum in his, quæ competunt iure speciali gratioso, videlicet priuilegio, vel commissione Pontificis, non verò in his, quæ spectant iure communi speciali, vt in hac specie Concilij, ita docet Abb. *in dicto cap. verum, n.9.* Felinus *in c.eam te, num.17.de rescriptis.*

4. Et ideò hanc sententiam, præter Doctores citatos, tenet Rodriguez *in summ.tom.1.cap.71.num.5. & 23.* vbi sic ait: *Aunque algunos digan, que el Cabildo Sede vacante, no puede vsar dela facultad concedida à los Obispos en el Concilio Tridentino* sessione 24. de reformatione, cap.6. *attento que esta facultad no compete à los Obispos segun derecho ordinario, sino extraordinario, y el Cabildo*, Sede Vacante, *solamente sucede en la jurisdicion ordinaria del Opispo, como lo afirma Suarez. Empero esta opinion nunca me quadro, porque la facultad que en el dicho decreto se concede a los Oispos ya es ordinaria pues el derecho ordinario la concede, lo qual prueuo de la que dize el mismo Suarez, cuyas palabras son las siguientes.* Præterea Concilium non limitat hanc potestatem, vt intelligatur concessa Episcopis tanquam delegatis Sedis Apostolicæ, quod aliis locis facere solet, sed simpliciter eam facultatem Episcopis concedit, vt ex vi illius decreti videatur hæc facultas iam annexa muneri Episcopali, quasi iure ordinario *Pruevase mas, porque el poder de dar grado de Dotor concedido à algun Obispo por razon de algun priuilegio, compete al dicho Obispo conforme derecho ordinario, y passa en el Cabildo* Sede Vacante, *si el Obispo la tiene por razon de priuilegio perpetuo, el qual da jurisdicion ordinaria, lo qual con mayor razon se hà de dezir, quando el dicho priuilegio està concedido por derecho comun, como consta de lo que trae Panormitano, comunmente recebido. Pruevase mas, porque el dicho decreto Concilial se hizo en fauor de las almas, por lo qual segun derecho mas se deue estender, que limitar, y si el Capitulo* Sede vacante *no pudiesse vsar de su autoridad, bien se echa dever el daño que se sigue à las almas, porque muchas vezes acaece estar la Iglesia vacante, vno, y dos años, en el qual tiempo las ouejas della carecerian deste remedio saludable contra la mente del mismo Concilio Tridentino, el qual encomendando la residencia à los Obispos, dize las siguientes palabras:* Hi meminerint discessuri ita suis ouibus prouidendum, vt quantum fieri poterit, ex ipsorum absentia nullum damnum accipiant. Sic ille; cui adde Doctores, quos citat, & sequitur Merolla *tom.2. disp.4.c.6.n.132.*

RESOL. XX.

An Capitulo Sede Vacante competat priuilegium Concily Tridentini sess.24. c.6. de Reformat. quoad disp en

dispensandum, & absoluendum?
Et quid quoad absoluendum ab hæresi?
Et an Collegium Cardinalium Sede vacante gaudeat hac facultate Concilij? Ex. part. 7. tractat. 2. Resol.

NEgatiuè respondet Filliucius, *tom.1. tract. 20. capit. 10. num.276.* Suarez *de Cens. tom.1. disput. 41. sect.2. num. 13.* Leo *in Thes. for. Ecclesiast. cap.10. num.8.* Alterius *de Cens. tom.2. disput. 8. cap. 3. conclus. 4.* Bonacina *de Cens. disputat.7. quæst.3. punct.1. num.6.* & Stephanus de Aluin. *de potestate Episcop. cap.27. num.1.* Et quo ad facultatem absoluendi ab hæresi tenet etiam hanc sententiam Ledesma *tom.2. tract.1. cap.6. post 20. conclus. dubit.1.*

2. Probatur hæc opinio, quia Sacra Congregatio, vt refert Suarez loco citato & etiam Garzias *de benef. part.7. cap.11. num.13.* declarauit prædictam facultatem concedi solis Episcopis priuatiuè, quoad omnes alios, ergo in dicto cap. Concilij excluditur Capitulum Sede Vacante. Secundò, quia Capitulum Sede Vacante, succedit in his, quæ sunt iurisdictionis ordinariæ iure communi generali ad Episcopum spectantis, non verò in iis, quæ competunt Episcopo iure speciali, ex Innocentio, *in cap. cum in cunctis, num.7. de elect.* Abbate, & aliis, quos allegat Cenedo *infr. cit.* Sed huiusmodi facultas conuenit Episcopo, non iure generali, & ordinario, sed speciali, & extraordinario, ipsis Episcopis concesso, ergo non transit in Capitulum, Sede vacante. Ergo, &c.

3. Sed his non obstantibus contrariæ sententiæ adhæreo, quam tuetur Marcellus Vulpe *in Praxi cap.44. num.9.* Piasecius *in Praxi noua part.2. cap.1. num.16.* Alzedus *in Praxi, part.2. cap.6. num.71.* Gavantus, *in Man. Episcop. ver. Capitulum, Sede Vacante num.48.* Caspensis *in Cursu Theol. tom.2. tract.15. disput.5. sect.17. num.118.* Sanchez *de Matrimonio lib.8. disp.2. num.10.* Garzias *de benef. part. 5. cap.7. num.41.* & me citato cum aliis Barbosa *de Pontif. Episcop. part. Allegat. 39. numer.16.* quibus omnibus adde Sanctarellum, *tract. de Hæresi cap.5. dub.1. num.5.* Villalobos *in summa tom.1. tract.21. difficult.9. num.5.* Et ratio est, quia Capitulum, Sede vacante, non solum succedit in his, quæ competunt Episcopo iure communi generali, *cap. cum olim. de Maior. & obed.* Sed etiam in his, quæ iure speciali competunt Episcopo tanquam ordinario, & Episcopo, & ex iurisdictione ordinaria: vt in iurisdictione, quam habet Episcopus ex consuetudine, vt docent Abbas *in dict. cap. cum olim 10. quæst.* & *in cap. si Clerici §. de Adulteriis: De iud.* Decius *ibid. n.150.* Cenedo *Collectaneo 4. ad decretales Sixti num.3.* Garzias *dict. cap.7. num.40.* plures alios citans. At prædicta facultas licet competat Episcopo iure speciali dicti Tridentini, tamen competit ei iure communi, & ex iurisdictione ordinaria ei tributa per dictum decretum, cum sit potestas competens non personæ, sed dignitati, vel officio in perpetuum; & consequenter ordinaria, ergo Capitulum, Sede Vacante, succedit in prædicta iurisdictione dispensandi, & absoluendi. Vnde ex his patet responsio ad rationes Bonacinæ, & Filliucij adductas in contrarium. Nota etiam hic, quod Collegium Cardinalium Sede Vacante, gaudet hac facultate Concilij. Ita docet Caspensis *in Cursu Theologico tom.2. tract.25. disput.5. sect.15. num.120.*

RESOL. XXI

An Capitulum Sede Vacante possit absoluere ab hæresi?

Et ex doctrina huius Resolutionis aliqua alia circa supradictam quæstionem inferuntur, & tandem explanatur, quod saltem per Bullam Cœnæ Domini hæc facultas absoluendi ab hæresi est reuocata Capitulo Sede Vacante. Ex part. 8. tractat. 4. Resol.6.

§. 1. NEgatiuè respondet Suar. *in 3. part. tom.4. sect.2. num.4.* Ledesma, quem citat, & sequitur Trullench, *in Decalog. tom.1. lib.1. cap.3. dub.3. num.2.* Sup. hoc cursim in fine § præcedentis Resol. & legè doctrinam Resol. & §§. not. seqq.

2. Sed contra P. Baldellus *tom.2. lib.1. disput. 48. num.21.* vbi adducit plures Doctores sentientes Capitulum, Sede vacante, verè gaudere facultate absoluendi ab hæresi; quia, quamuis Capitulum non succedat Episcopo in iis, quæ illi conueniunt iure speciali delegato, vel ex commissione specialiter illi facta, de quo potest videri Sylvest. *verb. Capitulum num.3. & 4.* succedit tamen in iis, quæ conueniunt iure speciali ordinario, vt tradit Panormitanus *in cap. verum, num.9. de foro competent.* Felin. *in capit. eam te, num.17. de rescript.* & ex illis Sanchez *lib.8. de matrimon. disp.8 num.210. cit.* & talis est hæc tota potestas dispensandi, & absoluendi; cùm non detur personæ, sed dignitati, & officio in perpetuum quod signum est potestatis ordinariæ, & non delegatæ, vt videre est apud eundem Sanchez *lib.2. de matrim. disp.40. num.14.* neque dicatur in verbis Concilij, quod detur Episcopis, tanquam delegatis Sedis Apostolicæ: quod esset signum potestatis delegatæ, quamuis esset in perpetuum, ex Gloss. *in cap. ad abolendam, de hæret.* Panorm. *ibidem, num.9.* & aliis apud Sanchez *num.10. cit.* Neque obstat in contrarium, inquit Sanchez *ibidem*, declaratio Cardinalium, quod dicta facultas in Tridentino concedatur Episcopis priuatiuè quoad omnes alios Prælatos inferiores: tum, quia de tali declaratione non constat authenticè, neque est promulgata tanquam iuridica, & habens vim legis: tum, quia non est intelligenda excludere Capitulum, quod, Sede vacante, verè in omnibus est loco Episcopi, & specialiter, quoad facultatem absoluendi.

3. Et ita etiam hanc sententiam docet Fagundez *in Decal. tom.1. lib.1. cap.15. num.19.* vbi sic ait. Nomine Episcopi comprehenditur Capitulum, Sede vacante. Vnde sicut Capitulum, Sede Vacante, olim poterat, vigore prædicti decreti Concilij Tridentini, *sess 25. de reform. cap.6.* ab hæresi, & aliis censuris Bullæ Cœnæ ante prædictam Bullam absoluere; ita hodie poterit in secunda opinione, quam probabiliorem iudicamus. Quamuis enim ea, quæ iure speciali competunt Episcopis, non transeant ad Capitulum, vt cum communi docet Innocentius *in cap. cum in cunctis, num.7. de elect.* & Abbas *in cap. verum, num.9. de foro compet.* & hæc facultas iure speciali in eo Concilij decreto illis sit concessa: attamen id intelligendum est de iis, quæ Episcopis competunt ex commissione, & ex iure speciali delegato; non verò de iis quæ illis competunt iure speciali ordinario. Hæc autem facultas illis conceditur iure speciali ordinario, non delegato, quia conceditur illis ratione officij, & dignitatis, non personæ Ita Fagundez, cui nouissimè addendus est P. Baunius *in Theolog. mor. tom.1. tract.11. quæst.26.* vbi sic asserit. Notare lubet primo, quod Episcopus

de hæresi occulta possit absoluere, iuris communis esse, ea enim priscis sæculis est laxata à Patribus Ephesini Concilij, cum Quartadecimanos reconciliauere Ecclesiæ Ephesini Concilij *actione 6.p.2.*

4. Deinde quæro, ecquid Episcopi facultatem habeat eam remittendi antiquo Lucij tertij beneficio? hæc enim est eius oratio *in cap. ad abolendam 9. extra de hæreticis*, si qui verò fuerint, qui à lege Diœcesana iurisdictionis exempti, soli subiaceant Sedis Apostolicæ potestati, nihilominus in his, quæ sunt contra hæreticos instituta, Episcoporum subeant iudicium, quod ergo de hæresi inquirere, eaque remissa reconciliare hominem Ecclesiæ, Episcopus valeat, noui non est, ac specialis iuris, sed antiqui.

5. *Secundò*, meminisse conuenit, Episcopum communi iure de omni casu posse absoluere, quem sibi Pontifex speciatim non reseruauit, Caietan. *verb. excommunicatio, cap. 1.* & expresse Innoc III. *cap. nuper 29. de sent. excom.* his verbis: Quia conditor canonis eius absolutionem sibi specialiter non reseruauit, eo ipso concessisse videtur facultatem relaxandi.

6. Et id quoque in hac materia aduertere est necesse, hæresim prisco maiorum ævo, canonúmque lege, Pontifici reseruatam non fuisse, vt patet ex *cap. non erit 49. extra de sententia excommunicationis*, & *cap. ad abolendam 9. de hæreticis*, nam ille, id est, Honorius III. *cap. non erit 49.* excludit quidem è sacris, ac de piorum cœtu hæreticos, qui statuta libertati Ecclesiasticæ contraria seruari curant, nec tamen indicat cordi sibi esse, vt non nisi annuente se ac probante, reddantur Ecclesiæ, posteriori autem datur facultas Episcopis, quemadmodum & *in cap. per hoc*, 17. *de hæreticis in 6.* eos iudicandi, puniendi, restituendi templis, Ecclesiæ, ac Sacramentis eius, si continuò post deprehensionem erroris ad fidei Catholicæ vnitatem sponte recurrere, & errorem suum ad arbitrium Episcopi regionis publicè consenserint abiurare, *cap. 9. de hæret.*

7. Quæ oratio si est vera, si canonicis legibus congrua, facilis se mihi expeditáque via ad finem postremæ huius sententiæ aperit. Nam quæ potestatis sunt ordinatiæ in Episcopo, hæc facere Capitulum potest Vacante Sede, *vt est in cap. cùm olim, de maioritate & obedientia*; sed absoluere ab hæresi iure est concessum Episcopo, eadem enim potest in hac causa, quæ Inquisitor fidei, sicut in decretali *per hoc*, 17. *de hæretic. in 6.* habet Bonif. ergo & Capitulum, cùm vacat Sedes.

8. *Secundò* non dicit Concil. Episcopum absoluere posse de hæresi tanquam delegatum, aut auctoritate Apostolica, facit ergo iure ordinario.

9. Argumentis respondendum, *primo* quidem negando propositionem eius maiorem; enimverò cùm hæreseos absoluendæ authoritas, Inquisitori sit communis cum Episcopo, vt habetur *in citato c. 17. de hæreticis in 6.* causa reddi nulla potest, quæ suadeat, insularum Episcopalium; pedique Pastoralis vllam à Papa rationem habitam esse, in istius concessione facultatis.

10. Secundi minor item est neganda, cùm nunquam non fuerit, quin Episcopus subditos de hæresi absoluerit, vt patet ex citatis antè canonibus.

11. Ad confirmationem dicendum est, ad ius commune Episcopi, speciale quoque Tridentini accessisse, non fieri tamen cumulatione hac iuris, vt quod ei ad illam diem permissum fuerat ex officio, modò tantum fas sit illi aggredi precario, solóque Patrũ beneficio: Huc vsque B. Paunius contra Suarez.

12. Verùm licèt hæc opinio sit satis probabilis, stando in terminis Concilij Tridentini; hodie tamen non est in praxi admittenda, stante Bulla Cœnæ, quæ hanc facultatem Episcopis etiam adimit, vt ego fusiùs alibi probaui; & absolutè primam sententiam tenet Rodriguez *in summa tom. 1. cap. 71. num. 25.* vbi sic ait: *Verdad es que la concession hecha à los Obispos para absolver de la heregia occulta, aunque no estuviera derogada, no se traspassa al Cabildo, Sede Vacante, porque esta compete à los Obispos por derecho especial, de manera que no se comunica à sus Vicarios.* Ita ille.

Fusiùs alibi in com. & Ref. 1. Sed his fine & in 2. §. 1. inter medium & finẽ. vers. Sed & ibi, & Ref. 1. & 36. §. Tertium, & in alium antecationem.

RESOL. XXII.

An Capitulum Sede Vacante possit procedere contra Hæreticos?

Et an Vicarius Capituli Sede Vacante iure ordinario debeat assistere Inquisitoribus in dictis causis Fidei, Ex. p. 8. tr. 4. Ref. 37.

§. 1. AD hanc quæstionem, me citato, sic respondet Carena *tract. de S. Officio part. 1. tit. 6. §. 3. num. 10.* Capitulum, Sede Vacante, succedit in iurisdictione, Episcopo defuncto, Episcopo competenti iure ordinario, non autem iure delegato, Barbosa, qui alios allegat, *de Officio Episcopi, part. 3. alleg. 36. n. 10.* vnde cùm in causis hæresis proceditur ex parte Episcopi, iure ordinario, non est dubium quin Vicarius Capituli, Sede Vacante, debeat assistere Inquisitoribus in dictis causis fidei, Farin. *quæst. 186. num. 177.* Diana *Resol. moral. tract 8. part. 4. resol. 33.* & Ferdin. de Castro Palao, *dicto puncto 12. §. 1. num. 5.* qui alios referunt.

Quæ nunc inscriptione in rom. 1. 10 Ref. 6.

2. At in casibus in quibus Episcopus procederet, vti delegatus, vt cũ in causis hæresis proceditur contra exemptos, nam in hoc casu Episcopum non posse; vt ordinarium, sed vt delegatum considerari, secũdum communiorem opinionem tradidit Farin. *dicta quæst. 186. num. 7.* tunc non posse Vicarium Capituli procedere, magis etiam comm. voluerunt scribentes, quos longa serie cumulant, & sequuntur Farin. *vbi suprà, n. 181. & seq.* Castro Palao *n. 6.* & Diana *Vers. sed an Capitulum*, & hoc quidem de stricto iure procedit, quoniam in contrarium pro Vicar. Capituli sensit Quaranta in summa Bullarij *in verb. Capitulum*, Sede Vacante, *num. 2. in principio, vers. & primò*, vt legẽ intelligatur, cuius opinionem in praxi video in nostra Inquisitione Cremonæ obseruatam. Ita Carena; cui adde, me etiam citato, Barbosam *tract. de can. cap. 42. num. 68.* & alios penes ipsum.

Sup. hoc idem in 3. Sed ad confirmationem hanc vide Ref. 1.

RESOL. XXIII.

An Capitulum Sede Vacante possit dispensare in petitione debiti, & concedere facultatem absoluendi à reseruatis?

Idem est dicendum de eius Vicario, aut Proviſore. Ex p. 8. tr. 4. Ref. 47.

§. 1. RESPONDEO affirmatiuè cum Molina *de Iust. tom. 6. tract. 5. disp. 11. n. 5.* vbi sic ait: Dubium est vtrum Capitulum, Sede Vacante, & loco illius, Vicarius, seu prouisor illius dispensare in iis potest ratione Episcopalis iurisdictionis vt in votis, in quibus Episcopus dispensare potest, in petitione debiti, vt illegitimus minores Ordines suscipere possit, & obtinere beneficium aliquod simplex, iuxta *c. 1. de filiis Presbyter l. 6.* Quamuis autẽ quidam negauerint, ducti, quod dispensatio sit vsus voluntariæ iurisdictionis, & quod ad Capitulum, Sede Vacante, solum deuoluatur iurisdictio necessaria: contrarium tamen est dicendum cum Panormitano *c. cum olim, de maioritate & obedient. n. 2. vers. octauò dubitatur*, cum Nauarr.

Sup. hoc il. legitimo magis late supra in Ref. fol. 17. & in alijs vers. eius anal.

Nauarr. *vbi suprà, consil.* 28. *&* 30. cum Panvino *vbi supra q.*5. & cum aliis, quos citant, nempe dispensare posse. Quoniá tota vniuersim iurisdictio Episcopi censetur ad Capitulum deuolui, etiam voluntaria, quæ non fuerit reperta esse illi denegata, vt dictum est: nullibi autem hanc iurisdictionem comperimus illi esse denegatam. Et cùm sæpè expediens ac necessarium sit cum subditis dispensare in multis, vt ex se est notissimum, & colligitur ex *c. Domino sancto*, iuncta gloss. *ibi verb. necesse*, & iuncto *c. vt constituereturr, dist.* 30. non sufficienter esset prouisum Diœcesibus, si iurisdictio Episcopi, sine dispensandi iurisdictione ad Capitulum deuolueretur, Sede vacante. Potest item concedere facultatem absoluendi ab omnibus casibus Episcopo reseruatis, cùm sit eadem ratio, & ex se sit petitiçuum, affirmátque Panormitanus, *c. vnic. his qu. not. & cum olim* 14. *de maioritate & obedient.* & in omnibus cõsentit Panvinus *quæst.* 5. *citata, part.* 1. Hæc Molina, quæ etiam confirmant aliqua à nobis in superioribus resolutionibus firmata.

RESOL. XXIV.

An Capitulum Sede Vacante possit dispensare in casibus Pontificiis, quando non est facilis recursus ad Papam, vel ad Nuncium Apostolicum, si ad eam dispensationem concedendam potestatem habeat?

Et an Episcopus possit prædictam facultatem delegare in supradictis casibus? Ex parte 8. tractatu 4. Res. 9.

§. 1. REspondeo affirmatiuè cum Merolla *tom.* 3. *disput.* 7. *cap.* 7. *dub.* 1. *num.* 12. vbi sic ait: Ampliatur quintò, vt succedat etiam in iurisdictione, quam habet Episcopus ex præsumpta voluntate Pontificis: vt dispensádi in legibus Pontificiis, in casu necessitatis, quando non facilè potest adiri Pontifex, vel Nuncius Apostolicus, si ad eam dispensationem concedendam potestatem habeat. Ratio est, quia Capitulum succedit in totam iurisdictionem ordinariam Episcopi, vt suprà probatum est, at verò iurisdictio, seu potestas, quam habet Episcopus dispensandi in legibus Pontificiis in casu necessitatis, est ordinaria; ergo in ea succedit Capitulum. Minor probatur, nam iurisdictio annexa perpetuò dignitati, qualis est hæc, est ordinaria, vt multis allegatis ostendimus *cap.* 3. *dub.* 1. & hinc est, quòd potest eam Episcopus delegare, etiam generaliter, vt bene inquit Sanchez *lib.* 2. *de matrimon. disp.* 40. *num.* 14.

RESOL. XXV.

An Capitulum Sede Vacante possit absoluere à iuramento? Ex p. 8. tr. 4. Res. 23.

§. 1. AFfirmatiuè respondeo cum Merolla *tom.* 3. *disp.* 7. *cap.* 7. *dub.* 1. *num.* 31. qui citat Cardinalem, Felinum, & alios, quibus ego addo Rodriguez *in sum. tom.* 1. *cap.* 71. *num.* 6. Et ratio est, quia absolutionem à iuramento ordinario, potest Episcopus concedere; ergo & Capitulum Sede Vacante.

RESOL XXVI.

An Capitulum Sede Vacante possit dispensare in omnibus votis, & iuramentis, quibus possit Episcopus? Ex parte 8. tractatu 4. Resol. 45.

§. 1. REspondeo affirmatiuè; & ideò pro certò habendum est, posse dispensare in omnibus votis, in quibus potest Episcopus iure ordinario, cùm in Episcopi iurisdictionem succedat, atq; ita sentiunt Arag. 22. *quæst.* 88. *art.* 12. *conclus.* 5. Antonius Gomez. *in Cruciata, claus.* 10. *n.* 62. Sayr. in *claui regia l.* 6. *c.* 11. *n.* 94. Man. Rodrig. *sum. tom.* 2. *c.* 10. *n.* 3. Henriquez *l.* 14. *de irregularitate, c.* 18. *n.* 2. *fine & l.* 6. *de pœnitent. c.* 6. *num.* 1. & ita etiam docet Ludouicus à Cruz *in Bulla Cruciatæ, disp.* 1. *c.* 6. *dub.* 19. *n.* 13. Sanchez *in summa, tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 38. *n.* 17. Molina. *de Iustit. tom.* 6. *tract.* 5. *disp.* 11. *n.* 5. & Fagundez *in Decalog. tom.* 1. *l.* 2. *c.* 4. *n.* 23.

RESOL. XXVII.

An Capitulum possit cognoscere causas Matrimoniales?

Et an Capitulum possit reuocare statuta præcedentis Episcopi, si fuerit expediens, & contraria statuere, quæ obligent totam Diœcesim? Ex part. 8. tract. 4. Res. 22.

§. 1. PRima facie videtur negatiuè respondendum, ex quo Concilium simpliciter verba facit de Episcopo, & consequenter minimè extendendum ad Capitulum, provt à simili arguit Abb. *in cap. quod in iis, de maiorit. & obedient.* Alexand. de Neuo, *consi.* 71. Calder. *in cons.* 2. *de iis, quæ fiunt à Prælatis absque consensu Capituli.*

2. Cæterùm contrariam sententiam tenendam existimo, quam firmarunt text. *in cap. veniens, de eo, qui duxit in matrim.* resoluunt Couarruuias *dicto n.* 1. *in princip. versic. atque etiam*, Panvinus *de officio, & potestate Capituli, Sede Vacante, part.* 1. *quæst.* 10. *sub num.* 8. Quaranta *in summa Bullarij, verb. Capitulum Sede vacante, quæst.* 5. vbi asserit per Concilium Tridentinum *dicto loco* dispositum esse, quòd causæ matrimoniales relinquantur examini, & iurisdictioni Episcopi, tantùm vt excluderentur alij Prælati inferiores: at Capitulum in hoc casu non dicitur inferior Episcopo, sed par.

3. Et ideo hanc sententiam tenet Rodriguez *in summa, tom.* 1. *cap.* 71. *n.* 8. vbi sic ait: *El Cabildo*, Sede Vacante *puede conocer de las cosas arduas, pues le es concedido conocer de las cosas matrimoniales, que segun derecho se cuentan entre las graues, y no le està lo dicho prohibido, y mas que el conocimiẽto dellos no preiudicia al futuro successor, como lo tiene Pãuino despues de Abab. Ni el Concilio Tridentino dispone lo contrario, porque aunque dize, que el examen de las cosas matrimoniales se deba al examen del Obispo, no por esso quita este poder al Cabildo* Sede Vacante, *pues tiene la jurisdicion Episcopal ygual, sino à otros inferiores juezes, como lo dize Nauarro.* Ita ille, cui adde Molinam *de Iustit. tom.* 6. *tract.* 5. *disp.* 11. *num.* 7. vbi probat Capitulum, Sede Vacante, posse facere statuta, quæ obligent totam Diœcesim, & vim habeant obligandi in perpetuum, etiam tempore Episcoporũ, qui in eo Episcopatu successerint: sicut Episcopus potest eadem statuta perpetua façere. Cæterùm quicumque Episcopus in eo Episcopatu succedens poterit illa reuocare: sicut & reuocare potest quæcumque alia cuiusuis alterius Episcopi sui antecessoris: neque enim prædecessor auferre potest successori in Episcopatu potestatem condendi noua statuta, & reuocandi iam condita. Item statutum in præiudicium successoris esset nullum: quia Sede Vacante, nihil in præiudicium

cium Episcopi, & Diocœsis innouari potest, *cap. 1. & seq. ne Sede Vacante.*

4. Et ratio huius postræ conclusionis est, quia Capitulum succedit in tota Episcopi iurisdictione ordinaria, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, vt *suprà* dictum est, nisi aliquid inueniatur ei prohibitum; at Episcopus iure ordinario potest condere leges, seu statuta pro tota diœcesi, quæ durent etiam post mortem ipsius, & hoc non inuenitur prohibitum Capitulo; ergo non est illi denegandum. Confirmatur, quia potest occurrere necessitas corrigendi aliquas prauas consuetudines: ergo potest Capitulum per statuta pœnalia tali necessitati prouidere: erunt ergo illa statuta de se perpetua; quia hoc est de ratione statuti, vt dicunt communiter Doctores. Et quia nihil in hoc præiudicatur futuro Episcopo; nam poterit illa reuocare si expedire censuerit: ergo, &c.

Supræ in Resq. quæ hic est 1.

Sup. hoc in tom. 6 tr. 1. ex lata doctrina Resp. 19 §. Ex his sed lege eam per totam.

5. Hinc infertur posse Capitulum reuocare statuta præcedentis Episcopi, si fuerit expediens, & contraria statuere, quia est æqualis illi in iurisdictione, & est posterius; ergo, sicut Episcopus successor potest reuocare statuta Prædecessoris; ergo & Capitulum, qui Episcopo mortuo succedit in iurisdictione.

RESOL. XXVII.

An Capitulum Sede Vacante, & eius Vicarius Generalis habeant facultatem dandi licentiam assistendi matrimonio, & ingrediendi Monasteria Monialium? Ex p. 8. tr. 4. Resp. 49.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 6. ex Resp. 90 §. 1. inter medium & finem. à vers. Præterea censeri Ordinarii.

§. 1. Respondeo affirmatiuè, & ideò sub nomine Ordinarij, qui & assistere, & assistendi licentiam dare potest *in cap. 1. sess. 24. de reformat.* Concilij Tridentini comprehenditur Capitulum, Sede Vacante, & eius Vicarius Generalis, cùm succedat in omni iurisdictione ordinaria Episcopi; & ita docet Gutierrez *de matr. cap. 66. n. 5. & 13.* Pontius *l. 5. c. 10. n. 4.* & Bossius *cap. 4. §. 21. n. 59.* & alij pene, ipsum.

2. Quoad licentiam verò ingrediendi monasteria Monialium iuxta Concilium Tridentinum *sess. 25. cap. 5. de regular.* Respondeo etiam affirmatiuè; & ita tenet doctus, & amicissimus P. Pellizarius *tract. de Mon. c. 5. sect. 5. n. 148* vbi ex Suarez probat sub nomine Episcopi in verbis Concilij venire etiam Capitulum, Sede Vacante, & consequenter Vicarium Capitularem, cum succedat in ordinaria iurisdictione Episcopali.

RESOL. XXIX.

An Capitulum Sede Vacante possit concedere monitoria ad effectum reuelandi? Ex p. 8. tract. 4. Resol. 17.

§. 1. Affirmatiuæ sententiæ adhærendum est, & ideo Rodriguez in *summa tom. 1. cap. 71. num. 6.* sic ait: *El Cabildo Sede Vacante puede descomulgar à los que saben quien tiene lo ageno, para que lo descubran, y salgan del pecado, y puede poner las de mas descommuniones que puede el Obispo, y tiene autoridad para absolver dellas, como se dize en el derecho, salvo si son reservadas al Papa, pues el poder de descomulgar anda aparejas con el poder de absolver. Assi lo tiene despues otro Nauarro. Y assi puede poner vn penitenciario para que absuelva de todo lo que puede el Obispo, como lo determina Panormitano.* Ita ille.

Sup. hoc infra in Resol. 31. §. vlt.

2. Vnde Merolla *tom. 3. disp. 7. cap. 7. dub. 1. n. 35.* sic ait. Deducitur posse Capitulum, Sede Vacante, concedere Monitoria ad finem reuelandi bona deperdita, vel scripturas, sub pœna excommunicationis; quia hæc potestas iure ordinario competebat Episcopo.

Sed de auctoritate ferendi censuras, & absoluendi, superiùs à nobis actum est.

Superius Resp. quæ nunc hic sequuntur.

RESOL. XXX.

An Capitulum Sede Vacante, & eius Vicarius possit ferre censuras?

Et an vero capitulum Sede Vacante possit ponere interdictum tam personale, quam locale, & etiam cessationem à diuinis? Ex p. 8. tr. 4. Resp. 11.

§. 1. Respondeo affirmatiuè cum Hurtado *de censur. in communi diffic. 4. n. 10.* vbi loquens de auctoritate ferendi censuras, sic ait. In vicario quoque, seu Prouisore Episcopi inuenitur, quia idem est tribunal Vicarij & Episcopi, vt constat ex *cap. 2. de consuetudine*, & ex *cap. Romana 3. de appellat. in 6.* Reperitur etiam in Capitulo Cathedrali, Sede Vacante, quia succedit Episcopo in iurisdictione Episcopali, vt deducitur ex *cap. vnic. de maior. in 6.* Et etiam reperitur in Vicario ipsius Capituli, vt deducitur ex Tridentino *sess. 24. cap. 16. de reformat.* Ita ille.

2. An verò possit Capitulum, Sede Vacante, ponere interdictum, tam personale, quàm locale? affirmatiuè respondet Auila *de censur. part. 5. disp. 2. dub. 1. concl. 1.* qui etiam *part. 6. disp. 2. dub. 1. concl. 1.* notat, Capitulum, Sede Vacante, posse imponere cessationem à Diuinis, sic enim ait. Non solùm Papa, sed etiam Episcopi, & alij Prælati habentes potestatem Episcopalem, possunt potestate ordinaria ponere cessationem. Ita Soto *dist. 22. quæst. 3. art. 1. concl. 3.* Sylvest. *verb. cessatio* Pater Henriquez *n. 1.* Couar. *cap. vbi mater, part. 2. §. 2. num. 6.* vbi *vers. ex quibus*, dicit esse communem, vnde idem potest Capitulum Sede Vacante. Ita Couarr. & *Gloss. cap. si Canonici, de offic. ordinarij, in 6.* vbi ait, quòd Canonici, Sede Vacante, possunt iure ordinario ponere cessationem, quia succedunt in iurisdictionem ordinariam Episcopi. Ita Auila.

RESOL. XXXI.

An Capitulum Sede Vacante possit absoluere ab excommunicatione incursa propter percussionem Clerici, & quid de aliis censuris?

Et similiter, an possit punire, deponere, suspendere, & priuare beneficiis, & alia facere, quæ ad correctionem spectant?

Et an possit deputare Pœnitentiarios cum potestate absoluendi ab huiusmodi excommunicationibus, & aliis casibus Episcopo reseruatis? Ex p. 8. tract. 4. Resol. 12.

§. 1. Respondeo posse Capitulum absoluere ab excommunicatione lata, tam à iure, quam ab homine, quando ab illa Episcopus absoluere potest propter eandem rationem; & habetur expressè *in cap. vnic. de maiorit. & obed. lib. 6.* Excipiunt aliqui excommunicationem latam *in can. si quis suadente, 17. q. 4* contra percussores Clericorum. Ratio eorum est, quia *in cap. peruenit, de sentent. excom.* vbi

vbi conceditur Episcopis facultas absoluendi ab hac excommunicatione, quando percussio est leuis, habentur hæc verba: Tuæ fraternitatis arbitrio duximus committendum. At nullus Episcopus inferior frater Summi Pontificis, sed filius appellatur, vt patet ex communi stylo Romanæ Curiæ.

2. Hæc tamen opinio mihi non probatur, nam licèt procedat in aliis Prælatis Episcopo inferioribus, secùs verò in Capitulo, quod non est inferius Episcopo quo ad iurisdictionem, sed par quia eius iurisdictione vtitur, habetque eamdem potestatem, tanquam subrogatum, arg. text. *in cap. is, qui in iure, de reg. iur. in 6.* vnde Capitulum non dicitur proprie Vicarius Episcopi, sed successor, vt docent Fedet. de Sen. *cons. 30. num. 6.* post gloss. *in cap. 1. de major. & obed. lib. 6.* Abb. *in cap. cum olim, not. 1. extra eod. tit.* Roman. dicens esse communem opinionem, *consil. 506. numero 13. in fin.* vbi Mandos. *lib. 1.*

3. Et ita etiam docet Molina *tom. 6. tract. 5. disp. 11. num. 6.* vbi sic ait. Ex eodem fundamento, quòd tota iurisdictio Episcopi, quæ in iure denegata ei comperitur, derivetur in Capitulum, Sede Vacante; constat Capitulum, Sede Vacante, excommunicare posse. Ita Navarr. *in Manual. cap. 17. num 5.* resque est notissima. Potest item absoluere ab excommunicatione tam à iure, vt ob percussionem Ecclesiastici, quam ab homine quando ab eis Episcopus absolvere potest. Ita habetur expresse *cap. vnic. de major. & obed. lib. 6.* Potest similiter punire, deponere, suspendere, & privare beneficiis, & alia facere, quæ ad correctionem spectant; cùm ea omnia ad Iurisdictionem Episcopi spectent. Ita Molina.

4. Hinc infertur posse Capitulum deputare Pœnitentiarios cum potestate absoluendi ab huiusmodi excommunicationibus, & aliis casibus Episcopo reservatis, sic Azor. *tom. 2. lib. 3. cap. 37. quæst. 6.* Vgolin. *de potest. Epis. cap. 36.* Barbosa *eod. tract. 3. allegat. 52. num. 3.* Et quod dictum est de excommunicatione, dicendum est etiam de aliis censuris, quia militat eadem ratio.

RESOL. XXXII.

An Capitulum Sede Vacante possit approbare Confessarios? Ex p. 8. tr. 4. Resol. 46.

§. 1. AD hoc dubium respondet Ludovicus à Cruz *in Bulla Cruciatæ, disp. 1. c. 2. dub. 24. n. 2.* vbi supponit sub nomine Episcopi in Concilio, intelligendum fore quemcumque Prælatum exemptum, iurisdictionem Episcopalem habentem in Populum fidelium. Vnde nec Episcopus tantum electus, nec etiam consecratus, si Episcopatum non habeat, nec demum Provinciales, aut Generales Religionum approbationem huiusmodi dare possunt, quia neuter istorum habet iurisdictionem Episcopalem, & ordinariam in populum fidelium; potest tamen eam impendere Episcopus electus, & confirmatus, licet nondum sit consecratus, modò habeat Episcopatum, quia iam iurisdictionis actus exercere valet. Idem est similiter dicendum de Vicario Episcopi, quia vnus cum ipso censetur, illius siquidem iurisdictione vtitur. Immo de Capitulo, Sede Vacante, non est dubium, quin possit Confessores approbare, atque exponere; tum quia vsus communiter receptus hoc satis indicat, id enim efficit per Vicarium suum; tum quia hic actus approbandi non est actus Ordinis Episcopalis, sed iurisdictionis, non sibi specialiter à Pontifice delegatæ sed ordinariæ: hoc enim Episcopis tribuit Concilium ratione sui muneris. Idem ergo potest exercere Capitulum, quod Episcopo succedit in iurisdictione non tanquam inferior, sed æqualis, vt tradunt Canonistæ *in cap. olim. de majoritate & obedientia*, vbi Felinus *versic. 6.* videri etiam potest. Vide etiam Nouarium *in summa Bullar. tom. 2. tit. de Capitulo, Sede Vacante, num. 9.*

RESOL. XXXIII.

An Capitulum Sede Vacante possit revocare licentias Regularium obtentas ad audiendas confessiones?

Idem est de licentiis ad prædicandum. Ex p. 8. tr. 4. Resol. 48.

§. 1. MOuet hoc dubium Fagundez *de præceptis Ecclesiæ, p. 2. c. 7. c. 2. n. 28.* & ad illud sic respondet. Dixi *n. 26.* posse Capitulum, Sede Vacante, de iure revocare approbationem Mendicantibus datam: quia spectatis privilegiis Regularium aliter omnino dicendum est. Capitulum igitur, Sede Vacante, non potest hanc approbationem à præcedente Episcopo Mendicantibus datam revocare, nec licentiam ad prædicandum, aut ad aliqua vota in pia opera commutanda propter speciale privilegium concessum Dominicanis vt in eorum privilegiis continetur *fol. 55. verso*, & Franciscanis, vt in monumento Ordinis, *fol. 113. concess. 144.* à Clemente IV. *ann. 1265.* originale habetur in Conventu D. Francisci Salmanticæ, vt docet Rodriguez *tom. 1. Bull. fol. 36.* & idipsum docet Sylvest. *verb. Confessor. 2. n. 4. q. 3. ad finem.*

Sup. hoc in tom. 7. tr. 1. Resol. 63. & *Ad esso medesmo*, & in Res. 80 §. vlt. ad lin. 4. & magis late in Res. 82. & quoad revocationem licentiæ ad prædicandum, late principio à Res. 1. huius annot.

2. Hinc est, quòd mortuis Episcopis solet Capitulum, Sede Vacante, generali mandato revocare omnes licentias, & approbationes ab Episcopo præcedente datas, compellens, vt omnes Confessarij compareant, iterum examinandi: quod mandatum, cùm sit generale, non comprehendit omnes Regulares, nec vllum eorum: & quamvis de illis specialiter, expresseque loqueretur, adhuc esset nullius momenti, cùm sit directè contra illorum privilegium; nihil enim Capitulum, Sede Vacante, innovare potest quo ad Regulares. Ita Fagundez.

3. Sed apponenda hîc etiam existimo verba Angeli Bossij *de Iubil. sect. 3. cas. 2. §. 1. n. 47.* vbi ita asserit. Adverte solùm successorem in dignitate, & iurisdictione, non autem in iurisdictione tantùm, vt est Capitulum, Sede Vacante, posse semel absolutè approbatos prævio examine iterum ad examen vocare, & approbare, vel reprobare, provt noverit esse, vel non esse idoneos. Nam etsi successor in iurisdictione tantùm, vt Capitulum, Sede Vacante, inspecto iure communi posset approbationes Regularibus concessas revocare, sive sint absolutè concessæ, siue ad tempus certum, durante eodem tempore: nihilominus à Clemente IV. anno 1265. (vt in eorum privilegiis continetur *fol. 55. verso*, & refertur à Ioanne Baptista Confecto in collectione privilegiorum Mendicantium, & Rodriguez *tom. 1. Bullarum, fol. 36.*) religiosis Dominicanis, & Franciscanis concessum est hoc privilegium, vt Capitulum, Sede Vacante, non posset approbationem à præcedente Episcopo prædictis fratribus datam revocare, nec licentiam ad prædicandum, aut ad aliqua vota in pia opera commutanda eisdem cõcessam: de quo privilegio mentionem faciunt etiam Sylvest. *verb. Confess. 2 n. 4.* Alexand. Peregr. *1. p. priuilegiorũ sui Ordinis, tit. absolutio quoad sæculares, §. 7.* & Fagundez *dicto cap. 2. num. 28.* vnde si Capitulum

Sup. hoc late in Res. 1. not. præteritæ ab eius principio.

mortuo Episcopo, revocaret omnes licentias & approbationes, non comprehenderentur Religiosi, & si etiam de ipsis fieret specialis mentio, nullius momenti esset talis revocatio; vel vocatio ad nouum examen. Quod si dicas cum Philiberto Marchino *cit. p. 15. sui tract. tom. Pestil. c. 16.* prædictum privilegium fuisse abrogatum à Tridentino *in prædicto c. 15. sess. 25.* per clausulam derogatoriam, non obstantibus privilegiis. Etenim in dicto Capitulo nomine Episcopi, cuius approbatio etiam respectu Regularium est necessaria, comprehenditur Capitulum, Sede Vacante, vt & nos probabimus *infra* §. 3. *n.* 26. Quare sicut Episcopus successor potest revocare approbationem Regulari à suo Antecessore concessam; qua revocata iam amplius non censetur iuxta Cõcilium approbatus; ita etiam Capitulum, Sede Vacante, poterit, revocare approbationem eidem Regulari ab Episcopo viuente concessam, eáque revocatione facta iuxta Concilium, iam non erit idoneus ad Confessiones secularium audiendas, absque nova approbatione. Respondetur negando assumptum; derogat enim Concilium duntaxat privilegiis audiendi confessiones sæcularium absque Episcopi approbatione prævia; non aliis privilegiis Regularium circa confessiones; vt constat ex textu illius Capituli, in quo agitur tantum de necessitate approbationis, vt quis Sacerdos, sive sæcularis, sive regularis censeatur idoneus ad sæcularium confessiones audiendas: Regulares autem absolutè approbati ab Episcopo viuẽte eo defuncto remanent approbati, ergo non possunt absque nova causa cognita à successore reprobari, vt dictum est; & sic iuxta Concilium sunt idonei ad confessiones audiendas in eodem Episcopatu: neque à Capitulo ratione prædicti privilegij possunt reprobari, vel ad novum examẽ vocari; esset autem necessaria approbatio facta à Vicario Capituli, si iam non fuissent à viuente Episcopo approbati, & hoc tantũ probat discursus Patris Marchini. Possunt etiam Regulares simpliciter approbati ab Episcopo successore in dignitate, & iurisdictione ad novum examen vocari; quia privilegium concessum est solum quoad Capitulum, & non quoad successorem in dignitate, Episcopo autem successori plus quam Capitulo voluerunt Summi Pontifices pro quiete suæ conscientiæ remanere liberam potestatem subiiciendi novo examini Sacerdotes regulares absolutè approbatos; quia Capituli iurisdictio, & gubernatio ob Vacationem Sedis regulariter parum durat; & pro parvo illo tempore noluerunt Summi Pontifices, Regulares absolutè approbatos exhiberi novo examini: successoris autem Episcopi iurisdictio, & regimen regulariter diu durat, cũ non extinguatur nisi cũ interitu eiusdẽ Episcopi, vel amotione ab Episcopatu. Hucvsque Bossius; & de hac quæstione ego alibi.

RESOL. XXXIV.

An Capitulum, Sede Vacante, possit dare licentiam Novitiis disponendi de eorum bonis temporalibus?

Et an possit munus syndicandi exercere? Ex p. 8. tr. 4. Res. 53.

§. 1. REspondeo affirmativè: Dico igitur posse Capitulum, Sede Vacante, licentiam concedere, vt Novitij intra duos menses ante professionem disponant de bonis temporalibus: iuxta Concil. Tridentinũ *sess. 25. de regularibus c. 16.* Patet, quia hoc potest Episcopus iure ordinario, vt constat ex *d. c. 16.* at Capitulum succedit in omnem iurisdictionẽ ordinariã, Episcopo competentem, vt probavi *supra*, Et hanc opinionem tenent Sanch. *tom. 2. sum. l. 7. c. 5. n. 67.* Barbosa *tom. 3. de potestate Episcop. alleg. 99. n. 4.* Barthol. à S. Fausto *in thes. relig. l. 4. q. 195.* & alii.

2. *Notandum* est etiam hîc obiter quòd cùm syndicare sit actus iurisdictionis, Paris de Putẽo *tr. de Syndic. rubr. de offic. Syndic. §. indices ad syndic. n. 9.* & in illo procedatur tam ex officio, quàm ad instantiam partis, vt per eundem *dicta rubr. §. proceditur autem*, eo ipso quòd Capitulum succedit Episcopo in iurisdictionalibus, & potest de delictis in genere, & in specie inquirere, vt suprà firmatum est, sequitur quòd hoc etiam munus syndicandi possit exercere, ita Rota *dicta decis. 166. n. 3.* vbi *num. 4. cum sequentibus*, respondet contrariis.

RESOL. XXXV.

An Capitulum Sede Vacante possit dare licentiam Monialibus exeundi è Monasterio ex causa? Ex p. 8. tr. 4 Res. 39.

§. 1. AFfirmativè respondet Baunius *in Theolog. moral. tom. 1. tract. 11. quæst. 24.* vbi sic ait: Potest Capitulum, cum Sedes vacat, Monialibus exẽptis, ac immediatè subjectis Papæ, dare licentiam egrediendi claustro, domóque ex causa; quia Vicarius Episcopi, eandem cum eo iurisdictionem habet Navarr. *lib. 3. consil.* secundùm primam editionem *tit. de statu. Monach. conf. 6.* Sanchez *lib. 6. summ. cap. 15. n. 30.* nisi hic eam restringat: at Episcopo competit iurisdictio delegata in Moniales exemptas, quoad egressum è claustro, secundùm Trident. *sess. 25. de Regular. cap. 9. & cap. periculoso*, & Capitulum, Sede Vacante, vices agit Episcopi mortui: ergo hæ ab eo, Vacante Sede, facultatem egrediendi domo ex causa impetrare poterunt, cùm esse non debeant sine Prælato ad quem confugiant.

Sed hæc opinio non est admittenda stantibus Declarationibus sacræ congregationis, de quibus alibi dicendum erit.

RESOL. XXXVI.

An Vicarius Sede vacante possit visitare Monasteria Monialium exemptarum, & Sedi Apostolicæ subjectarum?

Et explanatur Capitulum Sede Vacante non succedere Episcopo in privilegiis concessis, cum sint personalia & odiosa. Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. Res. 28. alias 26.

§. 1. REspondeo negativè cum Steph. Baunio *in Theol. mor. p. 1. tr. 11. q. 24.* Quia, ait ipse, auctoritas, quæ commissa est ac legata cuipiam à Pontifice, hæc ab illo ad alium non dimanat, cùm eius solius sit à committente habita ratio præ cæteris, industriæque, qua reliquis præstabat, sed est Episcopus Papæ loco, cuius quoque est ex beneficentia, in Monialium exemptarum cura ac regimine, delegatus superior, rectorque, Trid. *sess. 25. c. 9.* Monasteria sanctimonialium sanctæ fidei Apostolicæ immediatè subjecta etiam sub nomine Capitulorum sancti Petri, vel sancti Ioannis, vel alias quomodocunque nuncupentur, ab Episcopis tanquam dictæ sedis delegatis gubernentur, non obstantibus quibuscunque: Ergo Episcopo mortuo Capitulum visitare non potest Monasteria exempta Monialium.

2. Secundò, Capitulum non succedit Episcopo in privilegiis eis concessis, cũ sint personalia, & odiosa, ac proinde strictè interpretanda, Innoc. *in cap. dilecti, de donat.* Flam. *de resignat. leg. 7. q. 10. n. 24.* Sed quod Episcopo ius sit dicendæ sententiæ, in sacras Deo virgines,

virgines, à foro suo exemptas, Papæ beneficium est: ergo ad Canonicos, Capitulumque, Sede Vacante non pertinens.

3. Et ita fuisse decisum à sacra Rota *in Burgen. jurisdictionis visitandi die 1. Iulij 1596. coram Orano*, testatur Barbosa *in Consil. Trid. sess. 25. c. 9. n. 1.* vbi pro hac sententia citat Abbatem, & Felinum.

4. Manet igitur firmatum ex superioribus resol. Capitulum tempore Sedis Vacantis non succedere Episcopo in his quæ illi competunt tanquam Apostolicæ Sedis Delegato.

RESOL. XXXVII.

An Capitulum Sede Vacante possit visitare Monasteria Monialium exemptarum?

Et an Capitulum Sede Vacante possit concedere licentiam Monialibus immediate subjectis Sedi Apostolicæ egrediendi è Monasterio in casibus permissis in Bulla Pij V. quæ incipit: Decori, & honestati? Ex p. 8. tit. 4. Resol. 14.

§. 1. CElebris, & difficilis quæstio; & ad illam affirmativè respondet Molina *de Iustit. tom. 6. tr. 5. disp. 11. num 8.* vbi sic ait, Dubitant Doctores, vtrum Capitulum, Sede Vacante, visitare possit ea Monialium Monasteria, quæ, cùm nulli alteri sint subdita, Sedi Apostolicæ sunt immediatè subiecta, & quorum visitatio *Clem. 2. de statu Monach.* & apertius in Concil. Trid. *sess. 20. c. 9. de regularibus*, etiam eorum gubernatio, Episcopis tanquam Sedis Apostolicæ delegatis committitur. Panorm. *vbi supra vers. 5.* controversiam, contrariasque ea de re sententias refert, ipséque in partem negantem propendet Ductus, quod quæ Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ delegato competunt, non transeunt in Capitulum, Sede Vacante. In eandem sententiam propendet Panvinus *quæst. 7. citata*; tametsi *quæst. 10. in princip.* illam limitandam censeat. Alij, quos Sylvestin calce *num. 3.* citatos refert, & in quorum sententiam propendere videtur; affirmanter respondent Ducti satis debili fundamento *capitis vnic. de major. & obed. lib. 6.* quod, meo iudicio, nihil ad rem facit. Dicerem attendendum esse, num muneri Episcopi aliquid jurisdictioni tanquam Sedi Apostolicæ delegato in perpetuum committatur, vt ex officio Episcopis deinceps competat, atque tunc dicerem eam jurisdictionem per epiikeiam transire ad Capitulum Sede Vacante: nisi aliquid opponatur, vnde colligatur, contrariù fuisse intentum Concilij, aut summi Pontificis id statuentis; cùm enim perpetuo ei muneri annectatur tanquam pars jurisdictionis eius muneris idque non in bonum, & tanquam privilegium Episcopi, sed in bonum eorum, in quos ea jurisdictio exercetur, aut in bonum aliorum & Ecclesiæ; censendum est eam partem jurisdictionis in eum transire; in quem Episcopalis reliqua jurisdictio transit; ac proinde transire in Capitulum, Sede Vacante. Atque in re posita quis dubitet, quomodo Concilium Tridentinum *cap. 9. citato*, sic statuit: Monasteria sanctimonialium, sanctæ Sedis Apostolicæ immediate subiecta etiam sub nomine Capitulorum sancti Petri, vel sancti Ioannis, vel alias quomodocunque nuncupentur; ab Episcopis, tanquam dictæ Sedis delegatis, gubernentur, non obstantibus quibuscumque. Quis, inquam, dubiter, eam jurisdictionem transire ad Capitulum, Sede Vacante. Neque enim mens Concilij fuit, vt toto tempore Sedis Vacantis, sive per mortem, sive per captivitatem Episcopi, Moniales illæ careant gubernatore, neque id rationi esset consentaneum: vnde per epiikeiam censendum non est, id Concilium intendisse.

2. Quando verò quo ad aliquam causam, vel quo ad negotium aliquod particulare, Episcopus esset delegatus, etiam sub nomine dignitatis, ita vt delegatio ad successorem in Episcopatu, iuxta ea quæ inferius dicenda sunt, transiret, tunc sanè ea jurisdictio non transiret in Capitulum Sede Vacante: quoniam Capitulum Sede Vacante non est Episcopus eius Diœcesis, sed est is, in quem jurisdictio eius Episcopatus transivit. Hucusque Molina, cuius sententiam tenet Moneta *de commut. vltim. volunt. c. 5. n. 423.* Rodriguez *in qq. regul. tom. 1. q. 6. art. 9.* Cenedo *in qq. Can. q. 26. n. 28.*

3. Probatur hæc sententia, quia jurisdictio concessa Episcopo, tanquam sedis Apostolicæ delegato, cum sit perpetuò annexa dignitati Episcopali non est propriè delegata, sed ordinaria. Colligit hoc Moneta ex *cap. ad abolendam, de hæret. §. fin.* iuncta *Clem. 1. §. 1. & seq. eod. tit.* Nam quod *in dicto cap. ad abolendam §. vlt.* concessum fuerat Episcopo, vt Apostolicâ auctoritate, contra exemptos, in causis hæresis procedat *in dicta Clem. 1.* simpliciter conceditur tam Episcopo quam Capitulo, Sede Vacante, & nulla fit amplius mentio de Apostolica auctoritate, quasi jure ordinario id vtrique competat. Idem confirmat ex eo, quod cùm à canone ea jurisdictio tribuatur Episcopo, iam de iure communi, non autem speciali ei competit; non obstante quod in ea concessione mentio delegationis fiat, argum. *cap. licet in corrigendis, de offic. ord.*

4. Sed his non obstantibus negativam sententiam tenet Merolla *tom. 3. disp. 7. cap. 7. dub. 1. n. 50.* vbi probat Capitulum, Sede Vacante, non posse visitare Monasteria Monialium exempta, quia hæc visitat Episcopus, non ex potestate ordinaria, sed tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, vt dicitur *in Clem. 2. de stat. monach.* & clarius in Concil. Trident. *sess. 20. cap. 9. de regular.* & hanc opinionem tenuit Rota *in vna Burgen. visitationis coram D. Orano 1. Iunij 1588. & in alia Burg. procurationis coram eodem 10. Martij 1597.* vbi fuit resolutum. Capitulum Sede Vacante, posse visitare etiam Monasteria Monialium non exempta, non autem exempta. Panvin. *de potest. Capit. Sede Vacante, loc. cit.* Garz. *tom. 1. de benefic. part. 5. cap. 7. num. 45.* Feder. de Sen. *cons. 291.* Card. Tusc. *tom. 1. lit. C. concl. 56. num. 50.* Ricc. *tom. 4. prax. resol. 563.* Graff. *2. part. decis. lib. 3. cap. 28. num. 18. & seqq.* Prosper de Augusti. *in addit. Quarant. verb. Capitulum*, Azor. *tom. 3. cap. 37. q. 15.* Barbos. *de potest. Episc. alleg. 73. num. 25.* Idem dicendum est de aliis casibus, in quibus in Conc. Trid. datur Episcopo facultas, quod procedat, tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus, in his enim non succedit Capitulum, nisi adderetur à Concilio illa particula *Etiam*, vt diximus supra. Limitant hòc Panvin. *dicta quæst. 7. prax. Archiep. Neap. cap. 85. num. 30.* & Marc. Anton. Cucc. *lib. 2. instit. maior. tit. 9. num. 80. nisi* esset necessarium id de quo agitur, expediri per Capitulum, nec patiatur dilationem. Cæterum hæc limitatio non est necessaria, vt benè inquit Garz. *d. cap. 7. num. 46.* nam in casu vrgente necessitatis, intrat jurisdictio ordinaria Capituli; vnde procedere tunc potest Capitulum ex potestate ordinaria, sicut etiam ex eadem procedere posset Episcopus, quamvis nullam potestatem delegatam haberet. Ex quo etiam fit, posse Capitulum Sede Vacante concedere licentiam Monialibus immediatè subjectis Sedi Apostolicæ egrediendi è Monasterio in casibus permissis in Bulla Pij V. quæ incipit, *Decori & honestati*, quamvis id pertineat ad Episcopum tanquam Sedis Apostolicæ Delegatum, vt bene inquit Sanchez

Sup. hoc supra in Resol. 35.

chez *tom.2.summa lib.6.c.15.n.30.* Quia Monasteria hæc non debent esse absque Prælato, ad quem in casu necessitatis confugiant.

5. Nec videntur obstare illata in contrarium à Moreta, nam licet jurisdictio perpetuo annexa dignitati censeatur ordinaria, quando simpliciter conceditur à Pontifice, seu à canone: qualis est jurisdictio concessa Episcopis à Concil. Trident. *sess.24.c.6. de reform.* ad dispensandum in aliquibus irregularitatibus, & absolvendum à casibus Pontificiis occultis; secus tamen est quando conceditur cum illo addito, quòd eam exerceat concessionarius, tanquam Sedis Apostolicæ, seu Pontificis delegatus: nam alias hoc additum esset superfluum, quod dici non debet.

6. Ad textus verò in contrarium allegatos respondeo, ex illis nihil aliud colligi, nisi quod illa jurisdictio, procedendi in causa hæresis contra exemptos, quæ tanquam delegata fuit concessa Episcopis *in dict.c.ad abolendum*; postea Clemente V. fuit illis data, vt ordinaria, *in dicta Clem.1.*

7. Ad confirmationem respondetur, quod licet Episcopi habeant eam jurisdictionem iure communi nihilominus non habent illam vt ordinariam, sed delegatam à canone.

8. Et ita hanc sententiam tenet Zipeus *tom. 1. Consult. lib.3. tit.de censibus, cons.1.* Garzias *de benef. tom.1. part.5. cap.7. num.95.* & nouissimè Pater Baunius *in Theol.mor. tom.1.tract.11.quæst.24.* vbi sic ait: Dico ius Capitulo competere nullum posse, ad alia Monasteria Virginum, Sede Vacante, in capite membrisque visitanda, quam quæ non sunt exempta.

9. *Primò*, quæ authoritas commissa est ac legata, cuipiam à Pontifice, hæc ab illo ad alium non dimanat, cum eius solius sit à committente habita ratio præ cæteris, industriæque, quâ reliquis præstabat, sed est Episcopus Papæ loco, cuius quoque est eius beneficientia, in Monialium exèptarum cura ac regimine, delegatus superior, rectórque, Trident. *sess.25. cap.9.* Monasteria sanctimonialium, sanctæ Sedi Apostolicæ immediatè subiecta etiam sub nomine Capitulorum sancti Petri, vel sancti Ioannis, vel alias quomodocunque nuncupentur, ab Episcopis, tanquam dictæ Sedis delegatis, gubernantur, non obstantibus quibuscumque; ergo Episcopo mortuo Capitulum visitare non potetit Monasteria exempta. Monialium.

10. *Secundò*; Capitulum non succedit Episcopo in priuilegiis ei cócessis, cùm sint personalia, & odiosa, ac proinde strictè interpretanda, Innoc. *in cap. dilecti de donat.* Flam. *de resignat.l.7.q.10.num.24.* Sed quod Episcopo ius sit dicendæ sententiæ in sacras Deo virgines, à foro suo exemptas, Papæ beneficium est; ergo ad Canonicos, Capitulumque, Sede Vacante non pertinens.

11. Ad primum argumentum oppositæ sententiæ. Respondendum est cœnobia virginum, quæ Papæ voluntate sunt ab Episcoporum censura exempta, non contineri intra ambitum potestatis ordinariæ Præsulum, cum hoc ipso quòd sunt de eorum subducta foro, nihil in illarum regimine moliri possint efficaciter ac validè.

12. Secundum nihil facit ad rem cum infinita sit vbique malorum seges, quam nec authoritate sua opprimere Episcopus dum viuit, dum nec Ecclesiasticæ censuræ gladio secare potest.

13. Deinde est quod respondeam, esse scilicet admonendum à Capituli Vicario Papam de re integra ac si intra semestre à litteris ad eum datis, malo non occurrat, tum videri honestam rationem habere Capitulum, animadvertendi in fontes, quòd si (quod existimo verius) facere id non potest, res videtur committenda Deo esse, aut ad novi Episcopi aduentum remittenda. Ita Baunius, satis quidem probabiliter.

RESOL. XXXVIII.

An Capitulum Sede Vacante possit visitare Diœcesim?

Et an Metropolitanus possit mittere Visitatorem Ecclesiæ Vacanti, si Capitulum negligens sit in exequenda iurisdictione Episcopali ad se deuoluta?

Et an Capitulum Sede Vacante possit syndicare Vicarium defuncti Episcopi? Exp. 8. tractat. 4. Resol. 13.

§.1. ALiqui existimant non posse, & tempore Sedis Vacantis, solum Pontificem posse deputare visitatorem. Ita Monachus *in cap. vlt. de suppl. neglig. Prælat. in 6.n.5.* Imola *in c. 1. ne Sede Vacante n.15* Boërius *decis.2.n.29.* & alij.

2. Sed ego sententiæ affirmativæ adhæreo cum Solorzano *de Indiarum iure, tom.2.lib.3.c.13.num.18.* Marescoto *lib.2.variar.resol.cap.15. num.14.* Baunio *in Theol. mor. tom.1.tract.8.quæst.21.* vnde P. Molina *de Iustit. tom.6.tract.5. disput.11. num.7.* sic ait. Ex eodem fundamento deciditur quæstio, de qua gloss. *Clem.1. de hæres. verb. Capituli*, num scilicet Sede Vacante, Capitulum posset visitare generaliter Diœcesim, sicut eam visitare potest ac tenetur Episcopus. Cum enim id ad iurisdictionem Episcopi spectet, sanè competit Capitulo, Sede Vacante, non solùm quoad crimina particularia, de quibus sit infamia, quod Doctores contrariæ sententiæ affirmant, eò quòd tunc visitatio sit necessaria, sed etiam generaliter: quia id est exequutio iurisdictionis Episcopalis, non solùm vtilis Ecclesiis, ac Diœcesi, quod sufficeret, sed etiam necessario incumbens ex officio habenti curam Episcopatus, iuxta *cap. inter catera, de offic. ord.* & alia iura. Ita Panorm. *vbi supra vers. extra Glossam*, Panvin. *loc. cit. quæst.7.* Sylvest. *verb. Capitulum, num.3.* & alij. Sicque vidimus in Sede Vacante præterita huius Ecclesiæ Conchensis, Capitulum vniuersaliter visitasse Diœcesim. Consentit *cap. Ecclesias, de suppl. neglig. Prælat. lib.6.* vbi statuitur, Metropolitanum posse mittere Visitatorem Ecclesiæ vacanti; si Capitulum negligens sit in exequenda iurisdictione Episcopali ad se devoluta. Hucvsque Molina; cui adde Rodriguez *in summa tom.1.cap.171.n.4.* vbi ita ait: *La potestad de visitar la Diocesi tiene el Cabildo Sede Vacante, como lo prueva Panormitano, y lo tiene alegando otros Bonifacio Vital, salvo si se tiene por cierto, que auia presto nuevo Obispo. Y quando la visita compete al Obispo de derecho especial, como quando visita à los exemtos immediatamente sujetos à la Sede Apostolica sin aver alguna necessitad de visita, porque aviendola el Cabildo puede acudir à su remedio como lo prueva el Coletario, Y desta manera se entiende lo que sobre esto afirman el Cardenal Zabarela, Federico de Senis, Franco, y Philippo Probo.* Sic ille.

3. Sed *notandum* est cum Solorzano *vbi supra n.19.* hanc potestatem visitandi, Sede Vacante, ne dum habere Capitulum respectu generalis visitationis, quando nimirum visitatur Civitas, vel Diœcesis, sed etiam respectu Particularis, quæ potest institui contra certas personas, suborta præcedenti diffamatione, vt per Bonif. de Vitalin. *in Clement.1.num.77.* & Marescot. *vbi supra num.17.* super quo regulam etiam generalem constituit Feder. de Senis *cons.16. num.1. in fine*, concludens; quod in puniendis excessibus,

sibus, & criminibus, & reformandis moribus, Capitulum, Sede Vacante, idem potest quod Episcopus. Et ideo ipse Solorzanus *n.* 21. testatur Limæ fuisse à Capitulo, Sede Vacante, syndicatum Fiscalem Archiepiscopi nuper defuncti.

4. Sed an possit syndicare Vicarium defuncti Episcopi, negativè respondet Quaranta *in summa Bull. verb. Capitulum. Sede Vacante, q.* 10. *n.* 14. sed affirmativè respondet Solorzanus *vbi supra n.* 28. & ita ait, factum fuisse Limæ. Ego puto seruandam esse Prouinciæ consuetudinem.

RESOL. XXXIX.

An Capitulum Sede Vacante, possit dare licentiam erigendi noua Monasteria?

Et supponitur Monasterium quorumcumque etiam Mendicantium non posse erigi, nec ædificari, quamuis adsit licentia Episcopi, nisi vocatis, & auditis aliorum Conuentuum Procuratoribus, &c.

Et an Vicarius Capitularis Sedis Vacantis possit concedere supradictam licentiam?

Et an Constitutio Clem. VIII. circa hoc habeat locum quoad erigenda Monasteria Monialium, & quid super hoc Sacra Congregatio censuit? Ex p. 8. tr. 4. Resol. 68.

§. 1. SVppono, Monasteria quorumcumque etiam Mendicantium non posse erigi, & ædificari, quamuis adsit licentia Episcopi, nisi vocatis, & auditis aliorum Conuentuum Procuratoribus, & aliis interesse habentibus, & causa cognita, & sine aliorum detrimento commodè sustentari possint; & si dicti Procuratores nihil opponant dabitur eis licentia per Episcopum. Clemens VIII. *const. 99. incip. Quoniam ad institutum de* 1603. apud Laërt. Cherub. *in Bull. tom. 3. pag.* 146. & apud Lauret. de Franchis *de controuers. inter Episcopos, & Regular. pag.* 97. de cuius materia Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neap. part.* 2. *decis.* 75. *& part.* 4. *decis.* 131. Ioan. Maria Nouar. *in nouo iur. Pontif. concl.* 2. *de ædificat. nouorum Monast.* Ioan. Anton. Nouarr. eius frater *in summa Bullar. tit. de Monasteriorum ædificat. super Bulla Clementis VIII.* Lezana *in summ. quæst. Regul. tom.* 1. *cap.* 9. *n.* 35. *& tom.* 1. *verb. Episcopus quoad Regulares n.* 3. *cum seqq.* Barbosa *de officio, & potest. Episcopi, part.* 2. *allegat.* 26. *n.* 7. Quæ quidem Clementis constitutio locum etiam habet circa erigenda Monialium monasteria, vt censuit sacra Congregatio Concilij sub die 19. Decembris 1620. penes Tamburin. *in tr. de iure Abbatiss. disp.* 33. *q.* 1. *n.* 4. Lezana *dict. verb. Episcopus, n.* 4. *in fine.*

2. Et eius dispositio, ac tenor adeò includit formâ & est de substantia, vt eius omissio vitiet concessionem, Lauret. de Franchis *de controuers. inter Episcopos, & Regulares in quæst. super hac constitu. vers. ad quartum pag.* 111.

3. Monasteria noua etiam Mendicantium erigi non possunt, nisi in quolibet illorum duodecim Religiosi ex redditibus, & consuetis elemosynis sustentari valeant, & cum consensu aliorum conuentuum infrà quatuor milliaria existentium, & ad id vocati, & auditi fuerint, ac tali erectione consenserint, vel alias Ordinariis locorum constiterit Religiosos Monasterij sic erigendi absque detrimento Religiosorum in Monasteriis antea in ciuitatibus, seu locis huiusmodi erectis degentium ibi numero duodecim commodè, & congruè manuteneri, & alij posse. Gregorius XV. *constit.* 31. *incip. Cum aliàs,* 17. *Augusti* 1622. apud Lauret de Franchis *de controuers. inter Episcopos, & Regulares, pag.* 190. *cum seq.* Laurentius de Peyrinis *de prœvileg. Regul. tom.* 2. *circa constit.* 6. *Gregorij XV.* Lezanam *in summ. q. Regul. tom.* 1. *c.* 9. *n.* 35.

4. Hoc supposito ad quæstionem propositam negativè respondeo. Dico igitur Monasteria noua erigendi licentiam concedere non potest Vicarius Capitularis Sedis Vacantis. Ita declarauit sacra Congregatio Concilij die 19. Ianuarij 1733. teste Sellio *in Select. can.* 18. *n.* 12.

RESOL. XL.

An Capitulum Sede Vacante possit dare licentiam, vt ædificetur Ecclesia, vt acquiratur ius Patronatus?

Et an Capitulum Sede Vacante possit Caritatiuum subsidium exigere?

Et an Canonicorum Collegium Sede Vacante, nequeat Statutum concedere, quod tale subsidium in futurum ex parte minuatur? Ex p. 8. tr. 4. Resol. 54.

§. 1. REspondeo posse Capitulum, Sede Vacante dare licentiam volenti Ecclesiam ædificare, vt acquirat in ea iuspatronatus propter rationem supra assignatam. Ita Lambertin. *lib.* 1. *de iure patron. part.* 2. *art.* 9. Panvin. *de potestate Capituli Sede vacãte, p.* 5. *q.* 2. *n.* 5. Garcias *tom.* 1. *de benef. part.* 5. *c.* 9. *n.* 79. Viuian. *in praxi iurispatron. part.* 1. *lib.* 2. *c.* 1. *num.* 12. Barbosa *tom.* 3. *de potest. Episcop. allegat.* 70. *n.* 23. qui tamen addit *alleg.* 71. *n.* 24. cum Steph. Grat *Discep. Forens. c.* 303. *n.* 10. *& seq.* non posse Capitulum præstare assensum donationi iurispatronatus: quòd si de facto id faciat, existimant, præstare titulum coloratum ad præscribendum, ex decis. Seraph. 884. *num.* 2.

2. *Nota* etiam hîc incidenter cùm Azorio *part* 2. *l.* 9. *c.* 14. *q.* 5. posse Capitulum, Sede Vacante, charitatiuum subsidium exigere; qui tamen postea *quæst.* 7. subdit, quòd Canonicorum Collegium, Sede Vacante, nequit statutum concedere, quo tale subsidium in futurum ex parte minuatur. Bellen. *q.* 45. nam quamuis possit statuta ponere, cùm hoc sit iurisdictionis, & Sede Vacante succedat Episcopo in his quæ sunt iurisdictionis, *c. his quæ, & cap. cum olim de maiorit. & obed.* nequit tamen statuto suo aliquid detrahere ex his quæ Episcopo iure conueniunt, hoc enim esset Episcopi iura minuere.

RESOL. XLI.

An Capitulum Sede Vacante possit alienare bona Ecclesiæ tam immobilia, quam mobilia?

Et an superueniens Episcopus electus, & confirmatus possit rescindere prædictas alienationes factas à Capitulo sine authoritate Papæ; quod idem dicendum est, si quid Episcopus sine Capitulo distraxerit de bonis Ecclesiæ suæ immobilibus? Ex p. 8. tr. 4. Resol. 38.

§. 1. AD hoc dubium sic respondet P. Baunius *in Theolog. mor. tom.* 1. *tract.* 11. *quæst.* 27 Capitulo, Sede Vacante, bona Ecclesiæ quæ seruando seruari possunt, distrahere ei ex Canonica lege vetitum, *can. si qua* 12. 2. Ioan. Monachus *in cap. vnic. de maiorit. & obed. in* 6. causa est quòd in fructibus Episcopatus, possessiones agri, commoda, reditusque poni debeant: at sunt hi successori debiti, nec dissipandi proinde, *cap. quia sæpe de electione in* 6. *& Clementina penultima, eodem titulo*; sed in vtilitatem Ecclesiæ expendendi sunt, aut reseruandi

successori, Bonifac. VIII. *in cap. quia sæpe 40. de elect. in 6.*

2. Nec modò bona mobilia, quæ seruando seruari possunt, abalienare Capitulo non est integrum; sed nec immobilia sine Sedis Apostolicæ auctoritate, Concil. Ilerdense *can. 12.* Nullis Clericorum cuiuslibet ordinis, officij, graduve sit, quidquam domo præsumat, vel quod de vtilitate instrumenti domus esse cognoscitur, id est mobilis, aut immobilis rei Ecclesiasticæ, conetur inuadere: pœna alienantis ea bona est excommunicatio, non latæ, sed ferendæ sententiæ, & vix quoque peregrina ei communio concedi debet, Concil. *ibid.*

3. Ad alienationes autem factas à Capitulo sine auctoritate Papæ quod attinet, eas electus Episcopus, cum erit confirmatus, rescindere, aut si ad Ecclesiæ suæ vtilitatem pertinent, confirmare poterit vt indicabat *can. 14. Ancyranæ Synodi*, his verbis: Si qua de rebus Ecclesiæ, cùm Episcopus non est, Præsbyteri vendiderunt, placuit rescisso contractu ad ius Ecclesiæ reuocari: similiter, si quid Episcopus sine Capituli consensu distraxerit, de bonis Ecclesiæ suæ immobilibus, ea rata fore aut irrita velle potest, sicut docet Abb. *in cap. 1. de his, quæ fiunt à Prælato.* Ita Baunius

4. Sed circa præsentem quæstionem, ne deseras videre Molinam *tom. 6. tract. ... disp. 11. num. 15.* & latiùs Merolla *tom. 3. disp. 7. c. 7. dub. 17. per totum.*

RESOL. XLII.

An Capitulum Sede Vacante possit concedere Indulgentias?

Et quid de consuetudine iuxta hoc?

Vel an sit tutius, quòd Capitulum committat alicui Episcopo, vt Indulgentias concedat in nomine ipsius Capituli? Ex p. 8. tr. 4. Res. 35.

§. 1. NEgatiuè respondet Rodriguez *in sum. tom. 1. c. 71. num. 22.* vbi sic ait: *El Cabildo Sede vacante, no puede conceder indulgencias, porque aunque el poder para las conceder pertenezca à jurisdicion Episcopal, como lo tiene santo Tomas, y consta del derecho, y nota Zabarela. No se comunica esto al Cabildo, Sede Vacante, por ser este acto propriamente Episcopal, y assi lo mas seguro es, que el Cabildo le cometa à algun Obispo, como lo da à entender Zabarela, al qual sigue Pavino. Lo qual se ha de tener aunque Ludovico Bolonino, al qual parece que sellega Navarro y Enriquez, tenga que el dicho Cabildo las puede conceder principalmente si la costumbre lo ha admitido.* Ita ille; cui adde Genuensem *in Praxi Archiep. cap. 87. num. 32.* Marcellum Culpe *in praxi Arri Eccl. cap. 44 num. 22.* Henriquez, Reginaldum, Bonacinam, Tuscum, Ledesmam, Cordubam, & alios, quos citat Merolla *tom. 3. disp. 7. cap. 7. dub. 16. num. 155.*

Sup. hoc in tom. 4. tr. 5. Res. 41. §. ad lin. 4.

Sup. hoc ibidem in lin. penult. præcitata in §. not. præteritæ.

2. Sed ipse contrariam sententiam existimat probabiliorem, & in eius fauorem adducit plures Doctores, & illam signanter tenet Molina *de Iustit. tom. 6. tract. 5. disp. 11. num. 6.* vbi sic ait. Posse Capitulum concedere indulgentias, quia est actus iurisdictionis, censet probabilius Panorm. *vbi suprà vers. tertiodecimo*, posse illas concedere, sicut & Episcopus; in quam sententiam inclinant Nauarr. §. *in Leuitico, monitor. 31. num. 6. & 7.* quia ait consuetudine esse receptam, Syluest. *verb. capitulum, in calce n. 5.* & alij. Ad eandem sententiam accedit Panvinus *vbi supra, q. 4. prima part. principal.* Neque id probo, quod ait: debere scilicet Capitulum vt Episcopum electum nondum consecratum eas concedere per Episcopum alium consecratum, quem ad id vocent. Neque enim illud est potestatis ordinis, sed solius iurisdictionis. Ita Molina, cui adde Azorium *part. 2. l. 3. cap. 37. q. 9.* qui tamen obseruat tutius esse, vt Capitulum committat alicui Episcopo, vt indulgentias cedat nomine ipsius Capituli.

RESOL. XLIII.

An Capitulum Sede Vacante possit commutare vltimas voluntates in casibus, in quibus poterat Episcopus? Ex p. 8. tr. 4. Res. 34.

§. 1. REspondeo affirmativè, quod probatur; quia in huiusmodi iurisdictione ordinaria, quæ Episcopo competit iure communi, mortuo Episcopo succedit Capitulum, vt probatum est sæpius, negari autem non potest, quin commutatio vltimæ voluntatis sit actus iurisdictionis Episcopalis, ergo, &c.

2. *Nota* tamen, quòd in his commissionibus commutationum vltimæ voluntatis, que fiunt Episcopo in casibus, in quibus iure ordinario non posset Episcopus commutare, non succedit ei Capitulum; in aliis verò succedit. Prior conclusionis pars patet; tum quia ea, quæ iure speciali delegato competebant Episcopo, non transeunt in Capitulum, vt *supr. d. præmiss. vnic. huius quæst. circa med.* post alios tradidimus; tum quia speciales commissiones factas Episcopo non transeunt in Capitulum, Sede vacante, sed in successorem, si factæ sint sub nomine dignitatis, textus est *in cap. quoniam Abbas, de off. deleg.* Si verò sub nomine personæ, expirat cum persona, vt ibidem tradunt Doctores, & notauit etiam Sanchez *de matrimon. lib. 8. disp. 27. num. 2.* eo quòd subiectum, cui inhærebat, deficiat, arg. *l. 2. ff. de vsufr. l. 11.* vbi Bart. *in fin. ff. de vsu, & vsufr. leg.* cum simil. Posterior pars probatur, quia in iis, quæ competunt Episcopo iure ordinario, & communi, delegatio & commissio Papæ non facit eum delegatum sed solùm excitat eius iurisdictionem, *cap. licet in corrigendis, de off. ord. & cap. fin. de simon.* cùm simil. atque in specie dispensationum tradit post alios Sanchez *d. lib. 8. disp. 2. num. 10. ad fin.* Et hæc omnia docet etiam Moneta *de commut. vlt. volunt. cap. 5. num. 427. & seq.* cui adde Molinam *de Iustit. tom. 5. tract. 5. disp. 11. num. 5.*

RESOL. XLIV.

An Capitulum Sede Vacante possit compellere executores testamentorum ad eorum complementum.

Et alij casus circa hoc conferuntur, & explanantur. Ex p. 8. tr. 4. Res. 24.

§. 1. REspondeo cum Doctoribus, quos citat, & sequitur Merolla *tom. 3. disp. 7. c. 7. dub. 1. num. 36.* succedere Capitulum in potestate compellendi executores testamentorum, & ipsis negligentibus procedendi ad executionem illorum.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 5. Res. 40. & hic supra Res. 8. & 9. Res. 34.

2. Vnde Rodriguez *in summa tom. 1. cap. 71. num. 10.* sic ait, *El Cabildo Sede Vacante no solamente puede compeler à los executores del testamento, mas aun puede executar el testamento siendo negligentes los executores en su complemento. Conforme la comun, que traen Covarruvias, y Pavino, puede compelerlos à que den cuenta de su administracion, como lo afirman Imola, y Fronco.* Ita ille.

3. Igitur Capitulum, Sede Vacante, potest succedere

dere cum cura & auctoritate in exequendis vltimis testamentorum voluntatibus; Succedit, sic Ioannes Andreas *in cap. Ioannes, de testament.* Panvinus *part. 2. quæst. 7.* Poterit igitur Capitulum, Sede Vacante, executores testamentorum compellere; vt pias defunctorum voluntates exequantur intra annum, iuxta id, quod habetur *in cap. nos quidem, de testament. & authentic. Hoc amplius, de fideicommiss.* Poterit etiam pauperes eligere, in quos hæreditas ad hunc vsum relicta distribuatur, vbi nulli curatores, vel executores vltimæ voluntatis sint dati, vel exequi eam non curent. Ioannes Calderinus *consil. 20. de testament.* Panvinus *part. 2. q. 7.* Poterit itidem executionis diem prorogare. Dominic. *in addition. ad consilia Calderini consil. 3. de offic.* Religiosos itidem piarum voluntatum executores potest compellere ad reddendas rationes. Panvinus *part. 2. q. 7. num. 6.* Valet etiam Capitulum, Sede vacante, hæreditatem Ecclesiæ legatam adire: quam tamen si Episcopus damnosam Ecclesiæ invenerit, beneficio restitutionis in integrum repudiabit. Pari ratione poterit Capitulum transigere, & compromissum facere Panvinus *part. 2. quæst. 7. numer. 18.* Et hæc omnia docet etiam Azorius *part. 2. lib. 3. cap. 39. quæst. 6.*

RESOL. XLV.

An Capitulum Sede Vacante possit supprimere Canonicatum?

Et an idem dicendum sit de Prælatis Regularium circa beneficia Regularia suarum Ecclesiarum? Ex p. 8. tr. 4. Resol. 50.

§. 1. REspondeo negativè, & ideo Concil. Trident. *sess. 24. cap. 15. de Reformat.* vtitur particula, *Episcopis*, non autem *Ordinariis*, quæ latius patet. Existimo huiusmodi facultatem Episcopis tantum, & non aliis convenire, ac proinde Prælatos sæculares iurisdictionem habentes quasi Episcopalem, non posse huiusmodi Canonicatus supprimere etiam in casibus, quibus Episcopi possint in sua Diœcesi, ita Nicol. Garc. *de benef. p. 2. cap. 12. n. 75. & seqq.* Monet. *de distr. quotid. p. 1. cap. 15. num. 30.* vbi hinc subdit Collegiatæ Ecclesiæ Prælatum hanc suppressionem Præbendarum tenuium facere non posse, licèt esset exemptus, & Ecclesiæ insignis; idem repetit *de commut. vltim. volunt. cap. 12. a num. 124.* vbi *num. 135.* idipsum affirmat de prælatis Regularibus circa beneficia regularia suarum Ecclesiarum.

Sup. hoc in Resol. 50. in fine.

2. Vnde colligo Capitulum; Sede Vacante, non posse hanc suppressionem facere, vt docent Cuchus *instit. major. lib. 2. tit. 9. n. 87.* Monaldus *cons. 41. n. 5.* Sed circa præsentem quæstionem ne deseras videre Riccium *in praxi part. 4. decis. 335. per totam*, vbi solide nostram sententiam confirmat.

RESOL. XLVI.

An Capitulum Sede Vacante possit creare Clericos Salvaticos? Ex p. 8. tr. 4. Resol. 51.

§. 1. AFfirmativè respondet Riccius *in praxi tom. 4. resol. 227.* nam sicuti Episcopus potest creare istos Clericos salvaticos, illosque servitio Ecclesiæ assignare, ita pariter hoc ius competit Capitulo, Sede Vacante, cùm illud sit proprie Ordinarius Pontificij, *conclus. 1. n. 4. sub rubr. de causis primæ instantiæ coram locorum Ordinariis tractandis, & infrà biennium terminandis.*

2. Et illud succedit in iurisdictione Prælati mortui: ita quod alter Episcopus vocetur & in illius locum subrogetur, & tanquam subrogatus debet sapere naturam illius. Et huic sententiæ ego etiam adhæreo.

RESOL XLVI.

An Capitulum Sede Vacante possit providere Pœnitentiariam tunc temporis vacantem?

Et an Capitulum Sede Vacante, succedat in provisione beneficiorum ad Episcopum spectante? Ex p. 8. tr. 4. Resol. 52.

§. 1. REspondeo negativè cum Garcia *de benefic. tom. 1. part. 5. c. 4. n. 145.* vbi sic ait: Infertur quod occurrente vacatione Pœnitentiariæ, Sede Episcopali Vacante, Capitulum non poterit illam providere, & pœnitentiarium eligere, esto collatio præbendarum sit communis Episcopi, & Capituli, vel etiam solius Capituli, ex quo electio personæ & provisio officij Pœnitentiarij ad solum Episcopum spectat, vt dictum est, & Capitulum Sede Vacante, non succedit in provisione beneficiorum ad Episcopum spectante, *c. illa, ne Sede Vacante*, & dicetur infrà, *c. 7.* & censuit S. Congregatio super *d. c. 8.* ibi, ab Episcopo instituatur solo absque consensu Capituli, & etiam ab eodem solo eligatur, & licet vacaret sedes Episcopalis, Capitulum nihil potest, etiam quòd eo tempore Pœnitentiarius moreretur.

Sup. hoc in Resol. annot. seqq.

Sup. hoc infra in fine Resol. 55. vers. Emperos.

Et sup hac provisione beneficiorum late infra in Resol. 501.

2. Sed eius provisio, & electio Pœnitentiarij spectabit ad Papam privatiuè; stante reservatione regulæ secundæ Cancellariæ de beneficiis ad collationē, præsentationem, electionem, & quamcumque aliam dispositionem liberam Episcoporum pertinentibus, vacantibus de tempore vacationum Episcopatuum. Ita Garcias, cui adde Barbosam *tract. de Canon. c. 26. num. 3.*

RESOL XLVIII.

An Capitulum Sede Vacante possit facere gratiam?

Et an Capitulum Sede Vacante possit dispensare, & remittere pœnas per Episcopum mortuum impositas? Ex p. 8. tr. 4. Resol. 19.

§. 1. PVgnantes adsunt sententiæ circa præsentem quæstionem; nam Mant. *tom. 2. de tacit. convent. lib. 25. tit. 8. num. 11.* & Ioan. Bapt. Costa *de remed. subsid. remed. 115. n. 9. & de indic. num 43.* tenent partem negatiuam. Ratio esse potest, quia facere gratiam post sententiam, est, de reservatis Principi, vt docent Bart. *in l. acta, ff. de re iudic.* Salyc. *in l. cum indulgentiæ, C. de sent. pass.* Boss. *in sua praxi tit. de remed. ex sola clement. Princ. num. 41.* Accedit, quòd, secundum multos, hoc denegatur Episcopo, ergo multo magis Capitulo. Antecedens asseritur à Bern. Diaz. *in pract. can. cap. 137.* Foller. *in praxi can. verb. Et si committi num. 125.* Artam. *cons. 23.* Bonon. *cons. 206.*

2. His tamen non obstantibus, contrarium existimo probabilius, propter rationem, pluries in superioribus allatam; quia scilicet, facere gratiam, pertinet ad iurisdictionem ordinariam Episcopi: at in hanc succedit Capitulum, siue iurisdictio sit contentiosa, siue voluntaria, vt diximus, & nullibi reperitur exceptus

casus, de quo loquimur; ergo &c. & hanc opinionem secuti sunt Ricc. *tom. 1. in praxi fori Eccles. resol. 301.* Ioan. Maria Novar. *qq. forens. 102. part. 1.* & Ioan. Antonius Frater *in summa Bullar. tit. de Capit. Sede Vacante, num. 12.* & ita fuisse decisum in Curia Archiepis. Neapol. refert idem Ricc. *loco cit.*

3. Ad rationem adductam pro contraria sententia respondeo, Episcopos posse facere gratiam; quia sunt veri Principes Ecclesiastici, & non Vicarij Pontificis, vt bene inquit Bellarmin. *lib. 1. de Rom. Pont. cap. 3. in fin.* & consequenter idem poterit Capitulum, quod est Episcopi successor, propter rationem assignatam.

4. Nec desinam hîc apponere verba Feliciani à Vega *in cap. 4. de judic. §. de adulteriis, n. 63.* vbi sic ait: *Notandum* est quòd ex æquiparatione, quam superius tradidimus, de Episcopo ad Capitulum, Sede Vacante, quod eodem modo, quo Capitulum ipsum potest dispensare cum Clerico à se verbaliter deposito, vt notauimus *n. 49.* sic dispensare poterit cũ deposito per Episcopum, quasi tunc Episcopus ipse dispensare videatur, vt apertè probatur ex simili resolutione, quam tradit Aloysius Ric. *in praxi fori Eccles. decis. 357.* & iterum *in praxi variarum res. 1. part. resolution. 305.* vbi dicit fuisse resolutum per Curiam Neapolitanam, posse legitimè Capitulum, Sede Vacante, remittere pœnas condemnatis per Episcopum propter prædictam rationem. Et quamvis inibi, *num. 3.* quoad aliud propositum dicat hanc resolutionem videri difficilem, quasi nec Capitulum, nec Episcopus possit habere authoritatem ad talem remissionem, propterea, quòd illa videtur reservata Summo Pontifici, vel Principi, secundum Bart. Salicet. & alios, quos *ibi* refert: huic tamen difficultati satisfacit, quasi supponendo dari hanc potestatem in Episcopo similem, qualem habet supremus Princeps. Ita Vega, qui, vt vides affirmativæ sententiæ circa præsentem quæstionem adhæret, quam ego etiam libenter amplector: vide etiam Marcellum Vulpe *in praxi cap. 44. num. 26.* vbi firmat posse Capitulum, Sede Vacante, dispensare & remittere pœnas per Episcopum mortuum impositas.

RESOL. XLIX.

An Capitulum Sede Vacante possit dare licentiam Clerico transeundi ad Dignitatem Ecclesiasticam in aliena Diœcesi? Ex p. 8. tractat. 4. Resolut. 20.

§. 1. REspondeo quod glossa *in cap. cùm olim, de majoritate & obedientia*, tenet partem negativam, ea ratione, quia hæc est quædam alienatio personæ: at Capitulum, Sede Vacante, non potest alienare bona Episcopatus, *cap. si qua de rebus 12. q. 2.* ergo multò minus personas, & ad hanc opinionem inclinat Marcus Anton. Cucc. *lib. 2. instit. maior. tit. 9. num. 75.*

2. Contrarium verò dicendum existimo cum Panormitano *in dicto cap. cùm olim, num. 2. versic. Sed dubitatur*, vbi alij Canonistæ, Ioan. Andr. & Ioan. Monach. *in cap. si Abbatem, de elect. in 6.* Panvinus *de potestate Capituli, part. 1. quæst. 8.* Borgas *de irregular. part. 3. tit. Virum aliquo tempore Capit. dispensare possit.* Ratio est, quia id non est alienatio rerum Episcopatus, quæ sola prohibetur Capitulo: non enim ita præiudicatur Episcopo in prædicta alienatione Clerici, sicut præiudicatur in alienatione bonorum Episcopatus, vt ex se patet; & consequenter ab alienatione rerum, non bene arguitur ad alienationem personarum.

3. Et ideo Molina *de Iustit. tom. 6. tract. 5. disp. 11. num. 14.* sic ait: Ad Capitulum item, Sede Vacante, transit iurisdictio concedendi facultatem transeundi ad dignitatem Ecclesiasticam in aliam Diœcesim, & omnino transeundi Ecclesiasticum in alienam Diœcesim sicut Episcopo eadem iurisdictio competit. Ita adversus glossam *ibi*, Panorm. *in cap. cùm olim. de majorit. & obed. num. 2. vers. Sed dubitatur.* Ioan. Andr. & DD. communiter. Neque enim id est alienatio rerum Episcopatus, vt rectè Panorm. Probat. Ita Molina.

RESOL. L.

An Capitulum Sede Vacante possit conferre beneficia ad Episcopum pertinentia.

Et aliæ diversæ difficultates circa hoc adnotantur in textu huius Resolutionis. Ex p. 8. tractat. 4. Resol. 25.

§. TAngit hanc quæstionem Solorzanus *de Indiarum iure, lib. 3. cap. 13. n. 31.* & asserit, quòd illud in quæstionem vocati solet, an Capitulum, Sede Vacante, præbendarum, & beneficiorum, quæ eo tempore vacare contigerit, collationem facere possit. Et pro parte negativa vrgere videtur, quod hoc ius hodie ex consuetudine, vel privilegio solis Episcopis competat, vel eorum Vicariis, quibus ipsi simpliciter concesserint, text. & DD. *in cap. ex frequentibus, de institutionibus, cap. fin. de offic. Vicar. lib. 6.* Oldrad. *consil. 77.* Rota *de offic. Vicar. decis. 3. in novis*, Rebuffus *in praxi. tit. de coll. at. num. 12. & tit. de devolut. num. 88. & 90.* atque adeò regulariter non transeat in Capitulum, Sede Vacante, *cap. vnico, eod. tit. lib. 6.* cum aliis, quæ post Abbat. Panvin. Corras. & alios adducit Nicol. Garcia *dicto cap. 7. num. 52.* vbi *num. 52.* addit eadem ratione non succedere Capitulum in præsentatione, seu electione spectante ad Episcopum, vt per eundem Panvin. *quæst. 5. 2. part. num. 3. & 4.* Lambertin. *de jure patron. 1. part. lib. 2. quæst. 2. art. 4.* Paul. de Citadin. *eod. tract. 6. part. quæst. 33. num. 28.* & Didac. Perez *in l. 2. tit. 6. lib. 1. Ordin. pag. 155. col. 1. vers. Est & alia.* Sup. hoc fo. pra pod nu dium §. 1. Res. 47.

2. Sed hoc tamen de collationibus liberis, & merè voluntariis accipiendum est, secus de necessariis & debitis, quæ magis confirmationes, vel institutiones dicuntur, quales sunt omnes, quæ in Indiarum Ecclesiis fiunt, ad Regis nostri, tanquam earum patroni, præsentationem; eas enim Capitulum, Sede Vacante, vel per se ipsum, vel per Vicarium ad hoc nominatum bene facere potest, vt *in dicto cap. cùm olim, & cap. 1. de institut. lib. 6.* vbi Abb. & DD. Rochus de Curte *de iure patronat. verb. Competens alicui, n. 66.* Panvinus *vbi supra, q. 4. & 5.* Rebuffus *dicto tit. de devolut. n. 87. & 88.* & plures alij; quos refert, & sequitur Nicol. Garcia *n. 54. & seq.* Ioan. Vvames *consil. 259. 260. & 267. n. 2.* & Sebastianus Nevius tractans de potestate Capituli, in feudis, Canonicatibus & similibus conferendis, *in rubric. tit. qui feud. dare possunt, n. 25. & seqq.* Et planè olim electio, & collatio dignitatum, & Canonicatuum simul ad Episcopum cum Capitulo pertinebat, *cap. cùm Ecclesia Ulterana, de electione*, Oldradus *consil. 244. n. 19.* Rota *sub titulo de concessione prabendarum, decis. 4. in novis*, & Gabriel *consil. 199. num. 11. lib. 1.* Et hæc omnia obseruat Solorzanus *vbi supra*, quæ omnia intelligo de beneficiis pertinentibus ad Episcopum, ratione suæ dignitatis.

3. Et

5. Et ratio horum omnium est, quia collatio beneficiorum est veluti quædam donatio saltem ex ea parte, quia in potestate Episcopi est, potiùs huic quàm alteri illa conferre, ac ea beneficiorum collatio pertinet quasi ad fructus, & emolumenta Episcopatus, vt ait gloss. *in cap. cùm olim, de maiorit. & obedient.* Ideòque id ius non transit in Capitulum, Sede Vacante, sed ad Pontificem spectat ea conferre. Et hoc verum est, quamuis beneficium, viuente Episcopo, in mense ipsius vacauerit, si tamen mortuus sit antequam illud conferret.

4. *Nota* tamen *primò*, quòd quamuis Capitulum non possit conferre beneficia vacantia, potest tamen in illis præfigere œconomum, vt in eis administret, donec fuerit per Superiorem prouisum, *cap. cum vos, de officio ord.* vbi Panorm. Gemin. *cap. vnic. de maior. & obed. lib.* 6. Panvinus *loc. cit. quæst.* 3. Rebuffus *in prax. tit. de deuolut. num.* 77. quod rationibus comprobat Felin. *in cap. cum olim, numer.* 6. *de maior. & obed.*

5. *Nota secundò*, supradicta non procedere, quando collatio beneficij pertineret simul ad Episcopum, & Capitulum, tunc enim, Sede vacante, Capitulum potest illud conferre: sic habetur *in cap.* 1. *in princ. ne Sede Vacante. lib.* 6. Affirmant Panorm. *in cap.* 2. *num.* 4. *eod. tit.* Nauarr. *lib.* 2. *consil. tit.* 5. *de prabendi consil.* 20. Molin. *tractat.* 5. *de Iustit. disp.* 11. *num.* 13. & alij communiter. Ex quo sequitur, à fortiori, posse illorum significationes recipere, vt omnes concedunt. Similiter succedit Capitulum in potestate præsentandi, vel eligendi ad aliquod beneficium, quoties ad vtrumque spectaret electio, vel præsentatio, vt docet Lapus, quem sequuntur Geminianus & Franchus *in cap. vnic. de maioritate & obedient. lib.* 6.

6. *Nota tertiò*, supradicta intelligenda esse tantùm de collatione libera, non autem de confirmatione electi ad beneficium, & institutione præsentati, quæ sunt necessariæ ac debitæ. Nam Capitulum, Sede Vacante, potest electos confirmare, *cap. cum olim, de maioritate & obedient.* & instituere præsentatos ad beneficia à patronis, *cap.* 1. *de instit. lib.* 6. sic Panormitanus *in dicto cap.* 1. Rebuffus *in præx. benefic. tit. de deuolut. num.* 87. *& sequent.* Panvinus *de potestate Capituli, part.* 2. *princip. quæstion.* 4. Molin. *tract.* 5. *de Iustit.* 1. *disput.* 11. *num.* 13. Garz. aliis relatis *tom.* 1. *de benefic. part.* 5. *cap.* 7. *num.* 54 Ex quo fit, quòd si electio ad aliquam dignitatem, vel beneficium spectaret ad Capitulum, & confirmatio ad Episcopum, Capitulum, Sede Vacante, duplici iure fungetur, argum. text. *in leg. si consul. ff. de adoption.* nam eliget iure capitulari, & confirmabit iure Episcopali. sic gloss. & DD. *in cap. penult. de suppl. negl. Prælat.*

Et omnia superius dicta confirmat Baunius *in Theol. mor. al. tom.* 1. *tract.* 11. *quæst.* 21. *in fine.*

RESOL. LI.

An Capitulum Sede Vacante possit facere Collationem beneficiorum necessariam, vt quando, v. g. Collatio est debita certis personis? Ex p. 8. tr. 4. Res. 16.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Corrasius *de benefic. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 5. *& part.* 4. *cap.* 4. *num.* 37. negat. Ratio eius est, quia hic casus non reperitur in iure expressus, sicut expressus est casus de confirmatione electi, & institutione præsentati in collatione beneficiorum nunquam succedit Capitulum, Sede Vacante, nisi quando in iure id expressum inuenitur, vt patet ex *cap.* 2. *ne Sede Vacante*, ibi, *Cùm nusquam inueniatur cautum in iure, quòd Capitulum, Vacante Sede, fungatur vice Episcopi in collationibus præbendarum.*

2. Verùm mordicus affirmatiuam sententiam tenèt Garzias *de beneficiis tom.* 1. *part.* 7. *cap.* 5. *num.* 55. *& sequent.* Quia ideo Capitulum, Sede Vacante, potest facere confirmationem electi, & institutionem præsentati, quia sunt necessariæ, debitæ, vt docent Panormitanus *in cap. cum olim, de maioritate & obedientia, & cap.* 2. *num.* 6. *ne Sede Vacante*, Archidiaconus Geminianus & Franchus *in cap.* 1. *de institut. lib.* 6. Milis *in repertor. verb. Capitulum Sede Vacante potest, inuicto §. sequent. versic. Sed contrarium dicit.* Sed hæc ratio militat in omni collatione necessaria, & debita; ergo idem ius debet esse, *l. illud. ff. ad legem Aquil.* Vide dictum Garziam, qui conatur respondere ad omnia argumenta Corrasij.

3. Sed opinionem Garziæ non approbat Merolla *tom.* 3. *disput.* 7. *cap.* 7. *dub.* 1. *num.* 107. asserit enim nimium extendere potestatem Capituli, Sede Vacante, circa collationem beneficiorum; nam si Capitulum posset conferre beneficia, debita, ex functione, certo generi personarum, v. g. consanguineis fundatoris, quasi talis collatio censeatur necessaria; eadem ratione posset conferre beneficia, debita, ex fundatione, conciuibus fundatoris, puta Neapolitanis, & similiter, si aliqua beneficia essent fundata, vt dentur tantùm regnicolis, & non exteris, posset ea conferre Capitulum; & ita omnia beneficia Hispaniæ, Capitulum, Sede Vacante, posset conferre, quia sunt debita tantùm illi nationi, & non exteris. Hæc autem omnia sunt absurda, & contra communem praxim, cum valde impropriè dicantur huiusmodi beneficia collationis necessariæ.

4. Ex his colligitur, Capitulum, Sede Vacante, eas solas collationes necessarias facere posse, in quibus nulla exercetur liberalitas, vt quando beneficia, ex eorum institutione, sunt debita certis, ac determinatis personis, vt primogenito seniori familiæ fundatoris. Vel quando ratione optionis, debetur beneficium antiquiori optanti. Et de hac collatione necessaria, intelligendi sunt Doctores, quos refert pro se Garzia, dicentes, Capitulum posse facere collationes beneficiorum necessarias.

5. Nec obstat exemplum, quod affert Garzia de patrono præsentante plures Clericos, æquè idoneos; in quo casu, potest Capitulum, Sede Vacante, instituere quem maluerit ex præsentatis, & sic exercere liberalitatem. Nam hoc prouenit per accidens, ex tacita concessione, ac permissione ipsius patroni, qui cum potuisset præsentare vnum tantum, præsentauit plures, dando ipsi Capitulo potestatem eligendi, & instituendi quem voluerit ex Clericis præsentatis. Sicut etiam posset patronus neminem præsentare, sed dare facultatem Capitulo, vt conferat beneficium, cui voluerit. Et hæc omnia docet Merolla *loco citato*, qui *n.* 109. asserit, suam opinionem Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancellar. glos.* 9. §. 1. *n.* 77. *& gloss.* 45. *num.* 19. dicens, ita fuisse resolutum in vna Calaguritana beneficij de Archaya 26. Aprilis coram D. Corduba, vbi fuit dictum, non potuisse Capitulum, Sede Vacante, conferre quædam beneficia filiis patrimonialibus. Et in alia Vlixbonen. Prioratus de Caranza, coram D. Seraphino, dèmense Nouembris, anno 1605. vbi fuit dictum esse liberam collationem, quamuis sit facienda vni ex personis de certo Collegio, & per consequens non potest fieri à Capitulo, Sede Vacante.

RESOL. LII.

An Capitulum Sede Vacante possit conferre beneficia, si iure deuolutionis spectaret ad Episcopum? Ex p.8.tr.4.Res.27.

§.1. NOn desunt Doctores asserentes posse Capitulum, Sede Vacante, huiusmodi beneficia conferre. Ita Ioan. Andr. *in cap. quanquam, de elect. lib.6.* Panorm. *in cap.2.num.3. ne Sede Vacante,* Petrus Georgius *in syntagm.iur.p.2. lib.7. cap.9. num.* 43. Lambert. *de iure patron.lib.2.part.3. quæst.2. art.8. n.6.* & alij.

2. Probari potest hæc opinio,quia hæc deuolutio pertinet ad Episcopum ratione iurisdictionis Episcopalis, in qua succedit Capitulum, Sede Vacante, exceptis casibus in iure expressis. At verò hic casus nullibi reperitur in iure exceptus:nam licèt *in cap. 2. ne Sede Vacante,* dicat Pontifex, Capitulum non succedere Episcopo in collatione beneficiorum;hoc tamen intelligendum est de beneficiis,quorum collatio pertinet ad Episcopum iure proprio.

3. Et ita hanc sententiam tenet Molina *de Iustit. tom. 6.tract.5. disp.* 11.*n.* 12. vbi sic ait : Quamuis ad Capitulum,Sede Vacante,non pertineat conferre beneficia,quæ conferre pertinebat ad Episcopum ratione suæ dignitatis,tanquam annexum eius dignitati illa donare ; quando tamen ad Episcopum deuoluitur conferre aliqua beneficia ob negligentiam, vel delictum inferioris, tunc ea conferre spectat similiter ad Capitulum,Sede Vacante,vt cum Ioan.Andr.affirmat Panorm.*cap. illa,citato, n.3.* & consentiunt doctores communiter ; quoniam ea deuolutio tunc, idque ius pertinet ad iurisdictionem Episcopalem ratione vtilis administrationis suæ Diœcesis in bonum,& fauorem non Episcopi,sed beneficiorum,ac animarum:in eiusmodi autem iurisdictione succedit Capitulum, Sede Vacante. Quod autem in eo euentu collatio beneficiorum ad Capitulum,Sede Vacante,spectet, colligitur apertè ex *cap illa,citato,in fine,*iuncta *gloss.vlt.* ibi, Ob negligentiam vero conferendi beneficium intra semestre à puncto notitiæ vacationis beneficij transit ius, quod Episcopus habeat ad illud conferendum,ad Capitulum, etiamsi Sedes non vacet,& habetur *cap. nulla,§. vlt. & c.quia,de conces. præbend.* & notat Panvin.*2.part.princ.q.2.§. quædam.*

4. Sed aliqui putant non esse recedendum à negatiua sententia,quam docent Panormitanus sibi contrarius, *in c.cum olim,sub n.2.col.2.de maiorit. & obedient.* Ioan. Monach. *in dicto cap. quamquam ,n.7.* & *ibi.*Probus *in addit.* Roman. *cons.*311.Milis *in repert. lit.C. versic. Capitulum licet succedat* ;Rebuff.*in praxi benefic. tit. de deuolut. num.* 93. Barbosa *de potestate Episcopi. p. 3. allegat.*126 *n.*70. Marc. Anton. Cucc. *inst.maior. lib.2.tit.9.n.*92.Garz.alios referens, *de benef.p 5.c.7.n.*53. Panvin. *de potestate Capituli, p. 2. q. 2.num.*10.pro quo citat Bald. *in cap.ne pro defectu, de elect.*

5.Fundamentum huius sententiæ est,quia cùm hæc deuolutio, ad Prælatum superiorem inducta, ob negligentiam Prælati inferioris, non deducatur immediatè ex natura rei, nec ex aliqua ratione concludente, sed immediatè procedat ex dispositione iuris Canonici, sequitur, eam non esse inducendam extra casus ab eodem iure expressos.At nullibi in iure Canonico expressum est, vt deuolutio, quæ de Prælatis Episcopo inferioribus,ex eorum negligentia, facienda est, fiat ad Capitulum. Nam. text. *in cap.2. in fin. de conces. præbend.* loquitur solùm in deuolutione collationis, iure proprio competentis Episcopo negligenti ; ergo, &c. 1. ita hanc sententiam præter Doctores citatos tenet Azor. *p.2.l.3. c.38. qu.6.* Vide etiam Rodriguez *in sum.tom.1.c.75.n.12.*

6. Sed ego, vt verum fatear, primam sententiam non puto improbabilem esse ; & ita illam præter Doctores citatos, tenet Andreas Vallensis *in Paratitla ad Decretales lib. 3. tit.9. num.4.* & doctus, ac amicissimus Zypæus *de iure Pontif. nouo. lib.3. tit. ne Sede Vacante,* &c. *n.6. & 7.* vbi sic ait: Enimuerò Capitulum non succedit in collatione beneficiorum *c. 2. hoc tit.* & specialiter Pius V. *Constit. incip. Sanctissimus* declarauit omnem omnino prouisionem reseruandam esse futuro successori ; quippe instar fructus se habet, atqui fructus successori debentur. An verè etiam collatio quæ iure deuoluto Episcopo competit, successori reseruanda sit, de iure satis problematicè controuertitur. & Quar. *vbi supra, quæst. 9.* putat eam difficultatem nunc esse extricatam, propter dictam Pii Constitutionem generaliter loquentem. At verò facilè dici potest, distinctionem ex aliis iuris locis, aut ipsa ratione suppleri posse: nec esse eandem rationem in collatione iure deuoluto competente, quæ est in ea, quæ suo iure Episcopo competit ; illa enim vt fructus ex ea dignitate nascitur ; hæc ex accidente prouenit, scilicet inferiorum negligentia ; ad quam supplendam, eiusmodi deuolutio inuenta est, quæ per huiusmodi reseruationem augescit. Ita ille,satis quidem,vt dixi,probabiliter,licèt ego sententiæ negatiuæ adhæream.

RESOL. LIII.

An Capitulum Sede Vacante, si non possit conferre beneficia ad Episcopum spectantia, possit saltem eorum resignationes recipere? Ex parte 8.tractatu 4. Res.28.

§.1. NEgatiuè respondet Rebuffus *in praxi. tit. de deuolut. num.94. & seq.* Flam. Paris. *de resignat. benefic. lib.7. quæst.23. num.3. & seq.* Prosper. de August.*in addit.ad summ.Bullar.*Quarant.*verb.Capitulum. sub num.* 1. *quæst.9. limit.* 5. Barbosa *de potest. Episc.part.3.alleg.*69.*n.*8.

2. Sed contraria opinio videtur probabilior. Igitur existimo posse Capitulum : Sede Vacante, admittere resignationes beneficiorum. Ita Federicus *in tit. de rerum permutat.quæst.*36. vbi etiam Lapus Panormitanus *in cap.cum olim de maior. & obed.col.pen.* Felinus *ibid. n.*4. Panvinus *de potest. Capit.2. part. q.2. n.*11. *& seq.* Corras. *de benefic. part.1.cap.*8. *num.*17. Marc.Anton.Cucc.*inst. maior.lib.2.tit.9.num.*40. *& seq.*Sbroz *lib.2.de offic. Vicar.q.*71.*n.*12. Azor.*tom.1. lib.3.cap.*18. *& lib.7. cap.*19. *quæst.*7. Garz. *tom.2. de benefic p.* 11.*c.*3 *n.*255. vbi sic ait: Vicarius Episcopi non potest resignationes admittere, nisi habeat speciale mandatum, vt in illa Spoletana beneficiorum suprà relata *num.* 225. Staphileus *dicto §. resignationis modis, num.*19.Panvinus *de officio, & potestate Capituli Sede Vacante,2.part. quæst.*10. Rebuffus *in forma Vicariatus, n.*106 Cuchus *in institutionibus maioribus lib.2. tit.8 n.*82. Flaminius Parisius *dicto lib.7. qu.* 24. Sbrosius *de Vicario Episcopali lib.2. qu.*130. Zerola *in praxi Episcopali,* 1.*part. verb. renuntiatio,* § 4.& Zechius *dicto cap* 13.*num.2.vicarius.vers. quoque,* & est consilium Calder.*3.de renunciatione.*

3. Sed bene potest eas admittere Capitulum, Sede Vacante,cùm fungatur vice Episcopi, & succedat in eius iurisdictione, Abbas *in cap.cum olim, de maior.& obed.* & *ibi* Felin.*n.*4. Rota *dec.*56.*de rerum permutatione,in nouis.*Panvinus *dicta 2. p.q.2. à n.*15. Corrasius *dicto cap.*8.*num.*17. Cuchus *dicto lib. 2. tit. 9.à num.*40.qui receptum dicit,Flaminius Parisius *d. lib.*

lib.7.quæst.231.num.20.& Sbrozius dict. lib.2. quæst. 71.n.12.qui plures referunt Azor. 2. p.2.l.3.c.38. q.3. & lib.7.c.19.q.7.Quamvis contrarium teneat Rebuffus in praxi,tit.de devolut.n.94. & 95. nisi in resignatione, quæ fit ex causa permutationis,quam ait solam posse recipere, quia est necessaria & cum causa, eam quo videtur tenere Ruffinacius c.33.n.2.

4. Et procedit non solum in resignatione, quæ fit in resignantis pœnam, sed etiam in qualibet resignatione,Panvin.supra n.13. & Sbrozius dicto n.12. quamuis contrarium cum Lapo dicat Flamin. Parisius ubi proximè,n.35.& 36. Zech. dicto c.13.n.2. sub corsir. quinto loco,& Prosper. de August. in additione ad summam Bullarij, verb. Capitulum, Sede Vacante, sub n.149.limitat.5.

5. Nec obstat ratio Flaminij,quòd Capitulum solum succedat in his quæ sunt iustitiæ, non autem in his quæ sunt gratiæ,Ioan. Andr.in c.unico,de maioritate,& obedient.in 6. Quia respondetur, imò regulam esse, quòd Capitulum, Sede Vacante,fungitur vice Episcopi, & succedit in omnibus quæ sunt iurisdictionis ordinariæ,exceptis casibus à iure expressis,vt dictum est supra 5. part. cap.7. & hic casus non reperitur in iure exceptus. Hucusque Garzias, cuius sententiæ libenter adhæreo,quia,vt dictum est,Capitulum,Sede Vacante, succedit in totam iurisdictionē ordinariam Episcopi, exceptis casibus in iure expressis: sed recipere resignationes huiusmodi beneficiorum, pertinet ad iurisdictionem ordinariam Episcopi,vt ex se constat, & nullibi reperitur hoc denegatum Capitulo;ergo &c.

6. Secundò,quia Capitulum,Sede Vacante,potest ex causa Clericum suo beneficio destituere,seu privare,vt ostendimus supra ;ergo ex eadem poterit resignationem admittere. Probatur consequentia, quia resignatio habet vim destitutionis; vt bene inquit Flaminius loco citat.q.10.n.6. nam,per eam resignans, desinit esse intitulatus, & Prælatus. Et hanc opinionem tenet etiam Merolla tom.3. disp.7.cap.7. dub.11. num.126.

7. Sed non deseram hic apponere verba Rodriguez in summa, tom.1.cap.71.num.15.vbi sic ait: *Puede el Cabildo Sede Vacante interponer su autoridad en la permutacion de los beneficios en dos casos. El primero, quando la eleccion pertenece juntamente al Obispo y al Cabildo,como lo dize vna Glossa notable, donde lo nota Imola. El segundo, quando el beneficio pertenece a colacion de tercero, como lo prueva Zaberela, y puede recibir la resignacion de los beneficios, como lo tiene Panormitano, afirmando, que assi lo concluyo la mayor parte de la Rota. Y esto quando se haze la resignacion por causa necessaria, como lo dize Reoufo, y quando se haze en pena del resignante, como se colige del derecho. Y quando la dicha resignacion y colacion se ha antes de la provision hecha de Obispo en el consistorio, aun antes que tome possession, como dize Flaminio fue resuelto en la Rota. Y procede esto en los beneficios, cuya colacion pertenece juntamente al Cabildo y Obispo, salvo si el Capitulo Sede Vacante està en possession de hazer colacion, y recibir la resignacion de los beneficios, que pertenecen a solo el Obispo, como se colige del derecho,y lo tiene Decio.* Ita ille.

Sed elector circa præsentem quæstionem ne desereat recognoscere Baunium. tom.1. tract.11.qu.23. per totam.

RESOL. LVI.

An Capitulum Sede Vacante possit admittere resignationes beneficiorum non simpliciter, sed ex causa permutationis factas.

Et notatur non posse etiam Capitulum præsentare ad beneficium iuris Patronatus Episcopo competentis. Ex part.8.tract.4.Resol.29.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam tenet Azorius part.2. lib.3. cap.38. quæst.8. vbi sic ait: Quæritur, an Capitulum possit admittere resignationes beneficiorum non simpliciter, sed ex causa permutationis factas, hoc est, an possit recipere, & approbare permutationes beneficiorum. Duæ sunt opiniones, vna negat, altera affirmat. Veteres quidam negarunt, sed concedunt Federicus tractat. de permut. benefic. quæst.36. Lapus, Panormitanus, & Felinus in cap. cum olim, de maior. & Obed. Cardinalis,& Imola, & Vitalin. cum Gloss. in Clem.1. de rerum permut. Hæc opinio est probabilior. Ea verò intelligitur sic: Capitulum potest quidem recipere permutationes beneficiorum, sed non conferre beneficia permutata, nisi ius conferendi ad ipsum pertineat, vel communiter ad Episcopum & ad ipsum Capitulum ita gloss. loco cit. sicut in simili potest Episcopus admittere resignationem beneficij, quod est Romano Pontifici reseruatum, sed nequit illud conferre, vt docent Federicus, & Lapus locis supra citatis, & Rebuffus in praxi benefic. tit. de devolut. n.94.Hucusque Azorius.

Sed hæc sententia non caret difficultate, vt optimè obseruat Merolla tom.3. disput.7. cap.7. dub.11. num.135.

2. *Primò*, quia si Capitulum haberet facultatem recipiendi resignationes ex causa permutationis, posset etiam dicta beneficia resignata conferre ipsis compermutantibus; nam hæc collatio non est amplius libera, sed necessaria; quoniam beneficia ita resignata, sunt debita compermutantibus, & Capitulum succedit Episcopo in collatione beneficiorum necessaria,vt dixi supra. Sicut Vicarius qui habuit facultatem ab Episcopo, recipiendi resignationes beneficiorum ex causa permutationis, potest ea conferre compermutantibus, vt dixi cap.6. propter rationem assignatam.

3. *Secundò* nam si Capitulum potest recipere & de facto recipiat huiusmodi resignationem, peto, quid faciendum, si postea Episcopus nolit ea conferre compermutantibus.

4. Respondent aduersarij, Episcopum, si eam permutationem peficere nolit,posse cogi per superiorem ad id faciendum, vel redibunt renunciantes ad eorum beneficia, argum. cap. si beneficia, de prabend. in 6.

5. Sed contra, nam *primum* est omninò gratis dictum, quòd scilicet possit Capitulum imponere necessitatem Episcopo ad conferendum beneficium, quod aliàs est liberæ collationis. *Secundum* verò videtur falsum, idque impugnat Gambat. in cap.1. de rer. permut. in 6. num.114. & sequent. dicens, quòd si Episcopus nolit pertmutationem expedire,compermutantes non poterunt ad eorum beneficia redire, quæ culpâ suâ amiserunt, resignando, ex causa permutationis, coram Capitulo quod non poterat permutationem expedire. Quod confirmari potest, nam cum beneficium vacet resignatione facta ex causa permutationis, non poterit ad illud redire resignans, sine noua collatione, etiamsi permutatio non sequatur, seu non habeat effectum, vt dicunt communiter Doctores, quos refert, & sequitur Garz. de benef. part.11. cap.4.num.5. licet secus sit in resignatione ex causa permutationis, facta in manibus Papæ; tunc enim,si permutatio non habet effectum, possunt permutantes, sine noua collatione, redire ad eorum beneficia, vt probat idem Author loco cit. num.7.

6. Pro

6. Propterea probabilius existimo, non posse Capitulum resignationes recipere, propter rationes in contrarium adductas.

7. Vnde ex his omnibus existimat Merolla non posse Capitulum, Sede Vacante, dictas resignationes recipere.

8. *Nota* etiam hîc obiter, non posse etiam Capitulum præsentare ab beneficium iuris patronatus Episcopo competentis. Ita Merolla *loco citato, dub. 12. per totum.*

RESOL. LV.

An præter casus supradictos possit aliquando Capitulum Sede Vacante conferre beneficia? Ex p. 9. tr. 4. Res. 30.

§. 1. REspondeo affirmatiuè cum Rodriguez *in summa tom. 1. cap. 71. num. 13.* vbi sic ait. *El Cabildo Sede Vacante puede proveer los beneficios, cuya colacion està a cuenta del Obispo, y del Cabildo, pues segun derecho, y faltando vno, el otro sucede en este caso en su lugar, y lo mismo es quando el Obispo tuviere autoridad de presentar, o elegir, perteneciendo a entrambos juntamente la dicha presentacion, y eleccion, como lo tiene Lapo, y Gemin. Franco, Lambertino. Lo qual se entiende quando el Obispo y Cabildo tiene igual derecho, como lo nota Geminiano, y lo explica Felipo Probo. Y conforme a esta doctrina prueva Navarro, que los que tienen que la prouision del penitentiario, en las Iglesias Cathedrales conforme el Concilio Tridentino, pertenece al Obispo sin consentimiento, ò consejo de Cabildo, no es del Cabildo* Sede Vacante. *Empero que conforme àla opinion de los que tienen que pertenece al Obispo y al Cabildo, juntamente, pertenecerà tambien al dicho Cabildo, y perteneciondo la dicha prouision al Obispo con consentimiento, ò consejo del Cabildo, tambien el dicho Cabildo* Sede Vacante *se puede meter en ella.* Sic ille.

Sup. sequentibus in hoc §. Supra in Res. 47. per totam.

RESOL LVI.

An Capitulum Sede Vacante possit vnire beneficia? Ex p. 8. tract. 4. Res. 31.

§. 1. NEgatiuæ sententiæ adhæret Azorius *pa. 2. lib. 3. cap. 38. quæstion. 9.* vbi ita asserit. Quæritur, an Capitulum vnire beneficia queat? Rebuff. *num. 100. lit. de deuolut.* affirmat posse vnire in iis casibus, in quibus posset Episcopus, dummodo per vnionem nihil iuri Episcopali detrahatur. Et citat Cardinalem, & Imolam *in Clem. 1. de statu Monachor.* Petrum Perusinum *in tractat. de vnion. Ecclesiarum, cap. 4.* & Felinum *in cap. cùm olim ad finem de maiorit. & obed.* idem sensit Lapus *cap. 1. de maior. & obed.* Sed Panvin. *part. 2. quæst. 3. num. 17.* videtur negare id posse Capitulum, quia per vnionem beneficium, quod vnitur alteri supprimitur, vel extinguitur, vel alienatur; at Capitulum supprimere, vel extinguere, vel alienare beneficium non potest, & ita dicendum est, nam per vnionem beneficiorum minueretur potestas Episcopi, is enim vnius tantùm beneficij conferendi ius haberet, cùm antè vnionem haberet potestatem duorum beneficiorum. Cæterùm supradicti Auctores tantùm loquuntur de vnione, per quam beneficia vnita manent æqualiter principalia: loquuntur enim de vnione, per quam nihil iuri Episcopali detrahitur, at si beneficium vnitum alteri supprimeretur, vel alienaretur, aliquid videretur esse iuri Episcopali detractum. Hucusque Azorius; & hanc sententiam tenet Merolla *tom. 3. disputat. 7. capit. 7. dub. 14. num. 147.*

2. Sed communiter asserunt posse Capitulum Sede Vacante, facere vniones beneficiorum, quas potest Episcopus. Ratio fundamentalis huius sententiæ est, quia Capitulum succedit in tota iurisdictione Episcopi, exceptis casibus in iure expressis. At vnire beneficia, est actus iurisdictionis, & nulli reperitur hoc prohibitum Capitulo; ergo, &c. Hanc sententiam sustinent Caccialup. *in tract. de vnion. art. 3. quæst. 6. num. 19.* Petr. de Vbald. eod. *tract. cap. 5. num. 26.* Rebuff. *in praxi tit. de vnion. benefic. num. 36.* Hoieda *de incompat. benefic. 2. part. cap. 3. num. 7. vers. Similiter Capitulum.* Garz. *de benefic. part. 12. cap. 2. numer. 67.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. cap. 85. num. 25. in 1. edit.* Prosp. de August. *in addit. ad sum. Bullar.* Quarant. *verb. Capitulum, quæst. 9. vers. Quæ conclusio*, Azor. sibi contrarius *tom. 2. lib. 6. cap. 29. quæst. 9.* & alij, quos citat & sequitur Sanchez in Summa *tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 155.*

3. Quòd si dicas Capitulum, Sede Vacante, non potest conferre beneficia; ergo nec vnire: probatur consequentia; quia duo beneficia vnire nequit, nisi vnum conferat ei Ecclesiæ, cui vnit.

4. Respondent Azor, & Sanchez, negando consequentiam, quia beneficium nondum vacans, conferri nequit, cùm tamen vniri possit, *Clement. 1. de reb. Eccles. non alien.* Item, non est idem iuris de conferendo, quod de vniendo; quia conferre, est voluntatis, & libertatis: vnire verò, est necessitatis, nam vnio fieri non potest, nisi ob Ecclesiæ necessitatem, vel vtilitatem. Necessitas est, v. g. quando Ecclesia, cui vnio facienda est, caret sufficientibus redditibus ad alendum ministrum; Vtilitas verò vt quando propter fructuum tenuitatem, non inueniuntur Clerici idonei ad deseruiendum; hæc omnia habentur *in c. exposuisti. de præb.*

Vide Rodriguez *in summa tom. 1. capit. 71. numer. 16.*

RESOL. LVII.

An Capitulum Sede Vacante possit commendare beneficia ad tempus?

Et an hoc intelligatur de beneficiis simplicibus tantum, non autem curatis? Ex part. 8. tractat. 4. Resol. 32.

§. 1. AD hoc dubium sic respondet Azorius *part. 2. lib. 3. cap. 38. quæst. 8.* Quæritur, an Capitulum commendare queat Ecclesias, siue beneficia? Potest, ad tempus videlicet, non in perpetuum, donec idoneus beneficiarius detur, sic Panormit. *in cap. cum olim, de maior. & obed.* Innoc. *in cap. illa, ne Sede Vacante.* Ancharan. & Ioan. And. *in cap. 1. eod. tit. in 6.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de deuolut. num. 77.* Ita Azorius, sed eius doctrina intelligenda est de beneficiis simplicibus, non autem curatis, vt declarauit Sacra Congregatio, teste Garcia *de benefic. tom. 1. part. 5. cap. 7. numer. 8.* & Nauarro *in summa Bull. tom. 2. titul. de Capitul. num. 88.*

RESOL. LVIII.

An Capitulum Sede Vacante possit priuare Clericos benefi-

beneficiis, quorum collatio ad Episcopum pertinebat ? Ex p.8. tr.4. Res.40.

Affirmativam sententiam docet Baunius *in Theol. mor. tract. 11. quæst. 25.*

Primò, quia castigare scelera, ordinariorum est communis, propriàque Provinciæ : at Capitulum, Sede Vacante, potestatem habet ordinarij, *Extravaganti, Execrabilis, §. cæterum, de præbend.* ergo & plectendi vitia : plectuntur autem, cum eorum author fortunis evertitur ac bonis, est id ergo Capitulo facere licitum, cùm quid est à reo admissum, quod ea pœna sit dignum.

2. Secundò, si esset Episcopus adhuc superstes, haud dubiè concubinarium recti indocilem, vitáque turpem, ac eius similes, generis humani certa probra, gradu movere posset, cùm præstet Ecclesiam carere labe, quam ministros impios habere ; sed ab Episcopo satis functo, transit eius omnis authoritas communis & ordinaria, in Canonicorum cœtum, seu Capitulum, *c. cum olim, de majoritate & obedient.* Panvinus *tractat. de potest. Capituli, Sede Vacante, part. 1.* Flaminius *de resignat. lib. 7. quæst. 23. num. 21.*

3. Obiicies, eiusdem est destituere, cuius & conferre : at beneficium debet à solo Episcopo conferri, vt supponitur, non à Capitulo; ergo & ab illo, non istos indigno tolli.

4. Major est vera, cùm omnia sunt paria, quod hîc non accidit, cum publica vtilitas, dignitasque Ecclesiæ exigant, Clericum, cuius impuri sunt mores, vti putre fœtensque membrum, rescindi de Ecclesia, quare cum Capitulo, Vacante Sede, permissa sint omnia, quæ iurisdictionis sunt necessariæ, vt dictum est antea, nec ferri possit, ac debeat, quod in perniciem grassatur innocentium, cuiusmodi est insignis culpa, quæ infirmis peccandi est causa, crederem Capitulo tum permissum esse, concubinarium civitati notum, aut quemlibet alium, ei vita non dissimilem, privare magistratu, quem in Ecclesia gerit, quemadmodum & beneficia, quorum collatio ad Episcopum pertinet, digno demandare, cum res temporáque vrgent ; quia in his quæ iusta sunt ac necessaria, succedit Episcopo Capitulum, sed est concubinarij submotio rejectióque à gradu honoris, quo in Ecclesia fruitur ad istius, Deique gloriam, & bonum fidelium, nęcessaria non tantum, sed & iusta nocentis pœna, ita & collatio magisterij quod obit, alteri facta, eiusmodi est, quæ ad creati Episcopi tempora non possit differri, ne ea prorogatio insonti noceat. Ita Baunius.

RESOL. LIX.

An ea omnia, quæ dicta sunt de Episcopis ad imponendas pœnas, multas pecuniarias Clericis, & laicis in delictis mistis fore, vel pro dispensationibus, aut commutationibus, procedant in Capitulo Sede Vacante, & eius Vicario, ita vt in quocumque euentu, & casu semper sint applicanda locis piis ?

Et an prædicta applicatio statim fieri possit à Vicario Capituli ? Ex p.10. tr.8. Res.10.

§. 1. Et tandem ad complementum materiæ dicendum est, id quod diximus de obligatione Episcopi ad applicandas pœnas, & mulctas pecuniarias locis piis, idem dicendum esse de Capitulo Sede Vacante, & eius Vicario ; vt individualiter docet novissimè Paulus Squillante *de obligationibus, & Privilegiis Episcoporum, p. 1. cap. 28. n. 9.* vbi sic ait : Dubitatur an Sede Episcopali Vacante, pœnæ pecuniariæ debeant etiam locis piis applicari. Et esse applicandas locis piis tradunt. Prosper de Augustt. Genuensis, & Merolla ; qui fatentur, quod applicatio prædicta, statim fieri poterit à Vicario Capituli iuxta *disp. Sac. Concilij Trident. sess. 25. cap. 3. de reform.* & fuit pluries obseruatum in Curia Archiepiscopali Neapolit. Ita ille; vbi ait quoque quod sic, ibidem, est inueterata consuetudo pro criminibus dignis compositione, compositiones facere, cum Episcopi Iurisdictio Sede Vacante ad Capitulum devolvatur, *c. vnico, & ibi Glossa, de majorit. & obedient.* taliter, quod sicut Episcopo compositiones facere, ita nec etiam id poterit denegari Capitulo, Sede Vacante, quod quoúsque durat Sedes Vacans repræsentat Episcopum, & agit quæ Episcopus facere poterat. Et idem Squillante *paulo infra num. 12.* sic etiam ait : Nomine autem emolumentorum intelligitur pœna imposita Inobedientibus, ratione contumaciæ, & id etiam quod percipitur ratione decreti, quod interponitur, intelliguntur etiam compositiones, & pœnæ pecuniariæ. Quamvis emolumenta, quæ prouenium ex pœnis pecuniariis sint applicanda locis piis, *iuxta dispos. S. C. T. sess. 25. c. 3.* vt dictum est ; & hanc sententiam tenet etiam Episcopus Riccius *tom. 2. decis. 289. per totam*, Genuensis *in praxi Archiep. c. 69. num. 4.* Prosper de Augustino *in Addit. ad Quarantam, verb. capitulum, vers. Prædicta restringo*, quibus adde Merollam *tom. 3. disp. 7. c. 7. dub. 1. n. 21.* in fine asserentem, emolumenta, quæ proveniunt ex pœnis pecuniariis, tempore quo vacat Sedes Episcopalis esse applicanda locis piis, iuxta dispositionem Concilij Tridentini ; quæ applicatio potest fieri statim à Vicario Capituli : Et hæc dicta sufficiant circa præsentem quæstionem, quæ omnia pro veritate scripsi.

tract. 4, & omnes quæstiones eius p=o Capitulo Sede Vacante applica.

RESOL. LX.

An Capitulum Sede Vacante teneatur solvere debita Episcopi defuncti ex fructibus Episcopatus ?

Et docetur Capitulum Sede Vacante teneri eleemosynas impertiri, ad quas Episcopus tenetur. Ex p.8. tr. 4. Res.74.

§. 1. Ad hanc quæstionem satis practicabilem, affirmativè respondet Themudo *tom. 1. decis. 48 num. 6. & seq.* ait enim, certum esse Capitulum Sede Vacante esse administratorem rerum Episcopatus, & primo loco teneri solvere debita Episcopi defuncti ex reditibus Episcopatus, residuumque futuro Episcopo custodire, *c. quia sæpe, de elect. lib. 6. c. præsenti 9. de officio Ord. eodem lib. 6. & ibi* gloss. *verb. solutis debitis.* Quarant. *in summ. Bull. verb. Cap. Sede vac. §. prædicta*, Azeved. *recopil. l. 1. tit. 2. in lege 6. à num. 4. & 19.* Barbos. *de potest. Episcopi, allegat. 114. num. 8.* Zerol. *verbo beneficia, vers. ad 6.* Boër. *dist. 340.* Gama *decis. 313. n. 3. & 4. & dist. 340. num. 2.* Cardos. *verb. bona num. 29.* Fusc. *de visitat. l. 2. c. 7. n. 9.* optimum Concilium Ecclesiasticum Cald. Garc. *de benefic. 2. dq part. cap. 1. à num. 89.* Thesaur. *dist. 143.*

2. Capitulum namque succedit Episcopo in omnibus ac si viueret exceptis reservatis. Quarant. *verb. Cap. Sed. vac. in princ.* & alibi latius diximus; cum ergo succedat Episcopo, tenetur solvere salarium quod debetur Episcopo pro regimine vsque ad tempus (fiat) Speculator *lib. 1. tit. de actore §. 1. num. 64. & l. 2. tit. de fruct. & interes. §. 1. n. 15. & lib. 4. tit. de stat. Monach. num. 64.* Bart. *in l. divortio, initio, ff. solut. Matrimonio* ; & ratio est, quia fructus sunt accessorij beneficio,

beneficio, qui semper debetur Prælato pro tempore, quo seruiuit, *cap. non licet 2. cap. Episcopus 4. cap. cum secundum 16. cap. dilecto filio 24. de præbend.* quibus ita propositis, iudex Apostolicus iustè sententiam protulit condemnatoriam.

3. A qua sententia, cùm fuisset appellatum, & causa commissa per Illustrissimum Collectorem Apostolicum, rei condemnati in libello appellatorio, formarunt articulos vbi deducebant Ecclesiam carere legitimo defensore, sine quo processus non poterat subsistere, *cap. constitutis ne Sede Vacante, cap. 1. eodem tit.* sicut processus minorum sine curatore, *l. acta, §. vltim. ff. de re iudic. gloss. fin. in dicto cap. 1. ne Sede Vacante*? sic etiam acta esse nulla ex defectu legitimi defensoris, vt iura Canonica clamant.

4. *Secundo*, quia in computis rationum certa quantitas non adfuit, vt erat necessarium, *l. non solum, §. is qui rationes, ff. de libera. lib. statu liberum, §. ff quis non dare; ff. de statu lib.* Afflict. *decis. 157.* & quando dabatur error calculi, articuli recipi debuerunt. *l. 1. C. de error. calculi §.* vbi gloss. *ff. de administrat. rerum ad civit. pertin.* Bart. *in l. 2. C. de iure fisc. l. 10.* Garc. *forens. c. 9 2 3. n. 35 & 36.*

5. Quibus visis, & receptis articulis erroris calculi iuxta tradita per Escobar *de ration. cap. 38. n. 4.* cùm appellantes non probarent, sententia Auditoris cum Adiuncto confirmata fuit, per aliquot iura allegata, debita enim Episcoporum per Capitulum Sede Vacante, ante omnino solvi debere iudicavimus, anno 1640. Hucvsque Themudo. Qui etiam *in decis. 75. n. 9.* docet Capitulum Sede Vacante teneri eleemosynas impartiri, ad quas Episcopi tenentur; & adducit Calderinum, & Tuschum.

RESOL. LXI.

An intra octo dies, in quibus Capitulum Sede Vacante, cogitat de Vicario eligendo, debeat Archidiaconus iurisdictionem administrare? Ex p. 8. tr. 4. Resol. 36.

§. 1. REspondet affirmativè Marcellus Vulpe *in Prax. For. Eccles. cap. 44. num. 30.* eo quòd ad Archidiaconum spectet dicta iurisdictio, cùm ipse sit ipso jure Vicarius, *cap. 1. & cap. ad hæc de offic. Archid.* & de jure habet jurisdictionem ordinariã, gloss. *in c. perlectis, in verb. iurgia dist. 25.* nec obstat, quòd dicta jura loquantur Sede plena; quia per mortem Episcopi, ea, quæ Archidiacono de iure competunt, ei non auferuntur, Sbroz *de Vicar. Episcop. lib. 1. quæst. 61.* Abb. *in cap. dilecto, num. 7. de offic. Archid.* Foller. *in constitut. Regni incip. Ad audientiam nostram, n. 75.* vbi dicit, ita seruatum fuisse Salerni per Capitulum tempore Sedis Vacantis, ob mortem Cardinalis Seripandi Archiepiscopi, quod Archidiaconus exercuit iurisdictionem, donec à Capitulo fuit Vicarius deputatus; & hoc non sine maxima ratione, cum experientia visum sit, quod in principio Sedis Vacantis multi improbi, audaciores fiunt, & absque Dei, & iustitiæ timore, confisi quòd non sit, qui carceribus, & aliis legitimis provisionibus eorum audaciam coërceat & refrænet, cùm Capitulum non possit statim se congregare, & malo occurrere, multa scelera & crimina perpetrare non verentur; & exinde perturbationes multæ oriuntur & scandala, quibus omnino obviandum est. *Clem. 1. de effic. ordin.* etiamsi levia, & pusilla sint, *cap. 2. de nov. oper. nunt.* & ad evitanda scandala à jure recedi potest *cap. non potest 23. q. 4. & Clem. 1. de pœn.* Ad obviandum ergo insolentiis quæ evenire solent, antequam per Capitulum Vicarius deputetur, Archidiaconus, qui primam dignitatem, & locũ primum in Capitulo obtinet, potest legitimè exercere; salva tamen decisione Sacræ Concilij Congregationis. Ita Vulpe: cuius sententiam tenet etiam Solorzanus *de Indiarum iure, tom. 2. lib. 3. cap. 13. n. 51.* & Valuenzuela *cons. 101. n. 21.* cum aliis.

2. At, his non obstantibus, contrariæ sententiæ adhæret Quaranta *in summ. Bull. ver. Capitulum, Sede Vacante, n. 2.* vbi ita asserit. *Primò* dubitatur stante præfixione termini octo dierum, infra quem Capitulum cogitat Vicarium eligere, quis interim administrabit. Respondeo quòd quamvis videatur dici posse Archidiaconum debere tunc temporis vices Vicarij sustinere, per text. *in cap. 1. in cap. ad hæc, de offic. Archid.* idque etiam sentiat Iac. Sbroz. *in tract. de vic. Episc. lib. 1. quæst. 61.* tamen quia ex diversis non fit illatio, & dicta jura loquuntur Sede repleta, non autem Sede Vacante, quo casu de iure transit in Capitulum jurisdictio vt satis abundè *suprà* scriptum fuit, dicendum puto infra octo illos dies totum Capitulum administrare debere. Ita ille.

Et vt verum fatear, quia Jurisdictio Archidiaconi hodie recessit ab aula, sententiæ Quarantæ adhæreo, quæ firmatur ex his quæ docet Merolla, *tom. 3. disp. 7. c. 7. dub. 1. n. 7.*

RESOL. LXII.

An Capitulum Sede Vacante possit restringere tempus octo dierum, statutum à Concilio Tridentino pro Vicario eligendo? Ex parte 8. tractatu 4. Resol. 65.

§. 1. NEgativè respondet Merolla *tom. 3. disp. 7. cap. 7 dub. 26. n. 260.* quia quamvis in potestate Capituli sit creare Vicarium etiam prima die post Episcopi mortem; non tamen statuere potest, vt intra breuius tempus assignatũ à Tridentino debeat illum eligere, ita vt ad id necessitetur; nam cùm Capitulum non sit superius se ipso, non potest sibi legem imponere, à qua obligetur, quia lex ligat tantùm subditos ferentis. at Capitulum non est subditum sibi ipsi, quamvis quilibet de Capitulo seorsum acceptus, sit Capitulo subditus, & statutis Capituli obligetur.

2. Sed his non obstantibus, aliqui affirmativæ sententiæ adhærent; & ideo Quaranta *in Sum. Bullæ verb. Capitulum, Sede Vacante, q. 12. §. primo dubitatur, in fine*, asserit, posse Capitulum Sede Vacante, numerum octo dierum pro Vicario eligendo restringere, breviorem statuendo per text. *in cap. Ecclesia vestra*, vbi Abbas, *not. 1. de elect.* & hanc sententiam tenet etiam Genuensis *in praxi c. 88. n. 7.*

RESOL. LXIII.

An Capitulum Sede Vacante possit post octo dies antequam Metropolitanus eligat Vicarium purgare moram, & eligere Vicarium? Ex part. 8. tractat. 4. Resol. 71.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Garcias *de benefic. tom. 1. part. 5. c. 7. n. 7.* vbi existimat, quòd Capitulum, quod infra octo dies Vicarium non constituit, possit re integra, antequam Metropolitanus eum deputet, moram purgare.

2. Sed contrarium, & meritò, tenet noviss ime Emanuel Themudo *in decisionibus Archiepiscopalibus Olysponens. part. 1. decis. 22. n. 5.* vbi sic ait: Si Capitulũ intra octo dies Vicariũ non constituat, devolvitur Vicarij deputatio ad superiorem, vti Concilij declarat, vbi dictio, *omnino*, præcisam naturam habet, restrictionẽ aliquã non patitur, imo importat præcisam

sam executionem, præcisè cogit ad factum, præcisamque denotat necessitatem, vt multis relatis expresse tenet Cened. *pract. 9. singulari 24. à n. 2.* præcisè *n. 4. & 5.* & dicit Tusc. *concl. 522.* quòd excludit omnem gratiam, misericordiam, & dispensationem, vbi nouem conditiones exclusiuas affert, vbi etiam *concl. 299. dictio, intrà*, quà Concilium vtitur, includere tantùm sua extrema, dicit, & excludere ea, quæ sunt extrema, ita vt si aliquid fieri iubeatur intra decem dies, post illos non possit fieri, quia includit extrema, & excludit ea, quæ sunt extra: vnde per *Suar. tom. 5. de censur. disp. 18. sect. 3. n. 2.* ait Capitalum quòd Sede Vacante non constituit Vicarium, tempore, & modo ibi præscriptis, facultate constituendi eum priuatur. Riccius *coll. 1602. initio, & d. 473. tit. de Sed. Vacant.* Quarant. *in summ. Bullar. verb. Capit. Sede Vacante, n. 3. vers. eidem.*

3. Attamen Garcia *de benef. vbi suprà, n. 4. vers. sed respondeo*, Riccius *coll. 1602.* dicunt Capitulum etiam transactis prædictis octo diebus, posse purgare moram, quia cùm Vicariatus non sit beneficium, sed officium quoddam temporale, deuolutio deputationis Vicarij, solùm intelligitur fieri, vt Metropol. possit Vicarium deputare negligente Capitulo, non autem, vt Capitulo omnino tollatur facultas eum deputandi, & purgandi moram, & ita deuolutio ad Metropolitanum, solùm fit ad effectum, vt possit suppleri negligentia Capituli: quibus respondet Quarant. proximè *n. 4.* quòd quando iurisdictio deuoluitur ad superiorem propter negligentiam, non habet locum pœnitentia, quia ipso iure, transactis octo diebus iurisdictio ex Concilio translata est in superiorem, vbi allegat Gemin. *in c fin. n. 8. de suppl. negl. Prel. in 6.* vnde non obstante opinione Garciæ, contraria est magis conformis iuri, quam proculdubio amplecti oportet. Ita Themudo, cui ego libenter adhæreo.

RESOL. LXIV.

Quid determinet Concilium Tridentinum circa creationem Vicarij Capituli, Sede Vacante?

Et an terminus etiam octo dierum currat capitulo à die scientiæ translationis Episcopi ad aliam Ecclesiam, quando tamen à Summo Pontifice fuerit absolutus à vinculo prioris Ecclesiæ? Ex p. 8. tr. 4. Res. 55.

§. 1. IN Concilio Tridentino; quoad electionem Vicarij Generalis, seu Prouisoris, sic *sess. 24. c. 16.* sancitum est. Capitulum Sede Vacante, officialem, seu Vicarium intra octo dies post mortem Episcopi constituere, vel existentem confirmare omnino teneatur, qui saltem in iure Canonico sit Doctor, vel licenciatus, vel aliàs, quantùm fieri poterit, idoneus. Si secus factum fuerit, ad Metropolitanum deputatio huiusmodi deuoluatur. Et si Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit, aut exempta, Capitulumque, vt præfertur negligens fuerit, tunc antiquior Episcopus ex Suffraganeis in Metropolitana, & propinquior Episcopus in exempta œconomum (de quo in eodem capite habitus etiam fuerat sermo) & Vicarium idoneos possit constituere. Episcopus verò ad eandem Ecclesiam vacantem promotus ex iis, quæ ad eum spectant, ab eisdem œconomo vicario, & aliis quibuscumque officialibus, & administratoribus, qui Sede Vacante, fuerint à Capitulo, vel ab aliis eius locum tenentibus, etiam si fuerint ex eodem capitulo, rationem exigat officiorum, iurisdictionis, administrationis, aut cuiuscumque muneris, possit eos punire, qui in eorum officio, seu administratione deliquerint: ceterùm si prædicti officiales, redditis rationibus, à Capitulo vel à deputatis ab eodem, absolutionem ab eodem, aut liberationem obtinuerint. Eidem quoque Episcopo teneatur Capitulum de scripturis, ad Ecclesiam pertinentibus, si quæ ad Capitulum peruenerunt, rationem reddere. Hucusque Concilium.

2. *Nota* tamen; quòd intra octo illos dies non arctatur Capitulum ad constituendum Vicarium, & successiuè potest de per se administrare.

3. Terminus autem præfatus octo dierum currit Capitulo etiam à die scientiæ translationis Episcopi ad aliam Ecclesiam, quando tamen à Summo Pontifice fuerit Episcopus absolutus à vinculo prioris Ecclesiæ; & Ioannes Antonius Massobrius *in praxi habendi concursum, requis. 1. dub. 9.* secundum Romanam impressionem, attestatur resolutum esse, Ecclesiam, à qua volens transfertur seu quam dimittit Episcopus vacare ab eo tempore, quo idem Episcopus ab illius vinculo absoluitur in Consistorio Sanctitatis suæ, etiam ante expeditionem litterarum Apostolicarum, vel adeptam possessionem secundæ Ecclesiæ: & posteaquam huiusmodi absolutionis notitiam habuerit, etiam ex testimonio, seu documento Secretarij Sacri Collegij, illicò teneri eum abstinere ab exercitio Ordinariæ iurisdictionis, eámque transire in Capitulum Sede Vacante, & ita posse, & debere Capitulum statim ea iurisdictione vti, ac Vicarium iuxta Concilij *d. cap. 6.* præscriptum eligere, Sedémque vacantem publicare.

Quoad hoc lege suprà latam doctrinam Resol. 6.

RESOL. LXV.

An eligendus sit pro Vicario Capituli, Sede Vacante, Doctor Canonum, si haberi potest sub pœna nullitatis?

Et an in casu, quod non sit Doctor, possit Capitulum in ipso actu deputationis dare ei Consultorem Doctorem sibi bene visum, alioquin an poterit ipse Vicarius eligere Doctorem Consultorem, partibus non suspectum, in quibus opus fuerit?

Et an Doctor Theologus non possit esse Vicarius Capitularis Sede Vacante?

Et an Vicarius Episcopi possit esse non Doctor?

Et si Episcopus demortuus reliquit Vicarium non Doctorem, Capitulum non debeat illum confirmare? Ex p. 8. tr. 4. Res. 56.

§. 1. RESpondet Merolla *tom. 3. disp. 7. c. 7. dub. 18. num. 186.* Sacram Congregationem in vna Tridentina declarasse, quòd si Capitulum eligit non Doctorem, quando haberi potest Doctor, electio est nulla. Sic refert Garcias *tom. 1. de benefic. p. 5. n. 10. & seq.* Item in vna Macaren. censuit his verbis: Si Episcopus demortuus reliquit Vicarium, quem elegerat, cùm non esset Doctor, Capitulum non debet eum confirmare, sed alium, qui sit Doctor, eligere. Et quamuis in hac secunda declaratione non explicet Sacra Congregatio, an si Capitulum de facto confirmet Vicarium non Doctorem ab Episcopo relictum, sit irrita confirmatio: tamen ex alia declaratione eiusdem Congregationis, clarè colligitur esse irritam, inquit enim, illa verba Concilij, *Omninò teneatur*, &c. referri ad vtrumque, scilicet confirmandum, vel constituendum, itavt tam confirmatus, quàm constitutus habeat qualitates à Tridentino requisitas, aliàs electio est nulla. Adde, quod etiam hoc colligitur ex illis verbis S. Congregationis suprà relatis: Capitulum non debet eum confirmare: nam verbum illud, *non debet*, præcisam necessitatem importat, & actum contra gestum omnino reddit nullum: ergo, &c.

2. Vnde Marcellus Vulpe *in praxi for. Eccles. c. 44. num. 15.* sicait: Vicarius Episcopi potest esse non Doctor, secus Vicarius Capitularis; qui debet deputari Doctor, aliàs deputatio erit nulla: & si Episcopus demortuus reliquit Vicarium non Doctorem, Capitulum non debet illum confirmare, sed alium, qui sit Doctor, eligere. Concilium Tridentinum *sess 24. c. 16. de reformat.* Sed si in Capitulo non extat Doctor, potest deputare alium, qui sit idoneus; ita declarauit Sacra Congregatio Concilij his verbis: Congregatio Concilij censuit, existentibus Doctoribus in Capitulo, necessariò vnum ex illis esse eligendum: alioquin deputationem ad Metropolitanum deuoluit: sed in casu, quo Vicarius non sit Doctor, potest Capitulum in ipso actu deputationis dare ei consultorem Doctorem sibi bene visum: alioquin poterit ipse Vicarius eligere Doctorem consultorem patribus non suspectum in casibus, in quibus eo opus erit. Ita ille.

3. Vnde Barbosa *tract. de Canon. cap. 42. num. 53.* asserit sub die 28. Augusti ann. 1621. decisum fuisse, Doctorem Theologum non posse esse Vicarium Capitularem, Sede Vacante, & Dom. Valençuela *cons. 120. num. fin. vol. 2.* vbi hanc nullitatem obiicit contra quædam acta à quodam Vicario Theologo electo à Capitulo Ecclesiæ Conchensis Sede Vacante.

4. Quod sanè, iustè constitutum esse videtur, Nam viri Theologi, etsi literatissimi sint, non satis iurisprudentiæ praxim, & theoricam callent, & proinde multoties ex capite, & pro arbitrio sententias proferunt, & vbique à veritatis, & iustitiæ tramite deuiant, vt bene aduertit Hieron. Cevallos *in tract. de violentiis, 1. part. gloss 6. num. 24. pag. 66.* & Axia *de exhiben. auxilius, casu 5. fol. 159.* & nouissimè D. Catascus *ad leg. Recog. cap. 6. num. 9. fol. 56.*

5. Verùm, his non obstantibus, non deseram hic adnotare Ioannem Solorzanum *de Indiarum iure, tom. 2. lib. 3. cap. 13. num. 46. & sequ.* contrariæ sententiæ adhærere: sic enim asserit. Quidam Arequipensis Episcopus D. Fr. Petr. à Perea Augustinianus cùm ego in Prætorio Limano ius dicerem, parere recusabat quibusdam litteris executorialibus, quas aduersùs eum expediri mandauerat. D. Ioannes Velasquez electus Archiepiscopalis Limanæ Ecclesiæ, Sede Vacante, Metropolitanus, & eiusdem Archidiaconus meritissimus, inquiens illum esse Doctorem Theologum, & à Capitulo eligi non potuisse, in quo plures alij Præbendarij reperiebantur Licentiæ, vel Doctoratus laurea in iure Pontificio donati, & satis in eius professione conspicui.

6. Qua de re cùm ad Regalem Cancellariam negotium sub occasione Regij auxilij ab Archidiacono implorati, delatum esset, suprà dictis non obstantibus, pro Archidiaconi gestis & iurisdictione pronuntiatum fuit. Nam etsi verum sit, eam (quam diximus) formam à Concilio præscriptam videri in electione Vicarij Capituli, Sede Vacante, non ita præcisa est, quin alium idoneum admittat, vt patet ex illis verbis, Vel aliàs quantum fieri potuit idoneus. Vnde relinqui in arbitrio Capituli hæc alternatiua videtur, quod ex iustis causis moderari potest ita vt Theologum, ætate fortè, prudentia, & rerum agendarum dexteritate excedentem, cunctis in eodem Capitulo existentibus præponat, in quibus prædictæ dotes non reperiantur, vel alia impedimenta considerentur.

7. Quo fit, vt dictam formam Concilij parum seruari in Ecclesiis Hispaniæ fateatur Nicol. Garcias *dicto cap. 7. num. 14.* & per eam non excludi arbitrium Capituli iustis rationibus ductum, & gubernatum, teneat Nauarr. *cons. 2. de offic. Vicarij*, Sayrus *in floribus decis. 2. eodem tit.* Enriquez *cons. 90.* Azor. *2. part. lib. 3 cap. 37. in fine*, & Aloysi. Riccius *in prax. Archiepisc. decis. 473. num. 2.* quibus fauet Patis de Puteo *d. tract. de syndic. verb. Doctor, num. 3. fol. mihi 236.* Vbi agens de statutis, quæ requirunt, quòd potestatis assessor sit Doctor, inquit, quòd quamuis hoc gradu insignitus non sit, si tamen aliàs idoneus, & eminentis scientiæ esse reperiatur, hoc sufficit ad Statuti verba, & mentem explendam, argum. *l. vnicuique, Cod. de prax. sacr. scrin. lib. 12.* & eorum; quæ tradit Bald. *in l. sed reprobari ff. de excusat. tutor.* Lud. Roman. *in l. quid tamen, ff. de arbitr. & in l. cùm quid, ff. si cert. petat.* & in terminis Vicarij, de quo agimus, Iacob. Sbrozius *lib. 1. de officio Vicar. quæst. 36. num. 13.* quem refert, & sequitur (licet sub aliqua hæsitatione) Iacob. de Graffis *2. tom. cons. lib. 2. cons. 1. diffic. 7. n. 4. pag. 17.* inquiens posse à Capitulo eligi etiam non Doctorem, & non habentem tales qualitates, modò consulat Assessorem Doctorem iuris Pontificij, & ita se vidisse obseruatum in Episcopatu Fanensi. Et ego testor me idem vidisse in eadem Ecclesia Limensi, & in aliis Indiarum Hispaniæ in Vicariis electis à Sede Vacante, de quibus loquimur nam in aliis nullum dubium est, vt statim trademus.

8. Et quamuis Sacræ Congregationis Cardinalium declarationes contrarium expresserint, & talem, tantámque auctoritatem habeant, qualem, quantamque tradit Emanuel Roder. *tom. 1. q. regul. q. 11. art. 1. & 2.* Zerola *in praxi Episcop. 1. par. §. auctoritas, in fin. & 2. par. §. absolutio post. princip.* Nicol. Garzias *de benef. in proœm. circa fin.* & Cened. *in pract. Can. quæst. 6. n. 9.* Adhuc vbi, nec publicatæ, nec receptæ, aut practicatæ sint, non videntur tanti ponderis esse, vt consuetudinem vincant, & Conciliarem dispositionem dictam alternatiuam concedentem. Hucvsque Solorzanus.

Sup. la tom. 2. Rel. n. 132. 1. allis cen annotat num.

Sed ne deseras Lector recognoscere Ricc. *part. 4. decis. 305.* vbi mordicus sustinet electionem Vicarij Theologi esse validam, prætermisso Canonista.

RESOL. LXVI.

An Capitulum, Sede Vacante, debeat eligere Vicarium ex gremio ipsius Capituli?

Et an hoc etiam procedat, quando deuoluitur electio ad Metropolitanum ob negligentiam Capituli?

Et in prædictis casibus, si in Capitulo, in quo non sunt Doctores, vel Licentiati in iure Canonico, adesset aliqui iuris Canonici peritus, & idoneus, debeat eligi? aliàs electio sit nulla? Ex part. 8. tractatu 4. Res. 57.

§. 1. REspondeo non teneri de necessitate, sed si adesset idoneus cæteris paribus esset præferendus ille, qui est de gremio Capituli; ita censuit Sacra Congregatio Concilij, teste Marcello Vulpe *in praxi seri Eccles. cap. 44. num. 25.* Nauarro *in summa Bull tom. 1. tit. de Capitulo, Sede Vacante, n. 28.* Garcia *de benef. tom. 1. p. 5. cap. 7. num. 13.* & Merolla *tom. 3. disp. 7. c. 7. dub. 18. n. 187.* vbi docet, hoc etiam procedere, quando electio deuoluitur ad Metropolitanum ob negligentiam Capituli, vt scilicet non teneatur Metropolitanus eligere Vicarium de Capitulo, vt notauit Auctor. *prax. Cur. Archiep. Neap. cap. 84. in 1. edit.* Nec obstat *cap. ne pro defectu, de elect.* quia id procedit in electione Prælati. An autem si in Capitulo adesset idoneus, deberet Metropolitanus cæteris paribus illum præferre aliis, non determinat hic Auctor. Ego dicerem, teneri Metropolitanum

tamen eum præferre: quia in hac electione Vicarij succedit in locum Capituli, ac supplet eius defectum, ergo tenetur eligere Vicarium, eo prorsus modo, quo tenebatur Capitulum; vnde non posset Metropolitanus eligere non Doctorem, quando haberi potest Doctor; ergo neque potest eligere extraneum, quando in Capitulo adesset æquè idoneus. Addit Garcia *d. cap. 7. n.* 13. quòd si in Capitulo, in quo non sunt Doctores; vel Licentiati iure Canonico, adesset aliquis iuris Canonici peritus, & idoneus, deberet eligi, alias electio esset nulla. Quod probat, tum ex illis verbis, *vel alias quantum fieri potuit, idoneus*; tum etiam ex quadam declaratione Sacræ Congregationis, quam refert *num.* 12. vbi dicitur, existentibus Doctoribus in Capitulo, vel Licentiatis, necessariò eligendos esse Doctores, vel Licentiatos; si verò non sint, sufficere, vt vnus eligatur, qui sit quantum poterit idoneus. Cæterùm quòd dicit hic Auctor procedit tantùm cæteris paribus; vnde si in Capitulo non adessent Doctores, vel Licentiati, quamvis existerent aliqui idonei ad hoc munus Vicarij; si tamen haberi posset extraneus Doctor, vel Licentiatus, hic deberet præferri, vt colligitur ex declaratione Sacræ Congregationis, & *suprà* relatis.

RESOL. LXVII.

An Capitulum, Sede Vacante, possit eligere Parochum in Vicarium? Ex p. 8. tr. 5. Resol. 58.

§. 1. HOc dubium tangit Barbosa *tractat. de Canon. cap.* 42. *num.* 37. & respondit non posse Vicarium Parochum habentem curam animarum, nisi illam gereret in eadem ciuitate, & Ecclesia, vt ex seq. decisione constat. Petitum fuit à sacra Congregatione Cardinalium negotiis Episcoporum & Regularium præpositorum, an Episcopali Sede Vacante Canonici eligere valeant in Vicarium generalem Canonicum eiusdem Ecclesiæ, qui in eadem ciuitate & Ecclesia curam quoque gerit animarum? Sacra eadem Congregatio affirmatiuè respondit, in vna Orien. 19. Martij 1591. & 19. Iulij eiusdem anni vbi etiam fuit dictum quòd contrariæ decisiones intelliguntur de Parocho rurali. Hæc Barbosa.

2. Vnde sic intelligendus venit Marcellus Vulpe *in praxi Fori Eccles. cap.* 44. *num.* 18. vbi docet, Parochum habentem curam animarum, non posse esse Vicarium Capituli, Episcopali Sede Vacante; nam ita Sacra Congregatio rescripsit Archiepiscopo Surentino, quod etiam notauit Merolla *tom.* 3. *disp.* 7. *dub.* 18. *num.* 191.

RESOL. LXVIII.

An Capitulum, Sede Vacante, debeat eligere Vicarium qui sit in sacris constitutus; Ex part. 8. tract. 4. Resol. 59.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Nouarius *in summ. Bull. tom.* 1. *tit. de Capitulo, Sede Vacante, num.* 19. vbi sic ait: Declaratur secundò, vt Vicarius Capitularis debeat necessario esse in Sacris; nam licèt Sacr. Concil. Trident. hanc qualitatem non petat, tamen Clemens VIII. in dictis literis hoc expressè iubet, vt Canonicus, qui non est in Sacris, non possit esse Vicarius. Itaille; cui adde Venerum *in Exam. Episc. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 18.

2. Sed Nouarius, vt obseruat Merolla *tom.* 3. *disp.* 7. *cap.* 7. *dub.* 28. *n.* 189. illarum literarum nullum testimonium authenticum affert. Et quamvis dictæ litteræ reperirentur, nihilominus hodie non obligarent, quia continent præceptum personale latum, scilicet ab homine, quod morte dicti Clementis expirauit.

RESOL. LXIX.

An Capitulum, Sede Vacante, in creatione Vicarij teneatur seruare formam, Cap. quia propter de electione, & Concilium Tridentinum sess. 25. de Regular. cap. 6. *Vel non sit necessarium, vt electio fiat per vota secreta?* Ex parte 8. tractatu 4. Resolut. 60.

§. 1. REspondeo negatiuè cum Garcia *de benefic. tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 7. *n.* 21. vbi sic ait: In electione autem Vicarij Capituli, non requiritur forma *cap. qui propter de electione*, nec decreti Concilij, *sess.* 25. *de regular. cap.* 6. quia non loquuntur de eo, quamvis Fuscus *d. n.* 32. dubitet, an in electione dicti Vicarij sit seruanda forma dicti *cap. quia propter*, qui tamen dicit Cardinalem Alciatum senuisse non requiri: & Zerola *in d. praxi* 1. *part. verb. Capitulum*, §. 3. ait istam electionem Vicarij, non esse necessarium fieri per vota secreta, vt nonnulli asserere videbantur ex Concilio *d. cap.* 6. quia ibi loquitur Concilium de electione superiorum Regularium, non sæcularium.

2. Et ita contra Fuscum censuit Sacra Congregatio, vt in sequenti declaratione super *d. cap.* 16. ibi, *constituere, vel existentem confirmare*, &c. Non tamen requiritur ad hoc quòd seruetur forma electionis præscriptæ per Concilium *sess.* 25. *cap.* 6. *de Regular.* post *cap. quia propter, de elect.* quia isti Vicarij vt plurimum, sunt temporales, & momentanei; & text. hic loquitur de constitutione, non de electione. Hucvsque Garcias.

3. Igitur, vt dixi, negatiuè ad propositum dubium respondendum est; nam *cap. quia propter*, loquitur de electione Episcoporum, & aliorum Prælatorum Ecclesiarum Collegiatarum habentium generalem iurisdictionem, vbi dicit *ibi* Panorm. de mente gloss. & Syluest. *verb. Electio* 2. *q.* 1. quia dict. cap. intendit prouidere solùm Ecclesiis Pastore viduatis, vt patet ex text. ibi, *Ecclesiæ viduatæ*; at verò per mortem solum prædictorum Prælatorum, remanent Ecclesiæ viduatæ, & sine Pastore; ipsi enim appellantur propriè sponsi Ecclesiæ, vt de Episcopis expressè dicitur *in can. sicut q.* 1. Vicarij verò ipsorum non dicuntur sponsi, quia non sunt Prælati Principales Ecclesiarum. Concilium autem Tridentinum loquitur tantùm de electione Prælatorum Regularium.

4. Hinc infertur, non esse necessarium vt electio Vicarij Capitularis fiat per vota secreta.

RESOL. LXX.

An Capitulum, Sede Vacante, possit eligere duos Vicarios?

Et quid, si esset de consuetudine eligere duos Vicarios? Ex p. 8. tract. 4. Resol. 61.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Garcias *de benefic. tom.* 1. *part.* 7. *cap.* 7. *num.* 37. vbi sic ait. Sed est difficultas, an Capitulum, Sede Vacante, possit plures Vicarios constituere, & videtur non posse; nam Concilium *d. c.* 16. loquitur in singulari, & ex declaratione 3. supra adducta, *num.* 23. & hoc quando in vita Episcopi non solet esse nisi vnus Vicarius.

2. Nihilominus dicendum erit posse plures constituere, sicut potest Episcopus. Panvin. *d. quæst. 10. part. 2. num. 6.* Sbrozius *dict. lib. 1. quæst. 50. & 60. n. 3.* Marc. Anton. Genuen. *suprà, num. 2.* & Zecchius *d. cap. 23. de Vicario Episcopi, §. 1. num. 3.* facit quod tradit Azeuedo *in l. 1. tit. 9. lib. 3. recopilat. num 12.* & videtur sentire sacra Congregatio in declaratione vltimâ suprà adducta, *num 10.* & in Abulens. adducta, *num. 11.* & ita practicatur in aliquibus Ecclesiis, & Concilium loquitur in singulari, quia regulariter non solet poni nisi vnus Vicarius; non tamen tollit quod non possint esse plures & dispositio loquens de vno, habet locum in pluribus, quando eadem est ratio in illis, Gloss. *cap. si compromissarius*, communiter recepta secundùm Nauarr. *de vsuris, sub num. 113. & dict. declaratione 3.* loquitur quàndo Capitulum volebat vnum ponere, & in controuersia fuerunt plures assumpti, & præterea videtur loqui, quando fuerunt assumpti plures quàm duo, ita quòd non conueniret esse tot Vicarios, &c. vel quando vnus habebat qualitates requisitas à Concilio, alij verò non, vt videtur intelligere Marc. Ant. Genuen. *suprà*. Huevsque Garcia.

3. Sed non deseram hîc apponere verba Machadi *tom. 2. lib. 4. part. 4 tract. 1. docum. 8. num. 4.* sic asserentis. *Es tambien controverso entre los Dotores, si en la misma manera que el Obispo puede elegir dos Prouisores, vno para el conocimiento de las causas espirituales, y otro para el de las temporales: pueda tambien lo mismo el Cabildo Sede Vacante. Y si bien algunos autores lo niegan, sino es donde huviere costumbre legitima, Ragucio Autor grave la concede sin limitacion. Muchos comunmente lo conceden, especialmente en las partes donde la costumbre lo huviere concedido.* Ita ille.

4. Verum Nouarius *in summ. Bull. tom 1. tit. de Capit. Sede Vacante, num. 15.* obseruat Sacram Congregationem determinasse vnum tantùm constitui posse Vicarium, nisi aliud esset de consuetudine.

RESOL. LXXI.

An Capitulum, Sede Vacante, creando Vicarium, possit aliqua sibi reseruare?

Et notatur, quod Vicarius constitutus à Capitulo non possit alium instituere, nisi ad modicum tempus, & ex vrgente magna causa.

Et quid, si Vicarius infirmitate detentus esset, vel alio legitimo impedimento occupatus? Ex p. 8. tr. 4. Resol. 62.

Sup. hoc infra cursim in fine Res. 73.

§. 1. REspondeo, quod cum iurisdictio Vicarij Capitularis dependeat ab ipso Capitulo, potest Capitulum illam limitare, & ampliare, ex quo ipsa iurisdictio residet principaliter penes Capitulum: & non transfertur in Vicarium, nisi exercitium iurisdictionis tantùm; hinc sequitur, quod potest Capitulum in deputatione Vicarij aliqua sibi reseruare, & ita docet Vulpe *in praxi Fori Eccles. cap. 44. num. 28.* Barbosa *de Canon. cap. 42. num. 43.* Nouarius *in summ. Bull. tom. 1. tit. de Capit. Sede Vac. num. 17.* & alij.

2. Notandum est tamen hîc obiter Vicarium constitutum à Capitulo, non posse alium instituere, nisi ad modicum tempus, & ex vrgenti, & magna causa, ac non nimis frequenter. Host. *in cap. Clericos, de off. Vicar.* Card. *in Clem vnic. eod. tit. q. 19.* vel nisi haberet mandatum speciale à Capitulo, vt possit alium substituere cum clausula quem ex nunc, prout ex tunc nos substituimus. Et si Vicarius infirmitate detentus esset, vel alio legitimo impedimento occupatus, posset, de consensu tamen ipsius Capituli, causas tunc pendentes alteri delegare. Sed si Capitulum vellet durante infirmitate alium Vicarium deputare, posset vtique facere.

RESOL. LXXII.

An tota authoritas Capituli, Sede Vacante, transeat in Vicarium etiam in his, quæ requirunt speciale mandatum? Ex p. 8. tr. 4. Res. 64.

§. 1. REspondent aliqui, totam Capituli auctoritatem, etiam in his, quæ requirunt speciale mandatum, transire in Vicarium. Ita docet Garcia *de benef. tom. 2. part. 5 cap. 7. num. 28.* & alij.

2. Sed hæc opinio displicuit Rotæ in vna Mauriatensi pensionis die 25. Iulij 1626. coram Pirouano, vt optimè obseruat Nouarius *in summ. Bull. tom. 2. tit. de Capit. Sede Vacant. n. 10.* & Barbosa *de Can. cap. 42. num. 103.*

RESOL. LXXIII.

An electo Vicario possit Capitulum, Sede Vacante, aliquam exercere iurisdictionem?

Et an Capitulum possit aliquas causas alteri delegare?

Et an Vicarius Capituli, Sede Vacante possit dispensare sine speciali mandato in casibus in quibus Episcopus dispensat?

Et an possit Capitulum in ipsa deputatione Vicarij non tamen postea, aliqua reseruare? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. Res. 41.

§. 1. CAsus est practicabilis: & negatiuam sententiam tenet Garzias *de benefic. tom. 1. part. 5. cap. 7. num. 25. & sequentibus*, vbi ita asserit. Videtur Capitulum, Sede Vacante, non posse in aliquo se intromittere circa administrationem iurisdictionis, seu sibi aliquid reseruare: sed debere totam administrationem iurisdictionis liberè Vicario relinquere; licèt antea posset dare huic Vicario potestatem restrictam, & limitatam, vt per Panvinum *quæst. 10. part. 2. num. 6.* quamvis hoc non seruetur in aliquibus Capitulis, quæ solent aliqua sibi reseruare, & denegare Vicario. Et ita tenet Marc. Anton. Genuens. *suprà, num. 3.* dicens, quòd post Concilium Tridentinum non potest Capitulum vnam causam alteri delegare: siquidem cùm non possit administrare per seipsum; sed per Vicarium, in quem Concilium transfert potestatem, non potest ab eo illam auferre, & alteri causam delegare, nisi ex iusta causa, nempe suspicionis vel alia. Secundò videtur in Vicarium electum à Capitulo, Sede Vacante, eo ipso transire totam iurisdictionem Capitulo competentem; nec esse necessarium speciale mandatum, seu commissionem, quoad ea quæ in Vicarium Episcopi non transeunt sine speciali mandato: nam cùm Concilium arctet Capitulum ad constituendum Vicarium, qui totam iurisdictionem administret, non videtur necessaria aliqua specialis commissio.

2. Verùm non desunt alij opinantes potestatem, seu iurisdictionem concessam Vicario non esse priuatiuè ad Capitulum; sed cumulatiuè: sicut dicimus de

Vicario

Vicario constituto ab Episcopo: vnde poterit Capitulum, etiam post Vicarij electionem se intromittere circa administrationem jurisdictionis, sicut poterat ante, excommunicando, dispensando: causas delegando, confessarios approbando, &c. sicut potest Episcopus etiam post constitutionem Vicarij Probatur hæc opinio, quia à iure antiquo non est recedendum, nisi quoad expressa in nouo *l. præcipimus, C. de epist.* Sed ante Tridentinum potestas data Vicario à Capitulo Sede Vacante, non erat priuatiuè ad Capitulum, sed cumulatiuè: ergo idem erit post Tridentinum, cum circa hoc nihil innouet Concilium. Minor à nemine negatur; nam mortuo Episcopo succedit ei Capitulum in omni iurisdictione ordinaria, exceptis casibus in iure expressis: ergo si erat Episcopus constituendo Vicarium, non censetur concessa iurisdictio Vicario priuatiuè ad Episcopum sed cumulatiuè: ergo idem dicendum de constitutione Vicarij facta à Capitulo Sede Vacante; nam in iure hoc non reperitur expressum. Quòd verò Tridentinum nihil circa hoc innouauerit, patet ex verbis Concilij suprà relatis; solùm enim arctat Capitulum ad eligendum Vicarium intra octo dies à morte Episcopi; aliàs deuoluitur potestas deputandi illum ad Metropolitanum. Cùm igitur nihil disponat circa illud, an iurisdictio data Vicario sit priuatiuè ad Capitulum, an cumulatiuè: censetur hic casus omissus, ac proinde remanet in dispositione iuris antiqui *l. commodissimè, ff. de lib. & posthum.* ac de iure antiquo iurisdictio data Vicario non erat priuatiuè, sed cumulatiuè ad Capitulum; ergo idem dicendum est standoin iure nouo Tridentini.

3. Hinc sequitur primò posse Capitulum aliquas causas alteri delegare, sicut poterat ante Tridentinum: quia non est priuatum exercitio iurisdictionis Sede Vacante, quam antea habebat, vt suprà ostendi. Sequitur secundò in Vicarium à Capitulo simpliciter electum Sede Vacante non transire maiorē potestatem, seu iurisdictionem, quàm in Vicarium electum ab Episcopo: quare in eum non transit tota iurisdictio Capitulo competens: sed necessarium est speciale mandatum quoad ea, quæ in Vicarium Episcopi non transeunt sine speciali mandato. Vnde sequitur Vicarium Capituli Sede Vacante non posse dispensare sine speciali mandato, in casibus, in quibus Episcopus dispensat, quia nec Vicarius Episcopi id potest. Et omnia docet Merolla *tom. 3. disp. 7. c. 7. dub. 25. n. 252. & seq.* qui *n. 272.* etiam docet non esse verum, quod dicunt aliqui Recentiores, posse quidem Capitulum in ipsa deputatione Vicarij aliqua sibi reseruare, non tamen postea: nam potest Capitulum iurisdictionem Vicarij quandocunque voluerit restringere.

Franciscus Zypæus *in Analitica iuris Canonici lib. 3. tit. de Sede Vacante, n. 4.* Quaranta *in summa Bullar. ver. capitulum Sede Vacante, p. 12. n. 3.* & alij. Et ratio est, quia reuocare aliquem ab officio est maxima pœna, *c. 1. 2. ff. de offic. procur.* Cæteras rationes adducit Quaranta.

2. Non desinam tamen hîc adnotare affirmatiuam sententiam docere Azorium *tom. 2. lib. 3. cap. 38. quæst. 18.* & Aloysium Riccium *in praxi, tom. 1. resol. 505. n. 4.* & Galettum *Margarita casuum conscientiæ, ver. Vicarius, n. 5.* vbi ita declarasse sacram Cardinalium Congregationem testatur. Igitur secundùm hanc sententiam potest Vicarius Capitularis ad libitum Capituli amoueri; tenetur tamen Capitulum alium Vicarium intra octo dies constituere, aliàs ius deputandi ad Metropolitanum deuoluitur, & si ipsa fuerit Metropolitana, ad antiquiorem Episcopum deuoluitur. Ita DD. citati. Sup. hisce qq. in fine §. sed Res. nor. præterita.

RESOL. LXXIV.

An Vicarius Capituli, Sede Vacante possit ad libitum sine iusta causa reuocari ab eodem Capitulo?

Et in dicto casu, an Capitulum, Sede Vacante, teneatur tamen alium Vicarium intra octo dies constituere; aliàs ius deputandi ad Metropolitanum deuoluatur?

Et si ipsa fuerit Metropolitana ad antiquiorem Episcopum deuoluatur? Ex part. 3. tract. 6. & Misc. 2. Res. 27.

§. 1. HIc casus frequenter potest accidere, & negatiuam sententiam aiunt rescripsisse sacram Cardinalium Congregationem, & illam docet

RESOL. LXXV.

An Capitulum Sede Vacante possit ad libitum Vicarium amouere?

Et quid, si in nominatione dictum fuisset, quod possit reuocari, quoties Capitulo visum fuisset?

Et quid est dicendum, si iuramentum interpositum fuisset de non reuocando.

Et in dicto casu, an Capitulum Sede Vacante teneatur alium Vicarium intra octo dies constituere alias ius deputandi ad Metropolitanum deuoluatur, & si ipsa fuerit Metropolitana ad antiquiorem Episcopum deuoluatur?

Et an Capitulum teneatur ad aliquod interesse restituendum, si Vicarium absque iusta causa remaneat? Ex p. 8. tract. 4. Resol. 63.

§. 1. DIfficilis, & quotidiana quæstio, & quia illam ad partes tractat Ioannes Solorzanus *de Indiarum iure, tom. 2. lib. 3. cap. 13. num. 55.* apponam per extensum eius verba; sic itaque asserit. Hic aliam quæstionem satis vtilem, & quotidie contingentem subnectemus, nimirum, vtrùm Vicarius semel à Capitulo nominatus ab eodem ad libitum reuocari possit? Quam quidem quæstionem Limæ etiam de facto habui in Sede Vacante Dom. Archiepiscop. D. Bartholomæi Lobo Guerrero. Et omissis his, quæ de Vicario electo ab Episcopo dixi suprà *c. 8. num. 48. & seq.* In nominato à Capitulo (de quo agimus) dicendum prima facie videtur, quòd reuocari non possit, quia eius electio, etsi à Capitulo fiat, sit tamen in executionem, & implementum præcepti Concilij Trident. *d. sess. 24. cap. 16.* Vnde Vgolinus, relatus à Suarez *tom. 5. de censur. disp. 7. sect. 3. n. 13.* & Garcia *dicto c. 7. n. 25.* docuit, eius iurisdictionem à lege, vel canone dependere quod & insinuat Thomas Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 29. n. 4.* & Marc. Anton. Genuen. *in praxi Archiepiscop. Neapol. c. 84. seu. 86. n. 4.* agnoscens, post Concilium, hanc remotionem difficiliorem esse: nam in Collegio (inquit) Ecclesiastico, quando tenetur aliquem eligere, improbatur à iure mutatio, vel variato sine causa. Et idem expressè sequitur Quaranta *d. verb. Capitulum Sede Vacante. n. 3.* adducens aliam rationem; nimirum, quòd si Canonici pro libito suæ voluntatis possent auferre Vicario commissionem ei factam, sequeretur absurdum, scilicet quòd ipse Vicarius segniter se haberet in administranda iustitia in Canonicos particulares, vel in dependentes ab eis. Quos, & alios Auctores, in hanc opinionem inclinans, refert Nicol. Garcia, omnino Sup. hoc in Res. præterita.

videndus, *d. cap. 7. num. 22. & in additionibus ad idem cap. fol. 62. eodem n. 22.* adducens aliquas declarationes Cardinalium, quæ talem remotionem negant: nisi ex causa approbanda priùs ab ipsa sancta Congregatione Cardinalium, quæ certificari debet, alioqui reuocatio erit nulla. Et idem sentit, & se consuluisse dicit Aloysius Riccius *in praxi, decis. 482.* inquiens, legitimam reuocationis causam esse posse, quòd Vicarius appareat insufficiens, vel negligens in exercitio officij sibi commissi: idem Riccius *in decis. Curiæ Archiepiscop. Neapol. decis. 187. part. 4. & in collect. decis. 5. par. collect. 1602. in fin.* Rague. *de voce Canon. in Capitulo, quæst. 37. n. 4.* & August. Barbosa *in tract. de Canonicis, cap. 42. num. 47. & in collect. ad Concil. pag 458. n. 18. & in Pastorali, 3. part. allegat. 54. n. 171.* vbi addit hoc esse verum, etiamsi in nominatione dictum fuisset, quòd posset reuocari, quoties Capitulo visum fuisset, ex Stell. *in Select. cap. 19. num. 43.*

2. Sed contrariam sententiam, nempe hanc reuocationem ad nutum fieri posse, tenent alij plures grauissimi Patres, quos refert Nicolaus Garcia, nihil quoad hoc referre putantes inter nominatum à Capitulo, Sede Vacante, vel nominatum ab Episcopo: & reprobantes doctrinam Vgolini, dum dixit, illius electionem ex Concilij dispositione vires accipere. Est quippe certiùs, Concilium nihil ex iure Capituli derogare hac in parte voluisse, sed solùm ei modum eligendi præcipere, & præfigere, quo meliùs litium, & negotiorum expeditioni cõsuleretur; vt expresè docent Quaranta *vbi supra num. 2.* Riccius *d. prax. decis. 474.* & Suarez qui à sententia Vgolini discedit *dicta sect. 3. num. 13.* quam non iuuat Thomas Sanchez, qui promiscuè loquitur de Vicario Episcopi, & Capituli, & dum eorum iurisdictionem à lege, vel canone procedere inquit, ad assistentiam iuris pertinet, non autem negauit tales Vicarios eam immediatè accipere ab Episcopis, vel Capitulis, qui eos nominant, & quorũ vice funguntur, vt singulariter explicat Garcia *dicta 5. part. cap. 8. num. 24.* & Narbon. *de appellat. 2. part. fundament. 4. n. 30.* Quo fit, vt iuxta regulas iuris communis reuocari possit, & cessare debeat, vetante, & iubente eo, qui illam concessit, *l. indicium soluitur 58. de iudiciis. l. 21. tit. 4. & l. 47. tit. 18. part. 13.* vbi Gregorius Lopez *gloss. 7.* provt & apertè in eisdem terminis decisum reperitur ab eadem sancta Congregatione Cardinalium, cuius verba refert Antonius Naldus *dicto verb. Vicarius, n. 8.* & sic habent: Vicarius Capitularis potest ad libitum Capituli, à quo fuit electus, amoueri, & illo casu tenetur intra octo dies alium constituere; aliàs enim ius deputandi deuoluitur ad Metropolitanum; & si ipsa fuerit Metropolitana, deuoluitur ad antiquiorem Episcopum.

Sup. hoc in fine Res. not. præteritæ.

3. Et idem, eandem declarationem, & alias similes commiscentes, tenent Farinacius *4. part. decis. 102.* Marcilla *in notis ad Trident. lib. 4. tit. 3. cap. 3.* Zerola *in praxi Episcop. 1. part. verb. Vicarius, §. 21. versic. secundum dictum*, Azor. *2. tom. institutionum moralium, lib. 3. cap. 37. versic. 18.* & alij relati à Barbosa *in remiss. ad Concil. dict. sess. 24. cap. 16. num. 2. & in tract. de Canonicis, cap. 42. num. 48.* vbi notabiliter inquit, Vicarium deputatum à Metropolitano ob negligentiam Capituli in vim decreti Trident. *dict. c. 16.* posse ad eiusmodi nutum remoueri, & refert ita fuisse decisum in Kimana 29. Septembr. 1623.

4. Quibus fauent tradita à Mastrillo *de Magistral. lib. 1. cap. 27. n. 13.* & 14. Iacob Sbrozius *de Vicario Episcop. lib. 3. cap. 32. num. 7.* vbi hoc ampliat, etiamsi interpositum iuramentum fuisset de non reuocãdo, & testatur de communi praxi similium reuocationum, provt & facit Riccius *d. decis. 482. n. 4.* sic inquiens: Verùm quidquid sit, suprà dictis contrarium est tenendum in praxi, vt scilicet possit Vicarius Capitularis ad libitum Capituli amoueri.

5. Quod certiùs, & securiùs, meo iudicio, procedet, quando tempore nominationis expresè de hac libera facultate reuocationis ad nutum Capituli actũ, & pactum fuit; cùm tunc contra nominatum obstare videatur conuentionis exceptio, cui ipse consensit, iuxta *l. Imperatores ff. de iure fisci, l. 1. ff. de pactis & de constit. pecun. l. 1. tit. 16. lib. 5. Recopilat.* cum traditis à Mantica *de conuention. 1. tom. lib. 12. n. 32.* Molina *de ritu nuptiarum, lib. 3. q. 49. n. 18. & quæst. 62. n. 23.* & in nostris terminis Nicol. Garcia *in additionib. ad dictum num. 22. versic. Sed licet, pag. 63.* vbi docet post Quarantam, quem refert, reuocationem permitti, quoties initio deputationis dictum fuit, vt gereret officium pro tempore voluntatis ipsius Capituli. Hucusque Solorzanus.

6. Et nouissimè sententiam affirmativam mordicus sustinet Merolla *tom. 3. disp. c. 6. dub. 2. num. 266.* nam, ait ipse, stando in iure antiquo ante Tridentinũ poterat Capitulum reuocare Vicarium à se electum; ergo idem poterit post Tridentinum. Consequentia patet, quia Concilium nihil circa hoc determinat; ergo tanquam casus omissus remanet in dispositione iuris antiqui, *l. commodissimè, ff. de lib. & posthum.* Antecedens verò probatur, *Primò*, quia Capitulum succedit in tota iurisdictione ordinaria Episcopi, exceptis casibus in iure expressis; at Episcopus reuocare potest ad libitum Vicarium à se constitutum; ergo idem poterit Capitulum, cùm nullibi in iure reperiatur hoc ei prohibitum. *Secundò*, quia huiusmodi Vicarius est ad nutum amouibilis, vt bene inquit Molina *n. 5. de instit. disp. 11. n. 1. versic. Panvinus*, sicut dicunt communiter Doctores de Vicario Episcopi, & habetur *in Clement. vnica, de procurat. & in Clement. Et si principalis, verb. Per electionem*, vbi Cardinalis *num. 10. de rescrip.* vnde semper censetur constitutus ad beneplacitum, licet in commissione hoc non exprimatur, & hinc prouenit, quòd iurisdictio Vicarij, siue sit Episcopi, siue Capituli, expirat morte constituentis, aut amotione ab officio, quamvis non delegata, sed ordinaria sit, vt dicam, *dub. seq.* Confirmatur ex declaratione Sacræ Congregationis, cuius verba retulimus *suprà*, in qua expresè dicitur posse Capitulum ad libitum amouere Vicarium à se electum, vel confirmatum. Ita Merolla, qui citat Azorium, Molinam & alios; & postea *n. 173.* infert Capitulum non teneri ad aliquod interesse restituendum, si Vicarium absque iusta causa remouerat; quia obligatio restitutionis oritur ex violatione iustitiæ commutatiuæ, vt dicunt communiter DD. in materia de restitutione; at in casu nostro nulla iustitia commutatiua violatur; ergo, &c.

7. Vnde, vt verum fatear, huic sententiæ ego adhærerem: sed quia Purpuratorum Patrum Oracula veneror, ideò apponam hic eorum Declarationes pro contraria sententia. Marcellus Vulpe *in praxi fori Eccles. cap. 14.* & Nouarius *in summa Bull. tom. 2. tit. de Capit. Sede Vacante n. 6.* & adducunt infra scriptam Epistolam. *Alli Reuerendi signori D. Lelia Potenza Vicario Capitulare, è Canonici, è Capitulo di Cerenza. Appresso à quanto vi è stato vltimamente scritto intorno l'eletione, ch'era seguita in persona di voi D. Lelio per il Vicariato, è sobra l'alteratione è noua eletione, che era seguita in persona di D. Flauio. La Santita di N. S. alla presenza del quale s'è trattato in Congregatione, che la sudetta prima elettione fatta in persona di voi D. Lelio Potenza, debba restar in forma, è valida: è che non sia stato lecito al Capitolo di vimouervi senza causa, & n'a comandato, che non si lasci innouare per l'auenire in questa materia del Vicariato nessun altra cosa, senza licenza di questi miei Illustrissimi Signori: è cosi voi, como il Capitolo douete esequire*

quire senza replica, estate sani; di Roma 24. d'Agosto 1603. Al piacer vostro. Il Cardinal di Firenze Multas alias declarationes adducit Barbosa *de Can. c.42. num.47.*

8. Sed non desunt Doctores pro sententia affirmativa, adducentes etiam in eorum favorem declarationes sacræ Congregationis, vt visum est *suprà* & inter alios recognoscit Riccium *in decision. Archiepiscop. part.4. decis.178. per totam*; vide quibus angustiis premamur. Ego tamen magis negativæ sententiæ adhæreo, quam post hæc scripta inueni docere Themudo *in decision. Archiepiscop. Olysiponens. tom.1. decis.23. per totam*; vbi testatur sæpius decisum fuisse, non posse Capitulum amouere ad libitum Vicarium.

RESOL. LXVI.

An Vicarius Capituli Sede Vacante absens lucretur distributiones, & in processionibus debeat habere primum locum & honorabiliorem?

Idem est dicendum quoad distributiones de electis in Officialibus, & Visitatoribus. Ex parte 8. tractatu 4. Resol. 67.

§. 1. NEgatiuè respondet Barbosa *de potest. Episcop. part.2. alleg. 54. n. 167. & 178.* vbi sic ait: Si in Choro interueniat cum Canonicali apparatu, vt distributiones quotidianas lucretur, debet sedere in loco proprio sui Canonicatus, antiquiores non præcedendo, Quaranta *vbi proximè, versic. 8. dubitatur in princip.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis.475. in 1. edit. & resolut.499. in 2. edit.* vbi *num. 8.* dicit decisum per Rotam in vna Lucana Beneficij, 18. Decemb. 1579. coram Seraphino. ead. Rot. *decis. 188. n.1.* apud Iarin. *p.2. recent.* Vincent. Grilinz. *cons. 121.* Homobon. de Bonis, *de humanæ vitæ statibus. p.1. cap.7. vers. porrò* Sbroz. *lib.2. q.25. n.17.* vbi *num.20.* resolvit, quòd quando non eligitur Vicarius ex Canonicis, illi in processionibus præferendus est Archidiaconus, seu alia dignitas maior, & prima, post Episcopum, provt eum refert Quaranta *vbi proximè.* Hucvsque Barbosa; cui adde (quoad distributiones) Monetam *de distrib. p.2. q.11. n.83.*

2. Sed quoad distributiones, affirmativæ sententiæ adhæret Cenedus *in qq. Can. q.1. n.72.* docens, Sede Episcopali Vacante, Canonicos Cathedralis Ecclesiæ creatos, & electos in Vicarios Generales, Officiales, & Visitatores lucrari distributiones, absentes à Choro, etiamsi ratione præfatorum officiorum eis assignetur salarium; quia cùm de iure succedant, qui sunt de Capitulo, in iis officiis consequuntur, quod eis competit. Et hanc sententiam tenet etiam Garcia *de benef. tom.1. part.3. cap.2. n.359.* & nouissimè Escobar *tract. de horis Canon. §.2. de distribut. n.118.* vbi citat Castrum Palaum, & Trullench, & Barbosam sibi contrarium.

3. Quod locum verò in processionibus, ego puto Vicarium Capituli, Sede Vacante, habere primum, & honorabiliorem locum quicquid aliqui in hanc fauorem præsertim Archidiaconi asserant; vnde nostram sententiam tenet Merolla *tom. 3. disputat. 7. cap.7. dub 32. num.329.*

RESOL. LXXVII.

An Vicarius Sede Vacante possit cognoscere de causis delegatis Vicario Generali Episcopi, & exequi dispensationes in Matrimonij impedimentis, & literis in formam Dignum *quæ huiusmodi Vicario Episcopi solent committi?*

Et quid de Vicario Episcopi electi, & confirmati à Papa, nondum tamen consecrati, & de Vicario quorumdam Abbatum?

Et notatur Vicarium Capituli Sede Vacante posse exequi literas directas ad Vicarium Episcopalem sub nomine Vicarij.

Etiámque posse executioni mandare literas Episcopo defuncto directas per Sacram Congregationem, & ab eo non executas. Ex part. 5. tract. 14. & Misc. 2. Resol. 19.

§. 1. AFfirmativam sententiam docuit Thomas Sanchez *de matr. tom.2. lib.8. disp.27. n.32. & 33.* cum Salas *de leg. disp.20. sect.17. n. 124.* quibus ego addo duos præstantissimos Theologos inclitæ Academiæ Salmanticensis, Petrum Ochagauiam *de Sacr. tr.4 & de matr. q.11. n.23.* & Basilium Poncium *de matr. lib.8 c.18. §.1. n.13. in fine*, & ratio est, quia Capitulum succedit in omni iurisdictione ordinaria Episcopo, & in omni iurisdictionis cómissione facta Episcopali dignitati, & Vicarius Capituli eodem modo succedit Vicario Episcopi, & eandem commissionem poterit etiam exequi Vicarius Prælati habentis iurisdictionem Episcopalem in sua Diœcesi, nulli Episcopo subdita, vt Vicarij quorumdam Abbatum, quia *in Clem.11. de rescriptis*, dicitur Episcoporum Vicarios esse capaces delegationis à Papa concessæ, vel ab eius Legato; nomine autem *Vicarij Episcopi* comprehenditur etiam Officialis eius, qui licèt Episcopus non sit, habet tamen iurisdictionem Episcopalem. Ita defendunt & Stephanus & Matthæus *sup. Clem.* relati ab Imola *in ea Clem. n.19.* & etiam Vicarius Episcopi illius, qui est electus & confirmatus à Papa, nondum tamen consecratus, potest easdem literas dispensationis & commissionis exequi, quia tunc Episcopus & eius Vicarius gaudent iurisdictione Episcopi. Hæc Ochagauia *loc. cit.* Sup contento in hac Resol. infra in Resol. seq. & suprain Resol. 2. cursim in fine §. vlt. Sed lege eã per totam.

2. Sed his non obstantibus contrariam sententiam tenent Garsias *de benefic. tom.2. p.6. c.2. à n.44.* Riccius *p.1. decis.44. sect.38.* Bonacin. *de legibus, disp. 1. q.3. punct.8. §.1. n.8.* & alij, attento stylo Curiæ & Cancellariæ, quæ Sede Vacante Episcopali non dirigit literas in forma *Dignum*, nec dispensationes Vicario Capituli, quia non confidit de illo, sed Episcopo vicini ori, seu eius Vicario, de quo stylo testatur Hieron. Paul. *in pract. Cancell. in princ. ver. circa qualitatem personarum.* & ita declarauit sacra Cardinalium Congregatio sub die 24. Maij 1621. asserens dispensationes matrimoniales directas Episcopo, & eius Vicario generali, si Sedè vacare contingat, non posse per Vicarium Capitularem expediri. Et nouissimè sub die 2. Augusti 1631. censuit Capitulum, seu Vicarium Capitularem non posse exequi commissiones Apostolicas in formas *Dignum*, & alias directas Episcopo, vel eius Vicario generali intuitu officij; vel sub nomine dignitatis. Et hæc omnia docet Barbosa *de iure Eccles. lib.1. c.32. num.57.* cui ego addo Ioannem Mariam Nouarium *in sum. Bullarum de Capitulo Sede Vacante, n.27.*

3. Non desinam tamen hic apponere quod Gauantus *in Enchir. Episc. ver. Capitulum Sede Vacante, n.55.* obseruat Sacram Cardinalium Congregationē Episcoporum sub die 5. Februarij 1601. declarasse Vicarium Capituli Sede Vacante posse exequi literas directas ad Vicarium Episcopalem sub nomine Vicarij, & sub die 10. Aprilis 1615 declarasse dictum Vicarium posse executioni mandare literas Episcopo defuncto directas per sacram Congregationem, & ab eo non executas. Sup. hoc signanter in Resol. 1. not. præteritæ. Sup. hoc ibidem §. vlt.

RESOL. LXXVIII.

An Vicarius, seu Officialis Capituli Sede Vacante possit exequi dispensationes directas Vicario Generali Episcopi?

Et quid est dicendum de commissione, seu delegatione facta Episcopo mortuo? Ex p. 8. tract. 4. Resol. 66.

Sup. doctrina contenta in hac Resol. in Resol. præterita & lege etiam doctrinam alterius Resol. eius primæ annot.

§. 1. NEgatiuè respondet Garcia *de benefic. tom. 1. part. 6. c. 2. n. 40.* vbi sic ait: Dubitatur an Vicarius, seu Officialis Capituli, Sede Vacante, possit exequi, & expedire dictas litteras in forma *Dignum*, & dispensationes directas Officiali, seu Vicario, simpliciter dicendo, v. g. Officiali Abulen. fiam commissa Episcopo, vel eius Vicario, certum est non posse expediri per Vicarium Capituli, Sede Vacante, cùm non sit Vicarius Episcopi, sed iurisdictionis Episcopalis, Gloss. *in dict. Clem. & si principalis. verb. Episcopi*, & *ibi* Doct. Felin. *in dict. cap. eam te. n. 17.* Panvin. *dict. quæst. 10. 2. part. n. 2.* Lambert. *de iure patr. 3. part. 2. lib. q. 1. art. 7. n. 3.* Cuchus *dict. tit. 8. n. 39.* Sbrozius *lib. 1. q. 16.* Marc. Anton. Genuens. *cap. 84. n. 12.* quamuis Zecchius *dict. cap. 23. de Vicario Episcopi, §. 1. n. 1.* dicat dici Vicarium Episcopi, etiam qui deputatur à Capitulo Sede Vacante, & quamuis contrarium in proposito teneat Thomas Sanchez *dict. disp. 27. num. 33.*

2. Et quidem in proposito dubio videtur affirmatiuè respondendum; nam Vicario, seu Officiali Capituli Sede Vacante, possunt de iure dirigi delegationes, & rescripta Papæ, non secus ac Officiali Episcopali, cùm sit Vicarius, seu Officialis iurisdictionis Episcopalis, *dict. Gloss. verb. Episcopi. dict. Clem. Et si principalis*, & *ibi.* Imola *num. 20.* Cardin. 15. & Abbas *sub. n. 1.* Panvin. *d. quæst. 10. 2. part. n 8. & 9.* Hier. Paul. *in pract. Cancell. §. de iudicibus, & eorum ordine, versic. item nota.* Rebuff. *in praxi, tit. de Vicariis Episcoporum, num. 4.* Sbrozius *lib. 2. q. 25. n. 3.* & Flores *q. 4, num. 11.* & alij, quamuis dubitet Bonifacius *in d. Clem. Et si principalis, num. 32.* & ita in Hispania solent Nuntij causas delegare Officiali Capituli, Sede Vacante.

3. Et licèt Vicarius, seu Officialis, v. g. Abulen. Capituli, Sede Vacante, non sit verè Vicarius, seu Officialis Episcopi, vt dictum, est, tamen Vicarius, seu Officialis Abulen. Capit. Sede Vacante, absolutè, verè, & simpliciter est Vicarius, seu Officialis Abulen. vt patet; ergo, & sic practicatum est in aliquibus Episcopatibus Hispaniæ, Sede Episcopali Vacante, & ita praxim seruare ait Flores *ibi*, & tenet Thomas Sanchez *suprà n. 32.*

4. His tamen non obstantibus, contrarium est tenendũ vt certum attento stylo Curiæ, & Cancellariæ, quæ Sede Episcopali Vacante, non dirigit huiusmodi litteras in forma *Dignum*, nec dispensationes, &c. Officiali Capituli, qui non confidit de illo, sed Episcopo vicinori, seu eius Officiali, de quo stylo testatur Hier. Paulus *in dict. practica Cancellariæ in princip. versic. circa qualitatem personarum*, & est notissimus omnibus in Curia mediocriter versatis, & apparet ex litteris quæ huc transmittuntur indirectè viciniori, in quibus dicitur, quod quia Sedes Episcopatus partium vacat, committitur illi, tanquam viciniori, &c. & clarius ex litteris mutationum iudicum, quæ occasione Sedis Vacantis 19. notatæ tempori prædictarum literarum directarum Officiali illius Episcopatus simpliciter, vel superuenientis, ante illarum executionem, in quibus in substantia dicitur, quòd quia prædictæ litteræ directæ fuerunt Officiali, v. g. Abulens. & Sedes dicti Episcopatus vacet, ideò vt dictæ literæ debitum consequantur effectum committit viciniori illarum executionem, &c. & vide super hoc litteras perinde valere datas anno 1600. cuidam prouiso à Vicario Capituli Abulens. Sede Vacante, de quodam beneficio simpliciter resignationem, in quibus dicitur, quòd Officialis procedat ad executionem priorum literarum, in forma *Dignum*, ac si à Vicario Capituli executæ non essent, absoluẽdo illum ab inhabilitate, propter intrusionem & perceptionem fructuum incursa, & remittendo ei fructus perceptos; ita tamen vt priùs debeat dimittere liberè dictum beneficium in suis manibus, &c. Cùm ergo, Curia & Cæcellaria, nolit committere Officiali Capituli, Sede Vacante, apertè constat sub nomine Officialis, seu Vicarij, absolutè prolati in litteris, quæ diriguntur Officiali, v. g. Abulens. intelligere Officialem Episcopi, & non Capituli. Et hæc omnia docet Garcia *loco citato.*

5. Sed sententiam affirmatiuam Sanchez tenet etiam Monetam *de commut. vlt. vol. cap. 5. num. 500. & seqq.* nominatim contra Garciam, quem tamen nouissimè sequitur Merolla *tom. 3. disput. 7. cap. 7. dub. 29. num. 296.* Sed de hac quæstione à nobis alibi dictum est. Alibi in annot. posteriat.

6. *Nota* etiam quòd noster Naldus ad Decretales *tit. de hæreticis, cap. ad abolendam.* tenet opinionem Garciæ; qui tamen secus dicit de commissione, seu delegatione facta Episcopo mortuo: hanc enim existimat expediri posse per Vicarium Capituli: pro quo citat Garciam *loco cit. num. 48.* Sed hæc opinio est omninò improbabilis: nam causæ delegatæ Episcopo mortuo, non possunt expediri per ipsum Capitulum? quia non succedit Capitulum in iurisdictione Episcopi delegata, sed tantùm in ordinaria vt ostendimus *suprà.* Ergo neque poterunt expediri per Vicarium Capitularem; quia in hunc non transit maior potestas, quàm sit in hoc ipso Capitulo. Et hanc sententiam tenet apertè Garcia *dict. num. 48.* Sup hoc dem in fi

RESOL. LXXIX.

Quando expiret iurisdictio Vicarij Capituli, Sede Vacante? Ex p. 8. tr. 4. Resol. 69.

§. 1. AD hoc dubium respondet Marcellus Vulpe *in praxi fori Eccles. c. 44. n. 32.* quòd potestas, & iurisdictio Capituli expirat, statim quòd Sedes cessat esse vacans: & est tunc quando nouus Episcopus adeptus est possessionem Episcopatus, Pavinus *p. 2. q. 10. n. 19.* Hostiens. *in cap. cùm olim, il. t. de restit. spoli. n.* & non sufficit, quòd Episcopus sit electus; quia Episcopo nominato non licet Vicarium mittere. Abbas *in cap. qualiter, de elect.* & vt Capituli cesset potestas, necesse est, quòd capiatur possessio Episcopatus cum Bullarum ostensione. Quaranta *loco citato num. 13.* quia Sedes Episcopalis intelligitur semper vacare, donec literæ Apostolicæ Prælati præsentatæ fuerint Capitulo, *Extravag. iniuncta, de elect.* & potest Vicarius Capitularis continuare exercitium iurisdictionis, donec nouus Prælatus adeptus fuerit possessionem. Nec obstat, quod Patis. *in tract. de resignat. lib. 7. q. 23.* teneat, cessare vacationẽ per prouisionem factam, de nouo Prælato, & literis expeditis; & testatur ita fuisse resolutum in Rota Romana die 28. Iunij 1583. quia à dicta decisione fuit recessum, de mente Iulij eiusdem anni 1584. in eadem causa, vt refert Gonzales *super regula octaua Cancellariæ, Gloss. 15. §. 2. n. 88* & ita communiter observetur. Et hæc omnia docet etiam *Merol. tom. 3. disput. 7.*

dissut. 7. c. 7. dub. 35. n. 325. & 326. qui etiam optimè notat, quòd si Vicarius fuit electus ad tempus determinatum (quod fieri posse declarauit sacra Congregatio ad petitionem Capituli Salernitani) tunc elapso eo tempore, expirat iurisdictio in Vicario.

RESOL. LXXX.

An Vicarius Capituli, Sede Vacante, teneatur stare Syndicatui? Ex p. 8. tr. 4. Resol. 70.

§. 1. REspondeo Vicarium Capituli, Sede Vacante, finito officio, teneri stare syndicatui, ac reddere rationem suæ administrationis nouo Episcopo, & si malè administrauerit seu exercuerit suum officium, posse ab Episcopo puniri. Sic apertè colligitur ex Trid. *sess. 24. c. 16. de reform.* ibi, *Rationem exigat*, &c. Et ita docet Vulpe *in praxi fori Ecclesiast. cap. 44. n. 19.* Riccius *p. 4. decis. 291. per totam*, omnino videndus.

RESOL. LXXXI.

An Episcopus superueniens possit visitare Capitulum, Sede Vacante?

Et docetur Vicarium Capituli, Sede Vacante, teneri, finito officio, stare syndicatui, & posse ab Episcopo ad id compelli, & in aliquo comprehensum puniri.

Imò, & ipsum Capitulum, facta remotione Vicarij, vel aliorum Officialium à se nominatorum, illos posse statim compellere ad reddendam rationem administrationis, ac pro admissis culpis punire, & aliqua alia circa supradicta explanantur. Ex p. 8. tract. 4. Resol. 15.

§. 1. REspondeo affirmatiuè ex Concil. Tridentino *sess. 24. cap. 16. de reformat. vers. Episcopus verò*, per quem indubiè Vicarium Capituli, Sede Vacante, teneri finito officio stare syndicatui; & posse ab Episcopo ad id compelli, & in aliquo delicto cõprehensum puniri, asserunt Genuens. *dicto cap. 58. in fin.* Prosper August. *in addit. ad Quarant. dicto verb. Capitulum Sede Vacante*, n. 14. Riccius *in prax. for. Eccles. decis. 481. in 1. edit.* aliàs, 504. *in 2. edit. & decis. 291.* Rague *de voce canon. in cap. ...q 40. num. 13.* Vgolin. *de offic. Episcop. c. 2. §. 2. n. 2.* Armendariz *ad leges Nauarræ, lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcop. num. 99.* & August. Barbosa *in Pastorali, 3. part. alleg. 34. numer. 183.*

2. Quinimò, & ipsum Capitulum, facta remotione Vicarij, vel aliorum Officialium à se nominatorum, quòd illos possit statim compellere ad reddendam rationem administrationis, ac pro admissis culpis punire: absque præiudicio tamen alterius syndicationis Episcopi successoris, qui etiam poterit eos syndicare, & punire, quamuis à Capitulo fuerint absoluti, decisum fuisse narrat Nicol. Garcia *d. 5. part. cap. 7. n. 23.* Et hæc omnia docet etiam Solorzanus *de Indiarum iure, tom. 2. lib. 3. cap. 13. num. 29.*

TRACTATVS SEXTVS

DE

HORIS CANONICIS,

ATQVE DE ALIQVIBVS RESTITVTIONIBVS pro omissione, vel defectibus commissis in earum recitatione.

RESOLVTIO PRIMA.

An Papa teneatur sub mortali ad recitandum Horas Canonicas, & ad confessionem Sacramentalem semel in anno, &c. Ex part. 6. tract. 7. & Miscell. 2. Resolut. 3. quæ nunc inuenietur in tom. 1. tract. 3. Resol. 48.

RESOL. II.

An Cardinalatus inducat obligationem recitandi Horas Canonicas?

Et à quo tempore Cardinalatus inducat supra dictam obligationem recitandi Horas Canonicas, an à die, quo Cardinalis sumit Birretum, vel è die, quo sumit Pileum Rubeum?

Ex quo infertur Beneficiarium non teneri persoluere Horas Canonicas à die collationis beneficij, sed à die possessionis adeptæ. Etiamque deducitur, quod distributiones possint dari propter laborem & per consequens expendi possunt à Beneficiario, & Cardinali ad libitum; & testari de his, & tamen obligare ad Officium Diuinum, & ab eo non excusatur beneficiarius qui non vult residere, & ideo fructus non recipit.

Et docetur, quòd quamuis Præstimonia propriè non sint beneficia, non tamen sequitur, nec est probabile ad officium Canonicum non obligare. Ex p. 8. tr. 7. & Misc. Resol. 1.

§. 1. CAsvs est curiosus, à nemine pertractatus; ideo suppono aliquem Cardinalem nullum habere beneficium, nec sacris Ordinibus esse initiatum; sed tantùm à S. D. N. fuisse inter Augustos, & Purpureos Patres assumptum. Quæro, an ex vi solius Cardinalatus teneatur ad pensum diurni Officij? Et pro parte affirmatiua facit, quia beneficiũ inducit onus persoluendi Horas Canonicas: sed Cardinalatus est beneficium; ergo inducit obligationẽ recitãdi diuinum Officium. Maior propositio argumenti non indiget probatione, quia ab omnibus admittitur. Minor verò probatur ex *c. 2. de Clericis non residentib.* ibi, Canonicè est depositus;

frustergo Cardinalatus est beneficium. Et ita docet Machadus *de perfect. Confess. tom.1.lib.3. p.3. tract.1. docum.1. num.4.* vbi sic ait : *Los beneficios dividen communmente los Dotores en beneficio duple, y simple : el beneficio duple es el que esta affecto con alguna calidad del derecho, v.g. de jurisdicion en el Clero, ò administracion de causas Ecclesiasticas. De aqui infieren, que son beneficios dobles el sumo Pontificado, el Patriarcado, Arcobispado, Obispado, y Cardinalado.* Idem asserit Villalobos *in summa tom.2. tractat.9. difficult. 2. num.2.* postquam explicauit beneficia, quæ vocantur duplicia ; hæc addit : *Entre estos beneficios se cuenta el del Papa, el Patriarcado, Obispado, y Cardinalado*, & ita nouissimè etiam docet Michaël Tarræde *in praxi beneficiaria disput. 2. quæst. 2. num. 3.* Quod etiam confirmatur ex auctoritate Lessij *de Iustit. lib.2. cap. 34. dub. 12. num.64.* Dicastill. *lib.2. tractat. 2. disput.8. dub.5. num.88.* ac sapientissimi Cardinalis de Lugo *tom.2. disput. 35. sect. 2. num. 10.* asserentium dignitatem Cardinalitiam non esse constituendam inter beneficia simplicia, sed inter beneficia maiora : & ideo dignioribus à Summo Pontifice conferendam. Et nouissimè Emanuël Thomudo *in decisionibus Olyssponensibus, part.2.decis. 90. num. 16.* docet Cardinalatum comprehendi sub nomine beneficij. Cùm igitur ex iure Canonico, & auctoritate tantorum virorum, pateat, Cardinalatum non solùm esse beneficium, sed annumerandum esse inter maiora, & duplicia beneficia; sequitur, vt dicebamus ; inducere onus persoluendi Officium diuinum.

2. Nec obstat *primò* asserere, doctrinam superiùs adductam, non esse veram, quando beneficium nullos redditus habet ; vt docent communiter Doctores : sed Cardinalatus non videtur beneficium habens fructus, & redditus : ergo, &c. Respondeo negando minorem : nam Cardinalatus habet fructus, & redditus, nempe summam quandam distributionem pro rata Dominis Cardinalibus distribuendam. Et verum esse beneficium, quod nullos habet fructus, sed tantum consistat in quibusdam distributionibus ; docent Doctores, vt Escobar *de hor. Canon. quæst. 5. §.2. num. 7. 9. 13. & 16.* Trullench. *in Decal. tom.1. lib. 1. cap.8. dub. 1.* Moneta *de Distribut. part.1. quæst.6.* Marchinus *de Sacram.Ordinis, tract.2. part. 6. cap. 1 difficultat.5. num. 19.* Campanilis *in Diuers. iur. rubr. 8. cap. 5. num.29.* Tiberius *in Instruct. Ordin. cap. 9. quæst. 59. §. 2.* & alij : ergo beneficium Cardinalatus, licèt non consistat in aliis fructibus, quàm in quibusdam distributionibus, hoc non obstante beneficium dicendum erit, atque adeò ad Officium diuinum obligabit. Et ideò Toletus *in Summa lib.2. cap. 14. num. 4.* Bonacina *de Horis Canonicis, disp.1.quæst.6. punct.3.num.5.* Baldellus *tom.2. lib.3.disput.25.num.5.* & alij, asserunt, Beneficiarium, qui alios redditus ex suo beneficio non percipit, nisi solas distributiones, teneri persoluere horas Canonicas. Vide etiam Suarez *de Relig.tom.2.lib.4.cap.20. num. 11.* vbi firmat solas distributiones obligare ad recitationem Officij.

3. Nec *secundò* obstat dicere aliquem saltem Cardinalem non commorantem Romæ excusari à penso horarum Canonicarum, quia nulla ei comperit portio de dictis distributionibus, vt patet ; ergo cùm pro illo tempore nullos percipiat fructus Cardinalatus, erit excusandus à recitatione Officij Respondeo, hoc esse negandum ; nam cùm per ipsum stet, ne Romæ resideat, & quo minus percipiat partem dictarum distributionum, sequitur, quòd tenebitur persoluere horas Canonicas, vt rectè obseruat Escobar *tract. de Horis Canon. q.3. §.5. n.12.* Suarez *de Relig.tom.2.lib.4.c.20.n.12.* Sanch. *in opusc. tom.1. lib.2.c.2. dub.72. n.1.* Filliucius *tom.2.tract.23. c.5. num.166.* Azorius *part.1. lib.10. cap.4. quæst. 6.* & alij, quos citat, & sequitur Persicus *tract. de Horis Canonicis, cap.5. dub.13.num.9.* vbi sic ait : Potest contingere ex voluntate ipsius Beneficiarij, quia non vult residere, & ideò fructus non percipit ; quia fructus solùm dantur residentibus : & in hoc casu, certum est dictum Beneficiarium teneri Officium recitare; quia per ipsum stat quò minus fructus percipiat. Ita ille. Sed hoc totum accidit in Cardinalibus Romæ residere nolentibus : ergo, dicendum est, teneri horas Canonicas persoluere.

4. Sed his non obstantibus ; pro negatiua sententia, nempe Cardinalatum, vt Cardinalatum, non inducere obligationem persoluendi horas Canonicas, testatus est quidam Antistes se vidisse votum subscriptum à duobus viris doctis Societatis IESV, quos mihi nominauit, Romæ commorantibus. Probari potest hæc opinio.

5. *Primò*, quia Cardinalatus largo modo beneficium dicitur, vt obseruat Gonzalez *ad regul.8.Cancellar. glos.7. n.39.* Selua *de benefic. part.1.q.2.n.54.* Hojeda *tract. de benefic. incompat. part. 1. in præfat. n.5. & 7.* Parisius *de resignatione benefic. lib.2.q.1. num.33.* & Moneta *de commut. vltim. voluntat. cap. 12.num.75.* & alij. Ergo, &c.

6. *Secundò*, quia distributiones, quas percipiunt Cardinales, sunt mera stipendia laborum, & dantur eis propter assistentiam, quam præbent Romæ Summo Pontifici. Et ideo Cardinalis Albanus *tractat.... lib.de Cardinalatu, quæst.48.* & Azor. *tom.2. lib.4. cap.3.q.6.* docent Cardinales posse disponere, & testari de his, quæ accipiunt intuitu Galeri purpurei absque licentia Papæ : ergo distributiones, quas percipiunt Cardinales, non sunt fructus beneficij, sed stipendia personalia laborum ; & ideo non inducunt onus dicendi horas Canonicas.

Sed ad hæc argumenta auctores primæ sententiæ possent respondere. Et

7. Ad primum potest quis dicere etiam, dato, & non concesso, quòd Cardinalatus sit tantùm largo modo beneficium ; non ex hoc minimè obligationem inducere dicendi diuinum Officium. Probatur ; nam, vt obseruat Castrus Palaus *tom.2. tractat.7. punct.1. §.2. num.2.* licèt probabile sit Præstimonia propriè non esse beneficia, non tamen sequitur, neque est probabile ad Officium Canonicum non obligare, quod patet ex constitutione Pij V. Romæ data 12. Kalend. Octobris 1571. & notauit etiam Vasquez *opuscul. de benefic. capit.4.§.1. dub.3.* & Suarez *de Relig. tom.2. lib.4. capit.22. num.10.* ergo potest aliquod beneficium esse largo modo beneficium, & tamen obligare ad horas Canonicas. Neganda est igitur consequentia, Cardinalatus est largo modo beneficium : ergo non obligat ad Officium diuinum :

8. Ad secundum argumentum dicere etiam quis posset, quòd licet distributiones dentur propter laborem ; tamen aliquando, vt obseruat Eminentissimus Lugo *de Iustitia, tom.1. disputat. 4. sect. 3. numer. 26.* hoc non obstante, inducunt obligationem persoluendi horas Canonicas ; quando videlicet beneficium non habet alios fructus, nisi distributiones : quod etiam dixit Toletus, Bonacina, & alij, vt *supra*. Itaque non est bonum argumentum dicere, distributiones dantur Cardinalibus propter laborem : ergo non tenentur persoluere horas Canonicas : nam, vt dictum est, possunt distributiones dari propter laborem, & per consequens expendi à Beneficiario ad libitum, & tamè obligare ad Officiū diuinum: vnde patet etiam responsio ad confirmationem ex auctoritate Cardinalis Albani, & Azorij.

Et

Et hæ sunt pugnantes sententiæ circa præsentem quæstionem. Verùm cui ego adhæream (amice lector) ex dignis rationibus proferre nolo; sed stando ex hypothesi in prima sententia, oritur ex illa alia pulchra & curiosa difficultas; videlicet, à quo tempore Cardinalatus inducat obligationem recitandi horas Canonicas, à die in quo Cardinalis sumit Biretum, vel à die quo sumit Pileum rubeum. Ratio dubitandi est ista, quia Theologi, & Canonistæ magnæ notæ asserunt, beneficiarium non teneri persoluere horas Canonicas à die collati beneficij, sed à die possessionis adeptæ. Ità docet Lessius *lib. 2. cap. 34. dub. 30. num. 163.* Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 19. numer. 27.* Layman *lib. 4. tract. cap. 5. num. 5.* Filliucius *tom. 2. tract. 23. c. 5. num. 159.* Azorius *tom. 1. lib. 10. cap. 4. quæst. 7.* & alij, quos etiam, me citato adducit, & sequitur Perfectus *tractat. de Horis Canonicis, cap. 5. dub. 13. num. 3.*

9. Verùm in nostro casu, licèt aliquis fuerit nominatus Cardinalis, & sumpserit Biretum, tamen videtur possessionem Cardinalatus accipere in die quo sumit Pileum: nam tunc publicè in Consistorio specialiter ad id deputato coram toto sacro Collegio, & coram omnibus illam exercet actionem, atque publicè iuramentum emittit: admittitur ad osculum ab Eminentissimis Fratribus: incipit munia Cardinalatus exercere; vt ingredi in Consistoria, titulum Ecclesiæ obtinere, &c. Ergo ex illa die videtur dicendum in Cardinali incipere obligationem persoluendi pensum diuinarum horarum.

10. Sed huic sententiæ ego adhærere non possum, cùm ei obstet Decretum sanctissimi D. N. Pij V. quod adducit Lavorius *in variar. lucubrat. titul. 3. cap. 3. num. 16.* & ego adduxi *in part. 5. tractat. 2. resolut. 74.* datum sub die 26. Ianuarij 1571. in quo statuitur, sumptionem Capelli esse cæremoniam accidentariam, & à die qua Cardinalis nominatur, & honorem accipit, & consentit esse verum Cardinalem, & acquirere ius ad omnia Cardinalium munia. Ergo ex tunc tenetur persoluere horas Canonicas.

RESOL. III.

Virum Clerici minores teneantur recitare Psalmos, quos Episcopus in Ordine iniunxit?

Et an Episcopus possit præcipere dictis Clericis aliquid singulis diebus recitandum? Ex p. 2. tract. 12. Resol. 20.

§. 1. Affirmatiuè respondet Villalob. *in summ. tom. 1. tr. 24. dub. 7. n. 4.* Layman. *in resol. mor. lib. 4. tr. 1. c. 4. n. 5.* Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 4. c. 16. n. 15.* Azorius *p. 1. lib. 10. c. 5. q. 4.* Lessius *lib. 1. c. 37. dub. 9. n. 46.* & alij. Sed Sotus *de iust. lib. 10. q. 5. art. 3.* & Valentia *tom. 3. disp. 6. q. 2. punct. 10.* asserunt, teneri tantùm ex honestate, & ideo illos omittentes non peccare mortaliter.

2. Vnde à fortiori, etiam puto contra Nauarrum, & alios Episcopos non posse præcipere dictis Clericis aliquid singulis diebus recitandum, vt ex Suarez notat Fillincius *tom. 2. tract. 23. cap. 5. num. 148.* Layman & Villalob. *vbi supra*, cum multis aliis, quicquid in contrarium asserat Martinus Bonacina *tr. de Horis Canonicis, disp. 1. q. 2. punct. 4. num. 2.* Sed tu tene primam sententiam, quia communis est, & probabilior.

RESOL. IV.

An Beneficiarius teneatur persoluere Horas Canonicas statim, ac beneficij collationem acceperit? Ex p. 2. tr. 12. Resol. 21.

§. 1. Affirmatiuè respondet Carolus Macigni *tractatu de Horis Canonicis, c. 10. cap. 25.* Garsias *de beneficiis, tom. 1 part. 3. c. 1. n. 92.* & alij penes ipsos.

Sup. hoc supra in Resol. 3. §. Et hæ, post medium & quamuis nō plene sup. hoc lege tamen infra doctrinam §. Et tamen, Resol. seq. & alterius vers. eius annot.

2. Sed ego contrariam sententiam semper tenui, quam docet Lessius *lib. 2. cap. 34. dub. 30. n. 167.* Henriq. *lib. 3. cap. 13. num. 2.* Vega *in sum. tom. 1. cap. 228. cas. 18.* Gauantus *in comm. ad Rubr. Missalis, tom. 2. sect. 1. cap. 4. num. 5.* Patrisius *de resign. benef. lib. 1. quæst. 9. num. 15.* Malderus *in 2. 2. tr. 10. cap. 2. dub. 3. quæstion. 7.* Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 19. numer. 7.* Molfesius *in sum. tom. 1. tract. 5. cap. 3. num. 3.* & alij quos ipsi citant. Dico igitur, tunc beneficiarium debere Officium diuinum persoluere, quando pacificam beneficij possessionem iam accepit, & non antea, quia ante dictam possessionem non potest exercere iura beneficij. Ergo consonum est, vt ad onera beneficij non obligetur.

RESOL. V.

An Beneficiarij, si per paucos dies omittant recitare Horas Canonicas, excusentur non solum à restitutione, sed etiam à peccato mortali?

Ex quo deducitur, quod quamuis Beneficiarius non recitans Officium Diuinum in primis sex mensibus, excusatur à restitutione fructuum, hoc non obstante, peccat mortaliter à primo die, si non recitat quotidie Officium Diuinum.

Et docetur, quod verbum statuimus, *est signum inductionis noui iuris.* Ex part. 11. tract. 11. & Miscel. Resol. 7.

§. 1. Ad hoc dubium sic respondet Caramuël *in Theol. fundam. fundamenti 53. §. 24. numer. 1124.* sic asserens, ait, Non habeo quid inferam, sed quia negatiuè respondet Ioannes de la Cruz, qui citat Medinam, & Lopez, inquiro. An non eadem probabilitate, qua dicitur non teneri ad restitutionem, non possit etiam dici cum omittendo his paucis diebus non peccare mortaliter. Et ratio est, quia ad restitutionem tenetur iure naturæ beneficiarius, & ad lectionem iure Ecclesiastico, & mirum esset si strictius leges obligarent humanæ, laxius, & benignius diuinæ. Tu rem considera, & disparitatem assigna. Ita ille.

Pro parte primi dubij huius Resol. infra in Resol. 80. §. Nota tertio, & pro alia parte in Resol. 115. & in aliis Resol. & §§. earum annotationum.

2. Sed respondeo non rectè argumentari de obligatione ad restitutionem fructuum, & ad recitandas ipsas horas Canonicas, vt vult Caramuël, apertè probatur ex communi Doctorum sententia; Nam certum est, beneficiarium excusari à restitutione fructuum, si non recitet Officium per primos sex menses, vt habetur in Concilio Lateranensi, & quamuis hoc ante constitutionem Pij V. non esset adeò certum, nunc tamen post illam indubitatum est; nam illud Pius Quintus referens Concilij decretum expresè dicit, post sex menses, ita Nauarrus *cap. 7. de oratione num. 23. vers. ex quibus, & cap. 21. num. 61. & in manuali cap. 25. numer. 122. vers. ex quibus*, Couarruuias *lib. 3. variarum resol. cap. 13. num. 10. fin.* Petrus Nauarrus *lib. 2. de rest.*

Sup. hoc infra lege doctrinam Resol. 110. & hic infra §. Deinde huius Resol.

cap. 2. num. 183. Iosephus Angles *de floribus quæst. Theologic. 2. 2. quæst. 83. art. 13. dicto 2. §. cæterum,* Sanctoual *lib. de officio Canonico part. 5. cap. 5.* Graff. *part. 1. decision. l. 2. cap. 51. num. 3.* Rodriguez *part. 1. summ. 146. conclusione 1.* Stephanus Quarantâ *in summa bullarij verbo horæ Canonicæ* Garzia *tom. 1. de beneficiis part. 3. cap. 1. num. 3.* Cardinalis Toletus *lib. 2. cap. 12. num. 3. dicto 1.* P. Azorius *part. 1. lib. 10. cap. 14. quæst. 3.* P. Valentia *tom. 3. disp. 6. q. 2. punct. 10. §. circa octauum, concluſ. 3.* P. Suarius *tom. 2. de Religione lib. 4. de horis Can. cap. 29. n. 4. & 5.* P. Vaſquez *opuſc. de beneficiis cap. 4. §. 1. art. 1. dub. 8. num. 42.* P. Sanchez *tom. 1. Conſil. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 81. concl. 1. & 2.* P. Filliucius *tom. 2. tr. 23. c. 10. quæſt. 1. dicto 2. num. 305. & alij.*

Sup. hoc lege doctrinã Reſ. præteritæ & alterius §. eius not. & pro hac Conſtitutione Pij V. vide infra ſex vltimas lin. Reſ. 98.

3. Et tamen hoc non obſtante, certum eſt beneficiarium, qui primis ſex menſibus ab obtento beneficio horas Canonicas non perſoluit, peccare mortaliter. Quia licèt Concilium Lateranenſe in dicto decreto, & Pius Quintus in ſua conſtitutione excuſent prædictum primis illis ſex menſibus à reſtitutione fructuum, non tamen à culpa mortali. Immò Pius Quintus expreſsè hoc dicit: Nam cum dixiſſet beneficiarium non recitantem officium poſt ſex menſes, teneri fructus reſtituere; ſubdit. Item ille, qui primis ſex menſibus officium non dixerit, niſi legitimum impedimentum ipſum excuſauerit, graue peccatum intelligat ſe admiſiſſe, vbi nihil addit de reſtitutione, hæc eſt communis ſententia, ita Nauarrus *cap. 7. de oratione num. 35. verſ. quinto quod, & cap. 21. num. 62. verſ. en tenor, & in manuali cap. 25. num. 123. verſ. nota 5. fin.* Graff. *part. 1. decis. l. 2. cap. 50. n. 13. & cap. 51. num. 3. & lib. 2. de caſibus reſeruatis cap. 28. num. 38.* Vgolinus *de officio Epiſcopi cap. 13. §. 1. num. 3. & 4.* Petrus de Aragonia *2. 2. quæſt. 83. artic. 13. col. 10. verſ. ex dictis,* Garzia *tom. 1. de beneficiis part. 3. cap. 1. num. 17.* Cardinalis Toletus *lib. 2. cap. 12. num. 3. verſ. primum ſit* P. Azorius *part. 1. lib. 10. cap. 14. quæſt. 4.* P. Leſſius *lib. 2. de Iuſtitia cap. 34. dub. 32. num. 176.* P. Vaſquez *opuſc. de beneficiis cap. 4. §. 1. art. 1. dub. 8. n. 44.* P. Sanchez *tom. 1. Conſil. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 82. num. 9. Concluſ. 2.* P. Filliucius *tom. 2. tract. 23. c. 10. q. 1. dicto 2. num. 305.* Bonacina *t. 1. tr. de officio diſp. 1. quæſt. 5. punct. 2. num. 8.*

4. Ergo clarè ex ſuperius dictis apparet non valere argumentum, quod ſicut aliquis intra annum per octo vel decem dies omittit officium diuinum, non tenetur ad reſtitutionem fructuum; Ita neque peccauit mortaliter; Nam vt ſupra probatum eſt, beneficiarius aliquando non tenetur reſtituere fructus, & tamen peccat mortaliter omittendo officium. Adde quod ego nego in dicto caſu, beneficiarium eſſe liberum à reſtitutione, vt patet ex verbis ipſius Bullæ Pij V. & Praxis Romana oſtendit.

Sup. hoc ſupra in §. 2. huius Reſ. & infra Reſol. 110.

5. Deinde nego meo Caramuëli, obligationem reſtituendi fructus ex omiſſione horarum canonicarum oriri iure naturali. Dico igitur ante Concilium Lateranenſe nullam fuiſſe reſtituendi obligationem, nec de iure naturali ac diuino, nec de iure communi Eccleſiaſtico, ac proinde nec pro illis primis ſex menſibus, & ita de iure Canonico antiquo ante Concilium Lateranenſe communior, & verior erat ſententia, Beneficiarios non recitantes officium diuinum non teneri beneficij fructus reſtituere, interim perceptos. Ratio eſt, quia nullum extat ius antiquum ad hoc obligans, nec ex ſolo iure naturali ſequebatur talis obligatio, quia obligatio reſtituendi ſolùm naſcitur ex peccato contra iuſtitiam commutatiuam; Sed beneficiarius omittens officium ex natura rei, non peccat contra iuſtitiam commutatiuam, licet peccet mortaliter contra obedientiam Eccleſiæ, vel contra Religionem ad quam pertinet actus orandi præceptus, præterea tota ratio, & cauſa adæquata obligationis pro tempore ſubſequente poſt ſex menſes ab obtento beneficio eſt ius nouum Eccleſiaſticum Concilij Lateranenſis, ſed illud non obligat pro illis primis ſex menſibus; ergo ſimpliciter pro illis non eſt talis obligatio.

6. Confirmatur: Nam in dicto Concilio ponitur verbum *ſtatuimus*, quod eſt ſignum inductionis iuris noui iuxta Gloſſas communiter receptas *in cap. vt ligantes de offic. ordin. lib. 6. verb. ſtatuimus*, & *in cap. vt lit. pend. eodem lib. & Clementina final. de præſcript. in eodem verbo*: Hanc ſententiam docuerunt Innocentius, Ioannes Andreas, Antonius Buttrius, Cardin. *in cap. 1. de celebrat. Miſſarum* ibi ex profeſſo id docet Panormitanus *num. 8.* quem ſequitur Felinus *in cap. 1. poſtulaſti num. 7. de reſcriptis*, Iaſ. *in lege Scriniarios num. 6. cap. de teſtamentis militis*, S. Antoninus *2. p. tit. 2. c. 4.* Summa Roſella *verbo Clericus 4. num. 23.* Silu. *cler. 4. num. 16. quæſt. 23. & verbo hora num. 18. fin.* Tabiena *verbo beneficium 3. quæſt. 11. num. 13. & verbo reſtitutio num. 9.* Armilla *verbo beneficium, num. 68. & verbo Clericus n. 27.* Nauarrus *cap. 7. de oratione num. 31.* dicens eſſe communem, *& cap. 18. num. 56. & cap. 21. num. 58. & 60.* M. Ant. Cucchus *in inſtitutionibus maioribus l. 5. tit. 7. num. 39.* Malderus *2. 2. tract. 10. cap. 2. dub. 4.* Catolus Macigni *de horis Canonicis cap. 28. num. 11.* Nicolaus Garzia *tom. 1. de beneficiis punct. 3. cap. 2. num. 10. cap. 14. quæſt. 1.* P. Leander, Leſſius *lib. 2. de Iuſtitia c. 34. dub. 32. à num. 178.* P. Ioannes de Salas *in tract. de legibus diſput. 9. ſect. 1. num. 24. dicto 3. & diſput. 15. ſect. 2. num. 27.* P. Layman *tom. 2. l. 4. tract. 2. c. 5. num. 1. verſ. veruntamen*, P. Filliucius *tom. 2. tract. 23. c. 10. quæſt. 2. dicto 3. num. 308.* vbi dicit, hanc ſententiam eſſe probabiliorem, & idem dicit P. Sanchez *tom. 1. Conſ. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 81. num. 2. fin.* vbi addit: idem tenuere nonnulli valde docti recentiores, Fernandez *p. 3. exam. Theol. moral. cap. 12. §. 8. n. 1.* Bonacina *t. 1. t. de officio diſp. 1. q. 5. punct. 2. num. 9.*

7. Licet aliqui contrariam ſententiam teneant, vt Sotus *lib. 10. de Iuſtitia q. 5. artic. 6. Concluſ. 3.* Barthol Medina *in ſumma cap. 12. §. 11.* Couarr. *lib. 3. var. reſol. cap. 13. num. 20.* Petrus Nauarra *lib. 2. de reſtit. cap. 2. num. 216.* Aragonia *2. 2. q. 83. artic. 13. verſ. ſi quis autem quærat*, P. Valentia *tom. 3. diſput. 6. quæſt. 2. punct. 10. §. circa octauum verſ. reſpondeo per diſtinctionem*, P. Suarius *tom. 2. de Religione lib. 4. de hor. Canonicis c. 29 n. 10. dicto 1.* P. Gabriel Vaſquez *tom. 2. in 2. tr. de legibus diſp. 160. num. 32. & opuſc. de beneficiis c. 4. §. 1. art. 1. dub. 7. num. 37.*

8. Et ratio eſt, quia Beneficiarius omittens recitationem officij debitam, peccat contra iuſtitiam commutatiuam, ex qua intrinſecè oritur obligatio reſtituendi; antecedens probatur, quia ſtipendiarius ex iuſtitia commutatiua tenetur id facere, pro quo ſtipendium accipit; quare ſi id facere omittat, & ſtipendium recipiat, peccat contra Iuſtitiam commutatiuam; Sed talis eſt conditio beneficiarij: recipit enim ſtipendium pro labore recitandi officium: quia beneficium datur propter officium *ex cap. final. de reſcriptis in 6.* quotieſcumque autem aliquid datur ob cauſam, cauſa non ſequuta, repeti poteſt, vt in titulo de conditione ob cauſam.

9. His

9. His tamen non obstantibus, puto non esse dicendum à sententia quam docui; Nam si beneficiarius non recitans officium, teneretur iure naturali restituere fructus perceptos, Ergo frustra Concilium Lateranense, & Pius V. excusat eum à restitutione primis sex mensibus; Nam apertè sentiunt, & statuunt, Beneficiarium, intra primos sex menses ab obtento beneficio, officium non recitantem, non teneri ad restitutionem fructuum, solùm enim illum obligant post sex menses ab obtento beneficio, & Pius Quintus in sua constitutione hoc expressius affirmat in versiculo, Item ille, vbi ait, Qui primis sex mensibus officium non dixerit nisi legitimum impedimentum ipsum excusauerit, graue peccatum intelligat se admisisse, & non dixit fructus suos non facier, seu illos restituere teneatur sicut dixit de non dicente officium post sex menses.

10. Et ad rationem superius adductam respondeo, obligationem recitandi diuinum officium quam habent beneficiarij, non esse iustitiæ commutatiuæ, sed Religionis, obedientiæ, ex præcepto, & institutione Ecclesiæ, & licet beneficium detur propter officium, non tamen datur sub conditione officij, sed sub modo & onere; Vnde modo, & onere non seruato, adhuc fructus erunt beneficiarij ratione tituli, quem habet in beneficio, & regula illa, quod datum ob causam, causa non sequuta, repeti potest, habet locum quando causa est totalis seu principalis, non verò quando est partialis aut secundario, sicut est in hoc casu; Nam beneficium non datur primariò pro officio quotidiano, sicut Mercenariis, & famulis datur stipendium pro labore, sed datur principaliter, & absolutè in sustentationem Ministri Ecclesiæ, cum onere, & obligatione recitandi officium, & ideo si id omiserit, non tenetur iure naturali fructus restituere.

11. Ex his omnibus patet responsio ad speculationem, & rationem adductam à Caramuële. Dicimus enim tam obligationem recitandi officium, quàm restituendi fructus ex eius omissione procedere ex iure Ecclesiastico. Et si ratio doctissimi Caramuëlis vim haberet, posset aliquis inferre, Beneficiarium qui omitteret recitationem officij in primis sex mensibus non peccare mortaliter; quia per primos sex menses, si officium omittat recitare, non tenetur ad restitutionem, sed hoc dicere, & concedere esset absurdum. Ergo.

RESOL. VI.

An Clericus habens Capellaniam, cuius fructus, dempta eleemosyna pro Missis ad quas tenetur, paucos percipit, teneatur persoluere Horas Canonicas. Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. Res. 8.

§. 1. AD hoc dubium sic respondet Persicus *de Hor. Canon. c. 5. dub. 7. num. 6.* Petes, an in Capellaniis computandi sint omnes fructus, etiam illi, qui dantur pro Missis, ad quas obligat Capellania; an verò solùm illi, qui supersunt, dempta eleemosyna, quæ datur pro Missis; Respondeo, circa hoc, duas esse sententias. Prima affirmat, computandos esse fructus Capellaniæ, etiam illos, qui dantur pro Missis. Ratio est: quia omnes ij verè sunt fructus beneficij. Confirmatur: quia aliàs in beneficio curato esset idem dicendum, scilicet, quòd si dempta ea parte fructuum, quæ correspondet Missis quas tenetur Curatus celebrare pro populo, & aliis ministeriis ad quæ obligat beneficium, fructus, qui supersunt, essent exigui, vel nulli, non obligaret ad recitandum. Sic aliqui recentiores docti.

2. Secunda sententia docet, computandos esse solùm fructus, qui supersunt, dempta eleemosyna, quæ datur pro Missis. Ratio est: quia obligatio recitandi Officium consurgit, ex stipendio accepto: sed stipendium, quod datur pro Missis, non est stipendium, quod datur pro recitatione diuini Officij; quia Clerico non beneficiario, si celebraret illas Missas, daretur illud stipendium. Hanc sententiam putat probabilem Sanchez *tom. 1. consilior. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 68.* modò deducatur tantum stipendium, quantum communiter dari solet aliis Sacerdotibus pro Missis. Ex hac secunda sententia sequitur, Clericum in minoribus, qui haberet Capellaniam, cuius fructus, dempta eleemosyna pro Missis, pauci, aut nulli essent, si per alium faceret Missas celebrare, non teneri ad recitandum Officium: hoc autem durum videtur, & ideò mihi prima sententia videtur probabilior, & tutior: ex qua oppositum sequitur, scilicet, prædictum teneri Officium recitare.] Hucusque Persicus, qui pro sua sententia poterat adducere Castrũ Palaum *tom. 2. tr. 9. disp. 2. punct. 1. §. 2. n. 10.* Lessium *lib. 2. cap. 34. dub. 3. n. 72.* Azorium *tom. 1. lib. 10. c. 4. q. 8.* & alios.

3. Verùm ego adhæreo negatiuæ sententiæ Sanchez à Persico citati, cui adde doctum Patrem Antonium Quintanadueñas *tom. 1. tr. 8. singul. 19. n. 12* & in sua Instructione Ordinandorum edita à Martino Real Vicario Hispalensi vbi *in part. 3. §. 6. num. 4.* ita asserit: *Convienen oy los Doctores y Theologos modernos, que para que vn beneficio, ò Capellania obligue, es necessario tenga de renta por lo menos la tercera parte de lo, que necessita el Capellan para sustentarse congruamente, como vn Clerigo ordinario sustentarà su persona, y segun el arbitrio de los prudentes. Y assi no se puede señalar quantidad fixa, porque segun la carestia, y porte de los lugares, y tiempos sera necessario mas, ò menos para sustentarse vna persona deste ordinario porte. En Castilla la vieja, y Galicia, donde todo es me barato, con veyente y quatro ducatos, ò poco mas obligaria. En Sevilla, y tierras semejantes, no obligan algunos doctos, si no llegan à treynta y tres, y algunos à mas, ducados y en años caros que passasse desto. Sic viri docti consulti, & in manuscriptis. Y esta sustentacion non solo se entiende para la comida, sino para la cosa, gastos forcosos, vestido, y los demas, segun la calidad, y porte de los Clerigos honestos de aquella tierra; y esto que a de tener, a de ser de,* superauit, *que es lo, que pagadas las Missas, y demas costas, queda libre, ò sobra de la Capallania, Si es muy tenue, ningun dia, ni los de fiesta, y Domingos deuen rezar, ni restituir nada. Sic Malderus, & Diana. Suplan esto con otras oraciones, ò sacro culto.* Hæc ille.

Sup. his & doctrina cõtenta in hoc & seqq. §. in Res. 1. not. præteritæ §. vlt. & infra in Res. 10. & ad medium à vers. Quando, & in Res. 98. §. Et tandem nota. & in fine Res. 8

Hanc etiam sententiam tenet nouissimè Escobar à Corro *in tract. de Hor. canon. quæst. 3. §. 5. num. 23.* vbi postquàm firmasset non inducere obligationem persoluendi Horas Canonicas beneficium tenue, ita vt non suppeditaret tertiam partem mediocris sustẽtationis cuiusquam vulgaris, hoc est, vt ipse Escobar iudicat, tertiam partem centum ducatorum vulgarium Hispaniæ: posteà subdit *num. 24.* quòd tenuitas beneficij non debet regulari ex omnibus fructibus beneficij in se; sed ex eo, quod remanet deductis expensis in eorum collectione, deducto stipendio Missarum, & aliorum onerum: tum, quia fructus non dicuntur, nisi deductis expensis, *l. Fructus. 7. in princ. & in §. Interdum. 13. & seq.* aliàs l. *Diuortio. § fin. solut. matrim. l. 26. tit. 11. part. 4.* Tum, quia tantùm minùs videtur accipere, quantùm plus tenetur soluere; aut erogare, *l. Ciuitatibus. 122. §. fin. de leg. 1. l. Si legatarius. 3. in principio, de leg. 2. l. Si fundus. 23.*

Sup. his in Res. seqq. §. vlt. cursim in fine.

circa finem, ad leg. Falcid. Cum etiam, quia acceptum pro stipendio Missæ non habetur propriè ex beneficio, cùm idem haberet, beneficiarius à quouis alio, quamuis beneficium non haberet; & hoc sine obligatione recitandi.] Ita Escobar.

4. Displicet tamen, quòd ipse sententiam affirmatiuam Perfici, Palai, Lessij, Azorij, & aliorum; tanquam improbabilem damnet: non enim opinionem tantorum virorum existimo tali censura inurendam esse. Sufficiat nobis, nostram sententiam esse satis probabilem, quam, præter Doctores citatos, tenet doctus, & amicissimus Pater Franciscus de Lugo *in principiis moralibus part. 1. capit. 2. quæstion. 32. numer. 183.* qui adducit Suarez, & Sanchez.

RESOL. VII.

Petrus habebat beneficium perexiguum, & tenue, & relinquebat sæpius recitationem Horarum Canonicarum, quæritur, an peccauerit, & teneatur ad restitutionem?

Et quid, si quæras, quodnam censeatur tenue beneficium, vt quis ratione fructuum illius non teneatur recitare Horas Canonicas, nec fructus restituere?

Et an saltem in dicto casu diebus festis, & Dominicis teneatur Officium diuinum recitare? Ex p. 2. tr. 12. Res. 9.

Sup. hoc in Res. præterita, & in Res. seq. & infra in Res. 98. §. Et eandem nota.

§. 1. COmmunis sententia docet, beneficium, quamuis tenue, obligare ad Horas Canonicas. Ita tenet Victorellus *in summam Toleti, lib. 2. cap. 14.* Aloysius Riccius *in sua praxi, part. 2. resolut. 406.* Paulus Comitolus *in suis resp. moral. lib. 1. q. 68.* D. Antoninus *part. 3. tit. 13. cap. 4. §. 1.* Gauantus *comment. in rubr. Missalis, tom. 2. sect. 1. c. 4. num. 3.* Rosella *verb. Horæ Canonicæ, num. 1.* Tabiena *verb. Horæ, num. 2.* Armilla *verb. Horæ canonicæ, num.....* Syuester *verb. Hora, num. 3.* Nauarrus *de oratione, c. 7. n. 37.* Couarruuias *lib. 3. var. c. 13. num. 8.* Bela *in respon. part. 1. cas. 55.* Graffius *dec. aur. p. 1. lib. 2. cap. 50. num. 18.* Summa Corona *part. 1. cap. 1. num. 92.* & ex recentioribus Gregorius de Valentia *tom. 3. disp. 6. quæst. 2. punct. 10.* Azorius *part. 1. lib. 10. cap. 3. q. 3.* Suarez *de relig. tom. 2. lib. 4. cap. 21. n. 4.* Reginaldus *tom. 2. lib. 30. tract. 3. sect. 1. n. 33.* Et ratio est: quia vt ait Medina *Cod. de orat. q. 7.* habetur *in cap. Clericus victum. dist. 91.* Clericus, quem sui beneficij fructus alere non possunt, quærat suo labore, & artificio victum sine detrimento Officij sui: vbi Glossa *ver. vigiliis*, eandem sententiam tenet: quia talis Clericus sibi ipse præiudicium fecit, cùm se propria sponte promoueri permiserit: tum etiam, sicut vir contrahens cum muliere modicè dotata, tenetur semper, & vbique eam alere; sic beneficiatus tenetur, ait Glossa, officiare Ecclesiam, licèt pauper sit. Secundo, Concilium Lateranense sub Leone X. *sess. 29. can. 9.* quemlibet habentem beneficium, siue cum cura, siue absque cura animarum, si post sex menses ab eo obtento omiserit dicere Officium diuinum, priuat fructibus ipsius beneficij, & obligat illos restituere fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus. Nec valet dicere; Concilium non esse extendendum ad habentem beneficium tenue: nam verba Concilij generalia sunt; & vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus. Tertiò quamuis beneficium sit tenue; gaudet tamen beneficiarius cæteris beneficiariorum priuilegiis: ergo, Hic intrat opinio Vasquez *Opusc. de benefic. cap. 4. §. 1. dub. 5. n. 24.*

2. Sed, si aliquis contratiam sententiam sequi voluerit cum Azorio *vbi supr.* & Molfesio *in sum. tom. 1. tract. 5. cap. 3. num. 29.* non esse condemnandum censeo: nam illam sequuntur doctissimi viri, Lessius, Ledesma, Sotus, Malderus, *vbi infra.* Aragonius *in 2. 2. quæst. 83. art. 12.* Rodriguez *in summ. tom. 1. cap. 140. n. 3.* Vega *in sum. part. 1. c. 128. cas. 13.* & nouissimè Raphael de la Torre *in 2. 2. tom. 1. quæst. 83. de Horis canonicis, contr. 6. disput. & contr. 7. n. 16.* Nam, qui altari deservit, de altari viuere debet, iuxta Apost. *1. Cor. 9.* ac proinde, qui Ecclesiæ seruit, de eius prouentibus viuere debet. Ergo beneficium debet tribuere saltem bonam partem moderatæ sustentationis, alioquin beneficiatus non censebitur. Ergo, qui tenue beneficium habet, non censetur esse beneficiarius.

3. Sed, si quæras, quodnam censeatur tenue beneficium, vt quis ratione fructuum illius non teneatur recitare Horas Canonicas? Respondet Sotus *d. 10. quæst. 5. art. 3.* quando non habet supra octo aureos. Lessius *lib. 2. cap. 34. dub. 31. num. 169.* quando non suppeditat bonam partem tenuis sustentationis, verbi gratia, 15. vel 16. aureos. Plus addit Petrus Ledesma *in summa, part. 2. tract. 9. cap. 4. concl. 5. diffic. 4. fol. mihi 563.* ait enim: *A mi parecer aunque el beneficio fuesse de diez seis ducados, y aun de veinte, no lo obligaria à rezar.* Et tandem Malder. *in 2. 2. D. Thomæ, tract. 10. cap. 2. dub. 3* existimat, illud esse exiguum beneficium, quod tertiam partem mediocris sustentationis alicuius vulgaris Clerici non adæquat. Aduerte tamen, quòd, licèt Lessius, & Molfesius, *vbi supra*, obligent tales beneficiarios, qui tenue beneficium habent, aliquoties per annum dicere Horas Canonicas, verbi gratia, Festis, & Dominicis diebus, provt ratio dictauerit: tamen puto cum Maldero, *loco citato*, si Officium etiam in his diebus non recitauerint, non teneri ad restitutionem: quia non faciunt contra præceptum Ecclesiasticum, sed contra legem naturalem; quam legem etiam adimplerent non dicendo Officium diuinum, si suppleant hoc aliis orationibus, vel alio Dei cultu. Quod est maximè notandum ad tollendos scrupulos.

Sup. hoc Ref. præterita, & §. Verum, & in alia annexa.

Sup. hoc medium not. præterea, vers. inuy tem.

RESOL. VIII.

An in fructibus beneficij detur paruitas materiæ, ita vt non consurgat obligatio recitandi Horas Canonicas? Ex p. 5. tr. 5. Res. 25.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Castrus Palaus *tom. 2. disp. 1. punct. 1. §. 2. num. 9.* & ratio est, quia beneficium habens tenues fructus, verè est beneficium, quia est ius percipiendi fructus ex speciali titulo; sed beneficio absque vlla distinctione pinguis, vel tenuis, annexum est onus recitandi ex Concil. Lateranens. & ex Bulla Pij V. ergo. Consequentia & minor propositio videntur claræ; maiorem probo; nam beneficium tenue reddit beneficiatum eodem modo exemptum, ac priuilegiatum, sicut beneficium pingue. Item suspensus à beneficio tam est suspensus à beneficio tenui, quàm à pingui, ergo, &c. & ita hanc sententiam tenent plures, quos ego citaui *in part. 2. tract. 12. resol. 9.*

Quæ hic Ref. aureos, deus, & aliis cum primo not. & cum Palao rum hic

2. Sed ibi affirmatiuam sententiam probabilem esse censui cum multis Doctoribus: pro qua rationes nunc adducam. Confirmatur igitur hæc opinio primò, quia parum pro nihilo reputatur, videturque tenue beneficium pro nullo habendum,

si

si species præceptum Horas recitandi. Secundò, qui ex suo beneficio nullos per se, vel per alium fructus percipit, aut percipere potest, ad nihil secundùm omnes tenetur, ergo qui exiguum percipit, ad partem solùm, non ad totum tenebitur. Tertiò, qui altari deservit, de altari viuere debet; 1. *ad Corinth. 9.* Atqui talis Clericus Ecclesiæ deservit; ergo de Ecclesiæ bonis viuere debet, vt autem censeatur moderatè sic viuere, debet saltem aliquam mediocrem victus portiunculam accipere. Quartò, quia, vt *supra* diximus, plura habens beneficia etiam copiosa, & ampla, non tenetur, nisi semel Horas recitare, quamuis etiam tria millia aureorum capiat; ergo rationabile non est, vt quis tantumdem oneris sustineat, qui solùm quatuor, vel sex aureos. Quintò, beneficium tenue in iure habetur pro non beneficio, vt constat ex *cap. is cui, de prabend. in 6.* vbi Bonifacius Papa definit, quòd is, cui sit potestas conferendi beneficia personis idoneis, non potest illa conferre iis, qui beneficia ad decentiam vitæ sufficientia possident; non habentibus verò huiusmodi, possit conferre; quo significatur non habere beneficium, qui non habet sufficiens. Vnde ex his puto circa præsentem quæstionem, tam negatiuam, quàm affirmatiuam sententiam probabilem esse; & ne deseras videre me ipsum *loco cit.* vbi inuenies varias sententias circa quantitatem paruitatis fructuum excusantem à recitatione. Et, si per otium libet, vide etiam Oliuerium Bonartium *de Horis Canon. lib. 2. c. 6. n. 10 & seq.* vbi in aliquibus casibus sequitur sententiam affirmatiuam, & in aliquibus non.

RESOL. IX.

An dubius ob tenuitatem beneficij de onere recitandi Officium diuinum, teneatur recitare? Ex p. 4. tr. 3. Resol. 24.

§. 1. AFfirmat Vazquez *in 1. 2. D. Thomæ, disp. 65. cap. 3. n. 11.* nam quando obligatio est certa, vt est in casu nostro, & excusatio dubia, teneris obedire; quòd obligatio sit certa, patet: nam certum est tenì habere beneficium, & per consequens onus diuini Officij illi annexum.

2. Verùm Ioan. Salas *in 1. 2. tract. 8. disp. vnica, sect. 17. n. 154. in fine*, docet in tali casu non adesse obligationem recitandi diuinum Officium, quia est dubium iuris, & præceptum onerosum, & molestum implendum ex obligatione non est in casu dubij, sed hoc accidit in casu nostro: ergo, &c. vtraque opinio est probabilis.

RESOL. X.

An si quis recipiat beneficium per simoniam, vel sit irregularis, teneatur dicere Horas Canonicas? Et quæ quantitas redituum beneficij obliget ad Horas? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Resol. 146.

§. 1. AD hunc casum ita respondet Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 2. c. 2. dub. 73. n. 5.* Si aliquis recipiat beneficium per simoniam, vel existens excommunicatus, vel irregularis, vel non habens legitimam ætatem, vel in alio casu in quo collatio est nulla, non tenetur recitare Horas Canonicas, quia non habet titulum verum beneficij, nec facit fructus suos; sicquidam neotericus valde doctus, qui ita resolutum fuisse Salmanticæ à Patribus Societatis dicit, & bene aduertit, quòd si hic deberet petere in his casibus reualidationem, & fructuum compositionem, si non recitauit, debet etiam explicare illam conditionem in compositione, alias tenebitur iterum componere se de fructibus ob illam causam. Ita ille, qui etiam *vbi supra dub. 57. num. 5.* respondet ad secundum quæsitum, de quo etiam pos alibi, & sic asserit. Quando fructus beneficij excedunt decem & sex aureos, beneficiarius tenetur recitare: sic dixerunt quamplurimi recentiores, maximè docti Magistri à me consulti, & alij viri ex neotericis Magistris in suis scriptis, fauet Sotus de hac re consultus, quia quamvis ponat pro bona parte sustentationis, quando fructus sunt octo aurei nummi, at his temporibus minus sunt decem & sex aurei, quàm abhinc triginta annis, quando scripsit Soto, octo aurei, cùm res modò multo cariori pretio venundentur. Imò P. Doctor Henriquez retulit mihi, quòd consultus Soto de beneficio, cuius redditus erant decem & sex nummi aurei, respondit non obligare ad recitandum, & quidam maximè doctus recentior dixit, non minus quàm viginti aureos obligare. Ita Sanchez. Licèt nouissimè Castrus Palaus *tom. 2. disput. 2. punct. 1. §. 2. num. 9.* doceat, beneficium exiguos fructus habens obligare ad recitationem Horarum; sed opinio Sanchez est probabilis, de qua etiam ego alibi.

Alibi supra in Resol. 7. §. vlt. in Resol. 6. §. Verum. & seqq. & infra in Resol. 8. §. Et tandem nota, & supra fine Resol. 8.

Alibi supra in Resol. 6. 7. & 8. & in §§. not. præcedit.

RESOL. XI.

An Prælati Regulares ratione officij teneantur ad assistentiam Chori? Ex p. 2. tract. 12. Resolut. 38.

§. 1. REspondeo cum Raphaële de la Torre *in 1. 2. tom. 1. contr. 10. disp. 1. n. 8.* quòd peculiari obligatione tenentur habere curam, vt Chorus, sicut par est, frequententur, sed ad sui præsentiam personalem, non tenentur præcepto, id directè præcipiente, sed ob circumstantiam personæ, & propter aliorum exemplum, intra obligationem regulæ, magis tenebuntur, quàm cæteri. Quamvis ex alia parte propter iures, & grauiores occupationes, sæpius à frequentatione Chori etiam magis, quàm cæteri excusabuntur.

RESOL. XII.

Virum Moniales, seu deputati ad Chorum teneantur sub onere peccati mortalis persoluere Horas Canonicas?

Et an hoc ex vi consuetudinis ad culpam mortalem obligantis? Ex p. 2. tr. 12. Resol. 17.

§. 1. AFfirmativè respondeo cum communi Theologorum sententia: & ita docet Macignus *tract. de Horis Canon. cap. 13. num. 28* Malderus *in 2. 2. tract. 10. c. 2. dub. 3.* Gauantus *comment. in Rubr. Missalis, tom. 2. sect. 1. cap. 4. num. 10.* Bellochius *in praxi de cas. reseru. par. 2. q. 15. n. 8.* Aragon. *in 2. 2. q. 85. art. 12.* Conradus *in Resp. cas. conse. p. 1. Theolog. mor. lib. 4. tr. 2. c. 4. n. 2.* Sotus *l. 10. q. 5. art. 3.* Rodriguez *tom. 2. quæst. 10. art. 8.* Toletus *lib. 1. cap. 2.* Nauarrus *cap. 24. num. 97.* Paludanus *in 4. distinct. 15. q. 4. art. 1.* Gabriël *ibid. q. 8. art. 2. concl. 2.* Emmanuel Sà *verb. Horæ Canon. n. 1.* Reginald. *tom. 2. lib. 18. c. 12. n. 150.* Filliuc. *tom. 2. tr. 23. c. 5. n. 150.* Lessius *lib. 2. c. 37. dub. 9. n. 49.* Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 4. c. 17. n. 6.*

Sup. hoc in quinque Resol. seqq. & infra in Resol. 18. §. vltim. & in Resol. 56. §. Secundo & §. Ad id. & in tom. 2. tr. 1. Resol. 87. §. 2. à lin. 5. à vers. constantérque. & in tom. 4. tr. 3. Resol. 20. cursim in §. penul. post medium.

vers. & ideo melius in tom. 2. tr. 1. Resol. 30. §. Quæro tertio, & seq.

Azorius *part. 1. lib. 10. c. 6. quæst. 1.* & Portel *in dubiis Regul. ver. Horæ Canonicæ, n. 3.* Ioan. de la Cruz *in direct. conse. part. 3. præ. 3. art. 3. dub. 4. concl. 1.* & alij. Et hoc, ex vi consuetudinis, ad culpam mortalem obligantis.

2. Caietanus verò dubitat de tali consuetudine & idem docet Medina Complutensis *C. de orat. tract. 6.* Armillâ *ver. Horæ Canonicæ, n. 4.* Vide etiam Alphon. de Castro *l. b. 1. de leg. pœn. cap. 8.* qui negat Fratres Prædicatores in sacris non constitutos peccare, si relinquant Officium, nisi ex decimis, aliisque redditibus Ecclesiasticis alantur. Et ideo Vega *in sum. tom. 1. c. 128. cas. 7.* priorem sententiam, quam ipse tenet, probabiliorem vocat. Ergo secundùm Vegam; sententia excusans moniales à priuata recitatione Horarum probabilis est.

3. Non grauabor etiam hîc apponere verba Henrici Villalob. *in sum. tom. 1. tract. 24. dub. 9. num. 8.* vbi sic asserit: *La duda está si de hecho ay esta costumbre, que Cayetano no supo della, y no lo puedo asegurar: porque lo he preguntado à personas de algunas Religiones, y no la hallo firme, aunque Suarez dize, que casi todos testifican della y para que se introduzga costumbre, que obligue à pecado mortal, ha de ser a sabiendas con animo de obligarse, y no por yerro pensando, que está vn hombre obligado. Y no me persuado, que se aya introducido esta costumbre, desta manera: tambien haze contra esta costumbre, para que no obligue, como ley, que deve ser puesta esto porquien tiene autoridad, y no la tienen los moços, que no tienen veynte y un años, y muchos menos las mugeres, por si solas, y ansi parece, que no pueden hazer ley; todo esto lo digo disputando, para que otros los juzguen, que à mi hazeseme rigurosò condenar à nadie à pecado mortal, no siendo el derecho muy claro, mas soy de parecer, que se siga en esto la opinion comun, que es mas segura, y en cosas morales tienen grande autoridad los Dotores, aunque la tienen mas las buenas razones.* Ita Villalobos.

4. Sed etiam hîc apponam verba doctissimi Raphaëlis de la Torre *in 2. 2. contr. 6. disp. 2. num. 11.* vbi sic ait: [De consuetudine non interciſa recitandi Horas priuatè, etiam quando Moniales à Choro absunt, audio viros doctos & pios dicentes vigere, & viguisse, alios verò dubitantes, sed ego non auderem eas ab hoc onere liberare.] Ita ille, & ego.

RESOL. XIII.

An Moniales extra Chorum teneantur recitare Horas Canonicas? Ex p. 3. tr. 2. Res. 96.

Alibi in Res. præterita & in omnibus aliis Resol. & §§. eius annot.

§. 1. ALibi affirmatiuam sententiam docui, & nunc iterum doceo cum Miranda *tract. de Monial. quæst. 9. art. 6.* & nouissimè hanc sententiam tenet etiam Hieronymus Rodrig. *in compen. qq. Reg. resol. 98. num. 5.* vbi sic ait. Quidquid alij in oppositum sentiant, communiter, & melior opinio, quæ & tenenda est, habet, omnes & quascunque Moniales teneri priuatim ad recitationem Horarum Canonicarum, ratione status Regularis, seu Ecclesiastici irreuocabilis, quem profitentur. Ita ille, qui videtur docere negatiuam sententiam esse probabilem; nam affirmatiuam, quam ipse tenet, vocat tantùm communiorem, & meliorem. Sed an ita reuera sit, remitto aliis iudicandum; & vide quæ de hac materia dixi *in tract. de Horis Canonicis.*

RESOL. XIV.

An Moniales teneantur sub onere peccati mortalis persoluere Horas Canonicas?

Et idem quæritur de Religiosis professis Ordinibus sacris non initiatis.

Et an consuetudo persoluendi Horas Canonicas à Monialibus obligatoria sit? Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. Resol. 7.

Alibi sigillatim infra Resol. 4. §. 2. & 3. & 11. & 12. & nonnullis aliis eius annot.

§. 1. PRo negatiua sententia *alibi* adduxi Ioannem Caramuelem: sed, quia posteà inueni alios duos viros non minùs doctos, hanc etiam sententiam docere, ponam hic per extensum eorum verba. Itaque Petrus Marchant *in Tribunali Sacram. tom. 2. tract. 2. part. 2. tit. 3. sect. 1. quæst. 2. fol. mihi* 185. sic ait: [Regulares, siue viri, siue Moniales, qui ex vi Regulæ, vel voti, speciale præceptum non habent, sub nullo peccato obligantur ad Horas Canonicas privatim recitandas. Ratio mea fundamentalis est: quia tantum onus sine speciali lege, vel titulo, sub peccato mortali imponere, est iugum intolerabile, & violentum.

2. Dixi, *quæ ex vi Regulæ, vel voti, speciale præceptum non habent*: si enim habent, vt Fratres Minores, Moniales Annunciatæ, & si qui alij, vel aliæ reperiantur, quorum, quarumque Regula in ratione diuini Officij obligat ad mortale illi sine dubio obligabuntur.

3. Nec ratio consuetudinis vim legis habentis, aliquid concludit: etsi enim consuetudinem sanctam Religionum communiter negare non possimus; illam tamen consuetudinem habere vim legis ad peccatum mortale obligantis, nullus probare poterit; nec vidi vllum, qui hoc probare intenderet: qui enim hanc vim consuetudinis allegant, illam communiter supponunt, non probant.

4. Dico ergo primò, sanctam consuetudinem esse, vt Religiosi, vbi Choro non intersunt, priuatim Horas Canonicas, à quibus abfuerint, legant.

5. Dico secundò, hanc consuetudinem receptam esse sub titulo pietatis, & sancti exercitij, quam qui præuaricaretur, indeuotionis, & negligentiæ, seu defectus feruoris in rebus pietatis argueretur.

6. Dico tertiò, hanc consuetudinem non habere vim legis: vt enim consuetudo vim legis habeat, non sufficit, vt communi sensu, & consensu sit recepta simpliciter, (recipi enim potest ob decentiam, pietatem, vtilitatem, quæ in illa continetur:) sed requiritur, vt recipiatur per modum legis sub peccato obligantis. Taliter autem receptam esse à Regularibus consuetudinem illam communiter dicendi Horas canonicas, absolutè negandum est.

7. Dico quartò, fictitium esse, consuetudinem illam receptam esse per modum legis ad peccatum mortale obligantis: hoc enim absque certo fundamento liberè dicitur. Constans autem mihi est ista regula nullam legem, multò minùs consuetudinem, ad peccatum mortale obligare, nisi constet certò de fundamento tantæ obligationis. Vide, quæ diximus *suprastr. 1. tit. 10. q. 1. per totam.*

8. Dices primò: Multi sunt in ista opinione obligationis, quæ si tollatur, plures Religiosi negligent Horas legere. Respondeo, minus malum esse negligere, quam negligendo Deum offendere. Et cùm opinio illa legitimè fundata non sit, melius est errorem, qui pluribus est offendiculum peccati, tollere, quàm vnum peccatum mortale permittere: quilibet enim scrupulosus sibi conscientiam erroneam formare posset, & imprudenter hoc titulo consuetudinis & in grauissimos

grauissimos laqueos conscientiæ præcipitare. Pij certè, & suæ salutis amatores attendentes fructus pietatis, & vtilitatem, & sanctam consuetudinem Religionis, Horas facilè non omittent. Cur autem ob piorum diligentiam; incurios, & infirmos volumus exponere periculo peccati mortalis, & æternæ damnationis? Consueuerunt Religiosi certis horis orationi, & exercitationi mentali vacare, certis diebus disciplinas sumere, ex pietate certis diebus ieiunare; Officium B. V. Mariæ recitare, quin frequenter ad illa consuetudine communi à suis Directoribus compelluntur: ergo peccant mortaliter illa omittendo, vel ex omissione huiusmodi, formanda est in illis conscientia peccati mortalis, aut vbi erroneè fundata est, continuanda; Hoc dicant cæci, qui cæcis ducatum præbentes, in foueam præcipites ruunt. Ergo tali assertioni repugno.

9. Dices: Beneficiati ad Horas tenentur: quia ex fundationibus propter Officium viuunt: ergo & Religiosi, qui sine fundationibus, siue piorum oblationibus, & mendicationibus victitant, similiter obligabuntur. Respondeo, negando consequentiam. Fundationibus enim beneficiorum correspondet præcisè Canonicum Officium ex debito iustitiæ, & contractuum virtualium: fundationibus autem Monasteriorum, ac oblationibus piorum, &c. correspondent omnia, quæ facit Religiosus, vtpotè, arcta Doctorum obseruatio, orationes, ieiunia, disciplinæ, austeritates, doctrina, sancta exempla, &c. quorum intuitu, titulo charitatis, Monasteriis oblationes factæ sunt, & in dies fiunt, eisque, qui omnia pro Christo reliquerunt, rependuntur à sapientissimo retributore Deo: vnde bene dicebat Sanctus Pater noster Franciscus, Fratres suos mundo debere exercitationes pietatis, exemplum, & doctrinam: Mundum autem, titulo charitatis debere illis victum, vestitum, hospitium gratuita benignitate. Sufficienter itaque Religiosus exercitiis, & austeritatibus Religionis satisfacit oblationibus, & eleemosynis piorum, nec priuatim, & singulariter ad Horas Canonicas iustè obligari potest. Hucusque Matchant. *vbi supra.*

10. Sed præter ipsum inuenio hanc sententiam nouissimè docere etiam Patrem Lessium *in Resolutionibus casuum conscientiæ, post p. 2. D. Thomæ, verb. Horæ Canonicæ, cas. 14. fol. mihi* 194. quod probat primò: quia Moniales non tenentur ad Horas Canonicas aliquo voto, vel ex vi suæ Professionis, vt passim Doctores fatentur: neque ex aliquo Ecclesiæ Præcepto; neque ex vi alicuius status, aut Regulæ, sed solùm consuetudine, vt communiter Doctores admittunt. Atqui illa consuetudo non est ita durè interpretanda, vt sub peccato mortali obligare singulis vicibus censeatur: tum, quia id parum humanum esset, & sæpè periculosum saluti: tum, quia consuetudo regularis non debet censeri magis obligare, quàm expressum statutum Regulæ. Atqui si esset expressum statutum Regulæ de Horis à singulis recitandis, illud non censeretur obligare sub peccato mortali, sed solùm sub reatu regularis correptionis, vel vt summum sub peccato veniali, & pœna regulari, sicut alia statuta regularia: nisi fortè haberet verba, quæ perspicuè maiorem obligationem designarent, qualia sunt: *Præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ. Præcipimus. Strictè iniungimus*, &c. Verùm nullum est statutum regulare, vt existimo, quod verba tam obligatoria habeat.

11. Confirmatur: quia obligatio sub mortali est res valde odiosa, ac proinde minimè præsumenda, nisi vbi necessitas cogit. Atqui hìc nulla cogit necessitas præsumendi, aut inducendi tam grauem obligationem: quia, sicut ad alias Regulas, & ad disciplinam religiosam seruandam sufficit obligatio ad pœnam, & castigationem regularem; ita etiam ad seruandam hanc consuetudinem. Alia ratio est de beneficiariis, & ordinatis: beneficiarij enim stipendia ab Ecclesia accipiunt, vt officium diuinum persoluant; vnde instar mercenarij tenentur ex quasi contractu, & Officio; ordinati verò Ordine sacro sponte se in ministerium Ecclesiæ tradiderunt: ad hoc enim ordinantur, vt Ecclesiæ seruiant: ac proinde æquissimum fuit, vt Ecclesia illis, tanquam suo ministerio mancipatis, hoc onus imponeret. Moniales verò non ideò deserunt sæculum, & se in Monasterium abdunt, vt aliquod Ecclesiæ ministerium obeant, aut vt stipendia ab Ecclesia percipiant: sed vt suæ perfectioni vacent, & Deo seruiant: alimenta autem gratis percipiunt, vt pauperes. Itaque ex hoc capite nulla fuit ratio tam grauis vinculi imponendi. Et sanè cùm illæ sæculum deserant, omnes opes, voluptates, propriam voluntatem, vt in latebras perpetuas Monasterij se abdant, vt occasiones peccatorum vitent, & liberiori spiritu Deo seruiant; parum videtur humanum, si nouus ille laqueus illis iniiciatur, & sub peccato mortali ad preces tam longas, & multiplices, quas non intelligunt, adstringantur. Sat enim ipsæ sibi oneris imponunt, cùm tribus votis se obstringunt, & disciplinæ Religionis subiiciunt. Quis nouam illam obligationem adeò grauem non reformidet; Non esset hoc sacras Virgines ad Religionem allicere, sed absterrere.

12. Neque obstat, quòd dicantur consuetudine teneri sub mortali: quia, vt rectè Caietanus, & alij, de tali consuetudine habente tale vinculum non constat. Etsi enim satis constet de consuetudine, qua Moniales consueuerunt publicè Horas canere: non tamen satis constat de consuetudine, qua tantum vinculum singulis priuatim sit impositum. Deinde hæc consuetudo non aliter potuit inducere talem obligationem, quàm mediante hominum opinione, qui putauerunt se obligari sub mortali, & iudicabant se peccare mortaliter, si omitterent. Talis autem obligatio facilè tollitur, si ostendatur, opinationem illam non solido niti fundamento. Sicut olim ante Sotum communis erat opinio, omnem beneficiarium sub peccato mortali teneri quotidie ad Horas, etiamsi beneficium solùm duos, vel tres aureos ei penderet: & ita consuetudine, & Doctorum opinione tenebantur sub mortali: verùm, postquàm Sotus præclaro iudicio docuit contrarium, passim cœpit illa rigida sententia exolescere. Simili modo putabatur esse peccatum mortale facere Sacrum ante preces matutinas. Itaque talis obligatio statim euanescit, quoad grauitatem peccati mortalis, simul atque ostensum fuerit, eam solido fundamento minimè niti.

13. Denique probabilissima sententia est, posse obligationem imponi sub veniali, etiamsi materia secundùm se sit grauis, & capax obligationis sub mortali; maximè quando iusta ratio subest non imponendi maiorem obligationem, sed sistendi intra limites venialis. Hìc autem iustissima videtur esse ratio non imponendi, aut interpretandi maiorem obligationem, quàm sub veniali, iuncta simul regulari correptione: sic enim abundè obtinebitur finis status, & conscientiæ infinitis scrupulis, & periculis peccati mortalis eximentur. Et hæc omnia docet Lessius *loco citato.*

14. Verùm, his non obstantibus, ego puto, non esse recedendum ab affirmatiua sententia, quam esse communem omnium Scholasticorum, & Canonistarum, testatur, me citato, nouissimè Peirinis, *in Comment. ad Regul. Minim. cap. 4 §. 12. quæst. 1. n. 2.*

Et, me etiam citato, Ioan. Escobar *tract. de Horis canon. quæst. 3. §. 4. num. 3.* Vide etiam Teocadam *in Theolog. mor. tom. 1. lib. 1. tr. 1. contr. 15. dub. 2. num. 35.* Et, me citato, Ioan. Henriquez *in pract. quæst. sect. 25. quæst. 2.* cum Sà *verb. Hora, num. 1.* & ideo sententiam negatiuam non esse probabilem docet Sanchez *in Opusc. lib. 7. cap. 2. dub 3. num. 6.* & ex illo Pellizarius *in Man. Regul. tom. 1. tract 5. cap. 8. sect. 2. n. 53.* & omninò videndus *in tr. de Mon. cap. 6. quæst. 7. n. 14.* Vnde Reginaldus *tom. 1. lib. 18. num. 140.* asserit de dicta consuetudine obligante Moniales ad Horas canonicas dubitare temerarium esse: sed, quia ego libenter à censuris opinionum doctorum virorum abstineo; ideò sufficiat tantùm asserere, me affirmatiuæ sententiæ contra Moniales adhærere. Ad rationes verò adductas à Marchantio, & Lessio patet responsio ex his, quæ *alibi* diximus, & docet etiam Bonacina *de legibus, disp. 1. quæst. 1. punct. vlt. §. 3. num. 2.* Pellizarius *tract. de Mon. cap. 6. num. 30.* & nouissimè Ioseph Rocafful. *in Praxi Theolog. mor. tom. 2. p. 3. lib. 6. c. 4. quæst. 3.* vbi adducit regulas, ex quibus sit cognoscendum, consuetudinem obligare, & eam esse introductam per modum deuotionis ex quibus apertè patet, consuetudinem persoluendi Horas canonicas à Monialibus, obligatoriam esse, vt communis Doctorum sententia fert. Et qui contra omnes loquitur, non bene loquitur.

Alibi in Res. seq. §. Cuius, & infra ex lata doctrina Res. 17. §. Sed ego, & in Res. 94. §. vlt. & in to. 6. tr. 2. Res. 17. & in aliis §§. eius not.

RESOL. XV.

An Religiosi nondum in Sacris constituti, quando à choro absunt, teneantur Officium recitare?

Vbi multa de consuetudine circa hoc discutiuntur.

Et an possint Moniales introducere consuetudinem quæ apud ipsas habeat vim legis circa hoc?

Et an in paruis Conuentibus ad minus requirantur quatuor pro cantandis Horis Canonicis in Choro?

Et an verò, quando Regulares essent quatuor nullo modo à recitatione Horarum in Choro excusentur, sicut Beneficiarij Collegiati? Ex part. 6. tract. 8. & Misc. 3. Res. 12.

Sup. hoc in tribus præcedentibus Res. & in duabus seqq. & infra in Res. 18. cursim in §. vlt. & in Res. 56. §. Secundò & §. Ad id. & in to. 2. tr. 1. Res. 87. §. 2. à lin. 5. à vers. Constã terque, & in tom. 4. tr. 3. Res. 20. cursim in §. penult. post mediũ, vers. & ideò, & meliùs in tom. 8. tr. 1. Res. 30. §. Quæro tertiò, & seq. Et sup. consuetudine contenta à fin. 4. huius §. 2. Cuius sententia, huius Res. in Res præteri-

§. 1. NEgatiuam sententiam docet nouissimè Franciscus Bordonus *in Conciliis Regularium, resol. 30.* vbi *num. 2.* postquam me citato & aliis asserentibus teneri ratione consuetudinis receptæ, ipse tamen *num. 3.* sic ait, Quamuis de hac consuetudine ferè omnes testentur, tamen cùm sit quid facti, difficile est de eius subsistentia iudicium ferre, vnde ego puto hanc consuetudinem referri ad Chorum, non præcisè ad deputatum ad Chorum, quando abest, quod suadeo, quia consuetudo in vim legis obligans non inducitur ex actibus priuatis, sed publicis, & manifestis, vt docet communiter cum Bonacina *de consuetud. n. 26.* Officium autem extra Chorum dicitur occultè, & non manifestè, ergo signum est eam consuetudinem referri ad professum non vt sic, sed quatenus recitat in Choro, deinde nullo iure probatur esse recitandi obligationem in Choro, nisi ex consuetudine, aut ex vi Regulæ, de qua obligatione *infrà q. 3.* vbi probabo non afficere singulos, sed communitatem, quatenus Chorus non debet cessare ab huiusmodi recitatione. Ita Bordonus.

2. Cuius sententia, nempe consuetudinem de qua loquimur, non obligare sub mortali, suaderi potest ex quibusdam opinionibus P. Pasqualigi, qui *in decis. 487. 488. 489. 490.* quærit primò. An si consuetudo sit res grauis & difficilis & communiter seruetur, censenda sit introducta cum animo se obligandi. Secundò, An si viri male sentiant de his qui non obseruant consuetudinem, aut communiter scandalizentur sit signum fuisse introductam cum animo se obligandi. Tertiò, an si Superiores reprehendant & puniant non seruantes consuetudinem, sit signum quod fuerit inducta cum animo se obligandi. Quartò, An si matetia consuetudinis multum conferat ad vtilitatem communitatis, censenda sit introducta consuetudo cum animo se obligandi. Et ad omnes istas dubitationes, nominatim contra me, negatiuè respondet P. Pasqualigus, cui (licèt alias viro docto) nullo pacto adhærendum esse puto, nam ex eius doctrina omnes consuetudines quas communiter Theologi, & Casuistæ asserunt obligare sub mortali, euanescerent, & de fumo deseruirent, vt hæc de qua loquimur, & aliæ quædã plures, quod concedere nimis durum videtur, & hanc opinionem contra P. Pasqualigũ præter Doctores alibi à me citatos tenet nouissimè Caspens. *in cursu Theologico, tr. 13. disp. 6. sect. 3. n. 16.* Sed de hoc alibi; vnde ad Bordonum rediens puto eius sententiam prorsus improbandam esse, & ideò meritò correcta fuit apud Emanuelem Sà à Magistro sacri Palatij in editione Romana, vt optimè obseruat Castrus Palaus *to. 2. tr. 7. disp. 2. punct. 1. §. 1. n. 3.* neque in hac parte relaxandæ sunt habenæ, cum ex eius relaxatione non leue Religioni nocumentum proueniret, vt me citato docet nouissimè Trullench *in Decalogum, to. 1. l. 1. c. 7. dub. 12. §. 1. n. 1.* Sed dices saltem quoad Moniales, opinio Bordoni esset admittenda ex alia doctrina, quam affert Pasqualigus *decis. 415.* nempe Moniales non posse introducere consuetudinem, quæ apud ipsas habeat vim legis: ergo consuetudo penes ipsas recitandi extra Chorum horas Canonicas non obligabit sub mortali. Respondeo, doctrinam Pasqualigi ita absolutè prolatam, non esse admittendam, sed esse intelligendam secluſa approbatione tacita vel expressa superioris; vnde optimè ex Suarez & Salas notauit Bonacina *to. 3. disp. 1. q. 2. punct. vlt. §. 3. n. 15.* communitatem fœminarum posse sua consuetudine ius inducere, nam fœminæ sunt capaces legis, & ad onera legum tenentur, quamobrem, ait ipse, consuetudo Monialium saltem si accepta sit à Prælato potest inducere legem Moniales obligantem. Dicendum est igitur consuetudinem esse inducendam, non solùm per hos qui legem condere possunt, vel habenti capacitatem actiuam condendi leges, sed etiam passiuam eas recipiendi intercueniente Superioris consensu, vt rectè obseruat Bonacina *vbi suprà, n. 28.* Superior autem censetur consentire in consuetudinem, quatenus iam statuit consuetudinem vim legis habere, si legitimè fuerit introducta; & ideò communiter Doctores asserunt vt ego alibi notaui, & notat etiam Sanch. *in opuscul. tom. 2. lib. 7. c. 2. dub. 3. n. 12.* Moniales ratione consuetudinis teneri, vt cæteri Regulares, pensum diuini officij persoluere. Et vellem quidem P. Bordonum hanc sententiam non docuisse, licèt alias sit vir doctus, & cui multum debent Regulares.

Sup. hoc tom. 6. Res. 1. prope fin. vers. Tamen addidi.

Sup. hoc dem in §. dicti.

Alibi sup. ter in tribus Res. præcedentibus in aliis not. huius &c.

3. Notandum est hic obiter supradictum P. Bordonum, *vbi suprà quæst. 4. n. 8.* docere in paruis Conuentibus ad minus requiri quatuor pro cantandis horis Canonicis in Choro, imò addit, quod vt plurimum excusant etiam quatuor aut quinque residentes, cùm obligatio recitandi in Choro Regularibus non sit ita strictior sicut beneficiariis Collegiatis. Aliqui verò quando Regulares essent quatuor, nullo modo à recitatione Horarum in Choro excusant.

Sup. hoc tom. 6. Res. 1. §. 6. fin., & restanter in primis lin. Res. 12. §. 1. signanter in Res. 13. §. 4. Obligari ad medium ex §. præced.

RESOL. XVI.

An Regularis non in Sacris constitutus ex licentia Superioris, vel sine illa manens extra Monasterium, quæritur

quæritur, an dicto tempore teneatur Horas Canonicas persoluere?

Idem est dicendum de Apostata, fugitiuo, eiecto ad tempus, vel in perpetuum.

Et an saltem, si semel, iterum, aut tertio supra dicti Religiosi omittant Officium diuinum, peccent mortaliter? Ex part. 7. tract. 11. & Misc. 2. Resol. 4.

NEgatiuè respondet Caramuël *in Regulam D. Benedicti*, *disput.* 117. *num.* 1443. vbi sic ait. Quicumque Monachi non promoti ad ordines maiores, qui degunt extra Monasterium ad tempus vel in perpetuum, cum licentia, vel sine illa, Apostatæ, vel Fugitiui, non tenentur ad officium Diuinum. Ratio est manifestissima: quia vel Monachi tenentur ad officium particulare, vel non tenentur. Si non teneantur (vt supra demonstrauimus) assertio est per se nota: Si teneantur in Claustro recitare, tenentur propter consuetudinem: atqui extra claustrum non datur talis consuetudo; ergo nec talis obligatio. Minorem probo. De illis quæ rarò accidunt nulla est consuetudo: atqui exitus iunioris Monachi extra Monasterium cum licentia, vel sine illa, est quid rarissimum; ergo nulla de tali re consuetudo esse potest. Ita Bonacina, *tractat. de Horis Canon. disc.* 1. *quæst.* 2. *part.* 3. *numer.* 6. Saltem de Apostata, fugitiuo, eiecto ad tempus, vel in perpetuum; sed ratio id etiam extendit ad dimissum ad tempus, vt iam vidimus. Hucusque Caramuël. Sed Regulares non promoti ad Ordines maiores esse astrictos persoluere pensum horarum Canonicarum communiter tenent Doctores, vt *in part.* 6. *tractat.* 8. *resol.* 12. obseruaui: vnde dicendum est contra Caramuëlem suprà dictos etiam extra Claustra manentes teneri ad officium diuinum, & si eius opinio esset vera, saltem sequeretur, quòd Regulares ante Subdiaconatum itinerantes non tenerentur Horas Canonicas persoluere, quia essent extra claustrum; sed consuetudo illos obligans, obligat tam in claustro, quàm extra claustrum. Sed hoc negat Caramuël, *disp.* 103. *resol.* 7. *num.* 1351. *& seq.* vbi ex multis latissimè conatur probare Regulares iuniores ante perceptionem Sacrorum Ordinum, nec ex præcepto, nec ex vi Regulæ, neque ex consuetudine in Religionibus receptâ teneri officium diuinum persoluere. Sed contra amicissimum Caramuëlem vide omnino Eusebium Herrera *in decis. Mor. decis.* 8. *resolut.* 2. vbi meritò inuehitur contra eius sententiam, tanquam communem. Dicendum est igitur ratione consuetudinis Religiosos professos in sacris non constitutos teneri sub mortali horas Canonicas persoluere.

2. Non desinam tamen hîc apponere verba Oliuerij Bonartij *de Horis Canon. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 12. sic asserentis. Aduerte postremò non esse improbabile, quod docet Pet. Aragon. 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 11. *dub.* 4. Scilicet non tam strictè obligari religiosos huiusmodi professos, atque in sacris constitutos. Quapropter non peccare mortaliter, si semel, iterum, aut tertiò omittant: & fauent huic sententiæ multum Caietan. Medina, Barth. Fumus supra citatus, qui de consuetudine obligante dubitant, & plures alij variarum Religionum Doctores, qui de consuetudine officium Canonicum dicendi à singulis extra chorum non ita rigidè loquuntur. Imo Eman. Sa *verb. Hora, num.* 1. dicit probabile esse moniales & religiosos qui non sunt in sacris obligatione Horas legendi liberos esse, addit tamen hoc non esse de vsu receptum. Dici etiam potest hanc consuetudinem non ita strictè singulos religiosos ad priuatim recitandum preces horarias in quibusdam saltem ordinibus vel Cœnobiis obligare. Hæc Bonartius, sed circa consuetudinem obligantem Religiosos ante ordines sacros ad recitationem Horarum Canonicarum dictum est *suprà*; quoad aliud verò assertum Bonartij non esse mortale si supradicti Regulares iuniores omittant bis vel ter officium diuinum ex paruitate materiæ asséro esse improbabile, nam vt optimè docet Caramuël *vbi suprà*, *disput.* 103. *n.* 1344. Officium diuinum materia grauis est, & ideo nequit quis obligari ad illud sub leui. Deinde quod semel fit sine peccato graui, si sæpius repetatur eo modo quo priùs, non erit culpa grauis: ergo si semel potest omitti Officium Diuinum sine mortali culpa, cur non poterit singulis diebus eo modo omitti quo est omissum prima die? ergo in tali casu omitteretur quotidie sine culpa mortali.

3. Dices. Potest Petrus bis aut ter auferre assem vnum à proximo inuito sine culpa graui, non tamen id poterit facere centies. Ergo similiter licet possit bis aut ter Diuinum Officium omittere sine culpa graui, peccabit mortiferè si centies hoc idem faciat.

4. Respondeo hanc instantiam fundari in natura restitutionis, quæ hîc locum non habet. Non potest Petrus centies assem auferre ab inuito, quia tenetur ad restitutionem, & centum asses possunt esse materia grauis, quam restituendi obligatio respicit. Verùm alia ratio est quoad officium Diuinum, non enim teneris eas legere, quas hodie omisisti; ergo officij materia ex multiplicatione non crescit, nec coalescit in vnum, non enim resultat vna omissio centum officiorum, sed remanent centum omissiones disparatæ. Manet igitur firmatum Religiosos iuniores, & omnes alios ita quotidie teneri ad pensum diuini officij, vt si semel omittant, etiam mortaliter peccent.

RESOL. XVII.

An Religiosi sacris Ordinibus non initiati teneantur persoluere Horas Canonicas, si non intersint Choro?

Idem est de Monialibus.

Et multa quidem discutiuntur in textu huius Resolutionis pro infirmanda hac consuetudine, & alia multa pro confirmanda hac obligatione.

Et an Religiosus non in Sacris transiens ad Religionem, in qua non est consuetudo recitandi officium Diuinum in Choro, non adstringatur ad rationem illius, quamuis in prima Religione ad eam teneretur?

Et an Subdiaconus ex vi consuetudinis tantum teneatur sub mortali ad recitandum Officium Diuinum? Ex part. 10. tractat. 11. & Misc. 1. Resol. 45.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet nouissimè Martinus de San Ioseph, qui in monita Confessariorum *tom.* 1. *lib.* 1. *de Ordine*, *tractat.* 10. *num.* 3. sic ait: *No es pequeña dificultad el averiguar si tienen obligacion de rezar el Officio Diuino fuera del Coro los Religiosos moços, que no estan ordenados del Orden de Subdiacono, & las monias. Para declararlo de raiz se ha de suponer, que toda la obligacion, que queden tener estos parece que procede de vno de dos principios, ò de precepto que aya en la Regla de alguna Religion, ò de costumbre, que se aya introduzido; en quanto al precepto es fuerça confessar, que si le ay en la Regla de qualquiera Religion (como le ay en la nuestra de los Menores) de rezar los Religiosos el Officio Diuino; que obligara à todos los*

Sup. hoc in quinque præcedentibus Resol. & in Resol. seq. cursim in §. vlt. & infra in Resol. 56 §. secundo, & §. Ad id, & in tom. 2. tr. 1. Resol. 87. §. 2. à lin. 5. à ver. constanter que, & in to. 4. tr. 3. Resol. 20. cursim in § penult. a medio ver.

& ideò & magis late in tom 8. tr.1. Resol 30. §. Quæro tertio, & seq.

Religiosos moços, aunque no sean Subdiaconos à que la reçen dentro, y fuera del Coro, so pena de pecado mortal; y lo mismo será de las Monias, que tienen preceptos; y en esto no puede aver difficultad; porque supuesto que professaron la Regula, donde avia este precepto, claro está que quedaron obligados à guardarlo. En quanto à la costumbre afirma la comun de los Dotores que la ay, y obligatoria de pecado mortal de que los Religiosos, que carecen de Orden Sacro, y las Monias rezen el Oficio Diuino dentro, y fuera de Coro. Sic Valentia *sup. 2. 2. tom. 3. disput. 6. quæst. 2. punct. 10.* Nauarrus *de Oration. cap. 25. num. 96.* Medina Salmanticensis, *cap. 19.* Layman. *lib. 4. Theol. mor. tract. 1. cap. 4. numer. 2.* Malderus, Belochius, Aragon, Sotus, Rodriguez, Toletus, *lib. 2. cap. 2.* Reginaldus, Lessius, Filliucius, Suarez, Portel citati, & sequuti à Diana *1. part. tract. 12. resol. 17. & 6. part. tractat. 8. resolut. 12. otros Autores dudan mucho de que aya esta costumbre.* Caietanus, *in summa, verb. Horæ Canonicæ.* Villalobos, tom. 1. tract. 24. dif. 9. num. 9. *y otros sienten que no tienen tal obligacion los tales Religiosos, y Monias.* Castro *lib. 4. de leg. pœnali, cap. 8.* Medina Complutens. *cap. de Oratio, tract. 6.* Armilla *verb. Horæ Canonicæ*, Bordonus *in Consil. Regul. resol. 30. num. 3.* & reputat probabile Vega *in summa, tom. 1. cap. 128. cas. 7. hablando de las Monias*, Villalobos vbi proximè, *Donde aviendo disputado la question concluye: Soy de parecer que se sigua la opinion comun que es mas segura, y en cosas morales tienen grande authoridad los Dotores, aunque la tienen mas las buenas razones si juzga por mas segura la contraria. Yo pienso que es bien probable, yo juzgo que no: lo que me mueve es, que la costumbre que tiene fuerça de ley; no se induze de actos privados, sino de publicos, y manifiestos, como lo afirma la comun*, cum Bonacina Consuetud. num. 26. *y el rezar, ò no rezar el Oficio Diuino fuera del Coro, bien se vè que es cosa oculta; y no manifiesta luego señales, que la costumbre de rezar el Officio Diuino, no à relacion à rezarle fuera del Coro, sino en el. Demas de lo qual para obligar la costumbre como ley, ha de ser introduzida con intencion* de actos obligatorios, vt notant Suarez *de legib. lib. 7. cap. 14. numer. 6.* Azorius *part. 1. lib. 5. quæstion. 5.* Rebellius *part. 1. lib. 1. quæstion. 5. num. 17.* Reginaldus *tom. 1. lib. 13. cap. 23. numer. 244.* Filliucius *tom. 2. tractat. 27. cap. 3. numer. 49.* Becanus *in 1. 2. tractat. 3. cap. 8. quæstion. 1. numer. 4.* Vasquez *in 2. part. disputat. 177. capit. 2. in fine.* Layman *de Theol. mor. lib. 1. cap. 2. numer. 14.* Granados *in part. 2. D. Thomæ contr. 7. tract. 3. part. 2. disputat. 16. sect. 2. numer. 13.* Villalobos *in Summa tom. 1. tract. 13. dif. 2. num. 7. y esto se funda en que* actus agentium non operantur vltrà fines eorum, *cap.* Ad audientiam de Decimis, *leg.* Non omnis, *ff.* si cert. petat. *Nadie es visto obligarse à mas de à lo que se estiende su intencion: y assi dixo muy bien la* Glosſ. in cap. Frustra. dist. 8. *que para que valga la costumbre, es necessario que se introduzga con tal animo y intencion; de despues tenga fuerça de ley, y aun en el voto, en la Profession nadie se obliga sin intencion; y sino fuera assi, dieramos que todas las costumbres sin exception induxeran obligacion, v. g. las que ay entre nos otros los Descalços de dezir los Viernes, la Vigilia de Nuestra Señora, que llaman Benedicta, y los Sabados su Missa, y la costumbre que ay de ayunar los Sabados en reverencia de la misma Virgen, y otros semejantes, Yo tengo por cierto, que muchas de las costumbres que han prevalecido, y se tienen por obligatorias no les passò por el pensamiento à los que començaron sus actos de introduzir obligacion de ley en ellos, sino que les dieron principio por devocion, y despues por error se fueron obligados, y aqui falto la intencion, y sucedio el error:* Et nihil tam contrarium consensui, quàm error. Leg. Si per errorem, ff. de Iurisd. omn. iudic. *Supongamos que vna Comunidad, pensando que estava obligada à ayunar la Vigilia de vn Santo, la ayunò quarenta años, y que la causa fue la obligacion imaginada por error; despues de passados estos años se desengañaron: Quien dirà que aurà obligacion de ayunar la Vigilia despues? Desta manera se introduxo en España la costumbre de no comer sin Bula huevos, ni leche en los ayunos de Vigilias, Viernes, y quatro Temporas de entre año, que al principio fue costumbre fundada en piedad, ò buen deseo, ò en pensar que obligavan todos los ayunos de la Quaresma, y de entre años de vna misma manera, ò por las muchas Bulas, que casi todos toman, que el que no la tomava, se juzgava por obligado à carecer del privilegio en los tales ayunos: y como esta piedad, ò error no induxo pecado mortal, tampoco la costumbre provino de alli, y ninguno de los Autores de la contraria sentencia, podra probar, que la costumbre, que dizen ay de rezar el Officio Diuino los Religiosos moços, y la monias fuera del Coro, se comenzò con animo obligatorio: y no basta opinar en esta parte, porque la costumbre es.* [*Quid facti, & ius non scriptum, quod pendet ex facto, & ideò non est necesse probari.* Glosſ. 2. *leg. 1. Codic. quæ sit longa consuetudo*] *y en no probando los actos obligatorios les que da à dichos Autores poca razon, ò ninguna de opinar con vigor. Y hazjendo yo diligencia para averigar la fuerça desta costumbre, me han respondido Religiosos* fide dignos, *que saben, que muchas Monias en faltando del Coro no se dan por obligadas al Officio Diuino: demas de que quando no conste con claridad de la costumbre, es sentencia de hombres graves, què no obliga.* Sic Villalobos *1. part. tractat. 24. numer. 7. & tract. 1. dis. 21. numer. 4. que lo tomo* de Henriquez *lib. 8. de Eucharist. capit. 45. numer. 3. in Comment. lit. P.* Sanchez, *lib. 2. de Matrim. disputat. 41. numer. 36.* Rebellius, *part. 2. lib. 1. de Contract. resol. 14. Imò que quando ay certidumbre de que ay costumbre; però ay duda, de si se induxo con animo de obligar, ò de si obligar, ò no, no obliga en conscience: es opinion comun* de Suarez, *lib. 7. de Legib. cap. 15. numer. 14.* Bonacina, *disput. 1. quæstion. 1. punct. vlt. §. 3. num. 21.* Castro Palao, *tractat. 3. de Consuetudine, disputat. 3. punct. 2. §. 3. numer. 13.* Basæo *in Flor. Theolog. verb. Consuetudo, num. 7.* Diana *6. part. tractat. 5. resolut. 12.* Trullench *in exposit. Cruc. lib. 1. §. 4. dub. 3. Antes dizen, que se ha de interpretar la costumbre, que aya procedido de devocion, que de obligacion: y es muy conforme à Derecho, porque* [*in dubiis benigniorem sententiam sequi, non minus iustum, quàm tutum est, leg. 3. De his, quæ in Testam. delentur, & leg. Ea quæ, 192. ff. de regul. Iuris, leg. semper, 56. ff. eod.*] *Y al que posſee su libertad, no le hemos de obligar à que la pierda con precepto conieturado:* [*Quia in pari causa, melior est conditio possidentis, Leg. si debitor. 10. ff. de pignoribus, leg. Si milites, §. si miles, ff. de militar. Testam. leg. Si seruum Stichum 91. §. Sequitur, ff. de verb. obligat. leg. Si procurat. ff. de doli mali exceptio.*] Hucusque Pater Martinus de San. Ioseph.

Prima Resſ. in hoc textu citata hic est supra Resol. 12. Secunda verò Resſ. 15.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 1. Resſ. 86. §. 2. à lin 1. & hic infra in Resſ. 19. §. Nec obstat. à principio vsque ad medium, & in Resſ. 94. §. ad secundum, & seq. & in tom. 6. tr. 2. Resſ. 16.

2. Et tandem hanc sententiam tanquam probabilem videtur admittere Machadus *tom. 2. lib. 5. part. 2. docum. 1. num. 1.* sic asserens: *La mayor dificultad desta materia consiste en averiguar si el Religioso, ò Religiosa, que estan dedicados al coro, quando en el no rezan las Horas Canonicas, deven rezarlas por si:*

Sup. hoc in tom. 8. tr. 1. Resol. 30. §. Quæro tertio, & seq.

Que non est in tom. 2. tr. 1. Resſ. 86. §. 2. & ibi per hoc in Resſ. 18. & in tom. 6. tr. 2. Resſ. 16. & 19. §. Nec obstat. & seq.

si de modo que si no rezaren, pequen mortalmente como el Religioso, ò Clerigo de Orden Sacro. Graves Autores son de parecer, que ò bien sea por precepto, ò por costumbre, todos los Religiosos, ò Religiosas despues de la Profession dedicadas al Coro, estan obligados à rezar el Officio Divino so pena de pecado mortal. Pero otros muchos defienden absolutamente lo contrario; juzgando, que no ay Religion, en la qual los Religiosos, y Religiosas por costumbre se hallen con semejante obligacion de pecado, mortal, sino donde huviere precepto, que les obligue à ello; y entonces serà la calidad de la culpa mortal, venial, ò ninguna, segun fuere tambien la calidad del precepto. Ita ille.

3. Sed ego olim affirmatiuæ sententiæ adhæsi contra Caramuelem, Lessium, & Marchant. & nunc iterum non recedo ab illa, ex consuetudine inducta animo se obligandi, iuxta regulas tradi solitas à Doctoribus ad dignoscendum, quæ consuetudo inducta sit ex obligatione, & quæ ex deuotione? quod alibi à me probatum est. Et vide ptæter alios adductos, Bardi, *de Conscient. Disc. ep. 6. c. 2. §. 7. num. 4.* Sed vt Hispanis Hispanum opponamus, adducam hîc Patrem Eusebium Herrera *in Decisionibus Moralibus de statu Religionis. decis. 8. num. 2.* sic asserentem: *Sea pues la costante, firme y verdadera sentencia, que los tales Professos tienen obligacion à rezar cada dia so pena de pecado mortal enteramente el Officio Diuino, y atiendase que esto mismo se dize de las Monias professas dedicadas al Coro. Esta sentencia comun, y de las Horas Canonicas, y por lo meno es temeridad afirmar lo contrario, y lo sentia assi el gran Maestro Fray Luis de Leon.* Ita ille: qui postea multas rationes adducens; ad hanc firmandam sententiam, sic ait *num. 6. Pruebase tambien nuestra sentencia, por algunos decretos de Pontifices, los quales siempre suponen esta obligacion de rezar cada dia el Officio Diuino en todos los Religiosos Coristas, y en las Monjas. Consta esto de una Bula de Leon X. concedida à la Congregacion Camaldulense: adonde dize, que dispensa con los Religiosos, que no estan ordenados de orden Sacro, quando algun dia por la obediencia andan muy occupados, y no pueden rezar el Officio Diuino y dize que cumplan rezando el Officio de la Virgen, y la misma dispensacion concede para con los ydiotas, mientras que aprenden à rezar el dicho Officio. Luego supone el Pontifice, que los dichos Religiosos tienen obligacion en conciencia à rezar el dicho Officio dentro, ò fuera necesaria dispensacion, para excusarlos de pecado mortal. La misma dispensacion conceden Eugenio IV. y Iulio II. como se puede ver en el Manuel Rodriguez, tom. 1. Q. Q. Regul. q. 42. art. 5. y la misma dispensacion concedio Clemente VII. à las Monjas de Santa Clara. suponiendo que las tales Religiosas estan obligadas à rezar cada dia el officio Diuino, y assi lo estan tambien los Religiosos Coristas. Pues es la misma razon dellos, que de las Monjas.* Ita Herrera.

4. Et quidem, ptæter alias rationes à me alibi adductas, si opinio negatiua esset admittenda, sequeretur absurdum, videlicet quòd idem dicendum esset de Subdiacono, nempe non teneri sub mortali dicere officium Diuinum; nam ipsi non tenentur nisi ex consuetudine persoluere Horas Canonicas, vt ex multis probat Leandrus *de Sacrament. tom. 2. tract. 6. disp. 13. quæst. 8.* & Reginaldus *tom. 2. lib. 18. num. 140.* cum aliis. Vnde meritò doctus Pater Baldellus *in Theolog. mor. tom. 2. lib. 3. disp. 22. num. 13.* loquens de consuetudine Religiosorum, & Monialium persoluendi Horas Canonicas: sic asserit: Et quatenus possit dubitari de huiusmodi consuetudine, vtrum obliget ad mortale; eodem modo illam interpretantur, quo suprà diximus de Subdiaconis; qui similiter solum tenentur ex consuetudine, & communiter existimantur teneri ad mortale; quia earum consuetudo est inducta ex credulitate obligandi, & per modum legis non scriptæ, & est de re graui; imò, & grauiore, quam sit lex de ieiuniis, de Sacro audiendo, de confitendo semel in anno, de communicando in Paschate, & de similibus, in quibus signanter, & specialiter non exprimitur quòd sint ad mortale; quæ tota ratio etiam valet de consuetudine similiter inducta pro Religiosis professis; eamque consuetudinem ita interpretantur communiter viri docti, & timorati. Et hoc totum quod dicimus de viris Religiosis Professis deputatis ad Chorum, quod tenentur sub mortali ad Horas Canonicas, dicendum etiam est de fœminis, & de Monialibus similiter Professis & deputatis ad Chorum. Hæc Baldellus, cui adde Pellizzarium *vbi infra*; Ergo, &c. Ex his cùm sententiam negatiuam probabilem vocasset Emanuel Sà *verb. Hora Canonica, num. 1.* his verbis: Quidam tamen, & Moniales, & eos omnes, qui non sunt in Sacris obligatione liberant; quod etsi probabile, non est vsu receptum. Ita ille; Renet edissimus Magister Sacri Palatij in editione Romana correcta abstulit illa verba. *Quod etsi probabile*: & ideò in editionibus expurgatis amplius non interueniunt. Vnde illam tanquam probabilem non vult admittere Pellizzarius, *tractat. de Monial. cap. 6. n. 14.* Et hoc dictum esse volo ad confirmandam tantùm meam sententiam, non autem ad censurandum aliorum opiniones: nam Ego semper in scribendo, modestia erga viros doctos vsus sum, & vtar vt par est.

5. Limita tamen hanc sententiam in Religioso transeunti ad Religionem, in qua non est consuetudo recitandi Diuinum Officium in Choro, qui non obstringitur ad recitationem illius, quamuis in prima Religione ad eam teneretur; nam debet sequi institutum illius, ad quam se transtulit. Ita Layman *lib. 4. tract. 1. cap. 4. num. 3.* & Escobar *Tract. de Horis Canonicis, quæst. 3. §. 4. num. 17.* qui antea *num. 3.* me citato cum aliis multis firmauerat, Moniales, & Religiosos Ordine Sacro non initiatos teneri ex vi consuetudinis ad Diuinum officium.

RESOL. XVIII.

An priuilegium Eugenij IV. concessum Benedictinis, & Gregorij XIII. Patribus Societatis, vt eorum Professi nondum in Sacris constituti non teneantur persoluere Horas Canonicas, sit communicabile aliis Religionibus?

Et deducitur, an Moniales, & professi Religionum nondum in Sacris Ordinibus initiati sint adstricti ad persoluendum Horas Canicas ex consuetudine? Ex p. 11. tr. 3. & Misc. 3. Res. 17.

§. 1. NOn defuere aliqui nouitatum amatores, & ad laxiorem vitam inclinati, affirmatiuæ sententiæ adhærentes ex communicatione priuilegiorum, quam inter se habent ferè omnes Religiones, vt patet ex Bullis Pontificiis alibi à me adductis. Posset aliquis hanc sententiam confirmare auctoritate Mandosij, & Felini *in tr. de priu. ad instar q. 4.* vbi ait, Generalem concessionem priuilegiorum, referentem se ad privilegia alteri concessa, non minus operari, quam si priuilegiato omnia, & singula alterius priuilegia sigillatim, ac specificè concessa, illaque in concessione seriatim narrata fuissent; quia relatum dicitur esse in referente *l. asse toto ff. de hæred. Inst.* & ita refert consului sse Stephan. Bertrand. *consil. 149.* Illud est generale *n. 2. volum. 1. in antiq.* Card. Paris. *cons. 22.* Mandatum *n. 5. d. 4.* & ante eos Oldrad. *consil. 300.* factum tale est *n. 8. vers. & præsertim in casu nostro*, eandemque sententiam videntur supponere aliqui recentiores,

Alibi præter Res. positas infra in annot. §. Falsum est. huius Res. 1. n tom. 2. tr. 1. ex Res. 9. lege à lin. 7. §. 1. & seq.

centiores, qui de hac materia tractantes indistinctè asserunt, priuilegia alicui Religioni concessa, per generalem communicationem factam à Pontifice communicari alteri.

Sup. hac doctrina etiam absque priuilegiis lege infra doctrinam Resol. 109. per totam, & signater prope finem §. vlt. annot. præteritæ, & in tom. 8. tr. 1. Resol. 30. §. Et quidem. & melius in §. Ergo. Sed ibi cum priuilegiis. & in Resol. præterita §. Sed ego. post medi, à vers. *Confirmatio*.

2. Sed hanc sententiam in casu proposito prorsus reiiciendam esse puto; & ideò Antonius Hinojosa *in Directorio ver. horæ Canonicæ fol.* 28; sic ait: Eugenius IV. concessit Monachis S. Benedicti, quòd Clerici professi in sacris non constituti, ad Horas Canonicas recitandas ex debito minimè teneantur: quia verò communicatio priuilegiorum semper censetur valida, nisi contrauenias, vel professioni vel obseruantiæ Religionis, aliàs multa concessa laxioribus, nullo modo communicantur strictioribus, quia ad ædificationem, non ad destructionem dantur. Ideò huius priuilegij communicatione non gaudent cæteri Mendicantes, vt pote repugnantis eorum obseruantiæ, & salubri consuetudini. Ita ille, cui adde ex eadem inclyta Religione doctissimum Magistrum Hyacinthum Donatum *in praxi Regularium tom. 1. tract. 7. quæst. 14. num. 10.* qui loquitur de priuilegio concesso Societati Iesu. Confirmatur vsu omnium Religionum, quæ nunquam ausæ sunt dictis priuilegiis vti. Nec valet ratio in contrarium adducta.

3. Falsum est enim per communicationem Religiones omnibus priuilegiis vni Religioni concessis, posse absolutè vti, nam aliqua priuilegia, non obstante communicatione, non possunt inter se Religiones communicare, vt rectè obseruat Donatus, *vbi supra* de priuilegio exemptionis soluendi decimas alicui Religioni concesso, vel de quarta funerali, & ideò supra dictæ doctrinæ dandæ sunt aliquæ limitationes. Igitur primò debent excipi priuilegia exorbitantia, quæ licèt non sunt solita concedi, sed rarò, & cũ difficultate conceduntur; hæc enim non veniunt in generali communicatione, nisi in specie exprimantur, iuxta *reg. in generali* 81. *de reg. iur. in* 6. vbi dicitur in generali concessione non venire ea, quæ quis verisimiliter non esset in specie concessurus. Sic tenuit Rota Romana *decis.* 55. *num.* 14. & 15. *parte secunda diuers.* vbi hoc ampliat, etiamsi communicatio esset facta cum illis verbis, in omnibus, & per omnia, & hanc opinionem sequuntur etiam Butr. *consil.* 16. *sub numero* 9. Soccinus *in l.* 1. *numero tertio in fine ff. de legat. primo*, vbi Iason *num.* 21. *versicul. primo limita.* Ripa *numero* 8. *versicul. & ita intellige*, Crot. *numero* 10. Paris. *numero* 24. *in fine*, Natta *consil. quarto, numero* 6. *lib.* 1. Tamburin. *de iure Abb. tom.* 1. *disput.* 17. *quæst.* 2. *n.* 4. eamque videtur apertè approbare Nauarr. *tom.* 2. *consil. titul. de privileg. consil.* 13. *n.* 4. vbi ait: Per generalem confirmationem priuilegiorum non censeri confirmata priuilegia exorbitantia. Alias verò limitationes inuenies apud Merollam *tom.* 3. *disput.* 6. *c.* 4. *dub.* 8. *per tot.* Ad auctoritatem verò Mandosij pro affirmatiua sententia in principio adducta, respondeo. Illud commune dictum, quod expressum in specie dicitur quod fit per relationem ad aliud, non esse vniuersaliter verum, sed pati exceptiones supra allatas. Ratio autem est, quia expressio, quæ fit per relationem ad aliud, non est vera expressio, sed ficta, vt in *l. Titia §. fin. vers. perinde ff. de verb. oblig.*

Sup. hoc pro parte exceptionis soluẽdi decimas. &c. latè in tom. 7. tr. 1. Resol. 228. & ibi in Resol. 23. §. vlt. & lege §§. not. primæ huius Resol.

4. Ex dictis sequitur Patres Capucinos cum ex suis statutis non excipiant sæcularium confessiones, non posse vti priuilegiis concessis aliis Ordinibus quoad absoluendum à reseruatis, aut dispensandum sæculares. & si ij à Papa obtineant facultatem audiendi confessiones sæcularium in genere, vel in specie, non ideo censeri iis communicata dicta priuilegia, nisi specialiter iis concedatur, vt possint communicare de præfatis priuilegiis. Et ita docet Bordonus *in cons. Regul. tom.* 2. *res.* 52. *num.* 75. & Pellizzarius *in manual. regul. tom.* 2. *tr.* 8. *capite vlt. sect.* 3. *num.* 45.

5. Vnde ex superiùs dictis à fortiori apparet cauendum ab opinione amicissimi Caramuelis, & aliquorum asserentium, Moniales, & Professos Religionum, nondum sacris ordinibus ordinatos, minimè obsti ictos esse ad persoluendas horas Canonicas ex consuetudine; sed hanc sententiam ego alibi reprobaui, & nouissimè latè, & rectè reprobat Franciscus Bardi ex inclyta societate Iesu præstantissimus Theologus *in selectis l.* 8. *q.* 1. *&* 2. vbi respondet ad argumenta Caramuelis, & ad satietatem etiam me citato nostram sententiam probat.

Alibi in-
Resol. præ-
in alio
rum pro-
tionum.

RESOL. XIX.

An Communitas Religiosorum teneatur quotidiè publicè in Choro canere Horas Canonicas sub onere peccati mortalis?

Et an prædicta obligatio sit sub culpa mortali, an verò tantùm ex Regula, ita vt non excedat communem obligationem Regulæ?

Et an saltem ex consuetudine ad id teneatur Communitas Regularium sub peccato mortali, quamuis interdum ex iusta causa possit hoc onus, & consuetudo dispensari?

Et an ista obligatio communis obliget singulos, quando non solum subditi, sed etiam ipse prælatus esset adeò negligens, vt omitteretur publica officij Diuini recitatio in Choro ex defectu Ministrorum?

Et an non excusentur à mortali illi Religiosi, ex quorum absentia in Choro Ecclesiasticum Officium notabile damnum, seu magnam iacturam patetur?

Et deducitur, quod consuetudo nunquam vim habet obligandi in conscientia, nisi sit de consensu illius qui potest legem concedere, & nisi sit introducta hac intentione obligandi. Ex parte 10. tractatu. 14. & Misc. 4. Resol. 2.

§. 1. NEgatiuam sententiam nouissimè tenet Marcus Vidal *in Arca Theologiæ moralis, titulo de Horis Canonicis, Inquisitione* 1. *numero* 31. vbi sic ait: Consuetudo recepta bene in omnibus Religionibus canendi quotidiè in Choro publicè Horas Canonicas, non obligat sub culpa mortali Regulares, neque sigillatim personas, neque communitatem, & Superiores locales, ita vt si aliquando desistant canere in Choro etiam sine graui causa, non ideò sunt condemnandi rei mortalis culpæ. Probatur assertio primò: omnes ferè Regularium Religiones canunt quotidiè in Choro Horas Canonicas ex consuetudine tantum recepta in quauis Religione: sed hæc consuetudo non habet vim legis, & præcepti: ergo non obligat sub culpa mortali. Maior, vt vera recipitur communiter à Doctoribus; Minor autem probatur; consuetudo enim tunc habet vim legis siue præcepti quando à maiori parte Communitatis introducitur cum Superioris legitimi consensu, & recipitur communi animo se obligandi, & quando participant iustæ legis conditiones, atque etiam obseruatur per modum præcepti, & obligationis: sed nulla bene Religio introducit talem consuetudinem canendi in Choro hac intentione & animo obseruandi illam per modum præcepti, & legis: ergo sub mortali non obligat: Ideò, &c. Secundò, cõstitutiones ferè omnium Religionum non obligant regulariter subditos ad illas obseruandas sub culpa mortali: ergo neque etiam obligabit sub mortali hæc consuetudo canendi publicè in Choro Horas Canonicas. antecedens supponitur verum, & certum. Consequentia probatur: tum quia Regulares tenentur ex

consuetu

consuetudine canere in Choro iuxtam regulam cuiuis religionis, sed regula non obligat sub culpa mortali: ergo neque etiam consuetudo: tum quia consuetudo canendi in Choro est orta, & dependet à constitutionibus particularibus religionum: ergo sequitur earum naturam: at constitutiones non obligant ad culpam mortalem: ergo neque consuetudo ab ipsis dependens; quia accessorium sequitur naturam principalis, *leg. Cum principali, ff. de regul. iur. cap. Accessorium, de reg. iur. in 7.* potissimum quando militat eadem ratio, vt in præsenti nostro casu: nam tam constitutiones, quam consuetudo canendi in Choro tendunt ad idem bonum, & ad eundem finem: ideo, &c.

2. Nec obstat dicere, quod consuetudo circà rem grauem, quasi semper vim legis habet: ergo obligat sub mortali: ergo etiam hæc canèdi in Choro Horas Canonicas, quotidie in regularium Ecclesiis; cùm sit consuetudo circa rem grauem, vt patet: ideò, &c. Respondetur negando absolutè antecedens. Et ratio negationis est. Primò, quia dantur aliquæ consuetudines, quæ habent vim legis, & tamen non sunt de re grati, & difficili, neque communiter seruantur. Ita Pasqualigus, *decisione* 487. *num.* 3. ergo. Secundò, cum eodem Pasqualigo, *loco citato num.* 5. in aliquo loco introduci potest ex deuotione exercitium alicuius virtutis, quod ab omnibus communiter seruetur, & sit difficile, & etiam quod sit res grauis; & nihilominùs talis consuetudo non obligat sub culpa saltem mortali; illa enim quæ fiunt ex liberalitate, non inducunt obligationem, quia prouenium ex libera voluntate, quæ cum liberaliter operetur, se obligare non intendit: ergo. Tertiò, consuetudo nunquam vim legis præceptiuæ habet, nisi sit introducta, & instituta cum consensu Superioris, ac animo se obligandi, & tali etiam intentione obseruetur: ita asserunt communiter Doctores, vt Suarez, Azorius, Rebellius, Reginaldus, Vasquez, Fagundez, Filliucius, Layman, Becanus, & alij, quos cit. & sequitur Diana, *part. 3. tract. 2. resolutione* 8. §. *Sed hæc opinio*, nam sicut lex quoad suam obligationem dependet ab intentione Legislatoris; ita etiam consuetudo dependere debet ab intentione illorum, qui eam inducunt cùm participare debeant conditionem legis, vt vim legis habeat, & aliter non obligabit; quia actus voluntarij non plus operantur, quam velint operari. *leg. Voluntarie, c. de excessu. & leg. fin. Cod. ne uxor. pro mar.* & actus agentium non debent operari vltrà eorum intentionem; *leg. non omnes, ff. si certum. cap. Ad audientiam de decis.* ergo, &c. Quartò in actionibus de consilio, & liberis requiritur semper agentis intentio, per quam se obligare intendat ad aliquod opus, vt dicatur in conscientia esse obligatus, vt patet in voto. Sed vt aliqua consuetudo introducatur, est quid dependens à libera hominis voluntate, cùm sit quoddam ius non scriptum, quod continuo actuum similium vsu nascitur; ergo ad introducendam consuetudinem obligantem in conscientia, inter alia requiritur illorum intentio, qui eam introducunt, qua intentione se obligare in conscientia velint, & intendant. Igitur consuetudo recepta in religionibus canendi quotidie in Choro Horas Canonicas; cùm non sit introducta, & instituta hoc animo se obligandi sub mortali, sequitur quod vim legis præceptiuæ non habeat; quoniam vt sentiunt DD. communiter, consuetudo nunquam vim habet obligandi in conscientia, nisi sit de consensu illius, qui potest legem concedere, & nisi sit introducta hac intentione obligandi: Ita cum D. Thoma, *1. 2. quæst. 97. art. 3. ad 1.* asserunt Doctores, vt Suarez, *de leg. lib. 7. cap. 9.* Reginaldus, *lib. 13. num. 143.* Filliucius, *tract. 23. cap. 6. num. 97.* Clauis Regia *lib. 13. cap. 11. numer. 5.* Bonacina *de leg. disp. 1. quæst. 1. punct. vltim. num. 28.* Sa *verb. Consuetudo, num. 4.* Fagundez *in præcept. 1. Eccl. lib. 1. cap. 6. num. 7.* & alij: Sed regularium constitutiones apud plures Religiones leges præceptiuas obligantes sub mortali culpa non continet; ergo neque etiam vllo pacto asserendum est, quod in illis Religionibus consuetudo canendi in Choro fuerit introducta animo, vt vim legis præceptiuæ habeat, cùm dependeat ab instituto & regula ipsarum Religionum. Et hæc omnia & plura alia docet Vidal, *vbi suprà.*

3. Sed hæc opinio, tanquam singularis reiicienda videtur; & ita affirmatiuam sententiam communiter tenent Doctores: Vnde Ioannes Caramuel *in Theol. Reg. disput. 101. num. 1320.* sic ait: Communitates teneri sub peccato graui legere Diuinum Officium asserunt Authores communiter, nullum legi qui asserat contrarium, nullum, qui hanc obligationem demonstret. Videatur Suarius, *l. 4. de Horis Canonicis c. 10.* Ne igitur singularis videar, supponam ex communi sententia non posse communitatem aliquam Benedictinam omittere Officium diuinum sine culpa mortali; ex hac hypothesi nascuntur resolutiones subsequentes. Eodem modo iudicanda est communitas in officio publico, quo Sacerdos in officio priuato. Patet; quia sicut tenetur Sacerdos sub culpa graui diuino Officio satisfacere, ita etiam supponitur sub graui onere communitatem obligari. Hinc constat materiæ paruitatem, quæ sufficit ad excusandum à mortifero Sacerdotem, debere etiam communitatem excusare. Ita Bonacina *de Hor. Can. disp. 1. quæst. 3. punct. 1. num. 3.* Diana *ibid. resol. 41.* Ex hac conclusione vniuersali procedunt appendices quas reperi apud doctos Authores. Prima; Communitas, quæ sine causa legitima recitat Horas extra tempus præscriptum, non peccat mortaliter. Ita Bonacina, *tract. de Hor. Can. disput. 1. q. 3. num. 7.* Gauantus *in Comm. rubr. Missal. tom. 2. sect. 1. c. 5. & n. 9.* Valentia, *tom. 5. disput. 6. q. 2. punct. 20.* qui intelligendi sunt sublato graui scandalo; quia si hoc sit graue, non poterit excusari à mortali, verum vix tale in simili materia iudico posse dari; nulla communitas censenda est sine causa alterasse officij tempora, quæ propter honestam recreationem hora vna, vel altera officium differt, aut anteponit. Recreatio enim honesta actus etiam Regularis est, & cùm ferrei non sint Monachi, necessarius, vt melius aliis obligationibus satisfacere possint, quod quidem apud sanctissimos Monachos in vsu est. Secunda Communitas, quæ inuertit ordinem officij, modo totum legat ad quod tenetur illa die, non peccat mortaliter. Ita Bonacina, & Gauantus, *vbi suprà. c. 5. tit. 8. n. 3.* Diana *resol. 16.* In reliquis omnibus rebus de communitate, ipsa, vt de singulis philosophatur. Hucvsque Caramuel.

Quæ hic est infra Resol. 81. §. vlt. &c. Et pro contento in hoc vers. Primas cõmunitas. huius textus infra in Resol. 56. §. obligari. post medium. à vers. Et tandẽ. & in Resol. 71. post medium & in Resol. 72. §. vlt. & in Resol. 90. §. Et idem.

Quæ hic est infra Resol. 69. in fine.

4. Dicendum est itaque in Ecclesiis Regularium adesse obligationem canendi publice Horas Canonicas in Choro; quia *Clemen. 1. de celebr. Missar.* cum Ecclesiis Cathedralibus, & collegiatis numerantur etiam Regulares: ergo supponit Pontifex in his Ecclesiis eádem esse obligationem psallendi publice diuinum Officium in Choro, sicut in prioribus: hæc tamen Regalarium obligatio differt à reliquis, quia solum est; iuxta vniuscuiusque institutum, regulas; aut consuetudinem; nam Religiosi non tenentur officium recitare in Choro ratione Beneficij proprij, vt constat; nec etiam, quia aluntur eleemosynis, & bonis Ecclesiasticis, quia non sub hac ratione, nec ad hunc finem aluntur, sed vt Deo seruiant, iuxta ipsorum Institutum; nec etiam est vllum ius Canonicum, quod hoc onus omnibus

Religio

Religionibus imponat? nam in prædicta Clementina, potius supponitur aliunde illa obligatio, & ideo solum præcipitur, vt debito modo psallatur; quare obligatio supponenda est ex peculiari instituto, regula, aut consuetudine. Hæc est communis sententia quam docet Diuus Antoninus 2. *part. tit. 9. c. 12. §. 3. vers. Quinta negligentia*, Angelus, *verb. Hora, num. 25.* Tabiena, *ibi, q. 28. n. 29. dicto 11.* Sylvester, *quæst. 10.* Armilla *num. 21.* Sotus *lib. 10. de Iust. quæst. 3. art. 3. circa finem*, Aragonius 2. 2. *quæst. 83. art. 12. dub. 4. not. 2. & concl. 1.* Suarius, *tom. 2. de Relig. lib. 4 de horis, cap. 10. num. 7.* Filliucius, *tom. 2. tract. 23. cap. 4. quæst. 7. num. 133.* Bonacina, *tom. 1. de Officio, disp. 2. quæst. 1. punct. 1. num. 9.*

5. Quæres an prædicta obligatio sit sub culpa mortali, an tantùm ex regula, ita vt non excedat communem obligationem regulæ. Respondeo, & dico primò: si loquamur de toto Conuentu, seu Ecclesia regulari, in qua est consuetudo regulariter dicendi diuinum Officium publicè in Choro, etiamsi id nulla regula explicauerit, nec vllum votum de hoc directè fiat, esse obligationem grauem sub peccato mortali, quia saltem per consuetudinem videtur illud onus ita receptum, & acceptum; & magnum esset scándalum si omitteretur, quamuis interdum ex iusta causa possit in hoc dispensari. Ita docet Armilla, *verb. Hora. n. 21.* Sotus, *lib. 10. de Iust. quæst. 5. art. 3. prope finem.* Suarius *tom. 2. de Relig. lib. 4. de Horis Canonicis, cap. 10. n. 7. fin.* Filliucius, *tom. 2. tract. 23. c. 4. quæst. 7. num. 134.* Layman, *tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 4. num. 1.* Dico secundò, hanc obligationem principaliter cadere in Prælatos Religionis, & Monasterij, scilicet Abbatem, Priorem, Guardianum, Abbatissam, Priorissã, & quemcumque alium. Ratio est, quia quoties obligatio cadit in aliquod mysticum corpus alicuius Cómunitatis, caput talis corporis, ratione sui maximè tenetur curare, vt obligatio illa impleatur, quia ad superiorem pertinet mouere inferiores ad operandũ; alias non posset tale corpus moraliter tali obligationi satisfacere. Hæc autem Prælatorum obligatio specialiter explicata, & aucta est in prædicta *Clementina 1. de celebratione Missarum*, vbi ordinariis Rectoribus, & superioribus præcipitur, vt sollicitam adhibeant diligentiam, vt debitis horis conuenienter hoc Officium psallatur, vel celebretur, si Dei, & Apostolicæ Sedis indignationem euitare voluerint: quæ verba manifestè indicant præceptum obligans ad mortale. Ita Tabiena, *verb. Horæ, quæst. 23. n. 29.* Armilla, *num. 21.* Sotus, *lib. 19. de Iustit. quæst. 5. art. 3. prope finem*, vbi ait: si vbi fieri potest, Præfecti negligentia tale Officium in communi non fieret, citra dubium mortale illi esset crimen. Nauarrus, *cap. 3. de Oratione, num. 61.* Petrus de Aragonia 2. 2. *quæst. 83. art. 12. dub. 4. concl. 1.* Suarius, *tom. 2. de Relig. lib. 5. de Horis, cap. 10. num. 8.* Layman *tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 4. num. 1.* Filliucius *tom. 2. tractat. 23. cap. 4. quæst. 7. dicto 3. n. 135.* Bonacina, *tom. 1. tractatu de Officio, disp. 2. quæst. 1. punct. 1. num. 9.*

5. Quæres, an obligatio communis obliget singulos, quando non solũ subditi, sed etiam ipse Prælatus esset adeò negligens vt omitteretur publica diuini officij recitatio in Choro ex defectu ministrorum. Respondeo affirmatiuè; tunc enim præceptum commune singulos obligaret, quia iam esset publica necessitas, in qua obligantur. Huic sententiæ fauent Doctores, qui dicunt non excusari à peccato mortali illos Religiosos, ex quorum absentia in Choro Ecclesiasticum Officium notabile damnum, seu magnam iacturam pateretur Ita expressè docent Angelus *verb. Hora, num. 26.* Tabiena *ibi, quæst. 28. num. 29.* Syluester *quæstione 10. numer. 12.* Armilla *num. 21.* Caietanus *ibi, §. Quo ad quintum.* Graffius *part. 1. dec. lib. 2. cap. 53. num. 13.* Suarius *tom. 2. de Relig. lib. 4. de Horis, cap. 10. n. 15. fin.* Filliucius *tom. 2. tract. 23. cap. 4. q. 9. dicto 1. num. 131.* Bonacina *tom. 1. tractatu de Officio, disputatione 1. quæstione 2. puncto 2. v. 2. num. 5. §. Dixi regulariter, & disputatione 291. puncto 1. num. 9. fin.* Et hæc est doctrina communis inter Theologos circa obligationem recitandi Horas Canonicas in Choro, quam habent Religiosi: vnde caueant ipsi, opinionem contrariam in praxim deducere

Sup. hoc in fra in Res. 56. §. Obligari.

RESOL. XX.

An Religiosus, si ex consuetudine non recitet Horas Canonicas in Choro, peccet mortaliter?

Et an obligatio canendi in Choro per se, & directe sigillatim singulas personas afficiat? Ex part. 3. tr. 2. Res. 18.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Peregrinus *in comment. ad nostras constit. p. 1. lit. B, §. 3.* vbi sic ait: Religiosus, qui sine iusta causa omittit recitare Horas Canonicas in Choro, quamuis priuatim illas recitet, mortaliter peccat, si habet consuetudinem non recitandi.

2. Sed hæc opinio mihi non placet, quia obligatiò canendi in choro per se, & directè non afficit sigillatim singulares personas, sed totam communitatem. Vnde Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 10. n. 15.* sic ait: De Religiosis, qui chorum profitentur, existimo non teneri ex vi generalis legis, seu præcepti obligantis sub culpa mortali ad canendum in choro, nisi vbi fuerit speciali consuetudine hoc præceptum, ita expressè declaratum; & impositum est, vel si alicubi proprium votum de hoc fieret, quod in nulla Religione credo fieri, neque etiam scio in aliqua esse consuetudinem, illo modo obligantem. Nec enim consuetudo Chori est in hoc sensu in Religionibus introducta, sed solùm, vt horæ in choro omnino dicendæ sint; & omnes adesse debeant iuxta regulam, & quod in hoc deficientes pœnæ subiaceant, non verò quòd in hoc grauiter peccent, dummodo alias horas recitent. Ita ille & post illum Raphaël de la Torre *in 2. 2. D. Thom. 1. contr. 10. de Horis canon. disp. 1. n. 6.* sibi sic ait: De Religiosis, qui ex vi suorum statutorum profitentur Chorum, maior ratio dubitandi est, an peccent, & existimo non teneri ex lege, aut præcepto generali, aut aliquo iure; quod certè ad Religiosos nõ dirigitur, tenebuntur autem ex vi præcepti, si quod reperitur in aliqua Religione, quod credo in nulla esse. Superest ergo, vt si aliqua obligatio sit, ea ortum habeat ex obligatione seruandi suas constitutiones; sed credo iam omnes, aut ferè omnes Religiones, se ab hoc vinculo liberasse. Et in Ordine Prædicatorum in Prologo dicitur. Volumus vt nostræ constitutiones non obligent nos ad culpam, sed ad pœnam. Et consuetudo, & vsus Chori in Religione nac, & vt existimo etiam in aliis, in hoc sensu introducta est, vt omnes horæ in Choro canantur, non verò quod grauiter peccent, imò neque leuiter in Ordine præfato Prædicatorum, secluso contemptu & præcepto. Ita ille. Et hanc sententiam docent etiam Filliucius *tom. 2. tract. 23. cap. 4. num. 239.* & Bonacina *de horis canon. disp. 1. q. 1. punct. 1. n. 9.* cum Fausto *de horis canon. lib. 2. quæst. 86.*

3. Ex his omnibus apparet Religiosos particulares non esse astrictos recitare Horas Canonicas in Choro. Vnde nescio qua ratione Peregrinus dixerit illos peccare, si hoc frequenter facerent; nam ex aliqua lege, vel consuetudine ad id non tenentur, vt satis probatum est; quod verò id frequenter faciant, non

poterit

protest esse peccatum mortale, quia ex consuetudine frangere aliquam regulam, non obligantem ad culpam seclusa contemptu, non esse peccatum lethale docet ipsemet Peregr. *in proœmio constit. litt. B, fol. 29.* & alij communiter; ergo, &c. Vide etiam Bartholomæum à sancto Fausto *in speculo Religiosorum lib. 6. quæst. 152.* Sanchez *in summ. tom. 2. lib. 6. cap. 4. num. 17. & 18.* Ledesmam *in addit. ad summ. cap. 4. concl. 12. dub. 1. fol. mihi 157.*

RESOL. XXI.

An soli Nouitij possint satisfacere præcepto soluendi Horas Canonicas in Choro, quod est quærere, an soli Nouitij faciant corpus communitatis? Et p. 7. n. 11. & Misc. 2. Resol. 5.

§. 1. SVppono ad satisfaciendum Choro non sufficere duos, sed saltem tres requiri, quæro an isti possint esse Nouitij; ad hoc dubium acutissimus Caramuel *in Regulam D. Benedicti, disput. 101. dub. 6.* sic respondet. Quæris an Nouitij faciant Corpus Communitatis; nempe an Tres, vel plures Nouitij non clam, sed publicè signo regulari conuocati possint in Choro communi Diuino officio satisfacere. Respondent nonnulli affirmatiuè, eo quod in fauorabilibus semper Nouitij censentur Religiosi; negatiuè alij, eo quod nondum incorporati sint, sed de hoc vberius alio loco. Ita ille. Et vt verum fateat, adsunt pro vtraque parte probabiles rationes. Pro negatiua, quia obligatio persoluendi Horas Canonicas in Choro est imposita Communitati Professorum, vt patet, sed Nouitij non sunt Professi, nec pars Communitatis, quoad hoc dici possunt, cum non sint Monasterio & Religioni incorporati. Ergo. Pro parte affirmatiua facit, quod sicut Nouitij possunt, & de facto gaudent Priuilegiis Professorum, ita dicendum est posse soluere onera ad quæ professi tenentur: nec valet dicere quod Nouitij in odiosis non dicuntur Professi, nam respondeo, certum esse Nouitios non teneri persoluere hoc onus, sed posse illud persoluere loco Professorum, dicendum est, nam licet non sint adhuc incorporati Religioni, sunt aliquo modo pars illius Communitatis, & omnibus gratiis & Priuilegiis Communitatis gaudent; & in fauorabilibus dicuntur Religiosi. Ergo, &c.

RESOL. XXII.

An Regulares, vel Canonici seculares satisfaciant obligationi psallendi in choro, si canant in Sacristia ex aliqua iusta causa?

Et difficultas est, *si hoc licitum sit, quando Sacristia non est iuncta cum Ecclesia, vel non habet fenestram versus altare maius?* Ex part. 6. tract. 8. & Misc. 3. Resol. 13.

§. 1. CAsus est practicabilis, v. g. propter asperitatem brumalem, vel si in Ecclesia famulatur, si Chorus sit occupatus in aliquo spirituali ministerio, vt propter hebdomadam Sanctam, vel nouennam, & similia. Et respondeo affirmatiuè: sed difficultas est, si hoc licitum sit fieri quando Sacristia non est coniuncta cum Ecclesia, & negatiuè respondet Bordonus *in Consiliis Regularium, resolut. 3. quæst. 17. num. 21.* vbi sic ait. Dixi, si solum commuri muro Sacristia diuidatur ab Ecclesia, quia si inter ipsam, & Ecclesiam interloquentur aliqua alia, grauior est difficultas & puto non satisfacere, quia Chorum non intersunt materialiter, neque moraliter. vnde Prælatus non videtur excusari permittendo recitari horas Canonicas in loco distante ab Ecclesia per plures muros intermedios, immò & per vnicum, si non adest fenestra in eo communi muro, seu porta ad Ecclesiam; vnde audio decisum fuisse Romæ quosdam Canonicos non potuisse satisfacere suæ obligationi in Sacristia, quæ non habebat fenestram versus Altare maius, quod ego intelligo, quando ibi officiatur sine legitima causa, nam cum legitima causa censeo sufficere fenestram, vel portam Sacristiæ intra ambitum Ecclesiæ, maximè apud Regulares, qui non ita strictè obligantur ad Chorum formalem. Ita Bordonus. Vnde si vera esset hæc opinio Patres nostri Romæ degentes in domo S. Andreæ non satisfacerent præcepto soluendi Horas, si illas canerent in Sacristia, quia est penitus disiuncta ab Ecclesia, satisfacerent verò in Sacristia S. Syluestri.

2. Sed ex Bonacina, Castrus Palaus *tom. 2. tr. 7. disp. 3. punct. 4. n. 2.* & alij, licèt asserant certum esse *ex c. fin. dist. 62. & cap. 1. de celebr. Miss.* Horas Canonicas persoluendas esse in Ecclesia, admittunt tamen ex necessitate posse in alio loco persolui, & se non restringunt in Sacristia distante ab Ecclesia per plures muros, vel in alio Oratorio; quia officium in dictis locis recitando dirigitur ad Ecclesiam, & moraliter dicuntur canendo in dictis locis Religiosi, in Ecclesia canere, saluo tamen meliori iudicio.

RESOL. XXIII.

An qui Subdiaconum suscipit, teneatur in Ordinationis die Officium totum recitare?

Idem est dicendum de illo, qui emisit professionem hora vndecima ante meridiem.

Et quid est dicendum, si antequam quis Subdiaconatum acceperit, vel professionem emiserit, omnes Horas illius diei recitauit, an satisfaciat obligationi superuenienti?

Et an sit probabile, cum Episcopus Ordinandis iniungit aliquos Psalmos, & Litanias recitare: nolle sub graui culpa obligare, sed ex quadam honestate, & decentia tantum? Ex p. 4. tract. 4. & Misc. Resol. 218.

§. 1. REspondeo negatiuè, sed solùm ab illa parte, à qua obligatio incepit, v. g. si quis accepit Subdiaconatum, vel emisit professionem hora vndecimà ante meridiem, non tenetur recitare matutinum illius diei, neque primam, neque tertiam sed ad summum sextam, & reliquas Horas, quia ab illa hora vndecima incipit obligatio. Ita Castrus Palaus *tom. 2. disp. 2. punct. 4. n. 3.* qui citat Suarez, & Bonacinam; quibus adde Homobonum *in consult. cas. conscient. vol. 2. part. 5. respons. 240.* Sup. hoc infra lege doctrinam §. 1; Resol. 66.

2. Non desinam tamen hîc adnotare, Oliuerium Bonartium *de Horis Canonicis lib. 2. c. 30. n. 11.* docere, in tali casu Subdiaconum, v. g. satisfacere, si non dicat sextam, & nonam, sed incipiat à Vesperis illius diei; nam Ecclesiæ mens non censetur velle tironem ad paruas aliquas Horas diei currentis astringere.

3. Sed stando in prima opinione quæritur, quid dicendum, si antequam quis Subdiaconatum accepit, vel professionem emisit, omnes Horas illius diei recitauit? Respondet Castrus Palaus *loco citato* non satisfacere obligationi superuenienti; quia non potest esse satisfactio obligationis, vbi nulla est obligatio: tenetur igitur iterum recitare modo, quo *suprà* dictum est. Sup. hoc in Resol. seq. & lege doctrinam §. not. præteritæ.

4. Nota tamen secundùm Castrum Palaum, affirmatiuam sententiam esse probabilem; nam

negatiuam, quam ipse tenet, vocat tantum probabiliorem.

Vbi in Resol. quæ hic est supra 3. in eius §.

§. Nota etiam hîc obiter id quod alibi etiam notauimus cum Soto, & Valentia, quibus nunc addo Castrum Palaum *vbi supra*, *punct* 1. §. 1. *num.* 5. probabile esse, cùm Episcopus ordinandis iniungit aliquos Psalmos, & litanias recitare, nolle sub graui culpa obligare; sed ex quadam honestate, & decentia. Et Homobonus de Bonis in supradicto casu ex Azorio, & Layman putat etiam supradictos Clericos non peccare nisi venialiter. Ita ille *in consult. cas. conscient. vol. 2. part. 5. respons.* 210.

RESOL. XXIV.

An Religiosus, seu Clericus, qui manè antequam professionem emitteret, vel Subdiaconatum susciperet, recitauit Officium, teneatur, hoc non obstante, illud iterum recitare? Ex part. 6. tract. 7. & Misc. 2. Resol. 38.

Sup. hoc in Resol. præterita §. Sed, & lege infra doctrinam §. 1. Resol. 66.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Bonacina *tom. 1. de Horis Canonicis, disp. 1. quæst. 2. punct. 5. num.* 11. Tum quia adimpletio præcepti supponit obligationem: sed qui officium ante Ordinis, vel possessionis, aut saltem collationis beneficij susceptionem recitauit, non habebat onus & obligationem officij recitandi; ergo non satisfecit præcepto officij. Ergo suscepto Ordine, vel possessione beneficij tenetur iterum recitare pro rata temporis, quo ad Ordinem euectus est; præceptum enim adimpletur actuali recitatione: tum quia horæ Canonicæ recitantur nomine Ecclesiæ; qui autem diuinum officium ante Ordinis susceptionem recitauit, non dicitur nomine Ecclesiæ recitasse; cùm nondum esset Minister ad hoc deputatus: tum quia sicut non satisfacit præcepto, qui diuinum officium recitat hodie, vt adimpleat onus, quo diuinum officium crastina die persoluere debet, ita neque obligationi satisfacit, qui officium recitat, antequam ordinem sacrum suscipiat: vtraque enim obligatio est affixa tempori, & personæ obstrictæ oneri diuini officij.

2. Non desinam tamen adnotare negatiuam sententiam tanquam probabilem admittere Trullench *in Decalog. tom. 1. l. 1. cap. 7. dub.* 13. *num.* 3. quia potuit anticipatè soluere. Facit pro hac opinione auctoritas Doctorum, quos citaui *in part. 5. tract. 3. resol.* 33. asserentium, quòd qui manè communicauit, non tenetur postea, si incidat eadem die in periculum mortis, viaticum sumere: quia cum manè sacram sumpsit Eucharistiam, moraliter obligatio præcepti aderat: ergo adimpleuit præceptum.

Quæ nunc inuenietur in to. 2. tr. 2. Resol. 74. &c.

RESOL. XXV.

An qui vouit recitare Officium Sancti particularis in die, quo debet recitare de altero Sancto teneatur duo Officia recitare?

Et an si alicui deficiat Breuiarium Romanum, possit, imò debeat recitare per alium approbatum, quod præmanibus habet, etiam si breuius sit? Ex p. 9. tr. 9. & Misc 4. Resol. 25.

Sup. hoc infra in Resol. 112. § Nota secundò, ad fin. 7. & vers. Nec obstat.

§. 1. Negatiuam sententiam probabilem putat Escobar à Corro *tract. de Hor. Can. quæst.* 3. §. 1. *num.* 10. vbi sic ait: Dum quis vouit recitare Officium Sancti particularis, vt puta, Beatæ Mariæ, in die quo secundum Breuiarium Romanum dicendum est de alio Sancto, vel de feria, quia tenebitur duo Officia recitare illo die, vnum de B. Maria, alterum de feria, vel de Sancto secundùm Breuiarum Romanum; Contrarium tamen non improbabile reputo, nempe recitatione vnius Officij satisfacere vtrique obligationi: Tum quia valde probabile est, quòd adstrictius recitationi Horarum Canonicarum duplici onere Ordinis, nempe Sacri, & Beneficij satisfit vnum Officium tantùm recitando, & omittendo, vnum solum nanciscitur peccatum, cùm in substantia obligationi satisfaciat. Et sic votum adimplebit recitatione alterius Officij, & cum obligatione Officij diei recitando Officium voti: nihilominus tamen hoc subiicio melius sentientis iudicio. Ita ille. Sed ego affirmatiuæ sententiæ adhæreo cum Fausto *tract. de Hor. Canon. lib. 2. quæst.* 130.

2. Notandum est hic obiter, id quod asserit Crousers *in Regul. D. Francisci, cap. 3. sect.* 1. vbi sic ait: Etiam circa Horas Canonicas, putarem peccatum committi ab eo qui illas negligeret obtentu defectus Breuiarij Romani, si aliud ad manum habeat, vel habere possit. Obligantur enim fratres primò ad Officium Diuinum, deinde ad modum eius, quòd posterius, si non possint implere, prius autem sic, peccant si non implent. Et ideò docuit Escobar, vbi suprà, *n.* 3. quod si deficiat Breuiarium Romanum, poterit, imò, & debet recitare per aliud approbatum, quod præ manibus est, & qui potens non est totum Officium recitare per Romanum, & potest recitare per aliud Breuiarium approbatum, quia est breuius, satius erit per hoc recitare, quam alterum omittere.

RESOL. XXVI.

An qui detinetur in pulsandis organis, vel transferendis libris ex vna parte ad aliam, vel thure præbendo, &c. teneatur per se ipsum illam partem recitare, si saltem non audierit?

Idem est dicendum de eo, qui vt bene pronunciet Lectionem in Choro iniunctam, occupatur, dum Chorus canit, in ea perlegenda, an excusetur ab auditione, aut recitatione eorum, quæ tunc à Choro dicuntur? Ex p. 2. tr. 12. Resol. 13.

§. 1. Affirmatiuè respondet Suarez *de relig. tom. 2. lib. 4. cap.* 14. *num.* 13. & alij. At mihi probabilis videtur etiam contraria sententia, quam docet Layman *in tract. mor. lib. 4. tract. 5. cap. 5. num.* 7. Molfesius *in summa, tom. ... tractat. 5. cap. 1. num.* 21. Azorius *part. 1. lib. 10. cap.* 13. *q.* 20. Naldus *verb. Officium diuinum, num.* 7. Aragon. *in 2. 2. quæst. 83. art. 12. in fine* & Reginaldus *tom. 2. lib. 18. cap. 13. num.* 188. ita asserens: [Ad hanc causam referri potest occupatio quærendi Psalmos, aut peragendi aliquid aliud choro necessarium, vt quærendi prunas ad thurificandum, ac thurificandi tempore *Magnificat*, & *Benedictus*, aut pulsandi Organa: quod enim illis sic occupatis chorus interea recitat, aut cantat, à se nec dictum, nec auditum, non supplentes, non videntur peccare, eò quòd Chorus, cuius ministerio seruiunt, tam suo, quam aliorum administrantium nomine recitat, aut cantat.] Ita ille. Et Villalobos *in summa, tom. 1. tract* 24. *dub.* 16. *n.* 14. cum Ioan. de la Cruz *in direct. conscient. part. 1. Præcept. 3. art. 3. dub. 7. concl.* 1.

2. Idem dicendum est de eo, qui vt bene pronunciet lectionem in choro iniunctam, occupatur, dum Chorus canit, in ea perlegenda; excusatur enim ab auditione, aut recitatione eorum quæ tunc à Choro

choro dicuntur: & ita docet Raphaël della Torre *in 2.2. tom. 1. contr. disp. 7. n. 12.*

RESOL. XXVII.

An Coadiutoria cum futura successione inducat obligationem recitandi Horas Canonicas? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Resol. 75.

§. 1. LVsitania semper ferax fuit doctorum hominum tam in legali, quàm in Theologica professione, & inter illos non multis abhinc annis floruit Sebastianus Acosta, qui circa præsentem quæstionem affirmatiuam sententiam docuit *in hal. Cruc. quæst. 75.* vbi sic ait. Cùm vsus horum coadiutorum sit modernus in Ecclesia Dei, non agitatur hæc quæstio à Doctoribus. Ego tamen existimo prædictos coadiutores Canonicorum teneri sub mortali diuinum Officium recitare. Adducor autem vt ita credam ex eo fundamento quòd huiusmodi coadiutoriæ ex forma & tenore Bullarum & ex intentione Pontificis concedentis, habent rationem beneficij, proindéque litteræ Apostolicæ committuntur Iudici Apostolico in forma *Dignum*, vt prouisum examinet in forma iuris, & si ipsum dignum inueniat, authoritate Apostolica mittat in possessionē coadiutoriæ, & de facto mittuntur coadiutores in possessionem eisdem solemnitatibus, quibus Canonici sedendo in choro in stallo, & in loco Capituli tangendo manibus frumentum, argentū, &c. Imò & iudex Apostolicus confert prouiso coadiutorem per impositionem pilei, facta prius fidei professione iuxta *c. Ego N. de iureiur.* quæ omnia non reperiuntur, nisi in collatione & possessione veri beneficij. Præterea nisi coadiutoriæ essent propriè beneficia, non posset coadiutores ad titulum illarum ad sacros Ordines promoueri, sed passim coadiutores ad titulum illarum ordinantur; ergo coadiutoriæ sunt verè, & propriè beneficia. Vltimò, quoniam prædicti coadiutores gaudent omnibus priuilegiis Canonicorum, eliguntur enim iam in conseruatores, & à Sede Apostolica deputantur iudices Apostolici, cùm tamen ad hoc munus non quodlibet beneficium, sed dignitas requiratur; ex *cap. finali, de offic. ind. deleg.* Ità Acosta *loco citato.*

2. Sed his non obstantibus contrariæ sententiæ adhærendum esse puto. Dico igitur coadiutoriam concessam alicui assignata aliqua portione pro congrua, & cum futura successione non esse beneficium, vt declarauit Paulus V. teste Suarez *lib. 4. de Horis Canon. cap. 22. num. 19.* & aliis, ergo non obligat ad Horas Canonicas; & certè quia coadiutori datur potestas succedendi in beneficio post proprietarij mortem, apparet quòd non confertur ei beneficium proprietarij; nam aliàs beneficium in duobus existeret, quod est absurdum. Neque obstat mortuo proprietario non requiri nouam collationem, quia hæc prouenit ex eo, quòd cùm datur coadiutoria, beneficium tunc proprietarij confertur coadiutori; non absolutè, sed dependenter à proprietarij morte; quare mortuo proprietario tunc habet, effectum collatio, & coadiutor beneficium obtinet; & ita hanc sententiam docet post Suarez *vbi supr.* Caietus Palaus *tom. 2. tractat. 1. disputat 2. punct. 1. §. 2. num. 7.* vbi etiam citat Azorium, Garziam & Bonacinam, alias etiam rationes adducens ad firmandum coadiutoriam non inducere obligationem recitandi Horas Canonicas.

RESOL. XXVIII.

An qui habet Officium, cum quo consistere non potest Horarum Canonicarum lectio excusetur, ab earum recitatione? Ex part. 7. tract. 11. & Misc. 2. Resol. 1.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Caramuël *in Regulam D. Benedict. disput. 116. num. 1438.* vbi sic ait. Qui ex officio sibi legitimè iniuncto singulis diebus duodecim horis integris occupatur non tenetur legere officium diuinum, licet Suarez asserat, eum qui habet officium, quo cùm consistit Horarum lectio, debere vel illud relinquere, vel petere dispensationem. Vtrumque tamen falsum est, & ex ipsius Suarij doctrina propugnari non potest. Nam asserente eodem authore, qui ostentationis gratia vult integro die actionem publicam literariam facere, potest omittere officium Diuinum vt ea melius fiat; nec tenetur propositam actionem intermittere. Atqui Petrus potiùs tenetur officio quàm velleitati satisfacere: ergo, cui licet potius officium Canonicum omittere quàm actionem ostentationis vltrò admissam, poterit etiam omittere potius officium, quàm conditionem seu dignitatem illam, quam habet. Sup. hoc lege doctrinā Resol. & §. antecedentem. seq.

2. Præterea, si occupatio sit publica (puta si Petrus sit aut Concilij Præses, aut Regni Gubernator, aut pauperum prouisor, aut Magister ægrorum, &c.) non potest Petrus præponere priuata publicis, nec censendus est iussisse Pontifex vt communibus particularia præponat, seruire debet Reipublicæ, & Patriæ quando, & quantum potest, nec ei officium legendum alicui debet esse impedimento.

3. Probatur id clarissimè; Primò quia sicut Pontifex non potest indicere Horarum lectionem in damnum salutis priuatæ, sic nec in damnum salutis publicæ: ergo sicut Petrus non tenetur obedire Ecclesiasticæ legi cum salutis graui detrimento, sic nec cum graui detrimento Reipublicæ.

4. Secundò, quia Pontifex noluit præcipere officij Canonici lectionem in positis casibus; quod probo euidenter. Summa esset imprudentia, velle quod Suarius non scriberet doctissima illa volumina quæ illustrant Ecclesiam militantem; Imperitia esset, malle quod Petrus Horas legeret quàm audiret confessiones; rigor iniquus esset Paulum ita lectione impedire, vt ægro grauiter periclitanti opitulari non posset: tyrannis, titulo recitationis præcipere Ioanni, ne faueat, & seruiat Reipublicæ adsistentia indigenti: Atqui Ecclesiæ, & Pontifici est iniurius, qui ita ius Canonicum explicat, vt Legislatores habendi sint rigidi, tyranni, & imprudentes: ergo dicendum est Pontifices noluisse in talibus casibus ad Horarum recitationem obligare. Nempe, cùm ex officio suo aliquis habet occupationes ita graues, vt non consistant cum Horarum lectione. Hæc omnia Caramuël.

5. Sed existimat Trullench *in Decal. tom. 1. cap. 7. dub. 28. num. 2.* obligatum ad recitandum diuinum officium non posse voluntariè suscipere aliud munus, & officium cuius executio incompossibilis sit cum recitatione Horarum, nam sic implicitè vult omissionem Horarum, modò non adsit grauis necessitas illius suscipiendi. Et ideo Machadus *de Perfecto Confess. tom. 1. lib. 2. part. 3. tract. 3. docum. 3. num. 5.* Bassæus *in Floribus Theolog. ver. Horæ Canonicæ 6. n. 4.* Moneta *de Distrib. par. 2. q. 5. n. 25. & 28.* & Oliuertius Bonartius *de Horis Canonicis lib. 2.* Sup. doctrina contenta in hac Resol. & signanter in hoc §. lege Resol. seq. per totam, & in tom. 8. tr. 1. ex Resol. 30. §. circa vero.

a39.n.3. sequentes sententiam P. Suarez quam Caramuël reprobat, nullatenus putant suscipiendum esse Clerico ad horas recitandas obstricto huiusmodi officium, cui ordinariè annexa sit talis occupatio, quæ lectionem horarum excludat, nisi specialis ratio charitatis aliud suadeat; vnde huiusmodi vel officium relinquendum, vel beneficium resignandum, vel dispensatio petenda; cum autem voluntariè tale officium susceperit à recitando non excusabitur. Aliud esset, si occupationes officij susceptì recitationem horarum impedientes rarius & ex improuiso occurrant, quia tunc propter necessitatem iure liberari à recitando poterit. Ita Bonartius; & hoc vltimum sicut & alios casus adductos à Caramuël de oppositione ad Cathedram, de Confessarijs, &c. concedit etiam Castrus Palaus *tom.1. tr.1. disp.2. punct.6. n.2.* cum aliis, quia sunt necessitates repentinæ, & quæ non sæpius occurrere solent.

6. Nota Lector quod in tui gratiam inferius multas opiniones supradicti Caramuelis adducam, quia eius Codex non ita facile inuenitur, & licet aliquando suis opinionibus non adhæream, semper tamen illum honoris causa nominatum esse volo, est enim vir doctissimus & acutissimi ingenij, & vt alias dixi non solum Scholasticæ, Moralis Theologiæ, sed etiam politioris literaturæ peritissimus, & vtinam amicissimus vir alios felices ingenij sui fœtus in lucem pariat.

RESOL. XXIX.

An Concionatores quotidiani tempore Quadragesimæ excusentur à recitatione Horarum Canonicarum?

Et quid est dicendum de illo, qui habet actionem continuam iustitiæ; Officium docendi publicè & de Doctore, qui in concursu Cathedræ habiturus est publicam lectionem; vel de eo, qui subuenit proximo ægrotanti; aut patienti grauem dolorem; & de illo, qui tota die occupatus est in sedando populi tumultu; vel in componendis grauibus inimicitiis?

Et an pro his, & aliis similibus casibus possit omitti præceptum audiendi Sacrum?

Et in omnibus supradictis casibus, sicut in eis à peccato recitandi Horas Canonicas necessitas excusat, sic etiam ab obligatione restituendi fructus, & secus tamen quoad distributiones?

Et quid de Confessario audiente confessiones per totum diem?

Et quid, si dictus Confessarius sit regularis an excusetur ab obligatione recitandi Officium?

Et infertur, an concionator excusetur à ieiunio, si tantum ter in septimana concionetur; imò excusetur à ieiunio præcedentis diei, si intra annum prædicet, & etiam si concionetur propter stipendium? Ex p.10.tr.11.& Misc.1.Resol.32.

Sup. omni doctrina huius Resol. lege Resol. præcedente per totam. & in tom.3. tr.1. & Resol.30. §. Circa vero.

§. 1. DE hoc casu hîc Romæ interrogatus ab egregio Concionatore, negatiue respondi. Sed nouissimè inuenio Bordonum affirmatiuæ sententiæ adhærere, *in Consiliis regular. tom.2. resp.70.quæst.6.num.18.* vbi sic ait: Concionator quotidianus: meo iudicio, videtur excusandus à recitatione diuini Officij; nisi esset tam felicis memoriæ, vt facili negotio modicum temporis insumeret in ediscendis Concionibus. Ratio est, quia commune bonum præfertur priuato. Ita ille. Verum ego non discedo à sententia negatiua, quam tuetur Suarez, *in Relig. tom.2. lib.2. cap.28. num.33.* Filliucius, *tom.2. tractat.23. capite 9. num.248.* & alij quos citat, & sequitur Persicus *de Hor. Canon. cap.12. causa 3. dub.1. num.5.* vbi ita asserit: Quæres an si necessitas actionis iustæ non sit repentina, sed continua, excuset; vt si actio docendi publice, concionandi, vel audiendi Confessiones, ad quas quis ex iustitia obligaretur, frequenter recitationem diuini Officij impediret? Respondeo negatiue. Ratio est, quia tunc signum esset, illud exercitium non esse accomodatum tali Clerico, Religioso, aut Beneficiario: & ideo qui volontarie illud susciperet vel susceptum retineret, non posset excusari: quia non necessitate, sed voluntate impeditur: nam licet Officium docendi, concionandi, & audiendi Confessiones, non sit alienum à Sacerdote, vel Religioso: si tamen propter incapacitatem persona non possit Officium recitare, vt illi muneri satisfaciat; peccaret mortaliter, illud voluntarie suscipiendo. In hoc conueniunt omnes Doctores qui dicunt repentinam occupationem excusare; quia cum rara sit, tunc est vera necessitas; & ideo præceptum humanum affirmatiuum non obligat cum tanto rigore, quin per epiicheiam excusationem admittat: sicut per similem causam potest omitti præceptum audiendi Sacrum. Hæc Persicus; cui adde Garciam *in Summa Theol.mor.tract.2. diffic.7. dub.2. num.15. & 16.* Itaque sententiam Bordoni non admitto, nisi in aliqua repentina necessitate concionandi, vt rectè obseruat Raphaël de la Torre *in 22. Diui Thomæ tom.1. Controu.7. de Hor. Can.n.9.* in aliquo v.g. die Festo, vel in obitu alicuius Principis, &c. Vnde ex his excusari possunt. Primò, scholaris, qui per integrum diem publicam disputationem habere vult, & simul non potest Officium recitare. Secundò, Doctor, qui in concursu cathedræ habiturus est publicam prælectionem, & non potest simul dicere Horas Canonicas. Tertiò, is, qui, vt subueniat proximo ægrotanti, vel patienti grauem dolorem, omittit Officium diuinum. Item si toto die occupatus fuit in sedando populi tumultu, in componendis grauibus inimicitiis; vel si ita occupatus sit circa infirmos, vel audiendis confessionibus per totum diem, vt non supersit tempus recitandi. Sanchez *in Conciliis, part.2. lib.7. cap.2. dub.52.* Attamen existimo ratò occurrere huiusmodi occupationem, quæ excuset à recitatione; eo quod diuinum Officium potest anticipari, vel postponi. Villalobos, *part.1. tract.24. difficul.16. num.11.* Vide de his omnibus etiam Torre, *vbi supra*, Escobar, *tract. de Horis Canonicis, quæst.6.num.14. & seqq.* Trullench *tom.1. lib.1. cap.7. dub.28. num.2.* Ratio verò supradictorum est, quia opus minus omitti debet pro maiori, opera enim prædicta, & eis similia, maiora sunt, magisque vrgent, quam recitatio diuini Officij, quæ pro charitate instituta fuit, & non debet contra charitatem militare. Nota tamen, quod in omnibus supradictis casibus, sicut in eis necessitas à peccato excusat; sic etiam ab obligatione restituendi fructus. Diuersum tamè est quoad distributiones quotidianas, quia iure ita dispositum est fauore diuinorum Officiorum persoluendorum publice in Choro; quo plurimum Ecclesia, & Religio honorantur; sic intelligi debet Textus *in c. vn. de Clerico non resident.* Ita Doctores citati.

2. Nota etiam hîc Bordonum *loco citato*, loquentem de Confessario, hæc asserere. Confessarium, maxime Regularem, qui voluntarie, & ex charitate operatur, nescio qua ratione excusari ab onerere recitandi diuinum Officium, nam ad hoc tenetur ex debito, ad audiendas autem confessiones nequaquam, sed eius ministerium est voluntarium. Præterquam quod Sacramentum Pœnitentiæ de die tantum administratur, & de nocte id munus spirituale exercere non

non expedit: ergo in nocte adest tempus sufficiens diuinum Officium recitandi. Neque mihi dicas, Confessario concedi debet aliqua temporis mora ad recreandum animi vires; nam nulla obligatio illum constringit ad continuandum tota die in hoc Ministerio; & si habet horas reficiendi corpus opportunas; quare & illas inuenire non debet ad recreandum animam recitatione diuini Officij; Ita sentire videntur, qui dicunt, Confessarium summo mane surgere debere ad recitandum Horas Canonicas, quando præuidet tota sequenti die in confessionibus audiendis se detinendum esse. Ita Bordonus. Sed nescio, quomodo antea fuerit tam liberalis erga Concionatores. Sed si forsitan aliqui superius dicta egre tulerunt; gaudeant de his, quæ breuiter sumabo. Dico igitur, Concionatores excusari à ieiunio in Quadragesima, etiamsi tantum more Hispanico ter in septimana concionentur: imo puto, excusari à ieiunio præcedentis diei, si intra annum prædicent. Ita Martinus de San Iuan *in monitis Confessariorum, tom. 1. lib. 2. de Ieiunio, tract. 12. n. 14.* & Trullench *in Decalog. tom. 1. lib. 3. cap. 3. dub. 7. num. 15.* Quod etiam procedit, si concionarentur propter stipendium.

RESOL. XXX.

Virum Monachus fugitiuus teneatur recitare Officium Diuinum.

Eadem sententia est etiam quoad Monachum electum à Monasterio ad tempus, vel in perpetuum. Ex p. 2. tr. 12. Resol. 18.

§. 1. COmmuniter affirmatiuè respondent. Ita Malderus, Suarez, Filliucius, & alij apud Bonac. *vbi infra*; quibus adde Layman *in Theol. mor. lib. 4. tract. 1. cap. 4. num. 2.* Villalobos *in sum. tom. 1. tract. 24. dub. 9.*

2. Sed contrariam sententiam docet Martinus Bonacina *tract. de Horis Canon. disput. 1. q. 2. punct. 2. num. 6.* hanc sententiam extendit etiam quoad Monachum electum à Monasterio ad tempus, vel in perpetuum. Et ratio est secundùm illum, quia Monachus in his casibus constituitur in statu, in quo non est consuetudo recitandi diuinum Officium, & quamuis redire possit ad Monasterium, tamen desinit esse Monachus, vel saltem non est in statu, in quo ex consuetudine obligetur ad Horas Canonicas; licet in praxi contrariam sententiam putet esse consulendam.

3. Nec valet dicere, quòd si esset vera talis sententia, Monachus reportaret commodum ex suo delicto, nam tale commodum Monachus reportaret non per se, & directè, sed per accidens: quia est in statu, vbi consuetudo non obligat ad preces. Ergo, &c.

RESOL. XXXI.

Virum Clerici, vel Religiosi damnati ad triremes, teneantur dicere Horas Canonicas?

Et an hoc etiam intelligendum sit de Clericis suspensis, interdictis, & excommunicatis? Ex p. 2. tr. 12. Resol. 40.

§. 1. PRima opinio affirmatiua est. Ita Laym. *in Theolog. mor. lib. 4. tractat. 1. capit. 4. numer. 2.* Gauant. *in comment. ad Rub. Miss. tom. 2. sect. 1. cap. 4. num. 16.* Ioan. Azorius *part. 1. lib. 10. capit. 5. quæstion. 9.* quam opinionem Rodriguez *vbi infra*, tribuit Syluestro *verb. hora, quæstion. 9.* sed immeritò, nam ibi nihil dicit. Probat hanc sententiam Azorius à simili. Nam, vt bene vt notat Nauarr. *capit. 7. numer. 17.* Syluest. *versic. hora, quæstion. 3.* & alij communiter Clerici suspensi, interdicti, & excommunicati tenentur persoluere Officium diuinum. Ergo, ait Azorius, idem ius erit in eo, qui per sententiam iudicis fuerit ad triremes damnatus, aut à Turcis captus, in triremes coniectus, & remigandi ministerio addictus.

2. Secunda opinio est Emmanuelis Rodrig. *in sum. tom. 3. capit. 194. conclus. 15. numer. 15.* vbi asserit. *El ordenado de orden sacro hechado à galeras, segun Sylvestro* vers. *hora*, quæstion. 9. *obligacion tiene de rezar el Oficio diuino, lo qual entiendo, que sera verdad, quando comodamente puede rezar, porque si no pudiesse comodamente rezar, la Iglesia, que es su madre, no lo quiera affligir en tan miserable estado.*

3. Sed mihi placet tertia opinio negatiua, quam docet Homob. *de exam. Eccles. part. 1. tractat. 4. capit. 4. quæstion. 32.* Sotus *de iust. lib. 10. quæstion. 5. articul. 3.* Sanch. *de matrimon. lib. 8. disput. 8. num. 11.* & Leonardus Lessius *de iustit. lib. 2. cap. 37. dub. 9. numer. 45.* Nam, vt ait ille, vsus est in contrarium, tum quia satis habent afflictionis, dum vi in illo supplicio detinentur: tum quia animus rarò talibus ad obsequendum est paratus: & etiam quia id cederet in dedecus ordinis Ecclesiastici, si in illa hominum colluuie ostenderent suum statum, quæ quidem omnia non militant in Clericis suspensis, interdictis & excommunicatis. Vnde patet responsio ad argumentum Azorij; est enim dispar ratio, inter Clericos damnatos ad triremes; & suspensos & excommunicatos. Dicendum est igitur, dictos remigantes absolutè non teneri ad recitandum Officium diuinum.

RESOL. XXXII.

An surdus teneatur recitare Horas Canonicas?

Et si simul fuerit captus oculis, & auribus, an tunc neque cum socio, neque secum solus quidquam dicere teneatur, nisi quod memoria nouit, si quidem illud fuerit maior pars diuini Officij? Ex p. 5. tr. 6. Resol. 15.

§. 1. REspondeo nulla ratione eximi à recitando, cum per se legere possit. An verò surdus se ipsum audiat legentem, necne, nihil refert, cùm facilè percipere possit quid dicat; & ad illud mentem aduertere. Quòd si legitimè impediatur, quominus per se solus recitet, tunc quoque immunis erit à recitatione cum socio, quia illum audire vel omnino non potest, vel certè non nisi voce stentorea clamantem, ad quem modum, nec socius, nec ipse compellendus est, quòd si simul fuerit captus oculis & auribus, tunc neque cum socio, neque secum solus quidquam dicere tenebitur, nisi quod memoria nouit, si quidem illud fuerit maior pars diuini Officij, iuxta ea, quæ inferiùs dicentur, & ita docet Oliuerius, Bonartius *de horis Canonicis, lib. 2. c. 38. n. 21.* qui citat Suar.

Sup. hoc in Resol. seq. §. 1. & in tom. 7. tr. 1. Resol. 7. §. vlt. per totum.

Sup. hoc, quod memoria nouit infra in Resol. 34. cursim à lin. 7. sed lege eam per totam, & alias eius annot.

RESOL. XXXIII.

An Canonicus surdus, vel Religiosus surdaster assistens choro, & cum aliis Diuinum Officium recitans satisfaciat suæ obligationi, etiam si

partem, quam non percipit, non repetat?

Et supponitur, quod surdus, qui potest legere, tenetur recitare, siue se audiat, siue non.

Et infertur surdum non posse dicere Horas Canonicas cum socio, si illum non intelligit.

Et notatur surdum non assistentem Choro gaudere distributionibus quotidianis.

Et an cœci deobligentur à recitatione Diuini Officij?

Et quid, si memoria sciat Horas, aut cum socio possit recitare?

Et an regularis cæcus teneatur sub mortali assistere Choro, si possit alternatim dicere officium?

Et an Beneficiarius cæcus, qui sufficientes colligit fructus ex beneficio, teneatur conducere socium ad recitandum, si cum eo possit recitare, non vero solus?

Et an cœcus, qui non potest recitare maiorem partem Officij, teneatur recitare minorem, quam potest?

Idem est dicendum de quolibet alio habente impedimentum. Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. Res. 28.

Sup. hoc quod hic supponitur in Res. præterita & in alio §. eius primæ not.

§. 1. SVppono cum Rocafull. *in praxi Theol. moral. part. 2. lib. 3. cap. 4. dub. 4. num. 316.* & Trullench *in Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 7. dub. 28. n. 9.* surdum, qui potest legere, teneri recitare, siue se audiat, siue non: satis enim est, quòd mente attendat, & cognoscat, quid dicat.

Sup. his distributionibus infra cursim in fine §. 2. Res. 59. & pro doctrina cõtenta in hoc & seq. §. lege dictam Res. per totam, & si libet etiam resolutiones eius annotationum; & signanter primæ positæ contra titulum.

2. Hoc supposito, ad quæstionem propositam negatiuè respondet Pater Bordonus *in Consil. Regular. tom. 2. resolut. 77. num. 39.* vbi docet, quòd surdus assistens Choro, lucratur quidem distributiones, non tamen satisfacit obligationi recitandi Diuinum Officium, Ratio illius est, quia ad lucrandum distributiones, sufficit assistentia, & partialis recitatio Diuini Officij. Ratio huius est; quia non minus est de essentia Officij auditio, quàm recitatio, cùm ambæ sint partes essentiales Officij in choro recitati, & ambæ partes fundentur in attentione recitationis, & auditionis. Sed defectu recitationis, diuinum Officium non subsistit, vt clarum est: ergo neque defectu auditionis. Quare domi suæ recitet Officium, si vult satisfacere. Rationes quas adducit, resoluuntur dicendo, quòd surdus non facit suam eam partem, quam non audit, quia cum ea communicare non potest, nam communicatio fit per auditum, aliter sequeretur, quod surdus suam faceret concionem, quia cum aliis assistit prædicationi, vt compars, & membrum totius Auditorij: præterea tollitur ratio innixa illi Regulæ, nam auditio partis non est conditio, sed pars essentialis necessaria ad satisfaciendum. Deinde licèt Officium, in choro recitatum, sit oratio communis totius chori, & consequenter singulorum, non tamen per hoc facit suam partem, quam non audit, quia singuli faciunt suam solum eam partem, quam posuerunt, cùm id totum dependeat à singulari actione cuiuslibet: cum ergo in communitate surdus non contulerit alteram partem, defectu auditionis, sed solam recitationem, ideò hanc solam ex communitate participat, & sic quò ad auditionem, non dicitur habere partem in communitate, sicut neque ille, qui licet recitet, non tamen attendit, dicitur facere suum Officium, seu satisfacere suæ obligationi defectu intentionis, quæ & ipsa est de essentia orationis. De obligatione sacrificij est dispar ratio; nam sicut sola assistentia, cum deuotione, & attentione satisfit Missæ, ita & eiusdem obligationi per assistentiam, neque enim obligatio circumstantium fit per recitationem verborum, quibus Sacerdos offert, sed sufficit mentalis oblatio virtualiter contenta in assistentia formali ad Missam; in recitatione verò Diuini Officij requiritur recitatio ex vna parte, & auditio ex altera, & sic adest conformitas in verbis recitatis, & auditis, quæ vniformitas in oblatione necessaria non est. Hæc omnia Bordonus, qui pro sua sententia citat Bonacinam, quibus ego addo Castrum Palaum, *tom. 2. tract. 7. disput. 3. punct. 4. num. 6.* Faustum *de Hor. Canon. lib. 3. quæst. 19.* & Persicum, *cap. 4. dub. 9. num. 3.* Hæc sententia est probabilis.

Sup. hic infra fol. 1[illegible] & lege not. [illegible]

3. Sed non minus probabilem affirmatiuam existimo, quam tuetur sapientissimus Suarez, *tom. 4. de Relig. lib. 4. cap. 28. num. 18.* cui ego addo Escobar à Corro, *de Hor. Canon. quæst. 4. num. 66.* vbi firmat surdum, dum canit in choro ex obligatione propria & munere, adimplere Præceptum recitandi Horas Canonicas, etiam si non audiat alterum chorum recitantem. Et ideò etiam asserit de quocumque Recitante in choro, si non audiat alteram partem, cum ei nulla possit culpa imputari, & fecerit ex se quantum potuit; quod accipio, tam quoad implementum obligationis recitandi, quam quoad lucrandum distributiones, etiamsi partem, quam non percipit, non repetat. Et ita etiam docet nouissimè Rocafull. *in Praxi Theolog. mor. part. 2. lib. 3. cap. 6. dub. 4. num. 56.* vbi sic ait: An si chorus silens non possit percipere chorum canentem, satisfaciat? Respondeo satisfacere. Ita Sà, & Suarez loquens de surdo, qui alios canentes in choro non intelligit, nec hos sequi potest. Ratio est; quia hic verè dicitur assistere choro, & communicare suam partem aliis; neque per ipsum stat, quin versiculos à sociis recitatos audiat, & illam partem suam efficiat: conditio enim censetur adimpleta, quando non stat per eum, qui eam adimplere debet. Hæc ille.

Sup. [illegible] fra lit. [illegible] cos [illegible] do [illegible] retur.

4. Nec obstat dicere, quod ex dictis sequeretur, posse surdum dicere Horas Canonicas cum socio etiamsi illum non intelligeret præeuntem: quod negat Trullench, Rocafull. vbi suprà, & alij. Respondeo esse disparem rationem in vtroque: nam in casu obiectionis, recitatio surdi cum socio est voluntaria: at in nostro casu est necessaria, vt est, quæ fit in choro per Canonicos, & alios illi addictos. Ergo, &c.

5. Notentur hæc omnia; quia casus potest in Praxi accidere, non solùm cum surdis, sed etiam cum surdastris.

Sup. [illegible] rom. 1. Res.

6. Nota etiam hic obiter Pellizzarium *in Man. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 8. sect. 3. num. 143.* me citato docere probabiliter surdum non assistentem choro, gaudere distributionibus quotidianis.

Sup. [illegible] mis [illegible] hoc [illegible] annot. [illegible] in [illegible] Res. [illegible] in [illegible] rem [illegible] tionem

7. An verò cœci deobligentur à recitatione Diuini officij? respondet Pellizzarius loco citato *numer. 111.* quòd quamvis Doctores communiter dicant, eos non deobligari, si memoriter sciant Horas, aut cum socio possint Psalmos alternatim recitare, aut etiam antea soliti essent recitare cum aliis; idque commodè etiam modo præstare possint: & hoc ex regula generali, quòd qui tenetur ad aliquid, tenetur etiã ad media ordinaria, sine quibus illud impleri non potest; nihilominus absolutè loquendo, non videtur improbabile, cœcum obligatum ad Horas ex Professione, aut Ordine Sacro non teneri eas recitare, etiãsi memoriter sciat Psalmos; cum adhuc Lectiones legere non possit, & alioqui non teneatur admittere socium quantumuis se offerentem ad recitandum; cum facultas recitandi cum socio, sit priuilegium, & fauor, quo quilibet potest liberè non vti: idque etsi solitus fuisset eo vti; semper enim Priuilegiatus potest renunciare priuilegio, vt pater. Ita Pellizzarius; cuius opinio facit contra id quod docet Pasqualigus *in qq. Can. Centur. 1. quæst. 53.* nempe Regularé cœcum teneri sub mortali assistere choro, si potest alternatim dicere Officium; cum enim Regularis ex vi constitutionum, vt suppono, non tenetur

Sup. [illegible] ad [illegible] & [illegible] in [illegible] Res. [illegible] 57. & [illegible] ad [illegible] & [illegible] principio [illegible] ta finis [illegible] alijs [illegible] verific. [illegible] annotat. [illegible] in [illegible] 1. Res. [illegible] Quod [illegible] cundum [illegible] segq.

rut sub mortali, Choro assistere: & Regularis cœcus, secundum Pellizzarium, probabiliter non tenetur dicere officium cum socio, etiam se vltro offerentem; non video quare teneatur assistere, vt eum aliis persoluat Horas Canonicas. Et ita contra Pasqualigum in terminis docet etiam nouissimè Ioannes Henriquez *in qq. tract. sect. 33. quæstio. 22* Religiosum cœcum non teneri recitare Horas Canonicas. Sed de hoc ego alibi.

8. Nec deseram hic apponere verba Escobar *de Hor. Canon. quæst. 6. num. 38.* vbi sic ait: Verius censeo contra Bonacinam, Clericum habentem Beneficium, ex quo sufficientes colligit fructus, non teneri conducere socium ad recitandum; & si cum eo possit recitare, non verò solus, quia Præceptum ad orandum obligat per se, nó ad adhibendū socium, & si non possit per se, vt supponimus, ad nihil tenetur. Nec facit teneri adhibere media necessaria ad implendum præceptum recitandi; quia hoc intelligitur de mediis ordinariis, vt est emere Breuiarium, non de extraordinariis, vt est conducere socium, ad quod simile præceptum non obligat. At ex eadem ratione censeo, non esse tenendam illam opinionem eiusdem Bonacinæ dicentis, cœcum, qui per se recitare non potest, teneri socium adhibere, vt paulatim Psalmos memoriæ mãder; nam censeo ad neutrum teneri, quia neutrum præcepto continetur, & nimis durum esset; & molestum ad id illum obligare; etsi enim probabile sit quòd cæcus Breuiario, licèt memoriter Psalmos absque Lectionibus teneat, recitare non teneatur Psalmos, quia per se absque Lectionibus Officium non constituunt, quod est in præcepto, non Psalmi, multò magis probabiliter erit, quod cœcus non tenetur Psalmos memoriæ mandare, nec ad id conducere socium, cum etsi eos memoriter teneat, recitare non teneatur; atque ita melius tenent Soto, *10. de Iust. quæst. 5. art. 3.* & Macignus *de Hor. Can. cap. 14. n. 9.* Hucusque Escobar.

9. Sed si incidenter hic quæras, an cœcus, qui non potest recitare maiorem partem Officij teneatur, recitare minorem, quam potest; Affirmatiuè respondet Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 2. dub. 46. num. 6.* Layman. *lib. 4. tract. 1. cap. 6. dub. 1.* & alij. Ratio est, quia, vt docet Caietanus *2. 2. quæst. 147. artic. 7. ad. 3.* & Nauarrus *in Man. cap. 21. num. 27.* Qui non potest implere totum præceptum Ecclesiæ, tenetur partem quam potest; vnde qui non potest ieiunare totam Quadragesimam, tenetur ieiunare partem, quam potest, & qui vouit seruare castitatem, & matrimonium contraxit, licèt non possit totam seruare, quia tenetur reddere debitum; tamen tenetur seruare partem, quam potest; scilicet non petendo debitum: ita cœcus qui non potest recitare totum Officium, tenetur recitare partem, quam potest, scilicet illam, quam memoria retinet, & si non potest solus, tenetur cum socio, quem habere commodè potest. Hanc sententiam docet Suarez *tom. 2. de Relig. lib. 3. de Horis, à num. 24. vsque ad 28. & in num. 24.* docet hanc quæstionem non solum locum habere in impedimento infirmitatis, sed etiam in aliis; vnde bene infert, qui tota die fuit legitimè occupatus, vt nullam Horam diei dicere potuerit, & ante mediam noctem potest saltem Completorium recitare, cur non obligatur; Et is qui Breuiatium non habet, tantùm scit memoria Primam, & Completorium, cur non tenebitur illas Horas dicere, etiamsi minorem partem Officij contineant, Et *n. 27.* dicit non esse veram generalem regulam pro omnibus casibus & impedimentis, videlicet vt qui non potest dicere tot Horas, vt contineant saltem maiorem partem totius Officij, nullam dicere teneatur. Eum sequitur Reginaldus *lib. 18. cap. 13. num. 183. quæst. 4.*

10. Sed his non obstantibus non desunt Doctores negatiuæ sententiæ adhærentes, nempe quòd qui non potest maiorem partem Officij recitare, non tenetur ad minorem si potest; quia maior pars traxit ad se minorem. Et ita tenet Lessius *lib. 2. cap. 37. dub. 9. num. 54.* Filliucius *tom. 2. tract. 2. cap. 9. quæst. 6. num. 294.* & Azorius, *tom. 1. lib. 10. c. 13. quæs. 5.* qui loquitur in specie de cæco; vnde ego puto vtrampue sententiam probabilem.

Sup. hoc infra in Resol. 42. & in aliis eius primæ annot. & in principio. Præcedentis §. huius Resl.

RESOL. XXXIV.

An cœcus sit adstrictus Horas Canonicas recitare?

Et quid, si memoria teneat maiorem partem Officij, an sit obligatus ad illam dicendam? Ex p. 5. tract. 6. Resl. 16.

§. 1. SOtus, vt ego alibi citaui, dubitat de hac obligatione, quia accidentarium est, quòd memoria sciant Horas, neque enim videtur iustum ob illam causam honestam onus hoc grave imponi, quod non imponeretur carenti illa. Cæterùm nouissimè Castrus Palaus *tom. 2. disp. 2. punct. 6. n. 11.* putat sic tenentem memoria maiorem Officij partem obligatum esse ad illam dicendam, quia posita illius Officij memoria iam valet præceptum implere, & sine difficultate, ergo tenetur. Neque obstat accidentarium esse quòd Officium memoria teneatur, quia posito illo accidenti iam necessarium est te esse obligatum, sicut tempore interdicti accidentarium est te Bullam habere, qua conceditur facultas audiendi Sacrum, &c. At illa facultate posita non est accidentarium, sed necessarium, quòd præcepto audiendi Missam obligeris, sic in præsenti; ergo, &c. Sed tu circa præsentem quæstionem ne deseras videre me ipsum *in part. 4. tract. 4. resol. 11.* vbi plures Doctores tractantes hanc quæstionem inuenies.

Alibi in Resl. & in Resol. præterita §. An verò cœci, & in tom. 7. tr. 1. Resolut. 7. §. Quoad secundum & seqq. & pro tenente memoria maiorem partem Officij supra cursim in fine Resl. 32. &c.

Quæ nunc hanc sequetur.

RESOL. XXXV.

An cœci, vel ita oculis caligantes, vt legere nequeant, teneantur Horas persoluere, si illas memoriter sciunt?

Et an saltem teneantur recitare aliquid loco illarum, vel adhibere socium in recitatione Horarum?

Et quid si cœcus nihil ex Horariis precibus memoria teneat, vel saltem perparum?

Et an si esset Beneficiarius cœcus, & omittat Horas licèt memoriter sciat, non teneatur ad restitutionem fructuum? Ex parte 4. tractatu 4. & Miscel. Resol. 11.

Sup. hac prima diffic. signanter in §. Puto igitur. Resl. 3. nec. seq.

§. 1. REspondeo affirmatiuè cum Nauarro & Azorio, quos citat, & sequitur Faustus *de Horis Canonicis lib. 2. quæst. 229.* quibus adde Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 24. diffic. 16. num. 4.* Reginaldum *tom. 2. lib. 18. cap. 13. num. 185.* Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 28. num. 14.* & alios penes ipsum, quia præceptum non obligat ad recitandum per librum, neque requirit vt conditionem necessariam dicendi potestatem per librum; ergo dum cœci possunt recitare memoriter maiorem partem Officij, ad illam teneri vtique dicendum erit.

Sup. hoc in Resl. præterita, & in Resl. 1. post præteritam, §. An verò, & in tom. 7. tr. 1. Resl. 7. §. Quoad secundum, & seqq. & signanter in §. Puto igitur, & hic supra in Resol. 32. in fine.

2. Non desinam tamen hîc admotare cum Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 2. dub. 46. n. 5.* dixisse Sotum *de iust. lib. 10. quæst. 5. art. 3.* se non esse certum, an

an cæcus, si memoriter sciat Horas, teneatur eas dicere memoriter, quia tenacitas illa memoriæ est accidentaria, quamuis, inquit, tutius sit vt se obligatum censeat, & cum Soto tenuerunt aliqui Magistri docti, & addit quidam recentior Magister, quod quantum ad restitutionem fructuum, certum est quòd non teneretur si esset beneficiarius cæcus, omitteret Horas, licèt memoriter sciat. Hæc Sanchez, qui iudicat dictam opinionem Soti esse probabilem, nam quam ipse tenet, vocat multum probabiliorem. &. Toletus *lib. 2. cap. 14.* simpliciter excusat cæcum. Sed tu non omittas contrariam tenere, quam etiam nouissimè tenet Oliuerius Bonartius *de Horis can. lib. 2. c. 38. n. 22.*

Sup. hoc lege §. Puto igitur, ad not. præteritæ, &c.

3. Notandum est tamen hîc obiter contra Syluestrum *verb. Hora, quæst. 4. dict. 3.* Angelum *n. 9.* Armillam *num. 16.* Tabienam *num. 20.* D. Antoninum *3. part. tit. 13. cap. 4. §. 15.* Paludanum *in 4. dist. 15. quæst. 5.* & alios cæcum qui non potest recitare Officium diuinum, non teneri ad recitandum aliquid loco illius, quia cùm legitimè excusetur, ad nihil tenetur; sicuti qui excusatur à Missa audienda in die festo, ad nil tenetur.

4. Notandum etiam cæcum qui nihil ex horariis precibus memoriâ tenet, vel saltem perparum, non obligari ad audiendam partem socij in alternatione; & rursus ad suam cum illo recitandam, quia non videtur præceptum humanum ad illam exactissimam diligentiam obligare. Ita Bonartius *loco citato*; an verò cæcus teneatur adhibere socium in recitatione Horarum, dicemus *infrà*, & diximus etiam *in 1. part. tract. de Horis Canonicis, resolut. vlt.* non obligari.

Infra in Resol. quæ hic est 37. & in Res. 2. illius primæ not. & Res. citata in lin. pen. huius textus, hic est infrà Resol. 97. §. 3. Imò.

RESOL. XXXVI.

An Sacerdos cæcus, qui solus non potest persoluere Horas Canonicas, possit tamen alternatim cum socio, si illum ad manus habet, teneatur adhibere?

Et an, si Petrus non habet librum, in quo legat Horas, nouit aliqua memoriter, ita tamen vt non possit satisfacere, offert se socius, qui omnia scit memoriter, quod si Petrus cum illo recitare velit, possit exactè satisfacere, quæritur, an teneatur cum illo socio recitare Officium?

Et quid, si antea semper recitauerit cum socio? Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. Res. 3.

Sup. hoc in Resol. seq. & supra in Resol. 33. §. An Vero, ad medium, & infra in Resol. 97. §. vlt. in principio, & in fine, & cursim in aliis vers. eius annot. & melius in tom. 7. tr. 1. Resol. 7. §. Quoad secundum, & seqq. & hic superius in tr. 1. Res. 102. §. Sed ad hoc, ad medium, vers. *Vn ciego.*

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet cum multis Castrus Palaus *tom. 1. tract. 1. disp. 2. punct. 6. num. 13.* & alij. Quia obligaris ex præcepto Ecclesiæ recitare: Sed hoc præceptum facilè implere potes adhibendo socium. Ergo obligatus es illum adhibere. Quia obligatus es adhibere media ad exequendum præceptum, quæ tibi difficilia sunt. Dices, te esse obligatum apponere media per se ordinata ad præcepti executionem, secus media per accidens, & priuilegiata: vsus autem socij non est medium per se ordinatum ad huius præcepti executionem, sed extra illam: Siquidem ex permissione Ecclesiæ, & quasi ex priuilegio vsus socij conceditur. Aliàs si vsus socij esset medium per se ordinatum ad huius præcepti executionem, obligatus esses illum conducere, quando gratis habere non posses, sicut obligatus es Breuiarium emere? Respondeo. Et si vsus socij non sit medium per se ordinatum absolutè ad huius præcepti executionem, est tamen medium suppositâ tua impotentia aliter implendi præceptum.

2. His tamen non obstantibus negatiuæ sententiæ adhæret Caramuël *in Regulam D. Benedicti disp. 117. dub. 1. n. 1445.* vbi sic ait: Petrus non habet librum in quo legat horas, nouit aliqua memoriter, ita tamen vt non possit satisfacere, offert se socius, qui omnia scit memoriter. Quod si Petrus cum illo recitare velit, poterit exactè satisfacere; petitur an teneatur cum illo socio recitare officium.

3. Respondeo negatiuè, quia recitare cum socio est fauor vnicuique concessus, & nemo tenetur vti fauoribus inuitus. Ita alter Sanchez *in selectis, disp. 41. n. 2.*

4. Quid si antea semper recitauerit cum illo socio? Nec tunc tenetur cum illo recitare; fauores enim tales sunt ingenij, vt nunquam cogant, aliàs essent grauamina, ergo qui illuc vsque illo fauore vsus est, poterit non vti cum voluerit. Ita Caramuël; vnde vtramque sententiam puto probabilem esse, vide me ipsum *in p. 1. tr. de Hor. Canon. Resol. vlt.*

Sup. hoc Resolutionibus not. p. 2.

Quæ hic infra 37. vlt.

RESOL. XXXVII.

An si aliquis impotens sit ad recitandum Officium solus, teneatur cum socio recitare?

Et quid si antea semper recitabat cum socio?

Et an vero in tali casu teneatur saltem Beneficiarius quærere socium cum stipendio? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Res. 221.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Ioannes Sanctius *in selectis disp. 15. num. 2.* & alij: quos refert Garsias *de benefic. part. 3. cap. 1. n. 214.* quia recitare cum socio est priuilegium; ergo quis non est astrictus illo vti. Lessius autem *lib. 2. cap. 37. dub. 9. num. 54.* & Garsias *vbi suprà n. 215.* distinguunt; nam si quis solitus est recitare Horas cum socio, adhibere illum tenetur, secus si solitus non sit. Excipit tamen Garsias, nisi socium quem gratis antea habebas, postea nisi cum stipendio sis habiturus. Ratio est, quia ita nullum onus speciale Clericis imponitur. Ergo, &c. Alij autem absolutè affirmant in tali casu obligationem adesse cum socio Horas recitandi, si facilè habere potes, siue antea vsus fueris illo, siue non. Ita Valentia *tom. 3. disput. 6. quæst. 2. punct. 10. § 7. in princ.* Reginaldus *tom. 2. lib. 18. c. 13. n. 183. ad finem.* Azorius *tom. 1. lib. 10. c. 13. q. 3. & 6.* & alij communiter, quia obligatus es adhibere media ad implendum præceptum, quæ difficilia non sunt.

Sup. hoc Resol. præced. & in eius princ. annot. tom. 1. & Resol. 33. dub. 3. vlt. lege ter pòst dium.

2. Sed difficultas est, si quis stare vellet in ista vltima sententia, an illa intelligenda sit, si vsus socij gratis habeatur; an verò in tali casu teneatur, saltem beneficiarius quærere illum cum stipendio?

Sup. contra to in hoc seqq. & supra in doctrina 3. & Resol. 33. & hic infra in Resol. 97. tom. 7. Resol. 7. Quoad secundum, medium, & rem ad 7. & vers. co primo recitarem. § An vero hic in Resolut. vlt. & Resol. 33. §. 2. in fine, & seq.

3. Affirmat Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 28. num. 12.* de beneficiatio: negat autem de Clerico simplici, & Religioso, quia horum obligatio non est ex iustitia, sed ex Religione. Sed Castrus Palaus *tom. 2 disput. 2. punct. 6. num. 14.* putat, quemlibet Clericum, seu Religiosum, si habeat vnde absque difficultate graui possit socium conducere ad secum recitandum, obligatum esse illum conducere, quia vsus socij in persona impotenti aliter recitandi Officium, est medium simpliciter necessarium ad huius præcepti executionem. Ergo si ex communi sententia obligatur ad hoc medium assumendum, obligari debet ad expendendos aliquos moderatos sumptus, si necessarij sunt ad huius medij assumptionem. Hæc sententia est nimis rigida, & ideo libenter opinioni Suarez adhæreo, imò ego puto probabiliter, quòd nec beneficiarius de rigore ad id teneatur, licèt ad hoc facere consulendus sit, & ita hanc sententiam

sententiam tenet Oliuerius Bonartius *de Horis Canonicis lib. 2. c. 38. num. 12.* vbi sic ait: Nota tamen non videri obligari diuites Clericos, quantumuis etiam amplum, & copiosum Sacerdotium obtineant ad socium prerio conducendum: tum quia nulla ratione, vel iure hoc probari potest, tum quia, sicut non tenetur Sacerdoti soluere stipendium, vt festiuis diebus Sacrum audiam, ita nec socio, vt mecum legat. Adde non debere imponere maius onus infirmis Clericis, quam sanis. Consulendum nihilominus est beneficio luto fruentibus, vt mercede sibi comparent socium, qui simul cum illis legat, dum infirmantur. Ita Bonartius.

RESOL. XXXVIII.

An qui non potest ratione infirmitatis recitare Horam Canonicam tempore debito, teneatur illam recitare præponendo, vel postponendo? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Resol. 10.

§. 1. VT, v. g. quis post Vesperas patitur quartanam, vel aliam febrim, & nequit recitare, an teneatur manè recitare Vesperas & Completorium: vel è contra, patitur quis quartanam manè vsque ad meridiem, an teneatur vespere recitare omnes Horas si potest. Pro negatiua sententia ego alibi adduxi Canum *in relect. de pœnit. part. 5. dub. 31.* cuius opinionem improbabilem quidam recentior esse putauit, immeritò quidem, nam optimam habet rationem, facultas enim, quæ datur ab Ecclesia anteponendi, vel postponendi Horas, intra diem tamen naturalem est priuilegium fauoris, non vinculum necessitatis, vnde præuenire non tenemur, bene tamen possumus & ideo hanc Cani sententiam, quando impedimentum persoluendi Horas tempore debito est à natura, vel violentia, putat esse probabilem Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 7. c. 2. dub. 43. num. 7.* licèt contrariam existimet probabiliorem; & ita opinionem Cani non solùm tanquam Probabilem, sed etiam absolute docet Henriquez *lib. 4. cap. 4. n. 7.* vbi sic ait: Febricitans non tenetur præuenire proprium tempus recitandi Horas: & *in glossa lit. Q.* asserit hanc sententiam esse communem, quod est negandum: nam his temporibus contraria est communior & probabilior, quam nouissimè docet Villalobos *in sum. tr. 24. diffic. 16. n. 7.* sic asserens, *Se aduierte que el que estuuo mal hasta medio dia, no queda excusado de rezar el medio dia que estuuo male, como tampoco lo queda el, que no pudo rezar por la mañar por otra occasion, pues puede estos rezar a tarde que el preceto corre en todo el dial.* Ita ille. Sed vt dixi, contraria sententia Cani est probabilis. Nota etiam quod post hæc scripta inuenti, Oliuerium Bonartium *de Horis canon. lib. 2. cap. 38. num. 8.* docere etiam opinionem supradictam Cani esse probabilem & pro illa citat Lessium *lib. 2. c. 37. dub. 8. n. 43.*

RESOL. XXXIX.

An infirmus, qui non potest recitare Horas statutis temporibus, teneatur postea recitare?
Idem est dicendum de habente inexcusabilem occupationem, & de iter agentibus.
Et si quis in morbo, vel in dubio petat dispensationem à Prælato, & ipse concedat, licèt à meridie conualeat, & à febri liberetur, non teneatur Horas persoluere: Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. Resol. 14.

§. 1. NEgatiuam sententiam probabilem esse tenet Caramuel *in Regulam D. Benedict. disput. 115. n. 1442.* vbi sic ait. Qui morbo aut occupatione ineuitabili impeditur tempore quo Hora aliqua solet legi, excusari potest à lectione illius horæ, Hæc sententia probabilis est: nam defenditur à grauibus authoribus & habet fundamenta probabilia, licet contraria sint probibiliora. Supponit primò dari octo distincta præcepta de octo Horis; Secundò certa tempora destinata esse lectioni Horarum priuatæ: & vtrum doctè possit defendi. Sup. hoc in Resol. præterita & in alijs, eius not.

2. Petis: quæ tempora dicantur destinata lectioni Priuatæ. Respondeo insistendo huius opinionis principiis. Matutinas solere legi ab hora, qua laudabiliter surgimus, vsque ad horam decimam ante meridianam (nullus enim tenetur vesperi legere Matutinas sequentis diei, licet morbum occupationesve præuideat) addo solere minores Horas dici ante meridiem; Vesperas etiam in Quadragesima ante meridiem, exceptis Dominicis: alias à meridie in occasum, & hinc ad mediam noctem Completorium. Ita communiter legunt, qui putant se debere Horas determinatas obseruare.

3. Ægrotus ergo qui quartana laborat (& idem dico de habente inexcusabilem occupationem) nec tenetur tempus præuenire, nec tenebitur legere Horam aliquam eo tempore, quo non consueuerit legi.

4. Hæc opinio est tuta in praxi: consulenda ægrotis, iter agentibus, & hominibus valde impeditis ob negotia occurrentia horis determinatis: repugnat expresse meis principiis, ideo tamen non desinit esse probabilis. Ita Caramuel. Et ideò secundum hãc sententiam qui ægrotauit vsque ad meridiem non tenetur postea recitare Matutinum & laudes, & hanc sententiam cum Caramuele satis probabilem esse puto, quam vt probabilem me docuisse obseruat nouissimè Trullench *in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 7. dub. 17. n. 6.* licet ipse Sanchez contrariam, sententiam teneat. Nota tamen quod ex parte consentit cum Caramuele Candidus *tom. 2. disp. 14. art. 28. dub. 34.* vbi sic ait: Qui præuidet vt Vesperi nequeat recitare Vesperas, aut Completorium ob febrim aut grauem infirmitatem, ob impedimentum non voluntarium, non tenetur illas horas manè recitare: quia licet totus dies signetur tanquam tempus omnium horarum illius diei, atque adeò si solùm attendamus ad substantiam præcepti; possent omnes horæ manè recitari, tamen quãtum ad conuenientiam, & vt deuotius, & melius ad impleatur præceptum, quædam horæ signantur ab Ecclesia manè recitandæ, quædam verò vesperi; ergo esset nimis rigorosum obligare homines ad recitandas omnes preces horarias manè, quando est futurũ impedimentum, quod præuidetur ex ratione alicuius infirmitatis: quod si impedimentum præuisum esset omnino voluntarium, etiamsi esse, legitimum, & necessarium, tenetur tunc homo præuenire recitando manè omnes Horas Canonicas: quia tunc impedimentum non recitandi esset omninò voluntarium. Sup. hoc signanter ibidem.

5. Notandum est etiam hic obiter quod si in morbo, aut dubio petat quis dispensationem à Prælato, & ipse concedat, licèt à meridie conualeat, & à febri liberetur, non tenebitur horas persoluere; quia pro illa die iam habet à Papa legitimam dispensationem, & alias nec Prælati authoritas, nec gratia Summi Pontificis ei quidquam prodesset. Ita Caramuel *disp. 116. n. 1429.* Sup. hoc superius in tr. 2. Resol. 74. §. 1. à lin. 10. vers. vbi quærit & si placet, lege alias Resol. huius primæ not.

RESOL. XL.

Sup. prima diffic. huius tituli lege doctrinam Resl ſqq. &c.

An æger qui poteſt recitare maiorem partem officij, teneantur illam perſoluere.

Et an, qui non poteſt recitare Matutinum cum Laudibus, ad nihil teneatur? Ex parte. 2. tractatu 12. Reſ. 29.

Sup. hoc notando infra in Reſ 42. & in aliis eius primæ not.

§. 1. AFfirmatiue reſpondent communiter Doctores. Sed notandum eſt cum Rodriguez *in ſum. part. 1. c. 145.* & Garſias *de benef. tom. 1. part. 3. c. 1. n. 222.* quòd qui non poteſt recitare Matutinum cum laudibus, ad nihil tenetur quia licèt hoc non ſit maior Officij pars, nihilominus eſt pars illius prima, & præcipua.

RESOL. XLI.

An infirmus, qui non poteſt recitare totum diuinum Officium, teneatur recitare partem? Ex p. 7. tr. 11. & Miſc. 2. Reſ. 13.

Quæ nunc eſt Reſ. antecedés, & pro doctrina huius Reſ lege Reſ. eius ſecundæ annot. & infra ex Reſ. 98. §. Sed obiter. in principio, & in aliis eius annot.

§. 1. EGo *tract. de Hor. Can. reſol. 29.* docui ægrotum qui non poteſt legere maiorem partem officij non teneri eum legere: Alij illum qui non poteſt legere Matutinum ſaltem cum laudibus ab onere perſoluendi officium liberant. Sed nouiſſimè Ioannes Caramuël *in Regulam D. Benedicti diſput. 115. num. 1435.* pro replicatione præſentis dubij putat examinandum eſſe vtrum lectio Diuini officij octo præceptis numero diſtinctis ſingulas ſigillatim reſpicientibus, an verò ſolùm vnico præcipienti ſimul octo Horas ſubiaceat. Si primum dicatur, ſequitur eum, qui ſaltem Matutinas poſſet perſoluere, illas teneri legere: ego verò cùm ſentiam non dari plura præcepta ſed vnicum, vt notaui *num. 1355.* aſſero conſequenter Petro v. g. illo præcepto iniungi, vt totum officium perſoluat: ergo poteſt, vel non. Si poteſt, ſatisfaciat; ſin minùs, omittat: non enim datur præceptum indicens lectionem vnius Horæ. Confirmatur. Ad impoſſibile nemo tenetur; ergo quando aliquis non poteſt ſatisfacere præcepto, non tenetur. Atqui præceptum eſt de legendo toto officio, non de parte; ergo quando aliquis non poteſt ſatisfacere toti præcepto, non tenetur ſatisfacere parti; hæc enim non præcipitur, vt ex ſe patet.

2. Dices. Quando quis omittit partem notabilem Diuini officij peccat grauiter: ergo non ſolùm indicitur illi lectio totius officij, ſed & ſingularum partium.

3. Reſpondeo concedendo antecedens, & negando conſequentiam. Ratio eſt, quia ſi ſingulæ partes præciperentur, iam non eſſet vnum præceptum, ſed octo numero diſtincta, cuius oppoſitum oſtendi: ſanè qui omittit Veſperas, peccat mortaliter: non quia temerauit præceptum Veſperarum lectionem indicens, diſtinctum à cæteris lectionem aliarum Horarum indicentibus, ſed quia temerauit legem præcipientem vt totum Canonicum officium legeret, ille vero qui omittit Veſperas, non legit totum ſuum officium, ac propterea peccat mortaliter. Hucvſque Caramuël. Sed noſtram ſententiam, me citato tenet Trullench. *in Dec. tom. 1. l. 1. c. 7. dub. 17. n. 5.* Caſtrus Palaus *tom. 1. tract. 2. diſput. 6. num. 9.* cum Candido *tom. 7. diſp. 24. art. 12. dub. 9.*

RESOL. XLII.

An infirmus, qui non poteſt recitare maiorem partem Officij, v. g. Matutinum cum Laudibus teneatur recitare minorem, quam poteſt, vt Horas, verbi gratia?

Et an quis non obligetur recitare Matutinum, ſi impotens eſt recitare Lectiones, quia habet Diurnum, & caret Breuiario, vel viſu, aut alia de cauſa? quod tamen de Officio nouem Lectionum intelligendum eſt, non autem de Officio trium Lectionum, quia defectus videtur paruulus? Ex p. 4. tr. 4. & Miſc. Reſ. 225.

Sup. hoc lin. 2. & 3. §. 1. Reſ. 41. & Reſ. 98. §. 1. obiter. poſt initium. & verſum.

§. 1. AFfirmatiuam ſententiam docet Lezana *in ſumma qq. Regular. cap. 12. num. 27.* vbi ſic ait: Qui propter aliquam cauſam, infirmitatem ſcilicet, excuſantur à dicendo totum Officium diuinū, non tamen excuſantur à dicenda illa, vel illis Horis Cononicis, quas commodè dicere poſſunt: ſicut qui debet centum, & non poteſt ſoluere niſi decem, tenetur decem ſoluere: & ſicut qui non poteſt ieiunare totam Quadrageſimam, tenetur ieiunare illis diebus, quibus poteſt. Ita Lezana, & ante illum Suarez *tom. 2. de Religione lib. 4. cap. 28. n. 22. & 27.* Valentia *tom. 2. diſput. 6. quæſt. 2. punct. 10. §. 7.* & Oliuerius Bonartius *de Horis Canonicis lib. 2. cap. 40.* Sed mihi contraria ſententia magis placet, quam tuetur nouiſſimè Caſtrus Palaus *tom. 2. diſp. 2. punct. 6. num. 9.* vbi ita aſſerit. Tertiò dico, mihi probabiliorem eſſe ſententiam aſſerentium, te non eſſe obligatum Officium recitare, ſi maiorem illius partem non poteſs: tum quia maior pars trahit ad ſe minorem: tum quia ita videtur eſſe conſuetudine receptum, ne infirmi, & debiles, vel alias impediti, ſcrupulis, & perplexitatibus vexétur, quod ſine dubio contingeret, ſi potens ſine notabili damno recitare quamlibet Horam, ad illam teneretur; quis enim determinare poſſet, quot Horæ tibi momentum graue afferrent; aut quis aſſumare vnam ſolam horam, ex minimis graue nocumentum allaturam? Ne igitur perplexus ſis, ab omni Hora videris excuſatus, cùm maiorem Officij partem recitare non potes; v. g. cùm non potes recitare Matutinum cum Laudibus, quia hæc eſt pars maior, prima, & præcipua Officij. Ita Caſtrus, qui citat Nauarrum, & Leſſium.

Sup. hoc omnino quæ nouiſſ. ſol. nat. tertia eſt ſen. Ex pro. lin. 2. huius & proc. Reſ. 41. ad medium & in aliis eius de annot.

2. Notandum eſt etiam hic obiter cum dicto Caſtro Palao *num. 7.* id, quod alibi notauimus aliquem non eſſe obligatum recitare Matutinum, ſi impotens eſt recitare lectiones, quia habet Diurnum, & caret Breuiario; aut viſu, vel alia de cauſa non poteſt; quia excluſis lectionibus, Pſalmi non conſtituunt ſubſtantialiter Matutinum iuxta formam a Pio V. præſcriptam: ergo, &c. vnde in facti contingentia, cum alicui nauiganti caſu cecidiſſet Breuiarium in mare, licèt haberet Diurnum, putaui non fuiſſe obligatum Pſalmos Matutini recitare; ſed Laudes cum reliquis Horis quia erat maior pars Officij & erant partes diſtinctæ præcepti, quarum vna ab alia non pendet. Quod tamen de Officio nouem Lectionum intelligo, non de Officio trium, quarum defectus videtur paruus vt notauit Thom. Sanchez *lib. 1. in Decalog. cap. 19. num. 7.*

RESOL. XLIII.

Ad quid teneatur, ſi dubius quis eſt, an poſſit maiorem partem Officij recitare?

Et

Et quid si Medicus etiam dubius est an grauiter sit nocitura recitatio ? Ex part. 4. tractat. 3. Resol. 67.

§. 1. SVppono aliquem non esse obligatum Horas recitare, si maiorem partem non possit, ideo ad dubium propositum respondeo in tali casu te posse & debere iudicio Medici conformare; qui si asserat nocituram recitationem, deobligabetur. Verùm si Medicus dubius est an grauiter nocitura sit recitatio, Suarez *de Religion. tom. 2. cap. 28. num. 21.* inclinat te esse obligatum, quia præceptum & illius obligatio est certa, & causa excusans dubia; præualet ergo præcepti obligatio. Bonacina *de Horis Canonicis d. punct. 1. quæst. 6. punct. 1. numer. 4.* negat te esse obligatum, quia non teneris periculo grauis damni te exponere, ob præcepti Ecclesiastici adimplectionem; & hoc probabilius putat Castrus Palaus *tom. 2. disp. 2. punct. 6. n. 10.* quia periculum illius grauis damni causa est certa, & non dubia, qua stante, præceptum Ecclesiasticum non obligat, esset enim obligatio rigorosa, ergo, &c.

Sup. hoc in Resol. 67. §. 1. vers. Et quid si Medicus etiam dubius est an grauiter sit nocitura recitatio ? Ex part. 4. tract. 3. Resol. 67.

RESOL. XLIV.

An quando Medicus dubitat, si propter timorem grauis damni teneatur infirmus dicere Horas Canonicas, an ipse æger illas persoluere sit obligatus ?

Et an in dicto casu recurrendum sit ad Superiorem pro dispensatione ? Ex part. 2. tractat. 12. Resol. 18.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docere videtur Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 28. num. 21.*

2. Sed mihi placet opinio Bonacinæ *tr. de Horis Canonicis, disp. 1. q. 6. punct. 2. n. 5.* vbi sic asserit: [Cùm verò Medicus ipse dubitat, an morbus grauis sit, vel leuis, seu recitatio nocitura sit, ægrotum ad Horas recitandas non teneri arbitror; quia non tenetur se periculo grauis damni exponere: quicquid in oppositum sentire videatur Suarez.] Ita ille. Filliuc. verò *tom. 2. tract. 23. c. 9. num. 395.* Villalob. *in summ. tom. 1. tract. 24. dub. 16. num. 2.* Maldetus *in 2. 2. tract. 10. c. 2. dub. 5.* putant in tali casu, quando videlicet Medicus est dubius, recurrendum esse ad superiorem pro dispensatione; sed opinio Bonatinæ est probabilis.

RESOL. XLV.

An persoluere Horas Canonicas in loco, vbi naturæ debitum reddatur, sit peccatum veniale ?

Et an qui priuatim recitant, communiter non teneantur ad recitandum flexis genibus; vel stando, quiescendo, vel ambulando, aut equitando &c. sed possint recitare, vt voluerint, habita solum ratione reuerentiæ ?

Et docetur omnes Rubricas, quæ habentur pro audienda Missa, & recitatione Officij Diuini, flexis genibus, capite discooperto, & inclinato, vel stando, aut surgendo, vel hoc, aut alio modo maximè præcipi pro recitatione publica, & Missa solemni propter significationem Mysteriorum, in quarum memoriam sunt institutæ huiusmodi cæremoniæ, & debent communiter seruari in recitatione priuata, quamquam, si in hac omitterentur ex aliqua causa, & sine contemptu, nullum esset peccatum, ex eo quod prædictæ Rubricæ propriè non habent vim legis, aut præcepti, sed solùm directionis, & Regulæ, vt officium magis pie, & religiosè dicatur ?

Et quæritur, an qui recitat officium diuinum priuatim, satisfaciat, vt vocem formet, mouendo tantum labia, etiam si à seipso non audiatur, nec audiri possit ?

Et docetur, quid requiratur, vt sit vox ?

Et an sit necessarium verba formare, vel satis sit dicere verba omnia mentaliter ? Ex p. 10. tract. 11. & Misc. 1. Resol. 33.

§. 1. OLim de hac quæstione magna altercatio mihi fuit cum quodam Patre Dominicano: qui affirmatiuæ sententiæ adhærebat cum Marcello Vvlpe *in praxi Iudiciali Fori Eccles. c. 11. n. 25.* Hieronymus Garcias *in Summa Theol. Mor. tr. 2. disput. 6. dub. 1 n. 1* Martino de San Ioseph *in Monitis Confess. tom. 1. lib. 2. tract. 11. n. 6.* & Castro Palao, *tom. 2. tract. 7. disp. 2. punct. 4. num. 7.* Sic ait: Locus autem pro priuata recitatione nullus est ab Ecclesia signatus, ac proinde in quocumque satisfacere præcepto potes. Si tamen absque aliqua necessitate in locis immundis, vel distractioni expositis recites; peccabis ad minimum venialiter: quia irreuerenter procedis. Ita ille. Et ratio, est quia non videtur adhiberi debita reuerentia rei Sacræ: & qui cum viro nobili in Dignitate constituto vellet in loco indecenti, sine necessitate, colloqui; inurbanitatis notam incurreret. Hanc sententiam sequutus est Gerardus Carthusianus *in libro de assiduitate orandi*, vt refert Nauarrus, *cap. 5. de Oratione, Dicto 4. n. 5.* qui dicit: Nonnullos loqui cum Deo, vbi verecundarentur loqui cum suis canibus: & pro re horrenda refert, se audiuisse Sacerdotem quendam recitantem Vesperas in Latrina. Sotus *lib. 10. de Iustitia, quæst. 5. art. 4. conclus. 3. fin.* ait: Locis indecentibus, vt vbi profana fiunt, & inter comportandum, & dum naturæ ceditur, esse non potest absque culpa. Idem dicit Graffius, *part. 1. Decisionum, lib. 2. cap. 53. num. 3.* vbi ait, esse peccatum veniale. Molfesius *in Summa, tract. 5. cap. 2. num. 80.* refert, quendam Ecclesiasticum, qui Diuinum Officium in locis immundis recitabat, in eundem locum post mortem ad luendas indecentiæ suæ pœnas transmissum fuisse. Alia exempla refert Carolus Macignus *tractat. de Horis Canonicis cap. 18. num. 12.* & Bonacina, *tom. 1. tractat. de Diuino Officio, disp. 1. quæst. 3. punct. 5. num. 6. vers. Limita 2.* ait: Peccatum veniale committitur, recitando sine causa in loco indecenti.

Sup. hoc infra in Resol. 68 §. vlt. circa fin ad medium.

2. Sed recitationem in his locis culpa veniali carere, tuetur Sanchez *in Opusculis libro 7. cap. 2. dub. 44. numero 4.* Trullench *in Decalogum, tom. 1. libro 1. capite 7. dubio 20. numero 2. & dubio 6. numero 12.* Escobar *de Horis Canonicis quæstione 4. num. 102.* Persicus, *capite 10. dub. 1. num. 4.* Faustus, *lib. 1. quæst. 150. & libro 2. quæst. 187.* & alij: tum quia nulla est ratio, cur specialis loci conditio postuletur; cum Deus sit vbique, & vbique agnosci, & orari possit, & debeat. Tum quia sic probari videtur, Psalm. 102. *In omni loco dominationis eius, benedic anima mea Domino.* Et ibi Glos. ait: Vbi non dominatur, ibi non benedicatur; vbique dominatur, vbique benedicatur: nullus excusatur. Sicut ergo nulla creatura, sic nullus locus à laude Dei excipitur. Tum quia Iob in Sterquilinio orabat, Ionas in ventre Ceti, Daniel inter Leones, & sic alij alibi. Igitur nullus locus exceptus est ad orandum. Et ideò receptum est, quòd possint licitè Horæ Canonicæ persolui, dum corpus euacuatur cæteris concurrentibus circumstantiis.

3. Et

3. Et post hæc scripta inuenio, hanc sententiam docere sapientissimum Caramuëlem, nunc meritò Episcopum Misiensem, maiorum honorum dignissimum, *in Theol. Regul. disp.* 101. *n.* 1326. Quia, ait ille, in illo loco potest quis præstare omnia requisita, potest enim habere attentionem, & deuotionem extrinsecam, & bene pronuntiare; ergo & satisfacere: nam bene satisfacit, qui ponit omnia requisita. Nec ille locus potest esse causa non satisfaciendi; quia ibi Petrus aliis præceptis maioris momenti satisfacit; ergo & obligationi legendi. Consequentia est clara, non enim maior ratio est vnius, quàm alterius. Minorem probo: Quia in illo loco concomitanter satisfacit stabilitati, Castitati, Paupertati, &c. voluntate habituali; & quod fortius, & efficacius est, etiam operationi actuali satisfacit Decalogo, indicenti omnes actiones necessarias ad sustentationem indiuidui; tum etiam Regulari Statuto, indicenti modum satisfaciendi huiuscemodi necessitatibus. Ergo secretus locus non est indecens ad legendum priuatim. Ita ille.

4. Nota verò, quòd id, quòd diximus de loco, eum non esse determinatum, & certum pro Horis Canonicis priuatim dicendis; sed posse sufficere quemcumque; idem est etiam de situ corporis, qui est veluti modus existendi in loco. Qui enim priuatim recitant communiter non tenentur ad recitandum flexis genibus, vel stando, & quiescendo, vel ambulando, aut equitando, &c. sed possunt recitare, provt voluerint: habita solùm ratione reuerentiæ, quæ semper est debita Deo: & propriæ necessitatis, quæ potest vnicuique contingere potius vno tempore & vno loco, quam alio: & ex communi sententia sic notant Nauar. *de Orat. c.* 4. *n.* 2. *& seqq.* & Bonacina *de Hor. Canon. disp.* 1 *q.* 3. *punct.* 5. *n.* 5. *& punct.* 6. *n.* 4. Neque ex iure diuino, aut naturali est aliquid determinatum in hac re: & quæ habentur ex iure Ecclesiastico de stando v. g. ad Euangelium in Missa, *c. Apostolica de Consecr. dist.* 1. de non geniculando inter Pascha, & Pentecosten, *cap. Quoniam de Feriis*: de assurgendo ad Gloria Patri, ex Concilio Basileensi, *sess.* 21. & similia, non tam habent vim præcepti, quàm directionis. Et si quid peculiariter præcipitur in Rubricis, vt recitetur flexis genibus, vel capite discooperto, & inclinato, vel stando, & surgendo, vel hoc, aut illo modo, maximè præcipitur pro recitatione publica, propter significationem Mysteriorum in quorum memoriam sunt institutæ huiusmodi cæremoniæ: & debent communiter seruari etiam in recitatione priuata: quanquam in hac, si omittuntur ex aliqua causa, & sine contemptu: nullum sit peccatum, & reuera non habent propriè vim legis, aut præcepti: sed solius directionis, & regulæ, vt Officium magis piè, & magis religiosè dicatur. Vide Palaum, *vbi supra*, qui etiam docet sedere, cùm standum est, vel stare, cum est flectendum ex Rubricæ præscripto, non videtur esse peccatum, si absque contemptu fiat: quia non videtur præcipi, sed consuli, & ordinari maioris deuotionis gratia. Idem etiam docet Garcias, loco citato.

5. Nota etiam hic obiter, opinionem Azorij, & aliorum, quam ego alibi impugnaui, asserentium recitantem priuatim Diuinum Officium, satisfacere, si vocem formet mouendo tantum labia, etiamsi à seipso non audiatur, nec audiri possit: Hanc inquam, opinionem nouissimè docere Leandrum *de Sacram. tom.* 2. *tract.* 6. *disput.* 16. *quæst.* 18. & Caramuëlem *in Theol. regular. disp.* 108. *num.* 1381. vbi sic ait: Sufficit, quòd is, qui Horas recitat, eas voce, & ore proferat, siue à seipso, aut ab alio audiatur, siue non. Ratio est, quia non est præceptum de auditione, sed de prolatione: ergo, si prolatio ponatur secluſa auditione, nihil fit contra præceptum. Quid opus est multiplicare obligationes non præceptas, cùm sit satis difficile satisfacere præceptis? Agamus igitur quòd lex iubet, & quando non præcepta omittimus, non credamus nos in peccatum labi: ideoque cum lex Ecclesiastica solam lectionem Horarum, & non auditionem præcipiat, non est asserendum eam ad satisfaciendum requiri: Rogas quid requiratur, vt sit vox; Respondeo, linguam & labia moueri: anhelitus enim necessariò sequitur. Ratio est, quia vox nihil aliud est, quàm respiratio fracta certo modo per labia, & linguam: atqui non possunt labia, & lingua moueri, quin frangatur respiratio: ergo nec moueri poterunt, quin sit vox. Quomodocumque igitur articulent, est vox: ergo & pronuntiatio audibilis, ac proinde præcepto satisfaciens. Ita ille, cui addeme citato Bossium in *Flor. Theolog. verb. Hora Canonica* 2. *n.* 15. Et quidem vt obseruat Baldellus, *in Theolog. Mor. tom.* 2. *lib.* 3. *disp.* 34. *n.* 15. Oratio vocalis satis habet, si sit alligata ad certa verba, quæ præscribit Ecclesia: & cùm non sit directa ad homines, quos solùm per voces, & per signa sensibilia possumus alloqui: neque ad nos ipsos in quantum indigemus externis sensibus, & obiectis sensibilibus, sed solùm ad Deum, quem possumus alloqui, & orare sine vllo strepitu, aut sono verborum: non potest, vt sui mensuram, habere auditum ipsius orantis, & tantùm requirere sonum vocis, quantus sufficiat ad mouendum illius auditum. Et alioqui, si ipse orans esset surdaster, & auditus hebetioris, omninò deberet orare altius, quousque posset se ipsum audire; ac proinde non posset Horas persoluere in Ecclesiis, vel coram aliis, sine magna illorum molestia, & perturbatione; quod tamen nō est dicendum. Imò ex Nauarro, *de Oratione, c.* 19. *n.* 88. *& c.* 20. *n.* 14. propter hanc causam disputatiuè potest defendi, quòd neque etiam sit necessarium vllo modo vocem formare? sed satis sit dicere verba omnia mentaliter; cùm vox non possit requiri propter Deum, ad quem laudandum, atque orandum sunt institutæ Horæ Canonicæ; sed solùm propter homines, qui sunt excitandi, & iuuandi ad deuotionem; quod tamen non intenditur, quando Horæ Canonicæ recitantur priuatim, & extra Chorum. Sed hoc vltimum mihi non placet; & prorsus reijciendum esse puto. Non audeo tamen sententiam Azorij, Leandri, Caramuëlis, & aliorum, provt suprà explicauimus, tanquam improbabilem damnare; quam post hæc scripta inuenio etiam docere doctum Patrem Martinum de San Ioseph *in Monitis Confessar. tom.* 1. *lib.* 2. *tr.* 4. *n.* 15. Sed non discedo à contraria sententia, quam olim docui, & quam nouissimè me citato docet Escobar, *tract. de Hor. Canon. quæst.* 4. *num.* 84. vbi sic ait: Probabilius, ac tutius censeo, esse necesse ita verba pronuntiare, vt sublato impedimento possis te ipsum audire; quamuis de facto non te audias: nam non erit perfecta pronunciatio verborum, quæ saltem ab ipso proferente non audiatur, aut audiri non possit, sublatis impedimentis. Hæc ille, qui citat Molfesium, Valentiam, Reginaldum, Toletum, Faustum, & alios.

Alibi infra in Resol. 51. 52. 53. & 60. cursim in §. Secundò nemo, & magis latè in §. Ad secundum.

Sup. hoc infra in §. 4. & 5. in alijs eorum locutionibus.

RESOL. XLVI.

Qui incipit recitare animo non satisfaciendi pro tunc, sed postea reiterando, & tamen pertæsus postea vult satisfacere illa prima recitatione, quæritur, an satisfaciat obligationi cum illa prima recitatione?

Idem est de auditione Missæ & de pœnitentia à Confessario iniuncta.

Et an teneatur postea mutare intentionem, intendendo satisfacere Officio priori, vel satis sit, si se satisfecisse sciat, non obstante sua contraria voluntate? Ex p. 2. tract. 12. Resol. 37.

§. 1. Negati

NEgatiuè respondet Carolus Macigni *tr. de Hor. Canon. c.*48. *n.*8. & Azorius *part.*1. *lib.*10. *c.*1. *q.*7.

2. Sed ego contrariam sententiam puto omnino sustinendam esse, cum Portel *in addit. ad dubia Regular. ver. Hora Canon. numer.* 5. Lessio *lib.*2. *cap.*37. *dub.*10. *n.*59. Sanchez *in summ. tom.*1. *lib.*1. *c.*13. *n.*16. Aragon. *in* 2.2. *quæst.*83. *art.*3. Henriquez *lib.*9. *c.*13. *num.* 9. Garsia *de benef. tom.* 1. *part.*3. *c.*1. *num.*198. Squillante *de oblig. Cler. par.*2. *dub.*22. Valentia *tom.*3. *disput.*6. *quæst.*2. *punct.*10. Vasquez *in p.*2. *qu. de benef. cap.*4. §.1. *dub.*7. *num.*114. Molfesio *in summ. tom.*1. *tractat.*5. §..... *cap.*1. *numer.*40. & 52. Naldo *in summ. ver. diuinum Officium*, *n.*3. & 8. Filliucio *tom.*1. *tract.* 23. *cap.*8. *q.*1. *num.*251. & alijs.

3. Et ratio est, quia ad implendam obligationem legis sufficit, vt quis faciat omne illud, quod lex imperat, quamuis non habeat intentionem satisfaciendi tali legi; per leges enim solùm præcipitur libera, & humana externi operis exequutio, & non vt fiat ex tali intentione. Cùm ergo talis verè actu humano, & libero Officium recitet, quantumuis nolit satisfacere, verè præcepto satisfaciet.

4. Et idem dicendum est de auditione Missæ, vt alibi diximus, & de pœnitentia à Confessario iniuncta. Nec opus est, vt voluntas mutetur tempore opportuno; id est, intra obligationis præcepti tempus, & velit per Officium præcedens satisfacere præcepto: quia ego puto, quod non tenetur postea mutare intentionem, intendendo satisfacere priori Officio: sed satis est, si se satisfeciſſe sciat, non obstante contraria sua voluntate. Et ita docet Sanchez *loco citato*, *num.* 14. & 15. quicquid in contrarium probabiliter etiam asserat Suarez *in* 3. *part. tom.*3. *disput.*88. *sect.*3. & Aragon. *in* 2. 2. *quæst.*83. *art.*13. & alij.

RESOL. XLVII.

An Clerici, Religiosi, &c. recitantes Horas Canonicas sine attentione saltem virtuali, satisfaciant obligationi, & præcepto Ecclesiæ lato in Cap. Dolentes?

Et an si quis cum voluntaria distractione recitat Horas Canonicas, impleat præceptum, & consequenter non peccet mortaliter, neque teneatur, repetere aut fructus beneficij restituere?

Et doctrina huius quæstionis applicanda est etiam in auditione Missæ in die festo. Ex part. 2. tractat. 12. Resol. 2.

PRima opinio est negatiua. Sic omnes ferè recentiores. Fernandez *in exam. Theol. p.*3. *cap.*13. §.6. *numer.*1. Villalobos *in summa*, *tom.*1. *tract.*24. *dub.*15. *numer.*6. Sotus *lib.*10. *quæstion.*5. *art.*5. *concl.*7. Caietan. *in* 2.2. *quæst.*83. *art.*13. Nauarrus *de orat. cap.*13. *num.*18. & 19. Vasquez *in p.*2. *tom.*2. *disp.*160. *n.*30. & 31. Medina *in summa*, *lib.*1. *cap.*4. §.11. Nauarr. *de restit. lib.*2. *cap.*240. Lop. *in instrum. tom.*2. *cap.*103. Emmanuel Sà *verb. Horæ Canonicæ*, *n.*19. Pesantius *in* 2.2. *quæst.*62. *a.*2. *dub.*3. Zerola *in praxi Epis.* p.1. *verb. Horæ Canonicæ*, §.4. Beia *in respon. cas. conscien. p.*2. *cas.*23. Comitol. *in resol. moral. lib.*1. *q.*63. Malderus *in* 2.2. *tract.*10. *c.*2. *dub.*2. Monetæ *de distribut. p.*2. *quæst.*1. *num.*2. Carol. Macigni *de Hor. can. cap.*86. *num.*16. Molfesius *in summ. tom.*1. *tract.*4. *cap.*2. *num.*8. Syluius *in* 2.2. *q.*83. *art.*13. *concl.* 4. & 5. Homobonus *de exam. Eccles. p.*1. *tract.*4. *c.*5. *q.*40. Viguerius *instit. Theol. c.*5. §.5. *ver.*31. Gauantus *commen. in Rubr. Missal. tom.*2. *sect.*1. *cap.*6. *rit.*4. *n.*2. Bellochius *in praxi, de cas. reser. part.*2. *q.*15. *num.*19. Conradus *in resp. cas. conse. p.*1. *q.*244. Rodriguez *tom.*1. *cap.*143. *num.*1. Vegha *in summa, tom.*2. *c.*128. *cas.*20. Valentia *tom.*3. *disp.*6. *q.*2. *punct.*10. Azorius *part.* 1. *lib.*10. *cap.*16. *q.*6. Ledesma *in summa*, *tom.*2. *tr.*9. *cap.*4. *concl.*20. Squillante *de oblig. Cler. p.*1. *dub.*20. *n.*16. Suarez *de relig. tom.*2. *lib.*4. *c.*26. *n.*3. & *de censuris, disp.*4. *sect.*2. *n.*25. Aragon. *in* 2.2. *q.*83. *art.*13. Sayrus *de censuris*, *lib.*3. *c.*4. *n.*23. Salas *de legib. disp.*9. *sect.*9. *n.*24. Lorca *in part.*2. *tom.*2. *de legib. disput.*16 *membr.*2. Raphaël de la Torre *in part.*2. *tom.*2. *de Horis canonicis, contr.*9. Anton. Ragucius *de officio Canonicorum in choro*, *q.*9. *num.*2. & alij penes citatos. Probatur primò: quia in *cap. Dolentes*, *de celebratione Missarum*, præcipitur, vt Officium diuinum celebretur studiosè pariter, & deuotè: quod significat internam attentionem, & deuotionem: vnde Glossa, *deuotè*, quantùm ad officium mentis. Secundò, in dicto cap. *Dolentes*. Ecclesia præcipit verum actum orationis: sed actus externus, sine interno, non est talis: ergo ille non solus præcipitur. Minor probatur: quia oratio consistit in actu interno, est enim colloquium cum Deo: ergo requirit attentionem erga Deum.

2. Verùm opinio contraria placuit Durando *in* 4. *sen. dist.*15. *q.*12. Sylvest. *verb. Hora, num.*13. Medinæ *Cod. de oratione*, *q.*14. Angelo *verb. Horæ*, *num.*17. D. Antonin. 3. *part. tit.*13. *c.*4. §.8. Rosellæ *verb. Hora, n.*13. Paludano *in* 4. *dist.*15. *q.*5. *art.*2. *concluſ.*4. Et ex recentioribus illam amplexus est nouissimè Ægidius Coninch *de Sacram. in* 3. *p. q.*83. *art.*6. *n.*291. & Ioan. Valerus *in differentiis vtriusque fori*, *verb. Horæ canonicæ*, *diff.* 1. *per totam*. Et ego sine metu, probabilem esse affirmo cum Lessio *lib.*2. *c.*37. *dub.*2. *n.*63. *in fin.* & Henriquez *lib.*9. *c.*25. *n.*5. *in Glossa, littera P*, & Victorello *in sum. Toleti*, *lib.*2. *cap.*13. & Layman *in Theol. mor. lib.*4. *tract.*1. *c.*5. *n.*10. Vnde, si quis cum distractione voluntaria recitaret Horas Canonicas, impleret præceptum, & consequenter non peccaret mortaliter, neque teneretur repetere, aut fructus beneficij restituere. Et ratio est: quia nemo potest præcipere aut vetare; quod non potest punire; nec potest punire, quod non potest cognoscere; & iudicare: sed Ecclesia, extra Confessionem, non potest cognoscere, & iudicare actus internos: ergo dicendum est, quòd non potest eos præcipere, aut vetare.

3. Ad argumentum contrariæ sententiæ respondet Ægidius, in illo cap. *Dolentes*, solum præcipi actum studiosum externum: vt, videlicet, exerceatur cum talibus circunstantiis externis, quæ necessariæ sunt ad constituendum actum externum religionis, ita vt non peccetur exterius contra religionem.

4. Et hoc patet ex contextu: nam ibi agitur contra illos, qui in diuino Officio fabulantur cum sæcularibus. Ad secundum argumentum respondetur, actum externum orationis debitè factum cum externa attentione, putà sine confabulatione, risu, &c. esse verè actum externum virtutis religionis; quemadmodum adoratio externa Idolo facta, est verus actus externus idololatriæ; & licèt illum exercens non intendat interius adorare Idolum.

5. Hæc doctrina est etiam applicanda in auditione Missæ: & sic satisfaceret præcepto Ecclesiæ de audiendo Sacro, si quis Missam audiret voluntariè distractus, dummodo cum externa reuerentia assistat; ita vt verè possit dici hic, & nunc actum externum religionis exercere, ac cum Sacerdote celebrante, propter illam externam attentionem, communicare: nam, si aliter faceret, puta confabulando, ridendo, &c. non posset dici decenter, ac humano,

Sup. hoc in Resol. 1. not. præteritæ §. 1. prope finē, & supra in tr. 1. Resol. 29. §. Secundum Clericum, & §. Secundo, Beneficiarius & §. Ex quo, & etiam pro restitutione fructus, & in tom. 2. tract. 3. Resol. 3. à lin. 5. & in Resol. 4. ex doctrina §. Sed si, à lin. 4. & in Resol. 25. in fine, & ibi in tract. 1. in Resol. 145. §. 2. cursim ad medium, vers. Quæ dicta.

Et pro contento in hoc §. vlt. in Resol. seqq paragrapho primo prope finem, vers. Qui voluntariè. & in cæteris aliis Resol.

& §§. annot. secundæ huius Resol.

no, & religioso modo audire Missam. Et hæc est opinio Ægidij de Coninch *vbi supra*, *num.* 297. & post illum hanc sententiam docet etiam Layman *in Theol. mor. lib.* 4. *tract.* 7. *cap.* 3. *numer.* 2. Salua semper, &c.

RESOL. XLVIII.

An si quis recitet Horas Canonicas, & audiat Missam sine interna attentione, satisfaciat præcepto?

Et an talis possit absolui, etiam si emendationem non proponeret?

Et an, qui voluntarie distractus recitat Horas, impleat præceptum, & non teneatur repetere, neque fructus beneficij restituere?

Et quid si careat attentione extrinseca ex inaduertentia?

Idem totum est dicendum de auditione Missæ. Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. Resol. 30.

Quæ hic est Resol. antecedens, & in aliis eius primæ annet.

§. 1. HAnc quæstionem ego pertractaui *in part.* 1. *tr.* 12. *resol.* 2. vbi asserui opinionem negatiuam esse probabiliorem, sed affirmatiuam tanquam probabilem admittendam esse putaui ex auctoritate magnorum virorum tam veterum quam recentiorum. Verùm intellexi acriter contra me sic sentientem insurrexisse nouissimè quendam Anonymum; & post paucos dies accepi ab ipso Epistolam cœcam in qua sic parum modestè mecum agebat, vt nihil amplius dici aut excogitari poterat: Ego ei non rescripsi, quia nomen nesciebam, nunc verò pro responsione erit præsens resolutio. Et licet lacessitus, omnia ei condonando, asserо, nostram sententiam quam ipse tam immodestè impugnauit docere, eo pacto quo ego docui ex Religione Patrum Capucinorum, doctissimum Ludouicum Caspensem *in suo cursu Theolog. tom.* 1. *tr.* 13. *de legibus, disp.* 3. *n.* 82. Vbi postquam probasset attentionem internam esse necessariam in recitatione diuini officij, & auditione Missæ, postea vt ego feci *vbi supra* contrariam sententiam tanquam probabilem, & tutam in praxi admittit; Sic itaque asserit, Secunda conclusio. Quamuis hoc putem esse probabilius, adhuc tamen non condemnarem oppositam sententiam tanquam improbabilem, sicque iuxta opinionem multorum, leges humanæ non possunt præcipere, neque prohibere actus internos, qui cum exterioribus per accidens coniunguntur, & ex consequenti posset absolui ille, qui voluntariè distractus recitat Horas Canonicas, vel audit sacrum, etiamsi emendationem non proponeret; ita Henriquez *lib.* 11. *de Missa, tom.* 2. §. 5. & plures alij ex antiquis. Et ex recentioribus eam defendunt, Valerius *in differen. vtriusque for. verb. horæ Canon. differ.* 1. Ægidius Coninch *de Sacram. q.* 83. *art.* 6. *n.* 291. & eam reputat probabilem, Lessius *lib.* 2. *c.* 37. *dub.* 11. *n.* 63. Layman *lib.* 4. *tr.* 1. *c.* 5. itaque secundum hanc probabilem sententiam, qui voluntariè distractus recitaret horas Canonicas impleret præceptum & non teneretur repetere neque fructus beneficij restituere.

Sup. hoc in Resol. not. præteritæ §. Verum. à medio vsque in finè præcitatæ Resol. & in cæteris aliis eius not. quæ est secunda dictæ Resol.

2. Fundamentum huius sententiæ est vnicum, quia lex humana non potest præcipere aut vetare quod non potest punire, nec punire quod cognoscere & iudicare non potest. Sed nulla potestas humana potest cognoscere & iudicare actus internos; ergo neque eos præcipere aut vetare.

3. Vnde *in cap. dolentes*, secundum hanc opinionem tantum præcipitur actus studiosus externus, vt scilicet cum talibus circunstantiis exerceatur quæ ad actum religionis externum necessariæ sunt. Ita Ægidius Coninch *loco citato*. Vbi etiam docet actum externum orationis debitè factum cum externa attentione hoc est sine externa confabulatione, risu, &c. esse verè actum externum Virtutis Religionis; sicut adoratio externa Idolo facta, licet quis non intendat interius adorare Idolum, est verus actus externus Idolatriæ. Hucusque Caspensis; Vnde omnia maledicta quæ in nostram sententiam eructauit supradictus Anonymus iacula, & vulnera fuerunt supracitati celebris Doctoris.

4. Et nota quòd post hæc scripta inueni alium Auctorem dictæ Religionis aientem non esse improbabile quod in recitatione officij diuini non sit necessaria attentio interna. Et is est Eligius Bassæus *in Florib. Theolog. practic. verb. Horæ Canon.* 1. *n.* 21. Igitur iterum asserо sententiam Doctorum aientium horas Canonicas, & Missam esse recitandas & audiendam cum interna attentione sub præcepto lethalis culpæ esse probabiliorem & consulendam, sed contrariam esse probabilem; Imò non solùm hanc sententiam me citato probabilem esse, sed etiam absolutè intentionem internam non esse necessariam sub præcepto peccati mortalis in recitatione officij & auditione Missæ docet & sustinet ex inclyta & nunquam satis laudata Societ. IESV nouissimè sapientissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo *de Sacram. Euchar. disp.* 22. *sect.* 2. *n.* 27. ad quem legendum Anonymum impugnatorem remitto; qui etiam recognoscat ex eadem Societate Comitolum *in Resp. moral. lib.* 1. *q.* 63. & Tiberium *in Instruct. pro Ordinandis, c.* 13. *q.* 92. cum P. Iosepho de Augustino *in sua Breui Notitia &c. de* 1. *Præcepto Eccles. n.* 7. vbi tanquam probabilem nostram sententiam admittit.

5. Notandum est etiam quod nouissimè etiam Ioan. Caramuël *in Regulam Diui Benedicti disp.* 108. *art.* 1. *n.* 1377. *& seq.* me citato hanc sententiam tuetur, & solidè defendit. Nec obstat, ait ipse quod *in cap. dolentes* præcipiatur verus actus orationis: atqui actus externus sine interno non est vera oratio ergo præcipitur internus. Respondeo distinguendo maiorem. Præcipitur verus actus orationis, externæ concedo, internæ nego. Atqui actus externus sine interno non est vera Oratio, distinguo: mentalis? concedo: vocalis? nego. Ergo præcipitur internus? nego consequentiam. Probas minorem. Oratio Ecclesiastica est collocutio cum Deo, ergo, requirit actum internum. Distinguo antecedens. Est collocutio interna, nego; externa, concedo: ac proinde nego consequentiam.

6. Deinde petit Caramuël quid si recitans horas Canonicas, careat attentione extrinseca ex inaduertentia; & respondet probabile esse eum nec peccare, nec teneri repetere sic lecta, sed verum non esse. Probabile quidem, quia asseritur à Gregorio de Valent. 2. 2. *disp.* 6. *q.* 2. *punct.* 10. Nauarro *in Manual. c.* 25. *n.* 107. & Lairuelz *in Optica spe.* 59. *inst.* 5. Non esse verum, quia eodem modo tenetur quis attendere extrinsecè, quo legere: atqui si ex inaduertentia lectionem omiserit, tenetur legere omissa cùm primum aduerterit; ergo si inculpabiliter & inuoluntariè fuerit distractus extrinsecè tenebitur eâ repetere quæ legerit sine attentione extrinseca. Et quod dictum de Horis Canonicis, Caramuël etiam nobiscum sentit de auditione Missæ. Qui tandem *n.* 1379. asserit quod aliqui licet concedant attentionem extrinsecam ad satisfaciendum Ecclesiastico præcepto sufficere, asserant nihilominus insufficientem eam esse ad meritum. Verùm hæc assertio planè improbabilis est, cùm includat contradictionem euidentem; quicunque enim constitutus in gratia legi morali satisfacit, circa controuersiam meretur; atqui ille, qui cum sola attentione extrinseca legit Horas, satisfacit ex illorum & mea sententia præcepto morali de legendo officio: ergo citra controuersiam meretur, si in gratia sit constitutus. Ita Caramuël, non assentior tamen supradicto

præfecto Caramuëli asserenti, esse improbabilem sententiam illorum, qui ad recitationem Horarum Canonicarum requirunt sub peccato mortali attentionem internam, nam puto esse probabilem, & forsitan probabiliorem, nam actus internus quando pertinet ad substantiam actus externi potest præcipi ab Ecclesia. Omitto verò alias rationes.

RESOL. XLIX.

An qui recitat Horas Canonicas lingua Italica, Hispanica, aut alia vulgari sine causa, peccet mortaliter?

Idem est quando obligatio oritur ex voto, aut pœnitentia Confessoris.

Et quid si recitaret Officium diuinum lingua Hebraica, aut Græca?

Et cursim infertur, quod licentia celebrandi Missam vulgari lingua, non conceditur nisi à Papa, & ex graui necessitate.

Et aduertitur, quod si quis pro arbitrio notabiliter mutaret in Sacrificio Missæ vestes sacras quoad solum colorem, vel quoad solam formam, peccat mortaliter. Ex p.9.tr.7.& Misc.2 Resol.67.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Bonacina *de Hor. canon. disp.1. q.3. punct.1.n.15.* cui addè nouissimè Escobar à Corro *tract. de Horis canon. q.4. §.1. n.5.* vbi firmat, diuinum Officium recitari hac, vel illa lingua, nempe, an Latina, vel vulgari, an Græca, vel Hebraica, nihil interest quoad præcepti substantiam, quæ in significatione verborum consistit, & eadem est quacunque lingua. Quod ampliatur, vt procedat Regula, dum obligatio recitandi oritur ex voto, aut ex pœnitentia Confessoris, vt si fuerit recitandi Psalmos Graduales, aut Pœnitentiales, aliásve Preces: nam persolui poterunt materna lingua, Latina, aut alia qualibet.

2. Limitanda est tamen hæc sententia, vt intelligatur, quoad satisfactionem substantiæ præcepti: quoad peccatum mortale, & restituendi distributionem verò quoad peccatum veniale, deficiente iusta causa: nam propter magnas causas vsus Bibliorum, ex quo maximè diuinum Officium constat, interdictus est vulgari sermone. Ita supracitati, & omnes.

3. Non tamen, quòd ex iusta causa quis liber erit ab omni peccato, recitando vulgari lingua diuinum Officium. Si verò vellet ex deuotione aliquos recitare Psalmos, poterit materna lingua eos persoluere, etiamsi, vt diximus, ex voto ad id teneatur, nisi misceatur aliqua actio peccaminosa, vt erit iocus, contemptus, superstitio, & similia. Vide etiam Macignum *tract. de Horis canon. c.19. n.47.*

4. His tamen non obstantibus, affirmatiuam sententiam tenet doctus Pater Baldellus *in Theol. moral. tom.2. lib.3. disp.21. n.23.* putat enim, recitare Horas canonicas aliqua lingua vulgari, esse peccatum mortale: nam ex Trident. *sess.22. c.8. de Sacrificio Missæ*, grauiter prohibetur, ne Missa passim celebretur vulgari lingua. Et *Can.9.* anathema dicitur ille, qui dixerit eam debere tantùm celebrari vulgari lingua. Et in Indice librorum prohibitorum, *reg.4.* grauiter prohibentur libri Sacræ Scripturæ vulgari lingua; & qui eos præsumpserint legere, aut habere sine facultate, dicitur non posse percipere absolutionem suorum peccatorum, nisi priùs illos tradiderit Ordinario: quod certè importat culpã longè grauiorem quàm tantummodo venialem, cùm hæc non reddat vllo modo incapacem absolutionis sacramentalis: quod etiam clariùs explicatur in Bulla Pij IV. ad dictum Indicẽ librorum prohibitorum vbi post commendatum ipsum Indicem, & post impe-

ratam obseruationem omnium Regularum, & post latam excommunicationem in eos, qui legerint, aut habuerint libros Hæreticorũ, vel scripta cuiusuis Authoris damnata & prohibita propter hæresim, vel propter suspicionẽ falsi dogmatis: subditur, quòd qui libros alia de causa prohibitos legerit, aut habuerit, præter peccati mortalis reatum, teneatur sit puniendus arbitrio Episcoporum. Quia ergo, qui recitaret Italicè aut Germanicè, vel quauis alia vulgari lingua Horas Canonicas, sine facultate, & approbatione Sedis Apostolicæ, legeret, & haberet Psalmos, & Lectiones, hoc est, libros Sacræ Scripturæ vulgari lingua cõscriptos, non posset saltem ex hoc capite excusari à culpa mortali. Et qua ratione licentia celebrandi Missã vulgari lingua non conceditur, nisi à Papa, & ex graui necessitate; ita & licentia recitandi Officium eadem vulgari lingua, non est petenda nisi ab ipso; & non est, nisi vsurpatio alienæ iurisdictionis, & in re graui, si quis recitet ex priuata authoritate, & quasi ex iure proprio, sine tali licentia. Et cùm ex eodem Tridẽtino *sess.22. c.8. cit. de Sacrificio Missæ*, in vnaquaque Ecclesia debeat retineri, & seruari antiquus ritus, qui sit approbatus, & permissus, ab Ecclesia Romana, imò vnusquisque in Horis Canonicis debeat sequi modũ, & ritũ suæ Ecclesiæ Metropolitanæ, & ex Bulla Pij V. qui tenentur ad Breuiarium Romanum, & ad morem, & ritum Romanæ Ecclesiæ, omninò teneantur ad præscriptũ; & ad rationem illius: negari nõ potest, quin etiã hæc sit magna audacia, & grauis culpa, ex hoc etiã capite, si quis relicto idiomate sui Breuiarij, Horas recitet ex quouis alio idiomate, à Romana Ecclesia prohibito, aut non approbato, sed sibi tantùm probato, & bene viso. Et hæc etiã mutatio idiomatis potest dici additio, & detractio ad Breuiariũ, quæ specialiter prohibetur in dicta Bulla, siue ex toto siue ex parte, cùm sit detractio omnium verborũ Latinorũ, & additio Italicorum. Et quemadmodũ nõ vacaret culpa mortali, si quis ex proprio ingenio, & solũ pro arbitratu notabiliter mutaret in Sacrificio Missæ vestes sacras quoad solum colorẽ, aut solam formam; ita & si mutet in Horis canonicis solùm idioma, & omnes terminationes, & sonos verborum. Cæteras rationes adducit Baldellus, quas penes ipsum videbis.

5. Quid ergo sentiam, dicam breuiter. Puto igitur, illum qui lingua Italica, seu vulgari, diuinum Officium reciteret, licèt satisfaceret præcepto recitandi, quia quoad substantiam omnia verba recitaret; peccaret tamen grauiter, quia sine dispensatione mutaret antiquissimum, & communissimum Ecclesiæ vsum: & ob hanc causam Concilium Tridentinum *sess.22. c.8. & can.9.* decreuit, vt Missa non vulgari lingua celebretur: & iure optimo in Indice librorum prohibitorum vsus Bibliorum vulgari lingua conscriptorum interdictus est.

6. Dico secundò: Recitando diuinum Officium, vel Psalmos Hebraica, vel Græca lingua, etiam sine vlla causa, non solùm satisfieri præcepto, sed etiam nullum committi peccatum. Ratio est; quia Sacræ Scripturæ semper habitæ sunt his linguis non vulgaribus nempe Hebræa, Græca, & Latina, & Sancti Apostoli, qui per totum terrarum Orbem sanctum Euangelium prædicauerunt, his tantùm tribus linguis scripserunt, cùm tamen haberent donum linguarum. Rectè itaque dixit Emman. Sà *verb. Horæ can. n.10.* quòd potest quis priuatim Officium dicere lingua, qua velit, vt Græca aut Hebræa; etsi ego, vt vulgari dicat, non facilè admiserim. Ita ille, & ego.

7. Sed circa præsentem quæstionem præter Doctores citatos, vide Trullench. *in Decal tom.1. lib.1. c.7. dub.14. n.10.* Castr Palaum *tom.2. tract.7. disp.2. punct.2. n.14.* Faustum *de Horæ can lib.2. q.131.* Suar. *de Relig. tom.2. lib.4. c.7. n.7.* & alios penes ipsos.

Sup. his in tom.5. tr.12. lege doctrinam Resol.6.

Quoad Resol. in tom.2. tr.1. ex Resol. 146. lege §. Quæro quinto ad medium & §. vlt.

Sup. hoc in tom.2. tr.1. Resol.167. §. Nota verò & signanter ad medium pro hoc colore.

RESOL. L.

An qui recitat Officium cum notabili abscissione vltimarum syllabarum, peccet mortaliter, & teneatur denuo recitare?

Et an, qui cum eo recitat Officium satisfaciat suo muneri, vel teneatur repetere?

Et quid est dicendum de nimia acceleratione in canendo?

Et an censeatur aliquid omittere, qui alternatim legens, aut cantans cum aliis sui Chori versus integre recitat, alterius vero auscultat, si modo suos non inchoet priusquam alter finierit?

Et quid, si secus fiat, &c. Ex part. 2. tractat. 12. Resol. 32.

Sup. hoc infra in Resol. 59. §. vlt in principio, & in Resol. 117. lege latam doctrinam §. vlt. ad medium, vers. Optimè Nauarrus.

§. 1. NEgatiuè respondet Filliuc. *tom. 2. tract. 23. cap. 7. num. 242.* Azor. *part. 1. lib. 10. cap. 4. quæstione 11.* Et ratio est, quia non violatur præceptum in re graui; nam cum tali abscissione perseuerat adhuc sensus, & significatio verborum, vnde si abscissio syllabarum variaret notabiliter sensum verborum, sic recitans teneretur denuò recitare. Et ideò Villalobos *in summ. tom. 1. tractat. 24. dub. 10. num. 7.* sic asserit. *El Officio diuino se ha de dezir sin sincopar, prononciando hasta las vltimas palabras, mas el que por mala prononciacion, ò impericia pronunciare mal, cumple con esso; y quando alguno lo hizo esse con advertencia, aunque pecaria, no por esso quedaria obligado à boulver à rezar el officio, como dize Azor, porque guarda la ley quanto a la substancia: lo qual entiendo, quando no fuesse muy grave el excesso, por que si fuesse tal que corrumpiesse el Officio diuino de industria, no cumpliria.* Ita ille.

2. Igitur qui voluntariè persoluendo Horas Canonicas, syllabas abscindit, non tenetur sub peccato mortali diuinum Officium repetere, nisi notabiliter sensus verborum corrumperetur, quod rarò soleat accidere. Nota etiam, quòd qui cum tali recitaret Officium, satisfaceret suo muneri, nec teneretur Officium repetere, nam si sociùs ita recitans satisfacit, vt probatum est, etiam & ipse satisfaciet. Notandum est etiam cum Filliucio *tom. 2. tract. 23. cap. 6. num. 210.* quòd ad hunc defectum reducitur nimia celeritas in canendo; moraliter enim non potest fieri sine syncopa, & aliqua abscissione syllabarum, & etiamsi absque illa efficiatur, tamen est in causa, vt audientes non possint verba percipere, & attendere, vnde ordinariè est tantùm peccatum veniale, neque obligat ad iteratam recitationem Officij, nisi adsit contemptus, vel graue scandalum, seu notabilis corruptio, & deformatio verborum in toto cantu; vnde Syluius *in 2. 2. quæst. 83. art. 13. conclus. 5.* sic asserit. Non censetur aliquid omittere, qui alternatim legens, aut cantans cum aliis sui Chori, versus integrè recitat, alterius verò auscultat, modò suos non inchoet, priusquam alter finierit; si verò secus faciat, mortaliter, aut venialiter peccabit, secundum, quod fuerit magna, vel parua quantitas verborum ita absumptorum, neque satisfaciet præcepto Horarum, quando erit notabilis. Ita ille.

Sup. hoc notato in fine §. 1. not. præterea.

Sup. hoc infra in Resol. 59. cursim à lin. 4.

RESOL. LI.

An qui priuatim recitat Diuinum Officium debeat illud ita pronunciare, vt seipsum audiat? Ex part. 2. tract. 21. Resol. 11.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Reginaldus *in praxi, tom. 2. lib. 8. cap. 12. dub. 5. num. 174.* vbi ait, vocem eius, qui solus, & priuatim recitat Horas Canonicas, non debere esse ita submissam, vt non audiat se ipsum. Idem etiam docet Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 7. num. 6.* [Quando (ait) quis recitat solus, moraliter necessarium est, vt ipse saltem se ipsum possit audire: quia vox debet esse audibilis: ergo saltem ab ipso orante; nam profectò, etiam physicè loquendo, vix potest formari vox, quæ ab ipso loquente audiri non possit, seclusis impedimentis, quæ erunt per accidens, moraliter etiam videtur id necessarium, vt possit quis humano modo explere illud præceptum, & certus fieri, quòd illud sufficienter executioni mandauerit.] Ita Suarez.

Sup. hoc dubium seqq. & pra in §. 41. §. etiam fra in 60. hoc in §. do nec magis in §. 44. cundum seqq.

2. Non reticebo tamen opinionem contrariam docere Azorium *part. 1. lib. 10. cap. 11. quæst. 4.* vbi ita loquitur: [Sanè si quis solus diuinum Officium persoluat, satis est, si sic recitet, & proferat, vt verè dici queat, ore, & voce preces fundere, siue ab alio, siue à se audiri possit, siue non: quoniam à iure solùm cogitur voce, & ore, & non tantùm mente, & animo precari, & orare: ac proinde, si reuerà linguam, & labia moueat, voce orat, non mente duntaxat. Satis igitur est, si dum recitat preces, verba ita proferat, linguam, & labia mouendo, vt seipsum percipiat, & intelligat, non solùm in gutture pronunciet.] Hæc Azorius. Quam quidem opinionem pro scrupulosis tantùm admittit Filliucius *tom. 2. tractat. 23. cap. 3. num. 117.* ita asserens: [Probabile tamen est, quod dicit Azorius, satis esse vocem formare, labia mouendo, etiamsi à nemine, neque ab ipso proferente audiri possit. Quod propter scrupulosos dictum volo.]

RESOL. LII.

An qui priuatim recitat Diuinum Officium, sufficiat vocem formare, labia mouendo, etiamsi à seipso audiri non possit? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. Resol. 10.

Sup. hoc Resol. 51. §. 1. alias voc.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Bonacina *de Horis Canonicis, disput. 1. quæst. 3. punct. 1. §. 1. num. 23.* Zambellus *in Repertorio Morali verb. officium, num. 11.* & nouissimè *in suis eruditissimis Commentariis ad Decalogum,* Ægid. Trullench *tom. 1. lib. 1. cap. 7. dub. 11. num. 9.* vbi sic ait. Quæres, quæ vox sufficiat in eo, qui priuatim recitat; an talis vt ab aliis exaudiri possit. Respondeo satis esse vocem formare labia mouendo, etiamsi à nemine, neque ab ipso proferente audiri possit: quod tanquam probabile & tutum admittendum censeo, non tantùm propter scrupulosos, sed absolutè quoad omnes; quia huiusmodi verè vocaliter orant, vt comprobat ferè communis fidelium vsus; nullo enim præcepto, aut iure probatur: quia præceptum non ad audiendum, sed ad dicendum obligat: & ex alia parte oratio ore & voce fieri potest, etiamsi non audiatur ab ipso recitante. Denique sequeretur surdastros teneri officium altissima voce recitare, aut dici orationem vocalem non facere. Ita Trullench, cui etiam adde instructionem Ordinandorum editam iussu Illustrissimi Martini Real pro Archiepiscopatu Hispalensi *part. 5. §. 2. n. 18.*

2. Sed ego hanc sententiam *in p. 1. tract. 12. resol. 11.* cum Filliuccio pro scrupulosis libenter admisi, sed non videtur absolutè pro omnibus admittenda, quicquid asserant Bonacina & Trullench, quia vox debet esse audibilis; ergo saltem ab ipso orante: & physicè loquendo vix potest formari vox, quæ ab ipso loquente seclusis impedimentis audiri non possit.

Dicendum

Dicendum est igitur esse necessarium verba ita distinctè, & clarè proferre, vt teipsum audire possis: quia verba quæ anditu percipi non possunt, impedimentis seclusis, non videntur verba sed quidam motus in gutture, seu inter dentes facti qui potius sunt inchoatio verborum, quàm verba.

3. Nec valet dicere, quòd Ecclesia solum præcipit, vt voce oretur, non autem tanta, vel tanta, nam respondeo Ecclesiam quidem non præcipere, vt oretur voce tanta, vel tanta; velle tamen, vt oratio sit sensibilis vel vocalis, vt saltem ab illo percipiatur, qui illam recitat: quod satis colligitur, dum passim in Conciliis inculcatur officium distinctè recitandum, vt in Tridentino *sess. 24. c. 12.* & non in gutture, vel inter dentes, vt ait Concilium Basileense *sess. 21.* Et vt dictum est, vix ac ne vix quidem non patet, vt quis vocem articulatè vocalibus plectris linguæ, aut dentibus formet, vt illam non percipiat, nisi forte fuerit surdus. Et cùm Ecclesia præcipiat vocem sensibilem, qua homo exterius significet se orare, dicendum quòd hoc non significabit, nisi saltem seipsum tantem audiat. Ergo hoc necessarium est; vt scire possit se præcepto Ecclesiæ satisfecisse. Vnde ex his corruunt ea, quæ locis citatis asseruit ex Azorio, Bonacina, & Trullench. Et ideò nostram sententiam præter Doctores citatos *vbi supra in resl. 11.* tenet Oliuerius Bonartius *de Horis Canonicis, lib. 1. cap. 28.*

4. nota quòd ex his venit reiicienda opinio Ioannis Medinæ *Cod. de orat. q. 7.* vbi docet vocem priuatim & per se solum recitantis debere esse tam claram & distinctam, vt assistentes eam audire cessante alio impedimento possint: sed hoc non est verum; nam sufficit, vt dictum est in recitatione officij vocem ita esse depressam, vt solùm recitans seipsum possit audire.

RESOL. LIII.

Cum qua voce quis satisfaciat precepto recitandi Horas Canonicas? Ex part. 7. tract. 11. & Misc. 2. Resl. 16.

§. 1. AD hoc dubium respondet Caramuël *in Regul. D. Benedicti disp. 108. art. 2. n. 1381.* Non negamus requiri in recitatione vocem, imò eam vtique necessariam asserimus: sed quæcunque vox est audibilis, licet de facto non audiatur; nam in hoc quod est audiri de facto, non consistit vocis essentia, quomodo sit vox, qualiscunque illa sit, est audibilis, & sufficiens vt obligationi satisfaciat. Quòd vox de facto audiatur vel non, est per accidens; vel ex impedimento medij, vel ex læsione sensus; & hoc non cadit sub præceptum.

2. Rogas quid requiratur vt sit vox. Respondeo, linguam & labia moueri; anhelitus enim necessariò requitur. Ratio est, quia vox nihil aliud est quàm respiratio facta certo modo per labia, & linguam; atqui non possime labia, & lingua moueri, quin frangatur respiratio; ergo nec moueri potuerunt, quin sit vox. Quomodocumque igitur articulent, est vox; ergo & pronuntiatio audibilis; ac proinde præcepto satisfaciens. In mea autem sententia omnis vox est audibilis. Ita ille.

Et hæc opinio multùm fauet sententiæ Azorij, & aliorum, quibus ego non adhæsi; *in part. 6. tr. 7. resl. 10.*

RESOL. LIV.

An Regulares satisfaciant precepto, si priuata recitatione persoluant Horas Canonicas mentaliter?

Et quid de dicenda Missa mentaliter, excepta Consecratione? Ex p. 8. tr. 7. & Misc. Resl. 58.

§. 1. AFfirmativè docet nouissimè P. F. Santorius à Melfi *in comment. in constitut. Minorum, c. stat. 2. dub. 3.* vbi sic ait. Cùm soli recitamus, possumus totum Officium mentaliter dicere, cùm prolatio verbalis (vt idem Pontifex dicit) sit præcipuè vt ab aliis intelligatur. Et Nauarr citatus à Rodrig. *de orat. c. 19. n. 88. ar.* non esse priuilegium dicere horas sine expressione alicuius verbi, quod ab alio audiri possit, quia sufficit formare verba inter labia, & dentes. Sed est priuilegium magnum, quod sola mente concipiatur.

Sup. contenta in hac Resl. infra in Resl. 60. & in Resol. post seqq. §. 1. in principio & §. Et quidem, & §. vlt. & supra cum Caramuële in Resol. 45 §. vlt. cursim inter mediū & finem. vers. sed satis sit.

2. Sed hoc priuilegium non valere post Oraculorum reuocationes factas à Gregorio XV. Romano Pontifice, & S.D.N. Vrbano VIII. anno 1631. 20. Decembris, quibus reuocantur omnia, & singula priuilegia, facultates, licentiæ, & gratiæ, quæcunque vitæ vocis oraculo concessa. Affirmat Lezana *tom. 1. c. 12. num. 13.* & omninò reiiciendum esse, cò quòd concedi existimet Ioan. de Cruce *lib. 2. de stat. religios. cap. 8. dub. 2.* posse mentaliter recitare Officium, & secreta Missæ, inquit Scortia *theorem. 322.* quia, teste Roderico, Leo X. solùm concessit, vt summissè dicerent; alias posset consecrari mentaliter. His addo Cyprianum Capucinum *lect. 1. in c. 3. regulæ*, qui mentali recitatione non satisfieri tenet, eo quòd Ecclesia non possit præcipere actus internos.

3. Sed hic æquiuocat de præcepto, & indulto, & quòd indirectè possit præcipere actus internos, vt dum ait *in cap. dolentes, de celebr. Miss.* deuotè, & attentè, & alibi certum est.

4. Verùm contrarium dicendum est, & contra Lezanam affero doctrinam Peitini ab ipso Lezana adductam *tom. 1. cap. 3. n. 21.* is enim *tom. 2. priuileg. Minorum in const 8. Pauli V.* ait non esse reuocata Oracula, quæ continent meras declarationes, & explicationes eorum, quæ priùs concessa erant, vel in iure communi continentur, aut in constitutionibus Pontificiis, quia istæ non sunt gratiæ, sed gratiarū declarationes; sed priuilegium recitandi mentaliter est declaratio iuris communis, *cap. dolentes, de celebr. Miss.* vt probabiliter defendi posse, ait Nauarr. *citatus, de orat. cap. 19. num. 84. §. sextum est eiusdem Papæ*, defendi posset, etiam in hoc sensu non continere priuilegium, eo quòd posset teneri, etiam iure communi licere mentaliter tantùm dicere, quæ secretò dici iubentur; quia verba videntur requiri principaliter, quo alij audiant; quam explicationem à verbis concessionis accepisse videtur, reddens enim rationem Pontifex, ait: Cum prolatio verbalis sit præcipuè, vt ab aliis intelligatur. Quid enim necesse est, vt se audiat, qui solus recitat; Ergo talis concessio non est ablata. Adduco etiam ipsummet Lezanam contra seipsum & *loco citato* eundem Peitinum *in const. 3. Gregor. XV.* quæ suum effectum sunt sortita ante prædictam declarationem, vt etiam declarauit Sacra Congregatio *regul. 2. Aprilis 1625.* Nec etiam per Vrbanum, qui nihil de hac re meminit, vnde infert Lezana. Licèt contrarium probabiliter dici possit, cùm id non exprimatur in constitutione S.D.N. Vrbani. Si enim sanctitas sua vellet in hoc coarctare constitutionem Gregorij debebat illud declarare, sicque videt aliquos sentire. Esse autem hoc Oraculum in praxi mandatum, constat ex multis experientiis. Nec iuuat adducere successiuum tractum pro futuro tempore; quia nos habemus Oraculum viuæ vocis celebrandi Officium quolibet die Sabbathi, non impedito, de immaculata Conceptione

B. M. Virginis, & tamen post Vrbanam constitutionem, nulla noua concessione facta, publicè, & vbique illud celebramus, & imprimuntur Breuiaria cum hoc Oraculo. Quod signum est, vigere, eo quòd iam vsu mandatum, & iam summo, ac sanctissimo Pontifici notum sit, per supplicationem eidem à Religione datam, ad excutiendum hoc scrupulum; cui tamen petitioni responsurum se dixit per quandam Congregationem super Oraculorum materiam instituram, vel instituendam; quod tamen hucvsque factum non extitit. Quòd si quis vrgeat, eadem ratione subsistere omnia alia oracula, quæ aliquando suum habuerunt effectum, ac propterea inutilem esse Apostolicam constitutionem.

7. Respondeo *primò*, valere in iis, quæ suum non sunt sortita effectum, vt dicit Gregorius. *Secundò* cùm S. D. N. *in sua Bulla*, aliàs felic. record. dicat, sæpe oracula minùs Canonica interpretatione extẽdi, & perperam in disciplinæ Ecclesiasticæ detrimentum executioni demandari, & cum non subsint istæ causæ in citato Oraculo, non videtur esse reuocatum. *Tertiò* suum sortiri effectum, cùm contingat etiam in successiuis, vt est in præscriptionibus, & vsucapionibus, sufficit vt aliquando executioni mandatum sit.

6. Quoad Scortiam autem, malè refert verba concessionis, & Roderici; non enim ait, vt summisse dicãt (hoc enim quodnam priuilegium est?) sed satisfaciant dicendo mentaliter; ita refert ipse Rodericus *citatus*, & quòd non comprehendat verba consecrationis, patet ex Concilio Florentino, & Tridentino decernentibus Sacramenta non confici nisi per verba. Quare non est cauillanda concessio quæ (quoad Missam) intelligi debet de aliis secretis.

7. Nec tantùm pro scrupulosis concessum fuit, vt putat Lezana ex Rodrig. quia tale non dicit Rodriguez, & Nauarrus *loco citato*, reprehendit collectorem priuilegiorum, quod in margine apposuerit pro scrupulosis, cùm in textu id non reperiatur.

8. Verùm dicet aliquis mentaliter posse dici, quæ secretò dicenda forent: non autem totum officium.

9. Respondeo, vtrumque conceditur, de secretò dicendis, cùm iuncti recitant, ne se mutuò impediant: de toto officio, cùm soli; ait enim Pontifex, Eodem modo possit facere (id est, mentaliter dicẽdo,) qui solus dicit officium per se cùm prolatio verbalis, &c. Vox enim *officium*, indefinitè prolatum, de toto accipi debet, & suadet ratio, quia non est necesse audiri, qui solus loquitur. Hucvsque Santorius, cuius opinio, an probabiliter in praxi admittenda sit iudicent alij.

RESOL. LV.

An Regulares satisfaciant præcepto recitandi Horas Canonicas, si illas tantum mentaliter dicant?

Et an hoc idem dicendum sit de partibus Missæ cantatæ, quas Sacerdos, submissa voce, legere per Rubricas debet? Ex p. 10. tr. 11. & Misc. 1. Resol. 1.

Sup. contẽto in hac Resl. in Resl. præterita, & in aliis eius annot.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam nouissimè docet noster Siculus, doctus quidem, & Auctor ex Societate Iesv, Pater Thomas Tamburinus *Opusc. de Sacrificio Missæ, lib. 2. cap. 9. §. 3. per totum*, ex quodam Priuilegio Leonis X. quia vult dictum Priuilegium esse pro omnibus, etiam non scrupulosis: etiam de toto Officio, quod priuatim recitari solet; etiam de ipsis partibus Missæ cantatæ quas Sacerdos submissa voce, legere per Rubricas debet. Patent hæc ex verbis iam allati Priuilegij; quidquid alij contradicant. Nec obstat illud: Quæ in Ordinario iubentur dici secretò quasi non omnia secreta Missæ, & totum Officium. Non obstat inquam, quia, quæso, quid aliud est illud in Missa, quod iubetur secretò dici in Ordinario, hoc est in Rubricis ordinariis; nisi secreta ipsius Missæ omnia? De officio autem, licet fatear aliqua iuberi secreto dici, non omnia; tamen ex verbis illis vniuersalibus. Qui dicit Officium per se solum, cùm prolatio verbalis sit præcipuè vt ab aliis intelligatur: & ex toto contextu Priuilegij, fineque cur fuerit impetratum, satis clarè colligitur, sermonem esse de toto Officio. Ita Tamburinus, qui nullum Auctorem in fauorem suæ sententiæ adducit, & tamen poterat, cùm ante ipsum illam docuerit Ioan. de la Cruz *de Stat. Relig. lib. 2. cap. 8. concl. 1.* Santorius *in Comment. Mor. ad Statuta. D. Franc. cap. 3. Statut. 2. dub. 3.* quibus ego addendum puto Persicum *de Hor. Canonic. cap. 2. dub. 4. num. 2.*

2. Sed licèt Ego olim circa hanc sententiã meum proferre iudicium noluerim, nunc absolutè asserо, illam prorsus non esse admittendam. Primò, quia dictum Priuilegium fuit concessum viuæ vocis oraculo; ergo modò est sublatum per Constitutiones Gregorij XV. & Vrbani VIII. Et ita indiuidualiter, loquentes de hoc Priuilegio Leonis X. à Tamburino adducto, obseruant, & docent Pater Baldelius *in Theol. mor. tom. 3. lib. 3. disp. 35. num. 16.* Lezana *in Summa tom. 1. cap. 12. num. 13.* & Pellizzarius mox citandus.

3. Secundò dato, quod dictum Privilegium non fuerit sublatum; tamen non est recedendum à nostra sententia, quam firmiter tuetur Pater Pellizzarius *in Man. Regul. tom. 1. tract. 5. cap 8. num. 71.* non solum, ait ille, quod Indultum Leonis fuit viuæ vocis Oraculo concessum, vt in specie notauit idem Casarub. sed etiam ex eo, quod verba illa, *& quod eodem modo possit facere, qui solus dicit Officium per se*: quibus nituntur allegati Doctores, non probant intentum: cum referantur non ad tecitationem eorum, quæ in Ordinario, iubentur dici secretè sub silentio de his enim solum actum fuerat in priori parte indulti; & super his tantum cadebat, concessio communis Fratribus Minoribus, non autem super toto Officio. Cæterum, vt studioso Lectori tanto manifestius appareat germana intelligentia illorum verborum; Cum prolatio verbalis sit præcipuè, vt ab aliis intelligatur: triplex prolatio verbalis distingui potest. Prima est eorum, quæ iubentur dici secretè sub silentio. Secunda est illorum, quæ iubentur recitari clariori voce. Tertia est vtriusque materiæ prædictæ, id est totius omnino Officij. Non loquuntur ergo præfata verba de prima prolatione; cùm apertè sit falsum, prolationem verbalem secretam sub silentio præcipuè fieri, vt ab aliis intelligatur, siquidem silentium recitantium non est medium congruum ad faciendum auditum in aliis: non de tertia, cùm hæc adæquatè sumpta inuoluat primam secretam sub silentio; adeoque ratione huius sit medium congruum ad faciendum auditum in aliis: sed de secunda prolatione tantum cum tacita exclusione primæ; sicque sensus est; possit etiam Frater, qui solus recitat per se, dicere mentaliter ea, quæ secretè iubentur dici sub silentio. Et certè, quod talis interpretatio sit rationabilis, inde suadetur, quod sic ius commune minus læditur, quàm si dicamus per præfatum indultum concedi, vt mentaliter recitentur etiam ea, quæ aliàs dicenda sunt altiori voce; cùm derogatio iuris communis interpretari semper debeat strictè. Hucvsque Pelizzarius.

4. Sed non deferam hic apponere verba Hieronymi Garciæ *in Summa Theol. mor. tract. 2. difficul. 6. dub. 2.*

dub. 2. num. 2. qui alios adducit Doctores, sic enim asserit, *Algunos Autores modernos calumnian sin razon à Navarro, porque dixo cap. 20. de Hor. Can. num. 14.* quæ speculatiuè saltem *se pueden dezir mentalmente las cosas, que mandan el Missal y Breuiario que se digan secreto; pero à la verdad Navarro no nunca concede, que basta dezirlas mentalmente, sino que no es necessario que las oygan otros, ni aun el mismo que las dize en rigor; porque ya Navarro sabe que no es provable poder rezar mentalmente, por la authoridad de la Iglesia, que vsa la oracion vocal en las Horas Canonicas. Ni obsta el Priuilegio de Leon X. concedido à los Menores, que parece dar facultad para rezar mentalmente; porque como explica Rodriguez in QQ. Regul. tom. 1. quæstion. 42. tom. 2. quiere dezir lo mismo, que hemos referido de Navarro, Peyrinis tom. 1. suor. Priuileg. Constitut. 2. Leonis X. num. 4. calumnia à Fray Iuan de la Cruz, lib. 1. de statu Religios. cap. 8. dub. 2. porque interpreta muy ancho este priuilegio de Leon X. ya Scotica theore. 322. porque lo interpreta muy estrecho; pero yo me conformo con la interpretacion de Rodriguez, que pues si concedio à su Orden mejor sabra la mente del Papa que no todos estos otros Authores, que son de diferentes Religiones. Pero no es mala la interpretacion de Tamburino quæstion. 9. num. 2. donde afirma, que de los escrupulosos, quando rezan solos, si se han de oyr, ò no à si mismos, y que basta mouan los labios, aunque rezan, ò lean por el libro mentalmente.* Hæc ille; quæ quidem de directo pugnant cum his, quæ superiùs docuit Tamburinus ex Societate; cuius sententiam in Praxi à Regularibus minimè sectandam esse existimo.

RESOL. LVI.

Reprobantur aliquæ opiniones circa recitationem Horarum Canonicarum. Primo. an Regulares satisfaciant præcepto recitandi Horas Canonicas, si illas tantum mentaliter dicant?

Ex quo infertur, quid est sentiendum de obligatione ex voto, & pœnitentia à Confessario iniuncta, an possit solui tantum mentaliter, quod idem dicendum est de recitatione Missæ, secluſis verbis consecrationis?

Secundo, an omissio Officij Diuini per tres vices in anno non constituat peccatum mortale?

Tertio, an sit certum, quod Regulares sacris ordinibus minimè initiati, teneantur priuatim soluere Horas Canonicas?

Quarto, an obligentur Regulares sub mortali ad chorum, si ex sua absentia nouerint chorum pati?

Quinto, an chorus non existat tantum cum duobus, vel ad minus quatuor, vel tres necessarij sint?

Sexto, an in choro possint anticipari, vel postponi Horæ Canonicæ extra tempus illud, quod ab Ecclesia præscriptum est? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. Res. 10.

§. 1. PAter Bruno Chassaing *de priuil. Regular. part. 2. tract. 8. cap. 4. propos. 5.* loquens de quodam priuilegio Leonis Decimi sic ait; Verum tamen quamuis hoc priuilegium magnum sit, potest tamen aliquo modo dici non esse priuilegium, sed iuris communis explicationem. Ratio est, quia præceptum de recitando officio, est tantum de illo dicendo; sed ille qui mente dicit, verè dicit officium; verba enim mentalia sunt verba verissima; alioquin filius Dei non esset Verbum Patris: & certè videtur S. Thomas eiusdem esse sententiæ, cum 2. 2. *quæst. 88. art. 12.* ait, Quod vocalis oratio non sit necessaria, nisi quando illa debet innotescere toti populo (constat autem horas priuatas non debere sic innotescere) secundùm eum dicit hominem solo corde dicere posse ex illo Psalmi 26. *Tibi dixit cor meum.* Denique motus labiorum, non est tanti momenti, vt obligationem sub lethali inducat; cum abundè, hic defectus suppleri possit per maiorem attentionem, & deuotionem; quocirca probabile est, quod aliqui putant, quos refert Emanuël Sà *verb. Hora* §. 11. illum qui sic dicit officium ob maiorem deuotionem excusari à lethali peccato, vtrum autem venialiter peccet, Lectori docto iudicandum relinquo. Ita ille, qui etiam antea *prop. 4.* firmat, Primò, omissionem officij per tres vices in anno, non constituere peccatum mortale; quia omnes conueniunt in hoc, quod sola notabilis omissio in hac materia efficiat culpam mortalem: at omissio vnius, aut alterius diei non est notabilis per respectum ad totum annum, cum non sit 100. pars. Secundò, quoniam magis obligat residentia, quam recitatio Horarum, cum illa sit ex iure Diuino, & iniuncta sub mortali per multos Canones: at verò recitatio Horarum priuatim facienda, sit tantum consuetudinis, vel ad summum iuris Ecclesiastici, nulloque Canone obligante sub mortali iniungatur, & tamen pluribus diebus quis à residentia abesse potest absque labe mortalis culpæ, ergo, &c. Excipe tamen ab hac sententia recitationem ob titulum aliquem specialem, qui obliget ad quotidie recitandum sub culpa lethali, nam ratione illius tituli poterit quis obligari ad recitandum illas Horas quotidie, vt verbi gratia, si in fundatione Monasterij sit appositus, aut in concessione alicuius legati Monasterio, aut Ecclesiæ facti.

Sup. hoc supra in Res. 5. §. 1. & in Res. 16. lege doctrinam §. Non desinam, & signatèr quàvis eursim infra in Res. 80. §. Notario.

2. Secundò, Asserit non esse certum quod Regulares Sacris ordinibus minimè initiati teneantur priuatim soluere Horas Canonicas, nam de reliquis Regularibus (si Fratres Minores excipias) non est certum, quod illo vinculo ligentur; nam omnia argumenta, quæ adducuntur ad illud onus Regularibus imponendum, parum, aut nihil penitus probant, & consuetudo, quæ est vnum ex præcipuis non admittitur à multis, vt à Caiet. *in summa verbo Hora* §. 1. Medina *quæst. 7. de orat. sub finem* ab Aragon 21. *quæst. 83. art. 12. dub. 4.* & à Villalobos, *qui in 1. part. summa tract. 24. difficult. 9.* asserit se plures antiquos, & graues diuersorum Ordinum Regulares de hac materia interrogasse, nihilque certi asserere potuisse. Qui autem in dubio vellet obligare ad huiusmodi onus Regulares, contra Ius faceret, quod vult, vt melior sit pars possidentis.

Sup. hoc infra §. Ad id huius Res. & latissime supra à Resol. 12. vsque ad Res. 18. inclusiue & in hac vlt. & in eius §. vlt. & in aliis earum primarum annotationum.

3. Obligari Regulares sub mortali si ex sua absentia nouerint Chorum pati, & tunc credit illum pati, si in eo cantu plano cantatur, dum non adsunt saltem quatuor, si verò cantu firmo recitantur, vt in Choro Recollectorum, & Capucinorum, dum etiam tot Regulares non interfunt, nisi quis dixerit eum munerum sufficere; qui ad recitationem priuatam alternatim faciendam sufficiens est; cumque ad hanc faciendam duo sufficiant, videtur illum numerum dumtaxat necessarium: nam hæc recitatio Horarum per dictos Regulares practicata, non est propriè cantus ordinatus ad populum conuocandum vt interfis, qui est præcipuus finis institutionis Chori sed tantum recitatio alta, firma, & clara voce facta, esset tamen peccatum maiori numero non accedente ad Chorum, si indè scandali occasionem fæculares, aut Regulares assumerent, quod perfæpè ex huiusmodi absentiis sine causa à

Sup. hoc supra in Res. 19. §. vlt. ante medium, vers. Hinc.

Regularibus factis proculdubio oriri in maioribus Conuentibus certum est; si verbi gratia ex numero viginti Regularium in illis commorantium, adsint dumtaxat quatuor, & ex duodenario, duo; credidetim tamen hunc numerum sufficere posse etiam absque scandalo, si reliqui Regulares confessionibus audiendis, & prædicationibus faciendis, aut similibus bonis operibus incumberent. Et quidem hæc omnia posset quis cantui nostræ Religionis Clericorum Regularium applicare. Et tandem quartò asserit, Recollectos, Capucinos, & alios huiusmodi, qui horis, cantus quem vocant firmo, canendis non incumbunt, posse in Choro anticipare, & postponere illas extra illud tempus, quod ab Ecclesia præscriptum est, quia ratio obligationis illas alta voce, & statutis horis recitandi, videlicet (vt populus conueniat, & moueatur ad laudandum Deum) in illis deficit, cùm cantus ille firmus parum, aut nullatenus ad hoc moueat; ac præterea non soleat populus ad eorum Ecclesias conuenire, quo circa sic Caiet. *verb. Hora, cap* 4. tenuit absolutè, quod illa anticipatio, & postpositio erat tantum venialis, nisi fieret habitualiter, à fortiori asseret nullum esse in huiusmodi Ordinibus, in quibus cantu firmo non canitur; posse autem Prælatum, quando occurrit causa, anticipare, & postponere certum est. Et hæc omnia, vt dixi, docet Brunus, *vbi suprà*, quæ quidem sparsim in meis operibus inuenies reiecta, & nunc illa iterum reiicio.

Sup. his in 5. penult. huius Resl. & in aliis eius nott.

Sup. his supra in Res. 19. §. Sed hæc, ad medium, vers. Ex hac conclusione, & infra in fine Res. 71. & in Resol. 72. §. vlt. & in Res. 90. §. Et idem.

Sup. hæc in Resolutionibus nor. primæ huius Resol.

4. Et quidem priuilegium illud Leonis non permittere, vt Regulares possint persoluere totum Officium mentaliter, ego satis improbaui contra Santorium alibi, & Emanuel Sà, quem adducit Brunus, correctus fuit à Magistro Sacri Palatij in impressione Romana. Sed quod magis displicet, est illud quod asserit Pater Bruno dictum Priuilegium esse declaratiuum iuris, nam certum est horas Canonicas de iure non mentaliter, sed voce recitandas esse, vt definitum fuit in Concil. Basileensi *sess.* 21. §. 2. & tenent Doctores communiter. Ratio potest esse, quia vox excitat magis nostrum affectum ad Deum, & etiam prouocat aliorum affectus, quod oratio mentalis non facit: & facilius est ore, quam mente tantum orare, & ita docet Escobar à Corro *de Hor. Canon. quæst.* 4. *num.* 73. Faust. *quæst.* 156. & Doctores communiter. Ita Suarez *de Hor. Canonic.* Sanchez *in opusc. lib.* 7. *cap.* 2. *dub.* 8. *num.* 4. Baldellus *vbi infra*, tenent sententiam Bruni, esse practicè improbabilem; neque esse dandam occasionem introducendi nouos ritus in Ecclesia; & ideò Horas Canonicas verè esse dicendas vocaliter, & per voces verè formatas, & distinctas per instrumenta; & organa vocis, siue illæ sint tam claræ, & tam altæ, vt possint audiri saltem ab ipso orante; siue non: idque expresè asserit etiam Caietanus 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 12. vbi ait, ad orationem communem, quales sunt Horæ Canonicæ, necessario requiri vt sit vocalis: Et apertè colligitur etiam ex Concilio Basileensi, vbi dicitur, quod siue soli siue associati recitent Diurnum, nocturnumque Officium reuerenter, verbisque distinctis debent peragere. Vnde ex his contra ea, quæ docuit Brunus asserit Baldellus *in Theol. Moral. tom.* 2. *lib.* 3. *disp.* 35. *n.* 16. quod concessio illa Leonis X. pro Fratribus Minoribus verè fuit priuilegium: neque possunt illo vti, qui tali priuilegio non participant, vt certe hoc tempore nulli participant; cum omnia priuilegia viuæ vocis oraculo, & non per Bullas concessa, sint reuocata per Gregorium XV. de anno 1622. & per Vrbanum VIII. de anno 1635. Et absolutè qui hoc tempore recitaret Officium solùm mentaliter, suæ obligationi non satisfaceret, vt notant Sanchez *lib.* 7. *consil. cap.* 2. *dub.* 8. *cit. num.* 3. & Beja *part.* 1. *casu.* 55. *cit.* §. *Ex his*, colligunt Doctores, & alij communiter apud ipsum: quod idem etiam est de Rosario, de Psalmis Pœnitentialibus, & de similibus, ad quæ aliquis potest teneri ex voto, vel ex pœnitentia Sacramentali; quæ similiter non possunt persolui solùm mentaliter, cum debeant accipi, huiusmodi obligationes ad instar præcepti Ecclesiastici, vt notat idem Sanchez *lib.* 4. *in Decal.* 11 *num.* 36. quanquam qui ad illa tenetur ex voto, licitè posset huiusmodi orationes vocaliter persoluandas mentaliter dicere, si id existimaret sibi melius, suæque saluti magis expediens, vt communiter dicitur in materia de voti commutatione, & subdit Sanchez *numer.* 36. *cit.*

Sup. hic in Resol. & legendum annot.

5. Ad id verò, quod asserit Bruno, Religiosos in Sacris non constitutos esse in dubium, an excludantur ab onere persoluendi Horas Canonicas. Respondeo hoc esse certum, & contrarium asserere, liberando eos videlicet à præcepto Horarum Canonicarum, est opinio contra communem Doctorum, quos plena manu adducit doctissimus Pater Bardi *in select. lib.* & *quæst.* 1. §. 2. vbi post illorum Catalogum sic asserit; Hi sunt Auctores, qui hanc sententiam defendentes, eam reddunt non solùm probabiliorem oppositæ; verum etiam moraliter certam, ita vt alia in praxi tuta minimè sit censenda: proinde immeritò nostet Sanch. eam dixit non esse probabilem: & Ascanius Tamburinus inquit ab omnibus esse reiectam, vt pote praxi contrariam, & rationi dissonã: Et vlterius alij procedentes, illam temerariam appellarunt. Sic Reginaldus, & Pellizzarius *locis citatis*. Hucvsque Bardi, qui solitas rationes ad hanc confirmandam sententiam adducit; quam etiam tenet Marcellinus de S. Benedicto *in Compend. priuil. Congregationis Fulgensis verb. Horæ Canonicæ* §. 11. *in Scholio*.

Sup. hic in Resol. & legendum annot.

6. Et tandem ad id, quod asserit Bruno, non pati Chorum, si duo ibi tantum assistant; Respondeo, Chorum non existere tantum cum duobus, sed ad minus quatuor, vel tres necessarios esse, vt fert communis sententia, ita Macigni *de Hor. Canon. cap.* 56. *n.* 24. *& alij*.

Sup. hic in Resol. & legendum annot.

7. Nota hic etiam eundem Brunum *part.* 2. *tract.* 8. *cap.* 1. *propos.* 10. *in fine*, extendere hoc priuilegium ad Missam, ita vt possint Regulares, quæ dicenda sunt vocaliter, dicere mentaliter, seclusis verbis consecrationis. Sed hæc opinio est prorsus eliminanda.

RESOL. LVII.

An qui recitat solus omnes Psalmos, & postea vocat socium, & ab illo auscultat nouem Lectiones, satisfaciat præcepto?

Idem est, si quis recitat medietatem Matutini, & aliam medietatem audit à socio, vel si recitet integrum Matutinum, & Laudes, & postea audiat Horas, & reliqua à socio.

Et quid, si duo Religiosi simul recitent Psalmos Matutini alternatim, & postea nouem Lectiones omnes illius audiunt à tertio vocato ad hunc effectum; quia si tres Religiosi simul Officium recitant, tres veluti Choros efficientes, Doctores communiter negant hoc posse fieri?

Et quid est dicendum; si in Choro recitentur omnes nouem Lectiones Matutini ab his, qui aliquin nullo modo canunt Psalmos, an reliqui interessentes Choro, qui recitant Psalmos, dici possent non satisfacere suæ obligationi?

Et quid, si in recitatione Vesperarum vnus recitat vnũ Psalmum integrum, & alius alium? Ex p 9. tr. 7. & Misc. 2. Res. 38.

§. 1. Affirmati

Affirmativè respondet Pellizzarius *in Man. tract. tom. 1. tract. 5. cap. 8. sect. 2. n. 91.* vbi sic ait: [Addo satisfacere obligationi diuini Officij Religiosum, qui per se solùm recitat omnes Psalmos Officij 9. Lectionum, & posteà ab alio ad hunc finem vocato audit omnes 9. Lectiones. Ducor, quòd quoad partem Matutini, consistentem in Lectionibus, dici potest Religiosus communicare cum socio, audiendo Lectiones ab eo; & aliàs non est opus, quod talis communicatio fiat in toto Matutino: præterquàm quòd dici posset non requiri, vt in præsenti materia communicatio sit mutua stante doctrina Dianæ *p. 2. tract. 12. resol. 6.* secùs dicendum puto in casu, quo duo Religiosi recitent simul Psalmos Matutini alternatim, & posteà 9. omnes Lectiones illius audiant à tertio vocato ad hunc effectum: hoc enim esset recitare Officium in tertium, (vt dicunt,) ac si tres Religiosi simul Officium recitantes, tres veluti Choros efficerent, quolibet illorum proprium versiculum sigillatim dicente alternatim; quod Doctores communiter negant posse fieri, vt colligitur ex Azorio *part. 1. lib. 10. c. 7. quæst. 9.* & alioqui 9. Lectiones sunt materia grauis. Puto item satisfacere Religiosum, si recitans Officium cum alio, in decursu recitationis Psalmos aliquos solus recitet; sicut & omnes Lectiones, Hymnos, ac Responsoria aliàs cum socio recitans, maiorem partem Psalmorum solus recitet: nam singuli Psalmi sunt singulæ orationes, & non repugnat, Officium eiusdem diei partim recitati cũ socio alternatim, partim seorsum, vt patet. Quòd si in Choro recitentur omnes nouem lectiones Matutini ab iis, qui alioqui nullo modo canunt Psalmos: reliqui interessentes Choro qui recitant Psalmos, dici possent non satisfacere suæ obligationi; cum, data hypothesi, recitantes Matutini Lectiones, non possint dici communicare eum aliis Choristis: quanquam, admissa doctrina Dianæ *supra* data, contrarium non improbabiliter possit sustineri, vt consideranti patebit.] Hæc Pellizzarius. Et pro casu posito *in titulo Resolutionis*, facit etiam id quod, me citato docet Persicus *de Horis Canonic. c. 8. dub. 1. n. 5.* nempe, in recitatione priuata, posse vnum dicere omnes Lectiones.

2. Nec obstat dicere, quòd Reginaldus *tom. 2. l. 18. c. 12. sect. 6. dub. 5 propos. 4.* asserat, recitantem cum socio debere ab eo audiri: sed in nostro casu, qui dixit 9. Lectiones, non audiuit Psalmos ab alio recitatos: ergo. Respondeo, quòd Reginaldus loquitur de socio obligato ad recitandum Officium. Quòd autem recitans Officium cum socio, qui non tenetur illud recitare satisfacit obligationi suæ, certum est, & docet Suarez *de Relig. tom. 2. l. 4. c. 12. n. 6.* Layman *l. 4 tr. 1. c. 5. n. 8.* Filliuc. *tom 3. tr. 23. c. 7. n. 241.* & alij. Ergo, &c. Et hæc dicta sufficiant in defensionem opinionis P. Pellizzarij.

3. Sed his non obstantibus, ego puto non satisfacere præcepto, si quis recitet medietatem Matutini, & aliam medietatem audiat à socio; vel, si recitet integrum Matutinum, & Laudes, & postea audiat Horas, & reliqua à socio: nam ex tali casu, nec physicè, nec moraliter videtur recitare illas medietates Officij, sed tantum audire: ergo non satisfacit præcepto, quod imponit recitare, & non audire Officium. Nec militat eadem ratio in recitatione, quæ alternatim more solito efficitur cum socio: nam tunc moraliter vnus socius dicitur recitare partem alterius socij: nam vnusquisque eorũ participat in recitatione, v. g vnius Psalmi, vnius Horæ, &c. Sed in casu proposito, vnus socius vt dixi neque physicè, neque moraliter participat in recitatione alterius socij, sed tantùm illũ audit: ergo, &c. Vide tamen, si saltem hoc esset admittendum, si, v. g. quis recitaret Vesperas, dicendo vnum integrum Psalmum, & alius socius alterum Psalmũ: nam casus ille non videtur similis supradictis. Sed ego de omnibus idem sentio: nam vti debemus priuilegio recitandi cum socio, prout concedit, & admittit consuetudo Ecclesiæ.

RESOL. LVIII.

An qui priuatim diuinum Officium persoluunt, debeant alternatim lectiones recitare, vel satisfaciant, si vnus tantum illas recitet, & alter socius tantum audiat? Ex p. 2. tr. 12. Resol. 12.

§. 1. Alternatim dictas lectiones recitandas esse, videtur docere Azorius *p. 2. l. 10. c. 7. q. 9.* Sup. contento in hac Resol. lege doctrinã præcedẽtis Resol. per totam, & signanter in fine §. 1.

2. Sed contrarium facientem non audet reprobare Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 24. dub. 11. n. 4.* vbi ita asserit: *Quando rezan dos juntos, no han menester dezir ambos las Antiphonas, come se dizen en el coro, que basta, que vno de los dos las diga, en el dezir las leciones, dize Azor, que ha de dezir cada vno la suya, otros las dizen, vno la de vn Noturno, y otro las de otro, y es mejor manera de dezir, otras vezes las dize todas el, que lee mejor de los dos, ò es mas moço: y no me parece, que esto se puede condenar, que assi lo veo en costumbre.*

RESOL. LIX.

An si quis recitet cum socio priuatim, vel in Choro, teneatur audire partem socij? Sup. prima diffic. huius tituli, in Resol. seq. & supra ex Resol. 33. lege doctrinam à §. 2. vsque ad §. Nec, & signãter prope finem dicti §. 2.

Et quid si aliquis suam partem canit, & percipere non potest, quam alius Chorus canit, quamuis attendat, an satisfaciat obligationi Chori, & possit distributiones integras percipere?

Et in dicto casu, an quis debeat priuatim supplere, quæ non percepit?

Et quid de surdo, qui alios canentes in Choro non intelligit, nec eos sequi potest?

Et tandem quæritur, an qui cum notabili abscissione syllabarum ita profert verba, vt tamen retineant suam significationem, adimpleat præceptum?

Et quid de socio cum tali Officium persoluente? Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. Resol. 6.

§. 1. Negatiuè respondet Ioannes Caramuel *in Regulam D. Benedicti, disput. 108. num. 1383. conclus. 5.* vbi sic ait: Nemo tenetur auscultare socium; sed suos quisque versus correctè legere, & non incipere antequam alter desierit. Ita Syluius *in 2. 2. quæst. 82. artic. 13. conclus. 5.* Ratio est manifesta, Nullum est præceptum de auscultatione: atqui vbi non est lex, nulla est obligatio: ergo nemo tenetur auscultare socium; sed expectare. Quòd si non expectet, peccabit mortaliter, aut venialiter iuxta materiæ quantitatem. Ita ille. Sup. hac inchoatione supra in fine Resol. 50.

2. Sed opinio contraria est communis & ideò Castrus Palaus *tom. 1. tractat. 1. disput. 2. punct. 3. num. 7.* sic ait: Si autem cum socio recites debes ita proferre verba, vt ipsa socius audiat, si ipse obligatus est recitare, aliàs præcepto non satisfaciet, & è contra ipse socius ita debet proferre verba, vt tu illa percipias, sin minus præcepto non facies satis: Quia oratio alterius in tantum potest esse tibi communis, in quantum illum percipis, Quia auditus loco prolationis succedit, ideòque diceris recitare quæ socius recitat, quia illum audis. Et *disputat. 2. punct. 4. num. 6.* ita asserit. Sed quid si tuam partem caneres, & percipere non posses, quam alius Chorus canit, satisfacerese obligationi Chori, vt posses distributiones integras percipere. Sup. hoc supra in Resol. 33. §. 2. cursim ad lin. 4. & in §. Sed non.

3 Respon

ante medium & in fin. not. seq. huius Res.

3. Respondeo te satisfacere, posseque distributiones recipere modò postea priuatim suppleas; quæ non percepisti: quia per te non stetit quominus perciperes, & cum aliis in recitatione communicares. Sic Nauarrus, *de orat. cap.* 11. *num.* 41. Mon. *de distribut.* 2, *part. quæst.* 2. *num.* 47. Suarez *lib.* 4. *cap.* 30. *num.* 15. Bonacina *disput.* 1. *quæst.* 3. *punct.* 2. §. 1. *numer.* 20. Quod autem debeas priuatim supplere, quæ non percepisti conuincit hæc ratio: quia partem, quam non percipis, non potes dici recitasse; quia sola perceptione, seu auditione, tuam efficere potes: at non recitans officium Diuinum priuatur omnibus distributionibus etiamsi choro interfit ex Bulla Pij V. Ergo. Ex qua doctrina Palai communiter à Doctoribus vt dixi recepta, qui non audit partem socij, non persoluit integrum officium; Dicendum est igitur quod ad satisfactionem Præcepti requiritur vt socij recitationem audias cum eam facere posses, quia nomine tui facit? Vide Trullench. *in Decalog. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 7. *dub.* 16. *numer.* 6. & Suarez, Lessium, Azorium, Filliucium & alios penes ipsum; qui omnes asserunt non satisfacere socium præcepto persoluendi Horas Canonicas, si non audit partem alterius socij. Sed an ille satisfaciat qui suam partem recitat, sed alteram, quam alter Chorus recitat, non potest percipere quamuis attendat: Respondeo affirmatiuè. Ita Sa, *verbo hora Canonica.* Suarez *sup. cap.* 28. *num.* 15. loquens de Surdo, qui alios canentes in Choro non intelligit, nec eos sequi potest: Pasqualigus noster *in Decis. moral. num.* 2. & *sequent.* cum Trullench. *de obligat. assist. in Choro dubio* 3. *num.* 21. est contra Bonacinam, *sup. num.* 20. Ratio est, quia verè dicitur assistere in Choro, & communicare suam partem aliis, neque per ipsum stetisse, quin versiculos à sociis recitatos audiret, & illam partem suam efficeret, conditio enim censetur adimpleta, quando non stat per eum, qui eam adimplere debet, *regula, cum non stat de reg. iuris in* 6. Sufficit tamen vt in hoc casu in confuso audiat, & percipiat quod possit: tenetur tamen pars Chori tacens attendere, & facere quod possit, vt audiat, & aliam partem faciat suam; si autem non attendat, non facit aliam partem suam, nec satisfacit suæ obligationi circa Chorum.

Sup. hoc, & seq. in hoc, §. in Res. annot. præteritæ à §. 2. & signanter prope finem. & seq. & infra in Res. 66. §. penult. cursum in fine.

Sup. hoc supra in Res. 50. §. 1. & lege etiã aliũ §. eius primæ not.

4. Non desinam tamen hîc adnotare Caramuelem *vbi supra conclus.* 2. docere, quod qui cum notabili abscissione syllabarum ita profert verba vt tamen retineant suam significationem, adimplet præceptum quo ad substantiam, & solum peccat in aliquo accidenti: ac ideo vt plurimum venialiter; Et addit postea *conclusione* 4. Socium cum tali officium diuinum persoluentem satisfacere etiam præcepto, & peccare tantùm venialiter.

Sup. hoc in Res. annot. præteritæ. §. 2. ad lin. 4.

RESOL. LX.

An qui cum socio priuatim, vel publice recitat, teneatur audire partem socij?

Ex quo deducitur, an teneatur se audire, cum solus quis recitat?

Et an surdus satisfaciat præcepto dicendi Officium Diuinum, si recitat cum socio, quem non audit? Ex p. 1. tr. 1. & Misc. 1. Res. 6.

Sup. hoc in Res. præteritæ, & supra ex Res. 31. lege §. 2. vsque ad §. Nec, & signanter prope finem dicti §. 2.

§. 1. CAsus passim accidit, & affirmatiuè olim respondi contra meum Caramuelem, nunc ipse *in Theologia fundamentali fundam.* 35. §. 10. *n. MXCVII.* iterum negatiuam sententiam contra me conatur firmare.

2. Primò, ait ipse, Non tenetur Sacerdos recitare suam partem cum interna attentione; ergo neque tenebitur audire socij partem cum interna attentione: Ergo non tenebitur auscultare.

3. Secundò, nemo tenetur se audire cum solus legit; ergo neque duo tenentur se audire cum simul recitant. Patet, quia cum conceditur vt legant simul, non imponitur eis noua obligatio, qua antea carebant; Sed indulgetur vt labor, & onus diuidatur. Ergo vel se debet audire, qui priuatim recitat, aut qui cum socio recitat non tenebitur audire socium. Ita Caramuël.

4. Ingeniosa sunt hæc, sed contra communem sententiam Doctorum, & contra praxim omnium Sacerdotum; Et ideò amicissimus, & doctus Pater Nicolaus Baldelli *in Theol. moral. tom.* 2. *lib.* 3 *disp.* 33. *n.* 15. & 16. sic asserit, Non est contra integritatem horarum Canonicarum, si quis alternis versibus cum socio recitet, dummodo audiat, quod recitatur à socio: Nam sicut societas aliorum bonorum hoc habet ex propria ratione, vt bona ipsa super quibus contrahitur, euadant communia vtrique socio *lib.* 1. §. *in societate ff. pro socio*, ita & societas in recitando officio, recitationem seu partem vnius facit communem etiam alteri, & sic vterque censetur integre recitare.

5. Dixi autem, recitationem quæ fit cum socio alternis versibus, non esse contra integritatem officij, si socius audiat partem socij, quia societas recitationis solum initur quo ad recitationem audibilem; eiusque communicatio solùm completur per auditionem, & ideo si pars quam recitat socius non audiatur ab altero, vt certè non auditur quando Socius suam partem submisse recitat, non fit illi communis. Et quemadmodum si vterque recitaret ita submisse vt non audirent se inuicem, verè societas ex parte vtriusque esset nulla, & perinde esset ac si vterque recitaret solus, & per se suam medietatem independenter à socio; Ita & si tantummodo alter submisse recitet, verè societas ex parte illius est nulla, nec suam recitationem communicat alteri; sed sibi retinet totam, quamvis nulliter, & inutiliter. Atque hoc modo, qui adhibet socium, eumque audit, sed ipse per se submisse recitat, & non auditur à socio, integrè recitat quantum est ex se, & obligationi satisfacit, cum per se recitet suos versus, & per auditionem communiter in versibus illius, dum illos non audit, atque ita socius non satisfaciat ex parte sua.

6. Ita optimè Baldellus, cui adde Suarez, *de horis Canon. cap.* 12. *num.* 6. & 7. Bonacinam *cap.* 3. *punct.* 2. *num.* 16. Castrum Palaum *tom.* 2. *tract.* 7. *disput.* 2. *punct.* 3. *num.* 7. Escobar à Corro *de horis Canon. quæstion.* 4. §. cum socio *num.* 62. Monetam *de distribut. quæstion.* 2. *num.* 24. Sanchez *in opusc. l.* 7. *cap.* 2. *dub.* 11. *num.* 1. Faustum *de hor. Can. lib.* 2. *quæst.* 175. Leandrum *de præcep. Ecclesiæ tit.* 7. *disp.* 1. *quæst.* 57.

7. Dico itaque, quod quando cum socio recitas, debes ita proferre verba, vt ipsa socius audiat, si ipse obligatus est recitare, alias præcepto non satisfaciet, & è contra ipse socius ita debet verba proferre, vt tu illa percipias, sin minus præcepto non facies satis. Quia oratio alterius tantùm potest esse tibi communis in quantum illam percipis. Quia auditus loco prolationis succedit; Ideoque diceris recitare, quæ socius recitat, quia illum audis.

8. Quæ omnia militant in recitatione, quæ fit in Choro, & quidem ex opinione doctissimi Caramuelis duo absurda sequerentur.

9. Primò quod quis satisfaceret præcepto persoluendi horas Canonicas, dicendo tantum medietatem officij, nam ipse tantum medietatem officij recitaret

recitaret, & aliam partem socius, quæ loco suæ prolationis succedet; non audiret: Ergo.

10. Secundò sequeretur, surdum, satisfacere præcepto dicendi officium diuinum, si recitaret cum socio, quod est contra communem sententiam Doctorum, vt videre est apud Trullench *in Decal. lib.1. cap.7. dub.16. num.6.* Sanchez *in opusc. lib.7. cap.2. dub.13.* Escobar à Corro *de horis Can. quæst.6. num.51.* Faustum *de horis Can. q.238.* & alios.

11. Vnde ex his patet responsio ad argumenta Caramuelis superius adducta, & ad primum, quod non tenetur Sacerdos recitare suam partem cum interna attentione, ergo neque tenebitur audire socij partem cum interna attentione: Ergo non tenebitur sotiscitare.

12. Respondeo negando consequentiam, quia secundum nostram sententiam probabilem Ecclesia præcipit tantum recitationem externam religiosam horarum Canonicarum sine interna attentione; Ergo si quis recitat cum socio, non audiendo illum, non satisfaceret præcepto, quia non diceret totum officium, nam auditus, vt ait Castrus Palaus vbi supra, loco prolationis succedit, ergo diceris recitare, quæ socius recitat, quia illum audis. Ergo illum non audiendo officium diuinum non persoluis; quando verò quis persoluit horas Canonicas, licet sine interna attentione, totum officium recitat, quod ei præcipit Ecclesia. Ergo satisfacit præcepto, quod non facit recitando cum socio, & illum non audiendo, vt patet ex superius dictis.

13. Ad secundum argumentum respondeo cum Suarez *de horis Canon. lib.4. cap.7. num.6.* Valentia *tom.3. disput.6. quæst.2. punct.10. §.4.* Castro Palao *tom.1. tit.7. disput.2. punct.3. num.6.* & aliis quod etsi necessarium non sit te ipsum audire, est tamen necessarium moraliter loquendo, verba ita distincte, & clarè proferre, vt te ipsum audire possis nisi aliquod impedimentum adsit, quia verba, quæ auditu percipi non possunt non videntur verba, sed quidam motus in gutture, seu inter dentes ficti, qui potius sunt inchoatio verborum quàm verba.

14. Ergo cum ita quis recitat officium Diuinum, dicitur illud integrè recitare, & pronunciare, quod quidem non sequitur, quando recitat cum socio illum non audiendo; quia medietatem tantum Officij ipse recitat, & alteram medietatem socij non audit, cuius auditio (vt diximus) loco prolationis succedit. Ergo cum non audit, non satisfacit præcepto.

15. Dicendum est itaque, quod in primo casu quando quis solus dicit officium pronunciat verba, licet non audiat, ergo satisfacit præcepto: præceptum enim est pronunciandi, non audiendi, vt notat doctus Pater Verricelli *in quæst. moral. tractat.5. quæst.5. num.122.* Bonacina *de hor. Canon. disput.1. quæst.3. punct.1. num.23.* Azorius *tit.1. l.10. cap.11. quæst.4.* & alij.

16. In secundo vero casu, quando recitat cum socio, neque pronunciat medietatem officij, quam recitat socius, neque illam audit. Ergo nullo modo satisfacit, quod præcepto satisfaciat. Est igitur disparatio in vtroque casu; Nam in primo casu quis loquitur cum Deo loquitur, licet non seipsum audiat; In secundo verò nec verbaliter loquitur, nec Deum audit. Ergo oratio non efficitur communis; atque præcepto non potest satisfieri. Et ita nostram sententiam præter Doctores citatos, tenet post hæc scripta visus P. Stephanus Baunius *in praxi beneficiaria disputat.13. quæst.19.* & ex eadem Societate Iesu, quæ semper ferax Doctorum hominum est, Pater Tamburinus *in Decal. part.1. lib.2. cap.5. §.4. num.10. & 11.* qui nominatim citans Caramuelem, noluit suam sententiam approbare; sed aliis iudicandum remisit.

RESOL. LXI.

In quæ hora possit quis dicere Matutinum sequentis diei? Ex p.2. tract.12. Resol.9.

§. 1. Respondeo communiter ab hora quarta post meridiem. Et ita docet Filliuc. *tom.2. tractat.23. capit.8. numer.275* vbi ita ait: Quolibet tempore dici potest Matutinum ab hora quarta post meridiem, quæ Vere, & Autumno; hoc est, Martio & Aprili in Vere: Septembri & Octobri in Autumno, coincidit cum hora vigesima prima horologij solaris, vel artificialis. Æstate autem, hoc est, Maio, Iunio, Iulio, & Augusto est hora vigesima cum dimidia plus minus. Hyeme denique, hoc est, mense Nouembri, Decembri, Ianuario & Februario est circa vigesimamprimam cum dimidia. Gavantus verò *in comm. ad Rubr. Miss. tom.2. sect.1. cap.5. titul.6. num.6.* Barbosa *in collect. tom.1. lib.3. tit.41. cap.1. num.5.* & Henriq. *lib.9. cap.24. num.7. in Glossa, lit. P*, putant ab hora tertia post meridiem Matutinum sequentis diei persolui posse: sed hoc non approbat Villalobos *in summ. tom.1. tract.24. dub.12. num.5.* Non reticebo tamen, Molfes. *in summ. tom.1. tract.5. cap.2. n.59.* & Fabrum *de sacram. Ordinis, cap.24. quæst.1. disput.1. num.148.* docere post horam vigesimam, posse aliquem recitare Matutinum vna cum Laudibus Officij diei crastinæ: vnde secundùm illos, præceptum recitandi Officium Diuinum, incipit à vespere huius diei vsque ad mediam noctem diei crastinæ.

Sup. contenta to in hac Resol. vsque annot. seq. lege doctrinam §.1. Resol. 1. not. seq. signanter in fine dicti §. & magis late in 2. Resol. dictæ not. à principio.

RESOL. LXII.

An hora secunda finita post meridiem, recitato Vespere, possit statim quis recitare Matutinum sequentis diei?

Et quid est dicendum, quando Vespera in Quadragesima recitantur ante meridiem?

Et quid, quando quis recitat hora secunda post meridiem Matutinum sequentis diei, si nondum recitasset Vesperas, & Completorium diei hodiernæ?

Et an hora competens persoluendi omnes Horas debeat sumi punctualiter, vel parum ante Horam præfixam Chori, vel parum post?

Et an hoc parum ante, vel post sit dimidia hora, aut tres quadrantes, & ad summum vnica hora?

Et an sit immunis à culpa Scholasticus, si differat Horas in vespertinum tempus? Ex part.4. tractat.4. & Misc. Resol.9.

Sup. hoc in Resol. seq. & infra in Resol. 64. in principio, sed lege ibi pro hora secunda §. sed si ad medium, à vers. & plus addit. & alias Resol. eius not. & in Resol. seq. &c.

§. 1. Affirmatiuam sententiam probabilem esse puto, pro qua alibi adduxi Fabrum & Molfesium quatenus dicunt posse recitari hora 20. quæ aliquando est secunda post meridiem; quibus nunc addo Sanchez *in opusc. tom.2. lib.7. c.2. dub.38. num.4.* loquentem expressè de hora secunda, & ante omnes Martinum Ledesmam *in 2. 4. q.16. art.5. dub.1.* vbi sic ait. Si preces horariæ sunt dicendæ priuatim à personis priuatis, absque peccato mortali possunt dici à vespere vnius diei vsque ad mediam noctem sequentis diei, hac lege quòd in vespere prioris diei solum dicatur Officium matutinum, aliæ verò

Alibi in Resol. præterita prope finem, & infra in Resol. 64. §. sed si, ad medium à vers. & plus addit. & in Resol. 66. §. penult. prope finē, vers. Assentior, & in Resol. 72. § Non desinā sed in Resol.

& 4. huius annotat. hæc opinio extenditur ad horam secundam.

Sup. hoc in Resol. 4. not. præcedenti, & in eodem §. ad fin 5.

Sup. hoc in Resol. seq.

Sup. hoc in Resol. præterita, & in aliis eius primæ not. Et pro contento in hoc §. Notandum infra in Resol. 64. §. vlt. ad medium, à vers. *Et bien*, & in aliis eius not. & signanter in 3. Resol.

Sup. hoc infra in Resol. 73. §. Sed si, in fine.

vespò preces die sequenti dicantur vsque ad mediam noctem. Ita ille. Et Sanchez notat hãc sententiam tenere etiam aliquos recentiores Magistros, quorũ quidam addidit, quod si quis post medium diem hodiernum recitaret Matutinum diei crastinæ, saltem in Quadragesima, vbi Vesperæ dicuntur ante prandium, videtur iam incepisse dies sequens, & in rigore non videtur obligandus ad mortale, neque ad iterum recitandum. Notat etiam Sanchez hanc opinionem esse veram, licèt quis quando recitat hora secunda post Meridiem Matutinum, nõdum recitasset Vesperas, & completorium diei hodiernæ, adhuc enim non esset peccatum mortale, quia illa peruersio horæ non videtur grauis, & horarum ordinem absque causa peruertere, tantùm est veniale, & hoc docuisse præfatos Magistros testatur, licèt Turrecremata, Vigerius, & Nauarrus penes ipsum Sanchez videantur docere, necesse esse, vt possint recitari matutinæ preces diei sequentis, quòd sint iam recitatæ Vesperæ, & Completorium diei præcedentis, quia non videtur incipere dies sequens hodie vespere, nisi pensum horarum hodiernum sit iam integrè persolutum; sed sententia Sanchez probabilitate non caret. Non reticeam tamen hic adnotare, Oliuerium Bonartium *de Horis Can. lib. 2. cap. 30. num. 23.* docere quòd etiam ex sententia D. Thomæ *quodlib. 5. art. 28.* Matutinum potest legi pridie post dictum Completorium, sed hoc ille explicat, scilicet hora quarta pomeridiana, vel etiam ad medium quartæ.

2. Notandum est hic obiter ad tollendam etiam culpam venialem, quòd hora competens persoluendi omnes Horas non debet sumi punctualiter sed debet sumi cum amplitudine, vel parum ante Horam præfixam Chori, vel parum post recitauerit, censebitur tempore competenti recitare: Ita Sanchez. *loc. cit. dub. 35. num. 5.* vbi existimat cum quodam docto recentiore Magistro, hoc parum pòst, vel parum antè, esse dimidiam horam, aut tres quadrantes, & ad summum vnicam horam antè, vel pòst.

3. Nota etiam cum eodem Sanchez *dub. 36. num. 3.* esse causam iustam, & à culpa immunem, si scholasticus differat Horas in Vespertinum tempus, eo quòd matutinum est aptum studio, non autem vespertinum.

RESOL. LXIII.

An si aliquis recitet Matutinum sequentis diei, antequam Officium illius diei persolutum fuerit, peccet mortaliter, & non satisfaciat præcepto? Ex p. 2. tr. 12. Resol. 15.

Sup. hoc in Resol. præterita §. 1. ad medium, à vers. Notat.

§. 1. QVidam olim affirmatiuè respodit, sed nescio qua ratione: nam ita faciens peccat quidem venialiter; quia inuertit ordinem vtriusque Officij: sed substantiam præcepti omnino adimplere dicendum est. Et ita docet Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 24. dub. 13. num. 1.* Vasquez *Opusc. de benefic. c. 4. §. 1. art. 2. n. 66.* Suarez *de relig. tom. 2. lib. 4. cap. 24. n. 3.* & Regilnadus *tom. 2. lib. 18. cap. 12. num. 166.* cum aliis.

RESOL. LXIV.

An sit culpa venialis recitare Matutinum, & Laudes absque iusta causa hora tertia, vel quarta post meridiem?

Et an non requiratur alia iusta causa præter consuetudinem?

Et an Matutinum cum Laudibus possit recitare hora secunda post meridiem?

Et an sit culpa venialis recitare Officium priuatum extra tempora, & horas præscriptas? Ex parte 10. tractatu 16. & Miscel. 6. Resolutione 47. alias 46.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam tenet Suarez, Philiarchus & Filliucius, quos citat & sequitur Bonacina *tract. de Horis Can. disp. 1. q. punct. 4. num. 10.* Cui adde Gauantum *tom. 2. sect. 1. cap. 5. lit 6. num. 6.*

2. Sed si hæc opinio esset vera, multa peccata venialia committerentur, ideò ego puto ad recitandum Matutinum non requiri aliam iustam causam, præter consuetudinem; & ita tenet sapientissimus, & amicissimus Caramuel *in Theol. Regular. disp 114. n. 1419.* quia consuetudo præualuit, & eius vi hodie potest fieri quod olim non poterat; atqui consuetudo legendi matutinas hora secunda, aut tertia vespertina non est introducta ab habentibus rationalem causam, & à plurimis, vt certum est, sine causa aliqua impræsentiarum continuatur: ergo possumus sine causa Vesperti Matutinas & Laudes recitare. Minor ostenditur bifariam. Primo, quia consuetudines contra leges morales introducuntur ab hominibus malæ conscientiæ, qui non sunt censendi semper habuisse causam rationabilem. Secundo: quia si hæc coniectura non sufficiat, dubium est qualiter hæc consuetudo sit introducta, & multi non imprudenter dubia interpretantur in fauorabilem, & benigniorem partem. Et ideò hanc sententiam tenet etiam Trullench *in Decal. tom. 1. l. 1. c. 7. dub. 18. n. 8.* vbi sic ait: Consuetudine approbatam, & permissa introductũ est, vt Matutinum cum Laudibus recitari possit in Vespere præcedentis diei: qui vsus introductus est ob difficultatem recitandi illud in media nocte, quod erat proprium illius tempus, tum etiam quia anticipare melius est, ex suo genere, quam postponere. Potest igitur Matutinum simul cum Laudibus quis recitare absque vllo peccato, circa tertiam, vel quartam horam post meridiem, &c. Sic ille, & post illum Leandrus *de Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 13. quæst. 24.* quibus ego addo Escobar à Corro *tract. de Horis Can. quæst. 4. n. 122.* vbi firmat, quòd recitare Matutinum hora tertia, vel quarta quocumque euentu, ab omni culpa vacare; & plus addit, nempe, Matutinum cum Laudibus, posse recitari hora secunda post meridiem, quod etiam, me citato, tenet Leandrus *vbi suprà q. 23.* & me citato probabilem Garcias *in Summa tract. 2. difficult. 6. dub. 1. num. 2.* & Machadus *tom. 1. lib. 2. part. 3. tract. 2. docum. 6.* & Caramuel *vbi suprà* cum Quintanaduenas *in Instruct. ordin. part. 5. §. 2. num. 13.* Imò in tali casu, Escobar tenet, si interuenerit aliqua iusta causa, neque peccatum veniale extare: At plus addit Matinus de San Ioseph *in Monit. Confess. tom. 1. lib. 2. tract. 11. de Oratione, num. 1.* vbi me citato sic ait: *La costumbre ha introduzido, que se puedan dezir los matines, y Laudes la tarde antes del dia, en que se deven: todos conuienen en esto; pero discordan en la hora; vnos affirman, que despues de las quatro de la tarde.* Azor. *loco cit. cap. 9. quæst. 5.* Palaus *tract. 7. disput. 2. part. 4. num. 3. Otros lo adelantan a las tres de la tarde.* Barbos. *in collect. ad cap. 1. de celebrat. Missar.* Henriquez *lib. 9. cap. 24. num. 7. A mi me parece, que se puede rezar despues de las dos de la tarde, despues de haver cumplido con todo el Officio del dia presente, porque aquella hora, que es la de Visperas pertenece, al dia siguiente.* Sic Diana *part. 4. tractat. 4. resolut. 9.* citant Fabrum, & Molfesium Sanchez *in cons. tom. 2. lib. 7. cap. 5. dub. 37. num. 4.*

Sup. hoc in Resol. præterita §. 1. ad medium, à vers. Qui

num.4. [que a nada, que con causa, se quede hazer licitamente, y sin causa sera pecado venial. Trulench lib.1. in Decalog. cap.7. dub.8. num.8. a mi me parece, que no sera pecado venial rezar los maytines despues de la dos, porque la costumbre aya introduzido, que sea licito, & lege permittente quod fit, dicitur iuste, & bene fieri l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem, vbi, quia id facit, quod publice facere licite arburatur. ff. de aedilitio edicto. cap. quid dicam. 14. quæst.4. Et consuetudo parem vim habet cum lege. cap. consuetudo. 1. distinct. cap. fin. de consuetud. de quibus ff. de legibus.] Hucvsque Martinus.

3. Dices, Pontifices concedunt priuilegia, vt maturinum possit recitari duas horas post meridiem, ergo Respondeo, qui petunt hoc priuilegium, signũ est, quod tenent contrariam sententiam, & multa pe-nitur à Pontifice ad maiorem cautelam; & propter scrupulum; sed non ex his sequitur, citatam Doctorum sententiam non esse probabilem, nec sequi posse; Vide Martinum de San Ioseph vbi suprà num.2. qui etiam hæc subdit. [Es bien probable, que no es pecado venial rezar el oficio Diuino, en particulas fuera de las horas señaladas, porque la ley obliga solamente en el Oficio Diuino publico, y para este se promulgò; y quando se huviera hecho en fauor del Officio Diuino particular, la ha abrogato la contratia, y antigua costumbre: & consuetudo superueniens vincit legem, gloss. sepeliri in l. 3. §. Diuus. de Sepulch. viol. glos. municipalis, & ibi glos. margin. in l. 3. §. plane. ff. quod vi, aut clam, sic Caramuel, quem refert Diana 7. part. tract. 11. resol.12. y veese Resol. fer esto assi, porque aun los temerosos de Dios no hazen escrupulo de rezar el Officio Diuino particu-Ref. lar fuera de su hora, y los Pontifices muchas vezes hizieron concessiones, para assegurar las conciencias en materias, que no son contra derecho comun.] Ita ille. Sed circa præsentem quæstionem vide Escobar vbi supra num.129 & Faustum de Horis Canonicis lib.2. quæst. 193. contrarias sententias fœdere distinctionis concordantes.

RESOL. LXV.

An priuilegium obtentum, vt quis possit dicere Maturinum sequentis diei statim post meridiem, extendatur ad socium.

Et aliqua alia similia dubia enucleantur circa priuilegia concessa pro aliis diuersis casibus sæpe contingentibus in praxi.

Et inter alia priuilegia deducitur priuilegium concessũ Religioso ad ingrediendum Monasteria Monialium, extendi ad socium.

Et priuilegium concessum Sacerdoti vt possit celebrare Missam tempore interdicti, & cessationis à diuinis extendi ad Ministrum seruientem.

Et alia priuilegia huiusmodi. Exp.10.tr.13. & Misc.3. Resl.4.

Videtur negatiuè respondendum, quia Priuilegium concessum alicui Personæ, non extenditur ad Socios; nisi esset ferè inutile ei, cui concessum est, nisi ad supradictos etiam extenderetur, arg. cap. in his, de priuileg. Ita Baldus in leg. 1. Cod. de vsufr. milit. Lucas de Peña in Rubr. de appar. præs. lib.12. Bartolus in tract. repræs. quæst.7. vers. Ad secundum. Felinus, c.2. num. 2. de Foro compet. Glossa Gemin. Franc. in cap. licet, de priuil lib.6. & alij communiter: Sed hoc non accidit in casu de quo loquimur: Ergo. Et ideò hanc sententiam tenet doctus Attiaga in Cur. Theolog. tom.4. tract. de Legibus, disp. 32. sect.2. num.13. vbi sic ait: Secunda quæstio in præsenti est, vtrùm non solùm comprehendatur ille, qui omninò necessarius est ad talem actionem efficiendam, sed qui ad decentiam illius spectat; vt cùm datur Confessario licentia intrandi Monasteriũ, an etiam pro decentia possit accipere socium. Respondeo, in Religiosis, quia per se semper cum locis incedunt, omnino id supponi, in sæcularibus non esse ita clarum, quia illi soli ordinariè incedunt; tamen putarem omninò concedi, quia sic honestior longè est ille ingressus, dum Testem habet suarum omnium actionum. Aliud exemplum ponit Pater Suarez in Sacerdote, qui obtinuerat priuilegium orandi Maturinum sequentis diei paulò post meridiem, vbi declaratum dicit à Nuntio Pontificis etiam ad socium simul orantem extendi: rationem putat esse, quia illud priuilegium datum videbatur adiuuandam senectutem, & labores priuilegiati, ad quod parum valuisset illud priuilegium, si non potuisset socium accipere. Ego tamen hanc extensionem valde difficilem puto; alioquin eodem iure dicere possemus, si quis haberet priuilegium orandi vna die pro tota septimana, vt non ita pridem audiui fuisse cuidam concessum, posse illum accipere quemcunque alium Sacerdotem, qui se iuuaret; ac eo ipso vna die pro tota hebdomada satisfaceret: id quod haud dubiè est creditu licitum esse. Ratio est meo iudicio clara, quia recitare etiam solum sine socio vna die, quacunque quis velit eligere, pro tota hebdomada, aut eligere horam quam velit, est magna gratia: cur ergo debet extendi ad socium? Quod enim facilius cum socio id fiat, non continuò eximit socium, posset enim ille (esto maiorem hunc fauorem vellemus illi concedere) aliquem alium, qui non teneretur orare, vocare, vt secum Horas absolueret; sed neque necessum est recurrere ad eum maiorem fauorem; nam faciens aliquam gratiam non censetur facere omnem quæ potest excogitari. Ideò facilius mihi persuadeo, Nuntium illum auctoritate, qua fungebatur, extendisse illam gratiam quam declarasse ex vi prioris gratiæ extensionem illam sequi. Dices: *In cap. licet. de Priuilegiis in 6.* priuilegium datum singulari personæ ad celebrandum tempore interdicti extenditur ad familiares, & domesticos eius, vt possint cum ipsa audire Diuina, vel ei assistere eò quod talis persona supponitur esse illustris; æquúmque est vt assistat iuxta suam dignitatem. Respondeo, ex hoc casu non bene inferri consequentiam ad alterum nostrum: nam legere Horas Canonicas solent soli etiam magni Viri, & Senes: neque id est contrà eorum auctoritatem: at exire, foras, ad Templum, aut celebrare non solent nisi cum suis familiaribus: vel certè dici potest, eam facultatem ibi specialiter concessam in ordine ad audiendum Sacrum, quia res illa est valde fauorabilis, hinc autem nullatenus potest inferri, licitum esse anticipare tempus orandi, quia per hoc non exercetur aliquis actus specialis Religionis; alioquin eodem modo deberet dicere Pater Suarez, si vni Episcopo ea gratia conferatur anticipandi Horam, & habeat sex, vel septem familiares, qui teneantur orare, posse omnes illos tempus anticipare: Quod penitus incredibile. Hucusque Attiaga.

2. Sed ego sententiam Suarez sequor, quam scilicet cursim docui cum Portel, & Henriquez; alibi, quibus nunc addo Castrum Palaum, *tom.1. tract. 3. disp. 4. punct. 12. n. 2.* Faustum *de Horis Canon. lib.2. quæstion. 121.* Bonacina, *de legibus, disp.1. quæstion. 3. punct. 7. §. 2. num.6.* & me citato Merollam, *tom.3. disput.6. capite 3. dub. 10. num. 134.* Et ratio est, quia licèt recitare priuatim cum socio, non sit absolutè necessarium; est tamen communiter in Ecclesia vsitatum; ac magis

Sup. hoc infra in fine §. seq. & in alia Resol. eius not.

Alibi in Resl. quæ hic est infra 99. sed lege ex Caramuele doctrinam §§. eius not. & melius in Resl.106. §. Ratio. post medium.

dium, à vers. Denique, & in tom. 9. tr. 7. Res. 49. §. Posset.

conforme Choro Ecclesiastico: ergo credilius est priuilegium dari ad illum etiam recitandi modum. Addeo quod priuilegium illud videtur concessum ad alleuiandos labores Priuilegiati: at parum vtile fuisset (quamen, nisi ex vi eiusdem priuilegij darentur facultas recitandi cum socio, qui simul posset suæ obligationi satisfacere. Assentior tamen Patri Arriaga contra Suarez, *lib. 8. de legibus, cap. 11. in fine*, priuilegium concessum Religioso ad ingrediendum Monasteria Monialium extendi ad socium. Ita me citato Mercolla *vbi supra, num.* 132. Quia consuetudo, & decentia religiosa postulat, vt hi nunquam soli incedant, sed saltem bini. Cùm igitur non possit Religiosus, decenter solus ingredi, priuilegium eius redderetur inutile, si non extenderetur ad socium.

Sup. hoc supra paulo post medium huius Res. & in tom. 7. tr. 1. Res. 349.

3. Ex dictis infertur, priuilegium concessum Sacerdoti, vt possit celebrare Missam tempore interdicti, extendi ad ministrum inseruientem; quia ferè inutile esset, si non posset Minister aliquis illo gaudere, non enim cogendus est Sacerdos habens tale priuilegium, quærere Ministrum, qui similem fauorem habeat, vt ab eo iuuari possit, hoc enim accidentarium est, ab eo non pendet vtilitas priotis priuilegij, quod per se debet esse efficax. Ita Gloss. *in cap. licet vobis. de priuil. lib. 6. verb. Non debent.* & *ibi* Io. And. Angel. *verb. interdictum. 6. num. 6.* Siluester *verb. Interdictum 5. quæst. 1.* Nouarius *in Summa, c. 27. num. 180. & seq.* Sayrus alios referens, *de Censur. lib. 5. cap. 5. num. 29. & seqq.* Suarez *lib. 8. de legib. c. 11. num. 7.* & alij communiter, & colligitur apertè *ex cap. licet de priuileg. lib. 6.* vbi tamen hoc limitatur; nisi Minister ille causam dederit interdicto, seu ad perpetrandum delictum, cuius occasione interdictum impositum fuit, auxilium, consilium, vel fauorem dedisset; tunc enim eo priuilegio Sacerdotis non gauderet, nec posset illius Missæ inseruire.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 4. Res. 8. & in tom. 4. tr. 2. Res. 51. §. Nota tamè, & seq. & ex Res. 2. not. seq. lege §. sed notandum, & hic infra vide §. vlt. huius Res.

4. Notandum est obiter hîc Primò, licet priuilegium non est extendendum de persona ad personam ob identitatem, vel maioritatem rationis, tamen limitatur hæc regula, vt procedat tantùm in priuilegiis concessis ab homine, non autem in illis quæ à iure conceduntur, seu quæ inserta sunt in corpore iuris: Hæc enim cùm habeant rationem iuris communis, extendi possunt ex identitate rationis, sicut aliæ leges extenduntur. Hoc autem confirmati potest exemplo: nam priuilegium exemptionis concessum Decurionibus, habentibus duodecim filios vt habetur *in leg. Si quis Decurio. 24. Cod. de Decur. lib. 10.* ob identitatem rationis, extenditur ad omnes alios Patres, qui Decuriones non sunt, immò, propter eandem rationem, extenditur etiam ad Matres. Et hanc opinionem tenet Glossa *in cap. Sanè de priuileg. verb. Temerarium.* Lucas de Penn *in leg. Iubemus. Cod. de pala. Sac. largi.* Hostiensis *in cap. Cum super. de sepult.* Io. de Plat. *in leg. Grammaticos. Cod. de profess. qui in Vrbe Constantinop. lib. 12.* Marc. Anton. Genuensis *in præl. Eccles. quæst. 590.* Sanch. *lib. 2. Summ. cap. 19. num. 31.* Tapia *in Comm. ad leg. vlt. ff. de Const. Princip. 2. part. cap. 3. num. 78.* Quod colligunt *ex d. leg. Grammaticos*, vbi conceditur priuilegium Comitiuæ dignitatis illis; qui per viginti annos aliquam scientiam docuerint alios in Vrbe Constantinopolitana, & ibi quærit D. Io. de Platea in prædictum priuilegium extendatur ad docentes in aliis Ciuitatibus; & respondet, extendi ex identitate rationis.

Sup. contento in hoc & duobus seqq §§. supra in tr. 2. Res. 46. signanter §. Limitanda. in Res. 47. & lege eas per totas, & si vides Res. & §§. annot. 2. Res. 2. huius annot. doctrina repleberis, pro hac quæst.

5. Limitatur Secundò, vt non habeat locum in Personis à iure æquiparatis. Hinc priuilegia concessa militibus armatæ militiæ, extenduntur ad milites cælestis, & legalis militiæ, vt docent Iuristæ *in leg. Centurio. ff. de vulg. & pup.* Marthes. *sing. 61.* Euer. *in suis Topic. cap. 56.* & hanc communem appellat Villalobos, *com. tit. P. num. 390.* Similiter priuilegia concessa Ecclesiis, extenduntur ad hospitalia, vt ait Panormitanus *in cap. Ecclesiæ, num. 6. de Immunit. Eccl.* Item priuilegia concessa libertati, alimentis, & doti, extenduntur ad piam causam, vt probat idem Euerardus *loco citato, à cap. 56. vsque ad 77.* & Tiraquellus *in Tract. de Priuil. piæ causæ*, & Andr. Gamb. *tract. de extens. num 166. & seq.* & priuilegia concessa, Pupillis, extenduntur ad minores, & è conuerso, & ad Rempublicam, Ecclesiam, Furiosos, & omnes, qui per alios reguntur, vt docet idem Euerard. *loc. cit.* Hoc autem solùm verum est, quando æquiparatio est facta à iure per modum regulæ, aut in vtroque est eadem ratio, vt declarant latissimè Iuristæ *in leg. 1. ff. de leg. 1.* & Euerad. sæpissimè *in suis Topic.*

6. Limitatur Tertiò, vt non procedat in casibus à iure æquiparatis. Hinc est, quod facultas, Clerico beneficiario concessa, ad fruendum fructibus Beneficij in absentia vt Theologiam audiat, extenditur ad studium iuris Canonici; quia hæ scientiæ sunt in iure æquiparatæ, vt colligitur *ex cap. 2. de priuileg. in 6. iuncto cap. licet. de præb.* & docent Archidiaconus *in cap. Cùm de diuersis de priuileg. in 6.* Panormitanus, & Felinus *in capite Finali, de Magistr.* Nauarrus *in Summa, cap. 25. num. 58.* Et priuilegium comedendi oua in Quadragesima, extenditur ad lacticinia, & è contra; quia hæc sunt à iure æquiparata, eò quod vtrumque trahit sententinam originem à carnibus, vt dicitur in Can. *Denique distinct. 4.*

Sup. hoc pro ex Res. Limitanda vers. Tertiò.

7. Et tandem nota hîc cum Arriaga *vbi suprà, n. 12.* aliquando ratione ipsius materiæ comprehendi aliquam personam, quæ in priuilegio non nominatur: quod etiam è contrario de lege ipsa eodem modo dicendum est; etenim si priuilegium dicat, *Concedo tibi etiam si sis cessatio à Diuinis, vt possis celebrare*, sine dubio ibi conceditur priuilegium vocandi Ministrum, sine quo Sacrum fieri non potest: conceditur item priuilegium Sacristano, vt licitè possit omnia ad Sacrum necessaria tali Sacerdoti suppeditare: similiter si datur alicui facultas legendi libros hæreticos, etiam datur facultas eos emendi: quæ extensio potest etiam fieri ad Mercatorem, aut ad illum, qui tales libros habet; nàm licet aliis vendere eos non posset, poterit tamen his, qui tale priuilegium habent; & sic in multis aliis materiis.

Sup. huius Res. & ex Res. 6. huius

RESOL. LXVI.

Adducuntur aliquæ opiniones circa recitationem Horarum Canonicarum.

Sed iam fere omnes difficultates in hoc ordine, & noua Methodo appositæ sunt iterum in hoc ipsomet tractatu in suis specialibus, & latis Resolutionibus.

Sed superest difficultas an quis adimpleat præceptum recitandi Officium hodiernum, paulo ante mediam noctem diei sequentis, si ipsum prosequatur post completam mediam noctem.

Ex quo infertur, quod Sacerdos licitè potest expectare ad incipiendam Missam paulo minus ante meridiem, etiam si præuideat se eam non posse finire nisi plus post meridiem.

Et docetur, quod qui complet annum vigesimum primum mane hora nona alicuius Vigiliæ non

non tenetur, etiam si possit, ad ieiunandum in alia die.

Et aduertitur anticipationem Horarum Canonicarum absque vlla iusta causa neque peccatum veniale esse. Ex part. 10. tract. 11. & Misc. 1. Resol. 16.

§. 1. NOnissimè Leandrus *de Sacram. tom. 1. tr. 6. disp. 13. quæstion. 10.* docet Subdiaconum in die suæ ordinationis non teneri persoluere Horas Canonicas; quia probabile est quod qui ex quauis causa non potest recitare maiorem partem Officij, in qua saluatur forma Officij Ecclesiastici, non tenetur; recitare minorem; vt qui non potest recitare Horas intermeridianas, non tenetur recitare Vesperas, nec Completorium, etiamsi possit, vt ex Torre, *controuers. 7. de Horis Canonic.* docet Ioannes de la Cruz *in Summa Præcep. 3. art. 3. dub. 5.* Et hoc non ob aliam rationem, nisi quia omnes Horæ vnicum Diuinum Officium reputantur, in quo Ecclesia repræsentat, quæ Christo Domino in sua Passione accidederunt; & cùm ista repræsentatio, saltem in minore parte, non saluetur, ad eam non tenebitur tunc. Sed sic est, quòd secundum communem opinionem qui initiatur Sacris, non tenetur eo die recitare Matutinum nec Primam, nec Sextam, imò (secundum aliquos) nec Nonam; quod est maior, imò & maxima pars Officij: ergo probabile erit, quod nec ad recitandam minorem partem, hoc est, Vesperas, & Completorium, eo die tenebitur.

hoc in tr. 6. §. 1. a. 6. vers.

2. Deinde etiam proabile est, quòd qui completum vigesimum primum mane hora nona alicuius Vigiliæ, non tenetur, etiamsi possit, ad ieiunandum illa die; non alia ratione, nisi quia præceptum ieiunij respicit totum diem, velut indiuiduum obiectum: & ita qui exemptus est à ieiunio per aliquam diei partem; totaliter liberatur toto illo die, ergo similiter in nostro casu est dicendum. Si quidem omnes septem Horæ Canonicæ sunt vnica Oratio, & habens vnicam rationem obiecti totalis: ergo qui liber est à maiori saltem parte Horarum; liber erit ab omnibus. Consequentia mihi est patens. Antecedens verò docet Sancius *in Select. disput. 54. num. 4.* contra alterum Sancium *lib. 2. de Matrim. disp. 14. num. 23.* his verbis: Nam præceptum ieiunij respicit totum diem integrum, vt diuiduum obiectum, non enim præcipitur per mandatum ieiunij diuidium diei, vel quartam partem ieiunari, sed totum diem: igitur qui exemptus fuerit à ieiunio per aliquam diei partem; totaliter liberatur illo die: cùm præceptum huiusmodi, vel totum diem comprehendere debeat, vel nullam partem illius. Sic ille. Et post illum Trullench. *lib. 3. in Decalog. cap. 2. dub. 1. n. 1.* ergo.

3. Idem Leandrus, *q. 25.* tenet, quòd quis adimpleat præceptum recitandi Officium hodiernum paulò ante mediam noctem diei sequentis, si ipsum prosequatur post completam mediam noctem; quia probabile est, quod omnes septem Horæ Canonicæ sunt vnica Oratio, vnico præcipiantur præcepto, & omnes habeant rationem vnius obiecti totalis vnius præcepti; vt fatentur Nauarrus, Bonacina, Lessius, & alij: ergo probabile etiam erit, quòd ille, qui eas ante mediam noctem incœpit, etiamsi post illam finiat, finiat eas tempore congruenti, & adimpleat præceptum recitandi. Patet consequentia; quia res vna, & indiuidua, incœpta tempore apto, optimè finiri potest, imò & debet si res est præcepta tempore sequenti, si id incontinenti fiat, vt statim. Deinde quia etiam datur præceptum, ne quis dicat Missam post meridiem, vt ex communi probat Francolinus *de Horis Canon. c. 41. à n. 1.* Et tamen licite potest expectare ad illam incipiendam, vsque paulò minus ad meridiem; etiamsi præuideat se eam non posse finire, nisi post meridiem; vt praxis & communis Doctorum apud Hentiquez: *lib. 9. cap. 24.* docent: ergo sic etiam, quamuis detur præceptum recitandi Officium Diuinum à media in mediam noctem; seu (quod in idem redit) quamuis detur præceptum ne Officium diuinum hodiernum post mediam noctem differatur, poterit nihilominus quis saltem absque graui culpa, vsque ad mediam noctem paulò minus differre; & tunc incipere Officium, & absque interruptione illud post mediam noctem recitar. Cæteras rationes adducit, & postea sic ait, Vnde hæc sententia, quia nil obesse diligentibus, & valde negligentibus & vsque ad mediam ferè noctem ludentibus prodesse potest, ne ex vna in alteram abyssum incidant; & quia valde vrgent argumenta pro illa facta; quia illam docuit eximius Magister Basilius Legion. *in tract. de Horis, cap. 2.* (vt à viro fide digno, & docto, audiui; & ex nostris sapientissimi, & in Theolog. Morali versatissimi, Fr. Franciscus à S. Iuliano, & Fr. Ludouicus à Conceptione in nostris Collegiis Salmant. & Complut. dignissimi Lectores, mihi, vt dixi, probabilis videtur.

Sup. hoc magis late, & simple in tom. 2. tr. 1. in Resl. 104. & quatuor seq. & in aliis earum prima. ii notationum.

4. Idem *quæst. 28.* probat non esse peccatum mortale recitare priuatim Officium Diuinum de Resurrectione, quando recitare quis debet de Feria, vel de Sancto, quia probabile est quod qui recitat Officium Resurrectionis, adimpleat præceptum recitandi Officium Diuinum, quoad substantiam, licet non quoad modum: ergò, cum violatio præcepti, quoad modum, non sit mortalis, vt omnes fatentur; nullo modo erit mortale, mutare Officium alicuius Sancti in Officium Resurrectionis. Consequentia constat, Antecedens verò probatur; quia vt suprà est habitum, probabile est quòd substantia præcepti recitandi Diuinum Officium, solùm consistat in hoc, vt recitentur septem Horæ Canonicæ iuxta Breuiarium à Sede Apostolica approbatum; ad modum verò, quod tali die recitetur de tali Sancto, vel de Feria, &c. at sic est, quòd qui recitat Officium Resurrectionis, recitat Officium contentum in Breuiario à Sede Apostolica approbato: ergo probabile erit, Talem sic recitantem adimplere substantiam præcepti, & consequenter non committere mortale. Et multas alias rationes Leandrus adducit pro hac sententia firmanda contra me. Et in fine tandem sic ait: Mihi respondendum in hac difficillima difficultate videtur: vel, quòd hæc argumenta habent vim faciendi hanc negatiuam partem probabilem, vel reddendi improbabilem alteram, quam præcedenti quæstione, vt probabilem cum Diana secuti sumus; nempe Officium pro Officio valere. Videat Doctus quis. In facti autem contingentia non auderem certè, sic Officium absque contemptu formali, vel virtuali, Permutantem lethali culpa damnare; Nam valde durum videtur, & à pietate Christiana alienum, mittere aliquem in infernum, aut dicere, quòd peccat mortaliter sine euidenti, aut certa ratione. Nec consilium præberem alicui de talis Officij permutatione, nisi fortè illis, qui iustè, vel iniustè sunt valde occupati, ideóque præ magnitudine Officij Diuini exterriti, nullum recitant. Melius est enim, securiusque, aliquod Officium, etsi breue, recitare, quam nullum. Ita ille. Et hæc omnia dicta esse volo secundùm mentem supradicti Leandri: nam ego iterum doceo opi-

Sup. hoc infra in Resol. 87. & 88. & lege doctrinam Resl. 86. & omnium Resol. & §§. eius primæ. & secundæ annot.

nionem quam olim docui. Assentior tamen Leandro asserenti *quæstione* 23. Me citato, finita hora secunda post meridiem, dictis Vesperis, & Completorio, posse statim recitari Matutinum, & Laudes sequentis diei. Et hanc sententiam docet etiam Quintanaduenas *in Theol. moral. tom.* 1. *tract.* 7. *Singul.* 2. *n.* 1. Nec displicet id, quòd firmat *quæst.* 15. illum satisfacere, qui suam partem recitat; sed alteram, quam alter Chorus recitat non potest percipere, quamuis attendat.

Sup. hoc supra in Resol. 61. prope finem, & in Resol. 62. & 64. §. 2. ad medium, & in alia Resol. earum annotationū. Et prox. lit. contento à vers. Nec displicet. huius §. supra in Resol. 59. §. Respondeo ad medium, vers. Sed an, &c. Et pro anticipatione Horarum contenta à lin. 4. huius §. vlt. Nec deseram, infra in Resol. 72. §. sed eius ad lin. 3. & in alio §. eius not.

5. Nec deseram hic etiam pro curiosis obseruare, sapientissimum Dicastillum *de Sacram. tom.* 1. *tract.* 4. *disp.* 10. *dub.* 6. *num.* 160. adducere aliquas rationes firmantes, anticipationem Horarum Canonicarum absque vlla iusta causa neque peccatum veniale esse. Nam omne actionis peccatum, aut omissionis est, aut commissionis, id est, vel contra præceptum affirmatiuum, vel contra negatiuum: vlterius debet posse assignari tempus, vel instans, in quo committatur. Atqui peccatum hoc, quod dicitur esse in anticipatione, nec omissionis esse potest, nec commissionis, nec assignari potest, quando committatur: ergo nullum est. Huius syllogismi maior est omninò certa; minorem mihi videor efficaciter probare. Nam si loquamur de illo tempore, in quo anticipo, nec commissionis peccatum committo, nec omissionis: non quidem commissionis contra aliquod præceptum negatiuum; quo mihi præcipitur. Ne dicas hoc tempore istas preces; nec enim mihi prohibetur orare eas potiùs, quàm alias: ergo dicendo illos, non pecco peccato commissionis: multò minus tunc pecco peccato omissionis: tùm quia dicere illas preces, non est omissio, vt patet; tùm quia nullum habeo præceptum dicendi tunc alias; cum quibus hæ sint incompossibiles: ergo nullum tunc committo peccatum. Posteà verò, quandò adest tempus congruens illis precibus; nulla est obligatio dicendi illas, supposito, quod iam antea dixerim, vt omnes concedunt: nullum ergo apparet peccatum. Sed si hæc opinio esset admittenda, aliqui ex mutuis peccatis venialibus immunes essent. Verùm quia Pater Dicastillus non vult aliquid circa præsentem difficultatem definire; neque ego definiam; sed communi sententiæ adhærendum esse puto.

RESOL. LXVII.

Quæritur, an aliquis peccet mortaliter, si Officium Diuinum recitet cum notabili interruptione inter Psalmos eiusdem Horæ, vel Nocturni, vel inter ipsos Psalmos?

Et quid, si sine iusta causa interruptio duret per vnam, aut duas horas? Ex part. 2. tractat. 12. Resol. 4.

Sup. contento in hac Resol. lege latam doctrinam Resol. seq. & signāter §. 1. & 2. & alterius §. eius not. & si placet vide in t. 8. tr. 4. Resol. 47. & §. eius annot.

§. 1. Affirmatiue nonnulli respondent: dicunt enim, si interruptio sit notabilis, & ad longum tempus, & sine causa, esse peccatum mortale, nisi repetatur posteà Officium. Et ratio præcipua, quam adducunt, est ista: Vnitas vniuscuiusque Horæ pertinet ad solemnem ritum, & formam præscriptam in his Horis recitandis: sed hæc vnitas tollitur, vel multùm minuitur per talem interruptionem, ergo, &c.

2. Secundò, per talem interruptionem priores, & posteriores Psalmi non efficiunt vnam orationem, & vnum officium Diuinum; & consequenter ex illis patribus sic interruptis non constituitur Officium Vesperarum, Completorij; &c. ergo, &c. Et ita hanc sententiam sustinent, Nauarr. *de oratione, cap.* 16. *num.* 75. Suarez *de relig. tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 24. *numero* 10. Azorius *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 8. *quæstion.* 5. Vasquez *Opusc. de beneficiis, capite* 4. §. 1. *dub.* 6. *num.* 109. Reginaldus *tom.* 2. *lib.* 18. *cap.* 12. *sect.* 4. *num.* 162. Squillante *de oblig. Cler. part.* 1. *dub.* 15. *num.* 48. Molfesius *in summ. tom.* 1. *tractat.* 5. *cap.* 2. *num.* 38. Ragucius *de Officio Canonicorum in choro, quæst.* 14. *num.* 4. Paulus Comitolus *in respons. mor. lib.* 1. *quæst.* 66. *num.* 2. Ioan. de la Cruz *in direct. consc. part.* ..... *Præcep.* 3. *art.* 3. *dub.* 4. *concl.* 2. *in fin.* Homobonus *de exam. Eccl. part.* 1. *tractat.* 4. *cap.* 4. *quæstion.* 39. Carolus Macigni *de Horis Can. cap.* 87. *num.* 12. & alij.

3. Sed mihi contraria sententia, semper visa est etiam probabilis. Dico igitur, quanquam interruptio sit magni spatij, & facta sit sine iusta causa, non esse peccatum mortale non repetere recitata, & incipere ab initio, sic Fernandez *in suo exam. Theol. part.* 3. *capit.* 13. §. 7. *num.* 5. Aragon. *in* 2. 2. *quæstion.* 83. *artic.* 12. *in fin.* Rodriguez *tom.* 1. *capit.* 143. *conclusione* 3. *numer.* 3. Vegha *in Summ. tom.* 1. *capit.* 128. *cas.* 22. Zanardus *in suo directorio, part.* 2. *cap.* 23. *in explicatione tertij Præcepti, fol. mihi* 624. Ledesma *in summ. pa.* 1. 2. *tractat.* 9. *capite.* 1. *fol. mihi* 522. & tandem Barbosa *in collect. tom.* 1 *lib.* 3. *tit.* 41. *cap.* 9. *num.* 17. Layman. *in Theol. mor. lib* 4. *tractat.* 1. *cap.* 5. *num.* 6. Villalobos *in summ. tom.* 1. *tractatu* 24. *dubio* 11. *numero* 4. & Lessius *lib.* 2. *cap.* 37. *dub.* 10. *num.* 57. Nam, vt obseruat Caietanus *vers. quando Horæ*, §. *quod ad quartum.* in istis circumstantiis, si deficiant, quod incurri peccatum graue: quia non pertinent ad substantiam materiæ præceptæ. Et ideò si interruptio duret per vnam, aut duas horas, manet tamen substantia precum, quia singuli Psalmi, vt notat *Lessius*, imò singuli penè versiculi per se habent suum pondus, & significationem completam, & sunt per se precatio, vel laudatio, vel sententia, non habens cum aliis necessariam connexionem.

4. Si igitur aliquis persolueret Diuinum Officium cum magna interruptione, & sine iusta causa, non eum condemnarem de peccato mortali. Salua semper, &c.

RESOL. LXVIII.

Aliæ opiniones afferuntur circa recitationem Officij Diuini; Et primo quæritur, an in Matutino Vigiliæ Nocturnæ plus quam per triginta horas inter se sine causa, absque lethali culpa dici possint, & ita recitantes Diuino Officio, & præcepto satisfacere valeant, & non teneantur repetere die sequenti Vigiliam Nocturnam, vel Vigilias Nocturnas, quas ab hora secunda diei antecedentis recitauit.

Et an hoc admittatur non solum de magna Nocturnorum inter se, sed etiam interruptione inter Psalmos, & alias eiusdem horæ partes.

Et supponitur; quod aliqui admittunt posse singula Matutini Nocturna seorsim per aliquod tempus absque lethali culpa recitari; puta, quod fieri posset intra spatium trium horarum.

Secundo, an Lectiones in Matutino diuidi possint à Psalmorum recitatione per quodcumque temporis spatium, etiam à secunda hora post meridiem vnius diei ad vndecimam noctis diei sequentis sine culpa lethali.

Tertio, an ille, qui per errorem, aut obliuionem die Festo

Festo duplici, vel semiduplici die proprio non recitauit, recitare possit de eo die prima non impedita officio nouem Lectionum.

Sed quid faciendum est, si hodie recitauit de Festo, de quo die sequenti, vel sequentibus recitaturus erat.

Et quid, si roges de quo recitandum sit in die huius Sancti, vel Festi, de quo iam anticipatè recitatum est.

Quarto docetur, posse Mendicantes, & qui illorum priuilegiis gaudent, celebrare Missam, & Officium recitare de Sanctissimo Sacramento in quintis Feriis etiam Aduentus, & Quadragesimæ.

Et etiam celebrare, & dicere Officium Conceptionis Beatæ Virginis in Sabbathis nouem lectionibus non impeditis, & hæc omnia procedere quoad Moniales omnes tam exemptas, quam non exemptas, sed sub Episcoporum regimine viuentes.

Quinto quæritur, an institui possit Capellania, quæ si verè beneficium Ecclesiasticum cum conditione expressa à Fundatore, vt Capellanus non teneatur diuinum Officium recitare?

Sexto notatur, vt quis possit recitare Matutinum post Vesperas nullam specialem causam requiri præter consuetudinem, quia hæc est satis pro causa.

Tandem obseruatur posse Horas Canonicas absque culpa venali dici etiam in latrinis, vbi venter exoneratur; Exp. 10. 11. 11. & Misc. 1. Ref. 17.

§. 1. DOctus, & amicissimus Pater Quintanaduenas *in Theol. moral. tom. 1. tract. 8. singul.* 2. quærit an in matutinis Vigiliæ nocturnæ plusquam per triginta horas inter se, sine iusta causa, absque lethali culpa, diuidi possint; & ita Recitantes Diuino Officio, ac præcepto satisfacere valeant? Et supponit Matutinum cum Laudibus sequentis dici secunda hora post meridiem recitari posse. Supponit etiam, quòd vsque ad horam noctis duodecimam diei sequentis inclusiuè, recitandi Horas præceptum impleri possit, ex communiori fere Doctorum sententia. His suppositis, respondet, non peccare lethaliter eum, qui nocturna prædicto modo diuideret, hoc est per triginta horas inter se, etiam sine vlla causa, nec teneri repetere die sequenti Vigiliam nocturnam, vel nocturnas Vigilias, quas ab hora secunda diei antecedentis recitauit. Probo ex sententia Doctorum asserentium, interruptionem etiam magnam, & sine causa, non esse lethalem; nec repetendum quod antea fuerat recitatum, sed solùm venialem; quia verè tunc quoad substantiam adimpletur præceptum: & licet sit magna interruptio, est eadem hora continuata moraliter propter intentionem, quæ habetur, supplendi quod deest intra eundem diem. Et hanc doctrinam *num.* 7. admittit, non solùm de magna Nocturnorum inter se, sed etiam de interruptione inter Psalmos, & alias eiusdem Horæ partes; quia per intentionem eas continuandi, prius recitatæ cum aliis postea recitandis moraliter vniuntur. Sed cum admittant alij posse singula Matutini nocturna seorsim per aliquod tempus recitare, absque lethali culpa: putat hoc fieri posse intra spatium trium horarum Escobar, *tract. de Horis Canon. c. 8. q. 4 n. 47.* & ante illum Azor. *tom. 1. lib. 10. quæst. 4.* & Nauarrus *de Orat. cap. 3. num. 64.*

2. Idem Quintanaduenas *singul.* 3. docet Lectiones in Matutino diuidi posse à Psalmorum recitatione per quodcumque temporis spatium, etiam à secunda hora post meridiem vsius diei, ad vndecimam horæ noctis diei sequentis, vt suprà de Nocturnis dicit; ex ratione adducta, & Doctoribus, qui magnam etiã inter Psalmos eiusdem Horæ interruptionem venialé esse concedunt: maior enim connexio datur, & maior vnitas moralis debet dari inter versus eiusdem Psalmi, quam inter Psalmos Nocturnorum & Lectiones, hæ enim respectu Psalmorum sunt velut quid eterogeneum, & versus illorum inter se sunt velut quid homogeneum. Nec, ait, obstat dicere, Psalmos, vt sic, sine vlla relatione ad Lectiones & Orationes, non esse Officium Diuinum; esse verò cum relatione ad illas; nam cùm qui Psalmos recitauit intentionem habeat recitandi posteà intrà terminum ab Ecclesia, vel doctoribus assignatum, Lectiones; illi Psalmi intentionaliter perseuerantes, moraliter cum Lectionibus vniuntur, & constituunt vnum morale Diuini Officij corpus.

3. Item *singul.* 9. quærit, an ille, qui ob errorem, aut obliuionem de Festo duplici, vel semiduplici, die proprio non recitauit; recitare possit de eo prima die non impedita Officio nouem Lectionum; Et respondet affirmatiuè; quia tunc tranfertur à proprio die in alium non impeditum, Festum duplex, aut semiduplex; cùm proprius dies est impeditus: sed in eo casu obliuio, & error sunt impedimentum ad recitandum tunc de illo festo, cùm hoc sit obstaculum, aut retardatio alicuius operis. *iuxta cap. Pia. §. fi. de Exceptione, leg. 6.* ergo ille dies iudicandus est impeditus; & ipsius festum transferti potest ad diem non impeditum. Secundò quia ignoranti non currit tempus, vt statuunt *lex Quandiu. Cod. Qui admitti ad bonorum possess.* Flaminius *de resignatione leg. 5. quæst. 4. num. 34. cum seq.* & Caldas Pereira *de renouatione emphit. quæst. 7. num. 3. cum seq.* Ergo, cum ad alicuius notitiam peruenit, se recitaturum fuisse die, vel diebus antecedentibus de hac festiuitate; perinde est, ac si eius proprius dies non pertransisset: & die non impedito poterit recitare.

5. Sed quid faciendum esset, si quis hodie recitauit de Festo, de quo die sequenti, vel sequentibus recitaturus erat? Quintanaduenas *singul.* 10. *num.* 2. respondet, vt ipse putat, non improbabiliter, quod qui hodie recitauit de Sancto, de quo die, vel diebus sequentibus recitaturus erat: non debet de ipso recitare die ad ipsius recitationem assignato. Fundamentum esse potest, quòd iam illi Sancto Diuini Officij pensũ solutum sit: & quòd debitum anticipata solutione solutum fuerit: plenissime solutionis rationem non tollit. Præterea, quia inusitatum videtur, quòd bis vel pluries (exceptis Agnete 2. & Octauis,) de eodem sancto recitetur: sicut inusitatum est, quòd idem debitum eidem bis soluatur. Sed si in hoc sentiendi modo roges, de quo recitandum sit in die huius Sancti, vel, Festi, de quo iam anticipatè recitatũ est? Respondeo, quòd de Festo, vel Sancto assignato in illo die, in quo recitatum est de sancto nondum incidente; sic enim vtrique debitum Officij pensum soluitur, nullusque defraudatur à suo cultu: quod maioris momenti videtur, quàm quòd dies solutionis commutentur. Si verò recitandum erat de Feria, aut Sancto simplici die, in quo præuenta est recitatio de sancto, tunc non poterit de his recitari? cùm non tranferantur: sed recitandum erit forsan ab eo, qui præter regulas in has angustias se vult redigere; de S. Simplici, aut de Feria, quæ incidit in eam diem; & sic iusta velut compensatio dabitur. Hucusque Quintanaduenas; qui etiam *singul.* 11. *& seqq.* tenet posse Mendicantes, & qui illorum priuilegiis gaudent, celebrare Missam; & Officium recitare de Sacramento in quintis Feriis, etiam Aduentus & Quadragesimæ. Et etiam celebrare, & dicere Officium de Conceptione Beatæ Virginis in sabbatis nouem Lectionum Officio non impeditis. Et hæc omnia docet etiam procedere quo ad Moniales omnes cuiuscunque Ordinis sub Episcoporum regimine viuentibus: nam gaudent priuilegiis

Sup. hoc & seq. Officio infra in Ref. 107.

uilegijs Religionibus Mendicantibus concessis. Et tandem dictus Pater Quintanaduenas *Singul. 19. & 20.* latè conatur firmare, quòd institui possit Capellania, quæ verè sit Beneficium Ecclesiasticum, ad integram Capellani sustentationem sufficiens, cum ea conditione à Fundatore expressa, vt Capellanus non teneatur Diuinum Officium recitare: & quòd Episcopus teneatur, vel saltem possit admittere, & authoritate Ecclesiastica erigere prædictam Capellaniam sine obligatione recitandi fundatam. Et hæc omnia, vt dixi, docet Quintanaduenas *locis citatis.* Sed scio aliqua ex his à viris doctis non approbari? ideò tu Lector iudica.

Sup. hoc primo huius §. supra in Res. 64. §. 2. paulò post initiũ & prope finem, vers. *Ami me parece.*

5. Notandum est hic obiter contra Gauantum *in Rubr. Missalis, tom. 2. sect. 1. cap. 5. sect. 6. numer. 2.* Suarez, Filliucium, & alios, quos affert Bonacina *de Horis Canonicis disputat. 1. quæst. 3. punct. 3. numer. 10.* vt quis possit recitare Matutinum post Vesperas, nullam specialem causam requiri præter consuetudinem; hæc enim satis est pro causa. Et ita docet ex Henriquez & Trullench, Leandrus, *de Sacrament. tom. 2. tractat. 6. disp. 13. quæst. 24.* Qui etiam *qnæst. 26.* optimè obseruat, posse Horas Canonicas absque vlla culpa veniali dici etiam in latrinis, vbi venter exoneratur; quod etiam docet Escobar, *de Hor. Canonic. quæst. 4. num. 208.* licet contrarium asserat Bonacina, *vbi suprà, numer. 5. & 6.* cum Castro Palao, *tom. 2. disputat. 2. punct. 4. numer. 7.* Sed pro sententia affirmatiua Escobar *vbi suprà* citat Sanchez, Faustum, & Trullench.

Sup. hoc latè supra in Res. Res. 45.

RESOL. LXIX.

Vtrum, si quis inuertat Ordinem Officij, vel Ordinem eiusdem Horæ, peccet mortaliter?
Idem est dicendum de illo qui inuertit Psalmos.
Et quid est sentiendum, si aliqui in Choro inuertant Ordinem Horarum? Ex parte 2. tractatu 12. Res. 16.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Vasquez *Opusc. de benef. cap. 4. §. 1. art. 2. dub. 4. n. 66.* ita asserens: [Caietanus inquit, quòd ordinem inuertere Horarum, non est mortale peccatum: vnde factum causa rationabili nullum erit; sine ea autem factum, erit veniale: & Sotus non audet hoc reprobare. Ego sanè, si rationabili fiat causa, nec venialis culpæ damnabo; si verò irrationabili bis aut ter, mortalem culpam non agnoscam; tamen sæpissimè, aut ex more id facere, existimo à mortali culpa non esse liberum; quoniam nimium iam ordini derogaret, & consuetudini Ecclesiæ communi: quòd enim semel, ac iterum fiat, non censetur ita grauiter consuetudinem Ecclesiæ lacerare, & dirumpere; & ideò non esset mortale. Et idem dicerem si inuerteretur ordo Psalmorum, quod à veniali culpa nunquam excusari poterit, siquidem causa nulla esse potest, quæ excuset; idem enim est ei, qui hanc Horam recitare debet, hoc aut alio ordine Psalmos dicere: vnde, si non seruat ordinem sine causa facit.] Ita Vasquez.

2. Hæc sententia est probabilis: sed contrariam probabiliorem esse existimo, quam aduersus Vasquez docet Bonacina *tract. de Horis Canonicis disputat. 1. quæst. 3. punct. 4. num. 5.* Et ratio est: quia, vt docet Reginaldus *tom. 2. lib. 18. cap. 2. num. 166.* Squillante *de obligat. Cler. part. 1. dub. 24. numer. 47.* Lessius *lib. 2. cap. 17. dub. 12. num. 80.* Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 24. dub. 13. n. 1.* & alij communiter, ordo non est de substantia: & per consequens, talis defectus versatur in quodam accidente. Imo contra Suarez *de relig. tom. 2. lib. 4. cap. 11. num. 10.* Macignum *tract. de Horis Canonicis cap. 45. num. 5.* & alios putat Bonacina, *vbi suprà*, hoc etiam procedere, si aliqui in Choro inuerterent ordinem Horarum: nam secluso scandalo, & aliis circunstantiis, ita facientes asserit non peccare: & ita etiam post Bonacinam docet Gauantus *in comment. Rubr. Missal. tom. 2. sect. 1. c. 5. tit. 8. n. 3.* Sup. hoc pra in 19. §. hæc, ad à vers. cando munia.

RESOL. LXX.

An quando Matutinum separatur à Laudibus in fine recitanda sit Oratio dies?
Et an peccet venialiter, qui sine iusta causa Matutinum à Laudibus seiungit? Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. Res. 48.

§. 1. HIc casus est frequentissimus, affirmatiuam sententiam docet Ioannes Baptista de Fabris *de sacr. Ordinis in communi, c. 19. q. 5.* Lezana *in quæst. anum regularium c. 12. n. 16.* & Oliuerius Bonartius *de Horis Canocicis. lib. 2. c. 17. n. 4.* vbi firmant, quod quando separatim à Laudibus Officium nocturnum dicitur, tunc per vers. *Dominus vobiscum*, & diei collectam finiendum esse, prout Laudes, Tertiæ, Sextæ, &c.

2. Sed negatiuam sententiam tenet: Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 7. c. 2. dub. 20. n. 2.* vbi sic ait: Quando diuiditur Matutinum à Laudibus, non est opus dicere orationem post Matutinum præterquam in nocte Natalis Dominici, vbi id præcipit Rubrica Breuiarij, quia nullo iure, nec auctoritate, nec ratione id probatur; sic ex recentioribus multi viri docti. Hæc Sanchez.

3. Verum ego magis adhæreo opinioni affirmatiuæ, quam consuetudo approbat, & docet etiam in his materiis versatissimus Bartholomæus Gauantus *in rubricis Missalis sect. 4. cap. 2.* An verò peccet venialiter, qui sine iusta causa Matutinum à laudibus seiungit; Affirmat Azorius *tom. 1. lib. 10. c. 8. quæst. 4.* Nauarrus *de orat. cap. 3. num. 28.* Toletus *lib. 2. cap. 13.* & alij. Sed Bonartius *vbi suprà num. 3.* probat, quod diuisio Nocturni Officij à Laudibus non est interruptio; vnde priuatim hoc fieri licet absque vlla causa. Quæ infra Res. 71. doctrina Res. 72. toran. gnanus, Paulò n. 3. inclinat. vers. Quæ vero Lau des.

RESOL. LXXI.

Vtrum recitantes Officium extra horas præscriptas, peccent mortaliter?
Et an cum causa neque venialiter peccent?
Et quæ sit causa iusta ad hoc faciendum?
Idem est de recitantibus in Choro Officium diuinum extra horas præscriptas. Ex parte 2. tractatu 12. Res. 14.

§. 1. REspondeo cum communi Doctorum sententia negatiuè: & cum causa, neque peccatur venialiter. Iustam autem causam puto cum Lessio, & aliis, esse maiorem deuotionem, vel periculum superuenturæ occupationis. Imò, quod est valde notandum contra Filliucium *tom. 2. tract. 23. cap. 6. num. 217.* Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 15. num. 11.* Azorium *part. 1. lib. 10. cap. 9. quæst. 1.* & alios; etiam recitantes officium in Choro extra Horas præscriptas, si scandalum non adsit, satisfaciunt præcepto, nec peccarent mortaliter. Et ita docet Valentia *tom 3. disp. 6. c. 2. punct. 10.* & post illum Bonac. *tract. de Hor. Can. disp. 1. q. 3. p. 3. num. 7.* & Gauantus Sup. hoc pra in Res. Res. in

...in comment. Rubr. Missal. tom. 2. sect. 1. capit. 5. ...ia 6. num. 9. Layman *in resol. mor. lib. 8. tractat. 1. ...ct. 5. num. 6.* & alij.

RESOL. LXXII.

An qui sine causa non legit Horas Canonicas tempore...rium determinatis, peccet venialiter?

At vero, quæ causa rationabilis sit non recitandi Horas Canonicas statutis temporibus, in textu huius Resolutionis decisum inuenies.

Et asseritur posse Vesperas Quadragesimales legi priuatim post prandium sine scrupulo peccati venialis.

An peccet mortaliter Communitas Religiosorum, si sine causa legitima Horas extra tempus præscriptum, aut earum Ordinem inuertat?

An Matutinum, & Laudes sequentis diei possint dici hora secunda pomeridiana, & quid in Quadragesima? Ex par. 7. tractat. 11. & Misc. 2. Resp. 12.

...s. 1. CLarum est non peccare mortaliter: difficultas est, si peccet venialiter, & negatiue respondet Caramuel *in Regulam. D. Benedicti, dist. 112. art. 1. num. 1411.* ex praxi virorum grauium & timoratæ conscientiæ; quia vix pauci determinatas horas in lectione priuata obseruant, vnde etiamsi lex aliqua olim fuisset de legendo officio horis determinatis, hæc iam esset abolita per contrarium vsum. Sed neque sanctio inuenitur, quæ horas, & tempora officio priuato constituat. Probatur; vel id decernunt constitutiones eædem quæ horas publico officio præscribunt, vel aliæ; neutræ: ergo. Primò, non aliæ; vel qui contrarium opinatur; legem ostendat obligatoriam, quæ horas præ...destinet particulari officio. Secundò, illæ sanctiones, quæ tempora officij publici determinant, minime se ad priuatum extendunt; aliàs enim teneremur eadem hora matutina recitare priuatim, quà publicè; quod nemo admittet. Præterea, *cap. sotus de consec. dist. 1.* non minus indicit horam Vesperis Quadragesimalibus, quam alij Canones reliquis Horis: atqui hoc caput non debet exponi de officio priuato: ergo nec canones. Minorem probo ex Caiet. 2. 2. *quæst. 147. art. 7.* Palacios *in 4. dist. 15. disp. 8. fol. 130. pag. 4.* Nauarro *cap. Quando, cap. 3.* Thomas Sanchez, *tom. 2. conf. lib. 7. cap. 2. dub. 36. num. 5.* qui asserunt posse Vesperas Quadragesimales legi priuatim post prandium sine scrupulo venialis peccati.

2. Subiungit Sanchez rationem, quæ si efficax ...ret, probabit omnes Horas manè aut Vesperi pro libitu legentis priuatim recitari posse: ostendit enim posse Vesperas Quadragesimales post prandium legi ex Rubrica Breuiarij, noui, feria 4. ciner. vbi quidem dicitur has legendas esse ante prandium; id tamen, vt ait, non est ponere præceptum quod singulos priuatim obstringat. Ergo in Matutinonam Rubrica eodem modo philosophari oportet, nempè asserendo eam non includere præceptum, quod obliget priuatim recitantes. Ita Caramuel.

...ge. 3. Sed eius opinio ita absolutè prolata mihi non placet, nam communis DD. fert sententia peccare ...venialiter grauius vel leuius pro ratione præuentionis, vel retardationis, si quis horas non persoluat ...statutis temporibus absque rationabili causa. Et ratio est quia quamuis non obligentur ex vi præcepti ...statutis illis & solemnibus horis officium Diuinum recitare, obligantur tamen ex decentia, & congruitate ipsius officij, quod ideo appellatur horæ Canonicæ, quia certis quibusdam diei horis secundum Canones sit persoluendum, & illæ horæ potissimum delectæ sint, in quibus præcipua salutis nostræ mysteria peracta sunt: Verba denique ipsius officij sæpiùs temporis meminerunt, quo recitandum, vnde contra rationem, & ordinem ipsius erit alienis planè horis illud persoluere. Vnde etiamsi non Peccetur contra illud, quod est substantia ipsius officij, peccatur tamen contra id quod in eo est accidentarium.

4. Præterea stabilitur ratione petita ex D. Tho. 1. 2. *quæst. 83. art. 4. ad 2.* vbi dicit peccatum veniale committi in non seruando modum rationabilem adimplendi præceptum quem lex prætendit, quod hìc fit, quia lex præcipiens recitari horas canonicas, prætendit, vt recitentur obseruato prædicto modo, & circumstantia horarum debitarum, & rectè. Dicit enim Apost. & obsecrat. *ad Rom. 12.* vt exhibeamus Deo rationabile obsequium, λογικὴν λατρείαν, provt videlicet recta ratio dictat conueniens esse & expedire.

5. Declaratur exemplis; Vno quidem de Eremita cui Angelus interdum maturas, alias acerbas, nonnunquam putrescentes vuas adferebat, provt videlicet tempestiuè, præproperè vel tardè pensum horarium exhibuerat, quod plerique Canonistæ cum Ioanne Andrea referunt, *in cap. 1. de celebr. Miss. & Summularij verb. Hora Canon.* Altero verò, de S. Seuerino Colonienſi Episcopo grauiter in purgatorio punito ob horas Canonicas omnes simul manè recitatas non seruatis temporum interuallis, quod narrat Abbas postea Victor III. Rom. Pontif. Sup. his in Resp. 12. not, seq. §. vlt.

6. Non nego tamen, vt me citato docet Trullench *in decalog. tom. 1. lib. 1. capit. 7. dub. 18. num. 6.* nullum peccatum committi ab eo qui non recitat intra tempus à iure præfixum, seruata tamen loci consuetudine, quæ consuetudo si legitimè introducta est, licitè seruari potest, & in hoc casu admitto sententiam doctissimi Caramuelis.

7. Si tamen quæras quæ causa rationabilis sit non recitandi horas statutis temporibus, asserо quod talis causa est occupatio studendi, prælegendi, concionandi, negocium aliquod temporarium expediendi, opus ad publicam vel amicorum vtilitatem pertinens præstandi &c. Quod si non solùm honesta vel vtilis causa, sed etiam legitima interuenerit etiam Vesperas mane perorare nullum erit peccatum, vt patet *ex cap. Presbyter, citato*, v. g. si iter aggrediendum, si diuina occupatio, vel molesta multorum negotiorum turbario præmanibus sit, ita communiter DD. quin addit Caiet. *suprà* etiam consului à iure præueniri tempus, vt quietiùs, aut deuotiùs dicatur officium. Vnde nullum sibi scrupulum formant viri Pij propter varia vitæ mortalis impedimenta sub horam quartam pomeridianam priuatim officium matutinum adiunctis vel separatis laudibus dicere, mane verò ante Sacrum Primam cum Tertia, post Sacrum verò Sextam vel Nonam vel omnes horas paruas simul ante Sacrum, post prandium verò circa horam secundam Vesperas & Complet. Si enim in Choro, vt *suprà* dictum, consuetudo Ecclesiarum sequenda proponitur; quis vetet mihi priuatim precum curriculum absoluenti insistere motibus virorum tum pietate, tum doctrina præstantium? Quo circa iudico sufficientem causam moderatè præcurrendi vel postponendi horas Canonicas esse bonorum consuetudinem nullamque aliam requiri; vt autem insolita aliqua præuentio vel retardatio introducatur, v. g. vt quis mane dicat Completorium; vel à

Sup. hoc cursim in Resp. præcedenti & in Resol. seq. §. Sed se.

prandio primam, censeo planè exigi causam iustam, alioqui peccatum admittendum veniale.

Sup. contento in hoc §. supra in Resol. 62. & pro parte in aliis eius primæ sect.

8. Non desinam tamen hîc adnotare Sanch. *in Osiasc. tom. 2. lib. 7. cap. 2. dub. 37.* docere Matutinum & laudes sequentis diei posse dici hora secunda pomeridiana; Ita recentiores ab eo consulti, quorum vnus dixit, quod si post mediam diem hodiernam recitet quis Matutinum diei crastinæ, saltem in Quadragesima vbi Vesperæ dicuntur ante prandium, satisfacere præcepto; sed hoc vltimum mihi non placet, sicut nec placuit Trullench *loco cit. num.* 8.

Sup. hoc in fine præcedentis Resol. & supra in Resol. 19. § Sed hæc, ad medium, & in Resol. 56. §. Obligari, prope finem, &c.

9. Nota hîc obiter Communitates Religiosorum non peccare mortaliter si sine causa legitima recitant Horas extra tempus præscriptum, aut earum ordinem inuertunt. Ita me citato Caramuel, *disputat. 101. num. 1320.*

RESOL. LXXIII.

An si quis sine causa non legit Horas temporibus determinatis, peccet venialiter?

Et quid si alias sit consuetudo contraria circa hoc?

Et quænam censenda sit iusta causa, quæ à culpa reddit immunem illum, qui non recitat Officium Diuinum debitis horis anticipando vel postponendo illud? Ex part. 11. tractat. 1. & Misc. 1. Resolut. 9.

Sup. hoc in duabus præcedentibus Resol. & supra in Resol. 64. §. vlt. ad medium à vers. *Es bien probable*, & in Resol. 62. §. Notandum est.

§. 1. SEntentiam affirmatiuam olim docui, sed contra me insurgit Caramuel *in Theol. fundamental. fundam. 53. §. 20. n. 1117.* vbi post aliquas conclusiones hanc ponit: Non datur de facto præceptum de tempore legendi priuatim. Didici ipsam a Diana, qui citatæ resolutionis §. *sed eius*, expressè ait; Non obligatur ex vi præcepti statutis illis, & solemnibus horis officium Diuinum recitare: Quid ergo hic ego, vbi non est lex, nec est præuaricatio: Ergo sententiam suam impugnat Diana, si Caramuelis opinionem impugnat. Ita ille.

2. Sed ego puto obligari, si non ex præcepto saltem ex consuetudine, ne & ex aliis rationibus quas Doctores vbi infrà adducunt. Itaque communis sententia Doctorum est, non seruare debitas horas in priuata Diuini officij recitatione, sine rationabili causa esse peccatum veniale; ratio est, quia officium Diuinum ideo horæ canonicæ dictum est, vt bene aduertit Nauarrus *cap. 3. de oratione num. 26.* quia certis diei horis est recitandum, vt iisdem horis, atque adeò per omnes diei partes Deum laudemus, & cum illæ horæ præcipuè selectæ sint, in quibus nostræ salutis mysteria peracta sunt, & sæpissimè hymni officij, temporis quo recitandi sunt mentionem faciant, certè negligentiæ reus erit, qui huiusmodi tempora sine legitima causa prætermittit, hæc est communis Doctorum sententiam, ita docet Henricus de Gandauo *quodlibet. 11. art. penult.* Paludanus *in 4. dist. 15. part. 5. artic. 2. concluſ. 3.* Ioannes de Turrecramata *in capite presbyter dispu. 91. quæst. 2.* Angelus *verbo hora num. 22.* Tabiena *dicto 26. num. 27.* Sylvest. *quæst. 9. dicto 2.* Caietanus *§. 4.* Armilla *num. 17.* Sotus *lib. 10. de Iustitia quæst. 5. artic. 4. conclusione 2.* Nauarr. *in manuali cap. 25. num. 97. & cap. 3. de oratione numer. 45. & sequentibus, & cap. 11. n. 29.* Medina *in summa lib. 1. c. 14. §. 11.* Palacios *4. dist. 15. disp. 9.* Manuellus Francolinus *tract. de tempore horarum Canonicarum capit. 25. numero 7.* Aragonius *2. 2. quæstione 83. artic. 12. dub. 5. §. de tempore dicto 2.* Ludouicus Miranda *tom. 1. Manualis Prælatorum regular. quæst. 37. artic. 8. conclus. 1.* Graff. *part. 1. decision. lib. 2. cap. 53. num. 18. & 19.* Cardin. Tolet. *in summa lib. 2. cap. 13. §. circa tempus*, Cardin. Bellarminus *tom. 4. controu. lib. 1. de bonis operibus cap. 18. §. tempus*, P. Gregorius de Valentia *tom. 3. dispu. 6. quæstion. 2. punct. 10. §. 5.* P. Lessius *lib. 2. de Iustitia cap. 37. dub. 12. num. 79. vers. est autem*, P. Reginaldus *l. 18. cap. 12. sect. vlt. numm. 179. proposit. 3.* P. Layman *tom. 2. lib. 4. tract. 5. cap. 3. num. 8.* P. Sanchez *tom. 2. Consil. moral. l. 7. cap. 2. dub. 36. concluſ. 3.* Videat Caramuel doctissimus, quantam nubem Testium contra se habeat.

3. Sed ego benignius loquendo, dico quod duplex potest esse horarum Canonicarum postpositio, quædam enim est moderata, & consueta, quam communiter ferè omnes faciunt sine scrupulo, vt si prima dicatur post duas vel tres horas ab ortu solis, simul cum Tertia, Sexta, Nona, & Vesperæ cum Completorio statim post prandium, alia verò inusitata, & extraordinaria, quæ absque vrgenti causa ab hominibus mediocri diligentia res diuinas tractantibus fieri non solet, vt recitare Primam in occasu solis, vel totum officium propè dimidiam noctem; priorem dilationem docet fieri posse sine vllo peccato, vt docet secunda sententia absque alia causa præter consuetudinem, & ratione illius; posteriorem verò non posse fieri absque peccato veniali, quia non est talis consuetudo, nec esset rationabilis Ratio prædictæ moderationis est, quia prior dilatio fundatur in necessitatibus communiter occurrentibus, & licet interdum possint non occurrere: tamen lex generalis non obligat cum tanto rigore, quia non possunt hanc curam, & sollicitudinem habere nisi homines valde perfecti, & in suis actionibus commensurandis ac distribuendis multum considerati, sed posterior dilatio non habet rationem moralem communem omnibus etiam regulariter, sed ex sola negligentia ordinariè nascitur, & est periculis exposita, vel omittendi aliquid, vel saltem malè recitandi nimia celeritate, & ideò non potest tanta licentia sine causa esse inculpabilis. Hanc sententiam docet Cardinalis Bellarminus *tit. 4. controuers. lib. 1. de bonis operibus cap. 18.* vbi ait; Intelligendum est autem, tunc solum peccatum esse, preces horarias non suo tempore celebrare, quando, & longè recedituir à tempore Canonico, & absque vlla rationabili causa id præsumitur, nisi fortè consuetudo iam multis in locis recepta, & à piis doctisque viris tacito quodam consensu approbata excuset: Idem docet P. Ioannes Azorius *tom. 1. lib. 10. cap. 9. quæst. 8. vers. Obiicies secundò* vbi addit. Est enim in hac parte potius consuetudini standum, quam iuri scripto; P. Suarius *tom. 2. de Relig. lib. 4. de horis Canon. cap. 27. num. 8.* ex professo hoc agit, idem docent P. Reginaldus *lib. 18. cap. 12. sect. vlt. num. 180. vers. 3. quamuis.* P. Filliucius *tom. 2. tit. 23. cap. 8. quæstion. 8. dicto 2. num. 270.* Bonacina *tom. 1. tit. de officio dispu. 1. quæst. 3. punct. 3. num. 9.*

Quibus omnibus adde Escobar à Corso *de Horis Canonicis quæst. 4. §. quo tempore, num. 129.* & Patrem Baldellum *in Theol. moral. tom. 2. lib. 3. dispu. 36. num. 6. cum seqq.*

4. Itaque concludo, venialiter illum peccare qui notabiliter variat tempus officij, sine rationabili causa nimis illud anticipando aut postponendo, vt si quis recitet Primam, verbi gratia: tempore Completorij, & ad crepusculum vespertinum, vel Completorium tempore Primæ, & ad ortum solis, & è contra, si quis varietex rationabili causa, vel si non variet notabiliter sed solùm moderatè, & intra quandam latitudinem paucarum horarum omnino potest vacare, culpa, vt subdit Suarius *cap. 26. cit. num. 8.*

Sanchez

Sanchez *lib. 7. Consil. mor. cap. 35. num. 5. & dub. 37. num. 2.* Bonacina *de horis Canonicis disp. 1. quæst. 5. punct. 3. num. 7. & 9.* nam sic habet consuetudo communiter recepta, etiam inter Clericos pios, & timoratos, & illa bene potest interpretari, & quatenus opus si etiam moderari rigorem iuris quoad præscriptum tempus cuiusque horæ: ac proinde etiam potest excusare ab omni culpa. Atque ita licitum est horas omnes minores simul dicere ante prandium post tres, vel quatuor horas ab ortu solis, & Vesperas, & Completorium simul dicere post prandium, & post meridiem, & Matutinum, & Laudes simul dicere Vesperæ præcedentis diei, vt mox dicemus, & hæc consuetudo iam sic habet, & est rationabilis, habita ratione earum occupationum, quæ communiter vnicuique solent contingere, & ideò vnusquisque liberè potest illam sequi, etiamsi fortassè occupationes non habeat, cum hoc sit per accidens, & ad honestandam consuetudinem satis sit, si communiter habeantur à pluribus.

5. Et si contingat rationabilis causa notabiliter præueniendi, aut postponendi tempus horarum vltra communem consuetudinem, adhuc potest id fieri sine culpa, vt notant iidem Authores, & patet ex *cap. Presbyter dist. 91.* vbi Presbytero, qui debet exire ad opus rurale, datur consilium vt manè recitet vsque ad Nonam inclusiuè, & *cap. 1. de celebr. Miss.* adduntur etiam Vesperæ, quod signum est in recitatione priuata facile posse ex aliqua causa variari tempus alioqui præscriptum, & consuetum.

6. Sed si quæras, quænam censenda sit iusta causa, quæ culpa reddit immunem illum, qui non recitat Diuinum Officium debitis horis anticipando vel postponendo illud: Respondeo ex doctoribus colligi quamcumque honestam occupationem esse causam legitimam, & rationabilem, talis est lectio, concio, studium, temporalium rerum licitarum, & necessariarum occupatio, & similia. Vnde Hostiensis *in summa tit. de Consecrat. Eccles. vel altaris dist. 2. §. & qualiter num. 15.* ait, quod Clerici peregrini possunt, simul dicere omnes horas, scilicet primam, & reliquas vsque ad Vesperam inclusiue, & Postea facere iter suum, & quod idem de curialibus intelligi potest, & Sylv. *verbo horæ quæst. 9. dicto 1.* idem dicit de curialibus: Innocentius, Hostiensis, Ioannes Andreas, & alij *in cap. 1. de celebrat. Missarum*, dicunt quod Dominus Papa, Cardinales, Episcopi, & multi alij inferiores mane recitant simul omnes horas vsque ad Sextam, quandoque etiam vsque ad Nonam inclusiuè, vt deinde negotia expediant, ita docet Nauarrus *cap. 3. de oratione num. 56. fin.* & Marcellus Francolinus *tract. de tempore horarum Canon. cap. 26. num. 4. & sequentibus*; Idem nunc passim seruant multi pij, & Religiosi Viri. Nauarrus tamen *cap. 3. de oratione num. 47. & 48.* reprehendit illos, qui nec studiis, nec lectionibus, negotioque vlli incumbentes, illico vbi illuxerit, aut paulo post horas omnes ad Vesperas vsque recitant; sicut etiam illos, qui equitando iter faciunt, cum possint statutis temporibus horas recitare; statim in Aurora omnes simul recitant, & postea totum diem colloquiis, fabulis, & verbis otiosis insumunt, denique legitimam causam esse, affirmant aliqui, si scholasticus differat Horas in vespertinum tempus, quia matutinum est aptius studio quàm vespertinum, hoc autem est aptum ad recitandum, ita Maior *in 4. dist. 14. quæst. 1.* Nauarrus *cap. 3. de oratione num. 55.* P. Thom. Sanchez *tom. 1. Consil. moral. lib. 7. cap. 2. dub. 36. n. 3* Reginald. *lib. 18. cap. 12. sect. vlt. num. 179. propos. 4. vers. monet.*

7. Ad id verò quod asserit Caramuël, exemplum à me adductum Sancti Seuerini me iugulare, respondeo, quod non; nam in Sancto Seuerino vt obseruat Perficus *de horis Canon. cap. 9. dub. 1. num. 10.* adfuit culpa, quia non recitando horas debito tempore agebat negotia sæcularia, & ex aula Regia, non ex Ecclesiæ necessitatibus procedentia. Ad alia, quæ contra me Caramuël adducit, respondent Authores superius citati, quos videre poteris.

te §. Declaratur.

RESOL. LXXIV.

An sit vnum tantum peccatum internum, etiam si voluntas omittendi Horas Canonicas sæpius per diem facta morali interruptione iteretur?

Et an Beneficiarius Sacris initiatus Horas omittens peccet duplici peccato contra iustitiam, & Religionem, adeoque in confessione vtrumque exprimendum? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Res. 219.

§. 1. AD hunc casum sic respondet Oliuerius Bonartius *de Hor. Canon. lib. 2. cap. 20. num. 6.* Censent communiter Doctores latum discrimen esse inter omissionem Horarum externam, & omittendi illas voluntatem. Illa enim, quamuis vnius diei Horas omittas, vnicum solum peccatum est? hæc multiplex pro numero volitionum renouatarum, quibus voluisti, vel omnes, vel aliquas per diem vicibus moraliter interruptis omittere, quæ etiam peccata sunt, quamuis postea mutata voluntate Horas recites. Dixi hunc esse communem sensum Doctorum; quia sunt aliqui, qui probabiliter tenent non videri multiplicari peccata pro numero volitionum internarum, eo quòd illæ censeantur continuari suo modo in externa omissione, quæ vnicum peccatum est: vt enim desideria, & proposita, quæ quis sæpiùs reaccendit, & furioso impetu fertur ad hostem suum interficiendum, non sunt, nisi vnum peccatum, quia continuantur in externa inchoatione homicidij; ita etiam censeri poterunt omnes illæ intentiones Horas illas omittendi vnum numero peccatum; quia continuantur in illa externa omissione, quæ solùm complentur sub finem diei naturalis. Ita Bonartius, qui *cap. 21. num. 1.* docet, beneficiatum Sacris initiatum Horas omittentem, peccare duplici peccato, contra iustitiam, & Religionem: adeòque in confessione vtrumque exprimendum; sed tu tene contrariam sententiam, quam alibi cum multis Doctoribus docui; quibus nunc addo Castrum Palaum *tom. 2. dispu. 2. punct. 1. §. 27. num. 29.* quia eadem est res præcepta omnibus illis titulis, & sub eadem ratione præcipitur; namque recitatio in laudem Dei, &c.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 7. lege latam doctrinam Res. 12.

Alibi in t. 1. tr. 7. Res. 65. & hic supra in Res. 25. ad medium, vers. Tum, quia valde.

RESOL. LXXV.

Vtrum, si quis omittat omnes Horas vnius diei, committat vnum peccatum, an plura?

Et an in confessione debeat exprimere, quot Horæ fuerunt omissæ? Exp. 2. tr. 12. Res. 5.

§. 1. DOcet esse plura peccata Leonardus Lessius *lib. 2. cap. 37. dub. 9. n. 53.* Nam singulæ Horæ sunt distinctæ orationes, & distincta Officia, diuersis temporibus Deo soluenda; ad quorum singula obligamur sub reatu peccati mortalis. Ergo singulorum omissio erit distinctum peccatum mortale. Secundò, in illo actu omittendi omnes Horas, salvè virtute; septem distinctæ omissiones sunt volitæ: sed singulæ omissiones sunt distincta peccata externa: ergo

Sup. hoc in tom. cap. 7. Resol. 4. à principio & cursim in alio verb. eius primæ nec.

ergo, &c. Vnde infert Lessius, in Confessione debere exprimi, quot Horæ fuerint omissæ. Hanc sententiam sequuti sunt etiam Tabiena *verb. Hora q.* 18. Tolchus *de visit. lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 19. & videtur tenere Toletus *lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 1.

2. At hæc opinio, quamuis sit probabilis prorsus non est sustinenda. Dico igitur cum Nauarro *c.* 7. *n.* 6. *de oratione.* Flaminio Paris *de resig. benef. lib.* 1. *q.* 9. *num.* 8. Graffio *p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 51. *num.* 14. Vegha *in sum. p.* 1. *cap.* 128. *cas.* 3. Rodriguez *in sum. tom.* 1. *cap.* 140. *n.* 16. Perro de Ledesma *in sum. p.* 2. *tract.* 9. *c.* 4. *concl.* 14. *diffic.* 1. *fol. mihi* 513. Sà *verb. Horæ, n.* 14. Valentia *tom.* 3. *disp.* 9. *q.* 2. *punct.* 10. Azotio *p.* 1. *lib.* 10. *c.* 7. *q.* 4. Suarez *de relig. tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 25. *n.* 18. Reginaldo *tom.* 2. *lib.* 18. *cap.* 11. *sect.* 3. *n.* 145. & P. Molfesio *in sum. tom.* 1. *tr.* 5. *n.* 9. cum Vasquez *Opusc. de benef. cap.* 4. *§* 1. *dub.* 5. *n.* 71. Ortiz. *in sum. c.* 3. *n.* 21. Portel. *in dubia reg. verb. Horæ Canonicæ, n.* 5. præceptum de recitandis Horis canonicis vnum esse, habens pro obiecto totum quoddam ex iisdem septem Horis Canonicis integratum. Ergo illud non adimplere, erit vnum tantùm Peccatum mortale.

3. Ad argumentum Lessij respondetur, omnes Horas esse partes vnius Officij, tanquam vnius actionis mortalis integræ; & ideò illius totius vna est omissio integra, atque ita vnum peccatum. Quod verò addit Suarez *vbi suprà, n.* 19. quòd omittere multas Horas sit circunstantia necessariò in Confessione aperienda, est reprobatum in nostra sententia, quæ docet, solùm circunstantias mutantes speciem, & aggrauantes, esse confitendas. Salua semper, &c.

RESOL. LXXIV.

An omissio vnius integræ Horæ paruæ sit pars notabilis ad constituendum peccatum mortale. ? Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. Res. 6.

Sup. hoc in duabus Res. seqq. & si placet lege doctrinam aliarum earum annotationum, & signanter in tom. 8. tr. 1. Res. 30. §. Quæro quinto.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Castrus Palaus *tom.* 2. *tract.* 7. *disp.* 2. *punct.* 5. *n.* 1. vbi sic ait. Existimo sanè quamlibet horam paruam, aut illi æquiualens esse partem notabilem, & non aliud. Quia communior sententia est, vnum esse præceptum de septem horis Canonicis recitandis: sed posita vnitate præcepti, leuis materia iudicanda est, quæ quantitatem horæ paruæ non attingit, cum non attingat partem duodecimam materiæ præceptæ. Ergo, &c. Et ita omittentem vnam ex horis Canonicis peccare mortaliter docent communiter Doctores Ioannes Molanus *in compen. Theol. pract. tract.* 3. *cap.* 10. *conclus.* 2. *num.* 11. Ioannes Vviggers *de iust. & iure tract.* 8. *cap.* 2. *dub.* 17. *num.* 79. Lessius *lib.* 2. *cap.* 37. *dub.* 9 *n.* 52. Ioan. Baptista de Fabris *in Manual. ordinand. cap.* 9. *num.* 65. Vega *in sum. tom.* 1. *cap.* 128. *cas.* 15. Fernandez *in Exam. Theol. moral. part.* 3. *cap.* 13. *§.* 7. *n.* 3. Ledesma *in sum. tom.* 2. *tract.* 9. *cap.* 10. *conclus.* 14. Bellochius *in pract. de casib. reseru. part.* 2. *q.* 15. *n.* 46. Bonacina *de horis Canonicis, disp.* 1. *q.* 5. *punct.* 1. *n.* 2. Tabiena *verb. Hora, n.* 18. Naldus *in sum. verb. officium Diuinum. n.* 10. Reginaldus *tom* 2. *lib.* 18. *c.* 11. *n.* 144. Sylvester *verb. Hora, q.* 12. *sub finem.* Molfesius *in summa tom.* 2. *tr.* 5. *c.* 5. *n.* 8. Oliuerius Bonartius *de horis Canonicis, lib.* 2. *c.* 10. *conclus.* 2. *n.* 5. *&* 6. 19. *conclus.* 4. *n.* 12. Macignus *de Horis Canon. c.* 26. Squillante *de obligat. Cleric. part.* 1. *dub.* 33. *num.* 68. Merolla *tom.* 1. *disp.* 2. *c.* 2. *num.* 132. Faustus *de Hor. Canon. lib.* 2. *q.* 8. Sanchez *in opusc. tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 2. *dub.* 11. *n.* 2. Palatius *in* 4. *sentent. dist.* 15 *disp.* 9. Nauarrus *in manuali, c.* 25. *n.* 96. *&* 97. D. Antonius *in summa part.* 3. *tit.* 13. *c.* 4. *§.* 5. Medina *in summa lib.* 1. *c.* 14. *§.* 11. & alij.

2. Verùm his non obstantibus nouissimè Philibertus Marchinus de Sacramento Ordinis *tr.* 1. *p.* 6. *diffic.* 3. *n.* 5. tenet omissionem vnius horæ paruæ integræ non esse materiam notabilem ad constituendum peccatum lethale. Sic enim asserit. Saluo meliori iudicio arbitror omissionem vnius integræ horæ paruæ non esse lethalem: ratio est, quia singulis diebus vnicum tantummodò vrget præceptum; ited omissio vnius horæ est parua materia comparata ad integrum officium Diuinum; ergo, &c. Ita ille. Et Sotus *de Iustitia. lib.* 10. *q.* 5. *art.* 7. *ver. subtegitur*, videtur dubius remanere; dicit enim, quòd forte est mortale aliquam horam non recitare.

3. Sed hæc sententia Marchini, mihi non placet, Primò, quia vt visum est, contra illam stat communis sententia Doctorum. Secundò quia, vt rectè obseruat Suarez *de Religione tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 25. *n.* 15. & Reginaldus *tom.* 2. *lib.* 18. *c.* 11. *sect.* 3. *n.* 144. omissio cuiuscumque horæ sufficit ad mortale, quia talis omissio est notabilis deformitas & mutilatio officij Diuini contingens in tali parte, quæ sufficeret ad mortale; si sola sub eo reatu præciperetur, quæ sint sine dubio singulæ eædem horæ, quæ simul quidem & tanquam partes eiusdem totius præcipiuntur; sed perinde ac si seorsim vnaquæque præciperetur.

RESOL. LXXVII.

An in recitatione Officij omissio vnius Horæ inducat tantum peccatum veniale ratione paruitatis materiæ? Ex p. 7. tr. 10. & Misc. 1. Res. 15.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam tanquam probabilem videtur admittere Iacobus Marchantius *in suis resolutionibus Pastoralibus part.* 2. *tract.* 7. *cap.* 2. *quæst.* 1. vbi sic ait: Plerique docent esse mortale, vel vnam horam negligere; puta Tertiam, vel Sextam, vel Completorium. Non assentior tamen Nauarro docenti omissionem tertiæ partis verbi gratia vnius Psalmi cum hymno, in Sexta, vel Tertia, aut Nona, esse peccatum mortale; nec enim adeò materia grauis videtur, vt sub peccato mortali prohibeatur. Quinimò videri etiam possit alicui probabile vnius horæ breuioris, puta Tertiæ, aut Sextæ omissionem ex negligentia, non esse mortalem, quia cum opinio communior asserat esse vnicum præceptum, quo præcipitur totum Diuinum Officium recitari, dici posset respectu huius totius, vnius horæ omissionem non esse notabilem partem. Sic si præcipitur alicui ex pœnitentia, vel aliter, vnam horam, & mediam impendere orationi, vel simul, vel diuisim; si medium quadrantem horæ omittat, non censetur peccare mortaliter. Item si cui præciperetur aliquo die recitare quadraginta Psalmos, & tres aut quatuor breues illo die contingat eum negligere, non censetur notabilis adeò materia, vt peccari mortalis reatum incurreret. Hæc afferri possunt pro hac sententia: nam in officio Diuino ferè quadraginta Psalmi intercurrunt, cum lectionibus, capitulis, antiphonis, orationibus, dum autem omittitur, Tertia, vel Sexta, tres Psalmi omittuntur cum paucis adiectis, ita vt in omnibus recitandis, non impendatur nisi horæ semiquadrans. Debet autem esse valde graue quod mortale esse censetur, nam leue punire morte æterna alienum est à Diuina Bonitate, cùm in foro ciuili tale punire morte temporali censeretur tyrannicum, vt rectè aduertit Reginaldus *praxis suæ part. prima, quæstione sexta.* Sic Laici in ordine Sancti Francisci pro Sexta, aut Tertia dicere tenentur septem *Pater noster*; Cur pro omissione negligenti septem *Pater* condemnaremus eos peccati

mort.

mort. cùm videatur non esse satis grauis materia. An qui vouisset septies in die dicere septem *Pater*, peccaret mortaliter omittendo septem? Cum ad octoginta *Pater* obligetur dictum, septem vix est notabilis pars. Confirmatur: quia qui mutat officium puta de Dominica, & vt breuius sit, dicit de festo duplici ad libitum, non censetur peccare mortaliter, & tamen longe pluta omittit, quam qui tertiam solam. Dices: Ille implet præceptum quoad substantiam, 7. horas persoluens, alter autem vnam ex 7. omittens, aliquid omittit spectans ad substantiam. Respondeo id quidem verum esse, sed tamen illa substantia omissa non videtur satis notabilis pro peccato mortali. Nec sequitur: Vna hora omittitur, ergo peccatum mortale committitur. Nam qui Sabbato Sancto omittet Vesperas, quæ constant Psalmo *Laudate*, cum *Magnificat* & Oratione, videtur quid leue omittere, est tamen vna hora. Item qui obligaretur ad officium Beatæ Virginis, omittens vnam horam earum, videtur non peccare mortaliter. Hucvsque Marchanius; sed ego huic sententiæ non adhæsi *in part. 6. tract. 6. Resol. 6.* refellens Marchinum illam etiam tenentem.

RESOL. LXXVIII.

An sit probabilis opinio aliquorum asserentium in recitatione Officij Diuini relinquentem vnam Horam integram ex minoribus, peccare tantum venialiter ratione paruitatis materiæ? Ex par. 10. tract. 16. & Misc. 6. Resp. 9. alias 28.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam nouissimè admittit Martinus de San Ioseph *in man. Confess. tom. 1. lib. 2. tract. 9. de Oratione, num. 5.* vbi sic ait. *Es comun opinion, que todas las horas Canonicas hazen vn Oficio entero, que la materia parua se ha de juzgar en orden à todo el officio entero, y que lo sera lo que fuere menos; que vna hora entera de las menores. Y aun algunos Autores graues tienen, que vna hora entera de las menores es materia parua, comparada con todo el Oficio diuino.* Sic Martinus *tr. 2. de ordine, part. 6. c. 12. diff. 13. n. 4.* Caramuel. citatus à Diana *7. p. tr. 11. resol. 2.* qui citat alios viros doctissimos, *porque les parece pequeña materia vna hora de las menores, respecto de todo el oficio. Larga es la opinion, però su apariencia tiene, porque como dizen graues Autores, al que trabaja en la fiesta vencer parte, que tres horas, no peca mortalmente, porque no llega à la octaua parte del dia; de que tratare abaxo: y a otros parece, que oie Missa el que llega à oir desde el ofertorio, porque juzgan, que todo el principio con el Euangelio inclusiuè, no es materia grave, en todas las morales es razon aliuiar las consciencias aziendo razon para elle*, & sententia humanior est tenenda, *l. pro herede 20. §. si quid & ibi gloss. humanior. ff. de acquiren. hæredit.* Et æquitas scripta præfertur rigori scripto, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, tam in publicis, quam in priuatis, *placuit. & ibi gloss. 2. C. de iud.* Gloss. *humanius in l.* Barbarius. *ff. de offi. Prætor. gloss. fin. in l. si sibi dederim. 25. de donationib. gloss. fin. in l. qui seruum. §. fin. ff. de actionib. & oblig.* & Gloss. *rationem. legis. 1. C. si seruus extero*: Et æquitas in omnibus spectanda est, *l. in omnibus. 90. ff. de regul. iur.* Quia iudices debent esse æquitatis amatores, Gloss. *fideiussorum. in §. si quis igitur.* in Authen. *de fideiussoribus collat. Y lo mismo deven juzgar los que escriben materias morales si pueden saluar, non han de condenar, porque los hombres deuen ser de la condicion de Dios inclinados à compassion, y equidad; que aunque esta es justicia, desinese, que es iustitia dulcorata*, pietate, & misericordia: & hanc semper debemus habere præ oculis, *l. quod si epheso. ff. quod certo loco, & c. disciplina. distinct. 45. & c. ponderet, distin. 50. No digo esto, porque ay Autores, que se escandalizan por ver, que otros hombres doctos aliuian las conscientias con sus opiniones; la mia en el presente caso es, la que dixe al principio, y refesi la de Caramuel, y Marchino (que como dixe) tiene su apariencia para que los hombres doctos juzguen mejor, que yo, lo que les parece della.* Hucvsque Martinus. Sed ego hanc sententiam olim reprobaui, & caueant in posterum Auctores illam tanquam probabilem in suis operibus admittere, nam malè olerent apud Sacram Congregationem indicis; Vnde non deseram hic apponere verba nostri Patris Magistri Lezana *consul. 48. n. 85.* sic asserentis: In materia Officij Diuini, seu Horarum Canonicarum, sententia Philiberti Marchini *de Sacr. ord tr. 2. p. 6 diffic. 3. n. 5.* dicentis, omissionem vnius Horæ Canonicæ (paruæ scilicet, nempe Tertiæ, Sextæ, aut Nonæ) non esse peccatum mortale, est falsa, & improbabilis: ratio est, quia leui nititur fundamento, scilicet, quod sit parua materia respectu totius Officij Diuini; non enim est, nisi notabilis deformatio, & mutilatio Diuini Officij: & quia est contra torrentem Doctorum, nempe D. Antoninum, Syluestrum, Tabienam, Sotum, Nicolaum de Ploue, Nauarrum, Azorium, Lessium, Suarez, Sanchez, & Reginaldum, quos refert, & sequitur Petrus Anellus *de Hor. Can. c. 8. d. 2. n. 5.* Item Molanum, Vvigers, Fabrum, Vegam, Fernandez, Ledesmam, Bellochium, Bonacinam, Naldum, Molfesium, Oliuetium Bonartium, Macignum, Squillantem, Merollam, Faustum, & alios quos etiam refert, & sequitur Diana *p. 6. tract. 6. resol. 6.* Adde, quod ratione huius, & quarundam aliarum propositionum, quæ in hoc libro continentur, delatus est ad S. Congregationem Indicis. Excusabilis tamen Author est, quia dicit, se ita arbitrari, saluo meliori iudicio. Hanc porrò sententiam ideò inter probabiles, & falsas recensere volui, timens de malitia temporum, ne plus æquo serperet, aut plausibilis fieret, cum bonarum conscientiarum dispendio. Ita Lezana, cui etiam addè Leandrum *de Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 13. q. 30.*

Quæ hic est supra Resol. 76.

RESOL. LXXIX.

An si quis omisit recitare, v. g. medietatem Tertiæ, vel Sextæ, satisfaciat præcepto; Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Resp. 216.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Oliuerius Bonartius Societatis IESV *de Hor. Can. lib. 2. c. 19. n. 12.* vbi sic ait. Vt sententiam meam paucis aperiam, dico insistendo vestigiis communis sententiæ Doctorum, qui putant vnum tantùm esse præceptum de omnibus Horis; simul habens pro obiecto septem Horas Canonicas. Ideòque illius præuaricationem vnum solum esse peccatum; probabile videri mihi non incurri in hac re peccatu mortale, nisi minima aliqua hora ferè integra prætereatur, vel aliqua pars horæ maioris illi respondens: vnde qui ex tertia saltem recitat vsque ad primum Psalmum inclusiuè, imò vnum illius Psalmum, non videtur peccare mortiferè. Probatur, quia omissio auditionis Missæ die præcepto vsque ad Euangelium secundùm receptam opinionem, non est peccatum mortale; & tamen illa prætermissio æquiualet ferè priuatæ omissioni tertiæ. Si ergo in Sacrificio Missæ habetur pars exigua, eius principium vsque ad Euangelium cur censebitur in officio Horarum totius

Sup. hoc in quatuor Resol. seqq.

totius diei sufficiens pars ad peccatum mortale constituendum, omissio dimidiæ partis horæ tertiæ; cùm officium istud multò prolixius sit, quàm sacrificium Missæ. Hæc Bonartius. Verùm hanc sententiam non approbant Doctores, quos citaui; & sum sequutus

Quæ hic est infra Resol. 81.

in part. 2. tract. de Hor. Canon. resol. 41.

RESOL. LXXX.

An in recitatione Horarum Canonicarum detur paruitas materiæ?

Et an omissio minoris partis possit sufficere in Choro ad peccatum mortale, quam in recitatione priuata?

Et an in mutatione Officij pro Officio detur paruitas materiæ?

Et an qui semel, vel bis in anno relinqueret recitationem Officij, non peccet mortaliter ratione paruitatis materiæ?

Et an qui tribus, vel quatuor diebus vltra tempus in Concilio permissum, choro non interest, non peccet nisi venialiter? Ex part. 5. tract. 5. Resol. 26.

Sup. hoc in Resp præterita, & in tribus seqq.

§. 1. AFfirmatiuè respondent communiter Doctores, & nouissimè Castrus Palaus *tom. 2. disp. 2. punct. 5. n. 1.* existimat quamlibet horam paruam, aut illi æquiualentem esse partem notabilem, & non aliud, quia communior sententia est esse vnum præceptum de septem horis Canonicis recitandis, vt statim dicam; sed posita vnitate præcepti, leuis materia iudicanda est, quæ quantitatem horæ paruæ non attingit, cùm non attingat partem duodecimam materiæ præceptæ. Sed circa præsentem quæstionem ne deseras videre Merollam *tom. 1. disp. 2. c. 4. dub. 7. diffic. 3. n. 127.* & me ipsum *p. 2. tr. 12. resol. 41.* vbi etiam *in resol. 26.* inuenies pertractatum, quænam pars officij omissa à beneficiario sit leuis, vt non obliget ad restitutionem.

Sup. hoc in Resol. seq §. vlt. & supra in Resol. 19. §. sed hæc, circum ante medium, vers. Hinc.

2. Notandum est tamen hic obiter primò cum Suarez *de relig. tom. 2. lib. 4. de orat. c. 13. n. 3.* omissionem minoris partis posse sufficere in choro ad peccatum mortale, quàm in recitatione priuata, quia totum ipsum officium grauius est. Addit postea grauitatem partis omissæ non esse pensandam ex quantitate proportionali, seu respectiua; id est, quòd sit tertia, vel quarta vel alia similis pars aliquota horæ, sed ex quantitate, dignitate, vel grauitate sua absoluta, quia semper magis hinc pendet grauitas culpæ. Sicut in Missa grauius est omittere verbum vnum in Canone, quàm orationem integram extra illum. Et illa existimat Suarez in hac mutilatione alicuius horæ quoad publicam recitationem in choro, in primis considerandam esse publicam deformitatem quæ inde nascitur, vt si inchoetur hora sine illo initio, *Deus in adiutorium meum intende*, vel quid simile, statim generabit publicam admirationem, & deformitatem: si autem tres, vel quatuor versus Psalmi transiliantur, non est tam publicus defectus. Similiter omittere in Vesperis Canticum, *Magnificat*, grauior erit defectus, quàm omittere alium Psalmum etiam maiorem. Concludit igitur idem auctor in recitatione Officij in choro primùm considerandum esse dignitatem, vel singularem necessitatem partis omissæ, deinde esse etiam considerandam absolutam quantitatem eius; nam integer Psalmus videtur sufficiens quantitas pro Officio publico, si voluntariè omittatur, quæ in recitatione priuata non esset sufficiens ad peccatum mortale. Et hæc omnia docet etiam Merolla *loco citato*.

Sup. hoc infra in Resol. 86. §. Limitant. ad lin. 4. &c.

3. Notandum secundò in mutatione officij pro officio dari paruitatem materiæ, vt si semel, aut iterum quis diceret Officium de Sancto, quando dicendum est de feria. Ita Baldellus *tom. 1. lib. 5. disp. 24. n. 3.* Sed ego semper puto in tali casu non adesse peccatum mortale, nisi dicatur Officium Resurrectionis, vt alibi ex professo docebo.

Sup. to. 1. §. Resol. delinc. alia not.

4. Nota tertiò Aragonium *in 2. 2. q. 83. art. 12.* docere quòd si aliquis semel vel bis in anno relinqueret recitationem Officij, non peccaret mortaliter ratione paruitatis materiæ; sed communiter reiicitur, quicquid ei faueat Soto *de iust. lib. 10. q. 5. art. 3.* & quoad Choristas professos Thomas à Iesu *in exposit. reg. sanct. part. 3. cap. 7. dub. 1.*

Sup. in fin. Resol. 86. §. 1. & in not.

5. Nota quartò quòd qui tribus, aut quatuor diebus vltra tempus in Concilio permissum choro non interest, non peccat nisi venialiter, quia hæc censetur materia parua in hoc genere. Hinc non est audiendus Suarez *tom. 2. de Relig. lib. 4. c. 13.* qui excusat solùm à mortali absentiam vnius diei, quia oppositum ferè communiter in praxi receptum est. Ita Faustus *de horis Canon. lib. 2. q. 183.*

RESOL. LXXXI.

Quænam paruitas materiæ excuset à peccato mortali & restitutione fructuum in omnibus Horis Canonicis?

Et an ea paruitas, quæ excusat à mortali in recitatione Horarum Canonicarum priuata, excuset etiam in recitatione publicæ Chori, nisi tamen interueniat scandalum? Ex part. 2. tractat. 12. Resol. 41.

Sup. hic dubio 1. & seqq.

§. 1. NAuarrus *cap. 10. de orat. n. 44.* cum Squilante *de oblig. Cler. part. 1. dub. 33. n. 69.* asserunt partem notabilem vnius Horæ, esse totum principium cum Psalmo.

2. D. Antoninus citatus ab Azorio *p. 1. lib. 10. c. 7. q. 3.* Mactignus *de Horis Canon. c. 26. n. 1.* Malderus *in 2. 2. tr. 10. c. 2. dub. 3.* & alij asserunt, tertiam partem Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, & Completorij esse partem notabilem. Sed hæc opinio, & à fortiori illa Nauarri dura mihi videtur. Nam, vt notat Angelus *verb. horæ, n. 18.* quem sequitur Lessius *lib. 2. c. 37. dub. 9. n. 72.* etsi vna hora sit materia grauis & sufficiens, vt sub peccato mortali præcipiatur: non tamen inde sequitur, tertiam eius partem talem esse, alioquin etiam tertia pars vnius Psalmi talis dicenda esset. Itaque etsi omittere Sextam, vel Nonam integram sit peccatum mortale, non tamen sequitur mortiferum esse, si tertia pars Sextæ, vel Nonæ omittatur.

3. Dico igitur cum Fernandez *in suo Exam. Theol. p. 3. c. 13. §. 7. q. 3.* Bellochio *in praxi de cas. reser. p. 2. q. 15. n. 46.* Vega *in summ. tom. 1. c. 128. cas. 15.* Pet. de Ledesma *in sum. tom. 2. tr. 9. c. 10. concl. 14.* & Reginaldo *in praxi tom. 2. lib. 18. c. 12. n. 143.* in horis breuioribus, vt Prima, Tertia, Sexta, Nona, & Completorio, partem notabilem esse dimidiam partem. Si quis ergo ex Nona, v. g. id relinqueret, quod non attingeret dimidiam partem, non peccaret mortaliter, non teneretur ad restitutionem fructuum, si

Sup. hoc in fin. Resol. 86. §. 1. & in not.

haberet beneficium. Vide etiam Lorca *in p. 2. tom. 2. disp. 16. membr. 2. de legib.*

4. Et hæc, vt diximus, intelligenda sunt circa Horas breuiores. Quid circa Matutinum, Laudes, & Vesperas? Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 1. c. 18. n. 8.* ait quòd in Matutino Feriæ, vel Sancti simplicis omissio trium lectionum, & earum responsoriorum esset materia parua, secùs si esset Matutinum Festi duplicis, aut semiduplicis, in quo nouem Lectiones, & octo Responsoria omittèda essent. Sed in his verbis Sanchez non dat regulam generalé pro omnibus

Officiis

Officiis & Horis, Gauantus *in comment. ad Rubr. Missrom. 2. sect. 1. cap. 5. tit. 1. num. 4.* & Suar. *de Relig. tom. 2. lib. 4. c. 25. n. 16.* ait necessarium esse, vt non dimittatur pars alicuius Horæ, quæ æquualet minimæ Horæ: si autem hanc non attingat, non videtur esse peccatum mortale, Antonius Ragucius *in tr. de offic. Canonicorum in Choro, q. 13. n. 4.* asserit in Horis maioribus, vt in Matutino, & Laudibus, & Vesperis notabilem partem esse quartam partem cuiuscunque Horæ, & non minorem.

4. Hæ sunt opiniones, quas in hac materia apud DD. inueni, omnes quidem probabiles, tu Lector quam malueris, accipe. Sed dices, quare in Horis breuioribus, diximus, partem notabilem esse dimidiam, non autem in Horis maioribus. Respondeo, quia quando totum aliquod est magnum, puto partem minorem tertia, notabilem esse. Sic dies festus constat viginti quatuor horis à media, vsque ad aliam mediam noctem. Ergo tertia pars est octo horarum, & tamen si quis in die Festo opus seruile, non solùm per octo, sed per quinque, aut quatuor horas faceret, peccaret quidem mortaliter. Ergo, &c.

Sup. hoc in 1. Resp. sect. 1. dub. 1. in Resol. 5. Sed hæc certum non videtur, vt infra dicemus.

5. Notandum est etiam contra Suarez, quòd paruitas, quæ excusat à mortali in recitatione Horarum priuata, excusat etiam in recitatione publica Chori, nisi tamen interueniat scandalum. Et ita docet Bonacina *tract. de Horis Canon. disp. 1. q.... punct. 1. n. 3.*

RESOL. LXXXII.

Quanam paruitas materiæ excusset à mortali in recitatione Officij diuini.

Et an detur materia tam parua, vt sit nulla. Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. Res. 2.

Sedens alibi habet præcedentibus Resol. & in Reg. & vt præcedentes alibi dixi. Sup. hoc in 1. Resp. sect. 1. dub. 1. in Resol. 5. Sed hæc certum non videtur, vt infra dicemus.

§. 1. DE hac materia ego fusius alibi tractaui: nunc adducam tantùm opinionem Ioannis Carmuël *in Regulam D. Benedicti, disputat. 112. numero 1408.* vbi docet, octauam diuini Officij partem esse materiam grauem, leuem autem quicquid est minus octaua parte. Et idcò *disputat. 118. numero 1462.* sic ait vt melius, & clatius innotescat, nota Canonicum officium moraliter coalescere ex octo partibus. Sed æquales istæ, an inæquales? quæ? quales? quantæ?

2. Prima sententia affirmat componi octo partibus inæqualibus, nempe octo horis Canonicis. Qui huic sententiæ subscribunt, dicere debent peccare eum morraliter, qui vnam breuem Horam omittit: omittit enim immediatam, & grauem partem officij Diuini quod supponit esse obligatorium; nam si omittens, moraliter non teneretur legere, omnis controuersia cessaret.

3. Sententia altera affirmat Canonicum officium cõponi immediatè ex octo æqualibus partibus entitatiuis, ac propterea peccaturum eum venialiter, qui omitteret Sextam, vel Nonã, quia Sexta, v. g. nondum est octaua pars officij Diuini. Doctissimi Patres Ioannes de Ionghe & Ignatius Derkennis, supracitati probabilem censent hanc sententiam, licet ex aliis fundamentis. Sanè probabiliter dicitur non peccare grauiter, qui horam tertiam omittit in officio Romano: ergo eadem probabilitate asseretur nec peccare mortaliter, qui omittit Tertiam & Sextam in Benedictino: Ratio est quia horæ minores Romanæ sunt penè duplo longiores horis minoribus Benedictinis.

4. Petes. Vtrum omittere decem Psalmos in Nocturnis Vigiliis sit peccatum mortale.

Insistendo primæ sententiæ respondetur negatiuè: quia hi Psalmi non sunt pars officij Diuini immediata, sed pars Horæ Matutinæ, quæ Canonici officij est octaua. Pars autem octauæ partis non obligat sub culpa graui.

5. Subscribendo secundæ sententiæ dici debet peccare mortaliter, qui omittit in Matutinis decem Psalmos: consequentia patet, quia si respiciamus officij Diuini entitatiuam quãtitatem, decem Psalmi excedunt officij octauam partem. Pars autem Canonici officij octaua, aut maior est grauis, & omitti non potest sine culpa mortali. Hucvsque Caramuel, quæ omnia ex eius mente dicta esse volo, nam video, vt ego *alibi* probaui, communiter Doctores asserere omissionem vnius horæ etiam paruæ esse materiam notabilem ad constituendum peccatum mortale in recitatione officij, neque vllus vsque adhuc docuit omissionem decem Psalmotum in recitatione Matutini esse materiam paruam.

Alibi in Res. quæ hic est supra 76. & in aliis eius annot. & lege Res. vlt. not. præteritæ & alias eius annot.

6. Notandum est tamen pro curiosis Caramuelè *vbi suprà* docere in recitatione officij præter materiam paruam dari materiã nullam, nam ait ille, sicut quantitas minor officij octante non est materia magna; sed omni magna minor: sic etiam quantitas minor octantis, siue, minor sexagesima quarta parte totius officij non est parua materia, sed minor parua: nempe aliqua, quæ physicè sit aliquid, sed moraliter loquendo nihil: Ita pro omnibus materiis Caramuel, *disputat. 4. numero 47.* ponit hoc fundamentum, quod totum morale non habet nisi octo partes, constat quia omnium Philosophorum decreto octo gradus caloris componunt totum calorem, & nullus est qui caloris agnoscere nouum, decimum, aut duodecimum gradum. Ergo qui omittit partem minorem quam octauam totius, non omittit partem rei præceptæ, sed partem partis, ideo deliquit in materia parua, atque peccauit venialiter. Sic Caramuel opinatur.

RESOL. LXXXIII.

An in Officio Diuino sit ea materia parua, quæ est minor Octaua parte. Ex part. 11. tract. 1. & Misc. 1. Resolut. 21.

Sup. hoc in quatuor præcedentibus Res. & lege aliam not. primæ Res. præteritæ.

§. 1. AFfirmatiuè respondet nominatim contra me Caramuel *fundam. 53. num. 190.* vbi sic ait: Oportet vt de physicis, ita etiã de moralibus philosophari; si enim daretur vel vna virtualis formalitas, quæ careret fundamento physico, illa esset chimæra, non moralitas; cùm igitur in hoc videantur cõuenire Philosophi quod qualitas diuidatur in octo gradus, nonum, decimum, &c. nondum schola admisit, videtur cõsequentia doctrinæ postulare, vt eodem modo de moralibus philosophantes, dicamus totum officium diuinum componi octo partibus, & qui vnã integram omittat peccare mortaliter non qui octauæ partis partem; Porrò Medici totum quatuor partibus constituunt, Arithmetici decem, Geometræ olim sexaginta, iam centum millibus, &c. Astronomi circulum diuidunt in duodecim, signum in triginta (Alphonsus Rex in sexaginta) gradum in sexaginta, &c. sed cur Caramuel, philosophos sequutus est, non Medicos, non Arithmeticos, non Geometras, non Astronomos; quia Theologia moralis subalternatur philosophiæ, non Medicinæ, non Arithmeticæ, non Geometriæ, non Astronomiæ.

2. Addo viros doctissimos consultos fuisse à Caramuele de hac materia, eosdemque omnes diuersas habuisse sententias, at nullam rationem aliquam fundamentalem. Ipse conatus hanc quæstionem ad prima fundamenta reducere, putauit ex philosophicis intensionis gradibus posse fundamentum desumi,

cum resolutio insisteret. Posito illo fundamento, cætera necessario sequuntur, qui transglucire consequentias illas non velit, oportet, vt aliis fundamentis insistat. Sed quibus? nulla habent, sed tantùm dicunt, sic videri. Dignetur Diana dare alia meliora fundamenta, & illa statim admittet Caramuël, & ad mentem ipsius dialecticabitur: quod si nemo hucusque præter Caramuelem, fundamentaliter hanc quæstionem decidit, videretur debere eius studio, & ingenio gratias agi, eiusque doctrinam aduersariæ præponi: aliud enim est dicere, vt puto, sic videtur, & aliud omninò, sic probatur: quoniam opinio, quæ ratione caret, & solo timore subsistit, etsi omnium sit, relinqui debet inuenta ratione in contrarium. Hucusque Caramuël.

3. Itaque ipse firmat, quod totùm mortale non habet nisi octo partes, quia omnium philosophorum decreto octo gradus componunt totum calorem, nec vllus vnquam agnouit nonum, aut decimum, &c. & concludit, quod pars minor octaua sit pars partis, atque adeò parua materia, & secundum hanc regulam in pluribus casibus decernit de paruitate materiæ.

Sed hanc doctrinam nominatim contra Caramuëlem latè impugnat Pater Pasqualigus *in quæst. Canon. Cent. 1. q. 29. per totam*, vbi sic ait.

4. Si hæc regula admittenda esset, sequerentur infinita absurda in materia morali; & primò quando Philosophi diuidunt totum in octo partes, seu gradus loquuntur solùm de toto intensionis, & quatenus est effectus naturalis agentis, quia nimirum considerando totam illam intensionem, quam naturale agens potest in qualitate producere, diuidunt in octo gradus, & sumunt octauum gradum pro illo summo, quod potest producere naturale. Neque tamen hinc sequitur, quòd intensio non possit absolutè excedere octauum gradum, nam secundùm illos, qui ponunt gradus homogeneos, poterunt duæ qualitates, vt octo poni in eodem subiecto, & tunc intensio diuidetur plusquam in octo partes: gratia, & charitas potest crescere vltra octauum gradum, quia potest semper augeri, vt augebatur in Beata Virgine, & aliis Sanctis, præsertim in confirmatis in gatia, qui quotidie eliciebant actus intensissimos, & consequenter merebantur notabile augmentum gratiæ, & charitatis. In aliis autem totis admittunt communiter plures quàm octo partes, vt constat in toto quantitatiuo, vt in numero, tempore, & in quantitate continua.

5. Deinde nec rectè applicat doctrinam de solis octo gradibus in intensione assignatis pro assignanda paruitate materiæ in toto morali, quia totum morale imitatur totum quantitatiuum, non verò totum intensiuum. Paruitas enim materiæ non habet locum nisi in iis, quæ diuidi possunt quoad materiam, circa quam actus versatur, atque adeò quæ se habent quãtitatiuo modo. In toto autem quantitatiuo partes non sunt determinatæ quoad numerum, sed possunt semper multiplicari secundùm varias diuisiones, & ideò aliunde mensuranda est paruitas materiæ, & non ex eo quod sit minor octaua parte; & si in aliquibus contingit quòd pars minor octaua sit paruitas materiæ, est per accidens, & aliunde hoc habet, & non ex eo, quod sit quid minus octava parte.

6. Absurda autem, quæ sequuntur ex hac doctrina infinita sunt. Si quis furaretur mille aureos alicui, sumptos ex massa decem millium, non peccaret mortaliter, quia furaretur aliquid minùs octaua parte, atque adeo in paruitate materiæ. Si quis ex voto deberet decies ieiunare, si nouies tantum ieiunaret, non peccaret mortaliter, quia omitteret paruitatem materiæ promissæ, nam omitteret aliquid minus octaua parte. Si quis in die ieiunij potens comedere octo libras carnis, comederet vndecim vncias, non peccaret mortaliter, quia comederet in paruitate materiæ. Si quis ingtederetur clausuram Monialium minus octaua parte spatij totius Monasterij, ingressus esset cum paruitate materiæ; atque adeò non peccaret mortaliter. Si quis abscindat digitum alteri, non peccabit mortaliter, quia lædet in membro, quod est minùs octaua parte corporis, & pars partis, atque adeo Paruitas materiæ, & eodem pacto, si inductio fiat per cætera semper multiplicabuntur absurda.

7. Et hæc omnia docet Pasqualigus aduersus regulam Caramuëlis. Et licet hanc Caramuëlis sententiam, me citato, adducat Martinus de San Ioseph *in mon. Confess. tom. 1. l. 2. tract. de oratione n. 5.* tamen non audet illam approbare: sed iudicium relinquit viris doctis.

8. Nostram verò sententiam circa paruitatem materiæ quoad præceptum Horarum Canonicarum etiam tenet, me citato nouissimè Hermannus Busenbaum *in medulla Theologiæ moralis l. 4. cap. 2. dub. 2. artic. 2. n. 2.* & me citato, Roccaful. *in praxi Theologiæ moralis tom. 1. part. 2. l. 3. de oratione vocali c. 11. num. 266. & alij.*

RESOL. LXXXIV.

An dubitans aliquem Psalmum, vel Horam omisisse teneatur repetere? Ex part 4. tractat. 3. Resol. 68.

§. 1. NEgatiuè respondeo, si probabilem coniecturam habet se dixisse, vtpote quia propositum attendendi habuit, & horas se incepisse meminit, & librum tenuisse. Imò si iste timidioris sit conscientiæ, malè faciet repetendo, aperit enim ianuam scrupulis, & ideo Confessarius ei iniungat vt non repetat, sed reliquum Officium prosequatur. Ita Homobonus *in consult. cas. conscient. vol. 2. part. 5. respons. 210.*

RESOL. LXXXV.

An in præcepto non addendi, vel minuendi aliquid ex Officio Canonico detur paruitas materiæ?
Et an propter talem additionem, & preces mistas, tamen quis satisfaciat præcepto recitandi? Ex p. 5. tr. 5. Resol. 64.

§. 1. AFfirmatiuè respondeo cum Castro Palao. *tom. 2. tract. 7. disput. 2. punct. 2. num. 15.* vbi docet, peccare venialiter aliquem, addendo, vel diminuendo minimum, tanquam partem Diuini Officij. Notat tamen ipse Suarez *lib. 4. de Horis Can. c. 15. n. 15.* & aliis peccatum esse mortale, vel minimum addere, vel diminuere animo vt in perpetuum sic duraret, quia licèt respectu Diuini Officij illa sit minima pars, leuis additio, vel diminutio, non est tamen leue, sed graue illam minimam partem ritui Ecclesiæ quasi perpetuò addere, vel diminuere; tum ob vsurpatam iurisdictionem, tum ob introductionem noui ritus & cultus; sed contrarium docet Bonacina *de Horis Canon. disp. 1. q. 3. part. 1. n. 21.* agnoscens in tali casu solam culpam venialem.

2. Non desinam tamen hîc pro curiosis adnotare quoad preces, propter talem additionem, te satisfacturum tamen præcepto recitandi, quia totum quod præcipitur recitas, etsi aliis precibus mixtum. Nec valet dicere quòd illa mixtio facit, vt non sit

eadem

eadem formula officij, sed alia; sed quis tenetur recitare iuxta formulam in Breuiario præscriptam, ergo. Nam respondeo, moraliter loquendo, non esse aliam formam, quia quis non censetur illa addere, vt partem diuini Officij, sed quasi per accidens, & ita tenet Palaus *vbi suprà num.16.*

RESOL. LXXXVI.

Sapius coactus sum respondere ad istam dubitationem: An quis impleat præceptum recitandi Horas Canonicas, si in Officio Feriæ recitet Officium alicuius Sancti, vel alterius Feriæ? Ex p.2.tr.12. Resl.3.

DVas extare in hac re contrarias sententias, mireni. Negatiuam sequuntur Vasquez *Opusc. de beneficiis, cap.4.§.1. dub... n.60.* Reginaldus *tom.2.lib.18. cap.16. num.172.* Suarez *de relig. tom.2. lib.4.cap.3.n.11.* Fernandez *in exam. Theol. p.1. cap.13. §.n.1.* Fabrus *de Sacram. Ordinis, dist.24.q.1. disp.1. n.146.* Homobonus *de exam. Eccles. p.1. tr.4. cap.5. q.1.* Gauantus *comment. in Rubr. Missal. tom.2. sect.1. cap.1. tit.2. num.* Onuphrius *Opusc. de mutat. officij,* Nauarrus *de orat. cap.19.n.211.* Iacobus de Graffis *dec. p.1.lib.2.cap.51.n.10.* Philiarchus *tom.1.p.1. lib.1.c.1. concl.6.* Rodriguez *tom.1.quæst.42. art.8.* Bellarminus *tom.3.lib.1.contr.9.cap.18.* Toletus *lib.2.c.23* Ledesma *in sum. part.2.tr.9.c.4.concl.12. fol. mihi 511.* Ragucius *de officio Canonicorum in choro, quæst.17. num.2.* Squillante *de oblig. Cleric. p.1. dub.26. num.50.* Tabiena *verb. Horæ, quæst.10.* & Molfesius *in summ. tom.1. tract.5. cap.2. num.50.* Naldus *in summ. verb. diuin. Officium, n.16.* Filliucius *tom.2. tract.23. cap.8. num.180.* Summa Corona *p.1. cap.1. §n.10.* Nam Pius V. præcipit, Officium dici iuxta formam ab ipso præscriptam: sed ad formam illam pertinet distributio Officij ad tempora, festiuitates, seu solemnitates, & dies: ergo tota illa forma de se sub præcepto cadit. Ergo, qui illam voluntarie omittit, peccat mortaliter, neque adimplet præceptum.

2. Limitant hanc opinionem Suarez, Reginaldus, & alij *vbi suprà*, quando Officij mutatio non fiebat ex contemptu, & esset æquialens in quantitate, vel ferè, nec animo eam sæpè pro libito faciendi: tunc enim, inquiunt, non esset peccatum mortale: sic etiamsi mutaretur Officium ex inaduertentia etiam culpabili. Requiritur tamen in hoc casu aliqua compensatio, si Officium omissum esset maius notabiliter, vt si in Dominicæ Officio, dicerent Officium alicuius Sancti: quia adimerentur ex nocturnis Dominicæ saltem nouem Psalmi, ne emittatur tanta pars Officij. Nam ita ex doctrina Raphaëlis de la Torre 2.2. *tom.1. de Horis Canonicis, contr.9. num.6.* mutatio formæ redundaret in notabilem mutationem substantiæ Officij.

3. Sed hæ limitationes mihi parum placent: nam, vt bene notat Vegha *in sum. part.1. cap.128. cas.17.* si non potest quis mutare Officium frequenter sine reatu peccati mortalis, nec erit licitum hoc facere vno, vel altero die: nam pro quolibet die est præceptum distinctum, & Officium cuiuslibet diei onus illius est; ita quòd in aliud non transit. Sicuti adest præceptum quolibet die in Quadragesima ieiunandi: & tamen qui vno die ieiunare omittit, peccat mortaliter. Illud etiam, quod addit Suarez de leuitate materiæ, non bene cadit in proposito: nam, licèt mutans Officium, recitet æquialens in quantitate, non recitat id, quod debet; sed aliud diuersum Officium: & sic non satisfacit, perinde ac si non recitaret: sicut qui ex præcepto tenetur ieiunare, aut audire Missam, vel quid aliud facere; non satisfacit, si id commutet in aliud æquale, aut etiam maius euidenter: quia non facit rem præceptam.

4. Dicendum est igitur absolutè, mutationem Officij, etiam dedita opera, non esse peccatum mortale, vt si loco Officij de feria dicatur de aliquo Sancto, &c. Tuetur hanc sententiam, Caietanus *verb. Horæ, c.2.* Layman *lib.4.tr.1.c.5.n.4.* Zerola *in praxi Episc. part.1. verb. Horæ Canonicæ, num.6.* Lessius *de iust. lib.2.cap.37. dub.12.n.77.* Valentia *tom.3. disput.6. quæst.2. punct.10.* Vegha *in sum. tom.1. cap.128. cas.17.* Binsfeldius *in Enchir. Theol p.4. cap.9. concl.7.* Syluest. *verb. Hora, n.15.* Sotus *lib.10. q.5. art.4.* Medina *in sum. lib.1. cap.14. §.11.* Molina *de oratione, quæst.9. diffic.10.* Armilla *verb. Horæ Canonicæ, n.7.* Ioannes Azorius *p.1. lib.20.c.10. q.2.* & nouissimè Rodriguez *in sum. tom.3. cap.195. n.3.* Et hanc sententiam probabilem etiam putat nouissimè Filliuc. *tom.2. tr.23. cap.7. n.227.* Si quæris rationem, hæcerit: nam substantia præcepti recitandi diuinum Officium est, vt septem Horæ Canonicæ persoluantur: sed quòd Officium sit de feria, vel de Sancto, pertinet ad modum accidentalem: ergo per talem mutationem non violatur substantia præcepti; sed modus, ritus, & cæremonia, quæ quidem non est transgressio sufficiens ad peccatum mortale, quidquid asserant DD. contrariæ sententiæ. Ideò si quis sine causa hanc mutationem faceret, ex quadam accidia animi, vt faciliùs, & breuiùs Officium expediatur, puto solùm peccare venialiter; & si beneficium habet, non teneri ad restitutionem fructuum. Salua semper, &c.

RESOL. LXXXVII.

An si quis dicat Officium Resurrectionis loco alterius Officij, satisfaciat præcepto? Ex part.7. tract.11. & Misc.2. Resl.7.

§.1. SVpponq esse opinionem probabilem vt si quis v. g. dicat Officium alicuius Sancti loco feriæ quod satisfaciat præcepto, nam officium pro officio valet ex rationibus à me adductis *in p.1. tract.12. resol.3.* Sed difficultas est de officio particulari Resurrectionis Domini, & affirmatiuam sententiam videtur docere Caramuel *in Regul. Diui Benedicti, disp.109.n.1387.* vbi sic ait: Quæritur an liceat officium mutare, id est, vtrùm quando legi debet officium de Dominica, possit aliquis legere de Sancto, Feria, aut è conuerso. Respondeo, quod licet quispiam debita opera quærat officium totius Breuiarij breuissimum, & semper illud recitet; illum adimplere præceptum quoad substantiam, & deficere quoad modum, ac proinde peccare venialiter, non mortaliter. Ita Caramuel, qui cum dicat satisfacere præcepto, qui dedita opera quærit officium totius Breuiarij breuissimum; officium Resurrectionis videtur designare; quod magis explicat *infrà disputat.106. num.1438.* vbi obseruat Patrem Suarez ferè omnibus diebus studuisse octodecim horis, & cum dubitaret an sex residuis horis potuerit dormire, & Horas recitare: Respondet fortè singulis diebus legebat officium de Resurrectione, quod viri occupatissimi laudabiliter faciunt. Ita ille.

2. Sed ego in praxi difficulter consulerem vt quis possit mutare officium alicuius Sancti vel feriæ in officium Paschale; nam in tali mutatione variatur notabiliter modus recitādi officium Diuinum, neque moraliter vt in aliis officiis redditur æquipollens: Adde quod in tali officij mutatione videtur quis derogare intentioni, & institutioni Ecclesiasticæ quæ specialissima ratione mouetur ad tale breue officium

Quæ nunc est Resl. antecedens, & siquanter in Resl. seq. & supra in Resl. 66. §. Idem quæst.28. & vide doctrinam aliarū Resl. not. primæ Resl. priorum, & etiam annot. tertiæ dictæ Resl.

recitandum per octauam Resurrectionis Dominicæ; ideò tu cogita. Et ex his patet responsio ad argumentum Trullench *in Decalogum tom.1. lib.1. cap.7. dub.14. num.12.* Castri Palai *tom.2. tract.1. disput. 2. punct.3. num.18.* nam est dispar ratio inter officium Resurrectionis, & alia officia, nam hæc moraliter æquiualent inter se, quo ad modum recitationis. Ergo, &c.

RESOL. LXXXVIII.

An qui recitat Officium Resurrectionis pro Officio de Feria, vel Sancto satisfaciat præcepto.

Et quid, si aliquis dicat Officium alterius Sancti loco Festalis.

Et cursim docetur quod opinio vnius vel alterius, quam omnes alij reiiciunt non meretur probabilitatem. Ex p.11. tr.1. & Misc.1.Res.26.

§. 1. CIrca præsentem difficultatem sæpius per literas me interpellauit, amicissimus Caramuël, & ipse affirmatiuam sententiam docuit in Theologia Regulari, seu in Regula S. Benedicti, quam Ego impugnaui; Verùm illam iterum Caramuël defendit nominatim cõtra me *in Theologia fundamentali fundam.53. §.12. num.1100.*

2. Sed ego non discedo à sententia negatiua, quã olim docui, & quam nouissimè me citato nominatim contra Caramuëlem tenet ex Societate Iesu doctus Pater Adamus Burghamer, & quia Codex non ita facilè inuenitur, ponã hic per extẽsum eius verba; sic itaque asserit. *Cent.1. Casuum conscientiæ casu 16.* Felix Sacerdos nullis morbis, aut rerum negotiis impeditus, longo tempore intra annum recitat officium de Resurrectione breuissimum, scilicet pro longioribus cuius tanquam grauis peccati admonitus à confessario, ait se tenere sententiam Caramuëlis *in Regula S. Benedicti disp.100. n.1387.* vbi hoc pro veniali habet: Quæritur an confessarius huic pœnitentis opinioni tanquam probabili accommodare se possit, ac debeat?

Docuit in Res. præterita, & in aliis eius annot. & vide doctrinã Res. not. seq. & aliarum eius primæ, & secũdæ annot. & infra ex Res.90. §.1. &c.

3. Videtur posse, & debere, tum ex authoritate Caramuëlis quam allegat: tum ex ratione, quia impletur substantia præcepti, tum ex praxi virorum Doctorum, & piorum, qualem nemo dubitat fuisse P. Franciscum Suarez ex Societate Iesu, quem constanter orasse per totum annum Breuiarium de Resurrectione sic ostendit Caramuel. Suarez dicitur singulis diebus 18. horas studuisse, iam ex reliquis sex horis, necessarium prorsus tempus demus sacro, refectioni, somno, & aliis, vix tantum remanebit, quantum requiritur ad Officium Paschatis recitandum: Confirmatur hæc opinio. Licitè aliquis dicere potest Officium alicuius Sancti, loco Ferialis, vt cum pluribus docet Diana *part.1. tract.12. resolut.3.* Ergo, & Resurrectionis. Resp. Confessarium opinioni Felicis accommodare se non posse, nec debere, cum nullam habeat probabilitatem, quod probatur, tum quia communis DD. contrarium docet; opinio autem vnius, aut alterius, quam omnes alij reiiciunt, non meretur probabilitatem, tum quia hac Canonicarum precum immutatione contra vniuersalem Ecclesiæ vsum inordinatio committitur adeò grauis, vt opinio illa vniuersim inducens nullo rationabili fundamento niti possit, sicut ex solutione argumentorum patebit.

Quæ hic est supra Res. 86.

Sup. hoc in tom.8. tr.1. Res.14. & late in tom.9. tr.2. Resol. 340. §.XI. & seq. & in tom.5. tr.1. Resol.1.§.Et post, cursim ad lin.5. & in tom.7. tr.1. Res.249.§.2. ad medium, à vers. Sed cum authoritas, &

4. Itaque ad primum dicimus, authoritatem Caramuelis, vnius, aut etiam alterius Doctoris, hic non sufficere, cum omnes alij Theologi reclament; Ad secundum negamus substantiam præcepti impleri: cum Officium Paschale, moraliter non æquiualeat Officiis per annum; Ad tertium fabulosum esse, quod affertur de P. Suarez, quem Orationi addictissimum fuisse viderunt nostri Patres, & dicentem audierunt, *Malle se omnem scientiam suam perdere, quam vnam horam, ex regula ordinis, quotidianæ Orationi destinatam omittere* quomodo ergo tot annis orationem Canonicam ex graui lege Ecclesiæ debitam turpi ac defectuosa immutatione declinauit. Ad confirmationem dicimus, multos eam valde probabiliter negare, quos citat, & sequitur Palao *tract.7. disput.2. part.2. num.18.* Quidquid autem de hoc sit, negamus paritatem, cum in tali Officio moraliter adhuc seruetur præceptum, non in Officio de Resurrectione, vt rectè ipse aduertit Diana *part.7. tract.11. resolut.7.* Hucusque Pater Burghamer; cui adde ex eadem Societate me citato doctum Patrem Tamburinum *in Decalogum tom.1. lib.2. cap.5. §.2. num.22.* & ex eadem Societate me citato Hermanum Busembaum *in Medulla Theologiæ Moralis lib.4. cap.2. dub.2. art.4. num.1.* Præter Sanchez, Filliucium, Taneredum, & Pellizzarium alibi à me adductos; vnde patet, quod nullus ex scriptoribus Societatis ausus sit sententiæ Caramuelis adhærere, sed omnes nostram secuti sint, sicut etiam illam sequitur me citato Marcus Serius *tom.3. in primum Præceptum Decalogi disput.1. diffic.5. 9.4. num.9.* Hieron. Garcias *in Summa tract.2. difficult.5. dub.3. num.16.* & noster Pater Verricelli *in qq. Moral.t.5. quæst.6. num.133.* & Palaus Valleio *in Horolog. horarum Canonicarum lingua Hispan. conscripto lin.13. punct.1.*

Que non est annot. dicta.

Assis. nulla ob. Res. vide DD. adducta ibi, & hanc.

5. Dicendum est igitur, præter rationes suprà dictas, vt optimè obseruat doctus Pater Tancredi *de Religione tract.15. lib.4. disp.11. quæst.2. n.15.* Officium Resurrectionis, esse ita affixum illi tempori, & habere tantam mutationem à solita forma Officiorum, vt quid peculiare videatur non posse communi Regula adiuuari, & ideo patet nec posse tempore Paschæ Resurrectionis, dici Officium, & Pentecostes è contra; quia illa forma in his diebus cum talibus Psal. Antiph. &c. videtur de substantia, & confirmatur ratione amicissimi viri, exemplo Missarum: nam aliquæ Missæ possunt dici infra annum, non autem Missa de Dominica Psalm. de Fer. III & IV. Hebdom. Pœnosæ, quia ita sunt illis diebus affixæ, & addictæ, vt in aliis dici non possint, ergo sic dicendum est de officio Resurrectionis.

Sup. hic tom.1. tr.4. paulo initio. Resp.

RESOL. LXXXIX.

An si quis dicat, v.g. Matutinum de Sancto, & Horas Canonicas de Feria, satisfaciat præcepto. Ex part.7. tr.11. & Misc.2. Res.11.

§. 1. AD hoc dubium ita respondet Caramuel *in Regulam D. Benedicti, disp.110. n.1403.* Qui sentiunt dari octo præcepta de Officio Diuino, & omissionem eiusdem non vnum, sed octo esse peccata mortalia: consequenter dicere debent eum, qui legit Horas aliquas de Dominica, & reliquas de Sancto, non peccasse mortaliter, quia singulis præceptis satisfecit quoad substantiam; tot autem peccata venialia commisisse quot Horas mutauit, & legit contra Rubricas. Ego verò oppositis innitor, ideoque existimo illum peccasse mortaliter, quia non legit Officium Diuinum, sed duo semioffficia, quæ non possunt ita connecti, vt vnum Officium Diuinum constituant; quia ex aliquot Horis de Dominica, & aliis de feria, si coniungantur non exurget Officium Diuinum approbatum à Sede Apostolica. Ita Caramuel.

Sup. hic Resol. 88. doctrinam & fundamenta per totum.

RESOL.

RESOL. XC.

In die S. Matris Teresiæ quis celebrauit eius Officium ex deuotione, quæsitum à me fuit, an peccauerit?

Et an sit tantum peccatum veniale dicere Officium sub ritu duplici, vbi sit dicendum de simplici, & è contra?

Idem dicendum est, si mutatio fiat in Choro, dummodo absit scandalum.

Et firmatur non esse graue peccatum anticipare, vel postponere in Choro notabiliter horas, nisi fiat ex consuetudine, & vsu, aut graue scandalum generetur.

Et docetur omittentem Vesperas Sabbathi Sancti non peccare mortaliter.

Et notatur vnicum peccatum committere non recitantem Officium defunctorum, & illud diei, nempe Octaua Omnium Sanctorum.

Et an, qui cras futurus est Panormi, vbi recitatur Officium S. Rosaliæ duplex, possit hodie Monte Regali, vbi Officium sit de Feria, recitare Matutinum de S. Rosalia?

Et an non sit neque veniale, si ex obliuione recitauit Matutinum de Feria, & aduertens dicat Horas de Sancto? Ex part. II. tract. 4. & Misc. 4. Resl. 45.

§. 1. SEclusa bona fide, peccasse mortaliter ex Gaianto, & Barbosa docet Pater Lezana *in sum. tom. 1. c. 12. n. 20.* vbi sic ait, Mutare qualitatē Officij, vel ordinem Breuiarij, recitando scilicet de Sancto, eo die, quo debet celebrari de feria, aliqui volunt no esse peccatum mortale, saltem si per duas, aut tres vices hoc fiat, Rodriguez *tit. 1. q. 42. art. 8.* Miranda *tit. 1. q. 37. art. 13.* verius tamen est talem immutationem facere, esse peccatum mortale in suo genere, nisi magna aliqua necessitas vrgeat id faciendi, quia sic faciens contrariatur intentioni Ecclesiæ, quæ non vult aliter recitari Officium Diuinum, nisi iuxta ordinem in Breuiariis approbatis, dispositum; Suarez *tit. 2. de relig. l. 4. de hor. Can. cap. 23. à n. 11.* Toletus *in summ. l. 2. c. 13.* idem dico de mutatione ritus in officio dicendo, vt si celebretur duplici ritu festum, quod non est nisi semiduplex, aut simplex; Pontifices enim, qui præcipiunt vti aliquo Breuiario, non solum præcipiunt substantiam festorum, sed etiam modum, & formam, quibus celebranda sunt. Ita ille.

2. Sed pace viri amicissimi, rigida videtur eius sententia, etiamsi standum esset opinioni asserenti officium pro officio non valere; & ideò ego tunc interrogatus, respondi in hoc casu non adesse, nisi peccatum veniale: Et ideò Pellizzarius *tom. 1. tract. 5. cap. 8. sect. 2. numer. 70.* sic asserit: Addit Lezana dicta de mutatione officij in officium, habere locum item in mutatatione ritus; vt si officium de Sancto concessum sub ritu semiduplici, aut simplici, fiat duplex; verùm si Lezana per hæc intendit in tali mutatione ritus peccari mortaliter, non videtur admittenda talis doctrina, nisi fortè in ea mutatione interueniret contemptus, aut graue scandalum; siquidem aliàs in hac re saltem leuitas materiæ excusaret à mortali, & rationes adductæ ad probandum licitam esse mutationem officij in officium, idem probabunt & de mutatione ritus, cùm in hac longe minor interueniat difformitas. Hæc Pellizzarius.

3. Vnde doctus, & amicissimus Pater Tancredi, *de relig. tract. 3. lib. 4. disput. 12. quæst. 1. num. 1.* sic ait: Hinc infero esse peccatum veniale dicere officium sub ritu duplici, vbi sit dicendum sub simplici, & contra.

4. Nec dicas cum quodam Neoterico esse mortale, quia est prohibitio Sacræ Congregat. facto verbo, &c. nam est ad locorum ordinarios, ne ritum mutent, vt patet legenti illam quæ in Breuiario præfigitur. Ita ille, qui loquitur in terminis fortuitis, nempe quando officium dicendum est de simplici, & recitatur de ritu duplici, quod aliqui negant, licet admittant quando officium erat recitandum de semiduplici, vt est in casu proposito.

5. Ad decretum vero Sacræ Congreg. Rituum sub die 8. Aprilis 1628. Respond. primo, quod S. Congregatio in tali decreto prohibet ne quis tamquam auctoritatem habens, possit pro suo libito mutare officia, vt clarè deducitur ex propriis verbis ipsius decreti: nam ibi hæc verba habentur; prohibetur ordinariis locorum tam sæcularibus, quàm Regularibus addere calendariis etiam propriis Sanctorum officia, nisi ea dumtaxat, quæ Breuiarij Romani rubricis, vel Sacræ Rituum congregationis; seu Sedis Apost. licentia conceduntur, non tamen prohibetur, quod neque etiam priuatim extra Chorum, quis possit permutare ad libitum officium; sicut nostra opinio affirmat & docet, ergo est probabilis, & tuta in conscientia, cùm tale decretum illam non reprobet.

6. Secundo, tale decretum S. Congregat. non reprobare nostram probabilissimam opinionem, quoniam solùm prohibetur in tali decreto, ne addantur Calendariis noua officia SS. quæ approbata non sint, vel in Rubricis Breuiarij Romani, vel à Sancta Sede Apost. vt videtur colligi ex verbis huius decreti: nam ibi ita loquitur (non potuisse, neque posse locorum Ordinarios, tam sæculares, quàm Regulares addere Calendariis etiam propriis Sanctorum officia, nisi ea dumtaxat, quæ Breuiarij Romani rubricis, vel Sedis Apost. licentia conceduntur) sed hæc nostra probabilissima opinio non affirmat posse aliquem ad libitum addere Breuiario Romano officia non approbata à Sede Apost. sed tantummodo permutare officium, recitando ad libitum priuatim de Sancto, vel de feria iuxta præscriptum, & formam officij approbati à Sede Apostol. Vnde quod ego ipse vno die recitem officium de Sancto pro officio feriæ vel alterius feriæ breuioris relicta longiori, ex hoc non tollitur, quod ipse non recitem officium approbatum ab Ecclesia, & à S. Apostol. dummodo tamen recitem officium aliquod præscriptum in Breuiario Romano, vel approbato à Sede Apostolica. Ideò manifestè habetur tale decretum nullo modo impugnare, & reprobare nostram probabilissimam opinionem.

7. Confirmantur supradicta, quia ferè omnes Doctores, qui post dictum decretum scripserunt, docent officium pro officio valere, & me citato tenet Martinus de San Ioseph *in mon. confess. tom. 1. lib. 2. tractat....* & me citato Leander *de Sacram. tom. 2. tract. 11. disp. 13. quæst. 27.* & me citato Marcus Vidal *in arca Theol. mor. tit. de hor. Canon. inspect. 2. n. 6.* quod etiam practicatur à viris doctis, & timoratæ conscientiæ.

Sup. hoc supra in Resl. 86. & si placet lege Resl. & §§. eius primæ, & secundæ annor. & hic supra §. 1 & 2. huius Resl.

8. Ergo signum est, dictum decretum Sacræ Congreg. non comprehendere casum nostrum; nam alioquin omnes supracitati Doctores docuissent opinionem contra decretum Pontificium, sed hoc dicere de tot viris doctrina, & probitate inclitis, videtur absurdum.

9. Ergo adde, quod dato, & non concesso opinionem contrariam Patris Lezanæ esse veram, adhuc putat Pater Tancredi, *vbi suprà*, non comprehendere

hendere casum nostrum, videlicet quando quis recitaret officium semiduplex ritu duplici: nam recitaret de eodem Sancto, & illa mutatio non est tanta, & addit: idem dicendum est, si fiat in Choro, dummodò absit scandalum, quod rarò, ait, contingere potest.

Quoad hoc infra in Resol. 105. §. vlt. a medium.

10. Et idem *disp.8. num.8.* me citato firmat non esse grave peccatum anticipare, vel postponere in Choro notabiliter horas, nisi fiat ex consuetudine, & vsu, aut grave scandalum generetur, quod rarò accidet, quia licet hæc circumstantia præcipiatur, non tamen accipitur cum tanto rigore: sed de his ego alibi.

Sup. his supra in Resol. 56. §. Obligari prope finem, & vers. posse in Choro, & in aliis eius not.

11. Sed nota hîc obiter pro curiosis, docere Pellizarium *tractat.5.c.8.sect.2.n.93.* omittentem Vesperas Sabbati Sancti non peccare mortaliter; quia vix perueniunt ad dimidiam horam ordinariam. Verùm attendendo ad principia Suarij, dicendum esset esse mortale, quia est notabilis deformitas quoad officij integritatem: alias qui Matutinum de Resurrectione non recitaret, non peccaret mortaliter, quod non videtur tam facilè posse admitti & ita tenet Pater Tancredi *vbi supra disp.12. q.6. num.19.*

Et pro contento in hoc §. Sed nota, supra in Resol. 77. cursim prope finem, vers. Nam qui.

Sup. hoc infra in Resol. 95.

12. Nota secundò, ex eodem Tancredi *q.5. n.18.* cum Pellizzario *loco cit. sect.1. n.48.* vnicum peccatum committere, non recitantem officium Defunctorum, & illud diei, nempe octauæ omnium Sanctorum; quia illa officia per modum vnius præcepti videntur imposita.

13. Et tunc putat Tancredi, quòd omissio vnius probabiliter dici potest non constituere peccatum mortale, sed contrarium putat probabilius.

14. Et tandem non deseram hic apponere ea, quæ curiosè discutit idem Pater Tancredi *disp.11. q.1.n.12.* vbi sic ait, Aduertere licet casum, de quo his diebus fui interrogatus, & respondi affirmatiuè; nimirum, an qui eras futurus est Panormi vbi recitatur officium Sanctæ Rosaliæ duplex, possit hodie Monte Regali, vbi officium sit de feria, recitare Matutinum S. Rosaliæ. Respondet Pellizzarius, & bene, affirmatiuè, quia quoad recitationem ex fictione iuris censetur esse Panormi. Vnde melius puto sic fieri, quàm recitare Matutinum de feria, & Panormi reliquas horas de Sancta Rosalia, & non peccabit, si sic faciat contra præceptum, quia licet sit aliqua ordinis inuersio, seu mutatio, tamen non est substantialis, cùm iam dicatur officium cum omnibus suis partibus: non enim est contra substantiam officij, quod nocturni dicantur de feria, & horæ de Sanctis, vt patet in S. simplicis ritus, imò nec erit veniale si ex obliuione quis recitauit Matutinum de feria, & aduertens dicat horas de Sancto, quidquid dicat contra Caramuël *in reg.S.Bened.d.*110.*n.*1403. quem videtur sequi Diana *p.7. tit.*11. *res.*11. Hucvsque Tancredi.

Sup. hac substantia in Resol. not. seq.

Quæ nunc est Resol. antecedens.

15. Sed exemplum adductum pro confirmatione à docto & amicissimo Viro, mihi non placet; nam in illo Matutino feriæ efficitur mentio de Sancto simplici in Inuitatorio, & in vltima Lectione. ergo, non bene adducitur, vt quis possit dicere Matut. de feria & postea sequenti die dicere officium duplex Sanctæ Rosaliæ: nam in illo Matutino certum est, quod nulla facta fuit mentio de Sancta Rosalia, vt fit in Matutino feriæ, quando dicitur de Sancto simplici, ergo, &c.

RESOL. XCI.

An si quis, priuatim extra Chorum ex deuotione recitauit Officium Confessoris non Pontificis pro B. Andrea, vel pro B. Francisco de Borgia, peccet mortaliter?

Et multa alia circa cultum Beatificatorum discutiuntur in textu huius Resolutionis, attende ea, quia sunt valde notanda, & menti tenenda pro dicenda Missa, vel commemoratione Beatificatorum facienda. Ex part. 4. tractat. 4. & Misc. Resol.231.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Iacobus Granado *in* 2.2. *D. Thomæ contr.*1. *tr.*7. *disp.*4. *sect.*2. *n.*19. vbi sic ait: Petet aliquis, an in quocumque die liceat recitare Officium deuotionis gratia in honorē Beatificati, Officium inquam, quod Ecclesia illi tribuit in suo determinato die? Respondetur non licere, & quidem quod attinet ad satisfaciendum præcepto, certissimum est, non impleri præceptum recitandi, v.g. si quis Sacerdos recitaret Matutinas preces de communi Confessorum applicatas alicui Beatificato; sed præterea licèt ex deuotione id fieret, crediderim non licere extra diem deputatum à Pontifice, & tunc non, nisi à personis determinatis, quibus potestas recitandi facta est. Probatur, quia ex hypothesi, quòd hoc diuinum Officium ordinatum sit ab Ecclesia, vt in honorem Sanctorum recitetur, censetur, & verè est publicus cultus; non licet autem Sancto beatificato deferre cultum publicum, nisi quando, & quibus Pontifex concedit. Itaque sicuti extra diem deputatum non licet celebrare Missam, quantumuis occultè id fiet; nec similiter licebit recitare Officium Diuinum; nam vtrumque ex Ecclesiæ institutione est publicus cultus. Ita ille.

2. Notandum est etiam hîc obiter id, quod alibi etiam notauimus contra Megalium, & Palaum, quòd quando in Bullis beatificationis aliquorum fit à Pontifice potestas celebrandi Missam determinatis tantùm personis, tunc non licebit celebrari per alias personas. Ita Doctores, quos alibi citaui; quibus nunc addo Franciscum Gosa Hispaniæ decus in quodam opusculo; & Granado *vbi supra sect.2.n.2.* qui tamen *n.16.* quærit, an si in diplomate Pontificio fiat Sacerdotibus alicuius Religionis potestas celebrandi in honorem alicuius Beati, & non addatur particula, *tantùm*, vel particula, *solùm*, possent alij quicumque Sacerdotes in illius honorem celebrare sacrificium Missæ. Et respondet sibi videri valde probabile posse celebrare; dummodò id fiat petentibus illis Sacerdotibus, quibus ea potestas concessa est. Probatur ex *regul.27. de reguli iuris in 6.* Qui facit per alium, est perinde ac si faciat per seipsum. Ergo qui potestatem habet celebrandi in honorem alicuius Beati; censetur habere, vt per alium celebret. Et in huius rei confirmationem facit sententia, quam sequitur Gonzales *super reg.8. Cancell. glossi. 5. à num.71.* cum aliis Doctoribus, & decisione Rotæ; scilicet si quis in fundatione Capellaniæ obligaret Capellanum, vt celebret certum numerum Missarum in singulis hebdomadis, satisfacere Capellanum huic obligationi, si per alium Sacerdotem eas faciat celebrare. Idem ergo in re proposita dicendum est, cùm sit omnino eadem ratio. Hæc Granado. Sed hanc opinionem aliqui viri docti recentiores non approbant, & asserunt esse disparem rationem inter exemplum adductum pro confirmatione, & casu, de quo est quæstio.

Alibi tom.1. Resol. & 2. in tom. 3. Resol. totam. ge etiam Christi & vers. seq.

3. Sed quæritur hîc, an liceat infra annum commemorationem in Missa facere de suprà dictis Beatis? & negatiuè respondet Granado *vbi suprà, sect.2.n.18.* vbi sic ait: Infertur non licere in aliis diebus celebrare, aut recitare, (v.g. concederetur, vt in die obitus celebretur) Missam in honorem

Sup. hoc Resol.

Beatifi

Beatificati; non licebit in aliis anni diebus celebrare, imò nec commemorationem, quam vocant, facere, nec auderem à mortali culpa excusare eos, qui secus facerent, nisi bona fides, aut ignorantia excusaret. Verum quidem est cum primum concedi-tur prædicta potestas, licere quasi pro initio, & in-choatione festiuitatis Missam celebrare in honorem Beatificati, etiam ante diem à Pontifice præfixum; ubi dies hæc multum distet à tempore, pro quo sit concessio praxis; id enim declarauit, hanc esse tacitam voluntatem illius. Ita Granado. Sed hoc vltimum non videtur admittendum, & praxis, de qua refertur Granado, in hoc Siciliæ Regno non adesse: vnde in tali casu non vtique celebrantur Missæ, sed cum innotescit Pontificium diploma pulsantur in aliquo die campanæ, & cum præsentia Episcopi cantatur solemniter Hymnus, *Te Deum laudamus*, ante imaginem, & altare Beatificati; & in fine dicitur eius orano, v. g. de communi Confessorum non Pontificum; & ita fecerunt Patres Societatis Iesv in casu B. Francisci Borgiæ; Clerici Regulares pro B.P. nostro Caietano, & B. Andrea.

4 Et tandem nota cum eodem Granado *loco. citato, n.17.* quòd quando in aliquo diplomate concedi-tur, vt, v. g. est concessum Clericis Regularibus celebrandi Missam pro B. Caietano, vel B. Andrea, vel Patribus Societatis Iesv, pro B. Francisco Borgia in suis Ecclesiis quoad sæculares vbique terrarum, non licebit illis celebrare in alienis Ecclesiis, vt in aliqua paroecia, aut Monasterio alterius Religionis; & si obtet petas, ait Granado, an sit culpa mortalis? respondetur, si id semel, aut bis fieret, non videri peccatum lethale, quia cùm celebratio sit licita, quod solùm mutetur Altare, vel Ecclesia non videtur grauis inordinatio, nisi ea mutatio toties fieret vt meritò iudicari posset, valde contraria decreto, & legi Summi Pontificis. Ita ille; sed in his materiis cautè procedendum esse puto.

RESOL. XCII.

An quis teneatur priuatim recitare Litanias in diebus Rogationum, si non adsit in Choro, siue in processionibus? Ex p.2.tr.12.Resol.42.

§.1. AFfirmatiuè respondet. Tannerus *in 2. 2. D. Thom. disp.5. q.1. dub.5. n.148.* Gauantus *in comm. ad Rubr. Missal. tom. 2. sect.6.c.16.n.3.* Suarez *de Relig.tom.2.lib.4. cap.25. num.7.* Bonacina *tract. de Horis Canon. disp.1.quæst.3. punct.1. num.13.* & alij.

2. Sed contrariam sententiam probabilem esse puto, quam docet Carolus Macignus *de Horis Canon.c.29.n.10.* & post illum Vasquez *opusc. de Beneficio c.4 §.1.art.2.dub.1. n.58.* & Molfesius *in summ. tom.1.tr.5.c.1.n.56.*

RESOL. XCIII.

An Litanias non recitare in diebus S. Marci & Rogationum sit peccatum mortale. Ex p.4. tract.4. & Misc.Resol.226.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docet Lezana *in summa qq. Regul. cap.12. n.23.* & Castrus Palaus *tom. 2. disp.2. punct. 2. num.13.* quia sunt pars Officij illius dies, neque in Bulla Pij V. excipiuntur, sicut excipiuntur alij Psalmi, & preces, & ita etiam tenent Doctores, quos citaui *in part.1. tract. de Horis Canon. resol.42.*

2. Sed ibi sententiam negatiuam esse dixi Molfesij, Macigni, & aliorum, quibus nunc addo Homobonum *in consult. cas. conscient. vol.2. part.5. respons. 244.* vbi sic ait: Litanias omnium Sanctorum in diebus sancti Marci & Rogationum recitare tenentur si publicis supplicationibus non interfuerint, non tamen sub mortali culpa ad has adstringi videntur. Ita ille; verùm prima opinio est tutior, & verior.

Quæ nunc est Resol. antecedens, & in aliis §§. eius annot.

RESOL. XCIV.

Præclara, & solennis quæstio; An adsit obligatio recitandi Officium Defunctorum, in die 2. Nouembris?

Et quid de consuetudine in prædicto casu?

Et late explanatur, quid est dicendum de Litaniis S. Marci, & Rogationum? Exp 4. in fine tr.4. & Misc Res.vnica.

§.1. AFfirmatiuè respondent communiter Doctores. Ita Tannerus *in 2. 2. D. Thom. disp.5. q.1.dub.5. n.148.* Castrus Palaus *tom.2. disp.2. de orat.punct.2. num.13.* Suarez *de Relig. tom.2. lib.4. cap.25.n.8.& 9* Layman *in summ.lib.4. tra.1.cap.5. num.4.* Sanchez *in opusc. tom.2.lib.7. c.2 dub.27.n.1.* Toletus *in summ. lib.2. c. 13.n.3.* Gauantus *in rubr. tom.2 sect.9.c.2. n.18.* Lublinus *in summula cas. ver. Hora Canonica.n.12.* Naldus *in summ. ver. Officium diuinum 11.* Binsfeldius *in enchir. Theol. part.4. c.8. §.5.concl.8.* Io. Baptista de Fabris *in man.ordin. c.20. q.7.* Ægidius de Trullench *opus.de Horis Canon.dub. 2.n.12.* Homobonus *in consult. cas. conscien. vol. 2. part.5. respons.245.* Molfesius *in summ. tom.1. tract.5. c.1.n.57.* Io.Franc. Suarez *in enchir.cas.conscien. lib.2. ver.Hora Canonica,§. 14.* Graffius *in decis.part.1.lib. 2.c.53.n.24* Vega *in summ. tom.1. c.128.4 cas.24.* Sotus *de iust.lib.4.q.4.art.4.* Macignus *de Horis Canon.cap. 29 n.16.* Armilla *ver.Hora Canonica.n.9.* Escobar *in exam.Confess. tract.3. c.12.n.63.* Faustus *de Horis Canon.lib.2.q.302.* Vantius *in disciplt. Cleric.lib.5.cap.4.* Lezana *in summ.qq.regul.c.12.n.23.* & Anton.de Literatis *in summ.part.6.cap.7.n.11.* Probatur hæc opinio à supradictis Doctoribus, quia in tali die Officium defunctorum ponitur cum Officio maiori, & præscribitur dicendum in rubrica vt Officium proprium illius diei. Secundò, quia omnes obligati ad dicendas Horas Canonicas in illa die recitant Officium defunctorum; ergo saltem ex consuetudine adest obligatio illud dicendi.

Sup. hoc in Resol. seqq. §. Nota verò, cursim ad lin.4.

2. Sed contrariam sententiam tenuerunt aliqui, quos tacito nomine citat Molfesius *in summ. tom.1. tract.5.c.1.n.57.* & nouissimè tenuit quidam Theologus Societatis Iesv in quadam collatione domestica facta à Patribus Collegij Matritensis, vt testatus est mihi amicissimus, paritérque doctissimus P. Didacus Sigonei, eiusdem Societ. qui per epistolam datam in Collegio Complutensi sub die 26. Nouembr. 1634. mecum hunc casum dignatus est consulere, vnde vt eius mandatis obtemperarem, hanc compositi resolutionem. Dico igitur quòd ista sententia suaderi potest his rationibus.

3. Primò, quia Pius V. in Bulla posita in principio Breuiarij non obligat ad dicendum Officium defunctorum diebus in rubricis Breuiarij statutis, & absolutè loquitur, neque distinguit, neque excipit Officium defunctorum in die 2. Nouembr. & lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus, vt patet ex *l. de pretio, ff. de public. in rem. act. l. non distinguemus, ff. de recept. arbitr. l. preces ff. de offic. præs. l.2. §. conuenire. ff. de iudic.* Et lex generaliter loquens,

generaliter est intelligenda, vt habetur *in l.in fraudem.§.vlt.de testam. milit. l.1. §.generaliter, de aleat.* Si igitur Pius V. in dicta Bulla tollit absolutè obligationem recitandi Officium mortuorum, neque excipit diem 2. Nouembr. cur nos illam excipere debemus? & ideò Zecchius *in summ.tom.2.cap.83.n.16.in fine.* Villalobos *in summ.tom.1.tract.24.diffic.6.num.3.* Ioan.de la Cruz *in direct.part.1.pract.§. art.3.dub.4. concl.2.* Carillo *in itiner. ordinan. sect.6. c.1. num.40.* Philiarchus *de offic.Sacerd. tom.1. part.1.lib.1.cap.40.* Rodriguez *in compend. qq. regul. resol.14.n.14.* Lessius *lib.2. cap.37. dub.12. num.76.* Aragon. *tom.2. in 2.2. D.Thom. quæst.8. art.12.* Turrianus *in summ. part.1. cap.116.dub.5.n.12.* Gordonus *in Theolog. mor.tom.2. lib.6. q.2. n.44.* Petrellus *in lectura casuum conscientiæ,part.1.lect.4.§.1.num.8.* simpliciter & sine vlla distinctione docent,quòd ij qui recitant iuxta Breuiarium Romanum, non obligantur ad Officium defunctorum diebus in Breuiario præscriptis, & non excipiunt diem 2. Nouemb. quam sciebant excipere supracitatos auctores;ergo non esse excipiendam putarunt.

4. Secundò probatur hæc sententia,quia in rubrica apposita in Breuiario die 2.Nouembr. non inueniuntur vlla verba præceptiua obligantia ad dicendum Officium defunctorum, sed solùm ibi dicitur quòd *dicto Benedicamus Domino, dicuntur Vesperæ defunctorum*; sicuti etiam in feria 2. post primam Dom. Quadrag. dicitur in rubr. *post Vesperas dicuntur Vesperæ defunctorum.* Vide, quæso, quomodo in dictis duabus rubricis eadem sunt verba; cur ergo non erit eadem obligatio, vel non obligatio? nam vbi est eadem ratio,debet esse eadem iuris dispositio, ex *l.illud, ff.ad legem Aquil.* quod etiam habetur *in l.à Titio, ff.de furt.l.quidam, numularios, ff.de edend. l.illud,C.de sacrosf. Eccles.l.si postulaueris,§.2.ff.ad leg. Iul. de adult.* & ex aliis iuribus. Si igitur rubrica feria 2.post Dom. 1.Quadrag. non obligat sub mortali ad dicendum Officium defunctorum, quare rubrica diei 2. Nouembris ad illud obligabit, vbi in dicta rubrica sunt verba præceptiua & inductiua peccati mortalis?profectò nullibi;cur ergo asserunt Doctores in dictis verbis obligationem adesse.

Sup hoc late in tom.7. tr 1. Resol. 304. §.2. ad medium, à vers. Et quidem, & in omnibus aliis eius anaor.

5. Tertiò probatur: nam, vt dixi *in tract. de Horis Canon.resol.42.* cum Vasquez & aliis,quibus nunc addo Graffium *in decis. part.1. lib.2. c.53.n.24.* Homobonum de Bonis *in consult. cas.consc.vol.2.part.5. respons.245.* Rubrica apposita in Breuiario in die D. Marci,& in diebus Rogation.non obligat secundùm opinionem probabilem sub culpa lethali ad dicendas Litanias extra chorum;ergo neque rubrica diei 2. Nouembris obligabit ad dicendum Officium defunctorum. Probatur consequentia à fortiori, nam supradicta rubrica in die D.Marci sic asserit *Hodie qui non interfunt processioni Litaniarum, dicant illas priuatim post Matutinum cum suis precibus & orationibus, sine Psalmis pœnitentialibus.* In quibus vltimis verbis apparet Litanias esse partes Psalmorum pœnitentialium,& in illis includi;quod etiam euidenter apparet ex alia rubrica apposita in fine Breuiarij ante septem Psalmos pœnitentiales, vbi sic habetur, *Dicuntur flexis genibus in omnibus sextis feriis Quadragesimæ, quando officium fit de feria. Litaniæ autem omissis septem Psalmis dicuntur in Litaniis maioribus in die S. Marci.* Vide quomodo Litaniæ sunt partes septem Psalmorum pœnitentialium: nam alioquin non diceretur in rubrica, *Litaniæ autem omissis septem Psalmis*, &c. Et ita hanc sententiam apertè tenet Azorius Illustrissimæ Societatis I E S V doctiss. Theologus *tom.1.lib.10.c.16.q.4.* vbi loquens de supracitata Bulla Pij V. sic ait, *Liberauit quoque præcepto & lege Litaniarum recitandarum.* Sed in tota Bulla Pij V.nulla mentio efficitur de Latinis,quomodo ergo dixit Azorius, quòd Pontifex abstulit onus illas recitandi, nisi quia, vt dictum est,includuntur in septem Psalmis pœnitentialibus, & excluſis istis ab onere recitandi, excluduntur etiam vt eius partes Litaniæ, quod tandem confirmatur ex vsu communi fori pœnitentialis, in quo quando Confessarij imponunt pro satisfactione peccatorum septem Psalmos pœnitentiales, obstricti sunt etiam pœnitentes dicere Litanias & preces; ergo,&c. Igitur dicendum est, quòd dum Pius V. in Bulla in principio Breuiarij excludit septem Psalmos ab onere recitandi sub peccato mortali, excludit etiam Litanias, quæ in ipsis includuntur.

Quæ hic est supra Resol. 92.& in Resol.93.

6. Sed dato,& non concesso, quòd Litaniæ non includerentur in dictis verbis Pij V. non tamen ex verbis supradictæ rubricæ in die D. Marci apparet esse recitandas sub onere culpæ lethalis; nam dicta rubrica vtitur verbo imperatiuo,*dicant*,quod quidem verbum ex opinione probabili Alphonsi de Castro *lib.1.de leg. pœnali, cap.5. docum.4.* Caietani *in 2.2. quæst.166.art.9 circa solut.ad 2.* Ludouici Carbonis *de legib.lib.7. disp.4.ad finem*, non continet præceptum Et secundùm Nauarrum *in manual. cap.13. num.49.* Emanuelem Sà *verb.lex,n.6.* Saytum *in Claui Regia, lib.3. cap.7. num.16.* verba imperantia inducunt tantùm obligationem sub veniali, non autem sub mortali. Si igitur secundùm opinionem probabilem non adest obligatio recitandi Litanias sub mortali, non obstante rubrica, quæ illas præcipiat,quia illas præcipit cum verbis imperatiuis, quanto magis dicendum est non adesse obligationem recitandi Officium defunctorum in die 2.Nouembris,cùm rubrica illius diei non vtatur verbis præceptiuis, neque etiam imperatiuis, sed tantùm dicat, quòd dicitur Officium defunctorum.

Sup. in Resol. 92. & in multis aliis eius anor. print.

Restat modò respondere ad argumenta contraria, &c.

7. Ad primum assero, quòd gratis dicitur Officium defunctorum in die 2. Nouembris esse partem officij illius diei; & quod præcipiatur. Nam, vt *suprà* visum est, non apparet præceptum vllum in rubrica dicti diei de dicendo supradicto officio,nam rubrica vtitur iisdem verbis, quibus vsa est in feria 2. post primam Domin. Quadr. Si igitur non adest obligatio dicendi Officium defunctorum in supradicta die, quare erit obligatio in die 2. Nouembris; & sicut Officium defunctorum in Feria 2. post dictam primam Domin. non est pars Officij illius diei, quare erit pars Officij diei 2. Nouembris. Quòd verò in hac die addantur alia in Breuiario, quæ in rubrica feriæ 2. post primam Domin. Quadrag. prætermittuntur, hoc non est signum maioris obligationis, sed maioris solemnitatis. Non apparet igitur ex vi rubricarum, vt *suprà* satis probatum est, adesse obligationem recitandi Officium defunctorum sub onere peccati mortalis.

8. Nec valet dicere quòd licèt in dictis rubricis non inueniantur verba præceptiua,tamen Pius V.in Bulla præcipit obseruandam esse formam præscriptam in Breuiario, sed in dicta forma præscribitur vt dicantur Litaniæ & Officium mortuorum ergo sub præceptum recitandæ erunt. Non, inquam, hoc argumentum valet; nam posset aliquis respondere cum Valent. *tom.3. disput.6.quæst.2. punct.10.* præceptum Pij V. de recitando officium, iuxta formam in Breuiario præscriptam, intelligendum esse de forma ab eo præscripta ad differentiam formulæ Breuiarij antiqui; sed quia hæc interpretatio displicet & meritò,Garsiæ *de benef.tom.1. part.3. cap.1. num.162.* & Squillante *de obligat. Cler. part.1. dub.26.num.51.* Ideo assero quòd licèt Pius V. præcipiat obseruandam

dam esse formam in Breuiario præscriptam, attamen in dicta Bulla simpliciter,& sine vlla distinctione tollit obligationem recitandi Officium defunctorum,& Psalmos pœnitentiales, in quibus, vt dictum est,tanquam Pars includuntur Litaniæ, ergo, &c.

9. Ad secundum argumentum adesse quidem consuetudinem recitandi dictum officium concedo, sed non ex hoc sequitur dictam consuetudinem obligare sub mortali, nam, vt rectè obseruat Sancius *in Decal. disp.54. n.33.* Salas *de legib.19. sect.6. n.61.* Sylueister *ver. consuetudo q.4.* Tabiena *eodem ver. num.7. n.8.* Gordonus *in Theol. mor. tom.1. lib. 2. q.14. cap. 5. n. 18.* & Villalobos *in sum. tom. 2. tract. 24. diffic. 9. n. 8. & tract. 2. diffic. 38. n. 5.* *Para introduzir costumbre se requiere que los que la introduzen lo hagan de cierta sciencia y no por ignorancia pensando que estan obligados, y es la razon porque los actos que introduzen la costumbre han de ser voluntarios y no ay cosa tan contraria a la voluntad como el error.* Ita ille. Sed in nostro casu, hæc consuetudo censetur introducta ex errore, quia, vt visum est Doctores non bene asseruerunt ex vi rubricæ recitandum esse Officium defunctorum in die 2. Nouembris, quam obligationem non adesse satis probatum esse credo, Ergo dicendum est dictam consuetudinem fundatam esse in ignorantia & errore, atque ideo non obligare, quia Clerici Religiosi & Beneficiatij ideo recitant in tali die Officium defunctorum quia existimant se obligatos ad recitandum.

10. Vel secundò posset aliquis respondere, consuetudo vt inducat obligationem opus est, vt obseruat Tannerus *in p.2. disp.5. quæst.7. dub.1. n.19.* Henriquez *lib.7.c.13.n.9.* Montesinus *in p.2.tom.2. tract. de legib.disp.23.q.13.n.222.* & alij communiter,vt sit introducta cum animo obligandi,& non ex deuotione,sed consuetudo, de qua loquimur, non videtur introducta cum animo obligandi, ergo. Probatur minor, nam non videtur probabile quòd cùm Summ. Pontifex,Pius scilicet V. in sua Bulla propter periculum peccandi tolleret consuetudinem obligatoriam sub mortali ad dicendum Officium defunctorum, vt patet ex contextu Bullæ, & notat Lessius *lib.2. cap. 37.dub.12.num.76.* & alij. Non inquam videtur probabile quòd Clerici, &c. voluissent introducere,non obstante dicta Bulla, iterum illam consuetudinem cum animo se obligandi ad culpam lethalem. Videtur igitur dicendum talem consuetudinem fuisse introductam ex deuotione cum animabus Purgatorij, & ad lucrandas Indulgentias,quas Pius V. in Bulla dicum officium recitantibus largitur: Vnde cum dubitetur,vt patet ex supradictis,an talis consuetudo fuerit introducta cum animo se obligandi, vel tantùm ex deuotione; sequitur ex doctrina probabili Patris Suarez *de legib.lib.7.cap.15. num.13.* Ioannis Vvigers *in p.2. D.Thom.quæst.97. art.3. num.29.* Castri Palai *in opere moruli tom.1. tract.3.disp.3.punct 2.§.3.num.13.* Bonacinæ *de leg.disp.1.quæst.1.punct. vlt.§.3. num.21.* Ægidij de Trullench *opusc.de Hor.Can.dub.2.n.13.*& aliorum, sequitur inquam,non esse præsumendum dictam consuetudinem fuisse introductam cum animo se obligandi, quia ea,quæ sunt facti,& non iuris, non præsumuntur,& lex non præsumitur nisi probetur, tum etiam, quia nemo præsumitur sibi velle onus, & obligationem imponere; nisi id manifestè constet; quidquid in contrarium etiam probabiliter asserat Granadus *in p.2. contr.7. tract.3. part.3. disp. 16. sect.2. num.13.* Azorius *tom.1. lib.5. cap. 18.q.5.* & Reginaldus *tom.1. lib. 14. cap. 23. sect. 1. num 244.*

11. Verùm his non obstantibus hæc omnia disputationis causa dicta esse volo,nam quia prima sententia est communis, non audeo ab illa discedere,& certè Officium defunctorum in die 2. Nouembris, esse proprium illius diei probari potest ex Kalendario & Martyrologio, vbi nomen quod Ecclesia tribuit festiuitati illius diei, est Commemoratio defunctorum ergo officium magis proprium illius diei est Officium defunctorum, quia per nomen festiuitatis explicatur,de quo agi officium debet. Et ideo quando duo signantur officia pro aliquo die, magis intentum erit ab Ecclesia quod correspondet nomini festiuitatis,quod in casu nostro probatur,quia quando Ecclesia dispensauit cum inclyto Ordine Dominicano, vt vnum tantùm officium diceret in dicta 1.die Nouembris,designauit Officium defunctorum,relicto officio de octaua: ergo eundens signum est, quod officium magis proprium illius diei est Officium defunctorum. Confirmatur supradicta,quia si Officium defunctorum non potest in 2. die Nouembris celebrari, in aliam diem transfertur,& est adeò solemne, vt solùm transferatur, quando in diem Dominicum incidit, quod non accidit in aliis Officiis defunctorum intra annum dicendis: ergo,&c.

12. Vnde ex his patet quòd Pius V. in Bulla superiùs allegata solùm loquitur de Officio defunctorum quod per anni circulum statuitur dicendum in rubricis aliquibus diebus, & non de officio proprio illius diei 2. Nouembris: quod ampliùs probatur ex dicta Bulla, vbi Pontifex tollit obligationem dicendi Officium defunctorum, his verbis. *Nos propter varia huius vitæ negotia multorum occupationibus indulgentes, peccati quidem periculum ab ea præscriptione remouendum diximus*, &c. in quibus verbis clarè apparet non esse inclusum Officium defunctorum 2.die Nouembris nam ad semel illud dicendum non obstant negotia & occupationes huius vitæ, neque periculum non recitandi adest: ergo verba illius Pontificis diriguntur ad Officia mortuorum multoties per anni circulum dicenda,quæ si cum onere peccati mortalis recitanda essent, prudenter SS. Pontifex timebat periculum labendi in dicta recitatione abesse.

13. Deinde Summum Pontificem in dicta Bulla non loqui de supradicto officio in die 2. Nouembris, patet ex consuetudine, quæ est optima legum interpres, vt colligitur ex *cap. cùm dilectus, & consuetud.* ex *l. minimè, ff. de legibus*, & ex *l. si de interpretatione, ff. eodem tit.* & notat Menochius *consil.32. num.44. consil.390. num.21. & consil. 2415. num.10.* Cenedus *in qq. can. quæst. 3. num.11.* Syluanus *consil.88. num. 27.* Afflictus *decis. 166. num. 6.* & alij. Cùm igitur à diebus Pij V. vsque modò communis consensus omnium fuerit, talem obligationem non fuisse sublatam per Bullam Pij V. vt fatentur omnes Doctores post dictam Bullam scribentes; ergo dicendum est consuetudinem interpretatos esse, sub illa clausula non includi Officium defunctorum in die 2. Nouembris recitandum. Igitur de ista consuetudine, de qua loquimur,non est philosophandum,tanquam de consuetudine inductiua obligationum, sed tanquam de consuetudine interpretatiua legis; quæ supponit obligationem.

14. Et tandem, etiamsi de tali consuetudine esset philosophandum,vt consuetudo inductiua obligationum, dicendum videtur,illum ad culpam mortalem obligare, quia, vt docet Suarez *de leg. lib.7. cap. 15. num.13.* Castrus Palaus *tom. 1. tractat. 3. disput.3. punct.2. §.3. num.13.* Ioan. VVigers *in part.2. D. Thom. quæst. 97. art.3. num.29.* & alij. Ex aliquibus coniecturis deduci potest consuetudinem obligare. Prima, si consuetudo sit grauis, difficilis, & communiter seruetur, quia non solent multi vniformiter conuenire in his actibus, si quando se obligati sentiunt. Secunda, si viri timorati malè sentiant

Sup. hæc infra in Resol. 138.§. Quod patet, ad medium, à vers.vnde. & in omnibus aliis Resol. & §§. eius annot.

Sup. contentis in hoc §. in tom.6. tr. 2. Resol.17. & hic supra ex lata doctrina Resol.14. prope finē, à vers. Ad rationes & in Resol.15. §. Cuius, & in Resol.17. §. Sed ego, & in tom. 4. tr.6 Resol.32. §.Quoad consuetudinem

seruant de his, qui non seruant consuetudinem, vel communiter scandalizantur. Sed omnes coniecturæ adsunt in consuetudine recitandi Officium defunctorum in die 2. Nouembris, nam est consuetudo grauis, & communiter seruatur, & viri timorati malè sentiunt de his, qui illam non seruant: ergo dicendum est talem consuetudinem ad culpam mortalem obligare. Ex quibus omnibus patet responsio ad argumenta pro secunda sententia superiùs adducta. Et hæc dicta sufficiant circa præsentem quæstionem, non ita diligenter ab auctoribus vsque adhuc examinatam.

RESOL. XCV.

An si quis in die 2. Nouembris omittat recitare Officium Defunctorum, & Officium Octauæ, committat vnum, vel duo peccata?

Et an, qui in prædicta die recitat Officium octauæ, sed relinquit Officium Defunctorum, si sit Beneficiatus, teneatur restituere fructus beneficij?

Et docetur, quomodo possumus cognoscere consuetudinem obligare, & ita habere modum legis, vel non obligare, & sic non introductam per modum legis, v.g. recitandi Officium Defunctorum in die 2. Nouembris? ieiunandi in Vigilia Natiuitatis B. Mariæ, non comedendi oua, & lacticinia in Quadragesima, &c. Ex p.9.tr.7.& Misc.2. Res.29.

Sup. hoc supra in Res. 90. §. Nota secundo.

§. 1. CAsus est curiosus, & nouus; & ad illum respondet nouissimè Pater Pellizzarius *in tract.de Monialibus,c.6.q.8.n.17.in 2.edit.* vbi sic ait: [Addo hîc obiter; (quod non reperi decisum ab vllo Doctore,) omittentem officium Defunctorum in die Commemorationis Defunctorum, & Officium Octauæ omnium Sanctorum, videri non improbabile, quòd faciat vnicum peccatum: cum illa die hæc duo Officia videantur præcipi per modum vnius: in quo mecum sensit Pater Zanettus, addens de rigore contrarium esse sustinendum.] Ita ille.

2. Sed ego licèt non audeam Doctorum virorum opinionem damnare, apud me tamen non caret maxima difficultate, quia sunt præcepta diuersa, vtpote de officiis diuersis; & ideò omissio vnius nó officit alteri: nam recitans Officium Defunctorum adimplet obligationem illius, licèt non recitet Officium Octauæ; & è contra: ergo, &c. Quod confirmatur: nam, quando illa dies est impedita Officium Defunctorum transfertur in alium diem: ergo sunt diuersa præcepta. At ex his oritur aliud dubium curiosum, & à nemine, quod sciam, tactum; nempe, an qui in 2. die Nouembris recitat Officium Octauæ, sed relinquit Officium Defunctorum; si sit Beneficiarius, teneatur restituere fructus Beneficij. Ego, saluo meliori iudicio, negatiuè respondeo: quia, cùm simus in odiosis, & pœnalibus, Bulla Pij V. non est extendenda ad casum nostrum: nam loquitur de Officio ordinario, quod singulis diebus recitatur, & ideò in illa efficitur mentio de Horis, vt patet ex ipsius Bullæ contextu, quam Bullam affert Persicus *de Hor.Can.cap.5.dub.17.n.2.* Sed in Officio Defunctorum non adsunt Horæ, sed tantùm Matutinum, Laudes, & Vesperæ: ergo Bulla Pij V. vt diximus, non loquitur, neque est extendenda ad Officium Defunctorum, vtpote diuersum ab ordinariis Officiis.

3. Nota verò, quòd amicissimus Pater Pellizzarius videtur nimis propensus, ex rationibus, vt ipse ait, à me adductis, ad declarandam consuetudinem recitandi Officium Defunctorum in die 2. Nouembris, non obligare ad peccatum mortale: sed videat, ne posteà idem dicendum sit de consuetudine Monialium recitandi Horas Canonicas extra Chorum; quod ipse, & optimè mordicùs negat; & de consuetudine ieiunandi in Vigilia Assumptionis B. Virginis, & de multis aliis consuetudinibus totius Ecclesiæ: nam, v. g. possent dicere parentes & tutores, consuetudinem baptizandi infantes, antequam ad vsum rationis perueniant, non obligare illos sub mortali, ac de similibus.

Sup. hoc supra in Res. tertio §. Dicendum est, & in Res. 90. §. Nota secundo.

4. Dicendum est itaque, omnes supradictas consuetudines esse sub mortali obligatorias. Primò quia sunt in re graui, vt de se patet. Secundò, quia omnes illas transgredientes putant peccare mortaliter. Tertiò quia omnes Doctores vnaniniter ita docuerunt. Quartò, quia illas transgredientes à Superioribus puniuntur. Hæ enim sunt præsumptiones attendendæ, vt asserunt Doctores, ad probandum consuetudinem à principio introductã, & continuatam esse sub onere peccati mortalis. Et ita est communis sensus totius Ecclesiæ circa enumeratas consuetudines. Nec aliter dicendum existimo.

Et pro tanto Res. 90. §. Dicendum est, & tom.4. Res. 29. §. Dicendum est, & alibi citati.

5. Vnde, præter Doctores in confirmationem supradictorum à me *alibi* adductos, non deseram hic apponere authoritatem Iosephi Rocasul. sic asserentis *in Praxi Theol. mor.par.3. lib.6.c.4. q.3.* Quomodo possumus cognoscere, consuetudinem obligare, & ita habere modum legis; vel non obligare, & sic introductam per modum deuotionis; Vera sententia ait, ex tribus coniecturis deduci posse; consuetudinem per modum legis obligare. Prima coniectura, si consuetudo sit grauis, difficilis, & communiter seruata à populo. Ratio est: quia non solet populus vniformiter conuenire in his actibus, quos secundum consuetudinem facit, nisi quando se obligatum sentit. Secunda coniectura est, si viri timorati male sentiant de his, qui non seruant consuetudinem, & communiter populus scandalizatur. Ratio huius coniecturæ est: quia, nisi consuetudo obligaret, non malè sentirent viri timorati de his, qui non seruant eam, nec populus scandalizaretur. Tertia coniectura, si Prælati, Superiores puniant violantes consuetudinem. Huius ratio est: quia, si Prælati non sentirent, consuetudinem obligare, non punirent violantes eam: nemo enim puniendus est ex eo, quòd non faciat id, ad quod non obligatur. Ex his colligitur malè dixisse Fagundez *in 4. Præcepto Ecclesiæ, l.1. num.12.* difficile posse probari, consuetudinem non edendi oua in Quadragesima obligare: nam existimo posse probari, hanc consuetudinem obligare. Probatur: nam hæ omnes coniecturæ adsunt ferè in omnibus mundi partibus circa consuetudinem non comedendi oua, & lacticinia tempore Quadragesimæ: ergo clarè apparet dictam consuetudinem abstinendi ab ouis, & lacticiniis in Quadragesima obligare sub præcepto mortali: & hæc omnia docet Rocasul. *vbi suprà.* Vide etiam doctum, & amicissimum P. Balsuper. dellum *in Theol. mor.tom.1. lib.5. disp.47.n.16. & 17.* Merollam *tom.3. disp.5. c.3. dub. 2.n.32.* Præpositum *in p.2.D.Thomæ,q.97.dub.1.n.7.*

Sup. hoc Res. 90. §. Præterea in aliis annot. 3. tom.4. Res. 29. Quoad consuetudinem & in alio Res. citato not.

RESOL. XCVI.

An si quis non haberet Breuiarium, sed sciret Psalmos, teneatur illos dicere sine Lectionibus in Matutino, vel Capitulis & versiculis in Horis?

Et quid, si sciret aliquas Lectiones, seu Capitula, & Orationes, an teneatur sic dicere Officium? Ex p.2. tr.12.Res.30.

§. 1. Nega

NEgatiuè respondet Filliuc. *tom.2. tr.23.c.9. num.287.* vbi sic ait: [Si quis non habens Breuiarium possit recitare memoriter totum Officium, vel integram aliquam Horam, tenetur: si autem Psalmos tantùm sciat, non autem lectiones, orationem, & capitula, non tenetur. Ratio est, quia illi Psalmi, vt sic, non sunt Hora Canonica, ad quam Clericus obligatur. Ita ille, & citat Nauarrum, & Suarez. Idem etiam docuit Garcias *de benef. tom.1. p.3. c.1. num.221.* & Malderus *in 2.2. tract.10. cap.2. dub.1.*

2. Notandum est tamen, quòd si sciret alias lectiones, siue capitula, & orationes, teneretur sic dicere Officium secundùm sententiam Villalob. *in summ. tom.1. tr.24. dub.16. num.11.* vbi sic asserit: *Si este sabe de memoria los Psalmos de las Laudes, y Horas menores, y deve rezarlas; poniendo qualesquiera Capitulos, y oraciones, que se le acordaren, por que concesso cumple con la substancia del rezo. Y si tuviesse Diurnal, debe tambien rezar los Maytines si estan alli los Psalmos de las Ferias, y dezir leciones de nuestra Señora, ò de los Difuntos, que aunque la mudança mucho, no es substantial.* Sed hæc opinio mihi non placet, quia ego non teneor dicere aliud Officium, nisi Officium currentis diei. Ergo, &c. vide etiam *infrà resol.43.*

RESOL. XCVII.

An qui habet diurnum, teneatur recitare Psalmos sine Lectionibus, & Responsoriis pro Matutinis?

Et infertur cæcum non esse adstrictum Matutinam Horam recitare, licet memoria retineat Psalmos, cum Lectiones legere nequeat, nec tenetur socium quærere.

Et an si alius se offerat cæco, vel infirmo in socium ad recitandum, teneatur cæcus, vel infirmus recitare?

Et an infirmus, etsi valens conuersare cum amicis se inuisentibus, ideo non teneatur recitare Officium Diurnum? Ex p.2.tr.12. Resl.43.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docet Sanchez *in summ. tom.1. lib.1. cap.19. num.8.* quia Lectiones & Responsoria modica reputatur materia, quæ sufficiens non est ad moralem integritatem Matutini tollendam.

2. Sed contrarium docet alter Sanch. *in selectis, disp.15. n.2.* Nam esto respectu Psalmorum Lectiones & Responsoria sint minor pars, est tamen maximè principalis, & substantialis, ita vt absque illis non adsit Officium Canonicum. Ex quibus infert idem Sanchez, cæcum non esse adstrictum Matutinam Horam recitare, licèt memoria retineat Psalmos, cum Lectiones legere nequeat, nec tenetur socium quærere: præceptum namque recitandi non ad id obligat, sed solùm permittit posse recitari cum socio.

3. Imò & si aliquis cæco se offerat in socium ad recitandum, non tenetur illum admittere, quia recitare cum socio priuilegium, & fauor est, quo non vti libere potest, quod etiam procedit in infirmo, qui cum socio posset recitare Officium: nam nō tenetur, etiamsi socius se offerat ad id faciendum. Notandum est etiam infirmum, etsi valentem concurrari cum amicis se inuisentibus, non ob id constringendū esse Officium recitare; quia amicis confabulari, potius animi diuersionem, vt proprium obiectum respicit, quam attentionem, è contra Officium Diuinum recitare. Hæc omnia Sanchez, multùm ad praxim conducentia, licèt aliqui contrarium sentiant vt Gauāntus *in comment. ad Rubr. Miss. tom.2. sect.1. cap.5. tit.1. n.6.* & alij penes Laym. *in Theol. moral. lib.4. tr.1. c.6. n.2.* sed ipse optimè cum Garcia *de benef. tom.1. part 3. c.1. n.215.* tenet, quòd quando semper antea non erat solitus recitare cum socio, non tenetur postea socium adsciscere, quicquid in contrarium asserant Valentia, Suarez, Azorius, & alij penes ipsum.

aut Visu, & in tom.7. tr.1. Resol.7. §. Quoad secundum, & seqq. & hic superius in tr.1 Resl.102. §. Sed ad hoc, ad medium, vers. *Vn ciego.*

RESOL. XCVIII.

An Clericus, qui habet Diurnum, & caret Breuiario, teneatur saltem recitare Psalmos absque Lectionibus & Responsoriis?

Idem est de carente visu, vel alia de causa, si Psalmos memoria tenet?

Et an, qui propter aliquam causam, infirmitatem scilicet, magnam occupationem, &c. excusantur a dicendo toto Officio Diuino, non tamen excusentur à dicendo illas Horas Canonicas, quas commode dicere possint?

Et an interruptio notabilis in persoluendo Diuino Officio non constituat peccatum mortale? nec obligationem iterum recitandi, & quamuis incœpta Hora interrumpatur animo repetendi?

Et an hoc etiam intelligatur in ordine ad recitationem publicam, quæ efficitur in Choro?

Et an Beneficiarius, qui tantum percipit ducatos 25. ex fructibus beneficij teneatur ad recitationem Horarum Canonicarum, vel sint necessary in his temporibus 40. ducati, demptis oneribus Missæ, &c.

Et an præbendatus non obligatus ad recitandum in Choro, possit recipere, & retinere distributiones, etiamsi neque ibi, neque extra chorum recitet Officium Diuinum? Ex part.10. tr.16. & Misc.6. Resol.48. aliàs 47.

§.1. AFfirmatiuam sententiam nominatim contrà me docent duo docti Theologi Valentini Ægidius Trullench *in Decalog. tom.1. lib.1 cap.7. dub. 28. num.6.* & Ioseph Rocafull. *in praxi Theol. moral. tom.1. part.2. lib.3. de Oratione vocali, cap.4. num.309.* vbi sic ait: Dubium tertium, an teneatur recitare Matutinum, qui impotens est ad recitandas Lectiones, v. g. quia habet Diurnum, & caret aut Breuiario, aut visu, vel alia de causa. Respondent Castrus Palaus *tom.2. disput. 2. punct. 6. num.7.* & Diana *part.2. tract. 12. resolut. 30.* & *4. part. tr.4. resolut. 25.* non teneri. Ratio istorum est; quia exclusis Lectionibus Psalmi non constituunt substantialiter Matutinum. Respondeo, quòd licet non constituant totum Matutinum, constituunt tamen partem, & quando homo non potest adimplere totum, tenetur adimplere partem, quam potest. Ita ille.

Sup. hoc in duabus præcedentibus Resl & supra in Resol.42. §.vltim. & in & in Resl.33. §. Nec desera, post medium, vers. etsi enim.

2. Sed licèt hæc sententia sit satis probabilis probabilem etiam existimo negatiuam, & docet nouissimè etiam doctus, & amicissimus Pater Hieronymus Garcias *in Summa tract.2. difficult.7. dub.2. num.7.* vbi sic asserit: *Iuan Sanchez* in Select. disput.15. num.2. *dize, que si sabe los Salmos, y no las Leciones, y Responsos, que no esta obligado; porque las Leciones, y Responsos son parte esencial del Oficio, y quien no puede todo lo esencial queda desobligado in totum, cuya opinio tengo por provable, y no se haze poca fuerça en favor della la instancia del ayuno, en el dispensado en comer carne, que por ser la abstinencia della vna de las partes mas esenciales del ayuno, en opinion muy provable queda libre totalmente del.* Hæc Garcias: Et ideò hanc sententiam, me

Sup. hoc in tom.4. tr.60. Resl.75. & in aliis eius annot.

me citato, tenet etiam Inquisitor Escobar à Carro *tract. de Horis Can. q. 6. n. 27.* Sic asserens: Subamplia secundò, vt quamvis Diurnum habeat; non Breuiarium, quo possit recitare omnes horas præter Lectiones, & Responsoria in Matutinis, tamen nihil recitare teneatur: non Matutinum, quia deficientibus Lectionibus, & Responsoriis, formaliter tale dici non potest; & Psalmi, & cætera præter Responsoria, & Lectiones, Matutinum non constituunt, sed quid diuersum, & sic obligatio ad illud non obligat ad hoc, quia res est diuersa: non cæteras horas, quia cùm non teneatur ad Matutinum, immunis est à cæteris horis, quia impotens ad totum ex probabili opinione (quam inferius ex *num. 34.* referemus, licet in totum non consequamur) nec ad partem tenetur. Ita Escobar nominatim contra Trullench, & Sanchez. Idem etiam docet Martinus de San Ioseph *in Mon. Confess. tom. 1. lib. 2. tract. de Oratione num. 3.* vbi sic ait: *Desobligado esta el que no tiene Breuiario en que rezar y aunque l. 4. de Horis Can. cap. 28. num. 6. y otros afirman, que deue rezar el officio de nuestra Señora, o otros Psalmos, y preces, que ygualen al rezo. Es para mi cosa cierta, que no deue substituir cosa alcuna en lugar del rezo, porque este solamente estava obligado a rezar, y no puede, por carecer de Breuiario, y el precepto no manda subrogar cosa equivalente:* Et vbi non est casus legis, dispositio nihil est, *lib. 4. §. toties, vbi Paulus, ff. de damn. infect. lib. 1. §. loquitur, ff. de aqua quotidiana, l. hos accusare, §. omnibus, ff. de accusationibus, l. adigere, §. quamvis, ff. de Iure part. cap. indemnitatibus, §. sed cum eas de elect. lib. 6. assi no esta obligado a rezar los Psalmos: aunque los sepa de memoria, porque sin las Lectiones, Responsorios, capitulos, y Oraciones no son Officio Diuino.* Hæc ille.

Sup. hoc in Resol. & §§. positis infra in prima not. §. Sed obiter huius Resol.

3. Et tandem non deseram hîc apponere verba Leandri à Murcia, qui me citato, super 3. *Regul. D. Francisci cap. 1. §. 2. numer. 26. El ciego (asserit) o el que carece de Breuiario, aunque sepa de memoria los Salmos, no sabiendo las lecciones de los Maytines, o la Oracion, y Capitulo, no esta obligado à rezar solo los Salmos. Y se prueva, porque solos los Salmos no hazen las Horas Canonicas, ni el Officio Diuino; el Clerigo, o Religioso no esta obligando sino solo à rezar el Diuino Officio; luego no pudiendo rezar no estara obligado à dezir los Salmos solos: y lo mismo se ha de entender; aunque el tal sepiera de memoria las Lectiones, y Capitulo; del Officio de otro dia: porque ninguno esta obligado à dezir otro Officio, sino el de el dia corriente. Los Capitulos, y Lectiones de otro dia, no hazen Officio del dia corriente; luego no hay obligacion à rezar, aunque se sepan de memoria.*

Sup. hoc cæco in Resol. præterita, §. 2. ad medium vers. Ex quibus, & in aliis eius not.

Et pro carere Breuiario in Resol. not. primæ huius Resol.

Sup. hoc quo ad lectiones supra in fine Resol. 96.

Igitur auctoritate doctorum Virorum remanet satis probabilis nostra opinio. Quidquid asserat Trullench, & Rocafull. Vide etiam. Quitanaduefiam *vbi infra.*

4. Sed obiter hîc nota doctum Patrem Lezanam *in Summa qq. regular. tom. 1. cap. 12. num. 27.* docet, quod qui propter aliquam causam, infirmitatem scilicet, magnam occupationem, &c. excusantur à dicendo toto Officio Diuino, non tamen excusantur à dicendis illa, vel illis Horis Canonicis, quas commode dicere possunt. Sicut qui debet centum, & non potest soluere nisi decem, tenetur decem soluere & sicut qui non potest ieiunare totam Quadragesimam, tenetur ieiunare illis diebus, quibus potest. Ita ille: qui citat Suarez, sed nimis quidem scrupulosè, vt patet ex his, quæ à nobis alibi dicta sunt; Vnde nouissimè rectè. Quintanaduenas *Instruct. ordin. p. 5. §. 2. num. 21. firmat, Que el enfermo que no puede rezar la mayor parte del Officio, no deve hora alguna.* Et ratio est, quia maior pars trahit ad se minorem: tum quia ita videtur esse consuetudine receptum, ne infirmi; & debiles, vel aliàs impediti scrupulis, & perplexitatibus vexentur. Quod sine dubio contingeret si potens sine notabili damno recitare quamlibet horam, ad illam teneretur. Quis enim determinare posset quot horæ tibi nocumentum graue afferent? aut quis affirmare vnam solam horam ex minimis graue nocumentum allaturam? Ne igitur perplexus sis, ab omni hora videris excusatus, cùm maiorem officij partem recitare non potes, verbi gratia, cum non potes recitare Matutinū cum Laudibus? quia hæc est pars maior, prima & præcipua officij. Et ita hanc sententiam præter Nauarrum, Lessium, Palaum, & alios, tenet me citato Bassæus *in Flor. Theol. ver horæ Can. 6. num. 5.* & me citato Pellizzarius *in Man. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 8. sect. 3. n. 110.* & me citato Trullench *in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 7. dub. 27. numer. 5.* Et me citato Martinus de San Ioseph *vbi supra tract. 6. n. 6.* Et me citato Garcias *vbi supra n. 14.* qui respondet ad argumentum Patris Lezana: Sic enim asserit: *Aunque las horas no tengan connexion, entre si, pero escusado de lo mas, es visto querer escusar de lo menos, por la incertidumbre de la possibilidad que non se nocina, la instancia de la restitucion no es à proposito, porque son diferentes generos de preceptos.* Ita ille, cui etiam adde Leandrum *vbi supra num. 31.*

Resol. 95. ante num.

5. Sed quia hîc sermo incidit de horis Canonicis, olim satis probabiliter docui interruptionem notabilem in persoluendo Diuino Officio, non constituere peccatum mortale, nec obligationem iterum recitandi. Et ita tenent Doctores, me etiam citato, quos adducit, & sequitur Martinus de San Ioseph *vbi infra n. 5.* Et me citato Leandrus *in Sacram. to. 1. tract. 6. disp. 13 q. 90.* quia continuatio non est de substantia singularum precum, & quia de illo qui cum interruptione etiam maxima dixit officium, verè verificatur intra eandem diem recitasse, & opus ab Ecclesia præceptum fecisse, ergo & satisfecisse. Et hæc opinio procedit, quamuis incepta hora interrumpatur animo repetendi, nam nec tunc adest obligatio repetendi iam recitatum, cum verè faciat actum perfectum ab Ecclesia præceptum, quo casu illi animo non attenditur. Et ita me citato tenet Escobar *de Horis Can. q. 4. num. 48.* Verùm difficultas est, an hæc opinio sicut est probabilis in ordine ad recitationem priuatam, sit etiam probabilis in ordine ad recitationem publicam, quæ efficitur in Choro: Ad hoc dubium nouissimè sic respondet Martinus de San Ioseph *vbi supra in Man. Confess. tom. 1. lib. 2. tract. 8. de Oratione, num. 8. Algunos Autores graues affirman que la interupcion notable del Officio Diuino, que se celebra en el Coro, contra la costumbre de la Iglesia, es pecado mortal de su genero, aunque muchas vezes escusa del la buena fe, o ignorancia, o el no se da escandalo. Pareceng rigor condenar al infierno sin grauissima causa: y que sino se da escandalo, no llegará a pecado mortal la interrupcion en el Coro.* Ita ille? qui citat Bonacinam hanc sententiam tenentem.

Alibi in Resol. not. præteritæ.

Sup. hoc infirmo supra in Resol. 42 & lege alias

6. Et tandem nota, quod dum hæc scribo interrogatus fui per litteras, An Beneficiatus, qui tantum percipiebat ducatos 25. ex fructibus beneficij teneretur ad recitationem Horarum Canonicarum; & respondi probabiliter negatiue, & ex his, quæ nouissimè docet Martinus de San Ioseph *vbi supra tract. 7. num. 13.* vbi sic asserit: *A mi me parece, que en estos tiempos calamitosos, donde todas los cosas necessarias a la vida humana valen tan caras, es necessario, que valga el beneficio per lo menos quarenta ducados, para obligar al rezo: fundolo en que los*

Sup. hoc contenetur hoc in Resol. 42 & 43.

frutos

frutos del beneficio son para alimentos del Clerigo; y de baxo del nombre de alimentos, se entiende comida, vestida, casa en que vivir, vestidos, cama, medicinas, y todo lo necessario para la vida, ligese con claridad de ley legatis cum l. fin. ff. de aliment. & cibar. legat. & tenet Iason post alios in l. cum hi. §. qui transigit. ff. de transactionibus. Bolognetus in additionibus ad consil. Ioan. de Armania 37. num. 7. y es comun. Y que particularmente se entiende caudllo en que andar, si lo pide la dignidad, del qual ha desir alimentado. Beltram. consil. 52. in fine, Corduba de Lara citati & Barbosa tom. 4. tract. varior. verb. alimenta numero 10. y tambien criados, si lo pide la dignidad, y claridad, los salarios que se les dan, ex l. cum plures, §. si tutor. ff. de administrat. tutor. l. habitatio. ff. de vsufr. in fin. & l. vxori. ff. de auro, & argent. legato. Parecese si conforme a esto me alargo mucho en señalar quarenta ducados para buena parte del sustento? Y aduerto, que para computar la caridad con que se ayuda el Capellan, no se ha de entender a todo lo que vale la Capellania, sino a lo que resta, pagadas las Missas, y otras, vt Sanchez lib. 2. consil. cap. 2. dub. 68. num. 1. Hucusque Martinus. Sed in casu contingenti vide Doctores, quos etiam me citato adducit, & sequitur Escobar à Corro vbi suprà quæst. 3. num. 23. quibus duos amicissimos, & doctos viros ex Societate, Patrem Franciscum Lugo de conscientia part. 1. cap. 2. quæst. 32. n. 183. & Patrem Antonium Escobar, & Mendoza in Theol. Mor. tract. 5. Exam. 6. cap. 3. num. 56. in fine.

7. Nota hic Lector, me olim docuisse in part. 4. tract. 4. resol. 149. præbendatum non obligatum ad residuandum in Choro posse recipere, ac retinere distributiones, etiamsi neque ibi, neque extra Chorum recitet Diuinum Officium; Sed licet hanc opinionem doceat Sanchez, tamen, stante Bulla Pij V. modo existimo, non esse sustinendam: sic enim ait Pontifex in Bulla 135. tom. 2. Tametsi aliquis Choro addictus non recitans omnibus horis Canonicis cum aliis præsens adsit, fructusque, & distributiones forte aliter assignatas sola præsentia iuxta statuta, consuetudinem, fundationem, vel alias sibi lucrifecisse prætendat; is præter fructuum, & distributionum amissionem, item ille qui primis sex mensibus Officium non dixerit, &c. graue peccatum intelligat admisisse. Ita ibi. Nota postrema illa verba, Præter fructuum, & distributionum amissionem, licet Sanchez asserat Bullam illam non fuisse receptam cum tanto rigore.

RESOL. XCIX.

An si quis habet priuilegium recitandi in Breuiario breuiori, vel dicendi Horas ante tempus, possit socius recitare eodem modo cum illo absque culpa. Et an Episcopus Religiosus possit recitare cum socio recitante per Breuiarium suæ Ecclesiæ? Ex part. 2. tract. 12. Resol. 35.

§. 1. REspondeo affirmatiuè, & ita docet Portel *in dubijs Regular. verb. Horæ Canon. num. 8.* & Henriq. *lib. 7. cap. 30. num. 4.* Et ratio est, quia id, quod priuilegium disponit in vno ex correlatiuis, extenditur ad aliud correlatiuum. Nota etiam, quòd Episcopus religiosus potest recitare cum socio secum recitante per Breuiarium suæ Ecclesiæ. Ita Rodrig. *in summ. tom. 4. cap. 68. num. 10.* & Portel *vbi suprà, num. 24.*

RESOL. C.

An si v. g. Episcopus vel Cardinalis, aut alius Superior cum famulo velit die feriali ex negligentia recitare Officium de Sancto, vtrum talis famulus peccet venialiter propter dictam mutationem Officij. Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. Resl. 10.

§. 1. DE hoc casu olim in Sicilia interrogatus fui & negatiuè respondi, & postea inueni nostram sententiam, docere Ioannem, Caramuelem *in Regulam D. Benedicti, disput. 107. dub. 3. n. 1371.* quia ait ille; vel Petrus verbi gratia, habet rationabilem causam, vel non. Si habuit, non peccauit venialiter, ac propterea non peccat socius. Si autem Petrus mutaret officium sine causa. Respondeo, etiam in tali casu socium ne venialiter quidem peccare, potest enim piè & prudenter credere Petrum non mutare officij rubricas sine grauibus motiuis & causis. Quãuis non plene sup. hoc lege tamẽ pro Capellano Cardinalis in tom. 9. tr. 7. ex Resol 49. §. Posset.

2. Quid si socius euidenter sciret Petrum non habere causam rationabilem, sed ex mera ignauia aut negligentia alterare rubricas, nempe, vt breuiùs absoluat, & faciliùs substantiæ præcepti satisfaciat? Consulto euidenter dixi; quia si tantùm probabiliter sciret, etiam probabiliter sciret contrarium.

3. Respondeo in dato casu Petrum peccare venialiter, socium tamen posse sine scrupulo peccati venialis procedere. Patet; quia socius habet causam rationabilem vt officium mutet, quam supponit non habuisse Petrus, Probatur. Quia socius asseritur teneri legere cum Petro, & non habere autoritatem decernendi quia debeat legi; Ergo volens nolens debuit Horas legere à Petro determinatas, ac proindè causam rationabilem habuit vt à rubricis discederet.

RESOL. CI.

An Sacerdos Saecularis satisfaciat præcepto, si recitet v. g. cum Carmelitano, vel Franciscanus cum Carmelitano Officium Diuinum. Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. Resl. 9.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Ioannes Caramuel *in Regulam D. Benedicti disputatione 107. dubio 1. numero 1366.* vbi sic assetit: Inquiris Vtrum qui recitat cum habente priuilegium vtendi Breuiario breuiori, vel legendi ante tempus (supposito quod detur lex determinans tempora pro officio priuato) suæ obligationi satisfaciat? Sup. omni doctrina huius, Resol. supra in Resolut. 99. & pro parte in aliis §§. & Resol. eius annot.

2. Respondeo affirmatiuè cum Portelio *in dubiis reg. verb. Horæ Canonicæ numer. 8.* Henriquez *lib. 7. capit. 30. numero 4.* Ratio est manifestissima; quia quidquid alteri relatiuo conceditur, necessariò conceditur correlatiuo: Correlatiua enim sunt simul cognitione. Non potest permitti excommunicato vt loquatur tibi, quin & tibi vt audias excommunicatum: ergo.

3. Confirmatur. Non est intelligibile quod duo debitè recitent vnum officium Diuinum, & vno satisfaciente alter non satisfaciat. Probatur. Si Petrus & Paulus legant simul, non erit verum dicere quòd Petrus legerit totum officium Diuinum, quia supponitur legisse cum socio, & qui legit cum socio, non recitat totum, sed solummodo dimidiã partẽ, nec erit verum dicere, quod Paulus totum officium legerit, ob eandem causã: Ergo nec Petrus, nec Paulus sed illa

Communitas quæ coalescit ex vtroque totum officium legit. Hinc sic. Ergo vel dicta Communitas legit officium sibi conueniens, vel non; si legit officium sibi conueniens, satisfecit debitè; ergo neuter peccauit venialiter. Si legit officium Diuinum; sed sibi non conueniens satisfecit quoad substantiam, & quoad modum deliquit, ergo & peccauit venialiter. Ergo vterque peccauit venialiter; quia supponimus eodem consilio conuenisse vt legerent Horas, & vtrumque æquè potuisse hanc actionem impedire: Quis autem non videat esse absurdum asserere illum peccare venialiter, qui attentè & deuotè totum officium legit? quis ignoret socij obligationes alteri comparari per accidens? Manet igitur neutrum peccauisse venialiter.

4. Confirmatur. Si recitans cum habente dispensationem vtendi Breuiario breuiori, non satisfacit; ergo nec recitans cum blæso, & balbutienti semi-proferente verba satisfaciet, hoc nemo admittet; ergo nec illud ex quo deducitur. Consequentiæ bonitas constat, quia blæsus habet dispensationem omittendi magnam Officij partem non solum à natura, sed etiam ab Ecclesia, cuius præcepta sunt prudentia, & cuiuslibet capacitati accommodata: imprudens enim esset Pontifex, qui balbutienti indiceret exactam omnium verborum prolationem.

5. Hinc constat sæcularem Clericum, & Religiosum, aut duos Religiosos diuersorum Ordinum sine venialis culpæ scrupulo posse simul recitare iuxta Rubricas alterutrius Breuiarij. Hucusque Caramuël.

Sup. hoc infra in Resol. 103. §. 2. ad medium.

6. Sed tu cogita, nam vnusquisque tenetur recitare secundùm formam sui Breuiarij, vt patet ex Bullis Pontificiis appositis in principio Breuiarij Romani, & aliorum Breuiariorum Monasticorum, & infligentibus grauissimas pœnas. Ergo Sacerdos sæcularis si alternatim recitet Horas Canonicas, v. g. cum Carmelitano, relinquit suum Breuiarium, & recitat iuxta formam Breuiarij Carmelitani; Ergo non videtur satisfacere præcepto: Et ita hanc sententiam docet Castrus Palaus *t. 1. tr. 1. disp. 2. punct. 2. n. 2.* Et licet probabiliter asserant aliqui officium pro officio valere, hoc tamen intelligendum est de officiis, quæ in vniuscuiusque Breuiario continentur: Vno tamen, vel altero die recitare secundum formam alterius Breuiarij, non esse peccatum mortale, asserunt Nauarrus, Raphaël de la Torre, & Vasquez penes Palaum *vbi supra*.

Sup. hoc in Resol. seq. ad medium, à vers. Imò contra.

RESOL. CII.

An Regulares, vel alij, relicta consuetudine vel Religionis, vel Ecclesiæ, secluso aliquo præcepto, possint priuatim Officium Diuinum secundum Breuiarium Romanum recitare?

Et an si Clericus sæcularis vno, vel altero die diceret Officium per aliud Breuiarium à Romano, v. g. Breuiarium S. Dominici, &c. peccaret mortaliter? Ex p. 2. tr. 12. Resol. 10.

Sup. hoc in duabus Resol. seqq. & in Resol. 3. seq. in principio, §. 1. & §. Sed, & pro dispensat. in hoc casu supra in tr. 2. Resol. 51. §. vlt. post medium, vers. Si vero.

§. 1. NEgatiuè respondent communiter Doctores, quos citat, & sequitur Augustinus Barbosa *in collect. tom. 1. lib. 3. tit. 41. cap. 1. num. 10.* Sed mihi probabilis videtur etiam contraria sententia, quam docet Portel. *in dubiis regular. ver. Horæ Canonicæ, num. 6.* Rodriguez *in summa tom. 3. c. 195. num. 2.* Lessius *lib. 2. cap. 73. dub. 12. numer. 74.* Emanuël Sà *verb. Horæ, num. 6.* vbi sic asserit: Extra chorum potest quisque dicere Officium Romanum. Et ratio est: quia talis adest consuetudo. Secundò, quia Pius V. etsi insinuet in Bulla, non esse mutandum Officium publicum ducentorum annorum absque consensu Episcopi, vel Capituli; nihil tamen dicit de priuato tacitè, ergo permittit illud mutari. Imò contra Garsiam *de beneficiis, tom. 1. part. 3. cap. 1. num. 150.* & alios, si aliquis Clericus sæcularis vno, vel altero die diceret Officium per aliud Breuiarium à Romano, verbi gratia, per Breuiarium sancti Dominici, &c. puto ita recitando non peccare mortaliter: quia cùm hæc mutatio parua sit, non videtur notabiliter aduersari menti Summi Pontificis. Et ita docet Ioan. de la Cruz *in Direct. conscient. part. 1. præcept. 3. art. 3. dub. 4. concl. 2.* Nauarrus *cap. 19. num. 217.* & Reginaldus *tom. 1. lib. 18. cap. 12. num. 171. prop. 3.* vbi asserit, tunc peccare ita recitantem, quando talis permutatio Breuiarij viris doctis, & piis nimia appareret.

Sup. hoc in Resol. seq. ad medium.

RESOL. CIII.

An Regulares extra Chorum possint vti Breuiario Romano, vel alterius Religionis? Ex p. 3. tr. 2. Resol. 135.

§. 1. REgularem qui vtitur proprio Religionis suæ Breuiario, non posse vti Romano extra chorum, docet Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 4. c. 23. num. 9.* Azorius *tom. 1. lib. 10. cap. 11. quæst. 1. in fine*, & alij.

Sup. hoc in Resol. 2. seq. ad medium.

2. Sed ego alibi contrariam sententiam docui, & nunc iterum doceo, cum DD. ibi citatis, quibus nunc addo Hieronymum Rodriguez *in compen. qq. Regular. resolut. 24. num. 34.* qui etiam cum Miranda *in manual. Prælat. tom. 1. q. 37. art. 13.* resoluit posse Minores, & per consequens alios Regulares extra Conuentum recitare cum Monachis aliorum Religionum per sua Breuiaria virtute concessionis Innocentij I V. id indulgentis, & sic v. g. Benedictinus potest recitare Horas Canonicas cum Dominicano, si & extra Conuentum reperiatur cum Breuiario Fratrum Prædicatorum, & dictum priuilegium Innocentij IV. non reuocari per Bullam Pij V. tenent DD. citati, vnde in praxi secura erit eorum sententia.

Sup. hoc in Resol. 2. seq. ad medium.

RESOL. CIV.

An Monachi satisfaciant præcepto diuini Officij, si priuatim recitent iuxta Ritum Breuiarij Romani? Ex. p. 11. tr. 2. & Misc. 2. Resol. 64.

§. 1. NEgatiuè respondet Pasqualigus *in qq. moral. cent. 3. quæst. 225. per totam.* Primò, quia ita declarauit Sacra Rituum Congregatio: Cuius declarationis tenor est; Sacra Rituum Congregatio censuit & declarauit, omnes Monachos, & Moniales, qui & quæ militant sub Regula Sancti Benedicti posse, & debere vti Breuiario Benedicti-no nuper de mandato Sanctissimi Domini nostri Papæ edito pro omnibus Religiosis, qui militant sub Regula S. P. Benenedicti, non obstante quod aliqui exempti in præteritum vsi fuerint Romano, vel alio Breuiario. Et ita declarauit die 24. Ianuarij 1616. A. Mar. Episcop. Cardin. Cal. I. P. Mugantius Secret. Sacræ Congregationis.

Sup. hoc in Resol. 3. seq. ad medium.

2. Secundò, quia si quis obligatus ad recitandum secundum Breuiarium Romanum, recitaret secundum aliud Breuiarium non satisfaceret obligationi, vt declarauit Pius V. in dicta Bulla præfixa Breuiario, ibi, Statuentes, quoscumque qui horas Canonicas

Canonicas ex more, & ritu ipsius Romanæ Ecclesiæ, iure vel consuetudine dicere, vel psallere debent, propositis pœnis per Canonicas sanctiones constitutis in eos, qui Diuinum officium quotidie non dixerint, ad dicendum & psallendum posthac in perpetuum horas ipsas diurnas, & nocturnas ex huius Romani Breuiarij præscripto, & ratione omnino teneri, neminemque ex iis, quibus hoc dicendi, psallendique munus necessario impositum est, nisi hac sola formula satisfacere posse. Si ergo non satisfacit, mortaliter peccat. Ergo cùm mutare officium ex vsu Romano in alium sit peccatum mortale quoad eos, qui tenentur secundum ritum Romanum recitare, erit etiam mortale mutare Monasticum in Romanum quoad eos, qui tenentur secundum ritum Monasticum recitare, cum militet eadem ratio, atque adeò eadem iuris dispositio, *l. illud ff. ad leg. Aquil. & l. Nauta, §. fin. ff. naut. caupones, & l. Titio ff. de furtis.* Ita Pasqualigus.

3. Verùm ego contrariam sententiam olim tanquam probabilem docui, & nunc iterum contra Pasqualigum doceo, & me citato tenet Caramuël *in Theol. Regul. disput. 109. numer. 1392.* & me citato Mateus Vidal *in Arca Theol. Moral. tit. de Hor. Canon. Inquis. 2. numer. 43.* qui citat Suarez, Sanchez, & Lessium, quibus adde etiam me citato Patrem Magistrum Lezanam *in summ. tom 3. verb. Breuiarium numer. 3.* vbi sic ait? Quamuis quilibet Religiosus teneatur, etiam sub mortali, dicere Horas Canonicas iuxta Breuiarium pro suo Ordine approbatum, iuxta Romanum videlicet, illi qui eo vtuntur, & iuxta Benedictinum, Dominicanum, & Carmelitanum, horum Ordinum Religiosi, quod maximè tenet verum quoad Chorum, cum pro illo magis vigeat hoc præceptum. Nihilominus, provt plures probabiliter credunt, prædicti Benedictini, Dominicani, & Carmelitani, & quicumque alij extra Chorum recitantes, possunt vti Breuiario Romano, nisi in ipsorum Religionibus sit prohibitio de hoc. Ratio est, non solùm quia cum Ecclesia Romana sit mater omnium Ecclesiarum, ideò conformare se illi semper licitum videtur; sed etiam, quia Pius V. in Bulla, *Quod à nobis*, quæ est 64. inter Constitutiones ipsius *in 2. tom. Bullar.* ordinauit, vt Breuiarium Romanum à se editum ab omnibus reciperetur, ab hoc onere excepit eos, qui à ducentis annis aliis Breuiariis vtebantur; adiiciens, quod si illud velint recipere, possint illo vti in Choro, si ita Episcopi; & toti Capitulo magis placuerit. Ex hoc enim denotatur, quod ad vtendum illo extra Chorum non requiratur consensus Episcopi, vel Capituli; ac per consequens, quod possint illo vti priuatim extra Chorum. Ita ille qui limitat hanc sententiam nisi sit circa hoc specialis prohibitio in Religione, vt est in sua Religione Carmelitana.

4. Idem etiam docet Pellizzarius *in Man. Regular. tom. 1. tract. 5. capite 8. sect. 1. numero 18.* Quærit enim, an Regulares, qui non tenentur vti Romano Breuiario, possint eo vti extra Chorum, etiam sine consensu Superioris & Capituli, si in Choro vtantur proprio Breuiario. Et respondet non videri improbabile, quòd possint, stando præcisè in Bulla Pij V. Et probatur, quia ex vna parte Pius V. in illa sua Bulla non adstringit habentes Breuiarium ante annos 200. receptum, ad vtendum nouo Breuiario, sed solùm permittit, vt non teneantur vti nouo Breuiario, datque facultatem, vt si velint vti nouo, id facere possint, etiam in Choro; modò ad id habeant consensum Episcopi, & vniuersi Capituli: ex alia parte talis consensus Episcopi, & Capituli requiritur solùm ad seruandum Breuiarium nouum in Choro, non autem ad illud seruandum extra Chorum: & sic quando Pius V. loquens de vsu noui Breuiarij, dicit, vt id in Choro dicere, & psallere possint permittimus; subintelligenda videtur dictio, *Etiam* præmittenda ante verba illa, *in Choro*, ita vt legatur, vt id etiam in Choro dicere: &c. quomodo cum dicto, *Etiam*, sit ampliatiua, sensus erit omnibus Ecclesiasticis habentibus Breuiarium ante 200. annos receptum, tam sæcularibus, quàm Regularibus permitti vsum Breuiarij noui, non solum extra Chorum, sed etiam in Choro; dummodo quoad hoc posterius adsit consensus Episcopi & Capituli, modo supra explicato.

5. Quæ limitatio merito requiritur ad vtendum nouo Breuiario in Choro, non autem ad vtendum extra Chorum in priuata recitatione; cùm vsus Breuiarij noui in publica recitatione facienda in Choro sit res longè maioris momenti, adeoque non nisi cum magna consideratione (qualis supponi potest, interueniente consensu Episcopi, & Capituli) induci debet. Et certè quod ante verba illa, *in Choro*, subintelligi debeat dictio, *Etiam*, inde constat, quod alioqui sequitur Breuiarium nouum de consensu Episcopi, & Capituli posse quidem adhiberi in Choro ab habentibus Breuiarium antiquum ante 200. annos receptum, non item extra Chorum: cum alioqui consensus sufficiens ad recitandum in Choro iuxta Breuiarium Romanum, à fortiori sufficere debeat ad recitandum extra Chorum, quod vtique patet esse absurdum. Videbitur autem hoc absurdum, si ante verba illa, *in Choro*, non subintelligamus dictionem, *Etiam*, quare ea omnino videtur subintelligenda stante doctrina Felini alios referentis in *cap. Significasti numero 10. & seqq. de foro compet.* quod theorica Iuris habet cessare argumentum à contrario sensu, cum ex eo sequitur absurdum, seu contrarium Iuris, quod euenit in præsenti casu. Hucvsque Pellizzarius.

6. Vnde ex his patet responsio ad Declarationem Sacræ Congregationis, de qua etiam non constat authentice, nempe interpretandum esse ad mentem Pij V. de recitatione publica, & non priuata; quod probatur auctoritate Patris Lezanæ, qui vbi supra fecit mentionem de dicta declaratione Sacræ Congregationis, quam adducit Pasqualigus; & tamen hoc non obstante tenuit tanquam probabilem affirmatiuam sententiam. Ergo secundum Lezanam dicta Declaratio loquitur tantùm de recitatione in Choro, & non priuatim; nam alioquin Lezana docuisset contra id quod determinauit Sacra Congregatio.

RESOL. CV.

An Regulares extra Chorum satisfaciant præcepto persoluendi Horas Canonicas secundum Breuiarium alterius Religionis.

Et quid quoad Communitatem in recitando Officium Romanum, vel alterius Communitatis, & Religionis. Ex. p. 7. tr. 11. & Misc. 2. Res. 8.

§. 1. PVto probabiliter contra aliquos Regulares extra Chorum satisfacere præcepto, si recitent iuxta Breuiarium Romanum, vt ego asserui *in part. 1. tractat. de Horis Canonicis Resolut. 10.* Licet etiam probabiliter contrarium asserat Lezana *in QQ. Regular. tom. 1. capite decimo secundo, numer. 18.* Sed difficultas est, an hoc etiam procedat

Quæ hic est supra Resol. 102. & in aliis eius primæ

annot. Et pro sequenti doctrina hujus Resol. supra in Resol. 101. §. Sed, & in Resol. 105. §. 2. ad medium, & in melius infra in Resol. seq. & pro dispensat. in hoc casu supra in tr. 2. Resol. 51. & hoc semel aut bis, & cum rationabili causa.

si efficiatur iuxta Breuiarium alterius Religionis, & affirmatiuam sententiam docet Ioannes Caramuël *in Regulam Diui Benedicti disp.* 109. *n.* 1394. vbi ita asserit: Religiones aliquot Breuiariis vtuntur peculiaribus, que forma & rubricis plurimum differunt. Inquiritur, exempli gratia, An possit Carmelitanus vti Breuiario Cistercienſi sine culpa.

2. Respondeo Carmelitano iniunctam esse lectionem Officij Canonici Carmelitani. Hoc præceptum respicit Officium Diuinum tanquam obiectum essentiale; Carmelitani, verò circumstantiam, vt modum appendicem. Ergo dicendum est illum satisfecisse quoad præcepti substantiam, non verò quoad modum, ac propterea non peccasse mortaliter sed venialiter. Ita Caramuël.

3. Sed in hoc habeo difficultatem, nam quando regularis dicit officium iuxta Breuiarium Romanum licitè hoc facit secundum opinionem probabilem, quia vt asserit Bonacina *disputat. 1. quæstion. 3. punct. 1. numero* 5. Trullench *in Decalogum tom. 1. lib. 1. cap. 7. dubio 14 numer. 3.* & alij, se conformat Ecclesiæ Romanæ, quæ est mater omnium Ecclesiarum; Sed hæc ratio non militat, quando verbi gratia Carmelitanus reliquit suum officium, & recitat cum officio Dominicanorum, Ergo.

4. Notandum est etiam hic obiter dictum Caramuelem *disputat. 99. art. 4. num.* 1300. docere omnibus & singulis Religionibus permissum Romanam Ecclesiam imitari; tum quia hoc melius est, quàm ab illa differre, tum quia idipsum Summi Pontifices desiderarunt: vnde reor sublato scandalo, & reliquis inconuenientibus Communitatem qualemcumque sine particulari licentia posse vti Breuiario Romano. Ita ille, qui postea docet etiam, cuiuscumque Religionis officium esse officium Diuinum, & si Augustiniana Communitas cantaret Cistercienſe non peccaret mortaliter, sed venialiter, sed his videntur obstare Bullæ Pontificiæ in Breuiariis Monasticis appositæ, ex quibus sub grauissimis pœnis vnaquæque Religio debet suo vti Breuiario. Asserit etiam Caramuël quòd Communitas quæ sine causa & licentia violat Rubricas legitimas, mutando non quidem Breuiarium, sed officium diei, hoc est, legendo aliud officium sui Breuiarij, peccat venialiter. Ratio est; quia satisfacit obligationi quo ad substantiam, & deficit quoad modum. Sed quicquid sit de hoc, certum est quod quilibet Religiosus tenetur sub mortali dicere Horas Canonicas iuxta Breuiarium pro sua Religione approbatum: vide *cap. de his, & cap. placuit dist.* 12. Et ita hanc sententiam contra Caramuëlem docuit nouissimè doctus, & amicissimus P. Lezana *in summ. qq. Reg. tom. 1. cap. 12. num.* 18. vbi citat Sotum & Caiet. quod à fortiori procedit quoad communitatem.

Sup. hoc in Resol. præterita cursim in diuersis vers. §. 3. 4. & 5.

Quo ad hoc supra in Resol. 90. cursim in §. Ergo adde, & signanter infra lege doctrinã Resol. 108. à medio vsque in finem.

RESOL. CVI.

An Regulares satisfaciant præcepto persoluendi Horas Canonicas, si recitent Officium alterius Religionis.

Et adducitur, quod in Clementina 2. de Celebratione Missarum conceditur Clericis secularibus, & Religiosis commensalibus Cardinalium, & Episcoporum, vt possint se conformare illis in modo recitandi Officium, & non teneantur aliud dicere. Ex p. 11. tr. 1. & Misc. 1. Resol. 8.

Sup. hoc supra ex doctrina Resol. 101. §. Sed tu, & ex Resol. n

§. 1. NEgatiuè respondi, sed nouissimè nominatim contra me insurgit Caramuël. *in Theol. fundamentali fundam.* 53. *n.* 1112. quia talis transgressio non est in substantia; Sed in modo.

2. Verùm ego pace viri docti non recedo à sententia, quam docui, cum sit communis inter Thologos, & illam tenet P. Antonius Sotus Nauarrus, Angelus, Tabiena, Armilla, Toletus, Suarez, Sanchez, quos citat, & sequitur Baldellus *in Theol. moral. t. 2. lib. 3. disp. 94. num.* 14. vbi sic ait. Qui mutat formam & Breuiarium ad quod tenetur, & cum sit Monachus verbi gratia Sancti Benedicti, aut Religiosus professus Sancti Francisci, recitat ex Breuiario Sancti Dominici, grauiter peccat, quia mutatio in tota forma officij est valdè grauis, & proximè attingit ipsam substantiam diuini officij. 101. §. ... me... ex Re... a lin. 4.

3. Ex quo pater responsio ad argumentum Caramuëlis. Idem etiam docet Persicus *de Horis Can. cap. 6. dub. 1. num.* 3. Vbi ita asserit esse communem, & veram sententiam peccare mortaliter Regulares omisso Breuiario sui Ordinis, si vtantur alio in recitatione priuati diuini officij.

4. Ratio est, quia in *cap. de iis dist.* 12. statutum est, vt vnus & idem sit psallendi modus in eadem Metropoli, & Prouincia, & contrarium facientes sex mensibus communione priuantur, vnde Nauarrus *c. 19. de oratione n.* 11. ex hac graui pœna colligit, hoc præceptum obligare sub peccato mortali, & idé præcipitur *in cap. placuit eadem dist.* & quamuis in prædictis capitibus agatur de recitatione publica, tamen idem probatur de priuata; quia recitatio priuata subrogatur loco publicæ in his, qui choro non tenentur assistere, vel non possunt, aut de facto non assistunt. & ideo debent secundum eamdem formam recitare; secundo, quia debent membra corpori conformari, vnde in Concilio Agathensi *capite* 30. de hoc officio dicitur, conuenit ordinem Ecclesiæ ab omnibus æqualiter custodiri, refertur *cap. conuenit de consecrat. dist.* 5. & hac fere ratione vtitur Sanct. Thom. *quodlibeto 1. artic.* 13. vbi concludit, vtrumque debere conformari eorum consuetudini cum quibus viuit M. Denique idem constat ex Clementina 2. *de celebratione Missarum* in qua conceditur Clericis sæcularibus, & religiosis commensalibus Cardinalium, & Episcoporum vt possint se conformare illis in modo recitandi officium, & non teneantur aliud dicere, quæ dispensatio non fuisset necessaria, si prædicti commensales potuissent satisfacere præcepto Ecclesiæ recitatione alterius Breuiarij, & quam sui Episcopatus vel Religionis, vt benè glossa *ibi verbo indulgemus* notat; absque illo priuilegio prius id non licuisse, & addit Nauarrus *in cap. 19. de oratione num.* 216. quamlibet causam non sufficere, cum oportuerit indulgere, & tamen supererat causa satis grauis, vt se familiaris conformaret Domino in recitando. Sup. ho... supra in ... ca... Resol. ... & ... tr. 1. ... Resol.

5. Et ita hanc sententiam præter Doctores citatos à Baldello, tenet etiam Valentia *tom. 3. disp. 7. quæstion. 2. punct.* 10. Azorius *part. 5. lib. 10. c. 11. q. 1.* Reginaldus *tom. 2. lib. 18. cap. 12. sect. 6. dub. 1. n.* 168. Filliucius *tom. 2. tr. 22. cap. 7. q. 1. num.* 220.

5. Deinde Martinus de San Ioseph *in Mon. Confess. tom. 1. lib. 2. tract. 4. de oratione num.* 19. sic ait; *Aunque los Frayles Menores estan obligados à rezar el officio diuino por el Breuiario Romano, pero como parece por el Compendio de nuestros Priuilegios, verbo officium diuinum §. 4. les concedio Innocent. IV. que por razon del camino, ò de otra justa causa puedan rezar con otros, ò por si los por el breuiario de otro rezo, y que con esto cumplan con su obligacion, y este priuilegio no està reuocado por Pio V.* Ita ille. Sup. ... Resol. ... prima ... Ref. Sed ... ta quod ... cio ... vel ex ...

6. Ergo contra Caramuelem, Regularis recitans cum Breuiario alterius Religionis, non satisfacit suæ obligationi? nam alioquin ad quid prodesset super dicta concessio Pij V. pro Minoribus: Vide etiam Lezanam

Lezanam *in summa tom.3. vel Breuiarium n.3. & t.1. c.12.n.18.*

RESOL. CVII.

An alia Religiones possint per Communicationem gaudere priuilegio concesso Patribus Fœanciscanis recitandi Officium Corporis Christi singulis Quintis Feriis extra Quadragesimam,& Aduentum, non impeditis Festo nouem Lectionem?

Idem est dicendum de Festo Conceptionis, & similibus. Ex p.6.tr.8. & Misc.3.Resol.14.

§.1. IDem quæritur de Officio Conceptionis, & similibus? Hoc dubium pertractat Pater Bordonus *in Consiliis Regularium, resolutione 30. quæstione 22. num.26.* & si standum esset eius sententiæ, ad illud affirmatiuè respondendum, sic enim asserit. Officia concessa vni Religioni sunt in duplici differentia, alia sunt Beatorum illi Religioni, cui conceduntur, propria; vt si concedatur, Tertiariis in tota Religione officium Beati Pauli de Ambrosij Confessoris Sacerdotis professi eiusdem Ordinis, Patroni Craponæ Diœcesis, Catanzarij, vbi celebratur eius Officium, & huius generis Officia aliis Religionibus, quarum non fuit professor, non communicantur. Alia verò communia, & nulli propria, vt Officium Sanctissimi nominis IESV, Gabrielis Archangeli, &c. & horum Officia vni Religioni concessa, aliis Religionibus volentibus vti intelliguntur communicata. Ita Bordonus. Sed tu cogita.

RESOL. CVIII.

An Prælatus Religiosis additis Breuiario Romano, possit in publica recitatione ex causa iusta dispensare in Officio vnius diei, vna, vel altera vice?

Et quid circa hoc decreuit Sacra Cardinalium Congregatio? Ex p.2. tr.12. Resol. 36.

§.1. REspondeo, quòd dictus Prælatus non potest mutare aliquid de dicto Breuiario, absque licentia Papæ, nam id clarè præcipit Pius V. in Bulla præfixa dicto Breuiario; vnde non potest præcipere, Addit. 31. vt recitetur tale Officium, non contentum in tali Breuiario, nec concessum ordini per aliquod priuilegium. Potest tamen ex causa iusta dispensare vna, vel altera vice, vt aliquod Officium dicatur extra illud appositum in Breuiario pro illa die. Et ita docet Pontel *in dubiis regul. ver. Horæ Canon. num. 7.* & Suarez *de Relig. tom.2.lib.4.c.11.n.6.* qui citat D. Antoninum, Tabienam, Armillam, & Nauarrum, quibus adde Raphaëlem de la Torre *in 2. 2. tom.1. contr.8. n.6.* Sed nouissimè mihi asserunt contrarium decreuisse Sacram Cardinalium Congregat. quod an sit verum, nescio.

RESOL. CIX.

Vtrum Superior cum suis Religiosis possit dispensare circa obligationem recitandi Officium Diuinum?

Et quid saltem quoad Religiosos nondum in Sacris constitutos? Ex p.2. tr.12. Resol.19.

§.1. NEgatiuè respondet Raphaël de la Torre *in 2.2.tom.1.contr.7.disp.7. num.14.* Suarez *de Relig. tom.2.lib.4.cap.28.n.41.* Reginald. *tom.2.lib.18. cap.12.num.141. & 186.* Filliucius *tom 2.tr.25.cap.9. n.304.* Macignus *tract.de Horis Canonicis,cap.12.n.8.* & videtur inclinare Tannerus *in 2 2. disp.5. quæst.1. dub.5. num.175.*

2. Sed mihi contraria sententia semper probabilis,& tuta in praxi visa est: & illam docet Less *lib.2. c.37.dub 9.n.91.* quem postea sequitur Gauantus *in comm.ad Rubr.Missal.tom.1.sect.1. cap.5.tit.1. num.6.* Villalob. *in summ. tom.2.tract.24. dub.9. num.12.* vbi ita asserit. *Dize Lessio, que le parece puede el Prelado dispensare con justa causa en el rezo con los professos del Coro, que no estan ordenados de orden sacro, como pueden dispensar en los demas estatudos de la Religion, aunque sean obligatorios, y da por justa causa los estudios, ò negocios, lo qual me parece probable.*

Sup. hoc quatis cum priuilegiis lege supra doctrinam Resol. 18. & alterius vers. & §. eius annot. secundæ.

3. Itaque potest ex iusta causa Superior cum suis Religiosis dispensare circa recitationem Horarum. Nec valet dicere, quòd nullus Superior in simili casu dispensat, nam etiamsi hæc facultas non esset in vsu, non ex hoc sequitur, quòd si aliquis Superior velit illa vti non possit, quia facultas aliquid faciendi absque aliorum grauamine, non amittitur per non vsum, vt notant communiter Doctores. Ergo, &c.

RESOL. CX.

An Beneficiarius non recitans primis sex mensibus teneatur iure naturali ad aliquam restitutionem?

Et an Beneficiarius omittens dicere Officium, si impotens sit ad restituendum fructus, sit obligatus ad restituendum in bonis spiritualibus? Ex p.2.tr.12. Resol.25.

§.1. AFfirmatiuè respondet Suarez *de Relig.to.2. lib.4 c.29.n.12.* Valent. *tom.4. disp.6.q.2. punct.10* & alij apud Garsiam *de benef. tom.1. part.3. c.1. n.10.* Quia beneficiarius non recitans in primis sex mensibus, videtur peccare contra iustitiam commutatiuam; nam beneficium datur propter officium; ergo recipiendo mercedem & non laborando, tenetur ad aliquam restitutionem.

Sup. hoc supra in Resol.5. late in §. Sed respondeo, & §. Denique, sed lege eam per totam, & in aliis §§. dictæ Resol. & infra in Resol. 113. vide §. vlt.

2. Sed licèt hæc sententia sit probabilis, probabilior mihi videtur contraria, quam docent, Fernand. *in exam.Theol mor.part.3.cap.12.§.8.num.1.* Filliucius *tom.2.tract.13.c.10.n.308* Lessius *lib.2.cap.34 dub.32. n.170.* Malderus *in 2.2. tract.10. c.2. dub.4.* Carolus Macigni *de Horis Canon. cap.28. n.11.* & alij penes ipsos. Vide etiam Homobonum *in exam. Eccl.part.1. tr.5.c.4.q.42.* & Gauantum *in comm. ad Rubr. Miss. tom.2. sect.1.c.5.tit.1.n.5.* Et ratio est, qua lex Ecclesiastica, quæ tota causa obligationis est, ad id non obligat. Ergo, &c.

3. Ad argumentum contrarium respondeo, beneficiarium non teneri ad persoluendas Horas Canonicas ex iustitia commutatiua, sed ex obedientia, vel Religione; vnde si alquis beneficiarius omittens dicere Officium, impotens sit ad restituendos fructus, non solet obligari ad restituendum in bonis spiritualibus, vt notant Filliucius *loco citato.* Ergo &c.

RESOL. CXI.

An qui plura habet beneficia, teneatur in fine Officij tot Commemorationes facere, quot sunt beneficia?

Et an teneatur ad restitutionem pro rata fructuum

respondentium singulis commemorationibus omissis?

Et notatur, quod qui plura beneficia possidet, quorum vnum sufficiat ad decentem sustentationem sine iusta causa, & dispensatione pluries in die eodem tenetur dicere Horas Canonicas. Ex part.9. tract.9. & Misc.4. Resol.10.

§. 1. CAsus est nimis practicabilis; & ad illum ex Bonacina quatuor conclusionibus respondet Trullench *in Decal. tom.1. cap.7. dub.12. §.3. n.27.* Prima est, Beneficiarius illis diebus, quibus commemorationes fiunt, tenetur facere commemorationem illius Sancti, in cuius honorem Beneficium erectum est, vel à quo Ecclesia illa particulare nomen accepit: hanc probat ex communi vsu Beneficiariorum,& Rubrica Breuiarij,vbi decernitur commemorationes Patroni vel Titularis fieri. Secunda conclusio: tot commemorationes faciendæ, quot sunt Beneficia;quia par est omnium ratio: ita tamen quòd si Patronus sit S. Petrus, aut Paulus, aut Beatissima Virgo Maria,sufficit commemoratio consueta: si autem sint plures Apostoli, aut Martyres,sufficit, quòd vnica commemoratione complectatur Apostolos,vel Martyres. Tertia conclusio, omittens Patroni, vel Titularis commemorationem, regulariter loquendo solùm peccat venialiter;quia paruitas materiæ excusat à mortali. Dixi, regulariter loquendo,quia vt plurimum Beneficiarij tenentur vnam solùm, aut alteram commemorationem facere. At si quis tot Beneficia possideat, vt illis correspondeant plures commemorationes, quæ simul sumptæ, matutino,vel vespertino tempore grauem materiam constituant,existimat Bonacina, Beneficiarium eas omittentem peccare mortaliter; quia violat præceptum Religionis, seu obedientiæ in materia graui. Sicut, qui plura vota in materia parua eodem die omittit; de quo Sanchez *lib.1. oper. moral. cap 5. n.16.* Quarta conclusio, omittens Patroni, vel Titularis commemorationem, quando solùm peccat venialiter, non tenetur ad fructuum restitutionem; quia secundum communem Doctorum,ex omissione partis modicæ, non consurgit obligatio restituendi: quando verò omittens peccat mortaliter,tunc existimat Bonacina, obligari ad restitutionem pro rata fructuum respondentium singulis commemorationibus omissis; quia violat Iustitiam in re graui,ex qua nascitur obligatio restituendi, secus in eo qui solùm leuiter peccat, vt dictum est. Hæc Trullench ex Bonacina.

2. Ego tamen puto probabiliter cum Escobar à Corro *in tract. de Hor. Canon. q.3.§.5. n.34.* quod in tali casu Beneficiarius non tenetur saltem sub mortali, & sub obligatione restitutionis tot commemorationes in Officio facere, quot beneficia possidet, & sunt Sancti Patroni ipsorum Beneficiorum, nisi quatenus ex Rubricis Breuiarij ad id tenetur; immò & tunc poterit excusari propter materiæ paruitatem,nisi ex numero Beneficiorum,& Patronorum grauis oriatur materia. Vide etiam Faustum *de Hor. Canon. lib.2. quæst.19.*

3. Notandum est etiam hîc obiter Binsfeldium *in Enchir. Theol.par.4. c.3. concl.* 0. docere, quòd qui plura Beneficia possidet,quorum vnum sufficit ad decentem sustentationem,sine iusta causa; & dispensatione, pluries eodem die tenetur dicere horas Canonicas secundùm Guillielm. Parien*s.in tract. de collation. Beneficiorum*, Dionys. Carth. *de pluralitate Beneficior. art.8.* Nauar. *in Enchiridio de orat.c.12.n.61. in Miscellaneo 60.* In eandem sententiam ire videtur Albert. Ferrarien*s.de Horis Canon.n.34.* dum ait. Vsum huius sæculi seruare, vt qui habet plura Beneficia, semel tantùm horas dicat; se autem nescire,an vsus futuri idem seruet: Quia vnumquodque Beneficium, sicut suum habet commodum, ita etiam onus, onus autem annexum Beneficio Ecclesiastico, est oratio Horarum Canonicarũ iuxta omnium sententiam: qui ergo duo obtinet Beneficia iniustè, duo vt ferat onera necesse est iuxta illam regulam; *commoda qui sentis, iungas onus emolumentis, ff. de regul. Iuris.* Quemadmodum, ait Episcopus Parisiens. quot feuda vnusquisque tenet, tot debet inde seruitia. Sic quot Præbendas, vel Beneficia vnusquisque detinet, tot debet inde Ecclesiastica seruitia. Ex hac conclusione cum prædictis Auctoribus infertur,eum qui inordinatè plura Beneficia habet, & semel tantùm in die horas recitat, ex duplici capite ad restitutionem fructuum obligatum esse; tum quia iniustum possidet Beneficium, tum quia non recitat horas pro multitudine Beneficiorum. Hucvsque Binsfeldius. Sed merito ibi eius Additionator Franciscus Syluius hanc sententiam non admittit; & est contra communem.

Sup. hoc in Resol.seq. §. Nota secundo, ad lin.3. & in tom.1. tr.7. Res.64. §.2. ad medium,à vers. Notandum est.

RESOL. CXII.

An Beneficiarius adimpleat præceptum persoluendi Horas Canonicas, si per alium recitet.

Et an excusetur Beneficiarius à restitutione, si Diuinum Officium ab alio ex sua intentione recitatum pro eleemosyna defunctis applicanda, seu applicata contribuat, ex eo quod hæc restitutio possit fieri pro celebrandis Missis, in auditione Sacri, Flagellatione, Indulgentiarum & Iubilæorum lucratione, & his similibus, recitationi omissæ æquiualentibus, &c.

Et notatur, quod qui beneficium obtinuit per simoniam, vel dum erat excommunicatus, suspensus à beneficio, vel irregularis, aut sine legitima ætate, aut per aliam causam, ob quam collatio beneficij fuerit nulla, ad pensum Diuini Officij non tenetur, vel saltem non tenetur ad fructuum restitutionem.

Et an,qui plura beneficia, vel pensiones habet,teneatur pluries in eodem die diuinum Officium recitare?

Et quid, si ratione voti, vel pœnitentiæ teneatur ad dicendas Horas Canonicas?

Et notatur, quod qui beneficium accepit cum onere soluendi alteri omnes fructus in pensionem, tenetur officium diuinum recitare.

Idem est dicendum de illo, qui distributiones non percipit, sed illas exsecutat de futuro, &c.

Et docetur, quod si ablatio beneficij non est perpetua, sed pro aliquo tempore, etiamsi violenta, & iniusta, & sine spe recuperationis non sufficit ad excusandum ab obligatione recitandi Officium.

Idem est dicendum, si per malignitatem temporum beneficium aliquibus annis non redderet fructus. Ex part.9. tract.9. & Misc.4. Resol.22.

§.1. AFfirmatiuam sententiam admittit Cyprianus Crousers *in Regulam D. Francisci, capite 3. lect.7.* vbi sic ait; Quæri potest; vtrum horas persoluere sit onus personale, cui per alium non possit satisfieri. Respondet Landulphus allegatus à Bartholomæo Fumo in sua Armilla sup. non esse onus personale; videtur etiam Syluester *verb. Hora,* §.6. aliqua ex parte assentiri. Quæ sententia communiori,& probabiliori Aliquorum Doctorum contraria, etiamsi posset habere locum in illis qui pro penso Horarum mercedem accipiunt, & ea de causa onus hoc illis impositum est, quales sunt omnes beneficiati, qui non sunt in sacris; locum tamen hæc quæstio habere non potest in illis, qui ex ratione status

status sui ordinis scilicet sacri, vel ordinis Religiosi, ad horas obligantur, quas certè persoluere per alium non possunt: sicut nec maritus per alium vxori debitum reddere: restat ergo vt personaliter hoc suo muneri satisfacere debeant. Ita ille.

2. Sed prorsus aduersus illum dicendum est, quod non solùm sacris ordinibus initiati, sed etiam beneficiarij tenentur per seipsos horas persoluere, & ideò rectè dixit nouissimè Escobar à Corro *tract. de Hor. Canon. quæst.3. §. 5. num.9.* quod beneficiatus ita per se debet persoluere pensum Officij Diuini, vt non adimpleat per alium recitando, etiamsi iusto impedimento sit obstrictus, vt si vacet studio litterarum, cùm sit hæc obligatio valdè personalis, secùs si impedimentum omninò inhabiliter ad recitandum; sed tunc nec per alium recitare tenebitur. Ecta tenet etiam Nauarrus, Lopez, & Sanchez penes Escobar, quibus adde Oliuerium Bonartium *de Institt. Hor. Canon. lib.2. cap. num.15.* vbi sic ait: Mouetur dubium, an videlicet talis sacellania concessa prouisione Episcopi adolescenti à patrono laico oblato, qui nondum capax est Sacerdotij ob ætatem & proinde Missas, ad quas ex fundatione beneficij obligatur, exsoluere per se non potest, sed per alium id præstat, teneatur nihilominus Officium Canonicũ recitare. Et respondeo affirmatiuè, cum Diuini Officij recitatio onus sit personale, & per alterum impleri non possit, sicut Missarum celebratio; cui accedit nullam causam excusantem occurrere, qua ab horis legendis eximatur. Suppono enim sacellaniam iam satis lautam esse, quæ præter stipendium, quod Sacerdoti persoluitur, aliquam etiam notabilem alimentorum portionem adolescenti ministret. Deinde adolescens ille beneficiarius est, non verò Sacerdos, qui ipsius vice Missas dicendas suscepit. Ergo non huic, sed illi onus incumbit horas persoluendi ratione sacellaniæ. Ita ille; cui etiam adde Quintanaduenas *in Theolog. moral. tom. 1. tract.8. singul.6. num.2.* Vnde est reiiciendus Crousers, cuius opinionem, si esset probabilis, ô quam libenter, & vlnis expansis beneficiarij amplecterentur, sed tanquam improbabilem damnandam esse puto.

3. Est tamen aduertendum, quod Quintanaduenas, vbi suprà *num.1.* excusat beneficiarium à restitutione, si Diuinum Officium ab alio ex sua intentione recitatum pro eleemosyna defunctis applicanda, seu applicata contribuat. Probatur ex sententia Nauarri, *cap.25. num.122* Reginaldi *lib.30. sect.4. num.45.* Suarij *tom.2 de Relig. lib.4. cap.30. num.48.* Filliucij *tom.2. tract.23. cap.10. num.325.* Bonacinæ *de Horis disp.1. quæst.5. punct.4. num.4.* & aliorum assertorum, restitutionem hanc fieri posse in celebrandis Missis, vel aliis suffragiis pro Defunctis offerendis. Ipsi enim verè sunt Pauperes, suffragio nostro maximè indigentes. Hæ igitur horæ à quocunque recitentur, suffragia sunt, & eleemosynæ valdè volles Defunctis, pro quibus offerri possunt à Capellano, vt inquiunt Doctores; vel; vt ait Filliucius, pro fundatoribus Capellaniarum, sicut erit eleemosyna data pauperi Sacerdoti recitanti pro Capellani intentione. Nec obstat quod sit diuersus à Capellano, qui debitum hoc soluere debet; ille scilicet, qui ex ipsius intentione recitat: quia etiam iuxta Doctores citatos, & alios plures; Beneficiarius, & Capellanus satisfacient Missarum debito, sufficientérque restituent, si alij Sacerdotes Missas celebrent pro defunctis, stipendia illis erogando; sicut erogare valent his pro recitatione horarum; & si Sacerdotes recitaturi velint gratis horas recitare, satisfaciet ita Capellanus, eo modo quo satisfaceret si Sacerdos secularis, vel Religiosus vellet pro hac intentione sacrum gratis offerre. Et idem dicendum est, si alia pia opera satisfactoria pro Defunctis intuitu huius restitutionis fierent, vt auditio Sacri, flagellatio, Indulgentiarum, & Iubilæorum lucratio, & his similia recitationi omissæ æquiualentia. Hæc omnia Quintanaduenas.

4. Nota hic obiter primò, quòd qui beneficium obtinuit per simoniam, vel dum erat excommunicatus, vel irregularis, aut sine legitima ætate, aut per aliam causam, ob quam collatio beneficij fuerit nulla, ad pensum Diuini Officij non tenebitur, cum nullos fructus suos faciat, & teneatur ad eorum restitutionem. Idem dicendum aliqui putant in suspenso à beneficio, siue ad tempus, siue in perpetuum: qui recitare non tenetur, quia etsi ob suam culpam, cum effectu tamen Beneficio caret: vt docet Sanchez 2. *consil. moral. cap.2. dub.74. n.2.* contra Azorium 10. *instit. moral. cap.4. quæst.6.* & veriorem Azorij opinionem vocat Trullench.1. *Decalog. cap. 7. dub. 12. §.3. sub num.22.* Ego verò opinionem Sanchez valdè probabilem reputo, dum quis beneficio suspenditur, aut priuatur, quia tunc verè beneficio caret, quo casu verum est deficere hoc onus; quia deficit causa. Alteram verò contrariam Azorij etiam veram reputo, dum non beneficio, sed fructibus priuatur, suspenditúrque, quia tunc verè beneficium habet, cuius ratione persoluere officium Diuinum tenetur; & licèt fructus non percipiat, ex sua culpa, & delicto est. Benè verum est, quòd licèt in hac vltima specie non recitando peccet beneficiarius; non tamen tenebitur ad fructuum restitutionem cùm nullos perceperit; & sic nihil accepit, quod restituere teneatur. Vide Trullench loco citato, & Escobar *num.45.* cum aliis penes ipsos. Sed circa præsens dubium ne deseras videre Persicum *de Horis Canon. cap.5. dub.14. num.5. & 6.*

5. Nota secundò quod licèt verum sit habentem beneficium Ecclesiasticum teneri ad persoluendum Diuinum Officium; si tamen habeat plura beneficia, non tenebitur pluries Officium Diuinum recitare, sed semel tantum, nec illud omittendo, nisi semel non peccabit; atque idem dicendum de habenti plures pensiones, quòad Officium paruum. Nec obstat dicere, quod qui voto, vel pœnitentia tenetur ad dicendas Horas Canonicas vltra debitas ratione ordinis, vel beneficij, non satisfaceret illas dicendo semel in die, secundùm omnium mentem, inquit Nauarrus. Ergo neque qui eas debet ratione duorum beneficiorum. Respondeo negando consequentiam, quia qui tenetur legere Horas ratione simul Beneficij, vel Ordinis, ratione voti, vel pœnitentiæ, tenetur ad illas duplici titulo, videlicet ratione præsepti Ecclesiæ, & præterea ratione voti, &c. quæ ordinariè sunt de opere aliàs indebito; qui verò ratione duplicis beneficij solum tenetur ex vi præcepti Ecclesiæ, sed duplici ratione, cui tamen satisfieri potest vna recitatione, quamuis aliàs debita. Si quis enim Sacerdos postea beneficium obtinens, satisfacit semel legendo Horas, cur non satisfaciet habens duo beneficia? Respondeo secundò, antecedens non esse ita certum secundum omnium mentem, vt putat Nauarrus. Quamuis enim ordinariè Sacerdos pœnitentiam imponens, vel aliquis opus bonum vouens, nisi aliud ex mente confessarij, vel vouentis colligatur, opus aliàs indebitum, seu voluntarium iniungat, vel assumat; quando tamen ex circumstantiis crederetur Confessarium noluisse multum grauare pœnitentem; vel vouentem seipsum, præsumi merito poterit vtrumque intellexisse de opere aliàs præcepto, vel debito. Vnde si Confessarius alicubi Sacerdoti sæpius culpabiliter Horas omittenti iniungeret pro Pœnitentia Horarum in aliquo die recitationem, præsumi poterit illum intellexisse de penso

fra lege doctrinam §. Sed alia. Resol. 114. & Res.125. §. vlt.

Sup. his seqq. supra in Res.10. in principio. & infra ex Res. 120. lege doctrinam §. Sed hic obiter, & seq.

Sup. hoc ex Res. præterita lege doctrinã §. vlt. & alterius §. & vers. eius not. & pro voto, & cõtento ad fin. huius textus, & §. lege supra doctrinam Res.25.

debito ratione Sacerdotij, vt hac ratione Sacerdotem negligentem ad obseruationem præcepti Ecclesiastici suauius induceret. Pari modo si quis sæpius solitus Horas negligere, ad quas ratione ordinis tenetur, voueret Deo se imposterum eas semper lecturum, censeretur solum votum suum extendisse ad Horas titulo ordinis debitas. Idem dicendum de eo, qui antea habens votum singulis diebus Horas Canonicas legendi, postea suscipit Ordines Sacros, vel beneficium. His enim & voto, & præcepto Ecclesiæ semel dumtaxat recitando satisfaciet, quia præceptum Ecclesiæ per opus alio titulo debitum impleri potest, vt constat. In dubio autem, tam votum, quam Sacramentalis Pœnitentia, intelligitur de opere, non debito. Quæ omnia valde notanda sunt; & illa inuenies etiam apud Bonartium *loco citato*, *capit.5. num.17.*

6. Nota tertiò; quòd ille, qui beneficium accepit cum onere soluendi alteri omnes fructus in pensionem, tenetur Diuinum Officium recitare; quia sponte sua, & voluntariè acceptauit beneficium cum onere soluendi omnes fructus, ac proinde ex pacto tacito obligatus est ad illius beneficij administrationem, ergo etiam ad recitandum Diuinum Officium, cum hæc sit vna ex potissimis partibus illius administrationis. Consequentia est manifesta; quia vnusquisque ex iustitia tenetur implere pacta, & promissa, nec Papa sic conferens ei beneficium, intendit auferre ab eo hoc onus, nec ipse potest sua voluntate se ab eo liberare, cùm sit intrinsecum ipsi beneficio. Confirmatur, quia beneficium non debet defraudari recitatione officij, sed in hoc casu non tenetur recitare pensionarius; ergo habens titulum, cum ipse sit beneficiarius. Ita Medina, *Cod. de oratione, quæst.7.* Nauarrus *c.7. de oratione, n.30. corollar.23. c.20. n.15. & cap.21. num.12. & in Manuali, c.25. num.104.* Rodriguez *part.1. sum. c.141. n.4. concl.3. versic. Quinto.* Graffius *part.1. decis. lib.2. cap.50. num.17.* Zerola *verb. beneficium*, §.4. *dub.4.* Azorius *p.1. lib.10. cap.4. q.5. fin.* Suarius *tom.2. de Religione, lib.4. de Horis Canonicis, c.20. d.2. num.2.* Ad hanc sententiam accedit Paludanus *in 4. distinct.13. quæst.5. artic.1. concl.4. fin.* vbi ait: Si distributiones non percipit, nec præbendæ emolumentum ad præsens, sed recipere expectat in futurum, est autem receptus in Canonicum, verum beneficium habet, vnde & obligatus est ad officium, quia vocem in Capitulo habet, & statum in Choro. Idem dicit doctus Turrecremata *cap.1. distinct.91. num.19.*

7. Nota quartò, quòd si ablatio fructuum beneficij non est perpetua, sed pro aliquo tempore etiamsi violenta, & iniusta, & sine spe recuperationis, non sufficit ad excusandum ab obligatione recitandi Officium. Ratio est, quia si beneficiarius per furtum, vel rapinam priuetur fructibus beneficij, non propterea excusandus est ab administratione beneficij: neque si sit Curatus ab administrandis Sacramentis: ergo neque ab onere recitandi Officium, quod non minus est per se coniunctum beneficio. Præterea, si per sterilitatem temporum, beneficium aliquibus annis nullos redderet fructus, non ideò excusandus esset beneficiarius à recitatione Officij; nam si contingat vberiores, vel duplo maiores esse fructus vnius anni, non propterea maius onus suscipit. Ratio à priori est quia inter beneficiarium, & Ecclesiam hoc iustissimum pactum tacitè interuenit, vt sicut ipse ratione beneficij ius habet ad omnes eius fructus, quotquot illi fuerint, ita etiam recipiat in se onera Beneficij, tanquam propria, & pericula saltem ordinaria, & moralia, vt interdum fructus minuantur, vel auferantur: ergo, licèt pro aliquo tempore iniustè priuetur fructibus beneficij, non ideò statim potest licitè Officium suum deserere, & Horas Canonicas omittere. Ita Vgolinus *p.1. de officio Episcopi, fol.68. & 70.* Naldus *in summa, verb. Officium, n.1.* expressè Suarius *tom.2. de Relig. lib.4. de Horis Canon. c.20. n.15.* Filliucius *tom.2. tract.23. c.5. q.7. d.1. n.162.*

RESOL. CXIII.

An beneficiarius, qui alio die supplet defectum in recitatione commissum, liberetur ab onere restitutionis? Exp.2.tr.12. Resol.24.

§. 1. Affirmatiuè respondet Molfesius *in summ. tom.1. tract 5. c.5. n.17.* & hanc sententiam probabilem esse existimat Bonacina *de Horis Canonicis, disput.1. quæst.5. punct.2. n.5.* quia in tali casu rependit æquale. Secundò, quia Capellanus qui ratione Capellaniæ hodie tenetur celebrare, si alio die celebret, ad nullam restitutionem tenetur; ergo neque beneficiarius qui alio die Officium supplet.

2. Sed contrariam sententiam tenet Henriq. *lib.13. cap.13. num.2.* & alij communiter. Et ratio est, quia Pius V. in Bulla asserit, eum qui non recitat suo tempore, non facere fructus suos; deinde beneficiatus non recitans Horas Canonicas, ipso facto, absque alia iudicis declaratione incurrit pœnam restitutionis fructuum; sed nemo potest propria autoritate eximere se à pœna, quam contraxit. Ergo, &c.

3. Nota etiam, quòd malè à Molfesio, & Bonacina citantur Suarez *de Relig. tom.2. lib.4. c.19. n.11.* & Filliucius *tom.2. tract.23. cap.10. num 307.* pro affirmatiua sententia; nam loquuntur de restitutione fructuum facienda à beneficiario pro omissione Horarum in primis sex mensibus, de quibus non loquitur Pius V. in Bulla, vnde de hac quæstione in sequenti Resolutione dicetur.

RESOL. CXIV.

An Beneficiarius, qui non recitauit, si altero die recitet, & suppleat omissum, excusetur à restitutione fructuum?

Et quid, si prædictum pensum Officij omissum v.g. hodie, recitet post duos, aut tres menses, aut aliud tempus, imo si recitet ante tempus?

Et an stando in opinione affirmatiua talis obligatus possit restitutionem facere in eadem specie actionis, stando in recitatione eiusdem Officij omissi, an vero possit satisfacere per alias preces æquales, v.g. per integrum Rosarium, Psalmos Pœnitentiales, vel per Sacrificium Missæ, &c.

Et notatur, quod si in singulis Horis vnius diei quid leue omittitur, quod simul sumptum grauem materiam constituat, ex eo non obligatur Beneficiarius ad restitutionem, neque etiam si omittat partem notabilem vnius Horæ. Exp.9.tr.9. & Misc.4. Resol.24.

§.1. Affirmatiuam sententiam docet nouissimè Quintanaduenas *in Theol. moral. tom.1. tract.8. sing.6. num.11.* qui citat Suarez, Ledesmam, Henriquez, Molfesium, & Filliucium. Tum quia rependit æquale; tum quia Capellanus, quia vno die tenetur ex onere Capellaniæ celebrare, si alio die celebret, non tenetur per se loquendo restituere; ergo neque qui officium alio die recitat. Ad rationes dubitandi respondeo, admittendo, quod Capellanus, qui semel omittit, non satisfacit præcepto recitationis, sed satisfacit oneri contracto alio die recitando?

tando? hæc enim non est affixa diei, in quo recitandum erat. In Missæ verò auditione, & in ieiunio, eum non detur restitutio, sed præcepti adimpletio diei alligata, non potest hæc in alium diem transire. Sed animaduertas oportet, idem omnino dicendum esse, si pensum omissum v.g. hodie, recitet post duos, aut tres menses, aut aliud tempus, immò etsi recitet ante tempus, in quo recitandum erat, soluens anticipata solutione. Ita ille.

1. Sed ego olim contrarium docui, & nunc iterum doceo, & me citato, docet Pellizzarius *in Man. Regul. tom.1. tract.5. cap.8. sect.4. num.221.* & etiam me citato. Escobar à Corro, *tract. de Horis Canonicis, q.5.§.4. n.10.* Tum ex Concilio Lateranensi, & Bulla Pij V. in quibus habetur, eum, qui non recitat tempore Officium, non facere fructus suos; tum quia obligatio recitandi est alligata diei, & transit cum ipta die, adeoque non potest suppleri alio die, ita vt ex tali suppletione immunitas restitutionis obtineatur; tum quia Beneficiarius, hoc ipso quod non recitat, absque alia Iudicis declaratione incurrit pœnam restitutionis fructuum: nemo autem potest se eximere à pœna modo dicto contracta per legem Superioris.

3. Verùm, an opinio affirmatiua sit probabilis, Bonacina affirmat? sed Perficus *de Horis Canonicis, cap.5. dub.18. num.7.* putat post Concilium Lateranense, & Bullam Pij V. nullo modo talem sententiam sustineri posse; vt nouissimè Pater Pellizzarius, vbi suprà, probat Suarez à P. Quintanaduenas, & Bonacina adductum, loquutum fuisse in terminis iuris naturæ, seclusò iure positiuo: & ideò, hoc stante, an opinio affirmatiua sit probabilis, modò viris doctis iudicandum relinquo.

4. Non desinam tamen in defensionem Patris Quintanaduenas adducere verba Garciæ *in summ. tract.2. dissi.8. dub.1. punct.3. n.12.* qui dixit. *Esta opinion de res, como por su autoridad; y la de los Demas Doctores, como por su razon no se puede censurar por improuable y puede seruir de consuelo, y aprouecharse della algun beneficiado quando no tiene que restituyr por auerseio gastado, ò porque le hara falta.* Ita ille.

5. Sed alia difficultas est, stando in opinione affirmatiua, an si quis v.g. elegisset prædictum modum spiritualis restitutionis, obligatus fuisset restitutionem facere in eadem specie actionis, id est, in recitatione eiusdem Officij omissi. an verò potuisset satisfacere per alias preces æquales prudenti arbitrio, v.g. per integrum Rosarium, vel sacrificium Missæ tot diebus repetitum, pro illa intentione.

6. Ratio dubitandi est, quia si consideremus iustitiæ rigorem, videtur necessarium reddere idem opus in specie: nam mercenarius conductus ad fodiendum in vinea, non satisfaceret aliud opus, suo arbitrio faciendo, etiam in Domini vtilitatem. Ad hoc dubium respondet P. Suarius, prædictum non teneri facere restitutionem in eadem specie; quia quando creditor moraliter, & rationabiliter præsumitur acceptare, sufficit æquialens compensatio, licet non sit in eadem materia, sed ita præsumitur in præsenti casu, quia spiritualis fructus ab Ecclesia intentus potest esse æqualis, vel maior in alio genere spiritualis compensationis; vnde illa, quasi materialis diuersitas non videtur impedire condignam satisfactionem. Et ideò Garcias, loco citato, *num.15.* sic ait: *Pero preguntara alguno, estando en la opinion contraria, de que se puede suplir la omission del rezo, quanto a la restitucion de frutos con rezar otro tanto; si ha de ser esto forçosamente en officio Diuino, o si bastara que sea en Rosarios; Psalmos Penitentiales, Missas, o otras cosas guardando ygualdad* ad arbitrium boni viri. Respondet Suarez vbi suprà, *num.102. y le sigue Luys de San Iuan duda 3. que no es necessario, sino que podrà ser en otras cosas de las dichas: porque quando se presume moralmente hablando, que el acreedor està contento, y se darà por pagado, con què le den equiualente de la deuda; aunque no sea en la propria especie puede hazerse, en este caso se presume esto de la Iglesia que es el acreedor. Luego bastara la equialencia, mayormente quando es mayor compensacion: y confirmase con el simile del voto, el qual se cumple con cosa aquiualente.*

7. Nota tamen contra Escobar, loco citato, *n.14.* quod si in singulis horis vnius diei; quid leue omittitur, quòd simul sumptum grauem materiam constituat, non obligare Beneficiarium ad restitutionem. Et ita probabiliter, me citato, tenet Pellizzarius vbi suprà, *n.213.* & me etiam citato Trullench *num.12.* Sicut etiam non teneretur Beneficiarius restituere si omitteret partem notabilem vnius horæ. Ita me citato Pellizzarius. Et licèt Escobar *num.12.* contrarium teneat, probabilem tamen esse nostram sententiam fatetur.

Sup. hoc infra in Resol. 117. §. Notãdum in principio, & in aliis eius annot.

Super hac notabili parte infra in Res. 119. & in aliis eius Primæ not.

RESOL. CXV.

An Beneficiarius si intra annum per octo vel decem dies omisit Officium, teneatur ad restitutionem? Ex p.2. tr.12. Res.34.

§.1. ALiqui respondent negatiuè, & ita nouissimè docuit Ioan. de la Cruz *in direct. consil. part.1. prac. 3. art.3. dub.6. conclus. 3.* vbi sic asserit: Beneficiarij, si intra annum omittant recitare per decem dies nihil restituant, quia sunt serui liberalissimi Domini, qui multo minus, quàm domini temporales, ad pauca attendit. Et ita explicandus est motus Pij V. Ita ille qui citat Medinam Salmanticensem, & Lopez: Ortiz verò *in sum. cap.3. n.22.* extendit hoc ad vnum, vel alterum diem. Sed an opinio supradictorum DD. non obstante Bulla Pij V. sit probabilis, iudicio aliorum remitto: nam illam tanquam minus probabilem noluit admittere nouissimè Syluius *in 2.2. quæst.83. art.13. concl.4.*

Sup. hoc in Resol seq. & supra ex Resol.5. lege eius §.1.

RESOL. CXVI.

An in obligatione restituendi fructus pro omissione Horarum Canonicarum detur paruitas materiæ? Ex part.5. tr.5. Res.24.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Ioannes Henriquez *in comped. cas. mor. cap.29. numer.30.* vbi sic ait: *Si el tiempo en que no se ha rezado, assi da ocho dias en el spacio de todo vn año, no ay obligacion de restituyr cosa alguna, como probablemente lo afirman algunos Doctores, porque ningun hombre principal, y prudente priua del salario al criado, que en vn año falta ocho dias de seruirle, aunque otros Doctores no se alargan mas de a dos, & tres dias en vn año.* Et Sotus *de iust. lib.10.q.5. art.5.* Medina *in summa lib.1. capite 14. §.11.* Lopez *in instruct. tom.1. cap.245. & tom.2. cap.105.* Vega *in summa part.1. c.36. cas.1. & 2. cap.128. cas.18.* quos refert Garsias *de beneficiis, tom.1. part.3. cap.1. numer.27* affirmant omittentem vno, vel altero die horas Canonicas, excusari à restitutione, quod probabile putat Filliucius *tom.2. tract 23. cap.10. quæst.8.*

Sup. hoc in Resl. præterita, & vide alium §. eius not.

2. Sed hanc sententiam non approbat Oliuerius Bonartius *de Horis Canon. lib.2. cap.11. num.15.* & Castrus Palaus *tom.1. disp.2. punct.n.4.* quia expressè contra

contradicit Pio V. qui in Bulla pro qualibet die, & pro qualibet hora restitutionem fieri præcepit. Neque obstat famulum omittentem vno, vel altero die in anno debitum seruitium, præsumi à domino exemptum esse ab obligatione restitutionis ex quadam benigna congruitate, ne videatur dominus rigidus exactor, quominus dicamus omittentem recitationem obligatum non esse restituere, quia in hoc casu expressit suam voluntatem dominus, scilicet Ecclesia. Dum autem hanc voluntatem satis non expressisset, poterat illud præsumi. Quapropter Menochius *lib.2. cas.429.n.9.& 10.* etsi attenta dispositione Concilij Lateranensis affirmet Clericum non recitantem vno, vel altero die, obligatum non esse restituere, negat tamen attenta constitutione Pij V. vide etiam Syluium, quem citaui *in 2.part.tract.12.resol.34.*

Quæ hic est Ref. antecedens.

RESOL. CXVII.

Quænam pars officij omissa à Beneficiario sit leuis, vt non obliget ad restitutionem, etiamsi fructus respondentes illi parti omissæ sint magnæ, & notabilis quantitatis.

Et an si pars fructuum correspondens sit tam parua, vt non pertingat ad peccatum mortale in materia furti, teneatur illam restituere sub mortali?

Et an, qui eodem die in singulis Horis paucos versiculos omisit, qui simul sumpti grauem, & notabilem materiam constituant, teneatur ad restitutionem?

Ex quo infertur non satisfacere præcepto recitandi Horas eos, qui dum cantant, aut recitant, omittunt tantam partem versuum, vel Psalmorum, etiam deglutiendo, corrumpendo, vel syncopando verba, vel syllabas, vt ex ita omissis, vel corruptis fiat notabilis pars.

Quod autem intelligendum est non de omnibus Horis simul, sed de singulis Horis.

Et an liberetur ab onere distributionum restitutionis ille, qui accedit ad Chorum non solum post primum Psalmum, verum etiam, qui propter hanc partem reliquerit recitare aliam, quæ non attingit ad materiam notabilem? Ex part.2.tr.12.Ref.26.

Sup. hoc supra in fine, Ref.114. & in Ref.81. §. Dico cursim in fine, & vt magis clarescat solutio huius diffic. lege infra doctrinã Ref.119. & aliarum eius primæ annot.

§. 1. CIrca hoc mihi summopere placet sententia Vinc. Filliucij *tom.2. tract.23.c.10.n.219.* dum asserit, pro omissione minori, quàm vnius Horæ integræ, non esse aliquid restituendum: potest igitur beneficiarius peccare mortaliter, omittendo dimidiam Horam, sed non teneri ad restitutionem. Idem dici potest de Matutino proportionaliter. Reginaldus verò *lib.30. tr.3.c.4. n.44.* ex Suarez, putat omissionem, quæ in recitatione Officij constituit peccatum mortale, obligare ad restitutionem. Sed tú tene sententiam Filliucij, etiamsi fructus respondentes illi parti omissæ, sint magnæ, & notabilis quantitatis.

Et pro conc. tento in hoc §.huius Ref. in Ref. seq. §.1. à lin.8. vers. Et a fortiori, &c. Et pro concento in hoc vlt. §. Notãdum est, supra in Ref. 114. §.vlt. in principio, & infrã in Ref. 120. §.Idem, post mediũ, à vers. *aun-*

2. Nota etiam, quòd si beneficiarius omittat partem notabilem Officij, si pars fructuum correspondés sit tam parua, vt non pertingat ad peccatum mortale in materia furti, tunc vtique beneficiarius non tenebitur illam sub mortali restituere.

3. Notandum est etiam, Martinum Bonacinam *tract. de Horis Canonicis, disput.1. q.5. punct.2.n.15.* docere, non esse improbabilem opinionem asserentem, quòd qui eodem die in singulis Horis paucos versiculos omisit, qui simul sumpti grauem, & notabilem materiam constituunt, non teneatur ad restitutionem. Et ratio est, quia lex definit obligationem restituendi pro singularum Horarum omissione. Et licèt ipse respondeat ad hoc argumentum tamen, vt dixi, hanc sẽtentiam probabilem esse existimat, quam

antè absolutè docuerat Pet. Moneta *tract. de distribut. part.2.c.3.n.22.* vbi sic ait. Optimè Nauarrus infert, non satisfacere præcepto recitandi Horas eos, qui dũ cantant, aut recitant, omittunt tantam partem versuum, vel Psalmorum, etiam, degluti endo, corrumpendo, vel syncopando verba, vel syllabas, vt ex ita omissis, vel corruptis fiat notabilis pars. Quod tamen intelligendum est, non de omnibus Horis simul sed de singulis Horis; nam quod in vna Hora omititur, non est cum eo, quod in altera omittitur computandum, ad constituendam notabilem partem, cùm quælibet Hora vnum totum integrum, & perfectum per se constituat. Ita Moneta. *n.42.* cum Bonacina *vbi suprà n.12.* liberat ab onere restitutionis distributionum, non solùm eum, qui ad Chorum accedit post primum Psalmum, seu post primum Hymnum, iuxta Ecclesiarum consuetudinem, verum etiam, qui prætet hanc partem reliquerit recitare aliam partem, quæ non attingat materiam notabilem. Ex part.5. tr.14. & Misc.2. Res.46.

Quod hic est Ref. antecedens.

Sup. hoc Ref. præcedens §. 2. Ref. seq. §. 1. Ref. 119. §. 1. Ref. 120. §. Idem.

Sup. hoc Ref. §. 1. Ref. 119. §. 1. Ref. 120. §. Idem.

Supra in hoc Ref. §. 1. & Ref. 120. §. Idem.

Sup. hoc Ref. §. 1. Ref. 119. §. 1. Ref. 120. §. Idem.

Supra in hoc Ref. §. 1. & Ref. 120. §. Idem.

RESOL. CXVIII.

An Beneficiarius, qui non recitauit Laudes teneatur ad aliquam restitutionem.

Et an infirmus, qui præuidet post prandium ex febre fore impediendum à recitatione Vesperarum, teneatur illas mane recitare?

Sed ex doctrina huius Resolutionis infertur, an Laudes sint Hora separata, vel pars Horæ, nempe Matutini? Ex part.5. tr.14. & Misc.2. Res.46.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Castrus Palaus *tom.2. tract.7. disp.2. punct.7. n.5.* & in terminis Oliuerius Bonartius *de Horis Canonicis, lib.2.cap.10.n.12.* vbi sic ait. Censeo nihil fructuum necessariò tribuendum pauperibus ratione partis Horarum omissæ quantumuis magnæ, & sufficientis ad materiam peccati mortalis, nisi pro omissis laudibus. Ita ille. Et à fortiori hanc sententiam docet Suarez *de Religione, tom.2 lib.4. c.30. n.13.* & Faustus *de Horis Canonicis, lib.2. q.286.* asserentes Beneficiarium teneri ad restitutionem, quoties peccatum mortale committitur in omissione alicuius partis notabilis vnius horæ, modò illi parti tanta pars fructuum respondeat; quæ furto sublata culpam mortalem constitueret. Probatur etiam hæc opinio ex auctoritate Doctorum dicentium Laudes esse Horam separatam ab aliis. Ita Nauarrus *de orat.cap.3. n.27. & 28.* Archidiaconus *in c. Presbyter dist.91.* D. Antonin. *in 3.part. tit.10. §.4.* & alij. Vnde Laudes differre à Nocturnis patet, tum quòd eas nouo æris campani pulsu inchoamus, & earum initio præponimus versum, *Deus in adiutorium meum intende*, vt in aliis horis, habent proprium Capitulum, Hymnum, &c. Tum quòd nocte Natalis Domini Nocturni finiuntur, & Missa inter Laudes, & Nocturnos interponitur; tum quòd olim Laudes à Nocturnis tempore diuidebantur, cùm illi canerentur in prioribus noctis vigiliis, hæ verò in vigilia matutina.

2. His tamen non obstantibus (attendas quæso amice Lector) de hoc casu interrogatus ab Eminentissimo Cardinali Oregio, viro doctissimo, & integerrimo, pro contraria sẽtẽtia probabiliter, ni fallor hanc adduxi rationẽ. Bulla Pij V. quæ onus restitutionis in omissione recitationis Officij imponit, loquitur solùm de Horis integris, vt legenti patet, ergo non debet vt lex pœnalis ad earum partes extendi, sed suis terminis arctari. Cùm igitur Laudes non sint Hora separata,

Quod hic

separata, sed partes Horæ, nempe Matutini, sequitur non esse inclusas in dicta Bulla; atque adeò illas omittentes peccare quidem mortaliter, sed nullo restitutionis nexu vinciri. Quòd verò Laudes contra Nauarrum, & alios non sint Hora separata, patet ex communi sententia Doctorum. Ita Canonistæ passim *in cap. 1. de celebratione Missarum*, passim *in Clem. 1. eodem tit.* Summularij *in verb. Horæ Canonicæ*, Diuus Thomas *opusc. de offic. Sacerd. cap. 1.* & ideo Sotus *de Iustit. lib. 10. quæst. 5. art. 4.* asserit hanc sententiam esse adeò vulgò receptam, vt alterius opinionis Doctores ne quidem sint audiendi.

3. Restat modò respondere ad ea, quæ superiùs adduximus, quæ videntur probare Laudes differre à Nocturnis. Dico igitur æris campani pulsum non fuit, vt distinguantur Laudes à Nocturno Officio, tamquam distincta Hora; sed ad maiorem solemnitatem hymnodiæ, *Te Deum laudamus*, &c. Sicut solebat pulsus adhiberi, dum tempore Missæ cantatur sequentia, *Per omnia sæcula sæculorum*, &c. Hymnum verò illum pertinere ad Officium Nocturnum, patet ex Breuiariis. Nec refert quòd *cap. confessum, in fine, de celebratione Missarum*, dicatur, *Te Deum*, &c. dici, vel omitti in Matutinis Laudibus, quia Laudes Matutinæ ibi accipiuntur pro toto officio composito ex Nocturno, & Matutino Laudum, in cuius parte hymnus ille dicitur. Quòd verò Laudes inchoentur à communi versu, *Deus in adiutorium*, &c. & Psalmis, hymno, & aliis constent, vt cæteræ horæ, distinctionem Horarum non indicant, quia nondum sunt distincta Hora donec accipiat suum complementum, & perfectionem, quæ à fine, siue communi Collecta dependet; ab eo enim sumenda est Horarum diuersitas, non à principio, vel temporis interuallo. In nocte autem Natiuitatis repræsentat Ecclesia primæuam Horarum institutionem, ideoque Nocturnum Officium concludit collecta diei, non quòd insinuare velit esse nunc re ipsa distinctam Horam. Ratio autem separationis à Laudibus est, quia sanctus Thelesphorus decreuerit tunc Missam fieri de nocte; vt patet *in cap. nocte, de consecr. distinct. 1.* Vnde necessarium erat, vt statim post Nocturnos Missa celebraretur ante Laudes. Dicendum est igitur ex supradictis posse aliquem probabiliter defendere Beneficiarium omittentem Laudes peccare, vt dixi mortaliter, non autem ad restitutionem teneri, quia contra Palaum, & Suarez, omittens partem notabilem alicuius Horæ, licet peccet mortaliter, non tamen comprehenditur in Bulla Pij V. in qua imponitur onus restitutionis ex omissione alicuius Horæ. Cùm enim lex hæc sit odiosa, & proculdubio grauem pœnam imponat, cùm pro singulis Horis restitutionis onus irroget, sequitur non esse extendendam contra omittentes partem Horæ, licèt notabilem, & ideo non debemus iugum Beneficiariis magis aggrauare, quam ius ipsum, & verba legis imponunt. Et ita has rationes postquam cum doctis recentioribus communiuis hanc sententiam tamquam probabilem amplexi sunt.

4. Notandum est etiam hìc obiter, infirmum, qui præuidit post prandium ex febre impediendum à recitatione Vesperarum, non teneri mane recitare illas, quia præceptum recitandi Vesperas non obligat pro tota die, sed tantum pro toto tempore vespertino. Quòd enim recitare anteriùs Vesperas liceat, non infert obligationem tunc eas recitandi, si pro tempore, quo præceptum recitationis vrgebit, impossibile sit futurum recitare, & parere præcepto; sed sufficit cuilibet tempori malitia sua. Ita docet nouissimè Raynaudus *de monitor. part. 1. cap. 1. quæst. 14.*

RESOL. CXIX.

An Beneficiarius teneatur ad aliquam restitutionem omittendo partem notabilem alicuius Horæ?

Et quid, si omittat Laudes?

Et quid est dicendum, si omittat partem leuem in singulis Horis?

Et an restitutio pro omissione Horarum suppleri possit per quascumque eleemosynas, quas antea Beneficiarius de fructibus sui beneficij fecerat? Ex p. 4. tract. 4. & Misc. Resol. 220.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam tenet Castrus Palaus *tom. 2. disput. 2. punct. 7. numer. 5.* quia omittens partem notabilem alicuius Horæ absolutè dicitur illam omittere, sicut absolutè dicitur omisisse Missam, qui partem notabilem non audit; sed pro cuiuslibet Horæ omissione est debita restitutio, iuxta Extrauag. Pij V. etiamsi fructus illi correspondentes leues sint. Ergo est etiam debita restitutio pro omissione cuiuslibet partis notabilis, paucitas enim fructus excusabit ab obligatione graui restituendi, non à leui. Ita Castrus Palaus, qui citat Garciam, & Bonacinam.

Sup. hoc in Resol. seq. & lege doctrinã Resol. not. seq. à lin. 4. §. 1. vsque ad medium, & supra ex Resol. 81 §. Dico, in fine, & ex Resol. 17. §. 1. vt ex illis magis clarescat solutio huius quæst. & in fine Resol. 114.

2. Sed, his non obstantibus, negatiuam opinionem defendit Oliuerius Bonartius *de Horis Canonicis lib. 2. cap. 11. num. 10.* vbi sic ait: Primò quidem certum est, nec in Concilio Lateranensi, nec in Extrauag. Pij V. quidquam de hac quæstione determinatum esse: vnde prima specie videtur nihil necessariò restituendum pro parte Horæ, quamuis notabili, prætermissa; quia cum lex sit pœnalis, saltem ex parte; fundamentum eius sit culpa, ob quam irrogatur pœna, solúmque de Horis integris in illa mentio fiat; non debet ad earum partes extendi, sed suis terminis arctari: censeo igitur nihil fructuum necessariò tribuendum pauperibus ratione partis Horarum omissæ, quantumuis magnæ, & sufficientes ad materiam peccati mortalis, nisi pro omissis Laudibus, quia multi putant, illas esse Horas diuinctas; quod quamuis minus rectè arbitrentur, solent tamen separatim à Nocturno Officio legi per modum Horæ diuersæ. Ratio verò est, cur nolim aliquem ob partem prætermissam ad restitutionem obligari, quia lex hæc est odiosa; & proculdubio grauem pœnam imponit, cùm pro singulis Horis restitutionis onus irrogat; cur ergo nos illam extendimus, & iugum beneficiorum magis aggrauamus, quam ius ipsum, & verba legis. Ita Bonartius; & hanc sententiam sequitur, cum aliqua tamen limitatione, Suarez *de Religione tom. 2. lib. 4. cap. 30. à num. 9.* & Toletus *lib. 2. cap. 12. num. 10.* non obligantes ad restitutionem, si fructus correspondentes leues sint, eo quòd beneficium sit tenue; sed negatiuam sententiam absolutè, & sine vlla distinctione satis probabilem; & securam in praxi ego existimo.

Sup. hoc magis late in Resol. præcrita. principio.

Sup. hoc in Resol. not. præteritæ §. 1 ad medium, & in aliis eius annot. 2.

3. Sed quid dicendum de eo, qui partem leuem in singulis Horis omittit, cuius omissio comparatione totius Officij diei grauis quantitas censeri potest, an, inquam, obligatus sit restituere? Et negatiuam sententiam ego teneo, quam tuetur Moneta *de distribut. part. 2. q. 3. n. 22.* & Filliucius *tom. 2. tract. 23. cap. 10. quæst. 7.* quos sequitur Castrus Palaus *loco citato*, validam pro hac sententia rationem adducens, ad illum, & non pigebit.

Et sup. contento in hoc §. Sed quid, infra in Resol. 121. & in aliis eius not.

4. Notandum est etiam hìc obiter quod aliqui dicunt, restitutionem fructuum pro omissione Horarum suppleri posse per quascumque eleemosinas, quas antea beneficiarius de fructibus sui beneficij fecerit, cùm eæ cuiusdam anticipatæ solutionis rationem

Sup. hoc infra in Resol. 128. magis late à §. 2. & lege doctrinam Resol. &

Cannot. primæ dictæ Resol.

tationem quamdam habere possint. Ita Bonartius *vbi supra num.* 21. quod tamen nimis laxum videtur.

RESOL. CXX.

An sit obligatio restituendi, si Beneficiarius omittat partem notabilem vnius Horæ; vel in Officio vnius diei, omittat plures versiculos, qui simul partem notabilem constituant?

Et an, qui habet vnum beneficium iuste, & alterum iniuste, teneatur bis recitare Officium? Ex part. 11. tr. 2. & Misc. 2. Resol. 44.

Sup. hoc in Resol. præterita, & ne deseras videre alias eius primæ annot.

§. 1. AFfirmatiuè nominatim contra me respondet Andreas Mendo *in Bull. Cruc. disp. 24. cap. 2. num. 31.* Nam qui omittit aliquid in recitatione, malè ac absque titulo accipit fructus correspondentes parti omissæ; quo enim titulo, aut iure eos facit suos? Sed est obligatio restituendi id, quod male, & absque titulo accipitur, vt est manifestum, ergo est obligatio restituendi fructus correspondentes illi parti Horarum omissæ. Nec probat quidquam aduersariorum fundamentum: nam leges Ecclesiasticæ in primis absolutè iniungunt obligationem restituendi fructus ob omissionem Horarum; deinde, vt dignosceretur, quæ pars corresponderet cuilibet Horæ, & proportio seruaretur, designant, quota pars restitutionis pro singulis Horis sit præstanda; nec oportebat descendere ad designandam partem correspondentem omissioni partis vnius horæ, tum quia semel posito quænam pars toti horæ correspondeat, in quo aliquod posset esse dubium, facile cuiuis esset, designare portionem respondentem omissioni illius partis Horæ, iuxta eius quantitatem; tum quia, cum in qualibet Hora sint plurimæ partes, non poterat à Legibus determinari, quanta pars esset restituenda, siquidem maxima, maior, minor, aut minima pars valeret omitti. Non tamen negant eæ leges deberi præfatam restitutionem, quin potius eam iniungunt in obligatione absoluta generali, quam imponunt; ex qua nostra resolutio confirmatur. Hæc Mendo.

2. Sed licet hæc opinio satis probabilis sit, Affirmatiuam puto etiam suam probabilitatem habere; & vt talem præter Doctores à me alibi adductos, illam admittit me citato Escobar à Corro *de Hor. Can. quæstione quinta, §. quarto. num.* 12. Quia Constitutio Pij Quinti, quæ obligat ad restitutionem, loquitur speciatim de omissione recitandi totum Officium, aut vnam horam, & cum sit pœnalis non debet extendi ad omissionem partis etiam notabilis, quia res diuersa.

3. Idem etiam docet me citato Martinus de San Ioseph *in Mon. Confessar. tomo primo, libro secundo, tractat 3. de Oratione, numero quinto*, vbi sic

Sup. hoc & seq. vsque annot. seq. supra in Resol. 118. §. 1. vsque ad medium & in aliis eius secundæ annot.

Et pro hac probabilitate, in Resol. seq. & supra in Resol. 114. §. vlt. in prin.

ait: *Cessa la obligacion de restituir en materia parva de la omission del Officio, mas en llegando à dexar de rezar parte notable, de manera que sea pecado mortal, se ha da restituir lo que cabe de los frutos à aquella parte, aora sea pequeña, ò grave cantidad. Solamente aura de diferencia, que si lo que cabe à aquella pequeña parte es cosa pequeña, obligarà à pecado venial à que se restituya, y si es materia grave à pecado mortal: aunque es probable, que si se dexò en vna hora parte pequeña, y en cada vna de las demas horas partes pequeñas, que todo junto haze materia grave, no ay obligacion de restituir, porque es probable, que ay distincto precepto de rezar qualquiera de las horas en particular, y assi los versiculos dexados en vna hora, no se juntan con los dexados en otra hora.* Ita ille.

cipio, & Resol. in Notanda in prin.

4. Et hanc sententiam probabilem esse, docere etiam existimo eundem Patrem Mendo, nam contrariam sententiam quam ipse contra me docet, vocat tantùm veriorem.

Sup. hoc parte 2. in Resol. principio in Resol. §. Nota.

5. Sed hic obiter quæro, an qui habet vnum beneficium iustè, & alterum iniustè, teneatur bis recitare Officium. Aliqui affirmant. Vide Trullench *in Decalog. tomo primo libro ..... capite 3. dubitat. 12. quæstione 3. numero 25.* & Bonacinam *de Horis Canonicis, quæstione secunda, punct. 4. numero 28.* At ego vtrumque nego, & assero constanter teneri statim dimittere beneficia iniustè obtenta, & restituere fructus perceptos, & interim non teneri ad recitationem, quæ vel debet esse ratione beneficij, aut fructuum perceptorum. At neutrius ratione tenetur. Igitur, &c. Minorem probo; ad obligationem recitandi horas requiritur possessio beneficij, & ius saltem percipiendi fructus. At qui iniustè tenet beneficium, nec possessionem, legitimam nempe, habet, nec ius percipiendi fructus, cum vtrumque teneatur restituere; & secundùm regulam iuris, quid non videtur cepisse, nec habere, cum necesse sit hoc omne alteri restituere, vt *in l. non videtur 51. de regul. iur. cum concordantibus*, de quibus glossa ibi. Igitur nec debet obligari ad onera ipsius Beneficij. Tum etiam quia iure naturæ nullum est præceptum Horas recitandi, sed tantùm de iure positiuo Ecclesiastico, hoc autem ex omnium consensu deficit hac in specie. Igitur maiori ex ratione alterum deficere, est necesse. Fateor tamen, quod cum sit causa ob iniustam retentionem; vt Ecclesia careat debito obsequio ex omissione recitandi, tenebitur etiam eius ratione quid æquiualens restituere ipsi Ecclesiæ, non quia obstrictus fuerit oneri persoluendi Horas, sed quia causa fuit, ne persoluerentur per legitimum successorem in beneficio, supposito iuris positiui præcepto, quo iustus beneficij possessor ad recitandum obstringeretur, & recitasse si possideret, credendum est.

6. At dices, nihil effectu saltem interest inter hanc, & oppositam sententiam, cùm ex vtraque idem effectus, & obligatio restituendi oriatur, & oppositi Doctores ad nihil plus obligant nisi ad restitutionem casu quo non persoluat Officium Diuinum iniustus possessor. Dicam ego, plurimum interesse inter nostram, & alteram opinionem. Nam si daretur obligatio recitandi ratione beneficij iniustè obtenti, ex omissione persoluendi hoc onus quotidie, oriretur vnum peccatum mortale distinctum ab altero peccato iniustæ retentionis Beneficij, à quo eum eripit nostra opinio, cuius ratione non peccabit ex omissione recitandi, cum recitandi obligationem hac in specie tollat: & sic aderit vnum tantum peccatum iniustæ retentionis, & sicut malæ fidei possessor tenebitur restituere, non solùm rem cum fructibus, sed & resarcire damna orta ex sua iniusta retentione; Et sic in nostro casu ad æquiualens persoluendum ob omissum Diuinum Officium sua ex causa. *Argum. leg. Patri 27. §. primo de Minoribus leg. si nauis 61. fine, de rei vendicat. cum similibus.* Et est noua, & vera huius dubij resolutio, necnon, & fauorabilis ipsi Beneficiario, cùm eum immunem faciat à pluribus peccatis ex omissione recitandi Horas Canonicas, & attenta nostra opinione vnum tantùm admittamus peccatum propter iniquam detentionem beneficij, cui etsi videatur adiungi aliud

contra

contra Religionem ex omissione recitandi, cuius fuit causa propter iniquam detentionem Beneficij; hoc est tantum consequenter, non principaliter, & censeo diuersum non constituere peccatum ex regulis communibus in materia de peccatis, de quibus Diuus Thomas 1. 2. *quæstione* 71. *artic.* 6. & cum eo communiter Doctores Theologi. Et hæc omnia docet Escobar à Corro *de Hor. Canonic. q.* 3. §. 5. *num.* 42.

RESOL. CXXI.

An Beneficiarius, qui partes leues in singulis Horis omittit, quæ simul sumptæ grauem quantitatem constituunt, teneatur ad aliquam restitutionem? Ex p.5. tr.5. Resl.54

Et ad literam in ipsamet. part.5. tr.14. Resl 47. Sed hic tantum vna Resl. transcribitur.

§.1. AFfirmatiuè respondet Faustus *de Horis Canonicis, lib.* 2. *q.*286. vbi sic ait. Ad restitutionem tenetur qui eodem die in singulis horis versiculos omisit, qui tamen simul sumpti vnam integram horam efficiunt: & ratio est, quia sicut huiusmodi omissiones continuantur in ordine ad grauem culpam, ita etiam in ordine ad restitutionem. Sic ille.

2. Verùm negatiuam sententiam ex neotericis tenet expresse Castrus Palaus *tom.*2. *tract.*7. *disput.*2. *punct.*7. *num.*6. quia, ait ille, si pro qualibet hora illum distinctum præceptum latum est, tunc omissiones non coniunguntur cum omissione in Officio alterius diei. Sed adhuc admisso vnicum esse præceptum pro integro officio diei, credo nullam esse obligationem, quia ita est vnum præceptum, vt virtualiter multiplex sit, & obligatio restitutionis singulis horis est adnexa. Vnde si quælibet hora per se sumpta nullam inducit obligationem restituendi, neque illam inducet, quatenus vnicum quoddam Officium constituit. Officium namque inducere non poterat obligationem restituendi, nisi partes illius Officij diuisim inducerent. Ita Palaus, qui citat Monetam & Filliucium. Vnde puto vtramque sententiam probabilem esse, sed ego magis negatiuæ adhæreo.

RESOL. CXXII.

Petrus Beneficiarius in quadam Ciuitate huius Regni per spatium septem annorum recitauit officium sine debita attentione, & hoc voluntarie. Quæsitum à me fuit, an teneatur ad restitutionem fructuum, qui vncias sexcentas superabant? Ex p.2. tr.12. Resl.1.

§.1. RElinquendo illam quæstionem, an recitans Officium voluntariè distractus satisfaciat præcepto; dico circa præsentem difficultatem, quòd affirmatiuè respondent communiter DD. Homobonus *de exam. Eccles. part.*1. *tract.*4. *cap.*5. *quæst.*40. Gauantus *in commen. Rubr. Missal. tom.*1. *sect.*1. *cap.*6. *num.*4. Nauarr. *cap.*20. *de oratione, num.*32. Graffius *decis. aur. part.*1. *lib.*2. *cap.*51. *numero* 7. Petrus à Nauarr. *lib.*2. *capite* 2. *numer.*240. *& seq.* Vegha *in summa, tom.*1. *cap.*128. *cas.*20. Suarez *in* 3. *part. tom.*5. *disputat.*4. *sect.*2. *num.*26. *& de Religione, tom.*2. *lib.*4. *capite* 26. *num.*26. Rodriguez *tom.*1. *cap.*143. *num.*1. Moneta *de distribut. part.*2. *quæst.*2. *num.*20. Lorca *in part.*2. *tom.*2. *disput.* 26. *de legib. membr.*2. *ad* 5. Salas *de legib. disputat.*9. *sect.*1. *num.*24. Squillante *de obligationibus Clericorum, part.*1. *dubit.*21. *num.*42. Fernandez *in suo exam. Theolog. moral. part.*3. *cap.*13. §.8. Raphaël de la Torre *in part.*3. *tom.*1. *contr.*9. *de Horis Canonicis.* Vasquez *opusc. de beneficiis, cap.*4. §.1. *dub.*4. *num.*104. & alij quos citat, & sequitur Barbosa *in collect. tom.*1. *lib.*3. *tit.*41. *cap.*9. *num.*20. & Syluius *in* 2.2 *quæst.*83. *art.*3. *conclus.*4. Et ratio est: nàm, cùm attentio sit modus substantialis, non satisfacit quis præcepto Ecclesiæ, sine attentione recitando, & ideò non dicitur recitasse, qui sic recitat; & sic contra eum habet locum pœna restitutionis, imposita contra non recitantes.

2. Tamen, quia contrariam opinionem censeo probabilem esse cum Lessio *lib.* 2. *cap.* 37. *dub.* 11. *num.*68. & Azorio. *part.*1. *lib.*10. *cap.*13. *quæstion.*8. non imposui onus dicto beneficiato restituendi. Et ita hanc sententiam absolutè amplexi sunt, ex neotericis Episcopus Antuerpiensis, Ioannes Malderus *in* 2.2. *tractat.* 10. *cap.* 2. *dub.* 4. & Paulus de Layman *in Theol. moral. lib.* 4. *tractat*, 1. *capit.*5. *num.*10. Cordinalis Toletus *lib.*2. *cap.*12. *num.*16. Medina *Cod. de orat. quæst.* 16. Corduba *in quæstion. lib.*4. *quæst.* 13. Henriq. *lib.*9. *cap.*25. *num.*5. & Castus *de lege pœn. lib* 2. *cap.*5. Probatur hæc opinio: nam, secundùm Caietanum, præceptum dicendi Horas distinctum est à præcepto dicendi eas cum attentione: nam præceptum dicendi eas, simpliciter prius fuit latum; postea vero *in cap. dolentes*, fuit impositum præceptum de attentione. Vnde, qui dicit Horas sine attentione, satisfacit præcepto primo de dicendis Horis; non autem secundo, de dicendis cum attentione. Sed, cùm restitutio fructuum sit pœna contra beneficiarios omittentes diuinum Officium; ille, qui voluntariè distrahitur recitando officium, illud non prætermittit, licèt malè recitet Ergo non tenebitur restituere. Salva semper, &c.

RESOL. CXXIII.

Quidam Sacerdos habebat beneficium curatum cum multis oneribus, vt Missas, &c. & per multos annos multoties reliquit Horas Canonicas; Quæsiuit à me, an teneatur restituere in integrum omnes fructus, interim præceptos?

Et in textu huius Resolutionis docetur, quid Episcopus, Parochus, Canonicus, vel Beneficiarius teneatur restituere pro omissione in recitatione Officij Diuini cuiuslibet diei.

Et an si contingat, Canonicum Caconicatus grossam prius, vel absolute lucrari antequam officium diuinum omittat, nihil eius debere restituere? Ex p.2. tr.12. Resl.8.

§.1. SCiebam, à quodam Theologo responsum affirmatiuum habuisse, & probabiliter: nam ita tenent Malder *in* 2. 2. *tractat.* 10. *cap.* 2. *dub.* 4. Lorca *in part.* 2. *tom.* 2. *disput.* 24. *de legib. membr.* 1. *vers. in itre autem Canonico.* Suarez *de relig. tom.*2. *lib.*4. *cap.*30. *num.*4. Vasquez *in part.*2. *tom.*2. *disput.*168. *num.*34. & 35. Azorius *part.* 1. *lib.*10. *cap.*14. *quæst.*5. Petrus à Nauarra *lib.*2. *cap.*21. *num.*217. Valentia *tom.*3. *disput.*6. *quæst.*12. *punct.* 10. Squilliante *de oblig. Cler part.*1. *quæst.*31. *n.*66. & alij Ratio est: quia in Concilio Lateranensi vltimo, sub Leone X. *sess.*9. §. *statuimus, & in Const.*138. Pij V. decernitur, vt nemo beneficium curatum, aut simplex habēs, qui elapsis sex mensibus ab eius consecutione, sine legitimo impedimēto Officiū diuinum recitare omiserit, pro tēpore, quo non recitauit, fructus suos faciat; imò eos impedire, tanquam rem iniustè

Sup. hùc infra in Resol. 125.

capxum, in fabricam Ecclesiæ, aut eleemosynas pauperum teneatur. Super quas Pontificias Constitutiones videndi sunt, Navarr. *in Manuali, c.25. n.122.* Summa Corona *p.1. c.1. n.93.* Fuschus *de visitatione, lib.2.c.20.n.22.* M. Ant. Cucchus *in instit. lib.5. tit.7.n 39.* & Gigas *de pensionibus q.30.*

2. At ego contrariam sententiam, tanquam probabilem, ei, si illam sequi vellet, demonstraui. Nam Syluius *in 2. 2. q. 83. art.13. concl. 4.* Homobonus *in exam. Eccles. p.1. tractat.4. c.5. q.42.* Molfesius *in summa, tom.1. tract.5. c.3. n.26.* Fernandez *in suo exam. Theol.p.3.c.13.§.8.n.2.* Henriq. *lib.13.c.13.n.2.* Toletus *lib.2. c.12. n.2.* Sotus *lib.10. q.5.art.6.* Aragonius 2. 2.q.83. *art.13.* Medina *lib.1. c.14. §.11.* Petrus de Ledesma *in summa, tom. 2. tract. 9. cap. 4. conclus.11.* Raphaël Torres *in 2. 2. tom.1. quæst.83. de Horis Canonicis, contr. 9. num.40.* & Lessius *lib.2. cap.34. num.77.* asserunt, eum, qui habet beneficium curatum, non teneri restituere, nisi partem correspondentem obligationi recitandi Horas: vt, verbi gratia, Parochus, & Episcopus quintam partem pro rata restituant; reliquas quatuor, ratione tituli & onerum, retineant, Canonicus quartam partem restituat; alij beneficiarij tertiam. Hæc Henriquez, qui citat Lopez, Pennam, Cuevos, Gallo, & alios. Licèt talis moderatio videatur Lessio iusto laxior, præsertim in Canonicis, & aliis, qui non habent aliud onus, quàm precum. Vnde eam limitat ad eos beneficiarios, qui alia onera habent, idque iuxta onerum proportionem. Toletus *lib.2. c.12.n.9.* putat, pro toto omisso Officio restituendam esse tertiam partem fructuum illi diei respõdentium: quem sequitur Fernandez, *vbi suprà*, Tandem addam in fine huius dubitationis doctrinam notabilẽ Ioan. de Salas *de legib. disp.15. sect.2. num.27.* qui contra Vasquez putat, quòd si contingat, Canonicum canonicatus grossam priùs verè, & absolutè lucrari, antequam Officium omittat; nihil eius debere restituere; quia pœna non est, vt fructus iam suos restituat; sed vt non faciat fructus suos. Hæc ille.

Sup. hoc & seqq. dempta vltim. diffic. huius §. in Resol. seq. & pro Beneficiariis lege infra doctrinam §.pen. & vlt. Resol. 139.

RESOL. CXXIV.

Beneficiarius omittens recitationem Horarum quomodo debeat fructus restituere, quid pro toto officio; & quid pro singulis Horis Canonicis?

Idem aduertitur de Episcopo, Canonico, & Parocho. Ex p.4. tr.4. & Misc. Resol.111.

Sup. contento in hac Resol. lege doctrinã Resol. præcedentis per totam, & signanter à medio §.2. & pro beneficiariis vide infra doctrinam §.pen. & vlt. Resol. 139.

§. 1. CIrca hoc in Bulla particulari *anni 1561.* ita disponit Pius V. quòd qui per vnum diem totum Officium omiserit, tenetur restituere omnes fructus illius diei; qui Matutinum tantùm omiserit, dimidiam partem, qui reliquas omnes horas, alteram dimidiam, qui harum singulas, v.g. Laudes, vel Primam, vel Tertiam, Sextam, aut Nonam, sextam partem fructuum illi diei respondentium; sed hæc Bulla cum tanto rigore accepta non videtur, ait Henriquez *cap.13. de excommunicatione, num.2. in glossa lit.Z.* vbi refert praxim cum sapientum consilio hunc rigorem ita moderare, vt Parochus & Episcopus quintam partem fructuum pro rata iuxta decisionem supradictam restituant, reliquas partes quatuor ratione tituli & onerum retineant, Canonicus quartam partem restituat, alij verò simplices beneficiarij tertiam similiter habentes præstimonia, & pensiones Ecclesiasticas. Verùm hæc moderatio, vt alibi adnotaui, videtur Lessio *lib.2.cap. 34. dub.22. num.177.* nimis laxa, præsertim in Canonicis & aliis, qui non habent aliud onus, quam precum, vnde eam limitat ad alios beneficiarios, qui alia onera habent, idque iuxta onerum proportionem. At his non obstantibus Ægidius de Trullench *in exposit. Bull. Cruciatæ, lib.3.cas.2. num.3.* putat opinionem supradictam Henriquez esse tutam & probabilem; ego verò in hac quæstione de meo nihil dicam, & nihil ponam, solùm referre volui quod alij dixerunt.

RESOL. CXXV.

Cui facienda sit restitutio ex omissione Horarum Canonicarum? Ex p.2. tr.12. Resol.27.

§. 1. REspondeo, faciendam esse fabricæ beneficij, vel pauperibus, vt patet ex Bulla Pij V. & ex Doctoribus communiter; sub nomine verò fabricæ continetur non solùm propria Ecclesia beneficij, sed fabrica domus beneficij, in qua beneficiarius habitat, vel alterius domus ipsius beneficij, vel vtilitas in emendis, vel meliorandis agris, vt fructus in perpetuum augeantur. Ita Suarez *de Relig. tom.2.lib.4.c.30.n.19.* & alij.

Sup. hoc pra ca DD. in fine Resol.

2. Sub nomine verò pauperum intelliguntur etiam pauperes alterius loci, in quo non est situm beneficium, & intelligitur etiam ipse beneficiarius si sit pauper, & id non fiat in occasione non recitandi, & eius mater, fratres, aut sorores, non solùm si sint mendici, sed etiam si necessariis ad decentiam personæ, & status careant, quales sunt multi nobiles. Ita Faustus *de Horis Canon. lib.2.q.28.* & Villalob. *in sum. tom.1. tract.24. dub.17. n.9.* Fernandez *in exam. Theol.part.3.c.12.§.8.n.3.* & alij.

3. Hæc etiam restitutio potest fieri Missis, & aliis suffragiis in vtilitatem defunctorum; nam ipsi sunt etiam indigentes. Ita Filliuccius *tom.2.tract.23.c.10. n.325.* qui citat Suarez, & alios.

Sup. hoc pra ca its. Aggentiis tamd. ter ani dium alia 1. dub.

RESOL. CXXIV.

An Beneficiarius, qui omisit Horas Canonicas, liberetur à restitutione fructuum propter eleemosynas pauperibus largitas, non tamen hoc intuitu?

Et quid est dicendum de aliis debitis, an contrarium sit sentiendum? Ex part. 3. tractat. 6. & Misc.2. Resol. 37.

§.1. HIc casus mihi contingit, & ab onere restitutionis consulentem liberaui, nixus auctoritate Pauli Layman *in Theol. mor. lib.5. sect.5. tract.2.c.12.n.9.* vbi sic ait. Quando obligatio restituendi, puta pauperibus, ex iure Ecclesiastico tantùm promanat, arbitror probabiliter dici posse eleemosynas, quæ cum tali obligatione, quamvis non animo satisfaciendi factæ sint, tamen ad eas extinguendas prodesse posse. Exempli causa. Venit Canonicus ad confessionem, qui toto anno officium recitare neglexit, & ideo in pias causas 300. aureos restituere deberet, tali obligatione à Confessario illi significata, respondet, se quamvis huius obligationis immemorem, his ipsis diebus statuam argenteam Ecclesiæ alicui donasse, quæ 300. aut amplius aureis æstimetur, puto quòd Confessarius contentus esse possit. Tum, quia non desunt Doctores qui ita sentiunt; tum, quia videtur esse virtualis intentio omnium dantium eleemosynas, satisfaciendi per eas omnibus obligationibus quas suis peccatis, aut negligentiis contraxerunt; tum denique quia leges Ecclesiasticæ benignè explicari debent. Ita Layman, & ego.

Sup. hoc Resol. in Resol. positi sect.5. & in tract.12.c.12. 49. legi Christi 1 signanter medio §. que in & hic in fine 150. & in tom.4. vide dictam 46.& 47. rum ejus prima nos.

2. Notandum

2. Notandum est tamen, quod contrarium dicendum est in aliis debitis; vnde qui ex furto, vsuris, &c. debitor est, si ei restituendum esset tantundem, donec immemor sui debiti; non liberatur ab onere restitutionis; quia illa gratis donata sunt. Nec refert dicere, quòd si debiti sui memor fuisset, se gratis donaturum non fuisse; nam actualis dispositio voluntatis, non autem conditionalis inter continentes attendenda est. Ita docent Lessius *lib.2. cap.37. num.11.* Lopez *de contract. lib.2. capit. vlt. prope finem*, Sanchez *in sum. tom.1. lib.2. capit.13. n.11.* & alij.

RESOL. CXXVII.

An Beneficiarius, qui omisit Horas Canonicas, excusetur à restitutione fructuum propter eleemosynas largitas pauperibus, & sufficientes pro illo debito, licet fuerint largita absque memoria dictæ obligationis? Exp.7. tr.10. & Misc.1. Resol.24.

§.1. ALibi *in 3.p. tr.7. res.57.* ex Layman docui probabiliter affirmatiuam sententiam, quam scio displicuisse cuidam Theologastro, sed immeritò quidem, nam tanquam probabilem illam tenet doctus P. Gaspar Hurtad. *tr. de Iust. disp.9. difficult.8.* vbi quærens vtrum donatio facta creditori à debitore immemore debiti excuset, sic respondet: Non desunt, qui existiment verè excusare (nisi quando donatio facta est in remunerationem tantidem beneficij accepti à donatario) quia tunc in debitore est intentio virtualis satisfaciendi debito, quia si memor esset debiti non dedisset animo donandi, sed satisfaciendi debito.

2. Sanctus verò *lib.1. summ. c.13.* Lessius *c.39. dub.10.* & Layman *tract.2. c.12.* docent, non excusare, & meritò, quia debitor hîc, & nunc non soluit; quia hîc, & nunc absolutè donat. Quod autem solueret, & non donaret, si debitum in mentem veniret non sufficit, vt verè soluere dicatur: hæc enim dispositio conditionalis qua debitor ita disponitur, vt verè solueret, & non donaret, si memor esset debiti non sufficit, vt actu non dicatur donare.

3. Nihilominus Layman, probabile censet ab obligatione restituendi promanante tantum ex iure Ecclesiastico, vt ab obligatione restituendi redditus Ecclesiasticos ex omissione diuini Officij, excusari debitorem eleemosynis, quamuis factis absque memoria dictæ obligationis, & absque animo satisfaciendi obligationi, quia intentio virtualis elargientis eleemosynas sit satisfaciendi omnibus obligationibus, quas suis negligentiis, & peccatis contraxit. Hucusque Hurtadus.

4. Hanc etiam sententiam tanquam probabilem me citato docet nouissimè Machadus *de perfecto Confess. tom.1. lib.2. p.3. tr.23. docum.3. n.7.* vbi ità asserit. *Se ha de advertir por vltimo necessaria vna aduertencia, sobre question que à cada passo se duda: esto es, si la donacion hecha al acreedor por el deudor olvidado de la deuda le escuse de la obligacion de restituyr aquella cantidad, v.g. deviasme cien ducados, ignorandolo tu, y me donasses otros tantos, si en tal caso quedes todo via obligado à restituirme la deuda quando lo conozcas.*

5. *Algunos verdaderamente le escusan, sino es quando la donacion se hizo por remuneracion de otro tanto beneficio recibido; porque fuera desto caso, juzgan, que en el deudor huvo voluntad virtual de satisfazer mas por la deuda, que de hazer donacion al acreedor.*

6. *Lessio, Sanchez, Layman, y otros son de contrario parecer. No obstante que Layman, à quien signo Hurtado, siente por probable; que quando la obligacion de restituyr proviene solamente de Derecho Canonico: amo lo es la de restituyr los frutos Ecclesiasticos mal llevados por no aver cumplido con el rezo, &c. se escusa el deudor con las limosnas, que huviere hecho, aunque, sea sin essa intencion; pero la intencion virtual del que haze la limosna es satisfazer con ella à todas las obligaciones, que con sus negligencias, ò pecados huviere contraydo.* Ita ille.

7. Et post hæc scripta inueni hanc nostram opinionem tanquam probabilem admittere me etiam citato duos doctos viros, Eminentissimum Dominum meum Cardinalem de Lugo, *de Iust. & Iure tom.1. disp.4. sect.3. n.46.* & Ægidium Trullench. *in Dec. tom.1 lib.1. c.7. dub.24. n.18.* Idem etiam tenet Pasqualigus noster *in decis. mor. Decis.455.* cum Sanchez *lib.2. consil. moral. cap.3. n.121.*

RESOL. CXXVIII.

An Beneficiarius possit compensare eleemosynas iam factas voluntarie cum obligatione postea contracta restituendi fructus propter omissionem officij?

Et supponitur Beneficiarium excusari a restitutione fructuum ob eleemosynas iam factas, non tamen cum intentione satisfaciendi huic obligationi.

Et an hoc habeat locum in debitis ex furto, vsuris, &c. quæ forte soluenda sunt, pauperibus ob incertitudinem creditorum? Ex part.9. tract.9. & Misc.4. Resol.23.

§.1. SVppono Beneficiarium excusari à restitutione fructuum ob eleemosynas pauperibus datas, non tamen cum intentione satisfaciendi huic obligationi vnde si beneficiarius ob omissam recitationem tenetur restituere 500. aureos, si tantundem largitus est pauperibus, & si immemor huius obligationis, potest liberari à restitutione, quia hæc videtur esse virtualis intentio omnium facientium Eleemosynas, vt per eas satisfaciant omnibus obligationibus, quas suis peccatis, aut negligentiis contraxerunt: tum quia leges Ecclesiæ semper debent benignè explicari: quod etiam habet locum in debitis ex furto, vsuris, &c. quæ forte soluenda sunt pauperibus ob incertitudinem creditorum: cum enim Eleemosynæ non repugnet velle satisfacere pro Eleemosyna alias debita (vt si quis Eleemosynam iniunctam à Confessario det extremè indigenti, cui ex iustitia tenetur subuenire iuxta probabilem Doctorum sententiam) qui dat eleemosynam censetur habere hanc virtualem intentionem satisfaciendi etiam alteri debito. Et ita hanc sententiam, quam olim docui *in 3.p. tr.6. res.57.* & me citato, secuti sunt postea quinque docti Recentiores, Trullench *in decalog. to.1. lib.1. c.7. dub.24. n.19.* Pellizarius, & Escobar, vbi infra, Persicus *de Horis Canonicis c.5. dub.22. n.4.* & Garcias *in summa tract.2. diffic.8. dub.3. punct.4. n.3.*

Sup. hoc, quod hic supponitur in duabus præcedentibus Resol. & in to.8. tr.4. lege ex Resol. 49. doctrinam §. vlt. &c. & §. annot. vlt. hu[illegible]

Sup. hoc in Resol. 1. not. præteritæ, §. vlt. & in Resol. 3. in eodem §. & in tom. 8. tr.7. Resol.46. & in aliis eius not.1.

Quæ hic est supra Resol. 126. & infra in fine Resol. 139.

2. Sed hoc supposito, difficultas est, an hæc doctrina procedat, si quis possit applicare eleemosynas olim factas pro omissione postea facta? Et negatiuè respondet Pellizarius *in Man. reg. tom.1. tr.5. cap.8. sect.4. num.229.* Sed affirmatiuam sententiam docuit Oliuerius Bonartius *de Hor. Canon. lib.2. c.11. n.21.* cuius sententiam nimis latam ego existimaui *in part.4. tract.4. resol.220.* Sed modò inuenio illam mordicus docere Escobar à Corro, *tract. de Hor. Can. q.5. §.4. n.20.* Et ratio adduci potest, quia præbens eleemosynam censetur virtualiter illam præbere, non solum

Quæ hic supra potest videri & est.

Res. 119. §. vlt. Sed ege Res. &§. cor. primæ & secundæ huius Res.

solum pro debitis contractis, si extarent, vel etiam pro contrahendis, ita vt sit quædam anticipata solutio. Limitat tamen hanc sententiam Escobar *n.* 19. dum tempore factæ Eleemosynæ, aut postea Beneficiarius eam applicuit alicui operi, aut necessitati, aut pro remissione peccatorum, pro animabus Purgatorij, aut pro alio opere pio: quia tunc ab hac speciali applicatione recedere non potest, nec facere compensationem cum debitis restituendis ratione omissionis Diuini officij, quia illa applicatio æqualet donationi perfectæ, quæ reuocari non potest, *l. 3. & fin. Cod. de reuocand. donat. l. fin. Cod. de Vsucap. pro donato, cum similibus*, & applicans post applicationem, & donator post donationem nihil sibi debitum retinent cum quo valeant compensare quod debent.

RESOL. CXXIX.

Quidam Canonicus recitabat Officium, non tamen canendo cum aliis in Choro, quæritur, an hoc facere potuerit sine peccato mortali, & distributiones quotidianas lucrari. Ex p.2. tr.12. Res.6.

Sup. hoc in Res. seq. & in alio §. eius primæ not. Sed pro omni doctrina huius Res. vide infra Res. 131. & alias eius annot.

§. 1. Difficilis est hæc quæstio: nam pro parte negatiua sunt hi omnes: Beja *in resp. p.1. cas.55.* Sotus *de iust. lib.10. quæst.5. artic.4.* Nauar. *de oratione, c.13. n.17.* Graffius *dec. lib.2. c.51. num.12. & cap.32. n.22. & c.53. n. 4. 5. & 21.* Couarr. *var. resol. lib.3. cap.13. n.8.* Columna *de reddit. eccles. p.3. cap.34. n.19.* Pinellus *in leg.1. C. de bon. mater. p.3. num.16.* Rodriguez *in sum. tom.1. cap.43. n.5.* Zechius *in sum. part.2. cap.83. n.12.* & Summa Corona *p.1. cap.2.* & alij citati à Moneta *de distrib. quotid. p.2. q.2. num.31.* & à Garsia *tract. de beneficiis, tom.1. p.3. cap.2. n.513.* Et ne dura, ait Comitolus *lib.1. quæst.62. num.3.* videatur esse hæc sententia, sciendum est, ita declarasse sacram Congregationem Illustrissimorum Cardinalium. Probatur hæc opinio: nam institutio canonicatuum est, non vt adsint tantum in choro; sed vt canendo assistant: & ob id eis dantur distributiones. Ergo, si id non præstent, peccabunt, nec poterunt distributiones retinere. Antecedens patet ex authoritate Concilij Basileensis *sess.21. §.3.* Et in Concilio Aquisgranensi *cap.131.* dicitur: [Canonicis religiosissimè in choro standum, & psallendum est.] Et in Concilio Tridentino *sess.24. c.12.* sic habetur: [Omnes verò diuina, & per se, & non per substitutos compellantur obire Officia, atque in choro ad psallendum instituto, hymnis, & canticis Dei nomen deuotè laudare.]

2. Sed, licèt hæc opinio de iure antiquo, & ex institutione Officij Canonicorum sit vera; tamen hodie, ratione consuetudinis, contrariam sustinendam esse iudico cum Lessio *lib.2. c.34. dub.33 n.185.* Raphaël de la Torre *in 2.2. tom.1. quæst.83. de Horis Canonicis, cont.10. disp.7. fol. mihi 357.* Pet. Nauarra *lib.2. de rest. c.2. n.2.17.* Aragonio *in 2.2. quæst.83. art.12. dub.vlt.* Garsia *de benef. tom.1. p.3. c.2. n.527.* & Cenedo *in suis quæst. canon. q.2.* vbi fusè confirmat hanc opinionem. Et idem docet Riccius *in sua praxi, tom.2. resol.362. num.3.* Ioan. de la Cruz *in direct. consc. Præcep.3. art.3. dub.7. concl.4.* & Petrus Ledesma *tom.2. tract.9. cap.3. conc.31.* Vide etiam Gauantum *in Comment. ad Rubr. Miss. tom.2. tr.1. C.5. tit.5. num.3.*

3. Ad responsionem Cardinalium, quam affert Comitolus, respondetur, de illa non constare authenticè. Ad Concilium Basileense, & Aquisgranense respondet Cenedo *vbi suprà, num.16.* ibi non præceptum, sed consilium dari: vtuntur enim Patres verbo, *debent*, quod consilium denotare videtur. Quòd si aliquis contendat esse præceptum; respondemus iam consuetudine legitimè præscripta ei esse derogatum. Ad Concilium verò Tridentinum ait Lessius, *vbi suprà, num.186.* præceptum illud non dirigi ad Canonicos, sed ad Prælatos, vt conuenientibus iuris remediis Canonicos cogant, vt canant in choro. Vnde peccant Prælati, si id negligant; non autem Canonici sua consuetudine vtentes quandiu à Prælatis non vrgentur. Sed hæc Lessij responsio mihi non placet, ex eo, quòd Concilium dicens, quòd Canonici compellantur per se obire Diuina Officia, atque in choro psallere, vult eos ad id teneri: & ait, quòd ad id compellantur, tanquam ad rem, ad quam tenentur: nam compulsio, & executio præsupponit obligationem. Dicendum est igitur, Concilium in hoc non esse receptum, sed eandem consuetudinem post illud durate, & esse continuatam, quia Episcopi, & alij Superiores non curarunt in hoc illud executioni mandari, sicut & alia multa. Vnde clarum est, non obligare. Vide Azorium *p.1. lib.10. cap.11. q.6.* Squillante *de obligatione Cler. p.1. q.29. num.19.* Reginaldum *tom.2. lib.18. cap.12. n.175.* & Suarez *de Relig. tom.2. lib.4. cap.12.*

Sup. verb. quidem, tr.1. c.1. n.140. Quidem sim in & in Res. 1. Res. gnanter P. sim. 1. a. equiparatia ve in to. Res. 1. Sed, & recitat. Res. ad mod. vel. Nec. cet. &

RESOL. CXXX.

An qui submissa voce, aliis canentibus, persoluit Horas Canonicas, possit percipere distributiones. Ex part.2. tract.12. Res.35.

Sup. hoc Res. seq. in alio §. not. & doctrina Res. ante vlt.

§. 1. Respondent communiter, satisfacere obligationi Diuini Officij recitandi, sed non posse distributiones quæ canentibus conferuntur, percipere.

2. Sed ego puto cum Filliucio *tom.2. tractat.23. cap.6. num.196.* & Martino Bonacina *tract. de Horis Canon. disp.1. quæst.3. punct.11. n.17.* ita submissa voce recitantem, posse percipere mediam partem distributionum, quia non deest in totum suo muneri, cùm assistat Choro, Officium submisse recitet & cæteros audiat. Quam quidem doctrinam, aduersis Bonacinani, Villalobos *in summ. tom.1. tractat.24. dub.10. num.9.* & Portel *in dubiis Regular. ver. Horæ Canonicæ, num.15.* putant procedere etiam in casu, quo Canonicus non caneret, sed tantùm assisteret, quia distributiones etiam pro assistentia conferuntur. Igitur Canonicus assistens, & non cantans potest sibi medietatem distributionum retinere. Et ita docet Beja *part.1. cas.55.* & Carolus Macigni *tract. de Horis Canon. c.68. n.3.* & alij.

RESOL. CXXXI.

An Canonici confabulantes in Choro, aut exercentes aliquas actiones præsatæ attentionis externæ repugnantes, teneantur ad restitutionem distributionum quotidianarum. Ex p.2. tract.12. Res.7.

Sup. hoc dubius Res. seqq. & Res. præc. ta pro ne non resi. ne alias Res. cius pro not. & tiam ma. strictum Gutiam.

§. 1. Teneri putat Petr. de Ledesma *in sum. tom.2. tractat.9. cap.4. concl. vlt. diffic.1. & 2.* Raphaël de la Torre *in 2.2. tom.1. q.83. de Horis canonicis, contr.19. dist.9. n.5.* Vega *in sum. p.1. c.128. cas.10. & p.2. c.102. circa fin.* Lopez *in instr. tom.1. c.146.* Summa Corona *p.1. c.1. n.93.* Squillante *de oblig. Cler. p.1. dub.30. n.52.* Suar. *de relig. to.2. lib.4. c.14. n.9* Sot. *de iust. lib.10. q.5. art.4.* Graff. *dec. aur. lib.2. c.51. n.12. & c.52. n.22.* Arag. *in 2.2. q.83. art.12.* & alij. Et ratio est: quia ita, v.g. confabulando, non solum non habent attentionem internam, sed neque externam.

2. Ergo

2. Ergo non satisfaciunt præcepto assistendi in choro, & ideò non possunt lucrari distributiones: addo, quòd non potest dici quis præsens esse alicui rei tunc, cùm ad aliud attendit. *l. coram Titio. ff. de verb. signif.* Ergo, &c.

3. Hæc opinio videtur prorsus tenenda: sed invenio contrariam amplexatam esse ab Alphonso Mnariq. *in instr. ord. religios. Sacerd. & Epist. sub tit. de major. Ordin.* Corduba *in sito q. lib. 4. cap. 13. dub. vlt. in fin.* Medina *in sum. lib. 1. c. 14. §. 11.* Zecchio *de republica Eccl. c. 24. de Canonicis, sub n. 6.* & nouissimè à Garsia *de benef. tom. 5. p. 3. c. 2. n. 514.* vbi asserit, Canonicos notabiliter confabulantes in choro, peccare mortaliter propter cap. *dolentes, de Celebrat. Missarum*, non tamen teneri ad distributionum restitutionem propter *c. licet. de præbendis.* & *c. vnic. de cler. non residen. in 6.* vbi sola præsentia requiritur ad lucrandas distributiones. Et licèt hæc opinio, quâ, etiam videtur tenere Toletus *lib. 2. c. 12. n. 6.* improbetur multis rationibus à Moneta *de distrib. p. 2. q. 2. num. 12.* & à Petro Cenedo *in suis q. Canonicis q. 2. n. 7.* tamen Garsias *vbi suprà*, [Videtur, ait, ita esse consuetudinem, & praxim Ecclesiarum.] Quod notent viri docti, & iudicent.

RESOL. CXXXII.

An Canonici confabulantes, dum chorus cantat, lucrentur distributiones quotidianas?

Et an teneantur illas restituere, si in choro, vel priuatim non recitent Horas Canonicas?

Et an Canonici non assistentes in Choro, nec recipientes distributiones quotidianas non peccent, mortaliter, nisi sequatur detrimentum cultus Diuini? Ex part. 4. tractat. 4. & Misc. Resol. 149.

§. 1. PRo negatiua sententia adduxi *in 1. part. tract. 12. de Horis Canonicis, resol. 7.* Suarez, Sotum, Aragonium, Monetam, Cenedum, & alios, tamen aliqui, vt *ibi* adnotaui, affirmatiuam sententiam asserunt, cuius probabilitatem aliis iudicandam reliqui, sed modò assero dictam affirmatiuam sententiam esse probabilem, & ideo nouissimè illam tuetur Thomas Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 2. cap. 2. dub. 100. num. 2.* vbi sic ait. Canonici non attendentes, imò confabulantes in Choro, lucrantur distributiones, nam dantur Canonicis pro assistentia in choro, & vt chorum sua præsentia authorizent; item quia sic vsu receptum est. Hanc sententiam tenet Henriquez à me consultus, & quamplurimi ex neotericis admodum docti Magistri, & hæc videtur mihi probabilior. Ita Sanchez.

2. Ex his infertur contra Petrum Nauarram *lib. 2. de restit. cap. 2. num. 224. & 225.* & Petrum de Aragon. *in 2. 2. D. Thom. q. 83. art. 13. in fine*, Canonicos qui assistunt choro, licèt nec in choro, nec priuatim recitent Horas Canonicas, non teneri restituere distributiones quotidianas, quia dictæ distributiones dantur pro assistentia in choro, & sunt stipendiũ illius assistentiæ; ergo. Deinde in Concilio Lateranensi non recitantes tantùm obligantur ad restituendos fructus beneficiorum, sed distributiones non includuntur sub nomine fructuum; ergo. Ita Sanchez *vbi suprà dub. 101. n. 2.* & alij docti recentiores, & hæc sententia mihi videtur satis probabilis.

3. Notandum est etiam hîc obiter contra Sylvestrum *ver. Hora, q. 10.* Angelum *eodem verb. n. 25. & 26.* & alios, Canonicos non assistentes in choro, nec recipientes distributiones quotidianas, non peccare mortaliter, nisi sequatur detrimentum cultus diuini. Ita Sandoval *lib. de offic. Eccl. p. 5. c. 8.* Tabiena *verb. Hora, n. 28.* & alij. Imò in tali casu nullo modo peccare, nisi, vt diximus, sequatur detrimentum cultus diuini, putat Medina *in 1. 2. q. 6. art. 4. ad 2.* Verùm si absque iusta causa Canonicus in tali casu abesset à choro, peccaret tantùm venialiter, docet Sanchez *loc. cit. dub. 112. num. 6.*

RESOL. CXXXIII.

An Canonicus seu Prebendatus, qui Choro assistit confabulando, possit, hoc non obstante distributiones lucrari?

Et quæritur, quibus peccatis peccet Præfectus Chori in suo Officio?

Et pro praxi huius difficultatis adducuntur sex peccata, vel sex casus, in quibus potest peccare prædictus Præfectus Chori ratione sui Officij.

Et an Canonicus, qui non recitat Officium neque in Choro, nec extra Chorum, teneatur restituere distributiones, si tantum assistat Choro? Ex part. 10. tr. 13. & Misc. 3. Res. 10.

§. 1. DE hac quæstione à nobis alibi actum est, & alia nouissimè in quadam Congregatione coram Eminentissimo Cardinali N. à viris doctis me etiam interueniente, fuit latè discussa. Pro affirmatiua sententia adduxi Machadum *de Perfecto Confessar. tom. 2. lib. 4. part. 4. tract. 3. docum. 5. num. 2.* vbi sic ait: *La seconda question es, si ya que el Prebendado no tenga obligacion de cantar, por lo menos la tenga de estar en el Coro con attencion, y no durmiendose, ò parlando, para poder ganar las Distributiones cotidianas. Probable opinion es que deue estar con atencion; porque lo mismo viene à ser no assistir en el Coro, que estar en el dormido ò parlando. Si bien la mas comun, y recibida opinion de los Doctores modernos es que el tal Prebendado gana las Distribuciones, fundase en que estas se dan a los Prebendados porque assistan en el Coro, lo autorizen, y honoren con su presencia; lo qual se cumple con sola la presencia corporal, y assi dizen estar en vso.* Ita ille; cui adde nouissimè doctum Martinum de S. Ioseph *in Monita Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 5. de Orat. n. 13.* sic asserentem. *Por la misma razon juzgo por mas probable la opinion de Garcia* de Beneficiis, *tom. 5. p. 3. c. 2. n. 214.* Medina *in Summa, lib. 1. c. 14. §. 11.* Sanchez *vbi proximè, dub. 100. que afirma, que consultò sobre ella al Padre Henriquez, y a hombres doctissimos, y que sentieron como el, y que esta puesto en costumbre, que los Canonigos, que no solamente no cantan en el Coro, ni tienen atencion al rezo, antes estan parlando mientras dura el Officio diuino ganan las distribuciones cotidianas, porque dependen sin otro requisito de la assistencia corporal, como las ganan los Clerigos, que van al mortuorio, y sin rezar por el difunclo parlan, y se entretienen: es contra Navarrum, in cap. Quando, c. 13.* Petrus Nauar. *lib. 2. de restit. cap. 2. num. 102. & 103.* Arag. citat. *vbi infrà, num. sequenti,* & alios. Hucvsque Martinus.

Alibi in duabus præcedentibus Res. & lege alias earum primarum annotationum.

2. Sed sistando in opinione negatiua, cui ego adhæreo cum Doctoribus, quos citat, & sequitur Pater Baldellus *in Theol. mor. tom. 2. lib. 3. disput. 42. num. 13. disp. 37. num. 17. & disp. 34. num. 3. cum seqq.* cum Fragoso *de Repub. tom. 2. lib. 10. disput. 22. §. 5. n. 4.* & Lessio *in Auctario casuum conscientiæ post 1. 2. D. Thomæ, vers. Horæ Canonicæ, num. 25. væ væ* Præfectis Chori. Vnde non grauabor hîc apponere verba Ioseph Rocafull. *in Praxi Theol. Moral. tom. 1. part. 2. lib. 3. de Oratione vocali, cap. 20. num. 128.* vbi sic ait: Videamus in speciali quibus peccatis peccet

præfectus Chori. Dico primò, Præfectum Chori dissimulantem defectus Chori, fieri omnium peccatorum reum: sicut nautæ tribuitur submerso nauis. Dico secundò: peccat mortaliter præfectus Chori, qui non monet, vt cantent tempore, quoad id tenentur, quando res est grauis. Dico tertiò, peccare permittentem confabulare in Choro, & non seruare silentium. Dico quartò peccare, si aliquid inordinatum permittat, ex quo sequitur diuini cultus, & Chori perturbatio. Dico quintò, peccare Chori Præfectum permittentem lucrari distributiones eum, qui tempore debito ingressus non fuit vel si dum est in Choro, non canit, sed confabulatur: quas distributiones tenetur Chori Præfectus bursæ, seu administrationi restituere. Dico sextò peccare Chori præfectum, qui abest à Choro dum celebrantur Officia & non relinquit aliquem loco sui, vnde Chori Præfectus tempore quo celebrantur Officia, non potest Missam dicere, nisi aliquem substituat loco sui: Nota diligenter hanc strictam residentiam maximè obligare in Canonicis Chori Præfectis: quia habet pingue stipendium, & similiter in aliis habentibus stipendium alicuius momenti: si autem gratis tale munus exercent, aut exiguo stipendio; non obligantur ad tam strictam residentiam, vt contingit maximè Valentiæ in Præfectis Chori Parochiarum, sed satisfaciunt, si adsint per se dum commodè possunt: sic enim consuetudine interpretante ab illis acceptatur huiusmodi Officium. Tenentur tamen omnes Chori Præfecti, dum in Choro sunt; rectè, & iustè suum munus exercere; aliter enim, si culpabiliter negligentes fuerint, & peccant, & tenentur ad damnorum restitutionem, vt suprà diximus. Ita ille.

Sup. hoc in Res. præterita §. Ex his, & in aliis eius annot.

3. Sed an Canonicus, qui non recitat Officium, nec in Choro, nec extrà Chorum, teneatur restituere Distributiones, si tantùm assistat Choro. Et ad hoc dubium sic respondet Machadus *loco citato num. 3. La tercera quæstion es, si el Prebendado que assistendo en el Coro no rezа las Horas Canonicas dentro, ni fuera del, esta obligado à restituir las distribuciones cotidianas, Navarra, Aragon, y otros, tienen la parte afirmatiua, fundase en la disposicion de vn motu proprio de Pio V. que parece que claramente obliga à los Canonigos, à que restituyan las distribuciones correspondientes al tiempo que dexaron de rezar, en la forma que ya dexamos dicho atràs, Sanchez prueva latamente, y defiende la parte negatiua: y la razon es, porque las distribuciones cotidianas no vienen* nomine fructuum; *y essas se dan solamente por la assistencia en el Coro; y en quanto al motu proprio de Pio V. responde, que Autores muy graues modernos tienen por llano que no està recibido con esse rigor.* Ita Machadus & post illum Martinus de San Ioseph *loco citato, n.* 14. Sed contrariam sententiam tenet Baldellus *vbi supra, disp.* 34. *n.* 6. vbi supposita tamen consuetudine non canendi in aliqua Ecclesia, sic asserit: Dummodò tales Beneficiati intersint Choro, plenè, & integrè satisfaciunt suo muneri, & licitè possunt recipere totas & integras distributiones, quæ in huiusmodi Ecclesiis solùm sunt assignatæ ratione præsentiæ; non autem ratione cantus, vt etiam notat Caietanus *in Summa, verb. Horæ Canonicæ, in fine.* Azorius, *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 11. *quæst.* 6. Petrus Nauarra, *lib.* 2. *de Restitut. cap.* 2. *num.* 217. Lessius *lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 185. Bonacina *de Horis Canonicis, disp.* 1. *quæst.* 1. *punct.* 2. *num.* 18. Quamquam ex Bulla Pij V. *Ex proprio*, etiam hi amittant simul distributiones omnes, & fructus suorum Beneficiorum, si absolutè Horas non recitent, saltem priuatim; & in pœnam huiusmodi omissionis etiam amittant stipendium, quod alioqui est debitum soli præsentiæ, vel interessentiæ Chori. Ita Baldellus. Stant igitur pro vtraque difficultate superiùs posita hinc inde Doctorum opiniones: Sed ego puto magis adhærendum esse Patri Baldello; & ita me citato tenet etiam Escobar à Corro *de Horis Canonicis, q.* 3. §. 6. *num.* 12. & me citato Trullench *in Decal. tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 7. *dub.* 16. *n.* 8.

RESOL. CXXXIV.

An Canonicus absens à choro per tres menses, vigore Concilij Tridentini gaudeat distributionibus quotidianis?

Et an quamuis in toto anno choro non interfit, gaudeat, hoc non obstante, in prædictis tribus mensibus, quotidianis distributionibus? Ex p. 10. tract. 11. & Misc. 1. Res. 8.

§. 1. REspondeo quod Canonicus absens potest percipere fructus sui Beneficij, vt in tribus mensibus concessis per Trid. *sess.* 24. *cap.* 12. ita & in sex primis mensibus, quibus non recitando potest percipere fructus, ex Constitutione Pij V. 138 quæ incipit: ex primo Lateranensi Concilio. Attamen si absit à Choro, iis temporibus, non percipiet distributiones quotidianas, ex Garcia 3. *de Benef. cap.* 2. *n.* 250. *& seq.* Moneta 2. *part. de distribut. q.* 17. *n.* 41. Bonacina 2. *de Horis Canonicis, q.* 4 *punct.* 1. *sub. n.* 11. S. Fausto, *lib.* 3. *eod. tract.* 7. *versic. Ex quo, & vers. seq.* Gonzalez *ad Regul* 8. *Cancellar. in Proœmio* §. 7. *n.* 182. Escobar, *tract. de Hor. can. q.* 5. §. 2. *n.* 42. & 75. cum aliis.

2. Tamen contrariam sententiam nouissimè tanquam probabilem ex multis admittit Martinus de San Ioseph *in Monit. Confessar. tom.* 1. *lib* 2. *de Oratione, tract.* 15. *num.* 6. vbi sic ait? *De tal manera requiere la assistencia de los Prebendados en el Coro el Derecho de percebir las distribuciones, que aunque el Concilio Tridentino, sess.* 25. *cap.* 12. *permitte à los Canonigos, que falten por tiempo de tres meses ganando los frutos, però no ganan las distribuciones en faltando; como lo declaro la Sacra Congregacion*, teste Gonzale *ad regul.* 8. §. 8. *Proœmy n.* 182. ex Riccio, *decis.* 594. *n.* 16. *Però lo contrario es probable, porque el Concilio concedio el tiempo de los tres meses, para que puedan los Prebiendados aliviar el trabajo del resto del año; y parece, que và alli embebido el Derecho de adquirir las distribuciones.* Sic Cenedus *collect.* 15. *ad* 6. Couarruuias *lib.* 3. *Variar. cap.* 13. *n.* 5. & videtur sentire Nauarrus *de Orat. cap.* 5. *num.* 20. Vivaldus *in Candel. aureo* 2. *part. c.* 5. *n.* 48. D. Ioan. Ocon. *in cap. vnico. de Cleric. non residentib. in* 6. *n.* 16. Sanchez 1. *part. consil. lib.* 2. *c.* 2. *dub.* 93. *& n.* 103. *Tiene, que lo dicho es verdad, aunque gasten los dichos meses en vicio, y juegos: y juzgo tambien, que es probable; porque el Concilio Tridentino loco citato, quando señana este tiempo para que se descanse, no pone por condicion, que se gasten bien.* Huevsque Martinus. Et hanc sententiam præter Doctores citatos, tanquam probabilem admittit etiam Trullench *in Decal tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 8. *dub.* 3. *n.* 5. addit etiã Martinus, *vbi suprà, n.* 7. quod Sanchez *estiende lo dicho à los Canonigos, que no assisten en todo el año al Coro; dize, que no obstante esto, pueden lleuar las distribuciones en los tres meses, que se dan para descansar; porque es ley, que se haze en fauor comun de todo el Capitulo; y no cessa, cessando su fin en vn particular, que no assiste al Coro. Otras razones da, y dize, que son de su mismo parecer algunos Varones Doctos, a quien consultò: no parece esto del todo improbable, aunque yo no me atreviera à consejarlo.* Ita ille.

RESOL.

RESOL. CXXXV.

An Canonicus, qui abest à Choro sine causa animo amittendi distributiones, tempore absentiæ correspondentes, peccet mortaliter?

Et an Canonicus, qui ad Chorum non accedit, sed priuatim Diuinum Officium recitat, peccet tantum venialiter, etiamsi in Choro quatuor tantum assistant? Ex p.2. tr.12. Resl.31.

§.1. AFfirmatiuè respondent Suarez *de Religion. tom.2.lib.4.c.10.n.17.& c.13.num.5.* Garcias *de benef.tom.1.part.3.cap.2.n.319.& seq.* Filliuc.*tom.2. tract.23.c.7.num.207.* Squillante *de obtig.Cler.part.1. dub.18.n.57.*& alij,asserentes Canonicos,& obtinentes dignitates,seu portiones,non posse tuta conscientia,nisi per tres,vel quatuor dies, abesse a Choro,vltra tempus à Concilio Tridentino permissum; & Garcias, pro hac sententia,adducit tres Cardinalium declarationes.

2. Hæc opinio videtur mihi probabilior.Sed quia multi de hoc nullum sibi conscientiæ scrupulum faciunt, vt à peccato illos immunes faciamus, dicendum est, contrariam sententiam esse probabilem, & ita illam vocat,licèt oppositam teneat, Martinus Bonac.*tract.de Horis Canon.disp.2.q.1.punct.2.num.3.* post Syluestrum, Caietanum, Nauarrum, & alios quam etiam sententiam absolutè docuit Regin. *in praxi tom.2.lib.18.c.13.n.176. in fin.* cum limitatione,nisi talis absentia à Choro efficiatur per contemptum,aut ob eam Officium Diuinum non diceretur in Ecclesia, aut saltem non diceretur cum debita solemnitate. Ex his apparet Canonicum, qui ad Chorum non accedit, sed priuatim Diuinum Officium recitat, peccare tantum venialiter, etiamsi in Choro tantum quatuor assistant;nam vt notat Carolus Macigni *tractatu de Horis Canonicis, cap.56. num.24.* quatuor Canonici sufficiunt ad constituendum Chorum.

RESOL. CXXXVI.

An Prebendatus peccet mortaliter, si à Choro absit, etiamsi cedat distributionibus?

Et an Prebendatus submissa voce recitans suam partem,vel non recitans, sed solum attendens ad partem; quam alius Chorus recitat; lucretur dimidiam partem distributionum?

Et an tres,vel quatuor dies in anno absentiæ à Choro non constituant culpam mortalem in Prebendatis, absque tribus mensibus in anno à iure illis concessis absentiæ à Choro? Ex p.4. tract.4.& Misc. Resl.17.

§.1. REspondent affirmatiuè, etiamsi cedat distributionibus, & propter eius absentiam officium non dimittatur,nec sine decenti solemnitate celebretur. Ita Vasquez *opusc.de benef.cap.4.art.2. dub.1.n.182.* Suarez *de Relig.tom.2.lib.4.c.10.num.17. & c.13.n.3.& seq.* Bonacina *de Hor.Canon.disp.2.q.1. punct.2.n.1.*& alij,quos citat,& sequitur Castrus Palaus *tom.2.disp.3.punct.2.num.3.*ex multis rationibus, quas ipse adducit.

2. Sed contrarium tenet Syluester *verb. Horæ quæstione* 2. Caietanus §.5. Angelus *numero* 21. Nauarrus *de orat. capit.* 1. *numero* 14. Macignus *de Horis Canon. capit.56. numero* 34. Barbosa *de potest. Episcop. part.3. allegat.53. num.181.* & Valentia *tom.3.disp.6.quæst.2.punct.10.* §.6. vnde puto vtramque sententiam probabilem esse, vt ego alibi etiam docui.

Alibi ibidem. Sup. hoc in Resl. præterita §.1. & supra in Resl. 80.§.vlt.

3. Nota tamen, stando etiam in sententia affirmatiua, tres, vel quatuor dies in anno absentiæ à Choro non constituere culpam mortalem in præbendatis, quanquam à iure concedatur absentia à Choro tribus mensibus in anno.Ita Bonacina, Suarez, Castrus Palaus *locis citatis.*

Sup. contento in hoc §. supra in Resl. 130. per totam,& si placet lege alias Resl. eius annotationum.

4. Nota etiam, quòd Præbendatus submissa voce recitans suam partem, vel non recitans, sed solùm attendens ad partem,quam alius Chorus recitat, lucratur,secundùm probabilem opinionem, medtam partem distributionum. Ita Suarez *de Relig. tom.2. lib.4.c.12. n.18.* Nauarra *de rect.lib.1.cap 2.num.222.* Cenedus *collect.15. num.6. ad 6.* & alij, quos citat, & sequitur Bonacina *disp.1. quæst.3.punct.2.§.1. n.17.* licèt etiam probabiliter contrariam sententiam teneat Castrus Palaus *tom.2. disp.3.punct.4. n.5.* & Oliuerius Bonartius *de Hor. Canon. lib.2. cap.23. n.9.& seq.*

RESOL. CXXXVII.

An si extra tempus Diuinorum Officiorum possit Canonicus, seu Prabendatus expedire negotia propriæ Ecclesiæ, in cuius vtilitate abest, licite accipiat distributiones?

Et an Canonicus dispensatus in ætate etiam lucretur distributiones?

Idem est, si Canonicus ordine sacro initiatus non sit, si assistat in Coro; & aliud est quoad vocem in Capitulo, quæ requirit saltem Ordinem Subdiaconatus.

Et notatur, quod distributiones percipit Canonicus assistens Choro, & diuinis Officiis, licet non sedeat in proprio stallo, nec sit indutus vestibus solitis.

Item lucrabitur distributiones Canonicus, si desinat Horis Canonicis assistere, propter aliquam iustam causam; propter recipiendum hospitem; vel si radat barbam & ex aliis multis causis, quæ in textu huius Resolutionis explanantur, quas pro casibus contingentibus in promptu tene, quia quotidianæ sunt pro supradictis Prebendariis circa lucrationem distributionum. Ex p.10.tr.16.& Misc.6. Resol.54.

§.1. NEgatiuam sententiam docent plures, quos citat, & sequitur Moneta *de distribut.p.2. quæst.5. num.43.* Sed ego contrariæ sententiæ adhæreo; tum quia Beneficiarius re vera tempore Diuinorum Officiorum est occupatus in euidenti vtilitate Ecclesiæ, ac proinde ei debentur distributiones iuxta priuilegium contentum *in cap. Vnico*: quod priuilegium esset sine dubio nullum, aut minimum, si occupati in euidenti vtilitate Ecclesiæ tenerentur præuenire, aut postponere, vt possent se seruare indemnes: quin potius præ cæteris grauarentur, vt pote,qui,aliis vacantibus,tenerentur laborare in vtilitatem Ecclesiæ,& præterea Choro assistere,æque ac alij. Et ita docet Bonacina *de Hor.Can.disp.2.quæst.5. punct.1. num.16.* cum aliis.

Sup.hoc primo in tom. 5.tr.5 ex doctrina Resl.5. circa finem proposui eam versum tum quia à Bonacina:

2. Notandum est hîc obiter primò quod Canonicus dispensatus in ætate etiam lucrabitur distributiones,nam dispensatus circa principale;est etiam dispensatus in accessoriis; Ita Moneta 2. *de distribut. quæst.19.n.44.* Bonac.3. *de Horis Can. quæst.3. punct.4. & 5.* & nouissimè ita declaratum per Congregationem Cardinalium Interpretum Concilij Tridentini. Et idem procedit, si Canonicus ordine Sacro initiatus non sit, nam quoad distributiones sufficit

assistentia in Choro, nisi aliter consuetudine, aut statuto fuerit introductum, & obseruatum, ex Clement. 2. *de etat. & qualitat. obseruant.* Moneta 2. *de distrib. q.19. n.3.* Bonacina, *d. q.2. punct.2. n.1. & 2.* Quidquid de non ipitiato ordine suo Canonicatui annexo, viderit Moneta *ibid.q.20 n.31.* At hoc procedit quoad capiendas distributiones, aliud quidem est quoad vocem in Capitulo, quæ requirit saltem Ordinem Subdiaconatus, vt *in d.etat. & qualit.* Moneta, 2. *de distribut.q.20. num.5.* Bonacina, *punct.3. ex num.5. citato loco, vbi n.7.* aliud admittit in conuocando Capitulo, si ille, cui hoc incumbit, ordinem Sacrum non habebat, quia non est actus iurisdictionis.

3 Nota Secundò, quod distributiones percipit Canonicus assistens Choro, & Diuinis Officiis, licèt non sedeat in proprio stallo, nec sit indutus vestibus solitis, nisi aliud statuto, aut consuetudine seruetur; ita Moneta 2. *distribut.q.19.ad fin.* Bonacina, *de Horis Can.q.4.punct.2.n.14.* Castro Palao, 2. *tom.tract.7. disp.3.punct.5.n.3.*

4 Nota Tertiò, quòd Canonicus luerabitur distributiones, si desinat horis Canonicis assistere propter aliquam iustam causam, vt si excuset propter recipiendum hospitem, vel quod radat barbam, & ex aliis causis, de quibus in sequentibus; ita speciatim loquendo, docent Nauarr. *cap. quando, siue tract. de Orat. & Horis Canonicis, c. p.5.n.21.* in Latino (licet in Hispano *n.19.* contrarium voluerit) quem sequitur Sanchez 2. *consil.moral.c.2.d.97. n.2.* qui loquuntur, non solùm dum verè tempore horarum deoccupatur illis in causis; verùm dum differt occupationem illam, nempe radere barbam, & recipere hospitem, &c. ad tempus extra horas, vt si ad noctem, nam; & tunc putant non teneri ad restitutionem distributionum, quia causa in se vera fuit, & si translata ad aliud tempus, nihil tamen detrahit cultui Diuino, quæ opinio probabilis est, valde æqua, & notabilis. Ita Escobar *tract. de Hor. Can. q.5. n.80* qui etiam notat, infirmitatem esse iustam causam, vt distributiones lucrentur, & ideò Canonicus illas lucrabitur, si ad Ecclesiam se conferre non potest ob debilitatem crurium, seu tibiarum, ex Moneta, 2. *part. q.6. n.16.* Menoch. *de arbit. casu 60. num.14. & seq.* Bonacina, 1. *de Horis Can. q.3. punct.1. num.13.* Qui ex consilio medici domo non egreditur ob timorem grauis damni, Moneta *d.q.6. n.8.* Qui causa recuperandi vires, vel mutandi aërem aliò se transfert, maximè ex consilio Medici, Bonacina *n.4. & 5.* Qui prodagram patitur Bonacina *sub d.n.13.* Barbosa *de Canonic.c.24. n.31. & de iure Ecclesiast.3. part. c.12. n.58.* Moneta 2. *de distribut.q.6. n.18.* Qui causa salutis ad balnea proficiscitur. Trullench. 1. *Decalogi, c.8. dub.8. n.3.* Qui causa celeberrimi Medici, vel salubrioris aëris illuc se confert ex Physici Consilio S. Faust. *lib.3. de Horis Canonic.* Qui causa purgandi corpus aut minuendi sanguinem, domi se continet, Trullench. 1. *Decalogi. c.8. d.9. n.2. vbi n.3.* de eo qui cantu defatigatus à Choro discedit, vt paululum respiret, ex Moneta, & Bonacina, quos citat. Qui cœcus est, ex Menoch. *d. casu 60. n.14. & seq.* Cened. *d. q.1. num.13.* Moneta 16. & à Rota pluries resolutum tradit Barbosa *d. cap.24. n. 29. & duobus seqq.* & ad Trident. *num.107.* Quamuis in rei veritate mihi non displiceat opinio Sanchez 2. *consil.moral. c.2. d.90.num.7.* dicentis, cœcitatem, vel surditatem non præstare causam sufficientem lucrandi in absentia distributiones, quia Choro adesse non nocet huic morbo, & Chorus sua præsentia authorizatur, ex Nauarr. *cap. quando 19. num. 81. & 82.* & tenet nouissimè Ioan. Ægid. Trullench. *Decalogi cap.7.dub. 28. sub num.8.* Quæ omnia procedunt etiamsi Canonicus infirmitates nactus fuerit ex propria culpa, nam adhuc consequetur distributiones; Ita Sanchez 2. *consil. moral. cap.2.dub.91.* plures nouissimè cumulat Velasco 1. *de priuil. pauper. quæst.54. num.15.* Bonacina *supra num. 7.* Barbosa *de Can. cap.34. num.35.* Et hoc etiam procedit: quamuis, ita sua culpa obuenerit infirmitas, quod data opera eam procurauit animo se excusandi ab assistentia Chori; adhuc enim in conscientia poterit lucrari distributiones, quia ius infirmitatem respicit, non animum. Ita Bonacina 2. *de Horis Canonic. d. quæst.5. punct.1. num.7.* quem sequitur S. Faust. *lib.3. de Horis Canonic. quæst.29.* contra Couarr. 3. *var. cap.14. num.8.* Monetam 2. *de distribut.q.7. n.11. fin.* Existimantes, non posse lucrari distributiones, quia in hoc casu culpa fuit præordinata ad casum, & prodesse non debet; Quorum opinio indubia, & certissima est, quòad peccatum, ex illo prauo animo reddendi se impotentem ad non assistendum Choro: at postea, supposita infirmitate, & assistendi impotentia, nullum non assistendo aderit peccatum, & vt probabile est, nec obligatio restituendi, probabilius tamen contrarium iudico; quia ex suo doloso animo non debet commodum reportare ex iuribus constantibus, & notis. Vide circa idem Garciam *de Benefic.3. part.cap.2.num.363.* Sanchez, 2. *consil. Moral.cap.2.dub.91.* Castro Palao, *tom. disp.3.punct.9.§ 1.num.3.* Barbos. 3. *de iure Ecclesiast. cap.17. num.61. & de Canon. & dignit. c.14. num.35.*

5. An verò hæc opinio admittenda sit, etsi obuenerit infirmitas tempore quo erat absens sine iusta causa, & sic dum non poterat percipere distributiones, nam supposita infirmitate, si habeat animum redeundi, & assistendi inuenitur verè impeditus sua infirmitate; ita satis probabiliter docet Bonacina 2. *de Hor. Canon. quæst. 5. punct. 1. n.6.* probabilius tamen censeo contrarium, dum absentia iniusta erat, vt loquimur, secus si iusta; sic Sanchez 2. *consil.moral.cap.2.dub.90.num.6.* & aliis relatis, Castro Palao, 2. *tom. tract.7. disp.3.punct.9.§.1. num.6.*

RESOL. CXXXVIII.

An Pensionarius teneatur sub peccato mortali dicere Officium paruum Beatæ Virginis?

Et docetur consuetudinem esse optimam legis interpretem.

Et quæritur, an omnes pensiones possint vendi pro libito absque licentia Summi Pontificis? Ex p.10. tr.16. & Misc.6. Resol.94.

§.1. NOster Pater Marcus Vidal auctor quidem, vt sæpiùs dixi ingeniosus, & doctus negatiuam sententiam docet *in Arca Theol. Mor.tit.de Iud. Inquis.5. num.45.* vbi sic ait: Respondetur primò, hanc Pij V. Constitutionem obligantem Clericos pensionarios ad Officium B. Virginis paruum in locis non esse receptam, quia à plurimis ignoratur, vel etsi sciatur, non est in praxim vnquam deducta, ita sentit, & affirmat Lessius *lib.2.cap.35. dub.22. num.129.* Insuper videtur non obligare ad sui obseruantiam sub mortali, tum quia nullum verbum præcipuum continet: tum quia odia sunt restringenda & non amplianda, *cap. odia, de reg. Iur in 6.* tum quia in pœnis semper benignior interpretatio est facienda, tum quia, vt doctores ferè communiter docent, non omnia, quæ continentur in iure Canonico obligant sub mortali, tum etiam quia legis Ecclesiasticæ intentio est, non iniicere laqueos animabus, sed ad ædificationem corporis mystici Christi Domini promouere: ac ideò, vt plurimum non obligat sub mortali;

mortali; Ergo cum hæc Pij Quinti Constitutio non sit vbique recepta, neque obliget sub mortali culpa, clarè deducitur, quod pensiones, quæ Clericis conferuntur, hic & nunc per dictam Constitutionem per se non habeant titulum spiritualem, neque ordinentur ad spiritualem ministerium, sed maneant, sicuti in anteriori tempore prophanæ, & temporales; quod equidem dici non valet de beneficio, nam illud datur per se primò principaliter, ac immediatè propter officium, capit. *fin. de rescript. in 6.* Vnde decreta Pontificia, & Canonica, quæ obligant beneficiarios ad Horas Canonicas vbique sunt recepta, & ab omnibus affirmatur, & tenetur quod obligent sub mortali, vt colligitur ex capit. *fin. dist. 92.* ac etiam ex Concilio Lateran. sub Leone V. *sess. 6. §. statuimus?* ergo, &c. Hucusque Vidal.

2. Sed hæc opinio pugnat cùm sententia omnium Doctorum, & est contra Praxim communiter receptam, contra stylum Curiæ Romanæ, & contra verba apertissima constitutionis Pij V. & ideò prorsus reiciendam esse puto: Vnde Persicus Auctor è Societate Iesv, qui diligenter de Horis Canonicis scripsit, sic asserit in *cap. 5. dub. 6. num. 6.* Quæres, an prædicta Constitutio Pij V. obliget sub peccato mortali pensionarios ad prædictum officium Beatæ Virginis recitandum? Respondeo, nonnullos, quos sine nomine refert Petrus de Aragonia *2.2. quæst. 63. art. 2.* prope finem, in dubio de pensionibus, *verum autem*, dixisse prædictam Constitutionem non obligare, tum quia non fuit vbique solemniter promulgata, præsertim in Hispania, tum etiam, quia non videtur vim recepta, nec eius verba sunt adeò rigorosa, vt censeantur nouam inducere obligationem sub mortali, sed hæc sententia est omninò falsa. Ita Persicus. Vide etiam Baldellum *in Theol. Mor. to. 2. lib. 3. disp. 18. n. 7.* Castrum Palaum *tom. 2. tract. 7. disp. 2. punct. 6. §. 2. n. 6.* Bassæum *in Flor. Theol. verb. Pensio, n. 6.* Silium *in 2.2. D. Thomæ quæst. 100. art. 4. conc. 3.* Vvigers *de Iust. tract. 7. cap. 4. dub. 14. num. 93.* Ceballos *de cognit. per viam violentiæ part. 2. quæst. 62. num. 7.* Malderum *de Iust. tract. 9. c. 3. dub. 13.* Fabrum *in 4. disp. 24. quæst. 1. disp. 1. cap. 5. num. 144.* Marcum Sctum *tom. 3. Tract. 5. disp. 1. diffic. 4. quæst. 2. num. 22.* Trullench *in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 7. dub. 12. §. 3. num. 6.* Nauarrum *in Man. cap. 25. num. 108.* Graffium *part. 1. decisionum, lib. 2. cap. 50. num. 8. & 9.* Petrum de Aragonia *2. 2. quæst. 83. art. 12. dub. 3. conclus. 2.* Cardin. Toletum *lib. 2. cap. 12. num. 2.* P. Valentiam *tom. 3. disputat. 6. quæst. 2. punct. 9. §. Quinam teneantur conclus. 2. fin.* P. Suarium *tom. 2. de Religione, lib. 4. de Horis Can. cap. 22. num. 5. & 6.* P. Reginaldum *lib. 3. tract. 4. capit. 4. sect. 3. num. 41.* P. Sanchez *tom. 1. Consiliorum Moral. lib. 2. cap. 2. dub. 63. n. 4. conclus. 2.* P. Filliucium *tom. 2. tract. 23. cap. 5. quæst. 9. dubio 1. num. 173.* Oliuerium Bonartium *de Hor. Can. lib. 2. c. 9. num. 6.* Benium *tom. 1. lib. 50. cap. 4. q. 4.* Garciam *in Summa Theol. Mor. tract. 2. diffic. 2. dub. 2. num. 7.* Candidum *tom. 1. disq. 18. art. 23. dub. 2.* Villalobos *tom. 1. tract. 24. diffic. 8. num. 15.* Martinum de San Ioseph, *in Mon. Confess. tom. 1. lib. 2. tract. 6. de orat. num. 7.* Rocaful. *in Praxi Theol. Mor. tom. 1. part. 2. lib. 3. de orat. vocali, capit. 4. num. 212.* & alios penes ipsos asserentes; Constitutionem Pij V. vbique esse vsu receptam, & obligare pensionarios sub mortali ad dicendum Officium B. Virginis eo modo, quo obligantur beneficiarij persoluere Horas Canonicas, & cum iisdem pœnis.

3. Quod patet etiam ex communi obseruantia, & consuetudine post dictam Constitutionem: & ita quidem obseruantia subsequens legem, & statuta declarare tradunt Doctores, vt Guido Papa *decis. Gratianop. 30. numer. 1. & 3.* Petrus Heigius, *quæst. 17. num. 44. lib. 2.* Carolus de Graffis *de excep. ad mat. v. statutor. excep. 3. num. 13.* Aymo Grauetta *cons. 735. num. 14. part. 4.* Tiberius Decianus, *respons. 32. n. 17. vol. 2.* Hartmanus Pistoris *quæst. 16. n. 18. & num. 18. lib. 1.* Sicut enim de Legibus *in l. 37. ff. de legibus*, pro regula traditur. Ioannes de Amicis *consil. 42. n. 16. & 17.* Ernest. Cothmann. *respons. 48. num 24. vol. 4.* Alderan. Mascard. *de general. statutor. interpret. concl. 2. num. 156.* quibus adde omninò videndum doctum, & amicissimum Antonium Frances in suo Pastorali edito hoc anno 1651. & ad me ex Hispania ab ipso Auctore missо, *part. 3. vota. 10. num. 52. cum seqq.* Vnde ex his rectè dicitur, consuetudinem esse optimam legis interpretem, ex *l. minimè, ff. de legibus l. si de interpretatione, ff. eodem tit. cap. cum dilectus de consuetud.* Syluanus *cons. 88. numer. 27.* Tiraquellus *de nobilit. capit. 10. numer. 9.* Afflictus Neapol. *decis. 166. numer. 9. & decis. 173. numer. 3.* Menochius *cons. 32. numer. 44. & cons. 390. num. 21. & cons. 577. num. 2. & 3. vol. 3.* Mascardus *de probationibus conclus. 1415. num. 10.* Brunorus à Sole *in locis communibus, verbo consuetudo 6.* Cardosius *Praxi Iudicum, & Aduocat. eodem verb. numer. 3.* Cald. Pereira *in l. si Curatorem, C. de in integr. restit. minor. verbor. contractum, numer. 29.* Bellet. *disquisit. Cleric. part. 1. tit. de Clerico debitore, §. 12. num. 27.* Mendez à Castro *in Praxi Lusit. lib. 2. cap. 1. n. 12.* Camill. Borell. *in summa omnium decis. tit. 14 num. 88.* Cened. *practic. & canon. quæst. lib. 1. quæst. 3. num. 11.* & alij.

4. Sed nullus pensionarius stante Constitutione Pij V. audet omittere recitare officium B. Virginis absque scrupulo peccati mortalis, & nullus Confessarius, vt credo, illum absolueret, si tale officium nollet dicere: Ergo clarè patet, Constitutionem Pianam sub mortali obligare, nec aliter sentiendum esse puto. Et hæc omnia confirmantur ex stylo huius Romanæ Curiæ; nam pensionarij omittentes recitare Officium B. Virginis fructuum compensationem à Pontifice postulare solent; quæ non facilè, nec sine competenti satisfactione conceditur. Ergo, &c.

5. Et ideò post hæc scripta inuenio nostram sententiam contra Patrem Vidalem, præter Doctores citatos tenere etiam Raphaël de la Torre *to. 1. in 2.2. D. Thomæ controu. 6. n. 3.* vbi sic ait: Rogas, Nonne pensionarij ad aliquid recitandum tenentur? Respondeo, ante tempora Pij V. non tenebantur, modo vero idem Pontifex Constitutionem edidit 138. quam refert Nauarrus *in Manuali cap. 25. num. 122.* vbi præcipit omnibus pensionariis Clericis, quando vt Clerici percipiunt pensiones, paruum officium Deiparæ recitare, & aliter non faciant fructus suos iuxta proportionem inferius declarandam. Quod præceptum sine dubio obligat sub mortali: nec potest aliquis excusari dicens, constitutionem illam non esse vsu receptam. Nam Constitutio ipsa Pontificia circa dubium obligat, vt recipiatur, & solemniter promulgata est Romæ, & inter cæteras Constitutiones obligantes inserta, & per contrariam consuetudinem, sciente, & annuente Pontifice, non est abrogata: quin potiùs à viris doctis, & timoratis seruata; & qui illam sunt trangressi, fructuum compensationem à Pontifice postulare solent, nec sine competenti satisfactione conceditur: ergo manifestum signum est, legem illam ex tacito consensu Pontificis non esse abrogatam, Aduertendum tamen circa illam, primò non omnes pensionarios sub illa lege comprehendi, sed solum eos qui vt Clerici pensionem accipiunt, vt in ea Bulla videre licèt: dicuntur autem vt Clerici accipere, non illi, qui Clericale officium

seq. in eodem §. ad medium, à vers. Vnde & in Resol. 2. etiam in eodem §. in principio, & supra in n. 3. Res. 96. §. Nec obstat, ad medium, Quod confirmatur, & in aliis eius annot.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 1. Res. 14. §. Sed non carens, paulo post initium, & in Res. 88. ex eius lata doctrina signatè in §. Et tandem, à principio, & in to. 6. tr. 2. Res. 31. §. 1. in fine, & quamuis cursim, vsq; pro mille valet, & hic supra in Res. 94. §. Deinde, & in to. 5. tr. 1. Res. 87. §. sed ad lin. 3. & in tom. 4. tr. 2. Res. 3. cursim in §. Sed, pace, post medium à vers. Quod confirmatur, & in tom. 7. tr. 1. Res. 53. §. Nec obstat, breuiter ad medium, à vers. Quod patet, & in tom. 4. tr. 6. Res. 117. §. Hinc dictus, cursim in fine à vers. quia consuetudo, & melius in to. 9. tr. 7. Resol. 95. §. His, ante medium, à vers. Et ita interpretatur.

officium exercent, alias ad officium Diuinum teneantur, sed illi, in quibus status Clericalis requiritur, vt sint talis pensionis capaces, quare si pensio detur sine hac conditione, non inducit obligationem recitandi officium Virginis, etiam si detur personæ regulari Laicæ, vt militi Sancti Ioannis: etiamsi aliquo modo ratione perfectionis persona sit Ecclesiastica, & licèt illi, vt regulari detur, quia nihilominus non datur illi, vt Clerico. Ita ille, & iteram Ego.

Sup. hoc in Resol. seq. legge doctrinam §. Quæ o tertio & seq.

6. Sed quid dicendum de illa doctrina Patris Vidal apposita *in num.* 27. *art.* 60. videlicet in conscientia omnes pensiones posse vendi pro libito absque licentia Summi Pontificis; Respondeo, quid quid sit de iure antiquo, de iure tamen nouo, stante Constitutione Pij V. contrarium tenendum est; & ideò Raphaël de la Torre *in* 2.2. *D. Thomæ q.* 100. *art.* 4. *disput.* 5. sic ait Pensiones, quas esse vendibiles asseruimus, potest prohibere ius humanum ne vendantur: & tunc eæ venditiones erunt simoniacæ, quia prohibitæ. Non autem memini, me inuenisse talem expressam prohibitionem. Quare standum est stylo Romanæ Curiæ, sciscitandumque est à Curialibus doctis, & probis. Stylus namque iste vel declarat naturalem malitiam, vel Ecclesiæ prohibitionem in pensionibus emendis, vel redimendis: habet enim vim ad obligandum, vt seruetur, vt ait Nauarrus, *conf.* 63. *de Simonia, ex cap. ex litteris, de constit.* & ibi notatis. Sed ex aduerso prodit motus proprius Pij V. citatus, qui obligat omnes pensionarios habentes pensiones, vt Clerici sunt, quacumque de causa pensiones illis consignentur, ad recitandum Officium paruum B. Virginis, vt in tractatu de Horis Canonicis vidimus. Ergo omnes tales pensiones, licèt beneficia non sint, sunt tamen annexæ spirituali muneri: ac proinde inuendibiles sunt, sicut beneficia. Nec satisfaciet qui dixerit, hoc esse de institutione Iuris humani: ac proinde ad summum probari esse simoniacum tantum contra ius humanum omnes pensiones Clericales vendere: Quia licèt hæc obligatio recitandi Officium quotidianum Beatæ Virginis, & annexio pensionum ad illud sit tantum de iure humano: tamen ea institutione supposita, res sit sua natura inuendibilis; sicut diximus de beneficiis. Ita ille. Sed audiamus Gabrielem Pereiram *de Manu Regia, tom.* 2. *cap.* 64. *num.* 4. licèt (ait) verùm sit, quod pensio non sit beneficium illud, quando titulo sæculari conceditur pro labore temporali, vel alio seruitio quæ in Laicum cadere potest. At verò, pensiones nostri temporis loco beneficij assignantur; & stante Constitutione Pij V. quam adducit Garzia 2. *part. cap.* 1. *n.* 5. quæ obligat pensionarios ad Horas, & Officium paruum Beatæ Mariæ, iam pensio proponitur annexa officio spirituali, ex Nauarra *de restitutionibus lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 200. & datur titulo Ecclesiastico Henriquez *in Summa, lib.* 13 *cap.* 13. §. 2. ac per consequens ad instar beneficij regulatur. Hæc Pereira, cui adde Castrum Palaum, *tom.* 3. *tract.* 13. *disput.* 3. *punct.* 13. *num.* 7. Malderum *de Iust. tractat.* 9. *cap.* 3. *dub.* 13. Syluium, *in* 2. 2. *D. Thom. quæst.* 100. *art.* 4. *concl.* 3. Vvigers *de Iust. tract.* 7. *cap.* 4. *dub.* 15. *num.* 93. Suarium, Bonacinam, Valentiam, & Filliucium, quos citat, & sequitur doctus, & amicissimus noster Pater Tancredi, *de Religione, tract.* 2. *lib.* 4. *disp.* 19. *q.* 4. *n.* 4. vbi nominatim contra Patrem Vidalem nostræ sententiæ adhæret, licet *num.* 5. *in fin.* putet, opinionem Vidalis non esse improbabilem: sed ego in Praxi puto à sententia nostra non esse recedendum.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 7. Resol. 28. & ibi in tr. 1. Resol. 180. à §. Dico tertio, & cursim in alia Resol. posità in annot. Resol. 1. huius anno.

RESOL. CXXXIX.

Proponuntur aliquot casus circa obligationem Pensionarij, ad recitandum Officium Beatæ Virginis, sed inter alia quæritur, an Pensionarius relinquens recitare Officium Beatæ Virginis teneatur restituere omnes fructus, vel tantum tertiam partem sicut Beneficiarij, qui ex omissione Horarum Canonicarum non tenentur persoluere nisi tertiam partem. Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. Resol. 95.

§. 1. CAsus primus erit, & frequenter accidit; Nam Pontifex confert pensionem Clericalem alicui, qui consentit pensionem redimi, accepta nonnullorum annorum anticipata solutione, quæritur, an iste talis teneatur persoluere Officium Beatæ Virginis? & Bonacina *de Hor. Canon. disp.* 1. *quæst.* 2. *punct.* 3. *num.* 11. pro parte affirmatiua adducit Azorium, & Patrem Bellium *in Manuscriptis*: Quia recipiens anticipatas solutiones videtur recipere stipendium, quod Clerico fuit constitutum pro onere diuini Officij ergo tenetur adhuc ad diuinum Officium.

2. Sed meritò Bonacina *vbi suprà*, negatiuæ sententiæ adhæret, vbi sic ait: Aduertendum secundò, eum, qui cessit pensioni, solùm in partem, non remanere immunem, & exemptum ab obligatione diuini Officij quia dicitur adhuc pensionem titulo Clericali possidere. Secus si liberaliter cessit pensioni in totum, cum enim non dicatur pensionem habere, neque dicendus est onere pensionarij grauari, iuxta Pij V. Constit. Idem mihi valde, probabiliter dicendum videtur de pensionario, qui consentit, pensionem redimi, accepta nonnullorum, vt quinque, aut trium annorum anticipata solutione; militat enim eadem ratio, nec magis ob gratuitam, quam ob onerosam pensionis alienationem ab onere diuini Officij eximi debet, nisi aliud in Bullis exprimatur.

3. Nec obstat argumentum in contrarium adductum, negando consequentiam: hic enim non habet amplius pensionis titulum, nec dicitur pensionarius, consequenter non tenetur ad onera quæ pensionem consequuntur, & ad quæ tenetur Clericus, qui pensionem titulo Clericali percipit. Et hanc sententiam præter Bonacinam tenet etiam Escobar à Cotro, *tract. de Horis Canonicis quæst.* 3. §. 5. *num.* 18. Garcias *de Summa, Theol. Mor. tractat.* 2. *difficult.* 12. *dub.* 2. *num.* 7. & Trullench, *vbi infrà, n.* 8.

4. Quæro Secundò, ad quem pertinet obligatio Horarum Beatæ Virginis, quando pensio reseruatur in capite, seu vita vnius; sed ad commodum, & vtilitatem alterius; Respondeo, de hoc modo reseruandi pensionem super duobus, videri posse Garsiam *de benefic. punct.* 1. *capit.* 5. *numer.* 261. & *seqq.* Nam propter pragmaticas, & leges Regni Hispaniarum, ex quibus beneficia, & pensiones non possunt conferri, nisi Hispanis, inductum est, vt pensio imponatur in capite, aut persona alicuius Hispani, & penes illum verè resideat ius pensionis; sed tota vtilitas, totumque commodum pertineat ad aliquem Italum, cui Papa specialiter, & directè intendit facere gratiam: & qui ea de causa constituitur tanquam procurator irreuocabilis ad illam exigendam: & quoniam hic vterque suo modo est pensionarius, id est Hispanus ratione iuris, & Italus ratione commodi, & vtilitatis; & pensio completè accepta non subsistit

subsistit, nisi in vtroque simul; hinc est quod tam expiret, & extinguatur per mortem vnius, quam per mortem alterius, vt ex pluribus Rotæ Decisionibus videri potest apud Garziam, *cap.5. cit. n.* 62. *& seqq.* In hoc igitur casu quæro, ad quem pertinet ex duobus dicere Officium B. Virginis Respondeo cum Bonacina *de Hor. Canon. disp. prima, quæst.2. punct.4. numer.* 8. Trullench *in Decal. tom.1. libro primo, capit.7. dub.* 12. §. 3. *num.6.* & Baldello *in Theol. mor. tom. secundo, libro tertio, disput. 29. numer.* 9. pertinere ad illum in cuius commodum assignata est pensio, non autem ad illum in cuius capite est assignata. Ratio est; quia hic propriè percipit pensionem, vt Clericus, & illius emolumento fruitur, non verò ille, in cuius capite posita fuit pensio. Ergo is, cuius intuitu pensio imposita est, tenetur onere officij, iuxta regulam iuris; qui sentit commodum, par est vt sentiat incommodum.

5. Verùm, his non obstantibus non desunt aliqui opinionem negatiuam tenentes; nempe, onus dicendi officium B. Virginis pertinere ad illum, qui vtè est pensionarius, nempe qui habet ius pensionis, & non commodum, quod ius immediatè est annexum speciali statui, & officio, non commoditas, quæ ex illo iure nascitur. Propterea obseruatur, vt huiusmodi pensiones constituantur in capite, & persona iam in vita Clericali constituta, & minus grauetur aliunde ad officium obligatus, & vitam Clericalem. Et ita hanc sententiam tenet Filliucius *tom.3. tractat. 41. capit. 9. quæstion. 13. numer.19.* qui citat Garziam & Suarez; quibus adde Escobar à Corro *de Hor Canon. quæst.3. §. 5. numer.15.*

6. Nota verò hîc obiter cum Filliucio *numero vigesimo*, Pensionarium purè vsufructuarium; ideſt, qui tantùm capit commodum pensionis, cuius titulus, & totum ius constitutum est in alterius parte, & persona, posse liberè omnino contrahere, & totum quod habet commoditatis ex pensione vendere, aut aliter distrahere pro libito suo.

7. Notandum est etiam hic pro Praxi, quòd si quis titulo Clericali pensione fruatur, recitare tenebitur, quamuis ex dispensatione Pontificis nubat, vel cum sit Miles Lauretanus, vulgò habet, *Cauallerato*, similiter nubat, retenta pensione, cuius natura non mutatur per initum matrimonium; atque idem est, si matrimonio iam inito obtineat pensionem titulo Clericali.

8. Quærò tertiò. An si Clericus pensionarius efficiatur ordinis militaris cum facultate retinendi pensionem, teneatur ad Horas Beatissimæ Virginis. Et affirmatiuam sententiam contra Bonacinam tenet doctus, & amicissimus P. Baldellus *in Theol. Moral. tom.2. lib.3. disp.* 29. *num.*7. Quia dispulatio retinendi pensionem iam collatam titulo Clericali, & cum obligatione recitandi Officium Beatiss. Virginis sub peccato mortali, & fructus retinendi, si illud omittatur sine legitimo impedimento, non est mutatio eiusdem pensionis in purè laicalem, vel dispensatio ab aliis obligationibus, quæ comitantur pensionem Clericalem, & possunt bene impleri etiam in Ordine militari. Et quemadmodum si Clericus beneficiatus admitteretur in Ordinem militarem cum facultate retinendi beneficium, non propterea esset liber à persoluendis Horis Canonicis, neque beneficium Ecclesiasticum mutaretur in purum stipendium militare: ita & Clericus pensionarius non propterea, quòd fiat miles, & pensionem Clericalem retineat, est liber ab officio Beatiss. Virginis; neque illam transmutat in militarem.

9. Verùm licèt hæc ingeniosè excogitata sint, ego adhæreo opinioni negatiuæ Bonacinæ; cui adde Rocafull. *in praxi Theol. Mor. tom.1. part.2. libro tertio, de orat. vocali capite quarto, num.215.* Trullench *in Decal. tom.1. libro primo, capite septimo, dub.12. §. tertio, numero septimo*, Persium *de Hor. Canon. cap.5. dub.6. num.*8. Castrum Palaum *tom.1. tract.17. disp. 2. punct.1. § 2. num.6.* Pellizzarium *in Man. Regul. tom.1. cap.8. tractatu quinto, num.*200. Garciam *in Summ. Theolog. Moral. tract.2. diffic.2. d. 2. num.7.* & doctum P. Tancredum *de Relig. tract.3. lib.4. disputat.10. quæst.6. num.*29. vbi sic inquit: Si pensionarius fiat miles S.Ioannis cum indulto retinendi pensionem, satisfaciat præcepto recitandi officium paruum; si recitet Dominicas Orationes, & Angelicas præceptas à sua Religione; quia Pius V. obligauit ad officium eos, qui ad aliam Orationem, non erant adstricti. Idem dico si fiat Religiosus Conuersus alterius Religionis. Nam sufficit, recitet orationes, quæ loco officij aliis præscribuntur. Vtrum autem idem sit dicendum de Religiosis Societatis Iesv, dubium est. Nam hi habent quasdam orationes statutas, & sic sunt sicuti Equites, & militat eadem ratio: ex altera parte, hæ orationes non assignantur loco Chori; & probabile tamen mihi est, eos satisfacere, recitantes orationes solitas in Societate. Hæc Tancredi.

10. Ex his infertur, quod si Coadiutor pensionem habeat super beneficium principalis, tenebitur ad officium paruum B.Mariæ; secus verò si per modum stipendij aliquid capiat. Faustus *de Horis Can. lib.2 quæst.20.* Escobar *n.21.*

11. Sed si quis habet beneficium, & simul pensionem in alio beneficio, quia recitando Diuinum officium vtrique oneri satisfacit; & sic non tenebitur recitare officium paruum ratione pensionis. Faustus *quæst.31.* Villalobos *tom.1. tract 24. difficult.8. num.15.* & alij. Nec tenebitur recitare dum pensionarius fruitur pensione, non velut Clericus, sed titulo sæculari, vt est causa belli, aperiendi fores Ecclesiæ, pulsandi cimbala, &c. nam tunc tenebitur ad officium paruum. Sic præcitati, & alij apud Trullench *num.7. supra*, & Martinus de San Ioseph *in Monit. Confess. tom.1. lib. 2. tractatu 6. de oration. num.7.*

12. Quæro quartò. An pensionarius teneatur persoluere officium B. Virginis, si pensio sit tenuis. Respondeo, quod Valerius Reginaldus *in praxi fori pœnit. libro 30. tractatu tertio, capite quarto, sect. tertia*, colligit ex Nauarr. *de Horis, capite septimo num.25.* teneri Clericos ad preces D. Virg. qui pensionem habent ad vitam sustentandam sufficientem. Cæterum Nauarr. hoc non dicit; sed solum dicere, vt Ecclesia pensionarios, qui recipiunt pensionem ad vitæ sustentationem sufficientem noua lege lata obligaret ad recitationem Horarum Canonicarum. Et pius V. Pontifex in sua sanctione nusquam insinuat quod vult Valerius. Vnde eadem ratio de illis erit, atque de beneficiariis, dicendumque, eos qui tenues admodum fructus, vel pensionem possident, eo pacto ad minores Horas D. Virgines teneri, quo beneficiarij exiguos prouentus ex suis beneficiis colligentes, ad Horas Canonicas: & ita in terminis tenet Oliuerius Bonartius *de Horis Can. lib.2. cap.9. num.10.*

Pro beneficio tenui supra in Ref. 7. & in aliis eius annotationum, ex quarum doctrina inferes quid pro hac quæst. sentire debes.

13. Quæro quintò. An pensionarius relinquens recitare officium B. Virginis teneatur restituere omnes fructus. Teneri tantùm restituere tertiam partem

tem fructuum docet Henriquez *libro decimo tertio, capite decimo tertio*, §. *secundo*, Sed aduersus illam acriter insurgit Castrus Palaus *tom.* 1. *tractat.* 7. *disput.* 7. *punct.* 7. *numer.* 9. vbi sic ait: Illud verò quod dixit Henriquez, pensionarium, & beneficiarium simplicem, cui nullum onus est annexum, præter recitationem, posse aliquos fructus retinere, quia obligatur ad deferendum habitum, & tonsuram; mihi verò non probatur, sicut nec Bonacinæ. Quia delatio habitus, & tonsuræ abundè compensatur immunitate Ecclesiastica, & aliis honoribus Clerico concinnis. Quapropter existimo, Clericum beneficiatum, cuius beneficium nullum onus habet annexum, præter recitationem, si recitare omittat, omnes fructus obligatum esse restituere. Neque contrarium in iis beneficiatis, & pensionariis reputo probabile. Ita Palaus.

Sup. hoc pro Beneficiario supra in Res. 124. & in alia Res. & §. eius annot.

14. Verùm, his non obstantibus, sententiam Henriquez non puto improbabilem esse, vt ipse putat, nam illã tenet sapientissimus Sanchez *in Opuscul. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 84. *num.* 9. Pellizzarius *tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 8. *num.* 208. & nouissimè amicissimus. P. Tancredi *de Religione*, *tractat* 3. *libro quarto*, *disput.* 56. *quæst.* 3. *numer.* 10. & *quæst. quarta*, *numer.* 14. Et idem dicendum est de habentibus Præstimonia. Ratio huius sententiæ est, quia pensionarius quoad obligationem, & modum recitandi officium B. Virginis, æquiparatur beneficiario; sed beneficiarij secundùm communem opinionem probabilem, non tenentur ex omissione Horarum Canonicarum persoluere, nisi tertiam partem. Ergo & pensionarij. Vnde ex his ego olim probabiliter consului, pensionarium potuisse compensare restitutionem debitam pro omissione Officij B. Virginis cum eleemosynis, quas dedit medio illo tempore, quo non recitauit Officium paruum; sicut dicitur de beneficiario, qui non recitauit Officium magnum. Et ita me citato docet Persicus *de Horis Canon. cap.* 5. *dub.* 22. *num.* 4. & alij.

FINIS.

INDEX

INDEX
RERVM NOTABILIVM
Hujus Tomi Tertij.

Prima Littera Tractatum demonstrat, Secunda Resolutionem, Tertia Paragraphum, Quarta Paginam.

A.

Abbates Ecclesiastici.

ABBATES, & alij Prælati habentes jurisdictionem quasi Episcopalem & ordinariam, an includantur sub nomine Episcopi in Concilio Tridentino sess. 24. c. 6. quoad dispensandum & absolvendum? tractat. 3. resolut. 5. §. 1. pagina 299.

Abbates Regulares.

* Vide verb. *Diaconus, Ordo.*

Abbatissa.

Abbatissa suis Monialibus benedicere, Evangelium legere aut prædicare non potest, t. 1. r. 75. §. 13. p. 96.

Abjurare.

* Vide verb. *Cogere, Hæresis.*

Abrogare.

* Vide verb. *Præceptum.*

Absens.

* Vide verb. *Confessarius, Episcopus, Lucrari, Residere.*

Absolvens, Absolvere, Absolutio Sacram.

Absolutionem casus an validè Pontifex reservare possit etiam in articulo mortis? tr. 1. r. 34. §. 1. p. 42.

Absolvendi à peccatis venialibus, & mortalibus aliàs jam confessis, & rectè absolutis jurisdictionem an Pontifex possit auferre simplicibus Sacerdotibus; tr. 1. res. 35. §. 1. p. 43. Ubi, quod à nullo inferiore Prælato potest talis jurisdictio auferri, ibid. §. 6.

Iisquo jure simplices Sacerdotes hoc habeant an jure divino, vel per concessionem Ecclesiæ? ibid. §. 10. & 3.

Et an sit necessarium, ut ad hoc sint ab Episcopo approbati? ibid. §. 2. p. 42.

Absolvendi Papam à quo ejus Confessarius accipiat potestatem, tract. 1. res. 36. §. 7. pag. 45.

Absolvendi ab omnibus peccatis quomodolibet reservatis in articulo mortis, an Pontifex non possit auferre jurisdictionem simplici Sacerdoti, etiam præsente Parocho, vel approbato, tract. 1. res. 41. §. 1. p. 53. & seqq.

Et an etiam non solum in articulo mortis, sed in periculo, ibid. §. 11.

Et an hanc absolvendi jurisdictionem in articulo mortis Sacerdotes habeant à jure Divino, seu à Deo immediate, vel à Pontifice, & Ecclesia; ibid. §. 4. p. 53.

Et validè absolvat Sacerdos aliquem in extrema necessitate, an Pontifex prohibere possit? ibid. §. 14. p. 54.

Quodo absolvunt aliquem in articulo mortis Hæretici Schismatici, excommunicati, suspensi, an sit necessarium, ut contritione, aut aliter sint justificati, t. 1. r. 43. §. 8. p. 58.

Absolvendi concessione à reservatis in Bulla Cœnæ non venit facultas absolvendi à casu hæresis, tract. 2. res. 64. §. 1. pag. 213.

Pro absolutione sacramentali elargienda à Confessariis iis, qui plura beneficia Ecclesiastica possident, nisi superflua erogent in utilitatem Ecclesiæ, & opera pia, datur gravis doctrina & Regula, tr. 3. res 172. §. 7. p. 294.

Absolvere an possit Episcopus vigore Concilij Tridentini, sess. 24. c. 6 Regulares omnes, & etiam eorum Prælatos, si cedant exemptioni, t. 3. r. 7. §. 1. p. 300. Ubi aliqua alia pro intelligentia dictæ quæstionis, ibid. §. 2.

Absolvere an possit Archiepiscopus vigore dicti Tridentini suffraganeos Episcopos, & eorum subditos, dum actu visitat, tr. 3. r. 8. §. 1. p. 301.

Et quid extra actum visitationis in aliquibus casibus, ibidem, §. 2.

Absolvendi facultatem Episcopus tributam in Concilio Tridentino sess. 24. cap. 6. an possint aliis subdelegare, tr. 3. res. 15. §. 1. p. 305.

Ut absolvat Monialem ab hæresi externa, an Episcopus possit committere potestatem Confessario Monasterij, tract. 3. res. 16. §. 1. p. 306.

Absolvi an possit Episcopus cum potestate ab ipso delegata, si incidat in aliquod delictorum de quibus agitur in Concilio Trid. sess. 24. c. 6. t. 3. r. 17. §. 1. ibid.

Idem est de Prælatis Regularibus, ibid. §. 4.

Absolvere an possit Episcopus vigore Concilij à casibus occultis reservatis Papæ post dictum Concilium per novas constitutiones, tr. 3. res. 27. §. 1. & seqq. p. 312.

Si pro absolutione quis non possit Romam adire ex aliquo impedimento justo, an teneatur per Epistolam recurrere ad Pœnitentiam, vel possit absolvi ab Episcopo, t. 3. r. 28. §. 2. p. 313.

Absolvere debet Episcopus in dicto casu ad reincidentiam, si impedimentum non est perpetuum, ibid. §. 3.

Cum absolvendi facultate à reservatis an Episcopus possit concedere Bullas pro sua Diœcesi, tract. 3. resol. 67. §. 1. & seqq. pag. 336.

Absolvere an possit Capitulum Sede vacante in omnibus his, quæ Episcopus po est vigore Concilij Tridentini, sess. 24. c. 6. tr. 5. res. 20. §. 1. p. 391.

Idem est de Concilio Cardinalium Sede vacante, ibid. §. 3.

Et an etiam ab hæresi, tr. 5. res. 21. §. 1. & seqq. p. 391.

Et an hæc facultas absolvendi ab hæresi revocata sit Capitulo Sede vacante per Bullam Cœnæ, ibid. §. 3.

Absolvendi à reservatis facultatem an Capitulum Sede vacante possit concedere, tr. 5. res. 23. §. 1. p. 392.

Idem est de Vicario, aut Provisore Sede vacante, ibid.

Absolvere à juramento an Capitulum Sede vacante possit, tr. 5. res. 25. §. 1. p. 393.

Absolvendus an sit, qui recitat Horas Canonicas, & audit Missam sine interna attentione, si emendationem non proponeret; tr. 6. res. 48. §. 1. p. 446.

Et quid si voluntariè distractus supra dicta persolveret? ibidem.

Index

* Vide verb. *Episcopus, Facultas, Monasterium, Pœna, Pœnitentiarius, Prælatus, Regularis, Sacerdos.*

Absolutio Excommunicationis.

* Vide verb. *Excommunicationis absolutio, Interdictum.*

Acceleratio.

Qui cum acceleratione nimia in canendo persolvit Horas Canonicas, an peccet mortaliter; tract. 6. res. 50. §. 2. p. 448.

Accusator.

Si accusator tacuerit per annum contra reum, an possit Episcopus cum accusato dispensare ad ordines; tr. 3. res. 23. §. 3. p. 310.

Actus internus.

Actum internum an possit Ecclesia prohibere, & an possit præcipere? tr. 1. res. 29. §. 1. p. 36.

Et an afficere censuris? t. 1. r. 32. §. 3. p. 40.

Addere.

Addere an possit Episcopus novum numerum Canonicorum aliis antiquis; tr. 3. res. 83. §. 1. p. 346.

Adire.

* Vide verb. *Capitulum Sede vacante, Ecclesia, Hæreditas.*

Administrare, Administratio.

Administrare jurisdictionem an debeat Archidiaconus intra octo dies, in quibus Capitulum Sede vacante cogitat de eligendo Vicario; tract. 5. res. 61. §. 1. & seqq. pag. 408.

*. Vide verb. *Obligare, Opinio probabilis, Balsamum, Error.*

Admittere.

Admittere resignationes beneficiorum an Capitulum Sede vacante possit? tr. 5. res. 54. §. 1. p. 405.

Et si non simpliciter saltem resignationes factas permutationis causa? Ibid. §. 2.

* Vide verb. *Regulares.*

Affinis, Affinitas.

Inter affines omnes in primo gradu lineæ rectæ, & transversæ, an possit Pontifex dispensare, ut inter ipsos matrimonium contrahatur; Ubi, an dicta affinitas, & gradus dirimat matrimonium jure naturæ; tr. 1. res. 80. 81. 82. & 83. à p. 105. usque ad p. 110.

Si cum affine aliquis obtinuit dispensationem ad contrahendum, sed ea minimè usus est, si postea petat aliam dispensationem cum alia affine, an teneatur mentionem facere prioris dispensationis; tr. 2. res. 94. §. 1. p. 234.

Idem est, si fœmina resistat nolens primo affini nubere, Ibid. §. 2.

Et quid, si actu contrahat cum alia affine, an dispensatio illa prima censeatur renunciata; tr. 2. res. 95. §. 1. Ibidem.

Cum affine impetrata dispensatione ad contrahendum, si quis actu alteri copuletur, an possit ista mortua, uti priori dispensatione; tr. 2. res. 96. §. 1. & seqq. p. 235.

Inter affines an dispensatio sit subreptitia non facta mentione de copula habita inter ipsos; tr. 2. res. 111. §. 1. pag. 243.

Et quid, si in rescripto, & dispensatione dicatur *dummodo copula non intervenerit*; Ibid. §. 2.

Et an in tali casu non teneatur, qui dispensationem petunt, ad interrogationem Ordinarij de copula respondere, sed possint sine peccato negare, ibid.

Et quid, si adsint indicia, infamia, aut semiplena probatio; tr. 2. res. 116. §. 2. p. 247.

An saltem si cum affine copula habita fuit ad facilius obtinendam dispensationem, an in hoc casu copula sit exprimenda; tr. 2. res. 114. §. 1. p. 245.

Et quid, si dicti affines habuerunt inter se copulam hac spe, & intentione facilius obtinendi dispensationem, an tunc sit necessarium non solum exprimere copulam, sed hanc spem & intentionem, ibid. §. 2.

Et quid, si ab uno illorum tantum hæc spes, & intentio concipiatur interius, & alteri non manifestetur, ibid. §. 4.

Quando inter affines copula habita fuit post concessionem dispensationis per Pontificem factam, ante tamen quam Ordinarius illam exequatur, an dispensatio valeat, sit circa impedimentum supra narratum, sed teneantur contrahentes dispensationem obtinere ab Episcopo; tr. 2. r. 115. §. 6. p. 246.

Quando cum affine copula est impedimentum, oportet quod copula sit perfecta, effuso semine viri intra vas, & non sufficit, quod fœmina seminet, tr. 2. resol. 112. §. 2. p. 250.

Quando inter affines copula est habita, non est narranda in petitione dispensationis, quando alter ignorabat affinitatis nexum, ibid. §. 3.

In secundo affinitatis gradu Pontifex dispensare potest; tr. 2. res. 128. §. 1. & seqq. p. 255.

* Vide verb. *Gradus, Jus, Matrimonium, Resignatio.*

Alienare, Alienatio.

Alienare bona Ecclesiæ, Ecclesiasticorum, & Monasteriorum an possit Pontifex de potentia absoluta, & plenitudine potestatis etiam sine causa, & dare ea ad libitum cui voluerit, &c. tr. 1. res. 101. §. 1. & seq. pag. 135.

Alienare bona Ecclesiæ tam mobilia, quàm immobilia ut Capitulum Sede vacante possit, tr. 5. r. 41. §. 1. p. 399.

Alienationes prædictas factas à Capitulo sine authoritate Papæ, an Episcopus electus, & confirmatus rescindere possit; ibid. §. 3. p. 400.

Idem est, si Episcopus sine Capitulo distraxerit de bonis Ecclesiæ immobilibus, ibid.

Altare.

* Vide verb. *Missam celebrare.*

Annullare.

Annullare confessionem factam cum Confessario non approbato ab Episcopo an Pontifex potuerit, ut patet in Concilio Tridentino sess. 23. cap. 15. de Reform. tr. 1. res. 37. §. 1. p. 45.

Annus.

Annus novitiatus debet esse continuatus continuatione Physica, non morali, itaut si per unam, aut duas horas interrumpatur, non est validus, etiam si novitius habitum Religionis retineat, tr. 2. res. 171. §. 13. p. 292.

Anticipare.

An anticipet Pontifex diem naturalem in ejus Capella in nocte Nativit. Domini, ut Missa celebretur à Cardinali, vel an tacitè dispenset in ejus jejunio, t. 1. r. 55. §. 3. p. 73.

Anticipare, vel postponere notabiliter Horas Canonicas in Choro non est peccatum grave, nisi fiat ex consuetudine, & usu, aut grave scandalum generetur, tr. 6. res. 90. §. 10. p. 474.

Aperire.

Si aperiantur literæ Pœnitentiariæ non habentes qualitates requisitas pro expeditione earum, an suo effectu frustrentur, & peccet mortaliter; tr. 2. res. 155. §. 8. p. 5.

Apostata à Fide.

* Vide verb. *Baptizare.*

Apostata Regularis.

Apostata Regularis nondum in Sacris an teneatur persolvere Horas Canonicas; tract. 6. res. 16. §. 1. p. 427.

Apostolus.

In Apostolorum legibus, & præceptis an possit Pontifex dispensare; tr. 2. res. 3. §. 2. p. 175.

Applicare.

Applicare quomodo debeat Episcopus pœnam pecuniariam, & mulctam impositam pro delictis missi fori, & aliis, in indice primo hujus tom. 6. ex t. 4. lege omnes ejus quæstiones & Resolutiones, à p. 375. ad p. 381.

Approbare, Approbatio.

Si approbationem Episcopus injustè deneget Regularibus pro audiendis confessionibus, an tunc Pontifex præbeat ipsis jurisdictionem audiendi confessiones; tr. 1. res. 38. §. 4. p. 48.

Approbari an debeant ab Episcopo Reliquiæ alicujus Sancti noviter inventæ; tr. 3. res. 91. §. 1. p. 353.

Quæ etiam oriuntur aliæ difficultates, quæ contingere possint in approbatione sanctarum Reliquiarum, ibid.
Approbare Confessarios an possit Capitulum Sede vacante; tr. 5. res. 32. §. 1. p. 395.
* Vide verb. *Episcopus, Reliquiæ.*

Aqua.

Quo vino consecrando non misceatur, an Pontifex possit dispensare? tr. 1. res. 46. §. 1. p. 62. Ubi, an necessitas admiscendi aquam vino consecrando proveniat ex præcepto Divino aut Ecclesiastico; ibidem.
Vino consecrandi absque aqua in solo vino, an Armenis permittendus est, ibidem. §. 8.

Arbiter.

Arbiter inter Christianos an Infidelis esse possit? tract. 1. res. 7. §. 11. p. 97.
* Vide verb. *Judex.*

Archidiaconus.

* Vide verb. *Administrare, Jurisdictio.*

Archiepiscopus.

Archiepiscopus dispensans in Synodo Provinciali absque mandato an dispensatio sit valida? tr. 2. res. 39. §. 2. p. 196.
Archiepiscopus, dum actu visitat, an habeat facultatem, & quatenus Decreti Concilij Tridentini, sess. 24. c. 6. quid absolvendum, & dispensandum, tract. 3. res. 8. §. 1. pag. 301.
De quid extra tempus visitationis circa suos Episcopos suffraganeos, & eorum subditos, ibid. §. 2.
Et quid, si Episcopus suffraganeus malitiosè suis subditis differat absolutionem, vel dispensationem; vel si subditus appellavit ad Metropolitanum? ibid. §. 3.
Archiepiscopus factus Episcopus an possit uti pallio? tr. 3. res. 76. §. 1. p. 341.
Archiepiscopus extra suam Provinciam non potest uti pallio, etiam de licentia Ordinarij illius Diœcesis, in qua reperitur, ibid. §. 2.
Archiepiscopus ad alium Archiepiscopatum translatus non potest uti pallio priori, sed alio novo indiget, ibid. §. 1.
Et quid, si iterum redeat ad priorem Archiepiscopatum; ibid. §. 4.
Et quid, si Archiepiscopus pallium suum perdat, vel casu igne comburatur; an debeat aliud petere à Pontifice? ibidem.
* Vide verb. *Metropolitanus.*

Argumentum.

Argumentum ex identitate rationis an respuat dispensatio? tr. 2. res. 47. §. 1. p. 203.

Armenis.

* Vide verb. *Aqua.*

Assistentia, Assistere.

Ad assistentiam Chori an teneantur Prælati Regulares munere officij; tr. 6. r. 11. §. 1. p. 422.
* Vide verb. *Vicarius*

Audire.

* Vide verb. *Licentiatus, Prælatus, Regularis.*

Auferre.

* Vide verb. *Absolvere.*

Authoritas.

Authoritatem suam an possit Episcopus delegare Vicario, vel alijs, ut dispenset in impedimentis dirimentibus esse contractum matrimonium, tractat. 2. resol. 135. §. 1. p. 261.
Authoritas tota Capituli Sede vacante an transeat in Vicarium, etiam in his, quæ requirunt speciale mandatum, tr. 5. res. 72. §. 1. p. 412.

B.

Balsamum.

Si balsami copia deest, an possit Pontifex dispensare, ut Sacramentum Confirmationis administretur cum solo oleo olivarum; tract. 1. resol. 19. §. 1. pag. 26.
Balsamum in hoc Sacramento an sit de necessitate Sacramenti, an verò de necessitate præcepti tantum; ibid. §. 5. p. 27.

Baptismus, Baptizans, Baptizare.

Baptismi usum, imo & solemnitates ejus an Pontifex possit interdicere? tr. 1. res. 2. §. 1. p. 2.
Ut baptizentur infantes filij Hæreticorum, & Apostatarum, an Pontifex præcipere possit, invitis parentibus eorum; tr. 1. res. 6. §. 1. p. 10.
Et quid de filiis Infidelium, ibid. §. 5.
Et quid, si saltem alter Parens sit fidelis? ibid.
Idem est, si proles sit sub cura plurium tutorum, quorum unus saltem est Christianus. ibid.
Idem est, quando alter Parens consentit, quamvis uterque sit Ethnicus, ibid.
Et idem, quando parvulus non habet Patrem, sed avum Paternum, quamvis mater sit invita, si avus consentit, ibidem.
Et quid de filiis Infidelium mancipiorum, ibidem, §. 10. pag. 11.
Et quid, si Patres Infideles politicè sunt tantum subditi Principibus Christianis? ibid. §. 6.
Baptismum suscipiendi tempus præcepti divini an Pontifex potuerit determinare? tr. 1. res. 7. §. 1. p. 12.
Baptismi exhibendi an Ecclesia potuit determinare tempus, in quo Ministri Ecclesiæ, & non in alio illum exhiberent adultis parentibus, videlicet vigiliam Resurrectionis, & Vigiliam Pentecostes? ibid. §. 6.
Baptismi Sacramentum, ut laicus in casu necessitatis solemniter ministret, an Pontifex possit committere laico? tr. 1. res. 8. §. 1. p. 13.
Et si laicus in dicto casu solemniter baptizet in peccato mortali an peccet mortaliter? ibid. §. 6.
Et an absque dispensatione hoc non possint facere Diaconi inferiores, ibid. §. 2.
Ut Baptismus licitè conferatur extra casum necessitatis an inter Ministros hujus Sacramenti ordo sit servandus sub peccato mortali? ibid. §. 3. Ubi, quod baptizantes Pater, aut mater in casu necessitatis filium, vel munus Patrini in dicto casu exercentes jus petendi debitum conjugale non admittunt. Et quid extra casum necessitatis, ibid. §. 5.
Baptizans solemniter Diaconus ex commissione Sacerdotis in peccato mortali an peccet mortaliter? ibidem, §. 9. pag. 14.
Baptismum ministrans Sacerdos in peccato mortali in casu necessitatis an peccet mortaliter? ibid. §. 8.
Et quid solemniter Sacerdos in peccato mortali baptizans aliquem, ibid.
Idem est de Diacono, & laico baptizantes solemniter ex dispensatione, ibid. §. 9.
Qui in Baptismo tenet plures filios alicujus, una est tantum Paternitas, tr. 2. res. 62. §. 3. p. 212.
* Vide verb. *Infidelis.*

Beatificatus.

Beatificati nondum Canonizati Sancti diem festum instituere an Episcopus possit, tr. 3. res. 90. §. 1. p. 355.
Si de aliquo Sancto Beatificato concedit Pontifex Sacerdotibus certæ Religionis, ut certo die dicant Missam, tunc non possunt facere octavam, neque in illa dicere Missam & Officium de dicto sancto Beatificato, ibidem, §. 2.
Beatificatum S. an liceat invocare in publicis Litaniis, vel pingere Imaginem viri S. nondum Beatificati cum radijs, & diademate, Ibid. §. 3.
* Vide verb. *Missam celebrare.*

Bellum.

Si in bello justo quis aliquem occideret, an dispensari possit ab Episcopo, & à Prælato Regulari, & quilibet circa suos subditos, tract. 3. res. 39. §. 1. p. 321.
Ex bello irregularitate incursam an Episcop. possit dispen-

Index

farę cum Clericis, ne mendicare cogantur,& ad beneficium obtinendum ? t.3.r.50. §.2.p.326

Benedicere, Benedictio, &c.

Benedicendi Oleum Extremæ Unctionis an Pontifex possit Presbyteris præbere facultatem ? t.1.r.58. §.1.p.76

Benedictio supradicta an necessario debeat fieri per Episcopum ? ibidem. §.2

Benedicens Episcopus Oleum ad infirmos in statu peccati mortalis an peccet mortaliter ? t.3.r.81. §.1.p.345

Si pro benedictione Chrismatis Episcopus omitteret aliquam cæremoniam positam in Pontificali, an dicatur, hoc non obstante, Chrisma benedictum ? t.3.r.82. §.1. p.346

* Vide verb. *Abbatissa, Chrisma.*

Beneficiarius.

Beneficiarius dispensatus à Pontifice ab onere recitandi Horas Canonicas ex infirmitate oculorum, si postea convaluerit, an teneatur sub mortali recitare, vel fructus restituere ? t.2.r.74. §.1.p.223

Beneficiarius an possit exercere medicinam sine dispensatione ? t.2.r.152.§.1. p.276

* Sup. hoc verb. *Beneficiarius*, in indice primo hujus tom.3. ex tractatu 6. *de Horis Canonicis*, lege omnes quæstiones assignatas in Res.7.4.5.7. 15. 74. 95. & à Res.110. usque ad 128. inclusivè.

* Vide etiam in hoc indice verb. *Clericus, Cæcus, Collatio, Defunctus, Dominus, Eleemosyna, Irregularis, Jus, Parvitas materiæ, Surdus,*

Beneficium simplex, Curatum, Episcopatum, & Papatum.

Ad beneficium obtinendum non extenditur dispensatio ad Ordines recipiendos ? t.2.r.54. §.5. p.208

Ad beneficium Curatum, vel Episcopatum obtinendum non censetur dispensatus ad Sacerdotium ? ibidem. §.6

Ad beneficium Curatum dispensatus non intelligitur dispensatus ad Canonicatum, ibidem.

Ut beneficij simplicis illegitimus, vel irregularis capax sit, an extendatur dispensatio ad minores Ordines ? t.2.r.55. §.1. p.208

Ad beneficium dispensatus non potest per hoc nisi unum obtinere. ibidem p.209

Beneficium simplex an possit obtinere illegitimus, vel irregularis dispensatus ad Ordines sacros ? t.2.r.56.§.1. ibidem.

Et an non solum ad beneficia simplicia, sed etiam ad Curata, an extendatur dispensatio absoluta cum illegitimo super irregularitate ? ibidem. §.3

Ad beneficia illegitimus dispensatus non censetur ad pensionem dispensatus ? t.2.r.57.§.1.p.209

An beneficiorum dispensatio cum illegitimo arctanda sit ad primum beneficium. t.2.r.58. §.1.p.210

Ubi dispensatio simpliciter concessa illegitimo, vel irregulari, ut possit obtinere beneficia, intelligenda est de beneficiis simplicibus, non extenditur ad Curata, & dignitates. ibid. § 3

Ad beneficium curatum dispensatus an egeat nova dispensatione pro Episcopatu ? ibidem.

Ad beneficium curatum & Pontificale an videatur factus habilis homicida, qui per dispensationem factus fuit habilis ad omnes Ordines, & illorum usum ? ibidem.

Ut beneficium in Regno quis habere possit consensus Regis habet locum in beneficio jam habito. t.2.r.145. §. *ex qua.* p.269

Si ad beneficia duo, vel tria incompatibilia Pontifex licentiam,& dispensationem concedit, dispensatus ejus virtute etiam jam obtenta retinere potest, ibidem. §. *Cui.*

Beneficij titulus an revalidetur per Regulam Cancellariæ de triennali possess. aut aliam præscriptionem non obstante pœna inhabilitatis, aut privationis imposita proviso. &c ? t.2.r.168. §.1.p.286

Et quid de possidente beneficium per triennium, sed mala fide ? ibidem §. 4.

Et quid, si per simoniam provisus quis fuit in beneficium per ignorantiam ; ibidem, §.3

Beneficiorum obligatio restituendi fructus non revalidatur per supra dicta Regula de triennali. ibid.§.7.p.287

Ubi aliqua alia pro majori explanatione supradictarum quæstionum. ibid.

Quando beneficij provisus est incapax, non juvat illa Regula de triennali possessor. t.2.r.169. §.1.ibidem.

Beneficij collatio facta invalido, suspenso, &c. non ex ipso jure invalida, sed irritanda. t.2.r.170. §.11 p. 289

In beneficij possessione Regula de triennali non suffragatur in gratia subreptitia. ibidem. §.16

Plura dubia elucidantur ad praxim conducentia pro cemtu Regulæ 33. Cancellariæ de possessione beneficij triennali. t.2.r.171. §.1. p.290

De beneficiorum pluritate multa scitu digna. t.2.r.172. §.1. p.293

In beneficiorum pluralitate licite Papa dispensare potest, quando justa subest causa, secus graviter delinquit. ibidem.

Ad beneficia plura simul possidenda nemini suffragatur dispensatio Pontificia, nisi ex justa causa fuerit obtenta, & aliter mortaliter peccat, & tenetur alterum beneficium resignare. ibidem.

Et quando unum beneficium est sufficiens ad congruam sustentationem, an absque alia causa quis possit obtinere alia plura beneficia simplicia residentiam non requirentia, idque saltem ex consuetudine nota, & tolerata ; ibidem. §. 3

Beneficium resignans non est tutus in foro conscientiæ, si omnes fructus beneficij, (ut sæpe fit,) assignantur in pensionem ipsi resignanti, vel tanta pars, ut resignatarius non possit commode sustentari ; t.2.r.173.§.2.p.295

An beneficium simplex, & etiam Curatum possit Episcopus dispensare cum homicida casuali ex subita rixa, & inopinata contingenti etiam quando homicidium est publicum. t.3.r.44.§.1. & seq. p.322

Beneficiis acquisitis Concilium Trid. non privat ipso jure Clericum homicidam voluntarium. t.3.r.49. §. p. 325

Ad beneficium simplex obtinendum an Episcopus possit dispensare cum homicida voluntario ; t.3.r.53. §.1. p. 327

Et an etiam ad retentionem beneficij Curati ; t.3.r.54. §.1. p.328

Idem est de Canonico homicida voluntario. ibidem §. 2

Quoad beneficium simplex & minores Ordines an irregularitas veræ bigamiæ sit ab Episcopo dispensabilis ; t.3. r.58.§.1. p.329

Ad beneficium simplex cum illegitimis an Episcopus dispensare possit ; t.3.r.64. §.3. p.333

Et an ad Curatum Dignitates, & Canonicatum Ecclesiarum Collegiatarum, & in dimidiis portionibus, & beneficiis inferioribus Ecclesiæ Cathedralis, &c. t.3. r.64. 65. & 66. à p. 333. ad 336

Idem, quod dictum est de Episcopo in supra dictis casibus dicendum est etiam de Capitulo Sede vacante super dispensatione cum illegitimis, ibidem in dicta r.64.§. p. 333

Ad beneficium, an Vicarius Episcopi sine ejus speciali mandato concursum possit facere ; t.3. r.95.§.2. p. 360

Ubi an potestas conferendi beneficia possit committi ab Episcopo Vicario in spiritualibus tantum constituto. Et quid si Vicarius constitutus est in temporalibus. ibidem §.4

Beneficium collatum per concursum, ubi non adsunt Examinatores synodales, sed alij deputati ab Episcopo sine celebratione Synodi, an possit ab alio impetrari. t.3. r.97. §.1. p.362

Rerum Notabilium.

Beneficij concursus an vitietur ex eo, quod cum Examinatoribus Synodalibus adhibentur examinatores non Synodales, tr. 3. ref. 98. §. 1. & 2. p. 363.

Et ad beneficium aliquod fiat oppositio per concursum, non licet præmonere de punitis, si examinandi ob timorem Examinatorum turbarentur, quamvis idonei fiant? tr. 3. ref. 99. §. 1. Ibid.

Beneficia Ecclesiastica curam animarum non habentia ex mera rei possunt dari dignis, omissis dignioribus. Ubi multa pro praxi, tract. 3. ref. 101. & 102. p. 364. & seq.

Et quid, si ad Episcopatum, Cardinalatum, & Decanatum eligatur minus dignus, tr. 3. ref. 101. §. 2. p. 364.

Et quid, quando beneficia per concursum competentium, & oppositorum conferuntur? tract. 3. ref. 104. §. 3. p. 367.

Ad beneficia an Pontifices, & Reges teneantur eligere digniores, tr. 3. ref. 105. §. 1. Ibid.

Ad beneficium, Cathedram, & Canonicatum, si per Concursum dignus electus est, omisso digniori, an possit talia sine peccato acceptare? tract. 3. resol. 107. p. 368.

Ad beneficium obtinendum an minus dignus possit se offerre? Ibid.

Ad beneficia curata Patronus laicus non tenetur præsentare digniorem, tr. 3. ref. 110. §. 2. p. 371.

Ad beneficium Jurispatronatus an minor quatuordecim annorum possit præsentari? Et an sufficiat annum 14. esse ineptum? tr. 3. ref. 112. p. 371. §. 1. & seqq. Ibid.

Super beneficia pinguia suæ Diœcesis an Episcopus possit imponere pensiones, tr. 3. ref. 216. §. 1. & seq. p. 373.

Beneficium an possit obtinere ordinatus intra annum per Capitulum Sede vacante contra formam Concilij Tridentini, tr. 5. ref. 15. §. 1. & seq. p. 388.

Quoad beneficium simplex obtinendum an Capitulum Sede vacante possit cum illegitimis dispensare? tract. 5. ref. 17. §. 1. p. 389.

Et an Vicarius Capituli possit hanc dispensationem concedere; Ibid. §. 3.

Beneficia Regularia suarum Ecclesiarum an Prælatus Regularis supprimere possit? tr. 5. ref. 45. §. 1. p. 401.

In beneficiorum provisione ad Episcopum spectante an Capitulum Sede vacante succedat; tract. 5. resol. 47. §. 1. Ibidem.

Beneficia ad Episcopum pertinentia an Capitulum Sede vacante conferre possit; Ubi alia difficultas circa hoc, tr. 5. ref. 50. §. 1. & seqq. p. 402.

Beneficiorum collationem necessariam an Capitulum Sede vacante facere possit, ut quando collatio est debita certis personis, tr. 5. ref. 51. §. 1. & seqq. p. 403.

Beneficia an Capitulum Sede vacante conferre possit, si jure devolutionis alias spectaret ad Episcopum, tr. 5. §. 1. & seqq. p. 404.

Beneficiorum resignationes an Capitulum Sede vacante recipere possit, tr. 5. ref. 53. §. 1. & seqq. Ibid.

Et ex causa permutationis resignationes factas, tr. 5. §. 1. p. 405.

Ad beneficium Jurispatronatus Episcopo competentis non possit præsentare Capitulum Sede vacante, Ibidem, §. 8. pag. 406.

Et an præter casus supradictos possit aliquando Capitulum Sede vacante conferre beneficia, tract. 5. ref. 55. §. 1. Ibidem.

An unire beneficia; tr. 5. ref. 56. §. 1. & seqq. Ibidem.

Et an beneficia commendare ad tempus; tract. 5. ref. 57. §. 1. p. 406.

An hoc de beneficiis simplicibus tantum, non autem Curatis, Ibidem.

Beneficiis privare Clericos, quorum collatio ad Episcopum pertinebat, an Capitulum Sede vacante possit; tr. 5. ref. 58. §. 1. & seq. p. 407.

An finitim ac beneficij collationem quis acceptavit, teneatur solvere Horas Canonicas, t. 6. r. 4. §. 1. & seq. p. 419.

An in beneficij fructibus detur parvitas materiæ, itaut non consurgat obligatio recitandi Officium Divinum, nec restituendi fructus, tr. 6. ref. 7. & 8. p. 420.

Ob beneficij tenuitatem dubius de onere recitandi Officium Divinum, an teneatur recitare; tr. 6. ref. 90. §. 1. & 2. p. 423.

Si beneficium quis recipiat per symoniam, vel irregularis, an teneatur dicere Horas Canonicas, t. 6. r. 10. §. 1. Ibid.

Capellania, quæ sit verè beneficium Ecclesiasticum, an possit institui à Fundatore cum conditione expressa, ut Capellanus non teneatur Officium Divinum recitare, tr. 6. ref. 68. §. 4. p. 462.

* Circa obligationem recitandi Officium Divinum, & circa restitutionem fructuum pro ejus omissione qui beneficium habet, in primo indice hujus tom. 3. ex tr. 6. de *Horis Canonicis*, lege omnes quæstiones à resol. 110. usque ad 128. inclusivè.

* Vide etiam in hoc indice verb. *Bellum, Causa, Clericus, Collatio, Commemoratio, Concursus, Curatum, Dignior, Dignus, Dominus, Episcopus, Examen, Examinatores, Indignus, Parochiale, Residentia, Resignans, Resignare, Resignatio, Restituere, Symonia.*

Bigamia.

Quando bigamiæ dispensationem quis petit, non est necessarium explicare, an ter, vel quater contraxisset nuptias? tr. 2. ref. 62. §. 3. p. 212.

Si ex bigamia propria, & interpretativa irregularitas orta est, an sit dispensabilis ab Episcopo etiam quoad sacros Ordines? tr. 3. ref. 55. §. 1. p. 328.

Idem est quoad Prælatos Regulares circa suos subditos, Ibidem.

Ubi, an Episcopus possit dispensare in irregularitate, quam contraxit Subdiaconus ducens viduam.

In bigamia vera an possit dispensare Episcopus ad minores Ordines, & beneficium simplex; tr. 3. resol. 56. §. 2. p. 329. & melius in ref. 58. §. 1. ibid.

Idem est de Prælatis Regularibus absolutè cum suis subditis, tr. 3. ref. 57. §. 6. p. 329.

In bigamia similitudinaria an possit Episcopus dispensare cum eo, qui contraxit cum virgine, & secus si contraxit cum vidua, vel duplex iniit matrimonium, tr. 3. ref. 58. §. 4. pag. 330.

Qui bigamiam contraxit cum vidua, vel accessit ad propriam uxorem postquam illa adulterium commisit, an possit dispensari ab Episcopo? tr. 3. ref. 59. §. 1. Ibidem.

Et quid, si adulterium est occultum? Ibid. §. 3.

Et quid, si vir ignorans conjugis adulterium illam carnaliter cognovit? Ibid. §. 2.

Idem est, si à principio existimans ducere virginem, duxerit corruptam, Ibidem.

Et quid, si per censuras cogatur maritus reddere debitum uxori adulteræ? Ibid. §. 5. p. 331.

Et quid, si Sacerdos post mortem uxoris legitimæ existens in sacris tentat aliam uxorem accipere, Ibid. §. 3. p. 330.

Et quid, si laicus contrahat cum duabus invalidè, vel cū una validè, & cum alia invalidè, vel cum vidua invalidè, ibid.

* Vide verb. *Ordinis Sacramentum.*

Bona Ecclesiastica.

* Vide verb. *Alienare, Causa, Dare, Dominus.*

Bona temporalia.

* Vide verb. *Novitius.*

Breviarium.

Ut Breviario, quod ei libuerit uti possit Clericus, vel Regularis, an Pontifex cum eis dispensare possit, tract. 2. ref. 51. §. 3. pag. 206.

Ubi etiam, quod Episcopi, & Prælati Regulares dispensari non possint cum subditis, ut non recitent Officium Divinum juxta ritum Breviarij Pij V. ad quod tenentur. §. 4.

Si Breviarium Romanum alicui deficiat, an possit, imò teneatur & debeat per aliud approbatū, quod præ manibus habet, recitare, etiam si brevius sit, t. 6. r. 25. §. 2. p. 434.

Index

Breviarium non habens, si sciret Psalmos, an teneatur illos dicere sine lectionibus in Matutino, vel Capitulis, & versiculis in Horis? t.6. r.96. §.1. p.479.

Et quid, si sciret aliquas lectiones, sive Capitula & orationes, an teneatur sic dicere Officium? Ibid. §.2.

Et quid si habet diurnum, & non Breviarium pro Matutinis? t.6. r.97. §.1. Ibidem.

Qui Breviario breviori privilegium habet recitandi Officium an possit socius recitare eodem modo cum illo absque culpa; t.6. r.99. §.1. p.481.

Ubi, an Episcopus Religiosus possit recitare cum socio secum recitante per Breviarium suæ Ecclesiæ.

Per Breviarium Romanum, vel alterius Religionis, an possit Religiosus, relicta consuetudine suæ Religionis, extra Chorum persolvere Officium Divinum? t. 6. r.102. §.1. p. 482.

Et quid de Clerico sæculari recitante per Breviarium S. Dominici, &c. ibidem.

Et quid quoad communitatem Regularium in recitando Officium Romanum, vel alterius Religionis; tr. 6. r.105. §.4. p.484.

Si Breviario Romano Religiosi sint addicti, an Prælatus Regularis possit in recitatione publica dispensare in Officio unius diei, una vel altera vice; tract.7.ref.108. §.1. pag. 485.

Bulla Pij V. de Resignat. beneficij.

Aliqua prædicabilia pro intelligentia dictæ Bullæ, ubi est usu recepta, t.3. r.115. §.2. p. 373.

Bulla Cruciatæ.

Per Bullam Cruciatæ Confessarius eligendus an debeat esse approbatus ab Ordinario? tr. 1. r. 39. §. *Septimus casus*, p. 50.

Bullæ Cruciatæ privilegium habens audiendi Missam tempore interdicti, an teneatur illam audire; tract. 1. r.102. §.8. p.136.

Ex Bullæ Cruciatæ privilegio an teneatur delegatus dispensare, sed adsit causa sufficiens, tract. 2. ref. 16. §.1. pag.184.

Bullæ Cruciatæ privilegium quatenus continet dispensandi privilegium, an sit strictè, vel latè interpretandum? tr.2. ref.50. §.1. p.205.

Per Bullam Cruciatæ absolutio à censuris obtenta an possit pro foro exteriori; tr.2. ref.64. §.3. p.215.

Ubi, an judex non solum potest, sed tenetur in foro externo recipere dictam absolutionem. ibidem, §. 6. pagina 216.

Si virtute Cruciatæ facultas delegata sit ad dispensanda, vel commutanda vota, an extendenda sit ad vota emissa post publicationem dictæ Bullæ, tract. 2. resol. 72. §.8. pag.222.

Virtute Cruciatæ an possit Confessarius, ut contrahens cum voto castitatis possit petere debitum; tr.2. ref.76. §.3. & 5.pag.225.

Idem est, si post matrimonium ratum vovit quis castitatem, aut Religionem, Ibid. §.2.

Sed in supradictis casibus ita vovens, si non consummavit matrimonium, non potest à Confessario vigore Cruciatæ dispensari, Ibid. §.3.& 5.

Per Bullæ Cruciatæ privilegium an possit Confessarius absolvere & dispensare in casibus Papalibus, quos potest absolvere, & dispensare Episcopus ratione alicujus impedimenti; tr.3.ref.4.§.6.p.298.

Per Bullam Cruciatæ an possit Confessarius absolvere ab excommunicatione ingredientes Monasteria Monialium, & cum Moniali incestum committens, si delictum est occultum; tr.3. ref.31. §.3. p. 314.

Idem est, si Monialis egressa est è suo Monasterio ad malum finem, tr.3. ref.30. §. 3. Ibid.

Bulla Episcopi.

Vide verb. *Absolvere, Commutare, Facultas.*

C

Ceremonia.

* Vide verb. *Consecratio, Rubrica.*

Calix.

* Vide verb. *Carthusianus. Missam celebrare.*

Canere.

* Vide verb. *Acceleratio, Chorus.*

Canonicatus, Canonicus.

Canonicus Basilicæ Divi Petri, qui canit Evangelium, sumit Eucharistiam è manu Sacerdotis celebrantis die Nativitatis Domini, an possit antea, vel postea dicere saltem duas Missas? tractat. 1. resol. 54. §. 1. pag. 72.

Cum Canonico homicida voluntario occulto an possit Episcopus dispensare, ut possit interesse Choro, & gaudere fructibus Canonicatus? tract.3. ref. 54. §. 1. pag. 328.

Cum Canonicis novis an possit Episcopus erigere Collegiatam, vel addere novum numerum aliis antiquis, tr.3. ref.83. §.1. p.346.

Et an supra dictos Canonicos possit Episcopus insigniri signo illo, quod vulgo dicitur *Almutica*, seu *Capucium*, vel *Zambardam*, sine aliqua Sedis Apostolicæ licentia, Ibid. §.2.

Canonicatum an Capitulum Sede vacante supprimere possit; tr.5. ref.45. §.1. p.401.

Canonici sæculares an satisfaciant obligationi psallendi in Choro, si cadant in sacrilegia ex aliqua justa causa? ubi aliqua alia circa hoc, tract. 6. resol.22. §.1. pag. 433.

Canonicus surdus assistens Choro an gaudeat distributionibus? tr.6. ref.33. §.2. p.438.

Canonicus quid tenetur restituere pro omissione in recitatione Officij Divini cujuslibet diei; & quid pro toto officio, & quid pro singulis Horis; tr.6. ref. 123. & 124. p.493. & 494.

Ubi si contingat Canonicum Canonicatus grossam pro & absolutè lucrari, antequam Officium Divinum omittat, nihil ejus debet restituere, Ibid. §.2.& p.494.n.13.

Canonicus quidam recitabat Officium, non tamen cernendo cum aliis in Choro, an hoc facere potuerit sine peccato mortali, & distributiones lucrari; Ex tr.6. à Ref. 129. usque ad 137. inclusivè. Ubi variæ quæstiones reperies pro dictis Canonicis circa recitationem Officij Divini, & quoad lucrandas distributiones, vel restituendas illas, &c. à p.496. ad 499.

* Vide verb. *Beneficium, Chorus, Pontifex, Prædestinarius, Sacristia, Surdus.*

Capax.

* Vide verb. *Beneficium.*

Capellania.

Si, ut Capellania conferatur Sacerdoti, testator dicat, an possit conferri Clerico minorum Ordinum; tr.3.r.113. §.1. pag.372.

Ubi, an Episcopus pro una, vel altera vice possit supradictam qualitatem dispensare; ibid. §.4.

* Vide verb. *Beneficium, Clericus.*

Capitulum Sede vacante.

Capitulum Sede vacante an habeat potestatem dispensandi & absolvendi concessam Episcopis in Decreto Concilij Tridentini sessione 24. cap.6. tract. 3. ref. §.3. pag.300.

Capitulum Sede vacante an possit dispensare cum illegitimis ad sacros Ordines, beneficium simplex, & etiam Curatum, Dignitates, & Canonicatum Ecclesiarum Collegiatarum, & in dimidiis portionibus, & inferioribus beneficiis Ecclesiæ Cathedralis, &c. tr.3. ref.64. 65. & 66. à p.333. ad 335.

In indice primo hujus tomi tertij, ex tract. 5. *de Capi-*

Sede vacante, lege omnes ejus difficultates. Ubi
Vide etiam in hoc indice verb. *Compellere*, *Ecclesia*, *Legere*, *Expirare*, *Prorogare*, *Vicarius*.

Cardinalis, *Cardinalatus*.

Cardinalis an possit eligere Confessarium, & etiam suæ familiæ Confessarium deputare? tr.1. ref.38. §.*Tertius autem*, & §. *Sed quæres*, p.48. & 49.

Cardinales Presbyteri olim simul cum Pontifice concelebare consueverant, tr.1.ref.48. §.5. p.64.

Cardinalis Diaconus ministrans Summo Pontifici communicat sub utraque specie. Et similiter cæteri Cardinales in Missa Papali, tr.1. ref. 49. §.11. p. 67. & in ref.50. §.1. ibid.

Cardinalis, qui sumit Eucharistiam è manu Pontificis in Missa Papali Nativitatis Domini, an possit antea, vel postea dicere saltem duas Missas? tr. 1. ref. 54. §. 11. & seqq. p. 72.

Cum Cardinali, qui celebrat coram Pontifice in nocte Nativitatis Domini ante dimidiam noctem, an Pontifex dispenset, saltem tacitè, ut in illa celebret non jejunus; tr.1. ref.55. §.2. p.73.

Cardinales Presbyteri an possint conferre Ordines minores? tr.1. ref.68. §.1. & seq. p.90.

Cardinales in Ecclesiis suorum titulorum an comprehendantur sub nomine Episcopi in Decreto Concilij Tridentini sess.24. c.6. quoad dispensandum, & absolvendum? tr.3. ref.5. §.5. p.300.

Ad Cardinalatum an possit eligi minus dignus? tract. 3. ref.101. §.1. & seqq. p. 364.

Cardinalium Collegio Sede vacante an competat privilegium Concilij Trid. sess.24. c.6. quoad dispensandum, & absolvendum; tr.5. ref.20. §.3. p.391.

Cardinalatus an inducat obligationem recitandi Horas Canonicas, & à quo tempore; tr.6. ref.2. §.8. p.419. Ubi aliqua alia pro supradicta obligatione, in §§. sequentibus.

Cardinalium commensalibus concedit Clementina 2. de celebratione Missarum, ut possint se conformare illis in modo recitandi Officium, & non tenentur aliud recitare, n.6. ref.106. §.4. p.484.

Vide verb. *Decisio*, *Declarationes*, *Facultas*.

Carthusianus.

Carthusiani non elevant sacrum Calicem pro conservatione sacrarum ceremoniarum, tr.1. ref.102. §.2. p.135.

Castitas.

Vide verb. *Bulla Cruciatæ*, *Debitum conjugale*, *Obligatio*, *Parochus*, *Votum*.

Casuale homicidium, *voluntarium*.

Quale homicidium quid sit, & quid homicidium voluntarium? tr.3. ref.48. §.1. p.325.

Vide verb. *Dispensatio*, *Irregularitas*.

Casus.

Casibus Papalibus, quos potest absolvere, & dispensare Episcopus ratione alicujus impedimenti, an Vicarius Episcopi ex generali commissione habeat potestatem illos absolvendi, & dispensandi; tr.3. ref. 4. §.1. p.298.

Casus supra dictos an possint Regulares absolvere, & dispensare virtute suorum privilegiorum; Ibid. §. 3.

Casus vigore Cruciatæ, Ibid. §.6.

Casus occulti quinam dicantur, in quibus Episcopus vigore Concilij Tridentini sess.24. cap.6. potest dispensare; tr.3. ref.19. §.4. p.308.

Casibus reservatis Papæ per novas constitutiones post Concilium Tridentinum, an Episcopus absolvere possit; tr.3. ref.27. §.2. p.312.

Casibus Episcopo reservatis absolvant, an Pœnitentiarius Capitulum Sede vacante deputare possit? tr.5. ref.1. §.4. p.395.

Vide verb. *Absolvere*, *Reservatus casus*.

Causa.

Ex causa justa an Pontifex possit ob gravissima crimina privare aliquem communione in hora mortis; tract. 1. ref.2. §.20. p.4.

Ex justa causa an infantes possint confirmari ante usum rationis absque dispensatione; tractat.1. resol.10. §.5. pag. 16.

Si absque causa Episcopus confirmat infantes ante usum rationis, an peccet mortaliter, vel tantum venialiter, Ibidem, §.6.

Causa cessante facultatis concessæ à Pontifice, ut simplex Sacerdos ministret confirmationem, ipsa non cessat, nec aliam mortuo Pontifice, tract.1. ref.11. §.13. pag. 18.

Sine causa justa si Pontifex dispenset, ut simplex Sacerdos conferat Confirmationem, an dispensatio sit valida; tr.1. ref.14. §.1. p.20.

Sine causa dispensando Pontifex cum aliquo in præcepto Confessionis, quod peccatum committat; tr.1. ref. 27. §.1. pag.35.

Idem est de illo, qui sciens nullam causam subsistere inducit Pontificem ad dispensandum in impedimentis dirimentibus, Ibid. §. 4.

Sine causa dispensando Pontifex in suis legibus, an peccet, Ibid. §.1.

Sine causa potest revocare licentiam audiendi confessiones, qui illam concessit ad suum benè placitum, & non solum validè, sed etiam licitè, tract. 1. resol. 36. §.6. pag.45.

Si sine causa Pontifex abrogaret præceptum Communionis ex toto, vel in solidum, quamvis peccaret, valeret tamen abrogatio, tr.1. ref.52. §.2. p.69.

Ex causa justa existente Pontifex potest & solet præbere licentiam, ut aliquis Religiosus transeat ex Religione strictiori ad laxiorem, tr.1. ref.79. §.1. p.101

Quæ causa sit justa, ut Pontifex possit dispensare in voto solemni Religionis; Ibidem.

Si sine causa magna Pontifex concedit legitimationem, seu dispensationem in radice matrimonij, an graviter peccet? tr.1. ref.87. §.6. p.117.

Si sine causa justa Pontifex irritat aliqua matrimonia, an sint valida, tr.1. ref.93. §.1. & seq. p.124.

Sine causa an possit Pontifex dissolvere vinculum matrimonij rati, tr.1. ref.96. §.1. & seq. p.127.

Causa gravi posita an possit Pontifex dissolvere tale matrimonium eis invitis, vel saltem invito altero ex contrahentibus, Ibid. §.3.

Causæ dispensandi in matrimonio rato proponuntur, tr.1. ref.97. §.2. p.128.

Ex causa an possit Pontifex dispensare in matrimonio consummato Infidelium, tr.1. ref.99. §.1. p.130.

Causæ proponuntur, quare Pontifex possit transferre Episcopum ex una Ecclesia ad aliam; tr.1. ref.100. §.1. pag. 131.

Sine causa an possit Pontifex bona Ecclesiarum, Ecclesiasticorum & Monasteriorum alienare, & ad libitum dare cui voluerit; Ubi latius sup. hoc, tract.1. ref.101. §.5. pag.133.

Causam justam dispensandi secum an Pontifex habeat, si propter tremorem manus dextræ non possit elevare Calicem, nec frangere Hostiam, ut omissis his ritibus celebret? tr.1. ref.102. §.1. p.135.

Absque causa potest licitè Princeps Supremus dispensare, Ibid. §.4. p.136.

Sine causa an possit Pontifex dispensare? Et an sit valida talis dispensatio, tr.2. ref.7. §.1. p.179.

Sine causa Pontifex dispensando an peccet mortaliter vel venialiter? tr.2. ref.8. §.1. p.180.

Sine causa Superior dispensando in lege propria, vel inferioris, an peccet mortaliter? tractat. 2. ref.9. & 10. pag. 181.

Index

Et quid de subdito petente dispensationem sine causa ? t.2.r.11.§.2.ibid.

Et quid de utente dispensatione dicta sine causa ? t.2.r. 12.§.1.p.182

Si sine causa Superior dispensat secum, an sit licitus talis usus dispensationis ; t.2.r.13.§.1.ibid.

Et in tali casu an Superior peccet duplici titulo, uno dispensationem non revocando, altero ea utendo; t.2.r.12. §.1.vers.Conveniat.p.182

Causæ justæ ad dispensandum quæ sint ; t.2.r.14.§.1. & seq.p.183

Quando causa justa intercedit, an teneatur Superior dispensare; t.2.r.15.§.1.ibid.

Si causa sufficiens adsit, an saltem delegatus teneatur dispensare ? t.2.r.16.§.1 p 184.

An causa dispensationis debeat esse manifestè justa, an potius sufficiat causa dubia ; Et quid, si causa sit tantum probabilis ; t.2.r.17.§.1.& seq.ibid.

Et quid, quando dubium est, an aliqua causa dispensandi existat ; ibidem.

In dubio an causa sit justa, an Superior possit dispensare; t.2.r.18.§.1.p.185

Causa sufficiens ad dispensandum est, cum quis dubitat, an sine dispensatione teneatur quis, v. g. jejunare, &c. nec opus est aliqua commutatione. ibidem.

Si causa dispensationis sit justa, quando Superior dubitat, an possit licitè dispensare ; tract.2.r.19.§.1.& seq. p.185

Non prius causa cognita, quando revera causa est justa, an valida sit dispensatio facta ab inferiori in lege Superioris ; t.2.r.33.§.1.p.193

Ubi, quod si subditus utitur tali dispensatione, neque venialiter peccet.§.2.

Et an ita dispensans peccet mortaliter ; tract.2.r.34.§.7. p.194

Sine causæ cognitione an inferior possit dispensare, si in potestate dispensandi exprimantur nomina, nulla facta mentione cognitionis causæ ; tract.2.r.35.§.1. ibid.

In causa non justa bona fide Prælatus inferior dispensans, an sit dispensatio valida ; t.2.r.36.§.1.& seq.p.195. Ubi, an subditus tutus sit, quamvis postea constet causam non fuisse sufficientem.

Absque causa justa dispensatio inferioris in propriis legibus an sit nulla ; t.2.r.39.§.1.p.196

Et quid de Superiore ; vel æquali successore dispensante in lege inferiore sine causa ; ibidem.

Et quid de Legato Apostolico ; ibidem.§.3.p.197

Et quid de Episcopo in Synodo Diæcesana ; vel Archiepiscopo in Synodo Provinciali dispensantibus sine causa ; ibidem.§.4.& 3.

Et quid de Episcopo dispensante in sua lege sine causa, quando illa transiisset in contractum ; ibidem.§.2. pag.196

Si sine causa Episcopus dispensat in suis legibus, an dispensatio sit valida ? t.2.r.41.§.1.p.198

Et quid, si illæ Constitutiones, & leges fuissent confirmatæ à Papa ? ibidem.

Et quid, si Episcopus eas confirmaverit ; ibidem.

Ex causa rationali, an Episcopi, & Prælati Regulares possint cum subditis dispensare, ut aliquando non tamen in perpetuum, nec per modum Constitutionis recitent de Sancto, die qua essent recitaturi de Feria; t.2. r.51.§.5.p.206

Causa finali dispensationis cessante an adhuc valeat dispensatio ; t.2.r.74.§.1.p.223

Quæ causa sit legitima, ut Episcopus aliquando possit dispensare in voto Castitatis absoluto ; tract.2.r.75.§.1. p.224

Causam adesse existimans, cum tamen non sit, dispensans bona fide, an valeat dispensatio ; t.2.r.79.§. p.226

Causam sufficientem dispensationis an præstet levitas vovendo, etiam si vovens non habeat difficultatem exequendi votum; Ubi pro praxi aliqui casus, t.2.r.§.1.& seq.ibid.

Qui ex causa justa exit tempore Novitiatus, an satisfaciat voto Religionis ; ibidem.§.4.

Et quid, si sine causa justa exeat, & ex levitate, an tunc teneatur iterum ingredi ; ibidem.

Causa falsa scienter allegata in eodem rescripto circa unum votum, vera autem circa alterum ; an totum rescriptum, & dispensationem vitiet ? tract.2.r.84.§.4. p.229

Et quid, si duplicis impedimenti ad matrimonium contrahendum, dispensatio in eodem rescripto obtineatur ut voti castitatis, & consanguinitatis ; ibidem.

Si circa causam impulsivam subreptio dolosa sit, an sufficiat, ut totum rescriptum vitiet ; t.2.r.85.§.1.& seq. p.230

Et quid, si circa causam finalem sit ; ibidem.

In dubio an causa expressa in narrativa alicujus rescripti sit finalis, vel impulsiva, censenda sit impulsiva, & non finalis ; tract.2.r.86.§.1.& sequent. p.230

Et quid in dubio an causa falsa allegata sit finalis; ibidem. §.2.

In dubio, si causa tacita in dispensatione sit finalis, vel impulsiva, an dispensatio sit invalida ; t.2.r.87.§.1.& seqq.ibid.

In dubio, si causa tacita, vel falsa inter alias veras sit finalis, vel impulsiva tantum circa dispensationem matrimonij, an dispensatio censenda sit valida ; t.2.r.89. §.1.p.231

Idem est, quando dubium est, an satis probetur veritas enarratorum in supplicatione. &c. ibidem.

Taciturnitas quæ causa finalis est concessionis, an dispensationem vitiet, vel solum quando causa finalis est impulsiva ; t.2.r.91.§.1.p.232. Vbi, quæ causa sit finalis, quæ verò impulsiva ?

Si causa quacumque quis non fuerit usus priori dispensatione, & petat secundum non facta mentione prioris, an taciturnitas ejus reddat posteriorem invalidam ; t.2.93. §.3.p.234

Causa finalis in dispensatione quo tempore debeat verificari, an sufficiat causam fuisse, cum dispensatur, an vero requiratur etiam, ut perseveret, dum initur matrimonium ? t.2.r.101.§.1.p.237.

Et quid, quando committitur inferiori, ibidem.§.2.

Si causam falsam quis per ignorantiam, vel simplicitatem expressit, & dispensatus est, an validè contraxerit ? t. r.104.§.1.p.239.

Si causæ plures proponuntur in petitione dispensationis, an debeant omnes verificari ? tract.2.rel.118.§.1. p.249.

Et an sola causæ finalis expressio, quæ, si verè exprimeretur, non concederetur dispensatio, irritet dispensationem ibidem.§.6

De causis, per quos Pontifex solet dispensare in matrimoniis.t.2.r.123.§.1.& seqq.p.251.

In causa matrimoniali an dispensatio sit latè vel strictè interpretanda ; t.2.r.125.§.1.& seqq.p.253.

Pro causa publica an in secundo gradu sit dispensandum solum inter magnos Principes ; tract.2.r.126.§.1. ibidem.

Ex causa urgentissima an Episcopus possit dispensare in impedimentis dirimentibus matrimonium ante contractum ipsum matrimonium ; tract.2.r.132.§.1. & seqq. p.258.

Ubi, quid in prædictis impedimentis post contractum matrimonium §.1.& 3.

Rerum Notabilium.

Cessante dispensationis, an cessat dispensatio; t.2. r.106.§.1. & seq. p.271

Casus aliqui casus pro praxi.

Causa causa justa sine obreptione, vel subreptione an sit

Causa causa justa à Pontifice obtenta, & possit retineri in foro conscientiæ; t.2.r.173. §.1. p.295

Causa causa aliqua an possit abesse per trimestre Episcopus ab ejus Diœcesi; t.3.r.71. §.3. p.339

Causa ob de Parocho absente à Parochia per duos menses

Ibidem. §.2

Cedis cæcibus an teneantur fructus restituere; ibidem. §.4

Celebrque causa populus contradiceret Episcopo pro observatione alicujus Festi, an servandum sit Festum; t.3. r.89.§.1.p.354

Certum sint causæ excusantes à peccato eligentes minus

Certum relicto digniori; t.3.r.107. §.1.p.368

Causa justa an Episcopus possit imponere pensiones

Causa per beneficia pinguiora suæ Diœcesis; t.3.r.116.§.1. & seq. p.373

Causis pertinentibus ad Episcopum, an possit Capitulum Sede vacante judicare; Ubi pro praxi aliqua difficultas. t.5.r.9. §.1.p.385

Causis fidei jure ordinario Vicarius Sede vacante debet assistere Inquisitoribus. t.5.r.22. §.1.p.392

Causis matrimoniales an Capitulum cognoscere possit; t.5.r.17. §.1. p.393

Causis matrimoniales an Capitulum Sede vacante alteri, & non Vicario possit delegare; t.5. r.73. §. 3. p.413

Causa causa justa an possit Capitulum Sede vacante ad libitum revocare Vicarium? t.5.r.74. §.1. ibid.

Causa quid, si in nominatione cautum fuisset, quod possit Vicarius revocari, quoties Capitulo benè visum fuerit; t.5. r.75. §.1. ibid.

Causa quid, si juramentum interpositum fuisset, de non revocando Vicarium; ibidem. §.4. p.414

Causa si absque justa causa Capitulum removeat Vicarium, an aliquod interesse teneatur Vicario restituere; ibidem. §.6

Causis delegatis Vicario Generali Episcopi Vicarius Capituli Sede vacante an cognoscere possit, & exequi dispensationes in matrimonij impedimentis, & litteras in forman *Dignum*? t.5.r.77. §.1.p.415.

Causa onus psallendi in Choro Horas Canonicas à Regularibus interdum potest dispensari. t.6. r.19. §.5. p.432

Causa causa recitat Horas Canonicas lingua Italica, Gallica, aut alia vulgari, an peccet mortaliter; t.6. r.1. p.447

Causa, si lingua Hebræa, aut Græca quis recitet dictas Horas Canonicas; ibidem. §.6

Causa, quando obligatio oritur ex voto, aut pœnitentia Confessario imposita. ibidem. §.1

Causa causa requiratur præter consuetudinem, quæ alias sufficit pro causa in recitatione Matutini & Laudes sequentis diei ad horam tertiam, vel quartam, imo ad secundam horam post meridiem diei præsentis; t.6.r.64. §.1. & seq. p.456

Causa causa nulla justa anticipatio Horarum Canonicarum neque peccatum veniale est. t.6.r.66.§.5.p.460.

Causa causa interrumpit Officium divinum per unam, aut duas horas, an peccet mortaliter; t.6.r.67.§.3.

Causa quam per triginta horas inter se sine causa in tempore Vigiliæ absque lethali culpa dici possunt, & recitantes Divino Officio & præcepto satisfacere sint, & non teneantur repetere die sequenti Vigiliam, aut Vigilias nocturnas. t.6.r.68.§.1. p.462

Causa causa justa Matutinum à Laudibus sejungit, an peccet saltem venialiter; t.6.r.70. §.2. p.462

Causam causæ recitat Officium extra horas præscriptas, neque venialiter peccat. t.6. r.71. §.1. ibid.

Et quæ causa sit justa ad hoc faciendum? ibidem.

Ex causa justa an possit Prælatus Regularis cum Religiosis additis Breviario Romano dispensare in Officio unius diei una, vel altera vice in recitatione publica; t.6.r.108.§.1.p.485

Qui sine causa justa, & dispensatione plura beneficia possidet, quorum unum sufficit ad congruam sustentationem, an pluries in eodem die teneatur recitare Horas Canonicas; t.6.r.111. §.3.p.486

* Vide verb. *Beneficium*, *Dignus*, *Dubium*, *Inferior*, *Obligatio*, *Pœnitentiarius*, *Residere*, *Restituere*, *Vicarius*, *Votum*.

Celebrare.

Celebrat Episcopus noviter consecratus cum Episcopo consecrante. t.1.r.48.§.5.p.64

* Vide verb. *Concelebrare*, *Missam celebrare*.

Censura.

Censuris an possit Pontifex punire confessionem annuam sacrilegam ex defectu doloris; t.1.r.29.§.1.p.56

Censuris afficere peccata merè interna Ecclesia non potest. t.1.r.32. §.1.p.40

Censuras ferendi potestatem an Pontifex possit fœminis delegare? t.1.r.75.§.12.p.96

Et an etiam Infidelibus; ibidem. §.20.

Censuras an Capitulum Sede vacante, vel ejus Vicarius ferre possit; t.5.r.30. §.1.p.394

* Vide verb. *Actus internus*, *Excommunicatio*, *Excommunicationis absolutio*, *Facultas*, *Interdictum*, *Judex*.

Cessare, Cessatio.

Cessare dispensatio variis modis potest. t.2. r.104. §. 3. p. 239

* Vide verb. *Causa*.

Cessatio à Divinis.

Cessationem à Divinis an Capitulum Sede vacante ponere possit. t.5.r.30. §.2.p.394

Si tempore cessationis à Divinis conceditur privilegium, celebrandi Missam, extenditur dictum privilegium ad Ministrum servientem. t.6.r.65. §.3.p.458

Chorus.

In Choro recitare Horas Canonicas nullo modo excusantur Regulares, si sint quatuor, sicut Beneficiarij Collegiati. t.6. r.15. §.3.p.426

In Choro an Communitas Religiosorum teneatur quotidie canere Horas Canonicas sub onere peccati mortalis, t.6.r.19. §.1.p.430

Ubi, an dicta obligatio non excedat communem obligationem Regulæ; §.5.p.432

Et an saltem ad id teneatur Communitas Regularium ex consuetudine sub peccato mortali, quamvis interdum ex justa causa possit hoc onus dispensari; ibidem.

Et an supra dicta obligatio obliget singulos Regulares; ibidem. §.6

Ubi etiam, an excusantur à mortali Religiosi, ex quorum absentia in Choro Ecclesiasticum Officium notabile damnum pateretur.

Si in Choro ex consuetudine Religiosus non recitat Horas Canonicas, an peccet mortaliter; t.6.r.20. §.1. p. 432

Ubi, an obligatio canendi in Choro per se, & directè singillatim singulas personas afficiat; §.2

In Choro an soli Novitij faciant communitatis corpus, & satisfacere possint præcepto solvendi Horas Canonicas? t.6.r.21. §.1. p.433

In Choro psallendi obligationem an satisfaciant Regulares, vel Canonici fæculares, si canant in Sacristia ex aliqua justa causa; Ubi alia circa hoc. t.6.r.22.§.1. & seq. ibid.

Qui Chori sui versus integrè cantat, & alterius Chori versus auscultat, an satisfaciat obligationi suæ, si modo suos versus non inchoat, priusquam alter finierit;

Et

Index

Et quid, si secus faciat ? tr. 6. res. 50. §. 2. pag. 448.
Idem est de recitante privatim cum socio, ibid.
Chorus non existit cum duobus, sed ad minus tres, vel quatuor sunt necessarij, tr. 6. res. 56. §. 6. p. 452.
In Choro an possint anticipari, vel postponi Horæ Canonicæ extra tempus illud, quod ab Ecclesia præscriptum est; ibid. §. 3. p. 452.
Si in Choro recitentur omnes novem lectiones Matutini ab his, qui alioquin nullo modo canunt Psalmos, an reliqui interessentes Choro, qui recitant Psalmos, dici possunt non satisfacere suæ obligationi, t. 6. r. 57. §. 1. p. 453.
Qui in Choro recitat an teneatur audire partem alterius Chori ? t. 6. r. 59. §. 1. ibid.
Et quid si aliquis suam partem canit, & percipere non potest, quam alius Chorus canit, quamvis attendat, an satisfaciat obligationi Chori, & possit distributiones integras percipere, ibid. §. 2. & seq.
Et in dicto casu an quis debeat privatim supplere, quæ non percipit, ibid. §. 3. p. 454.
Et quid de surdo, qui alios cantantes in Choro non intelligit, nec eos sequi potest, ibid.
Qui in Choro invertunt ordinem Horarum Canonicarum, an peccent mortaliter ? t. 6. r. 69. §. 2. p. 462.
In Choro ex justa causa cantantes Officium Divinum extra horas præscriptas, an peccent mortaliter ? tract. 6. res. 71. §. 1. ibid.
Et quid de communitate Religiosorum circa hoc, vel invertit ordinem, t. 6. r. 72. §. 9 p. 464.
In Choro an omissio minoris partis possit sufficere ad peccatum mortale, quam in recitatione privata, tr. 6. res. 80. §. 2. p. 468.
Qui Choro non intersunt tribus, vel quatuor diebus ultra tempus in Concilio permissum, non peccant nisi veniaaliter, ibid. §. 5.
In Chori publica recitatione an excuset ea parvitas materiæ à mortali, quæ excusat in recitatione privata, nisi tamen interveniat scandalum, t. 6. r. 81. §. 5. p. 469.
Si in Choro fiat mutatio dicendo Officium sub ritu duplici, ubi sic dicendum de simplici, vel è contra an sit tantum veniale, dummodo absit scandalum ? t. 6. r. 90. §. 2. & seqq. p. 473.
In Choro anticipare, vel postponere notabiliter Horas Canonicas non est peccatum grave, nisi fiat ex consuetudine, & usu, aut grave scandalum generetur, ibid. §. 10. p. 474.
Si in Choro interruptio notabilis fiat Divini Officij, an sit peccatum mortale ? t. 6. r. 98. §. 5. p. 480.
* Quanta debet esse hæc interruptio. Vide verb. *Interruptio.*
In Choro an Communitas Regularium possit dicere Officium divinum per Breviarium Romanum, vel alterius Religionis, t. 6. r. 105. §. 4. p. 484.
* Quando in Choro Canonicus, vel Præbendarius recitat, & canit, vel non recitat, nec canit, & quando assistit, vel non assistit in Choro, an gaudeat, vel non gaudeat distributionibus, in indice primo hujus tom. 3. ex t. 6. de Horis Canonicis lege omnes quæstiones contentas à r. 129. usque ad 137. ubi plura.
* Vide etiam in hoc indice verb. *Assistere, Distributiones, Præbendarius, Præfectus Chori, Prælatus, Regularis, Sacrista, Surdus.*

Chrisma.

Chrismatis modum benedictionis an Pontifex variare possit ? t. 1. res. 15. §. 1. p. 21.
Chrisma sanctum Episcopus benedicens in statu peccati mortalis, an peccet mortaliter, ibid. §. 5.
Chrisma sanctum consecrandi facultatem an possit Pontifex committere simplici Sacerdoti, t. 1. res. 29. §. 1. & seqq. p. 28.
* Vide verb. *Benedicere, Consecratio.*

Christianus.

* Vide verb. *Arbiter.*

Clausula.

* Sup. hoc verb. Clausula in indice primo hujus tom. ex tract. 2. de *Dispensationibus.* Vide resol. 160. usq. ad 165. & res. 105.
* Vide etiam in hoc indice verb. *Litera.*

Clementina.

Clementina, *Ne in agro Dominico de stat. Monach.* obliget ad confessionem venialium sub peccato mortali; Ubi alia contingentia circa dictam Clementinam, tr. 1. res. 24. §. 2. & seqq. p. 33.

Clericus.

Clericis an possit dari Extrema-Unctio tempore interdicti, t. 1. r. 2. §. *De susceptione post medium*, p. 2.
Clericus Beneficiarius recitans Horas Canonicas extra integrè, & completè, quamvis voluntariè sine ulla attentione recitet, an adimpleat præceptum, & faciat fructus suos, t. 1. r. 29. §. *Secundo inferunt*, & §. *Secundo infertur*, & §. *Ex quo*, p. 36. & 37.
Cum Clerico ne resideat ratione studij, an Episcopus teneatur dispensare, t. 2. r. 15. §. 6. p. 184.
Clericus in minoribus constitutus an possit exercere medicinam sine dispensatione; Et quid, si sit in Sacris vel Beneficiarius, t. 2. r. 152. §. 1. p. 276.
Clericum degradare, & tradere brachio sæculari ad puniendum an Episcopus possit ob aliquod delictum enorme, & qualificatum, t. 3. r. 79. §. 1. p. 343.
Clericis alterius Diœcesis an possit Capitulum Sede vacante concedere licentiam alicui Episcopo, ut eis ordines conferat. t. 5. r. 11. §. 1. p. 386.
Clericos Salvaticos an Capitulum Sede vacante ordinare possit, t. 5. r. 46. §. 1. & 2. p. 401.
Clerico an possit Capitulum Sede vacante dare licentiam transeundi ad dignitatem Ecclesiasticam in alterius Diœcesim, t. 5. r. 49. §. 1. & seqq. p. 402.
Clerici in Minoribus an teneantur recitare Psalmos, quos Episcopus in Ordine injunxit; tract. 6. resol. 3. §. pag. 419.
Et an Clericis prædictis possit Episcopus præcipere quid singulis diebus recitandum; ibid. §. 2.
Clericus habens Capellaniam, cujus fructus, dempta missa pro Missis, ad quas tenetur, paucos percipit fructus, an teneatur persolvere Horas Canonicas, tr. 6. r. 6. §. 1. & seqq. p. 421.
* Nota, quod ferè omnes quæstiones appositæ in tr. 6. hujus tom. 3. *de Horis Canonicis*, pertinet ad hoc verbum *Clericus*, ideo in indice primo hujus tom. requiratur quidquid sic mistum occurrerit.
* Vide etiam in hoc indice verb. *Beneficiarius, Beneficium, Cardinalis, Excommunicatio, Parochiale, Dispensio.*

Coadjutoria.

Coadjutoria cum futura successione an inducat obligationem recitandi Horas Canonicas, tr. 6. res. 27. §. 1. & 2. p. 435.

Cæcus.

Cæcus an sit adstrictus Horas Canonicas recitare; Et quid, si memoria tenet majorem partem Officij, an sit obligatus ad illam recitandam, tr. 6. res. 34. §. 4. p. 439. & 440. Ubi aliæ diversæ difficultates, & quæ pro cæcis, circa hanc obligationem, in quibus etiam agitur de fructuum restitutione pro omissione recitationis Officij Divini.

Cogere.

Cogere potest Episcopus Parochum dignissimum, ut opponat concursui alicujus beneficij Curati, vel Canonicatus Magistralis, t. 1. r. 100. §. 11. p. 132.
Qui coguntur abjurare de vehementi per Inquisitores propter suspicionem hæresis, non sunt irregulares nec inhabiles ad Officia, t. 3. r. 32. §. 5. p. 315.
Cogere an possit Episcopus, ut populus in diebus Dominicis, aut solemnioribus festis ad propriam Parochiam concurrat, t. 3. r. 87. §. 1. p. 352. Ubi aliqua alia pro majori

Rerum Notabilium.

veligentia dictæ quæstionis.

Cognatio.

Cognationis spiritualis, legalis, aut publicæ homicidij impedimento an dispensatio sit subreptitia non facta mentione de copula habita? tr. 2. ref. 119. §. 1. & 2. pag. 249.

Cognitio, Cognoscere.

Vide verb. *Causa.*

Collatio, Collator.

Collatio beneficij an peccet acquiescendo resignationi minus digni, relicto digniori? t. 3. r. 114. §. 2. p. 372.

Collationis die an Beneficiarius teneatur persolvere Horas Canonicas? t. 6. r. 4. §. 1. & 2. p. 419.

Vide verb. *Beneficium, Ordinis Sacramentum.*

Collegiata.

Vide verb. *Canonicus.*

Collegium Cardinalium.

Vide verb. *Cardinalis.*

Commemoratio.

Pro commemoratione Beatificatorum in Missa facienda diversa adveruntur, t. 6. r. 91. §. *Sed quæritur*, p. 474.

An ad commemorationes quis teneatur facere in Officio Divino, quot sunt beneficia ab ipso possessa, t. 6. r. 111. ibi. pag. 486.

Commendare.

* Vide verb. *Beneficium.*

Commensalis.

Quomodo commensalis sit, an Cardinales possint eligere eum in Confessarium, etiam si non sit ab Ordinario approbatus, & etiam pro sua familia talem Confessarium deligere, tr. 1. ref. 38. §. *Tertius casus*, & §. *Sed quæres*, p. 48. & 49.

Commensales Cardinalium, & Episcoporum tam Clericis sæcularibus, quam Regularibus in Clementina 2. de celebratione Missarum conceditur, ut possint se conformare illis in modo recitandi Officium divinum, & non tenentur aliud dicere, t. 6. r. 106. §. 4. p. 484.

Commissarius.

Ut à Commissario mandati non possit rescriptum, non valet illud, si error aliquis in Curia scriptoris irrepserit in dispensatione, ut si pro tertio gradu affinitatis posito sit consanguinitatis, t. 2. r. 109. §. 3. p. 242.

Commissarius Cruciatæ an possit in irregularitate ex defectu lenitatis dispensare, t. 3. r. 35. §. 3. p. 319.

Commissarius, Commissio.

Commissio dispensandi in impedimentis matrimonij, vel in irregularitate, & aliis, quæ in foro externo, vel interno committuntur cum clausula, *Si preces veritate nitantur*, an expiret morte concedentis, re integra; tr. 2. ref. 144. §. 1. & seqq. p. 267.

In commissione generali Episcopi an ejus vicarius habeat potestatem dispensandi in casibus Papalibus, quos possit absolvere, & dispensare Episcopus ratione alicujus impedimenti; t. 3. r. 4. §. 1. p. 298. & in tract. 2. ref. 30. §. 4. p. 256.

Vide verb. *Absolvere, Expirare, Indulgentia, Residentia.*

Communicare, Communio Sacra.

Communionem more laicorum tempore interdicti an Pontifex prohibeat Sacerdotibus, quibus tamen concedit celebrare, t. 1. r. 2. §. *Et tandem*, p. 3.

Communione privare aliquem ob gravissima crimina an Pontifex possit etiam in hora mortis ex justa causa, ibid. §. ult. p. 4. Ubi, quod Hæreticis relapsis datur communio ad mortem damnatis, si pœniteant, & confiteantur in eodem §.

Communionem ne laici sumant sub utraque specie an Pontifex prohibere potuerit, t. 1. r. 49. §. 1. p. 65.

Communio an sit præcepta sub utraque specie ex jure divino; Et qui sub una specie communicat, an impleat præceptum quo dicitur, *Nisi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis ejus sanguinem, &c.* ibid. §. & seqq.

Ubi, quod Cardinalis Diaconus ministrans Summo Pontifici communicat sub utraque specie, & in Missa Papali cæteri Cardinales etiam communicant sub utraque specie, & Rex Franciæ in sua augurazione, §. 11. p. 67. & in r. 50. §. 2. ibid.

Idem est in aliis locis Græcorum, Æthiopum, Moscovitarum, & Parisij in conventu Ciuniacense, &c. tr. 1. ref. 50. §. 2. ibid.

Sicut pro communione præcipit Pontifex usum panis tantum, an potuerit præcipere usum sanguinis; ibid. §. 1.

A communionis annuæ præcepto an Pontifex eximere aliquem possit; tr. 1. ref. 51. §. 1. p. 68.

Ad communionis præceptum an teneatur Pontifex? ibidem, §. 2.

Communionis annuæ præceptum an Pontifex penitus abrogare possit? t. 1. r. 62. §. 1. p. 69.

Si communionis præceptum Pontifex sine causa penitus abrogaret ex toto, vel insolidum, quamvis peccaret, valeret tamen prædicta abrogatio, ibid. §. 2.

Communionis præceptum an possit Pontifex restringere; ibidem, §. 3.

Quotidie communicandi præceptum an fuerit in primitiva Ecclesia? ibid. §. 4.

In communione quotidiana concedenda laicis debent Confessarij cautè procedere, ibid. §. 6. p. 70.

Communicare sæpius in die non est prohibitum jure Divino, tr. 1. ref. 54. §. 3. p. 71.

Communicare bis, aut ter in die Nativitatis Domini non possunt Sacerdotes extra Missam, ibid. §. 11. p. 72.

Communicare seipsum in casu necessitatis an possit Sacerdos etiam devotionis causa, & qualibet diei hora, dummodo sit jejunus, & scandalum absit, tract. 1. r. 56. §. 7. pag. 74.

* Vide verb. *Eucharistia.*

Communitas.

* Vide verb. *Chorus, Concedere, Dispensatio, Potestas, Regulares.*

Commutare, &c.

Cum commutandi facultate in omnibus, quæ Episcopus jure suo ordinario commutare potest, an Bullas pro sua Diœcesi concedere Episcopus possit? tr. 3. ref. 67. §. 1. & seqq. p. 336.

Commutare ultimas voluntates an Capitulum Sede vacante possit in casibus, in quibus Episcopus hoc facere potest; t. 5. r. 43. §. 1. & 2. p. 400.

* Vide verb. *Votum.*

Compellere.

Compellere an possit Capitulum Sede vacante executores testamentorum, ut pias defunctorum voluntates intra annum exequantur; t. 5. r. 44. §. *Igitur*, ibid.

Compellere Capitulum Sede vacante an possit Religiosos piarum voluntatum executores ad reddendas rationes; ibid. post medium dicti §.

Compromissum.

Compromissum facere, & transigere an Capitulum Sede vacante possit, t. 5. r. 44. §. *Igitur in fine*, p. 400. & 401.

Concedere.

Si conceditur dispensatio privatis personis, est strictè interpretanda, non autem toti communitati, aut integræ Religioni, t. 2. r. 48. §. *Infertur tertio*, p. 204.

* Vide verb. *Indulgentia, Ingredi, Regulares.*

Concelebrare.

Quando concelebrant Sacerdotes noviter ordinati cum Episcopo ordinante, quam intentionem habere debent, t. 1. r. 48. §. 3. & 7. p. 65.

Concelebrare consueverunt Presbyteri Cardinales cum Pontifice, & Sacerdotes cum Episcopo, ibidem, §. 5. pag. 64.

Et quid hodie circa hoc in Ecclesia Græca cum Episcopis, ibidem.

Concelebrat Episcopus noviter consecratus cum Episcopo consecrante, ibid.

Index

Conceſſio. Conceſſum.

In conceſſione abſolvendi à reſervatis in Bulla Cœnæ non venit facultas abſolvendi à caſu hæreſis; t.2. r.64. §.2. p. 213

Conceſſa, & ſignata à Pontifice diſpenſatio an valeat in foro conſcientiæ; t.2.r.140. §.1. p.264

Concilium.

In Concilio includente ipſum Pontificem an diſpenſare Pontifex poſſit; t.2.r.3.§.1. p.174

A Concilio an poſſit fieri lex, qua ſub mortali obligetur Pontifex ad non diſpenſandum ex ulla cauſa; ibidem.

In Concilij lege an Epiſcopus jure ordinario diſpenſare poſſit, quoties facultas diſpenſandi ei non adimitur, vel reſtringitur. t.2. r.24.25. p.187

Idem eſt de abſolutione cenſuræ? t.2.r.24.§.3. ibid.

Et quid, ſi expreſsè non concedatur? t.2. r.26. §.1. pag. 189. Ubi Concilium Tridentinum non eſt uſu receptum, an Epiſcopus poſſit uti facultate ejus ſeſſ.24.cap.6. quoad diſpenſandum, & abſolvendum; t.3. r.2. §.1. p. 297

Et quid, ubi circa aliquam ſpecialem legem, vel onus non eſt receptum? Ibidem. §.2

Si Concilium Provinciale convocetur ex eo, quod oriatur aliqua gravis quæſtio, an tunc vota Epiſcoporum ſint deciſiva, & non conſultiva; t.3. r.91. §.5. p. 356

Concilium Tridentinum quid determinat circa creationem Vicarij Capituli Sede vacante; t.5. reſ. 64. §.1. p. 409

Concio, Concionatores.

Concionatores quotidiani tempore Quadrageſimæ an excuſentur à recitatione Horarum Canonicarum; t.6.r.29. §.1. p. 436

Concionatores an excuſentur à jejunio, ſi tantum ter in hebdomada concionentur; Imo an excuſentur à jejunio præcedentis diei, ſi intra annum prædicent, etiamſi concionentur propter ſtipendium? ibidem. §.2

Concionem audire non tenentur fideles in ſuis Parochiis diebus Dominicis, & Feſtis, ſtante conſuetudine, & privilegiis? Et quid, ſi ſuper hoc Epiſcopus ferret Excommunicationem. t.3. reſ. 87. §.3. & ſeqq. p. 353

Concurſus.

In concurſu beneficiorum, Cathedræ, & Canonicatus Eccleſiæ eligentes dignum, omiſſo digniori, an teneantur ad reſtitutionem? t.3. r.108. §.1. & ſeqq. p. 369

* Vide verb. *Beneficium, Examinatores.*

Conditio, Conditionale.

Sub conditione ſunt iterum miniſtranda Sacramenta ſuſcepta in articulo mortis cum materia, forma, & Miniſtro dubiis, ſi ſuſcipientes ſupervixerint; t.1. r.3. §.9. p.6

* Vide verb. *Votum.*

Conferre.

* Vide verb. *Beneficium, Licentia.*

Confeſſarius.

Confeſſarium eligendi à quo Papa accipiat facultatem, cum in terra non habeat ſuper ſe ſuperiorem; t.1.r.28. §.7. p.36

Et Confeſſario electo an teneatur Papa ei parere ſicuti cæteri fidelium; ibidem.

Confeſſarius Papæ à quo accipiat poteſtatem illum abſolvendi? t.1.r.36.§.7. p.45

Cum Confeſſario non approbato ab Ordinario confeſſionem factam, an Pontifex potuerit illam annullare, ut patet in Concilio Trid. ſeſſ.23. c.15. de Reformat. t.1. r.37. §.1. ibid.

Confeſſarius Epiſcopi à quo accipiat poteſtatem illum abſolvendi; t.1. r.38. §.1. p.47

Confeſſarius eligendus per Bullam Cruciatæ an debeat eſſe approbatus ab Ordinario? t.1.r.39.§. *Septimus caſus.* p.50

Confeſſarium eligere in itinere non approbatum ab Ordinario an Regulares poſſint? ibidem. §. *Et tandem.* p. latravæ, &c. ibidem. §.ult.

Confeſſarius approbatus pro viro tantum ob defectum ætatis, an iſte poterit exequi litteras in forma Brevis cræ Pœnitentiariæ, ad favorem mulieris, v.g. obtentæ vel è contra; t.2.r.154. §.2. p.277

Confeſſarius ſemel electus virtute literarum prædictarum an poſſit variari inconſulto majori Pœnitentiario; t. r.155. §.1. p.278

Confeſſarius aperiens ſupradictas literas non habens qualitates requiſitas pro expeditione earum, an poſſit cet mortaliter, & dictæ literæ ſuo effectu fruiterentur ibidem. §.8

Confeſſarius habens poteſtatem diſpenſandi, an diſpenſatio ſit valida, ſi interne illam faceret in ſacramentali confeſſione: vel an ſit neceſſarium iterum expreſsè diſpenſare, & proferre verba dicendo, *Diſpenſo tecum* t.2. r.156. §.1. p.279

Et an à Confeſſario hæc diſpenſatio fieri poſſit, etiam diſpenſans ſit abſens; ibidem.

Confeſſarius ad expediendas ſupra dictas literas an debeat eſſe approbatus ſine limitatione, t.2.r.157. §.1. ib.

Confeſſarios an Capitulum Sede vacante approbare poſſit; t.5. r.32. §.1. p.395

Confeſſarius audiens confeſſiones per totum diem an excuſetur ab obligatione recitandi Officium Divinum t.6.r.29. §.1. p. 436

Et quid, ſi talis Confeſſarius ſit Regularis; ibidem. §.

* Vide verb. *Cardinalis, Communio, Confeſſio, Copula, Epiſcopus, Facultas, Litera.*

Confeſſio, Confiteri, &c.

Confeſſionem an Pontifex potuiſſet præcipere; ſi non fuiſſet à Chriſto præcepta, ſed tantum inſtituta; t. r.21. §.1. & ſeqq. p.30

De confeſſionis aliquo uſu, an hodie ſit à Pontifice præceptum diſtinctum à præcepto annuæ communionis? t.1.r.22. §.1. p.31

Confeſſionem venialium an Pontifex poſſit præcipere t.1. r.23. §.1. & ſeq. p.32

Confeſſionem venialium an de facto Pontifex aliquando præceperit. t.1. r.24. §.1. ibid.

Ad confeſſionem venialium ſub peccato mortali an obliget Clementina, *Ne in agro Dominico, de ſtat. Monach.* ibidem. §.2. & ſeqq. p.33

In confeſſionis præcepto, ut quiſquam numquam teneatur confiteri, an Pontifex poſſit diſpenſare, ſeu abrogare: t.1. r. 25. §.1. ibid.

In confeſſionis præcepto quare Pontifex non poſſit diſpenſare, & diſpenſat multoties in votis, tametſi vinculum utriuſque à jure divino ortum non habeat: ibidem. §.3. p.34

In confeſſionis præcepto, ut aliquando quis non confiteatur, an Pontifex poſſit diſpenſare, vel abrogare? t. r.26. §.1. & ſeq. ibid.

In confeſſionis præcepto Pontifex diſpenſando ſine culpa quod peccatum committat? t.1.r.27. §.1. p.35

Ad confeſſionis annuæ præceptum an Pontifex teneatur t.1. r.28. §.1. ibid.

Sed ſi confeſſionis præceptum non adimplet Pontifex, non incurrit excommunicationem, nec poteſt declarari Eccleſiaſtica ſepultura privari. ibidem. §.2

Confeſſionem annuam ſacrilegam ex defectu doloris an Pontifex poſſit cenſuris punire, t.1.r.29.§.1.p.36

Qui confitetur in Quadrageſima diminutè, tacendo, & omittendo in confeſſione peccata cordis per ſe occulta, non incurrit excommunicationem ſed tam contra eos, qui non obſervant præceptum Eccleſiæ confitendi ſemel in anno, ibidem. §. *Inferitur etiam*

Quis non confiteatur ante Communionem, dummodo habeat actum contritionis de peccatis mortalibus commissis, an Pontifex dispensare possit; tr. 1. res. 30. §. 1. pag. 38.
De confessione præmittenda ante Eucharistiam an sit præceptum institutum à Domino, vel sit Divinum positivum aut Ecclesiasticum? ibid. §. 2. & seqq.
Confessiones audiendi in perpetuum an Pontifex facultatem delegare possit, & privatim quoad Episcopos, t. 1. r. 6. §. 1. p. 44.
Confessiones audire ubique terrarum an possit, qui jurisdictionem habet à Pontifice, ibid. §. 5. p. 45.
Idem ut de eo, qui delegatam habet jurisdictionem ab Episcopo pro sua Diœcesi, ibid.
Confessiones excipere possint Regulares sine licentia Parochi in ordine ad præceptum annuæ confessionis, an Pontifex de facto concesserit Regularibus? tract. 1. r. 40. §. 1. p. 51.
Quamvis contineri integrè ex præcepto divino quis teneatur, tamen pro adimpletione talis præcepti non teneatur quis adhibere medium extraordinarium. Idem in similibus casibus, ut de surdis, mutis, &c. tract. 1. r. 111. §. 12. p. 137.
Confessionem audire, & absolvere potest Metropolitanus Judicis suorum suffraganeorum tempore visitationis, tr. 2. res. 31. §. 1. & seqq. p. 192.
In confessione sacramentali an dispensatio fieri debeat per literis pœnitentiariis; tractat. 2. resol. 157. §. 1. pag. 279.
Si confessio sit invalida, & sacrilega, an sufficiat ad valorem dispensationis; tract. 2. res. 159. §. 1. & seqq. pag. 281.
De clausula dispensationum in ordine ad confessiones; t. 2. r. 162. §. 1. p. 282.
In confessione Beneficiarius in Sacris omittens Horas Canonicas an debeat utrumque exprimere, ut peccans dupliciter contra Religionem, & justitiam; t. 6. r. 74. §. 1. p. 465.
In confessione an quis teneatur exprimere quot Horæ fuerint omissæ in recitatione Officij Divini; tr. 6. res. 75. §. 1. ibid.
* Vide verb. *Confessarius, Ecclesia, Episcopus, Equites, Facultas, Ignorantia, Licentiatus in Sacra Theologia, Prælatus Regularis, Sacerdos.*

Confirmationis Sacramentum, &c.

Confirmationis usum, imo & solemnitates ejus interdicere an Pontifex possit? t. 1. r. 2. §. 1. p. 2.
Confirmationis Sacramentum an Pontifex sub præcepto recipere possit; t. 1. r. 9. §. 1. p. 14.
De acceptionem Confirmationis an sit præceptum Divinum, vel naturale obligans sub mortali? ibidem, §. 2. & 3.
Idem quoad præceptum Divinum positivum, ibidem, §. 2.
De Confirmatione prævia ante Tonsuram, & Ordines præceptum Concilij Tridentini an importet peccatum mortale, vel tantum veniale? ibid. §. 4. p. 15. & seqq.
Confirmentur infantes ante usum rationis an Pontifex possit dispensare? tr. 1. res. 10. §. 1. p. 16.
Quid ex justa causa, etiam sine dispensatione; ibidem, §. 5.
Confirmat Episcopus infantes ante usum rationis absque justa causa an peccet mortaliter, vel tantum venialiter? ibid. §. 6.
Confirmationis Sacramentum olim in prima Ecclesia, & adhuc per multos annos infantibus cum Baptismo administratum fuit; ibid. §. 2. Ubi, quod præcipuè in Armenia, Græcia, & Æthiopia vetus consuetudo perseveret, ibid. §. 3.
Confirmationem administrandi an possit Pontifex delegare potestatem simplici Sacerdoti; t. 1. r. 11. §. 1. p. 17.
Confirmationis Ministrum an sit de Fide posse esse Presbyterum; ibid. §. 11. p. 18. Ubi, an Pontifex electus, sed nondum in Episcopum consecratus possit hanc facultatem simplici Sacerdoti concedere; Et concessa an expiret mortuo Pontifice concedente, vel cessante causa concessionis; §. 12. & 13.
Ad confirmationem ministrandam an possit Pontifex dispensare Sacerdotem saltem priori consecratione consecratum; t. 12. r. 12. §. 1. ibid.
Ad confirmationem ministrandam potestas concedendi facultatem simplici Sacerdoti an pertineat privativè ad Summum Pontificem? tr. 1. res. 13. §. 1. p. 19. Ubi, an vero ex Divina institutione, vel ex solo præcepto Ecclesiæ oriatur, ut Episcopus non possit eam facultatem delegare in sua Diœcesi; §. 7. p. 20.
Ut Confirmationem simplex Sacerdos conferat, si Pontifex dispenset sine causa, an dispensatio sit valida, tr. 1. r. 14. §. 1. ibid.
Confirmationis Sacramentum, ut nullus Episcopus validè conferat, an Pontifex possit hoc indirectè efficere; t. 2. r. 15. §. 4. p. 21.
Ut in Confirmatione Græci utantur hac forma *Signaculum doni Spiritus Sancti*, an Pontifex permittere possit? tr. 1. res. 16. §. 1. ibid.
Confirmatio in forma latina an perficiatur ante expressionem Divinarum personarum? ibid. §. 14. p. 22.
Et an talis expressio in Confirmationis forma sit essentialis? ibid.
Et quid de cæteris verbis *Signo te signo crucis, & confirmo te Chrismate Salutis*; ibid. § 5. & 6.
In Confirmationis forma Græci ante Schisma invocabant implicitè Trinitatem. Ubi aliquæ opiniones Amici, & Pontij, & illos impugnantium proponuntur, t. 1. r. 17. & 18. p. 23. & seqq.
Ut Confirmatio administretur cum solo oleo Olivarum, an Pontifex possit dispensare, si Balsami copia deest? t. 1. r. 19. §. 1. p. 26.
In Confirmatione an Balsamum sit de essentia Sacramenti, vel tantum de necessitate præcepti? ibid. §. 5. p. 27.
Ne Confirmationem Episcopus conferat, potest Papa prohibere, sed nequit facere, ut non valeat, si illam conferat, ibid. §. 13. p. 28.
Pro Confirmationis Sacramento potest Papa committere facultatem simplici Sacerdoti consecrandi Sanctum Chrisma, tr. 1. res. 20. §. 1. & seqq. ibid.
Validè confirmandi an Pontifex ab Episcopis possit potestatem auferre, t. 1. r. 63. §. 5. p. 84.
Confirmationis Minister ex commissione Pontificis potest esse simplex Sacerdos, tr. 1. res. 73. §. 2. p. 94.
Si confirmat Episcopus in sua Diœcesi alienum subditum, an peccet? t. 5. r. 61. §. 1. p. 332.
Confirmare an possit Episcopus illum, qui ab alieno Episcopo, vel Prælato Regulari cum dimissoriis mittitur ad suscipiendos Ordines, si non est confirmatus? ibid.
* Vide verb. *Chrisma, Consecratio.*

Conjectura.

Conjectura probabilis de obtenta dispensatione an sufficiat ad validitatem, & honestatem actus; tr. 2. res. 139. §. 9. p. 264.

Conjux.

Ad conjugem vir resuscitatus non tenetur redire, tract. 1. res. 100. §. 14. p. 132.
* Vide verb. *Matrimonium, Uxor.*

Consanguinea, Consanguineus.

Si cum consanguinea quis obtinuit dispensationem ad contrahendum, an illa mortua, si secundam dispensationem petat pro alia in eodem, vel diverso gradu conjuncta, an validè secundam obtineat sine mentione primæ; t. 2. r. 93. §. 3. p. 234.
Et quid, si talis persona non fuerit usa priori dispensatione quacumque ex causa, ibid. §. 3. & in r. 94. latè §. 1. ib.
Idem est, licet fœmina resileat nolens primo consanguineo nubere, t. 2. r. 94. §. 2. ibid.

Si cum consanguinea quis obtinuit dispensationem ad contrahendum, & postea actu contrahat cum alia, an dispensatio illa censenda sit renunciata, vel revocata? tr. 2. r. 95. §. 1. p. 234.
Et in dicto casu mortua, cum qua contraxit, an possit uti priori dispensatione? tr. 2. res. 96. §. 1. & seqq. p. 235.
Inter consanguineos an dispensatio sit subreptitia non facta mentione de copula habita inter illos; t. 2. r. 111. §. 1. p. 243.
Et quid, si in rescripto dicatur dummodo copula non intervenerit, ibid. §. 2.
Et an in tali casu non teneantur, qui dispensationem petunt ad interrogationem Ordinarij de copula respondere, sed possint sine peccato negare; ibid.
Et quid si præcedant indicia, aut infamia, aut semiplena probatio, tr. 2. res. 116. §. 2. p. 247.
Cum consanguinea incestus non est impedimentum proveniens ex jure naturæ, neque ex jure Divino positivo, nec denique de jure humano inductum; tract. 2. r. 113. §. 6. p. 244.
Si cum consanguinea copula habita fuit ad facilius obtinendam dispensationem, an sit exprimenda? t. 2. r. 114. §. 1. p. 245.
Et in dicto casu an sit necessarium non solum exprimere copulam, sed etiam hanc spem, & intentionem; ibidem, §. 4.
Et quid, si ab uno illorum tantum hæc spes, & intentio concipiatur interius, & non manifestetur alteri, ibidem.
Quando inter consanguineos copula habita fuit post concessionem dispensationis per Pontificem factam, ante tamen quam Ordinarius illam exequatur, dispensatio valida fiat circa impedimentum supra narratum, sed in hoc casu tenentur contrahentes dispensationem obtinere ab Episcopo, tr. 2. res. 115. §. 6. p. 246.
Quando cum consanguinea incestus est impedimentum, oportet, quod copula sit perfecta effuso semine viri intra vas fœminæ, & non sufficit, ut fœmina seminet, tr. 2. r. 120. §. 2. & seqq. pag. 250.
Quando cum consanguinea copula fuit incestuosa ex parte alterius tantum, nempe, quod alter ignorabat consanguinitatis nexum, non est narranda copula in petitione dispensationis, ibid. §. 3.
* Vide verb. *Consanguinitas, Copula, Fœmina, Frater, Gradus, Resignatio.*

Consanguinitas.

In consanguinitatis primo geadu lineæ rectæ & transversæ an possit Pontifex ad matrimonium dispensare; tr. 1. r. 84. §. 4. p. 111. Ubi; an dictus gradus, & consanguinitas dirimat matrimonium jure naturæ? ibid.
In consanguinitatis secundo gradu Pontifex potest dispensare inter magnos Principes, & pro causa publica, tr. 2. res. 126. §. 6. p. 254.
In omnibus consanguinitatis gradibus lineæ transversæ, excepto primo gradu, potest dispensare Pontifex, & solet, ibid.
* Vide verb. *Consanguinea, Consanguineus, Copula, Frater, Gradus, Ius.*

Consecrare, Consecratio, &c.

Mos consecrandi in fermentato an Græcis permittendus sit? tr. 1. resol. 46. §. 8. & seq. p. 62.
Ut consecratio Eucharistiæ efficiatur sub una tantum specie, an Pontifex possit dispensare; tract. 1. res. 47. §. 1. & seqq. p. 63. Ubi quod præceptum consecrandi Eucharistiam sub utraque specie an sit Divinum, vel humanum.
Ut consecrent aliquæ nationes sub specie tantum panis, an sit falsum, & quod hoc concessit Innocentius VIII. Novercis, ibid. §. 5.
Quando consecratur Episcopus celebrat cum Episcopo consecrante, tr. 1. r. 48. §. 5. & seqq. p. 64.
In consecratione Episcopi an possit Pontifex dispensare, ut adsit tantum unus Episcopus; tr. 1. res. 61. §. 9. p. Ubi an ad valorem talis consecrationis requiratur fiat à tribus Episcopis? §. 8.
Consecrans Episcopus Chrisma, & benedicens oleum infirmos in statu peccati mortalis, an peccet mortaliter; tr. 3. res. 80. §. 1. p. 345.
An consecrans Episcopus Aram, Ecclesiam, Calicem, stes, virgines, &c. peccet mortaliter? Et quid si conrat Ordines minores in peccato mortali, ibid. §. 3. &
Si pro consecratione Chrismatis Episcopus omittat quam cæremoniam, an dicatur, hoc non obstan Chrisma consecratum; tr. 3. res. 82. §. 1. p. 346.
* Vide verb. *Aqua, Chrisma, Confirmationis Sacramentum, Extinguere.*

Consensus.

Consensum in matrimonio an possit Pontifex supplere vel saltem præcipere, ut ab aliquibus contrahatur tr. 1. res. 90. §. 1. p. 120.
Sine consensu illorum an Deus conjunxerit matrimoni inter aliquos, ibid. §. 3.
Sine consensu populi, an Episcopus possit instituere di festos? t. 3. r. 89. §. 1. p. 355.
Et quid in dicto casu, si Episcopus fulminet excommu cationem; ibid. §. 1. Ubi, quod si populus sine justa sa contradiceret, servandum est festum.
Et an possit Episcopus instituere diem festum alicu Beati nondum Canonizati; t. 3. r. 90. §. 1. & seq. p. 3
* Vide verb. *Beneficium.*

Constituere, Constitutio, Constitutum.

Constituere an possit Pontifex impedimenta dirimenti t. 1. r. 91. §. 1. & seqq. p. 121.
In constitutionibus Episcopi à Pontifice confirmatis possit Episcopus sine causa dispensare? tr. 2. res. 40. & seqq. p. 197.
Et quid, si ab ipsomet Episcopo fuerint juramento co firmatæ, t. 2. r. 41. §. 1. p. 198.
Constituere Vicarium generalem an teneatur Episcop t. 3. r. 92. §. 1. p. 356.
Constituere, & creare Vicarium an possit Episcopus a apprehensionem possessionis Episcopatus; ibid. & seqq.
Constituere duos Vicarios an Episcopus possit; Ibid. pag. 358.
Per constitutionem Secundi Vicarij an censeatur primu tacitè revocatus; t. 3. r. 93. §. 6. ibid.
Constitutus in Sacris an debeat esse Vicarius Capitul Sede vacante; t. 5. r. 68. §. 1. & 2. p. 411.
* Vide verb. *Ecclesia, Ordo.*

Consuetudo.

Ex consuetudine dispensant Parochi in jejuniis, & obse vatione Festorum, etiam si adiri possit Episcopus, t. r. 25. §. 12. p. 189.
Consuetudo subsequens declarat verba legis, statuti, t. 3. r. 84. §. 5. p. 347.
Consuetudine stante, & privilegiis populus non tenet audire Missam, & concionem in dieb. Dominic. & fest in propriis Ecclesiis Parochialibus, t. 3. r. 87. §. 2. p. 3
Et quid, si super hoc Episcopus ferat excommunicatio nem, ibid. §. 3. p. 353.
Ex consuetudine an possint Examinatores Synodales a cipere aliquod stipendium intuitu sui Officij, sublat Symonia; t. 3. r. 96. §. 5. p. 362.
Ex consuetudine saltem an Episcopus habeat Fiscum t. 4. r. 1. §. 2. p. 375.
De consuetudine, per quam pars pœnarum explicatur Vicario, vel Cameræ Episcopi, vel fabricæ Ecclesiæ, quid est sentiendum? t. 2. r. 2. & 3. p. 375. & seqq.
De consuetudine Doctori attestanti an sit credendum? t. 4. r. 3. §. 1. p. 377.
Si ex consuetudine Episcopo competat jurisdictio, an in ea Capitulum Sede vacante succedat? t. 5. r. 4. §. 1. p. 38
Ex consuetudine, an Capitulum Sede vacante possit

ncedere Indulgentias ; tr. 5. ref. 42. §. 2. p. 400.

Si de consuetudine est duos Vicarios eligere, an Capitulum Sede vacante teneatur duos Vicarios eligere, tr. 5. n. 170. §. 1. & seqq. p. 411.

Consuetudo persolvendi Horas Canonicas à Monialibus an obligatoria ad culpam mortalem sit ; tr. 6. ref. 12. n. 8. & c. p. 422. & 424.

Consuetudinem introducere an possint Moniales, quæ quid ipsas habeat vim legis circa hoc ; tr. 6. ref. 15. n. 1. p. 426. Ubi multa pro infirmanda hac consuetudine, & alia plura pro confirmanda hac obligatione, dicte, & alia plura pro confirmanda hac obligatione, dicte, & alia plura pro confirmanda hac obligatione, dicte

matrimonium consummavit? Ibid. §. 3. pag. 225.
Si debiti petitionem impediant aliqua impedimenta dirimentia matrimoniis jam contractis, an Episcopus in illis dispensare possit; t. 2. r. 133. §. 5. p. 259.
* Vide verb. *Baptizare, Baptizantes, Vicarius:*

Debitum.

Debita Episcopi defuncti an Capitulum Sede vacante solvere teneatur ex fructibus Episcopatus; tr. 5. res. 60. §. 1. p. 407.

Decanatus.

Ad Decanatum an possit eligi minus dignus; tr. 3. r. 101. §. 2. pag. 364.

Decisio.

Decisionibus Cardinalium, & Decisionibus Rotæ Romanæ an sit standum? tr. 3. r. 60. §. 3. p. 331.
Et an supradictæ decisiones habeant vim legis; ibid.

Declarationes.

Declarationes Cardinalium editæ Romæ auctoritate Papæ circa Concilium Tridentinum sunt invariabiles, & tamen non faciunt jus commune, eo quod non sint promulgatæ toti Ecclesiæ, tract. 2. res. 63. §. 4. p. 213.

Defectus.

Defectum jurisdictionis an suppleat Pontifex in administrantibus Sacramenta cum opinione probabili, tract. 1. res. 4. §. 1. p. 6.

Defensio.

Si in defensione quis excedat moderamen, & occidat aliquem, an incurrat irregularitatem, & sit per Episcopum dispensabilis, tr. 3. res. 42. §. 1. pag. 322.
Si ob defensionem extremam, & inevitabilem omnino vitæ suæ honoris, vel bonorum alium quis occidit, nullam incurrit irregularitatem, nec ulla dispensatione eget, ibid.

Deficiens.

Deficiente materia, forma, & Ministro certo, an possit Pontifex dispensare, ut in articulo mortis ministrentur Sacramenta cum materia, forma, & Ministro dubiis, tr. 1. res. 3. §. 1. p. 4.

Defunctus.

Defunctorum recitare Officium omittens in die secunda Novembris, an peccet mortaliter? tract. 6. res. 94. §. 1. pag. 475.
Et qui in prædicta die omittit recitare dictum Defunctorum Officium, & Octavæ, an committat duo peccata, vel unum; tr. 6. r. 95. §. 1. pag. 478.
Et qui Defunctorum Officium omittit in supradicta die, an teneatur fructus restituere, si est Beneficiarius, ibidem, §. 2.

Deglutire.

Si deglutire particulam infirmus in articulo mortis non posset, mos fuit in Græcia, ut possit Sacerdos ei præbere speciem sanguinis pro Viatico, tr. 1. res. 1. §. *Potest etiam*, p. 2. & res. 50. §. 2. pag. 67.

Degradare, Degradatio.

Degradatio actualis an debeat fieri à proprio Episcopo; tr. 3. res. 78. §. 1. p. 343.
Et an debeat fieri ab Episcopo consecrato, & non sufficiat, quod Episcopus sit electus, & confirmatus, ibid.
Degradare an possit Episcopus Clericum propter aliquod crimen enorme qualificatum præter casus in jure expressos? tr. 3. r. 79. §. 1. ibid.
Et quodnam sit crimen, & delictum qualificatum, ibid. §. 2. p. 344.
Degradationis sententia an possit fieri à Vicario Capituli Sede vacante, & actualis ab Episcopo cui ille commiserit, tr. 5. r. 18. §. 1. p. 389. Ubi quod Episcopus electus, & confirmatus, non tamen consecratus potest cognoscere de criminibus depositione dignis, & deponere Sacerdotem, & verbaliter degradare, & remittere ad Episcopum consecratum, qui illum actualiter degradet.
Degradare, nec deponere non potest Prælatus Regularis jure communi suos subditos, nisi competat ei ex consuetudine, vel privilegio, ibid. §. 2. p. 390. Ubi an aliquod privilegium, quod extendi possit ad deponendum verbaliter tantum.

Delegare, Delegatus.

Delegare potest Pontifex aliquem pro foro conscientiæ pro tota Ecclesia, etiam repugnantibus Episcopis & Parochis, tr. 1. res. 35. §. 12. p. 44.
Idem est de Episcopo pro tota sua Diœcesi, repugnantibus Parochis, ibid. §. 13.
Delegatus an teneatur dispensare, si adsit causa sufficiens, tr. 2. r. 16. §. 1. p. 184. Ubi, quid de Regularibus virtute suorum privilegiorum, & quid de Delegatis virtute Cruciatæ, & Jubilæi.
Delegare an possit Episcopus authoritatem suo Vicario ut impedimentis dirimentibus dispenset ante contractum matrimonium, tr. 2. resol. 135. §. 1. p. 261.
Delegatus ad expediendas literas Sacræ Pœnitentiariæ, debeat esse Doctor, vel Magister in Sacra Theologia in Academia approbata, vel sufficiat Licentiatus, &c. tr. 2. res. 157. §. 7. p. 280.
Et quid de Regularibus virtute privilegiorum circa hoc, ibid. §. 6.
Delegare aliis an possit Episcopus facultatem sibi tributam in Concil. Trid. sess. 24. c. 6. absolvendi, & dispensandi, tr. 3. res. 14. & 15. p. 304. & seqq.
Delegare alium ad dispensandum an Episcopus extra Diœcesim possit? tr. 3. r. 14. §. 3. p. 305.
Et cum delegata potestate ab ipsomet Episcopo an possit Episcopus ab illo absolvi, & dispensari, si incidat Episcopus in aliquo delictorum, de quibus agitur in dicto Concilio? tr. 3. res. 17. §. 1. p. 306.
Idem est de Prælatis Regularium, ibid. §. 4.
Delegare an possit Episcopus absolutionem ab hæresi, & aliis excommunicationibus Papalibus, & casibus reservatis, tr. 3. res. 15. §. 1. & seqq. p. 305.
Delegare aliquos casus alteri, & non Vicario an possit Capitulum Sede vacante; tr. 5. res. 73. §. 1. p. 413.
* Vide verb. *Censura, Committere, Confessarius, Confessio, Confirmationis Sacramentum, Episcopus, Facultas, Judices, Jurisdictio, Legatus, Potestas.*

Delictum.

Quando delictum non est publicum, vel notorium, quamvis sit notum tribus, vel quatuor, an Episcopus dispensare possit. tr. 3. res. 19. §. 4. p. 308.
Et quid, quamvis delictum sit publicum, & notorium, si non est deductum ad forum contentiosum; tr. 3. res. 20. §. 1. ibid.
Et quando delictum dicatur publicum, & notorium, & quando occultum? Ibid. §. 3.
Delictum publicum in uno loco, & occultum in quo non sit spes, ut publicetur, an possit Episcopus dispensare tr. 3. res. 21. §. 1. p. 309.
Quando non dicatur delictum deductum ad forum contentiosum, ut Episcopus non possit uti facultate Concilij ad dispensandum, tr. 3. res. 22. §. 1. ibid.
Si delictum est deductum ad forum contentiosum Episcopus non potest dispensare, nec absolvere etiam alios. Ubi ignoratur, ibid. §. 4. p. 310.
Si à delicto deducto ad forum contentiosum reus fuerit liberatus, an possit cum illo Episcopus uti facultate Concilij, etiam si reus mediis depravatis fuerit absolutus, tr. 3. res. 23. §. 1. ibid.
Et quid, si accusator per annum tacuerit, ibid. §. 3.
Si existente delicto & crimine occulto reus obtinuerit absolutionem ab Episcopo, si inde detegatur, & ad forum contentiosum deducatur, an dispensatio facta prodeat etiam pro foro contentioso? ibid. §. 4.
Si delictum fuerit deductum ad forum contentiosum, & probatum, post judicium finitum, & delictum punitum, an possit adhuc Episcopus uti facultate Concilij, tr. 3. res. 24. §. 1. p. 311.
Et quid, si reus non fuit absolutus diffinitivè, ibid. §. 2.

Idem est, si transegit cum fisco, vel cum parte, tr. 3. r. 26. n. 5. p. 312.
Et quid, si saltem per aliquod tempus constiterit in prouincione progredi, ibid. §. 2.
Pro delictis missi fori, an possit Episcopus imponere pœnam, & mulctam pecuniariam, & quomodo sit applicanda; tract. 4. res. 1. & lege etiam alias Res. seqq. à 377. usque ad 380.
Et an omnia supradicta in prædictis Resolutionibus proficiant in Capitulo Sede vacante, & ejus Vicario; tr. 4. res. 59. §. 1. p. 407.
* Vide verb. *Crimen, Degradare, Ingredientes, Onus.*

Denegare.

* Vide verb. *Approbatio, Episcopus.*

Denunciationes Matrimonij.

In denunciationibus matrimonij an teneatur Episcopus dispensare, si adsit justa causa; tr. 2. r. 15. §. 6. p. 184.

Denunciare.

Denunciare S. Officio an teneatur sciens Titium legere, & retinere libros non ob hæresim, seu ejus suspicionem prohibitos, ut sunt relationes Antonij Perez, & alios contra bonos mores, & continentes res lascivas, &c. tract. 3. res. 84. §. 11. p. 348.

Deputare.

Deputare an possit Episcopus Examinatores Synodales absque Synodi celebratione, si tempore, quo fieri debet provisio per concursum non adsint Examinatores Synodales; tr. 3. res. 97. §. 1. p. 362.
Et an beneficium sic collatum possit ab alio impetrari? ibid. §. 2.
* Vide verb. *Cardinalis, Examinatores, Excommunicationis Absolutio, Pœnitentiarius.*

Determinare.

* Vide verb. *Creatio.*

Diaconatus, Diaconus.

Diaconus solemniter baptizans, vel Eucharistiam ministrans ex commissione Sacerdotis in peccato mortali, an peccet mortaliter; t. 1. r. 8. §. 19. p. 14.
A Diacono Extrema-Unctio facta in quocumque eventu non erit Sacramentum, tr. 1. r. 59. §. 2. p. 77.
Diaconatum an possint ex privilegio quidam Abbates Cistercienses conferre Religiosis ejusdem Ordinis; tract. 1. res. 69. §. 2. pag. 91. & seqq.
Ut Diaconus alium Diaconum, vel saltem Subdiaconum ordinet, an Pontifex facultatem possit concedere? tr. 1. res. 74. §. 1. p. 94.

Dies.

* Vide verb. *Prorogare.*

Dignior, Dignus.

Dignorem an teneantur Examinatores Synodales indicare Episcopo, licet ipse præcipiat, ut ei solum dicant, qui sint digni & idonei; tr. 3. res. 100. §. 1. & seqq. p. 364.
Dignum eligere an licitum sit, præmisso digniori in Canonicatibus, Personatibus, Dignitatibus, & cæteris præbendis Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum, & in Præstimoniis, & aliis simplicibus beneficiis curam animarum non habentibus, tract. 3. res. 101. §. 1. & seqq. ibid.
An quid si minus dignus eligatur ad Episcopatum, Cardinalatum, & Decanatum, quos conferunt Pontifices, & Reges; ibid. §. 2. & in Res. 104. §. 1. p. 367.
Digniores an sint eligendi, quando per concursum competentium & oppositorum conferuntur beneficia; t. 3. res. 104. §. 3. ibid.
Digniores an teneantur Pontifices, & Reges eligere ad beneficia? tr. 3. res. 105. §. 1. ibid.
Digniores, dignis postpositis, an teneantur Proreges ad Episcopatum nominare in *Nomina*, quam mittunt ad Regem; tr. 3. res. 106. §. 1. p. 368.
Digniori relicto, quæ sunt causæ excusantes à peccato eligentes minus dignum, tr. 3. res. 107. §. 1. ibid.
Dignum eligendo prætermisso digniori in concursu beneficiorum Canonicatuum, & Cathedræ an teneantur ad restitutionem, ibid. §. 3. & in res. 108. §. 1. p. 369.
Et in dicto casu an minus dignus, etiam si sibi & Electoribus notum sit digniorem esse prætermissum, an possit sine peccato mortali beneficium, & Cathedram acceptare, tr. 3. r. 107. §. 4. p. 368.
Et an minus dignus possit se offerre ad obtinendum beneficium? ibid.
Digniorem an sub peccato mortali debeat ad beneficium præsentare Patronus, qui non est primus Fundator? t. 3. r. 110. §. 1. p. 371. Ubi, quod Patronus laicus non tenetur præsentare digniorem ad beneficia Curata, §. 2.
Digni præsentationem confirmando Archiepiscop. Panormitanus, omisso digniori, an peccet, t. 3. r. 111. §. 1. ibid.
Digniorem eligendi obligatio an extendatur etiam ad resignantem beneficium suum in favorem alterius, tr. 3. r. 114. §. 1. p. 372. Ubi, an Collator peccet acquiescendo resignationi factæ minus digno, relicto digniori, §. 2.
*. Vide verb. *Indignus.*

Dimissoria.

Si Dimissorias literas quis habeat à suo Episcopo, vel Prælato Regulari pro Ordinibus suscipiendis, an possit confirmari, absolvi, aut dispensari ab irregularitate, vel quovis alio impedimento ab Episcopo, qui eum ordinare debet, tr. 3. res. 61. & 62. p. 332.
Dimissorias ad ordines suscipiendos intra annum à morte Episcopi an Capitulum Sede vacante concedere possit tract. 5. res. 12. §. 1. pag. 387.
Dimissorias supradictas an saltem elapso anno à puncto Sedis vacantis possit Capitulum concedere, ibid. §. 4.
Dimissoriæ hæ per adventum novi Episcopi non expirant, ibid.
Dimissorias concedit Vicarius Papæ statim post vacantem, ibid. §. 5.
Dimissorias literas an Capitulum Sede vacante concedere possit, intra annum saltem pro prima Tonsura, tract. 5. res. 14. §. 1. & seqq. p. 387.
* Vide verb. *Expirare, Litera.*

Diœcesis.

Si in Diœcesis nomine erratur, an dispensatio sit subreptitia, tr. 2. res. 108. §. 1. p. 241.
Sive extra Diœcesim sit Episcopus, sive subditi, an Episcopus extra Sacramentum confessionis possit absolvere, & dispensare in absentia in omnibus suspensionibus, & irregularitatibus provenientibus ex delicto occulto, excepta irregularitate orta ex homicidio voluntario, tr. 3. res. 12. §. 1. p. 303.
Extra Diœcesim an possit Episcopus alium delegare ad dispensandum, tr. 3. res. 14. §. 3. p. 305.
Extra Diœcesim an possit licitè Episcopus celebrare Missam in Pontificalibus absque licentia ejus Ordinarij? tr. 3. res. 77. §. 1. p. 342.
Idem est de locis exemptis intra propriam Diœcesim, ibid. §. 6.
Diœcesim visitare an possit Capitulum Sede vacante, tr. 5. res. 38. §. 1. p. 398.
* Vide verb. *Episcopus, Facultas, Fructus, Pontificalia, Potestas, Revocare.*

Dispensare, Dispensatio, &c.

* In indice primo hujus tom. 3. ferè in omnibus Resolutionibus Tract. 1. *de Potestate Pontificis quoad Sacramenta*, aliquid reperies sup. his verbis *Dispensare, Dispensatio, &c.* ideo ibi require quidquid ita mistum occurrerit, ubi quamplurimas, & curiosas quæstiones invenies.
* In prædicto indice primo Tractatus secundi de *Dispensatione*, ipse titulus demonstrat, quod omnes ejus quamplurimæ difficultates pertinent, & dicunt super supradictis verbis *Dispensans, Dispensare, Dispensatio, Dispensatus*, &c.
* Nota quòd in prædicto indice primo hujus tom. 3. ferè in omnibus Resolutionibus Tract. 3. *de Potestate*

Episcopi quoad absolvendum, & dispensandum vigore Concily Trid. sess. 24. c. 6. aliquid invenies pro supra dictis verbis *Dispensare, Dispensatio, &c.* signanter à Resol. 1. usque ad 94. & in Resol. 113. à p. 296. usque ad 359. & in p. 372.

Dispensare an possit Episcopus in lege Pontificia apponendo pœnam pecuniariam. tr. 4. res. 7. §. 1. p. 380.

Idem est si dispenset super aliqua irregularitate orta ex delicto, tr. 4. res. 8. §. 2. p. 381.

Dispensare an possit Capitulum Sede vacante, ut quis ordinetur non servatis temporum interstitiis; Et quid de Vicario Capituli super hoc, tr. 5. res. 16. §. 1. & seqq. pag. 388.

Dispensare an possit Capitulum Sede vacante cum illegitimis quoad Ordines minores, & beneficium simplex? Et quid de Vicario Capituli super hoc; tract. 5. res. 17. §. 1. & seqq. p. 389.

Dispensare an possit Capitulum Sede vacante super omnibus irregularitatibus, suspensionibus, &c. quibus potest Episcopus vigore Concilij Tridentini sess. 24. c. 6. tr. 5. res. 19. §. 1. p. 390.

Et an his, quæ competunt Episcopo iure speciali gratioso, videlicet privilegio, vel commissione Pontificis; Et quid in his, quæ spectant Episcopo jure communi speciali? ibid. §. 3.

Idem est de Collegio Cardinalium Sede vacante, tract. 5. res. 20. §. 3. p. 391.

Dispensare an possit Capitulum Sede vacante, & ejus Vicarius in petitione debiti; tr. 5. r. 23. §. 1. p. 392.

Et an in casibus Pontificiis, quando non est facilis recursus ad Papam, vel Nuntium Apostolicum? tr. 5. r. 24. §. 1. pag. 393.

Et an in omnibus votis, & juramentis, quibus Episcopus dispensare potest? tr. 5. res. 26. §. 1. ibid.

Dispensare, & remittere pœnas per Episcopum mortuum impositas an Capitulum Sede vacante possit? tr. 5. r. 48. §. 4. pag. 402.

Dispensare an posit Capitulum Sede vacante, vel ejus Vicarius in legibus Pontificiis apponendo pœnam pecuniariam, &c. tr. 5. res. 59. §. 1. p. 407.

Dispensare an posit Vicarius Capituli Sede vacante sine speciali mandato in casibus, in quibus Episcopus dispensat? tr. 5. res. 73. §. 3. p. 413.

Dispensationes exequi in matrimonij impedimentis, & literas in formam *Dignum*, an possit Vicarius Capituli Sede vacante, tr. 5. r. 77. §. 1. p. 415.

Si dispensationem in morbo, vel in dubio à Prælato quis petat, & ipse concedit, licet à meridie convaleat, & à febri liberetur, non tenetur Horas persolvere, t. 6. r. 39. §. 5. p. 449.

Pro dispensatione an recurrendum sit ad Superiorem, quando Medicus dubitat, an sine timore gravis damni. infirmus possit Horas Canonicas persolvere; tr. 6. r. 44. §. 1. & 2. p. 443.

Dispensare ex justa causa in Officio unius diei una vel altera vice an possit Prælatus Regularis in publica recitatione cum Religiosis addictis Breviario Romano, tr. 6. res. 108. §. 1. p. 485.

Dispensare an possit Superior Regularis cum suis Religiosis circa obligationem recitandi Officium Divinum; Et quid cum Religiosis nondum in Sacris? tr. 6. r. 109. §. 1. & seqq. ibid.

Dispensatio quantumvis odiosa extenditur ad partes sub toto concesso comprehensas, tr. 2. res. 48. §. *Infertur primo*, p. 204.

Dispensatio etiam odiosa extenditur ad ea, sine quibus non potest dispensationis effectus consistere, ibidem, §. *Infertur secundo*.

Et tandem dispensatio est strictè interpretanda, quæ privatis personis conceditur, non autem quæ conceditur toti communitati, aut integræ Religioni, ibidem, §. *Infertur tertio*.

* Vide verb. *Baptismus, Beneficium, Chorus, Consanguineus, Consanguinitas, Copula.*

Dissolvere, &c.

Dissolvere an possit Pontifex matrimonium ratum, & non consummatum, tr. 1. res. 95. §. 1. p. 126.

Et quid de Episcopo circa hoc? Ibid. §. 5.

Et quid sine causa? tr. 1. resol. 96. §. 1. p. 127.

Ad dissolvendum matrimonium, posita gravi causa, Pontifex non requirit necessario consensum partium, sed id facere potest etiam eis invitis, ibid. §. 3.

Ut dissolvatur matrimonium ratum per subsequens consummatum an possit Pontifex legem ferre; ibid. §. 7. p. 128.

Dissolvere matrimonia sive rata, sive consummata Infidelium Pontifex dispensando non potest, ibid. §. 8.

Et an sit circa hoc alia ratio Hæreticorum, ibid.

Et quid si Pontifex habeat supremam jurisdictionem temporalem in quosdam Infideles? Ibid. §. 9.

Dissolvere matrimonium ratum, & non consummatum an possit Pontifex solum inter magnos Principes; tract. 1. res. 97. §. 1. p. 128.

Dissolvere dictum matrimonium an possit Episcopus in casu valdè raro? tr. 1. res. 98. §. 1. p. 129.

Dissolvere matrimonium spirituale Episcopi cum Ecclesia per consecrationem consummatum, cur magis Pontifex possit, quam carnale consummatum? tr. 1. res. 100. §. 2. p. 131.

Distractio, Distractum.

Qui distractus voluntariè recitat Horas Canonicas, & audit Missam, an satisfaciat præcepto? tr. 6. res. 48. §. 1. pag. 446.

Et an ad fructuum restitutionem teneatur? ibid.

Et quid, si caret attentione extrinseca ex inadvertentia, ibid. §. 6.

* Vide verb. *Absolvere, Clericus.*

Distributiones.

Distributiones an lucretur Vicarius Capituli Sede vacante absens, tr. 5. res. 76. §. 1. p. 415.

Idem est de aliis Officialibus, & visitatoribus electis à Capitulo Sede vacante, ibid. §. 2.

Distributiones possunt dari propter laborem, & per consequens possunt à Beneficiario, & Cardinali expendi ad libitum; & testari de illis, & tamen possunt obligare ad Officium Divinum, tr. 6. res. 2. §. 8. pag. 418.

Qui distributiones non percipit de præsenti, sed expectat eas de futuro, an teneatur ad Officium divinum recitandum? tr. 6. res. 112. §. 6. p. 488.

Ab distributionum restitutione an liberetur ille, qui ad Chorum accedit non solum post primum Psalmum, rerum etiam præter hanc partem reliquit recitare aliam non notabilem; tr. 6. res. 117. §. 3. p. 490.

* *Sup. hoc verbo Distributiones*, in indice primo hujus tom. 3. ex Tract. 6. de *Horis Canonicis*, lege aliquas difficultates à Res. 129. usque ad 137. à p. 496. usque ad 499.

* Vide etiam in hoc indice verb. *Canonicus, Chorus, Lucrari, Præbendarius, Stipendium, Visitator.*

Divites.

Cum divitibus an Episcopus dispensare possit super aliquo impedimento dirimente ex illo capite, quod non pateat aditus ad Pontificem? tr. 2. res. 137. §. 1. & seqq. pag. 263.

Diurnum,

* Vide verb. *Breviarium.*

Doctor.

Doctoribus existentibus in Synodo, an Clerici non Doctores possint eligi in Examinatores Synodales? tr. 3. res. 97. §. 3. p. 363.

Doctoris unius opinio an faciat rem probabilem in his, quæ ad jus pertinent, & secus autem quæ ad factum spectant? tr. 4. r. 3. §. 1. p. 377.

Doctor Canonum, si haberi potest, an eligendus sit in Vicarium

Vicarium pro Capitulo Sede vacante, & sub pœna
ntractis; tr. 5. ref. 65. §. 1. p. 409. Ubi in casu, quod
mne Doctor, an possit in ipso actu deputationis da-
ri consultorem sibi bene visum, alioquin an pote-
ns consultorem eligere Doctorem consultorem parti-
ris Vicarius in quibus opus fuerit? §. 2. p. 410.
non suspectum in quibus opus fuerit? §. 2. p. 410.
Doctor Theologus non possit esse Vicarius Capi-
Sede vacante; ibid. §. 3.
non Doctor possit esse Vicarius Episcopi? ibidem,
§. 2.
non Doctorem Vicarium Episcopus demortuus re-
Capitulum, non debet eum confirmare, ibid.
Vide verb. *Consuetudo, Delegatus, Vicarius.*

Dominus Bonorum.

Dominus bonorum Ecclesiasticorum & beneficiorum an
in Papa, imò de potentia absoluta possit privare
consulibet Prælatos, vel Beneficiarios etiam sine cau-
&c. de bona Ecclesiæ arbitratu suo alienare possit, t. 1.
1. 61. p. 135. Ubi etiam an possit Pontifex de pleni-
tudine potestatis ad libitum dare bona Ecclesiæ, &
Monasteriorum, cui voluerit, & res unius Ecclesiæ,
vel Monasterij in aliam Ecclesiam, vel pium usum
mittere; §. 5. & seqq.

Dubitari, Dubitare, Dubium.

In defectu Ministro, materia, & forma an possit Pon-
tifex præcipere, ut in articulo mortis ministrentur Sa-
cramenta, deficientibus Ministro, materia, & forma
rum? t. 1. r. 3. §. 1. p. 4.
In tali casu an sit obligatio Charitatis sic ministrandi
Sacramenta; ibid. §. 8. p. 5.
Et in tali casu, si supervixerint, denuò eis administran-
da sunt Sacramenta sub conditione, ibidem, §. 9. &
seqq. pag. 6.
Dubia causa dispensationis an sufficiat, vel debeat esse
justa, tr. 2. ref. 17. §. 1. p. 184.
Dubio an Superior possit dispensare; Et an licitè, t. 2.
r. 17. & 18. ibid.
Quando dubitat inferior, an casus egeat dispensatione,
an possit in lege Superioris dispensare? tr. 2. ref. 20. §. 1.
& 2. ibid.
Dubio an potestas dispensandi extendatur ad alium ca-
sum interpretandum est extendi; tract. 2. ref. 49. §. 5.
pag. 205.
Dubio vero an dispensatio extendatur ad aliquem ca-
sum interpretandum est non extendi. ibid.
Dubio an juramentum posterius emissum sit præstitum
ad votum confirmandum votum prius emissum, an fa-
cultas concessa ad commutanda vota, & illa dispen-
sare extendatur ad vota & juramenta ejusdem rei, cum
quibus vincula concurrant; tract. 2. r. 72. §. 3. & 1.
pag. 221. & 221.
Dubium causa expressa in narrativa alicujus re-
scripti sit finalis, vel impulsiva, an censenda sit im-
pulsiva, & non finalis; tractatu 2. resolut. 86. §. 1.
pag. 230.
Dubium, quando dubium est, an satis probetur veritas
enunciatorum, vel quando dubium est, an causa alle-
gata sit finalis, ibid. §. 2.
Dubium an causa tacita in dispensatione sit finalis, vel
impulsiva, an dispensatio sit valida; tr. 2. ref. 87. §. 1.
pag. 9. ibid.
Dubium, an dispensatio obtenta sit valida, an possit
uti; tr. 2. ref. 88. §. 1. p. 231. Ubi, quando dubita-
tur an causa in dispensatione, vel gratia, aut privi-
legio tacita, vel falsò expressa sit finalis, vel tantum
impulsiva, an præsumendum sit esse causam impulsi-
vam, & non finalem. §. 2.
Dubio circa dispensationem matrimonij an dispensatio
habenda sit valida? tractatu 2. resolution. 89. §. 1.
pag.
Et de impedimento ante matrimonium contracto,
quo possit liberè contrahere, t. 2. r. 142. §. 1. p. 266.
Et quid, si dubites, an impedimentum habeas, eò quod
scias te habuisse verum impedimentum, nescias tamen,
an obtinueris veram dispensationem? ibid.
Dubius ob tenuitatem beneficij de onere recitandi Offi-
cium Divinum, an teneatur recitare; tract. 6. res. 9.
§. 1. & 2. p. 423.
Dubius an possis majorem partem Officij Divini recita-
re, an teneatur recitare; t. 6. r. 43. §. 1. p. 443.
Dubius, an aliquem Psalmum, vel Horam Canonicam
omiserit, an teneatur repetere; tract. 6. resol. 84. §. 1.
pag. 470.
* Vide verb. *Dispensatio, Episcopus, Medicus, Votum.*

E

Ecclesia.

Ecclesia solum determinavit tempus, quo divinum
præceptum Confessionis esset executioniman dan-
dum, t. 1. r. 22. §. 5 p. 32.
Quo ad Ecclesiam totam Pontifex habet ordinariam juris-
dictionem in foro Pœnitentiæ, idque à jure divino
cum primum est electus, ideo potest aliquem delega-
re pro tota Ecclesia etiam repugnantibus Episcopis, &
Parochis, tr. 1. ref. 35. §. 12. p. 44.
Ecclesia an possit constituere, ne in posterum ad pri-
mam Tonsuram, vel minores Ordines promoveantur,
nisi qui se voto solemni castitatis adstrinxerint, tr. 1.
ref. 76. §. 10. p. 98.
An ex Ecclesiæ præcepto sit obligatio castitatis in Sacris
Ordinibus initiatis directè præcipiente illis castitatem,
vel immediatè sit ex voto castitatis in Ordine sacro ta-
citè emisso, tr. 1. r. 77. §. 6. p. 99.
Ecclesia habet potestatem ad irritandos contractus imme-
diatè, & directè ad reddendos eos nullos, & ad ir-
ritandas personas ad tales contractus, quod est irrita-
re ipsos contractus, tr. 1. ref. 91 §. 4. p. 122.
Ex una ad aliam Ecclesiam quo jure an Divino, vel Ec-
clesiastico sit prohibita Episcopi translatio; tr. 1. re-
sol. 100. §. 1. p. 131.
Et an hanc translationem Pontifex facere possit, & Ec-
clesiarum bona an Papa possit alienare, & ad libitum
etiam sine causa cui voluerit dare? ibidem, & in reso-
lut. 101. per totam, ubi latè, p 133.
Ut Ecclesia ædificetur an Capitulum Sede vacante licen-
tiam possit dare; tr. 5. ref. 40. §. 1. p. 399.
Ecclesiæ hæreditatem legatam an Capitulum Sede va-
cante adire valeat? tract. 5. ref. 44. §. *Igitur prope fi-
nem*, p. 400.
Si in Ecclesiis suis in Diplomate Beatificationis est con-
cessum Religiosis aliquibus, celebrare Missam de
Sancto Beatificato non licebit sæcularibus in aliis Ec-
clesiis Porochialibus, aut Monasterio alio alterius
Religionis celebrare, tractatu 6. resolut. 91. §. ultim.
pag. 475.
* Vide verb. *Absolvere, Actus internus, Alienare, Baptismus, Censura, Communio, Concelebrare, Con-
firmationis Sacramentum, Dominus bonorum, Paro-
chiale.*

Ecclesiasticus.

* Vide verb. *Alienare, Dominus bonorum, Clericus.*

Effectus.

Effectum suum quando censetur operari dispensatio, an
à die suæ concessionis, vel à die notitiæ, acceptio-
nis, & acceptationis, tractatu 2. resolut. 138. §. 2.
pag. 263.
* Vide verb. *Aperire, Distensatio.*

Egressio.

* Vide verb. *Monialis.*

Ejectus,

Ejectus à Religione ad tempus, vel in perpetuum non-
dum in Sacris an teneatur persolvere Horas Cano-

Index

nicas ? t.6. ref. 30. §.2. pag. 437

Eleemosyna.

Eleemosynas an Capitulum Sede vacante facere teneatur, ad quas Episcopi tenentur ? t.5.r.60.§.5. p.408

Eleemosynas jam factas voluntariè an Beneficiarius possit compensare cum obligatione postea contracta restituendi fructus propter omissionem Officij Divini ? t.6. r.126.§.1. p.494

Electio, Eligere.

* Vide verb. *Beneficium, Cardinalis, Dignior, Dignus, Episcopus, Error, Facultas, Indignus, Licentia, Parochus, Pauperes, Regulares, Vicarius.*

Elevare.

* Vide verb. *Carthusianus.*

Episcopus.

Episcopi manuum impositio an pertineat ad essentiam Ordinis, ita ut si Episcopus moriatur, postquam contulit Sacerdoti potestatem consecrandi, an verè manebit integrè ordinatus, & poterit à peccatis absolvere ; t.1. r.12.§.6. p.19

Episcopi an possint reservare peccata venialia ? t.1. r.31. §.1. p.39

Et an peccata mortalia interna ; t.1. r.32. §.7. p.41

Ab Episcopo an sint approbandi simplices Sacerdotes ad hoc, ut possint absolvere à peccatis venialibus, & mortalibus jam ritè confessis ; t.1. r.35. §.1. & seqq. p. 42

Quando Episcopi confessiones Sacerdos excipit, unde habeat jurisdictionem ; t.1. r.38. §.1. p. 47. Ubi an Pontifex tribuat jurisdictionem Sacerdotibus, ut possint eligi ab Episcopis extra suam Diœcesim in Confessoribus, non obstante, quod non sint approbati ; §. *Sed difficultas.*

Si Episcopus injustè deneget approbationem Regularibus pro audiendis confessionibus, an tunc Summus Pontifex præbeat ipsis jurisdictionem audiendi confessiones ; ibidem §. *Secundus casus.*

Episcopus ordinans in Episcopum infantem ante usum rationis, an validè illum ordinet ; t.1.r.62. §.1. p. 83

Episcopis an possit Pontifex tollere potestatem circa Sacramentalia ; t.1.r.64.§.1.p.84

Ideo ab Episcopo an possit Pontifex auferre potestatem conferendi Subdiaconatum, & minores Ordines ; ibidem.

Ab Episcopis excommunicatis, suspensis, &c. Collationes minorum Ordinum factas, an possit Pontifex habere illas invalidas ? t.1.r.65. §.1. ibid.

Et quid quoad collationem primæ Tonsuræ ; ibidem §.5. p.85

Episcopus Hæreticus, Schismaticus, Degradatus, &c. an possit validè Ordines conferre ; ibidem. §.1

Episcopus non Episcopo committere potestatem conferendi Ordines, & etiam saltem minores non potest. t.1.r.68. §.5.p.91

Episcopis an sit de jure Divino continentia perpetua ? t.1. r.77. §.2. p.98

Episcopus an possit statuere impedimenta dirimentia matrimonium pro sua Diœcesi ; t.1.r.88. §.1. p.118

Episcopus an possit dispensare in matrimonio rato ? t.1. r.94. §.3. p.124

Episcopus in sua Diœcesi an possit, quidquid Papa potest pro tota Ecclesia ; t.1.r.95. §.3. p.126

Episcopus in nullo eventu potest dispensare in professione solemni Religiosorum. t.1.r.98. §.2. p.129

In Episcopi legibus an Pontifex dispensare possit ? t.2.r.3. §.1. p.174

Episcopus potest directè dispensare secum in omnibus, in quibus cum aliis potest. t.2. r.4. §. & 6. p. 175. & seqq.

* Nota, quod in indice primo hujus tom. 3. in tract. 2. de *Dispensatione* sunt multæ difficultates pro variis casibus, in quibus Episcopus dispensare vel non dispensare potest, quos require in Ref. 21. 23. 24. 26. 28. 29. 30. 38. 42. 43. 51. 54. 58. 66. 75. 77. 81. 129. 130. 131. 132. 133. & 136. Ubi quam plures quæstiones mistas pro Episcopis & eorum dispensationibus invenies.

Episcopis facultas testandi concessa an expiret morte concedentis ; t.2. r.145. §.1. p.269

Si ab Episcopo quis petat facultatem dispensandi, vel absolvendi in quodam casu, quem data opera non explicat, quia timet de exclusiva Episcopi, an tunc impetratio sit valida ? t.2.r.150.§.1. & 2. p.274

Ab Episcopis an possint dispensari forenses, peregrini, Scholares, Prætores, Medici, Officiales, &c. etiam brevi tempore in eorum Diœcesim commorentur ; t.2. r.151. §.1. ibid.

Episcopus in absentia, & extra sacramentalem confessionem, an possit absolvere, & dispensare subditos in omnibus suspensionibus, & irregularitatibus, sive Episcopus, sive subditi sint extra Diœcesim ; t.2. r.12. & 13. p.303

Episcopus an possit dispensare in irregularitate, quam contrahit Sacerdos, qui post mortem uxoris legitimæ existens in Sacris tentat aliam uxorem accipere ; t.2. r.55. *ante medium.* p.328

Episcopus an possit dispensare in irregularitate, quam laicus contrahit ineundo matrimonium cum diabolo invalidè, vel invalidè cum vidua ; ibidem §.1

Et an his & similibus casibus, quando irregularitas est occulta, possit Episcopus dispensare non solum quoad minores Ordines recipiendos, sed etiam ad majores, & illos exercendos ; ibidem *post medium.*

Episcopus nullus potest Ordines conferre etiam Religiosis virtute suorum privilegiorum, nec exercere Pontificalia in Diœcesi, in qua est Sedes vacans sine expressa licentia Capituli. t.5.r.10. §.6.p.385

Episcopo alicui an possit Capitulum Sede vacante licentiam concedere, ut conferat ordines Regularibus, Clericis alterius Diœcesis ; t.5.r.11.§.1.p.386

Episcopo an sint subjecti Regulares quoad Ordines ; ibidem §.7

Per Episcopum alium Pontificalia exercentem an Capitulum Sede vacante possit ordinare Diœcesanos sicuti, r.12. §.3. p. 387

Episcopus electus, & confirmatus non tamen consecratus potest cognoscere de criminibus depositione dignis, & deponere Sacerdotem, & verbaliter degradare, & remittere ad Episcopum consecratum, qui illum actualiter degradet. t.5. r.18. §.1. p.389

Episcopus an possit delegare facultatem, ut aliquis dispenset in casibus Pontificiis, quando non est facilis recursus ad Papam, vel ad Nuntium ; t.5.r.24. §.1.p.395

Episcopus superveniens an possit visitare Capitulum Sede vacante ; t.5.r.81. §.1. & 2. p.417

Ab Episcopo an possit compelli Vicarius Capituli Sede vacante, & Vicarius debeat stare syndicatui ibidem.

Episcopus Religiosus an possit recitare cum socio manente per Breviarium suæ Ecclesiæ ? t.6. r.90. p. 481

Episcopus quid tenetur restituere pro omissione in recitatione Officij Divini cujuslibet diei, quid pro toto officio, & quid pro singulis Horis ? t.6. r.123. & in Ref. 124. p.493. & seq.

* In indice primo hujus tom. 3. lege omnem titulum tract. 3. & ex eo inferes, quod omnes ejus quamplurimæ quæstiones pertinent & dicunt sup. hoc verbo *Episcopus*, ideo ibi require quidquid occurrit super his, quæ ipse titulus demonstrat.

* Nota quod passim in plurimis verbis hujus indicis sunt etiam aliæ quamplures difficultates mistæ super hoc verb. *Episcopus*, signanter vide verb. *Alienatio, Beneficium*

Rerum Notabilium.

...ptium, Causa, Chrisma, Clericus, Cogere, Commendatio, Concelebrare, Confirmationis Sacramentum, Cœli, Concelebrare, Constitutio, Consuetudo, Copula, Creatio, Celebrare, Constitutio, Consuetudo, Delegare, Delictum, Doctor, ...rium Delictum Conjugale, Delegare, Delictum, Doctor, ...ctio, Divinum, Ecclesia, Facultas, Fides bona, & mala, Fides Catholica, Fructus, Hæresis, Hæreticus, Ignorantia, Illegitimus, impositio, Indignus, Inhabiles, Turcæ, Illegitimus, Monasterium, & passim in aliis verbis hujus indicis.

Equites.

Equites Hierosolymitanæ Religionis transeat ad Religionem D. Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ, &c. an possit Pontifex præbere licentiam, ne remaneat extincta quædam illustris familia; t.1. r.79. ubi latè. §.1. p.101

Equites D. Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ, &c. an sint vere Religiosi, & possint eligere Confessarium ab Episcopo non approbatum, & gaudeant privilegio Canonis, fori, & exemptione gabellarum, & in multis aliis comprehendantur ut Religiosi; ibidem. §.2. & 5.

Erigendum, Erigere.

Erigendi Monasteria Regularium an Capitulum Sede vacante dare licentiam possit; t.5. r.39. §.1. & seqq. p.199

Erigendi Monasteria Monialium; ibidem §.1

* Vide verb. *Canonicus.*

Errare, Error.

Error communi stante absque titulo colorato, an Pontifex suppleat jurisdictionem in administratione Sacramentorum; t.1.r.5. §.2. p.8

Quid in dicto casu si adest titulus coloratus; ibidem. §.1

Error communi concurrente circa sexum, si fœmina eligatur in Pontificem, an valeant per ea facta veluti per Pontificem; ibidem §.14. p.9

Quando erratur in nomine personæ, an dispensatio sit subreptitia; t.2.r.107. §.1.p.241

Et quid, quando erratur in nomine Diœcesis; t.2. r.108. §.1. ibid.

Si error aliquis incuria scriptoris irrepserit, ut si pro tertio gradu affinitatis positus est consanguinitatis, non vitiat rescriptum, ut à Commissario mandari non possit. t.2.r.109. §.3. p.242

Error commissus circa personam, cui committitur rescriptum expediendum, an vitiet illud; t.2. r.110. §.1. & seqq. ibid.

Error est vulgi dispensationes frustrari suo effectu, si apponantur à non habentibus qualitates requisitas, & promissas pro expeditione earum. t.2.r.154. §.1.& seqq. p.277

Evangelium.

* Vide verb. *Abbatissa.*

Eucharistia.

Eucharistiam sumere an possint laici tempore interdicti in locis, in quibus licitum est laicis Sacrum audire, vel si Bullam Cruciatæ, aut aliud privilegium habent, t.1.r.2. §. *Et tandem.* & seqq. p.3

Eucharistiam possunt Regulares distribuere laicis absque licentia Parochi toto anno, excepto Festo Paschatis & Octectionis ex concessione Pontificis. t.1.r.40. §.7. p.73

Eucharistia ministretur infantibus ante usum rationis, an Pontifex facultatem concedere possit; t.1.r.53. §.1. p.70

Quid pro articulo mortis, quia præceptum extat etiam de jure Divino sumendi Eucharistiam; ibidem. §.3

Quid circa hoc factum sit in diversis Regionibus, Provinciis, & locis; ibidem. §.2

Eucharistia sæpius in die sumatur an Pontifex dispensare possit; t.1.r.54. §.1.p.71

An hoc non sit prohibitum jure Divino; ibidem. §.3

Ut Eucharistiam sumat laicus non jejunus an Pontifex dispensare possit. t.1. r.55. §.1. p.73

Et an hoc sit licitum in aliquibus casibus; ibidem §.4

Ut Eucharistiam ministrent laici, vel etiam fœmina sibi, & aliis in articulo mortis, an Pontifex dispensare possit; t.1. r.56. §.1. ibid.

Et an supradicti possint in dicto casu absque ulla dispensatione Eucharistiam ministrare; ibidem §.5. p.74

Si Eucharistiam laicus defert infirmo ob extremam necessitatem illius in peccato mortali, an peccet mortaliter; ibidem §.8

Eucharistiam sumendi an sit præceptum Divinum? t.1. r.57. §.6. & 7. p.75

Eucharistiam pro Viatico non potest Sacerdos licitè ministrare sine licentia Parochi nisi in extrema necessitate, & si Religiosus est, si personis non Religiosis illam ministrat, incurrit excommunicationem ipso facto. t.1. r.59. §.7. p.78

* Vide verb. *Communio, Consecratio, Diaconus.*

Examen, Examinare.

Examinare an possit Episcopus Laudensis Parochum Ecclesiæ, Oppidi, seu loci Hospitalis Ordinis S. Hieronymi de Lombardia? t.3. r.86. §.1. & seqq. p.350

Examen an sit nullum, in quo intervenerunt Examinatores Synodales designati nomine Dignitatis; t.3. r.96. §.1. p.361

Quando examinandi ob timorem Examinatorum turbarentur, si verè sint idonei, an licitum sit eis præmonere de punctis, de quibus erunt interrogandi? t.3. r.99. §.1. p.363

Et an hoc tantum procedat in examine Episcoporum coram Pontifice, in examine Confessariorum coram Episcopo, in examine Scholasticorum coram Præposito, & non tamen in examine ad beneficium per concursum? ibidem §.2.

* Vide verb. *Parochiale.*

Examinatores.

Examinatores Synodales an possint recipere aliquod stipendium absque Symonia ratione Officij? t.3. r.96. §.5. p.362

Examinatoribus Synodalibus an possit Episcopus aliquod stipendium de suo dare; ibidem §.6

Examinatores Synodales deputati munus suum debent exercere, donec nova Synodus habeatur. t.3.r.97.§.4. p.363

Et quid est agendum, si anno Synodi elapso aliqui ex Examinatoribus mortui fuerint, an expiret officium omnium; ibidem.

Si cum Examinatoribus Synodalibus adhibeantur alij Examinatores non Synodales, an ex eo concursus alicujus beneficij vitietur? t.3. r.98. §.1. & 2. ibidem.

* Vide verb. *Consuetudo, Deputare, Dignior, Dignus, Doctor, Examen, Parochiale.*

Excœcare.

Qui excœcat alium, sed oculum foras non eruit, non est irregularis. t.3.r.40. §.2. p.321

Excedere, Excessus.

* Vide verb. *Defensio. Mandans.*

Excommunicare, Excommunicatio, &c.

In Excommunicationem non incurrit Pontifex non observans præcepta annuæ Confessionis, & Communionis, nec potest declarari, aut Ecclesiastica sepultura privari? t.1. r.28. §.2. p.35. & in r.51. §.1.p.68

Excommunicationem minorem an Superior possit reservare; t.1.r.31. §.3. p.39

In Excommunicationem ipso facto incurrunt Religiosi, qui personis non Religiosis Viaticum, aut Extremam-Unctionem ministrant sine licentia proprij Parochi, nisi in extrema necessitate. t.1. r.59.§.6. & 7. p. 78

Excom

Index

Excommunicatus excusatur à præcepto Missæ, licet facilè possit obtinere absolutionem à censura. t.1. r.102. §.12. p.137.

Qui cum excommunicatione pluries celebravit, an incurrat plures irregularitates; t.2.r.62.§.2.p.211.

In excommunicationem an incurrant, vel aliam pœnam legentes libros prohibitos, seu suspensos alia ex causa, quam hæresis, aut ejus suspicionis; t.3.r.84.§.11. p.348.

Si excommunicationem ferat Episcopus in eos, qui non audiunt Sacrum, vel concionem in Parochia diebus Dominicis & Festis, an excommunicatio sit nulla? t.3. r.87. §.3.p.353.

Si excommunicationem fulminet Episcopus cum institutione alicujus diei festi, an servanda sit excommunicatio, & dies festus; t.3.r.89.§.1.& seqq.p.354.

Excommunicatus Clericus an teneatur recitare Horas Canonicas? t.6.r.31. §.1. & 3. p.437.

* Vide verb. *Censura, Curialis, Excommunicationis absolutio, Missam audire.*

Excommunicationis absolutio.

Excommunicationis absolutio etiam in articulo mortis an Pontifex etiam reservare possit? t. 1. res. 34. §. 1. pag. 42.

Ab excommunicationibus, & censuris omnibus quomodolibet reservatis an simplex Sacerdos possit in articulo, vel periculo mortis absolvere, etiam præsente Parocho, vel approbato; t.1.r.41.§.3. & seqq. & melius in §.8. & seqq. p.53.& 54.

Et an hoc à jure Divino, seu à Deo immediatè, vel à Pontifice, & Ecclesia habeant; ibidem §. 2. & seqq.

Ne absolvat in extrema necessitate Sacerdos aliquem, an Pontifex prohibere possit? ibidem §.14. p.54.

Ut absolvere possit à censuris laicus saltem prima Tonsura initiatus in articulo mortis moribundum, qui confiteri non potuit, an Pontifex suppleat jurisdictionem; t.1.r.43. §.9.p.58.

Quoties censuræ absolutionem Concilium, vel Pontifex non reservavit, an videatur illam concedere Episcopis; t.2.r.24. §.3.p.187.

In concessione absolvendi à reservatis in Bulla Cœnæ non venit facultas absolvendi à casu hæresis. t.2.r.64. §.2.6. & 7. p.213. & seqq.

Absolutio à censuris obtenta vigore Cruciatæ an prosit pro foro exteriori? ibidem §.3.p.215.

Et an dictam absolutionem judex teneatur recipere in foro exteriori? ibidem §.6. p.216.

Excommunicationis absolutio potest dari invito. t.2.r.82. §.3. p.228.

Absolutio ab hæresi, & aliis excommunicationibus Papalibus an ab Episcopo possit subdelegari; t.3.r.15.per totam. p.305.

Si ab excommunicatione, suspensione, interdicto, irregularitate, & qualibet alia inhabilitate possit Episcopus subditos absolvere, an ab his omnibus possit seipsum absolvere: De dispensatione non dubitatur. t.3. r.18.§.1.& 2. p.307.

Causæ impedimenti proponuntur, pro quibus impeditus audire Pontificem potest ab Episcopo absolvi ab excommunicationibus, suspensionibus, &c. t.3.r.28. §.2.p.313.

Ab excommunicatione contracta ob delictum occultum duelli an Episcopus absolvere possit? t.3.r.29. §.1.& seqq. ibid.

Et an ob ingressum Monasterij Monialium; t.3.r.30.§.1. pag.314.

Et quid si Monialis egressa sit è Monasterio ob malum finem, si delictum est occultum? ibidem §.3.

Idem est de Prælato Regulari pro Monialibus sibi subjectis. ibidem.

Absolutio dicta in duobus præteritis casibus an obtineri possit à Confessario virtute Bullæ Cruciatæ; t.3.r. §.3.p.314.

Ab excommunicatione incursa propter percussionem Clerici an Capitulum Sede vacante absolvere possit; quid de aliis censuris? t.2.r.31.§.1.p.394.Ubi, an Capitulum Sede vacante possit deputare Pœnitentiam cum potestate absolvendi ab hujusmodi excommunicationibus, & aliis casibus reservatis Episcopo; pag. 395.

* Vide verb. *Excommunicatio, Ingredientes.*

Executores testamentorum.

* Vide verb. *Compellere, Pauperes, Prorogare.*

Exercere.

* Vide verb. *Beneficiarius, Clericus, Medicina, Monachus, Pontificalia, Potestas.*

Exigere.

Exigere Charitativum subsidium an Capitulum Sede vacante; t.5.r.40.§.2.p.399.

Eximere.

Eximere an possit Pontifex fideles ab impedimentis constitutis à Principibus Ethnicis, si in eorum Provincia habitent; t.1.r.89.§.1.p.119.

Et quid, si Judæus sit subditus Regis Infidelis? ibidem §. 2.

Et quid, si subditus sit Judæus Romani Pontificis? ibidem §.5. p.120.

* Vide verb. *Communio.*

Expedire, Expeditio, &c.

Ante expeditionem literarum an valeant dispensationes t.2. r.139. §.1. p.263. Ubi, quod dispensationes, aliæ gratiæ non expirant mortuo Pontifice ante earum expeditionem. §.3. p.264.

Pro expediendis dispensationibus an potest quis aliquid recipere? t.2. r.166.§.1.p.285.

* Vide verb. *Litera.*

Expirare.

An expiret morte concedentis re integra, commissio dispensandi in impedimentis matrimonij, vel in irregularitate, vel facultas testandi concessa Episcopis, Monachis & aliis, & concessa in aliis licentiis & privilegiis an expiret morte concedentis re integra? t.2. r. §.1. & seqq. p.267.

An expirent literæ dimissoriæ ad Ordines suscipiendos morte Episcopi eas concedentis? t.2.r.145.§. p. 269.

Idem est de literis dimissoriis concessis à Capitulo Sede vacante, quando eas concedere potest, non enim expirant finita Capituli potestate. ibidem ad medium.

Non expirat morte concedentis licentia non residendi ratione studij, & licentia edendi carnes, vel non jejunandi in Quadragesima, prædicandi, & similium. Ibidem §. *Et etiam.*

Non expirat mortuo Episcopo concedente facultas delegata audiendi confessiones, &c. ibidem §. *Notandum secundo.* p.270.

Et quid, si facultas concessa esset Sacerdoti audiendi confessionem pœnitentis determinati, in illius tantum pœnitentis favorem? ibidem §. *Quando verò*, & leg. etiam §. *Et tandem.*

* Vide verb. *Expeditio, Jurisdictio, Monachus.*

Explicare, Explicatio, &c.

An explicanda sit copula jam habita in dispensatione impedimentorum matrimonij? tr. 2. resol. 113. §. p. 243.

Explicare non est necessarium omnia impedimenta ejusdem qualitatis in eadem supplica, sed sufficit unum post alterum in diversis supplicationibus, & reciproribus explicare; & de istis dispensationem obtinere t.2. r.116. §.3. p.247.

* Vide verb. *Facultas, Juramentum.*

Rerum Notabilium.

Expositus.

Expositi non sunt irregulares quoad Ordines, & Religionem; t. 3. r. 66. §. 6. p. 336.

Expressio, Exprimere.

Expressio falsi an vitiet dispensationem; Ubi aliqui casus pro praxi. t. 2. r. 103. §. 1. & seqq. p. 238.

Si non expressit causam falsam per ignorantiam, vel simpliciter, & dispensatus fuit, an validè contraxit; t. 2. r. 104. §. 1. p. 239.

Expressio sola causæ falsæ finalis, quæ si re vera exprimeretur, non concederetur dispensatio, an irritet dispensationem; t. 2. r. 118. §. 6. p. 249.

* Vide verb. *Affinis, Consanguineus, Irregularitas, Nuptia, Substantia.*

Extendere, Extensio, &c.

Extensionem, & argumentum ex identitate rationis an recipiatur dispensatio; t. 2. r. 47. §. 1. p. 203. Ubi, quod certum est dispensationem extendi ad connexos, accessiones, & inclusos sub dispensatis, & ad ea, sine quibus non potest dispensationis effectus consistere. §. 6. p. 204. & in Resol. 48. §. *Infertur primo, & §. Infertur secundo.* ibid.

An extendatur ad vota, & juramenta ejusdem rei, cum simul duo vincula concurrunt, facultas concessa tantum ad dispensandum, & commutandum vota; t. 2. r. 70. §. 1. p. 222. Ubi aliqua pro explanatione dictæ quæstionis.

Extendenda an sit facultas delegata in Bulla Cruciatæ, vel Jubilæo ad vota emissa post publicationem Cruciatæ, vel Jubilei; ibidem §. 8.

An extendatur potestas delegata dispensandi, vel commutandi ad relaxanda juramenta soli Deo facta? t. 2. r. 73. §. 1. & seqq. p. 222.

Et quid, si juramentum non habeat inclusam promissionem, sed absque ea soli Deo fiat? ibidem §. 4. p. 223.

Et an etiam extendatur ad juramenta adjecta contractui, in quo est turpitudo, & injustitia in creditore; ibidem §. 7.

Extenditur privilegium alicui concessum ad socium, Ubi pro praxi aliqui casus. t. 6. r. 65. per totam. p. 417.

* Vide verb. *Dubium, Facultas, Privilegium.*

Extinctum, Extinguere.

Extinguntur lumina ante consecrationem, nec amplius accendi possunt, an Sacerdos possit prosequi Missam: Et quid pro dando Viatico moribundo; Et quid, si post consecrationem lumina extinguerentur; t. 1. r. 1. §. *Et eadem.* p. 2.

An extinguatur dispensatio prima vice, quia illa utimur? t. 2. r. 143. §. 1. & seq. p. 266.

* Vide verb. *Equites.*

Extrema necessitas.

* Vide verb. *Necessitas.*

Extrema Unctio.

Extrema Unctionis susceptionem interdicere an Pontifex possit; t. 1. r. 2. §. *De susceptione* p. 2.

Extremæ Unctionis Sacramentum an dari possit Clericis, & Religiosis tempore interdicti; ibidem post medium diei.

Extrema unctio an administrari possit in articulo mortis recedendis, qui Sacramentum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ recipere non potuerunt sine superpelliceo, & stola, quam adesset; ibidem §. *Sed pro.*

Extremæ Unctionis usum an possit Pontifex præcipere, & contra transgressores pœnam imponere; t. 1. r. 57. §. 1. seqq. p. 75. Ubi an sit præceptum in articulo mortis recipiendi Extremæ-Unctionis Sacramentum; ibidem §. 1.

An tale præceptum non extat, an omissio hujus Sacramenti non inducat peccatum mortale, non tum in infirmis, sed etiam nec in aliis, qui curam habent de ipsis, ut in conjuge, Domino, Patre, tutore, &c. secluso contemptu, & scandalo; ibidem §. 9. & seqq. Ubi, an hoc Sacramentum per accidens possit alicui esse ad salutem necessarium; §. 10.

Extremæ-Unctionis benedicendi oleum an possit Pontifex præbere facultatem Presbyteris; t. 1. r. 58. §. 1. & seq. p. 76. Ubi, an necessario hæc benedictio fieri debeat ab Episcopo.

In Extremæ-Unctionis Ministro, an Pontifex aliquando suppleat jurisdictionem; t. 1. r. 59. §. 6. p. 78. Ubi supponitur, quod solus Sacerdos est Minister Extremæ-Unctionis, quare quævis unctio à laico, imo à Diacono in quocumque eventu facta non erit Sacramentum. ibidem §. 2.

Ad Extremam-Unctionem ministrandam, an requiratur, ut Sacerdos sit expositus, & ad confessiones audiendas approbatus? ibidem §. 8.

Ad Extremam-Unctionem ministrandam an Parochus publicè excommunicatus possit licentiam Sacerdoti concedere; ibidem.

Ad Extremam-Unctionem ministrandam est necessaria licentia saltem tacita proprij Pastoris, vel extrema necessitas. ibidem §. 5. Ubi, quod si Religiosi sine licentia proprij Parochi hoc Sacramentum conferunt laicis, & Clericis, incurrunt ipso facto excommunicationem. §. 5. & 7.

Ut Extrema-Unctio possit ministrari unica unctione an Pontifex possit permittere tempore pestis ex penuria Sacerdotum; t. 1. r. 60. § 1. & seqq. p. 78.

Et an unica unctio in qualibet corporis parte sufficiat in periculo contagij? ibidem §. 7. p. 80.

Extremam-Unctionem an Parochus tempore pestis ministrare teneatur? ibidem §. 16. p. 81.

Et quid, si infirmus saltem confessus fuerit; ibidem.

* Vide verb. *Jurisdictio.*

F

Facultas.

Facultatem audiendi confessiones in perpetuum an Pontifex possit delegare, & an privativè quoad Episcopos; t. 1. r. 36. §. 1. p. 44.

Facultatem an tribuat Pontifex Hæreticis, Schismaticis, Excommunicatis, Suspensis, &c. absolvendi in articulo mortis; t. 1. r. 43. §. 1. p. 57.

Facultatem præbere an possit Pontifex, ut plures Sacerdotes in aliquo casu simul conficiant Eucharistiam, t. 1. ref. 48. §. 1. p. 64. Ubi aliqua alia pro solutione hujus quæstionis. §. 2. & seqq.

Facultatem validè ordinandi, & confirmandi an Pontifex ab Episcopis tollere possit? t. 1. r. 63. §. 5. p. 84.

Facultas conferendi Ordines minores an sit concessa Cardinalibus, non Episcopis, & quibusdam Abbatibus exemptis? t. 1. r. 71. prope finem. p. 93.

Quoties facultas dispensandi in lege Concilij, vel Pontificis Episcopis non adimitur, vel restringitur, an jure ordinario Episcopi possint in ea dispensare? t. 2. r. 24. §. 1. & seqq. p. 187.

Idem est de absolutione censuræ. ibidem. §. 3.

Et quid, si Episcopi non habeant expressam facultatem? t. 1. r. 26. §. 1. p. 189.

Facultas concessa alicui eligendi Confessarium extra Jubilæum, & Cruciatam, an sit latè, vel strictè interpretanda? t. 2. r. 50. §. 3. p. 205.

Facultas delegata dispensandi vota, an extendatur etiam ad eam commutanda? t. 2. r. 70. §. 1. & seqq. p. 220. & seqq.

Sine facultate, licentia testamentum factum convalidatur, superveniente licentia, & facultate. t. 2. r. 145. §. 3. p. 269.

Idem est quoad ædificandum molendinum. ibidem §. 5.

Idem

Index

Idem est de beneficio obtento sine facultate. ibidem §. 6.

Facultas delegata audiendi confessiones non expirat mortuo Episcopo concedente, vel amoto ab Episcopatu. ibidem §. *Notandum secundo.* p. 270.

Et quid, si facultas concessa esset Sacerdoti audiendi confessiones pœnitentis determinati in illius tantum pœnitentis favorem? ibidem §. *Quando vero.*

Qui facultatem petit à Superiore ad dispensandum in quodam casu, quem data opera non explicat, quia timet de exclusione Superioris, Episcopi, &c. an impetratio sit valida? t. 2. r. 150. §. 1. & seqq. p. 274.

Facultatem habens dispensandi virtute literarum, an debeat dispensationem facere in sacramentali confessione? t. 2. r. 158. §. 1. & seqq. p. 280. & seqq.

Facultas Concilij Tridentini, *sess.* 24. *c.* 6. quoad absolvendum, & dispensandum non competit Episcopis carentibus Diœcesi, & Episcopis Titularibus. t. 3. r. 1. §. 5. p. 297.

Facultate hac an uti possint Episcopi, ubi Concilium Tridentinum non est usu receptum; t. 3. r. 2. §. 1. & seqq. ibid.

Facultate hac utuntur in Gallia Episcopi dispensando per Canonem *Liceat*, *Concilij Tridentini*, absque ullo ad Pontificem recursu; tr. 3. res. 3. §. 2. infra. ibidem.

Facultate hac an possint uti Abbates, & alij inferiores habentes jurisdictionem quasi Episcopalem, & ordinariam; t. 3. r. 5. §. 1. & seqq. p. 299.

Et an Eminentissimi Cardinales in Ecclesiis suorum titulorum? ibidem §. 5. p. 300.

Et an Capitulum Sede vacante; tr. 3. resol. 6. §. 3. ibid.

Et an Superiores Regulares circa suos subditos? ibidem.

Facultate hac an possit uti Episcopus cum Regularibus exemptis & cum eorum Superioribus, si cedant exemptioni, t. 3. r. 7. §. 1. p. 300. Ubi aliqua pro intelligentia dictæ quæstionis.

Facultate hac an possit uti Episcopus extra Diœcesim? t. 3. r. 9. & 10. p. 301. & 302.

Et quid, si subditi sint extra Diœcesim; Ubi an ad hoc sit necessaria sacramentalis confessio; ibidem §. 3. & 4.

Facultatem dispensandi, & absolvendi Episcopis tributam in Concilio Tridentino *sess.* 24. *c.* 6. an possint Episcopi aliis subdelegare, etiamsi Episcopi extra Diœcesim existant? t. 3. r. 14. & 15. p. 304. & 305.

Cum facultate absolvendi à reservatis an Episcopus possit concedere Bullas pro sua Diœcesi, & dispensandi, & commutandi in eis, quæ ipse jure suo ordinario possit; t. 3. r. 67. §. 1. & seqq. p. 336.

Facultas absolvendi ab hæresi revocata est Capitulo Sede vacante per Bullam Cœnæ. t. 5. r. 21. §. 1. & seqq. p. 391.

Facultatem absolvendi à reservatis, & dispensandi in petitione debiti, an possit Capitulum Sede vacante, vel ejus Vicarius concedere? t. 5. res. 23. §. 1. p. 392.

Facultatem delegare an Episcopus possit, ut aliquis dispenset in casibus Pontificiis, quando non est facilis recursus ad Pontificem, vel Ordinarium; t. 5. r. 24. §. 1. p. 393.

Facultatem dandi licentiam assistendi Matrimonio, & ingrediendi Monasteria Monialium an Capitulum Sede vacante habeat; tr. 5. resol. 28. §. 1. & seqq. p. 394.

* Vide verb. *Absolvere*, *Archiepiscopus*, *Bulla Cruciatæ*, *Confessarius*, *Confirmationis Sacramentum*, *Diaconus*, *Eucharistia*, *Expirare*, *Extendere*, *Extrema-Unctio*, *Jubilæum*, *Juramentum*, *Jurisdictio*, *Licentia*, *Monachus*, *Potestas*, *Privilegium*.

Fœmina.

Ut fœmina possit prima Tonsura, vel minoribus Ordinibus initiari, an Pontifex dispensare possit? t. 1. r. §. 6. p. 95.

Fœmina an jure Divino sit incapax Sacramenti Ordinis ibidem. §. 12. & seqq. p. 96.

Si fœmina aliqua remaneret innupta propter deformitatem, & in dispensationis petitione poneretur, quod maneat innupta ex defectu dotis, an talis dispensatio valida; t. 2. r. 124. §. 1. p. 253. & seq.

Idem est, si fœmina alios defectus notabiles patiatur ibidem §. 2.

Si fœmina repudiavit legatum ad finem obtinendi dispensationem ob paupertatem, an sit valida dispensatio t. 3. r. 141. §. 1. p. 265. Ubi alia contingentia in dicto casu.

Fœmina, quæ dote sufficienti caret, ut nubat extraneo ad obtinendam dispensationem alleget se innuptam remansuram ob defectum dotis, si non nubat cum consanguineo, an valida sit dispensatio? ibidem. §. & pag. 266.

* Vide verb. *Affinis*, *Censura*, *Consanguineus*, *Error*, *Eucharistia*.

Falsitas, Falsum.

Quæ falsitas vitiet rescriptum in quacumque dispensatione? t. 1. r. 102. §. 2. & seqq. p. 238. Ubi apponuntur 18. quæ Regulæ, ex quibus Confessarij, & Respondentes suum conscientiæ plures casus extricare poterunt. ibi.

Si ex falso nomine in rescripto appositio dispensans inligat personam sibi notam, an vitietur dispensatio? t. 1. r. 106. §. 3. p. 240.

* Vide verb. *Expressare*, *Expressio*.

Familia.

* Vide verb. *Cardinalis*, *Equites*.

Fermentatum.

* Vide verb. *Consecrare*.

Festum.

Festum alicujus Sancti an Episcopus transferre possit; t. 1. r. 88. §. 1. p. 354.

Festum alicujus Sancti nondum Canonizati an Episcopus instituere possit? t. 3. r. 90. §. 1. p. 355.

In Festorum observatione Episcopus dispensans an possit imponere aliquam summam pecuniæ loco communicationis; t. 4. r. 7. §. 1. p. 380.

* Vide verb. *Consensus*, *Consuetudo*.

Fidelis.

Ut fidelis matrimonium contrahat cum Infideli, vel Hæretica an Pontifex dispensare possit? t. 1. r. 84. §. p. 115.

Et an tale matrimonium non sit irritum neque jure Divino, neque jure naturæ, sed tantum jure Ecclesiastico. ibidem. §. 3.

In matrimonio fidelium consummato an ex causa Fidei Pontifex dispensare possit? t. 1. r. 99. §. 6. p. 130.

* Vide verb. *Eximere*, *Missam audire*.

Fides bona, & mala.

Si bona fide quidam illegitimus ordinatus est, & postea cognoscit natalium defectum, an possit dispensari ab Episcopo, ut in susceptis Ordinibus ministret? t. 1. r. §. 3. p. 333.

Et quid si mala fide ordinatus fuerit? ibidem.

* Vide verb. *Beneficium*, *Episcopus*, *Scandalum*.

Fides Catholica.

Fidei professio an possit fieri per Procuratorem Episcopi t. 3. r. 69. §. 1. p. 337. Ubi de fructuum restitutione agitur, si infra terminum duorum mensium professionem Fidei non emittat Episcopus. §. 3. p. 338.

* Vide verb. *Hæresis*, *Ignorantia*.

Filia, Filius.

Ut filiam suam Pater in uxorem ducat, an possit dispensari? casus, ut hoc Pontifex præcipere possit? t. 1. r. §. 6. p. 114. Ubi, an tale matrimonium jure naturæ sit irritum? §. 1. & seqq. p. 113.

* Vide verb. *Baptismus*, *Baptizare*.

Fiscus.

* Vide verb. *Consuetudo.*

Fœtus.

Qui fœtum antequam animetur occidit, an sit irregularis, t.3.r.40.§.2.p.321.

Forenses.

* Vide verb. *Episcopus.*

Forma Sacramenti.

* Vide verb. *Confirmationis Sacramentum, Dubium.*

Forum.

* Vide verb. *Delictum, Jurisdictio, Lex.*

Fractio. Frangere.

Fractio Hostiæ an pertineat ad essentiam Sacrificij, tr.1. t.1.o.4.2.p.135.

Si frangere Hostiam non potest Pontifex propter manus tremulas, an possit secum dispensare in hoc ritu; ibidem, §.1.

Frater.

Si fratres, & sorores contrahant matrimonium, an Pontifex dispensare possit, t.1.r.84.§.1.& seqq.p.111. Ubi an tale matrimonium sit jure naturæ irritum.

* Vide verb. *Matrimonium.*

Fructus.

Fructus restituere an teneatur Episcopus, qui absque causa abest à Diœcesi etiam spatium trium mensium à Concilio Tridentino concessum, & cum causa, si abest ultra tempus trium mensium? t.3.r.71.§.4.p.339.

Si fructibus beneficij an detur parvitas materiæ, ita ut non consurgat obligatio recitandi Horas Canonicas, nec restituendi fructus, t.6.r.7.& 8.§.1.& seq.p.422.

An salten in dicto casu diebus Festis, & Dominicis teneantur recitare Officium divinum, t.6.r.7.§.3.ibid.

* Vide verb. *Clericus, Episcopus, Fides Catholica, Ignorantia, Obligatio, Occupatio, Officium Divinum, Parochus.*

Frustrare.

* Vide verb. *Aperire.*

Fugitivus.

Fugitivus à Religione nondum in Sacris an teneatur recitare Horas Canonicas? t.6.r.30.§.1. pag. 437.

G.

Gallia.

* Vide verb. *Communio Sacra, Facultas.*

Generalis.

Generalis an possit dispensare circa pœnas impositas à Prælato inferiori ipso renuente, t.2.res.45.§.1. p.101.

Liquid, si condemnans finierit Officium suum, &c. ibid.

Gradus.

In gradu primo affinitatis, & consanguinitatis lineæ rectæ, & transversæ an possit ex justa causa Pontifex ad matrimonium dispensare; t.1. à Res. 80. usque ad 85. inclusivè, p.105. & seqq. Ubi an dictus gradus affinitatis, & consanguinitatis dirimat matrimonium jure naturæ.

Qui in gradu eodem duplicato sunt tam ex parte Patris, quam matris affines, vel consanguinei, an teneantur in petitione dispensationis illum gradum in eodem genere manifestare, tract.2. res.98. §.1.& seqq. p.235. & sequent.

Omnibus gradibus consanguinitatis lineæ transversæ, excepto primo, Pontifex dispensare potest, & solet, t.2.res.126.§.6.p.254.

In gradu secundo consanguinitatis solum inter magnos Principes, & pro causa publica sit dispensandum, ibid. in initio.

An in secundo gradu affinitatis t.2.r.128.§.1. & seqq. pag. 255.

Vide verb. *Consanguinea, Consanguineus, Consanguinitas, Frater, Jus, Matrimonium.*

Græcus.

* Vide verb. *Confirmationis Sacramentum, Consecrare.*

Gratia.

Gratiam ne sacramentalem reciperent infantes, si ante usum rationis casu invenirent Hostiam, vel vinum consecratum, & sumerent, tr.1.res.55.§.7.p.71.

Gratia abundantior non conceditur in sumptione utriusque speciei, quam sub una tantum, tract.1.res.102. §.7.p.136.

Gratiam facere an possit Capituli Sede vacante? t.5.r.48. §.1.& seqq. p.401.

* Vide verb. *Beneficium, Expirare, Subreptitium.*

Gratis.

Si gratis dispensset Pontifex, & non per modum contractus, an dispensationes revocare ad libitum possit? t.2. r.122. §.1. p.251.

H.

Habilis, Habilitare.

Habilis factus homicida per dispensationem ad omnes Ordines sacros, & illorum usum, an videatur factus habilis ad beneficium Curatum, & Pontificale, t.2. r.58.§.3.pag. 210.

Hæreditas.

Hæreditatem Ecclesiæ legatam an Capitulum Sede vacante, adire possit, t.5.r.44.§. *Igitur prope finem*, p.401.

Hæresis.

Ab hæresi absolutionem an possit Episcopus aliis subdelegare; tr.3.res.15.§.1. & seqq.p.305.

Ab hæresi an possit Capitulum Sede vacante absolvere? Et an hæc facultas revocata sit Capitulo per Bullam Cœnæ: tr.5. res. 21. §. 1. & seqq. p.391.

* Vide verb. *Absolvere, Cogere, Facultas, Vicarius.*

Hæreticus.

Hæreticis relapsis, ideoque ad mortem damnatis datur Communio, si eos pœniteat, & confiteantur, t.1.r.2. §.ult. p.4.

Hæreticorum matrimonia sive rata, sive consummata, an Pontifex dispensando solvere possit, t.1.r.96.§.8.p.128.

Hæreticus externus, sed occultus an incurrat irregularitatem? t.3.r.32.§.1.p.315.

Et dato, quod incurrat, an possit illam Episcopus vigore Concilij Tridentini dispensare? ibid. §.3. & seq.

Contra Hæreticos an possit Capitulum Sede vacante procedere; t.5.r.22. §.1. p.392.

* Vide verb. *Baptizare, Fidelis.*

Homicidium.

Circa homicidij irregularitatem an valida sit dispensatio, si non fuisset explicata circumstantia Sacerdotij, si occisus erat Sacerdos? t.2. r.59.§.1.p.210.

Et quid, si Pontifex non esset concessurus dispensationem, si sciret dictam circumstantiam Sacerdotij; ibidem, §.2.

Si homicidia plura quis commisit, si uno vero tantum narrato velit unius irregularitatis dispensationem obtinere, an nihil fiat, t.2.r.61.§.2. p.211.

Homicidia plura committens an contrahat plures irregularitates in dispensatione explicandas, tract.2. res.62. §.1. ibid.

De quodam homicidio voluntario casus curiosus, & novus circa dispensationem irregularitatis in eo contractæ, t.2.r.64.§.1. & seqq. p.213.

* Vide verb. *Habilis, Irregularitas, Ordinis Sacramentum.*

Honestas

Super honestatis impedimento an sit subreptitia dispensatio non facta mentione de copula habita? t.2. r.119. §.2. p.249.

Hora Canonica.

* In indice primo hujus Tom. 3. Tractatus 6. de Horis Canonicis

Canonicis ipse titulus demonstrat, quod omnes ejus quamplurimæ difficultates pertinent, & dicunt sup. hoc verb. *Hora Canonica*, Ubi etiam de restitutione fructuum pro omissione earum agitur.

* Vide etiam in hoc indice verb. *Beneficiarius, Collatio, Concionator, Impotens, Infirmus, Interdictum, Interruptio, Iter agentes, Ius, Laudes, Lingua, Officium Divinum, Recitare*, & passim in aliis verbis.

I

Jactura famæ.

IActuræ famæ ratione, & copulæ solet Pontifex dispensare, sed ratione non existente, ut facilius dispensatio impetraretur, quidam apposuerunt in petitione, quod adest jactura famæ, & adfuit copula, an talis dispensatio sit valida, si copula non adfuit, tr. 2. res. 117. §. 1. & seq. pag. 247.

Et in dicto casu, si verè justa adsint, Papa dispenset, an dispensatio sit irrita copula non sequuta; t. 2. r. 118. §. 3. & seqq. p. 248. Sed vide eam à principio.

Jejunare, Jejunium, &c.

Ut non jejunus Sacerdos celebret, vel laicus sumat Eucharistiam, an Pontifex dispensare possit, t. 1. r. 55. §. 3. p. 73.

Jejunio fracto in aliquibus casibus licitum est sumere Eucharistiam, ibid. §. 4.

Ut non jejunet subditus in tota vita an Episcopus dispensare possit? t. 2. r. 26. §. 3. p. 189.

In jejunij lege Episcopus dispensans an possit imponere aliquam summam pecuniæ loco commutationis; tr. 4. r. 7. §. 1. p. 380.

* Vide Verb. *Cardinalis, Concionatores, Consuetudo, Expirare, jus, Missam celebrare.*

Ignorans, Ignorantia, Ignorare.

In casu ignorantiæ proprij Parochi an possit pœnitens eligere Sacerdotem alienum, & etiam non approbatum absque licentia proprij Parochi? tr. 1. r. 39. §. *Sextus casus*, p. 50. & §. *Hoc supposito*, ibid.

Ignorante eo, pro quo dispensatio impetrata est, an prosit illi, t. 2. r. 83. §. 1. & seqq. p. 228. Ubi, quod impetrata dispensatione ab altero volentium matrimonium inire, vel qui irritum inierunt prosit utrique, quamvis alter prorsus impedimentum, ac dispensationem ignoret; ibid. §. 10. p. 229.

Quando quis ignorat affinitatis, vel consanguinitatis nexum non est narranda copula habita, quando petitur dispensatio, t. 2. r. 120. §. 3. p. 250.

Si per ignorantiam quis symoniacè institutus fuit in beneficium, an adjuvetur per regulam de triennali possessione; t. 2. r. 168. §. 3. p. 286.

Si per ignorantiam Episcopus non emittit professionem Fidei, an peccet mortaliter, & teneatur fructus restituere; t. 3. r. 69. §. 4. p. 338.

* Vide verb. *Delictum, Exprimere, Impedimentum, Irregularitas, Litera, Translatio.*

Illegitimus.

Illegitimus dispensatus, ut possit recipere Ordines, an censeatur dispensatus ad Ordines sacros, t. 2. r. 53. §. 1. & seqq. p. 207.

Illegitimus dispensatus, ut possit recipere Ordines, an censeatur dispensatus ad omnes Ordines minores, vel tantum ad primam Tonsuram, tract. 2. r. 54. §. 1. & seqq. pag. 208.

Et quid, si Pontifex diceret, dispenso tecum ad omnes Ordines, ad quos Ordines hoc intelligatur? ibid. §. 4.

Illegitimus regularis admissus ad Ordines non potest sine dispensatione admitti ad Prioratum, Dignitatem, &c. ibid. §. 6.

Illegitimus dispensatus ad Ordines, an sit capax pensionis? t. 2. r. 57. §. 1. p. 209.

Et quid, si dispensatus sit ad beneficium? ibid.

Illegitimus an possit adjuvari Regula de triennali possessione t. 2. r. 170. §. *Ex his patet*, p. 288.

Illegitimus occultus an possit dispensationem super irregularitate obtinere ab Episcopo ad recipiendos sacros Ordines; t. 3. r. 63. §. 1. p. 333.

Illegitimi ex gravi causa an possint promoveri ad sacros Ordines, etiam sine ulla dispensatione, si hanc petere & obtinere nequeant sine propria infamia, & Parentum? t. 3. r. 66. §. 1. & seqq. p. 334.

Illegitimus quamvis Regularis an possit eligi in Vicarium Episcopi, vel Capituli Sede vacante? tr. 3. res. 94. §. 1. pag. 359.

Et an talis Regularis illegitimus non possit per privilegium Religionis dispensari, ut sit Vicarius Episcopi? ibid. §. 1. & seqq.

* Vide verb. *Beneficium, Expositus, Fides bona, Ordinare, Sacramentum, Pontifex.*

Imago.

Imago viri Sancti nondum Beatificati an possit pingi cum radiis, & Diademate; t. 3. r. 90. §. 3. p. 355.

Impedimentum.

Impedimenta matrimonij statuendi potestas an specialis privativè ad Pontificem? t. 1. r. 88. §. 1. p. 118.

Et quid de Episcopis pro sua Diœcesi? ibid.

Impedimenta dirimentia an Pontifex constituere possit: t. 1. r. 91. §. 1. p. 121.

Super impedimento aliquo matrimonij an possit peti dispensatio tacito alio in posterum dispensando? t. 2. r. 99. §. 1. p. 236.

Si impedimenta duo ad matrimonium sunt in eadem persona, quorum alterum occultissimum est, ex cujus revelatione, si sciatur, sequitur personæ eo laboranti magnum detrimentum, & alia gravissima damna, quid in tali casu est faciendum? t. 2. r. 100. §. 3. & seqq. p. 237.

In impedimentorum matrimonij dispensatione an sit explicanda copula jam habita; tract. 2. resolut. 113. & p. 243. Ubi aliqua alia contingentia pro supradicta quæstione.

In impedimentis dirimentibus supervenientibus matrimonij jam contractis impedientibus petitionem debiti, an Episcopus possit dispensare? tract. 2. resolut. 133. §. pag. 259.

De clausula Dispensationum, *Dummodo impedimentum non de proveniens occultum sit.* Et de alia, ut conjux impedimenti ignarus certior fiat de prioris consensus nullitate, tr. 2. r. 164. per totam, p. 284.

Si ex impedimento aliquo justo quis non possit Romam adire pro absolutione, an teneatur recurrere per Epistolam ad Pœnitentiarium, vel possit absolvi ab Episcopo; t. 3. r. 28. §. 1. & seqq. p. 313.

Sed si impedimentum non est perpetuum, debet Episcopus ad reincidentiam eum absolvere, ibid. Ubi etiam proponuntur causæ dicti impedimenti.

Qui cum impedimento occulto dirimente matrimonium contraxit, cum hæc tria concurrunt, scilicet difficilis recursus ad Pontificem, scandalum si fiat separatio, & periculum incontinentiæ, potest ab Episcopo dispensari in hoc matrimonio, t. 3. r. 52. §. 4. p. 327.

* Vide verb. *Affinis, Cognatio, Commissio, Consanguineus, Copula, Crimen, Delegare, Divus, Dubium, Episcopus, Eximere, Expirare, Explicare, Inferior, Infidelis, Irregularitas, Judæus, Nuntius, Regulare, Scandalum, Subreptio.*

Impetratio.

* Vide verb. *Facultas, Rescriptio.*

Imponere.

* Vide verb. *Applicare, Beneficium, Delictum, Pœna.*

Impositio, Impositum.

Impositio manuum Episcopi an pertineat ad essentiam Ordinis Sacerdotalis, vel tantum sufficiat porrectio Calicis cum Patena, & tota forma dictæ traditionis correspondens, &c. t. 1. r. 12. §. 1. p. 18.

* Vide

* Vide verb. *Pœna*, *Sacerdos*.

Impotens.

Impotens ad recitandum Officium Divinum solus, an teneatur recitare cum socio? tract. 6. resol. 37. §. 1. & seqq. pag. 440.

Et quid, si antea recitabat cum socio; ibid.

Incestus.

* Vide verb. *Affinis*, *Consanguinea*, *Ignorare*, *Ingredientes*.

Incidere.

* Vide verb. *Crimen*.

Indicare.

* Vide verb. *Dignior*.

Indignus.

Indignum eligere ad beneficium an aliquando sit licitum; t. 1. r. 103. §. 1. & seqq. p. 366. Ubi, an sit licitum aliquando eligere in Parochum, & Episcopum hominem improbum, & pravis moribus notorie indignum, & diffamatum concubinarium, si alias non reperiatur idoneus ad ministranda Sacramenta? ibid. §. 5.

Indignum eligendo Senatus Panormitanus, an amittat ipsilla vice jus eligendi; tr. 3. resol. 111. §. 4. p. 371.

Indulgentia.

De Indulgentias non tantum indirectè & mediatè, sed etiam directè, & immediatè sacramentales pœnitentia à Pontifice tolli possunt, tract. 1. resol. 44. §. 3. pag. 59.

De Indulgentias an Pontifex intendat non solum liberare à pœnitentiis injunctis in confessione, sed etiam non injunctis? tr. 1. resol. 45. §. 1. p. 60.

De Indulgentiis antiquitus concessis quid est sentiendum? ibid. §. 8. p. 61.

Cum Indulgentia 40. vel 50. dierum, vel annorum conceditur, non intelliguntur dies, vel anni pœnarum, quas in Purgatorio eramus soluturi. ibid. §. 8.

Indulgentias an Capitulum Sede vacante concedere possit? tr. 5. resol. 42. §. 1. & seqq. p. 400.

Et quid de consuetudine circa hoc; ibidem. Ubi, an sit tutius, ut Capitulum committat alicui Episcopo, ut Indulgentias concedat in nomine ipsius Capituli.

* Vide verb. *Pœnitentia sacramentalis*.

Infantes.

Infantes an sint capaces Ordinum ante usum rationis, t. 1. tract. 1. p. 83.

Infantem ante usum rationis in Episcopum Episcopus creans, an validè illum ordinet; ibid. §. 4.

Infantem ante usum rationis sacris Ordinibus initiatum an possit Pontifex reddere inhabilem ad matrimonium, t. 1. tr. 76. §. 1. & seqq. p. 97.

Et an de facto Pontifices hoc effecerint; ibid. §. 3.

* Vide verb. *Baptismus*, *Baptizare*, *Confirmationis Sacramentum*, *Eucharistia*, *Gratia*.

Inferior.

An inferioris lege an possit validè sine causa Superior dispensare; t. 2. r. 10. §. 1. pag. 181.

Inferiores an possint in extraordinario aliquo eventu dispensare in legibus Superiorum, sive lex sit de matrimonio impediendo, sive de aliqua irregularitate, vel relevatione voti, & similium tract. 2. resol. 32. §. 2. pag. 193.

Quando inferior dispensat in lege Superioris, an possit imponere aliquod onus ei, cui dispensat; t. 2. r. 38. §. 1. pag. 196.

* Vide verb. *Causa*, *Cognitio*, *Dubium*, *Episcopus*, *Prælatus*, *Symonia*, *Taciturnitas*, *Votum*.

Infidelis, *Infidelitas*.

In infidelitate quis copulatus fuisset matrimonio suæ novercæ, validum est tale matrimonium, Patre defuncto, nec est dissolvendum cum ad fidem convertetur, t. 1. r. 81. §. 6. p. 108.

Infidelium matrimonia seu rata, seu consummata an possit Pontifex dispensando solvere, quando ambo baptizantur; tract. 1. r. 96. §. 8. p. 128. & melius in Res. 99. §. 1. pag. 130.

Et quid, si Pontifex habeat supremam potestatem, & temporalem jurisdictionem in quosdam Infideles, tr. 1. r. 96. §. 9. ibid.

* Vide verb. *Arbiter*, *Baptizare*, *Censura*, *Fidelis*, *Judæus*, *Jus*.

Infirmus.

Infirmus, qui non potest recitare Horas Canonicas statutis temporibus, an teneatur postea recitare? Et si non potest recitare totum Officium Divinum, an teneatur ad partem? Et si potest majorem partem recitare, an teneatur ad illam; tr. 6. r. 38. usque ad 44. Ubi alia circa infirmos, à pag. 441.

Si infirmo se aliquis offerret in socium ad recitandum Officium Divinum, an recitare teneatur? t. 5. r. 97. §. 3. pag. 479.

Infirmus, & si valens conversare cum amicis se invisitantibus ideo non tenetur recitare Officium divinum, ibidem.

Infirmus, qui prævidet post meridiem ex febri fore impediendus à recitatione Vesperarum, an teneatur illas manè recitare; tr. 6. res. 118. §. 4. p. 491.

* Vide verb. *Degluire*, *Dubitare*, *Ingressus*, *Medicus*.

Ingredi, *Ingrediens*, *Ingressus*.

Ad ingressum Religionis sub mortali an teneatur dispensatus à Pontifice in voto Religionis ratione infirmitatis si post multos annos postea convaluerit, t. 2. r. 74. §. 1. p. 223.

Ingredientes Monasteria Monialium, & incestum committentes cum Moniali, si delictum est occultum, an possint per Episcopum absolvi ab excommunicatione? t. 3. res. 31. §. 1. p. 314.

Ingrediendi Monasteria Monialium, an Capitulum Sede vacante, & ejus Vicarius licentiam concedere possint, t. 5. r. 28. §. 2. p. 394.

* Vide verb. *Votum*.

Inhabilis, *inhabilitas*.

Inhabiles ad contrahendum matrimonium an Pontifex aliquos privatos reddere possit? t. 1. r. 92. §. 1. & seqq. pag. 123.

Inhabilis ad beneficia an possit adjuvari Regula de triennali possessione; tract. 2. res. 170. §. *Ex his Baunius*, pag. 288.

In inhabilitate qualibet an Episcopus dispensare secum possit? t. 3. r. 18. §. 2. p. 307.

In inhabilitate contracta per Symoniam an Episcopus dispensare possit? tractatu tertio, resolutione 60. §. 1. pag. 331.

* Vide verb. *Hæresis*, *Infantes*.

Inquisitores.

Inquisitores an possint præbere licentiam legendi libros prohibitos, donec corrigantur: Ubi alia multa pro hac lectione, & librorum horum retentione, &c. tract. 3. res. 84. §. 1. & seqq. p. 347.

* Vide verb. *Hæresis*, *Vicarius*.

Insignia.

Insignia, & ornamenta Pontificalia quæ sunt; t. 3. r. 77. §. 1. & 8. p. 343.

Insignire.

* Vide verb. *Canonicus*.

Instantia.

Instantia prima Capituli Sede vacante an censeatur præservata in Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 20. de Reformatione*, tractatu quinto, res. 8. §. 2. & sequenti pag. 384.

Instituere.

Instituere an possit Episcopus diem festum alicujus Sancti nondum Canonizati, t. 3. r. 90. §. 1. p. 355.

* Vide verb. *Consensus*.

Institutum.

* Vide verb. *Confessio*.

Index

Instrumentum Ordinis.

* Vide verb. *Contractus.*

Integritio.

* Vide verb. *Affinis, Concelebrare, Consanguineus.*

Interdicere, Interdictum.

Interdicere usum Sacramentorum aliquibus an Pontifex possit; t.1. r.2.per totam,p.2. Ubi proponuntur diversi casus pro praxi dictæ quæstionis in omnibus Sacramentis lege eos in textu, & non pigebit.

Interdicti tempore an teneatur audire Missam habens privilegium Bullæ Cruciatæ, aut Breve Oratorij privati. t.1. r.102.§.8. p.136.

Interdictus excusatur à præcepto Missæ, licet facilè possit obtinere absolutionem à censura, ibidem, §. 12. pag. 137.

Interdictum tam personale quam locale an Capitulum Sede vacante ponere possit; t.5.r.30.§.2. p.394.

Interdictus Clericus an teneatur dicere Horas Canonicas? t.6.r.31.§.1. & seqq. p.437.

Si interdicti tempore conceditur privilegium Sacerdoti, ut Missam celebrare possit, extenditur privilegium ad Ministrum servientem, t.6.r.65.§.3.p.458.

* Vide verb. *Eucharistia, Extrema-Unctio.*

Internum.

* Vide verb. *Actus, Peccatum.*

Interpretari, Interpretatio.

* Vide verb. *Causa, Dubium, Facultas, Latè, Privilegium, Strictè.*

Interruptio.

Si cum interruptione notabili inter Psalmos ejusdem Horæ Canonicæ, vel Nocturni aliquis Officium Divinum recitet, an peccet mortaliter? tract. 6. resol. 67. §. 1. pag. 460.

Et quid, si interruptio duret per unam, vel duas horas, ibidem.

Imo an in Matutinis Vigiliæ nocturnæ plusquam per triginta horas inter se sine causa absque lethali culpa dici possunt, & ita recitantes Divino Officio & præcepto satisfaciunt,& non tenentur repetere sequenti die, t.6. r.68.§.1.p.462.& ref.98.§.5. p.480.

Et an supradicta interruptio intelligatur etiam in ordine ad recitationem publicam,quæ efficitur in Choro; t.6. r.98.§.5. p.480.

Interstitia.

In interstitiis tenetur Episcopus dispensare, si adsit justa causa; t.2.r.15.§.6.p.184.

Ut in instertitiis non servatis quis ordinetur, an Capitulum Sede vacante dispensare possit? Et quid de Vicario Capituli quoad hoc; t.5.r.16.§.1.& seqq. p.388.

Invalidum.

* Vide verb. *Beneficium, Confessio.*

Invitus.

Invito eo, cum quo dispensatur in voto, vel alio impedimento, an dispensatio fieri possit,t.2.r.82. §.1. p.227.

Invitis, & nolentibus subditis an possint Superiores irritare eorum vota, & juramenta sicut potest fieri absolutio excommunicationis illo invito, ibidem, §.3. & seqq. p. 228.

Invito altero ex contrahentibus matrimonium ratum, & non consummatum an Pontifex possit dispensare ob communem pacem, & posita gravi causa; tr.1. r. 94. §.9.11.& seqq. p.125.

* Vide verb. *Baptizare.*

Irregularis, Irregularitas.

Irregularitatum plurium impedimenta an sufficiat separatim exprimere, & de illis absolutionem obtinere, t. 2. r.61. §.1. p.211.

Idem est de aliis similibus.

Irregularis an possit juvari per Regulam Cancellariæ de triennali possessione? t.2.r.170.§.1.p.288.

Super irregularitate aliqua orta ex delicto an Episcopus possit imponere pœnam pecuniariam loco commutationis, tractat. 4. resolution. 8. §.2. pagina 381.

Absque irregularitatis metu quomodo potest Capitulum Sede vacante exercere jurisdictionem in criminalibus quando Episcopus habet jurisdictionem temporalem? t.5.r.7.§.2. p.384.

In irregularitatibus omnibus, super quibus Episcopus vigore Concilij Trid. sess.24. c. 6. dispensare potest, an etiam Capitulum Sede vacante, t.5. r.19.§.1.p.390.

Idem est de Collegio Cardinalium Sede vacante, tract. r.20.§.1.p.391.

Irregularis Beneficiarius an teneatur recitare Officium Divinum, t.6.r.10.§.1.p.423.& ref.112.§.4.p.487.

* Nota quod in indice primo hujus tom.3. in tr.3.*De protestate Episcopi quoad absolvendum, & dispensandum* sunt quamplurimæ difficultates sup. his verbis *Irregularis, Irregularitas*, in quibus Episcopus, Legatus, Nuntius, Commissarius Cruciatæ, & Confessarius vigore Bullæ Cruciatæ absolvere, & dispensare possint signanter à Ref.11. usque ad 15. 19. 22. & à Ref. 31. usque ad *66.*

* Vide etiam in hoc indice verb. *Beneficium, Episcopus, Excommunicatio, Expirare, Fœtus, Habilis, Homicidium, Illegitimus, Legatus, Mandans, Militare, Occidere, Ordinis Sacram. Prælatus Regularis, Subditus.*

Irritandum, Irritare, Irritum.

Irritare matrimonium Clandestinum an Pontifex potuerit, ut patet in Concilio Trid.sess. 24. c.1. *de Matrim.* t.1.r.91.§.1.p.121.

Ad irritandos contractus immediatè,& directè ad reddendos illos nullos Ecclesia habet potestatem, & habet etiam potestatem ad irritandas personas ad tales contractus, quod est irritare ipsos contractus indirectè, ibid. §.4. & seqq.

Irritando Pontifex sine justa causa aliqua matrimonia, an sint valida? t.1.r.93.§.1.p.124.

Si irrita fuit prima dispensatio matrimonij, an in secunda necessarium sit facere mentionem de nullitate primæ t.2.r.97.§.1.p.235.

Irrita an sit dispensatio copula non sequuta, si allegata copula, & Pontifex dispenset,si verè justa adsint; t. r.118.§.2.p.248.& seqq.

An irritetur testamentum pro foro conscientiæ sine solemnitate conditum, si lex,aut statutum decernit, quod testamentum nullam faciat fidem in judicio,& extra sine solemnitate factum? t.2.r.140.§.2.p.265.

* Vide verb. *Exprimere, Invitum.*

Iter agentes.

Iter agentes, qui non possunt recitare Horas Canonicas statutis temporibus, an teneantur postea recitare; t.6. r.39.§.1. &-seqq.p.444.

Jubilæum.

Jubilæi privilegium quatenus continet potestatem dispensandi,an sit latè, vel strictè interpretandum? tr.2.r.15. §.2. p.205.

Si virtute Jubilæi facultas delegata sit ad dispensanda, vel commutanda vota,an extendenda sit ad vota commissa post publicationem dicti Jubilæi; t.2. r.72.§.8.p.221.

Judæus.

Judæus, si subditus est Regis infidelis in servandis impedimentis matrimonij an subjaceat eidem Regi,t.1.r.63. §.5. p.120.

Et quid,si subditus sit Romano Pontifici? ibid.

Judex.

Judices arbitri,Judices accessores,& Judices delegati Episcopi an possint esse Religiosi omnes, (exceptis Minoribus,) accedente licentia Prælati, &c.tr.3.ref.94.§.12. pag. 360.

* Vide verb. *Bulla Cruciatæ,*

Judicare, Judicium.

* Vide verb. *Causa, Episcopus, Lex, Irritare.*

Juramentum, Jurare.

Juramenta an authoritate Divina possit Pontifex relaxare? tr.2.r.2.§.7.p.174.

Quando

Quando simul juramentum, & votum expressè adsunt soli Deo facta, & non explicatur utrumque vinculum, an dispensatio sit invalida? t. 2. r. 7. §. 1. & seqq. p. 221.
Facultas concessa ad dispensanda vota & commutanda an extendatur ad vota & juramenta ejusdem rei, cum simul duo vincula concurrant; t. 2. r. 72. §. 1. ibid.
Et quid, si juramentum non præstetur in voti confirmatione, sed independenter ab illo; ut si quis prius juravit, quamvis, & postea vovit idem, vel si prius vovit, & postea juravit, non quasi votum confirmans, sed vel ejus immemor, vel omnino independenter; ibid. §. 3. pag. 222.
Et quid in dubio, an juramentum posterius emissum sit præstitum ad solum confirmandum votum? ibid.
An juramenta relaxanda soli Deo facta an extendatur potestas delegata dispensandi, vel commutandi vota; t. 2. r. 73. §. 1. ibid.
Et quid, quamvis juramentum non habeat inclusam promissionem, sed absque ea soli Deo fiat, ibidem, §. 4. pag. 223.
An juramenta adjecta contractui, in quo est turpitudo, & iniquitas in creditore, an extendatur facultas delegata ad vota? ibid. §. 7.
Si posset Episcopus non revocare Vicarium, an adhuc possit illum revocare; tractatu 3. resolution. 93. §. 2. pag. 338.
An juramentis omnibus absolvere & dispensare an possit Capitulum Sede vacante? tr. 5. res. 25. & 26. per tot. pag. 393.
Si juramentum interpositum sit in nominatione Vicarij à Capitulo Sede vacante de non revocando Vicarium, an adhuc Capitulum eum revocare, & amovere possit? tract. 5. res. 75. §. 4. & seqq. p. 414.
* Vide verb. *Constitutio, Irritare, Revocare.*

Jurisdictio.

Jurisdictionis defectum an suppleat Pontifex in ministrantibus Sacramenta cum opinione probabili; tr. 1. res. 4. §. 2. & seqq. p. 6.
Et an finite errore communi absque titulo colorato, tr. 1. r. 5. §. 1. & seqq. p. 8.
Et quid, si adest titulus coloratus? ibid.
Jurisdictionem ordinariam in foro Pœnitentiæ quoad totam Ecclesiam habet Pontifex, idque à jure Divino cum primum est electus; t. 1. r. 35. §. 12. p. 44.
Item est de Episcopo pro tota sua Diœcesi, ibid. §. 13.
Jurisdictionem qui habet à Pontifice audiendi confessiones, potest illas audire ubique terrarum, tr. 1. res. 36. §. 2. p. 45.
Item est de Episcopo pro tota sua Diœcesi, ibidem, §. 5. pag. 45.
Si jurisdictionem delegavit audiendi confessiones suo arbitrio, potest illam revocare sine causa, non solum validè, sed etiam licitè, ibid. §. 6.
Jurisdictionem unde Sacerdotes habeant in foro Pœnitentiæ, t. 1. r. 37. §. 7. p. 46.
Jurisdictionem in aliquibus casibus an hodie suppleat Pontifex, ut Sacerdos non approbatus ab Episcopo possit excipere confessiones, non obstante Concilio Tridentino, tract. 1. resolut. 38. §. 1. & sequentibus, pag. 47. Ubi aliqui casus proponuntur circa jurisdictionem Confessarij Episcoporum, Cardinalium, & familiæ eorum, & Prælatorum Regularium, ibidem, & *Sed difficultas*, & in §. 10. & 11.
Jurisdictionem an præbeat Pontifex Regularibus, si Episcopus injustè deneget illis approbationem audiendi Confessiones, ibidem, §. *Secundus casus*, pag. 48.
Enumerantur alij casus, in quibus Pontifex supplet jurisdictionem, ut Sacerdos non approbatus audiat confessiones, tractatu primo, resolut. 39. §. 1. & sequent. pag. 49.
Jurisdictionem an suppleat, & conferat Pontifex in articulo mortis simplici Sacerdoti illam non habenti, saltem dum abest Sacerdos approbatus? tract. 1. res. 91. §. 3. pag. 53.
Iurisdictionem talem an Sacerdotes habeant à jure Divino, seu à Deo immediatè, vel à Pontifice, & Ecclesia; ibid. §. 4.
Et quid in dicto casu, si adest Parochus, vel approbatus ibid. §. 6.
Et an non solum in articulo mortis, sed etiam in periculo conferat Pontifex supradictam jurisdictionem simplici Sacerdoti; ibid. §. 4. in fine, & seq. & in §. 11.
Iurisdictionem aliquando an suppleat Pontifex in Ministro Extremæ-Unctionis, t. 1. r. 59. §. 6. p. 78.
Iurisdictionem delegatam habentes dispensandi in universum cum aliqua Communitate, cujus ipsi sunt partes, an possint secum dispensare; tract. 2. res. 5. §. 15. pag. 177.
Et quid, quando haberent limitatam potestatem dispensandi cum certis personis, ibid.
Iurisdictionem quasi Episcopalem, & ordinariam Abbates, & alij Prælati inferiores Episcopo habentes, an includantur sub nomine Episcopi in Decreto Concilij Tridentini sess. 24. c. 6. quoad dispensandum, & absolvendum; tr. 3. res. 5. §. 1. & seqq. p. 299.
In jurisdictione ordinaria Episcopi, an succedat Capitulum Sede vacante; tr. 5. r. 1. §. 1. & seqq. pag. 381.
Et an in delegata? Et an in voluntaria? Et an in competente Episcopo ex consuetudine; tr. 5. res. 2. 3. 4. p. 382. & seqq.
Et an in aliis casibus; Ubi aliqui pro praxi, tr. 5. res. 5. §. 1. & seqq. p. 383.
Iurisdictionem suam an possit Capitulum Sede vacante exercere, si Episcopus ad aliam Ecclesiam translatus adhuc non accepit possessionem; tract. 5. res. 6. §. 1. ibidem.
Iurisdictionem suam an possit Capitulum Sede vacante exercere in personas sæculares, quando Episcopus habet potestatem temporalem, tractat. 5. resolut. 7. §. 1. & seqq. p. 384.
Et quomodo in dicto casu in criminalibus absque metu irregularitatis; ibid. in fine.
Iurisdictionem aliquam an possit Capitulum Sede vacante exercere, electo Vicario; t. 5. r. 73. §. 1. p. 412.
Iurisdictio Vicarij Capituli Sede vacante quando expiret, t. 5. r. 79. §. 1. p. 416.
* Vide verb. *Absolvere, Administrare, Confessarius, Excommunicationis absolutio, Facultas, Iudæus, Ius, Metropolitanus, Potestas.*

Ius.

Iure Divino Pontifici, & Ecclesiæ competit potestatem committendi, ut simplex Sacerdos conferat omnes Ordines etiam majores, t. 1. r. 72. §. 4. p. 94.
Ius Divinum non prohibet matrimonium, vel usum ejus Sacris Ordinibus initiatis, t. 1. r. 77. §. 2. p. 98.
Iure naturæ non est nullum matrimonium inter socrum & nurum suam, inter novercam & privignum, inter Victricum & privignam, inter socrum & generum, inter avam & nepotem, inter aviam & nepotem, inter fratres & sorores, inter virum sororis suæ, inter uxorem fratris sui, & quid inter Patrem, & filiam? Ubi exprimitur gradus affinitatis, & consanguinitatis lineæ rectæ, & transversæ, t. 1. à res. 80. usque ad 85. inclusivè, p. 105. & seqq.
Neque jure Divino, neque jure naturæ, sed tantum jure Ecclesiastico est irritum matrimonium fidelis cum infideli, vel hæretica, t. 1. res. 86. §. 3. p. 115.
De jure Divino, nec naturali non est prohibitum dissolvere vinculum matrimonij rati, & non consummati, t. 1. r. 94. §. 1. p. 124.
In jure Divino positivo an Pontifex dispensare possit, t. 2. r. 2. §. 1. p. 173.
Et an jure Canonico positivo; tractat. 2. resolut. 3. §. 1. pag. 174.

Index

Jure ordinario an possit Episcopus dispensare in lege Concilij, & Pontificis, quoties facultas dispensandi non adimitur, vel restringitur ? t. 2. r. 24. & 25. p. 187.

Et quid, si expressè non concedatur ; tract. 2. res. 26. §. 1. pag. 189.

Si jus præcisè attenditur Parochos non posse in legibus Ecclesiasticis dispensare, sed ex consuetudine dispensant in jejuniis, & observatione Festorum, etiam si adiri possit Episcopus ; t. 2. r. 25. §. ult. ibid.

An de jure Divino, vel etiam de jure Ecclesiastico sit recitatio Horarum Canonicarum, & qualitas Officij sit de jure Ecclesiastico, t. 2. r. 51. §. *Hinc*, sed lege eam per totam, p. 206.

De jure Divino an sit residentia Episcopi ; t. 3. r. 70. §. 1. & seqq. p. 338.

An eadem juris dispositio debeat militare, ubi eadem ratio juris militat, t. 4. r. 9. §. 3. p. 377.

Jure communi non potest Prælatus Regularis deponere, nec degradare suos subditos, t. 5. r. 18. §. 2. p. 390.

Juris novi signum inductionis est hoc verbum *statuimus*, t. 6. r. 5. §. 6. p. 420.

Jure naturali Beneficiarius non recitans Officium Divinum primis sex mensibus an teneatur ad aliquam restitutionem, t. 6. r. 5. §. 2. & 5. p. 419.

* Vide verb. *Absolvere, Baptizare, Beneficium, Communio Sacra, Consanguinea, Declarationes, Ecclesia, Fœmina, Indignum, Jurisdictio, Matrimonium, Parochiale, Vicarius.*

L

Laicus.

LAico an aliquando sit licitum sumere sanguinem Christi ; tr. 1. r. 49. §. 12. p. 67.

* Vide verb. *Baptizare, Communio Sacra, Confessio, Deglutire, Eucharistia, Extrema-Unctio, Jurisdictio.*

Laudes.

Quando à Laudibus separatur Matutinum, an in fine dicenda sit oratio dei ? tractatu 6. resolution. 70. §. 1. pag. 462.

Qui à Laudibus Matutinum sejungit sine causa, an peccet venialiter ? ibid. §. 3.

Laudes an sint Hora separata, vel partes Horæ, nempe Matutini ; t. 6. r. 118. §. 2. p. 490.

Legalis cognatio.

* Vide verb. *Cognatio.*

Legatum.

* Vide verb. *Fœmina.*

Legatus à latere.

Legati potestas ad dispensandum an sit ordinaria, vel delegata ; Ubi an possit Legatus eam delegare ? t. 2. r. 26. §. 10. p. 190.

Legati dispensatio data sine causa an sit valida ? t. 2. r. 39. §. 3. p. 187.

Si ad Legatum est facilis recursus, & difficilis ad Pontificem an Episcopus possit in casu valde raro aliquando dispensare in impedimentis matrimonij ; tr. 2. res. 129. §. 5. 10. & 11. p. 255.

Legatus in sua Provincia an possit dispensare in votis, suspensionibus, & irregularitatibus cum Scholaribus, Mercatoribus, Medicis, Prætoribus, & similibus alienigenis, & forensibus omnibus, qui firmum domicilium non habent, vel tantum cum perpetuo ibi mansuris, t. 3. r. 13. §. 2. p. 304.

Legere.

Legendi libros prohibitos donec expurgentur, an Episcopus, vel Inquisitores licentiam præbere possint, tr. 3. r. 84. §. 1. & seqq. p. 347. Ubi alia multa pro lectione librorum prohibitorum, & aliorum continentium propositiones hæresim sapientes, malè sonantes, temerarias, scandalosas, aut contra bonos mores, & lascivas.

Legislator.

Legislator in justa dispensatione secum utendo, an peccet gravius, quam subditus ; t. 2. r. 12. §. 1. p. 182.

Legislator in tali casu an peccet duplici titulo, eam non revocando dum potest, altero ea utendo ibidem.

Si Legislator dispensat in aliqua lege sua, si dispensatio non est debita, sed gratia, an possit imponere aliquod onus ei, cum quo dispensatur ; tr. 2. r. 38. §. 1. & seqq. pag. 196.

Legitimatio, Legitimatus.

Ut legitimatus succedat etiam ad temporalia, an Pontifex possit in radice matrimonij dispensare, tr. 1. res. 8. §. 1. p. 116. Ubi alia pro intelligentia dictæ legitimationis, & radice matrimonij.

Levitas.

Levitas in vovendo an præstet sufficientem causam dispensationi, etiam si ita vovens non habeat difficultatem exequendi votum ; tr. 2. res. 80. §. 1. p. 226.

Lex.

In legibus suis dispensando Pontifex sine causa an peccet ? tr. 1. res. 27. §. 4. p. 35.

Legem ferre an possit Pontifex, ut matrimonium ratum per subsequens consummatum dissolvatur ; tr. 1. res. 9. §. 7. p. 128.

In legibus Episcopi, & aliorum Prælatorum an Pontifex possit dispensare, imo in Concilio includente ipsum Pontificem ; tr. 2. res. 3. §. 1. p. 174.

Lex an possit fieri à Concilio, qua sub mortali obligetur Pontifex ad non dispensandum ex ulla causa ; ibidem.

In lege Apostolorum an Papa dispensare possit ? ibidem §. 2. p. 175.

Qui in lege habet potestatem dispensandi cum aliis, an possit secum dispensare ? tr. 2. res. 5. §. 1. p. 175.

In lege propria, vel inferioris, si Superior sine causa dispenset, an sit valida dispensatio, & an peccet mortaliter, vel venialiter, tr. 2. r. 9. & 10. p. 181.

Si lex decernit, ut testamentum sine solemnitate nullam faciat fidem in judicio, neque extra judicium, an censeatur ipso facto, etiam quoad forum conscientiæ irritare testamentum sine tali solemnitate conditum ; t. 2. r. 140. §. 2. p. 265. Ubi circa aliquam legem non est receptum Concilium Tridentinum, an possint Episcopi uti dicto Concilio quoad dispensandum & alia vendum ; t. 3. r. 2. §. 1. p. 297.

Legis verba declarat observantia, & consuetudo subsequens, tr. 3. res. 84. §. 5. p. 347.

Legis mens aliquando magis est attendenda quam verba t. 4. r. 3. §. 3. p. 377.

In lege Pontificia an Episcopus dispensare possit, apponendo pœnam pecuniariam loco commutationis, t. 4. r. 7. §. 1. p. 380.

Legis, aut præcepti vim non habent Rubricæ præscribentes recitandi Officium Divinum, vel audiendi Missam hoc, aut illo modo, sed esse solius directionis & Regulæ, ut magis piè, & religiosè recitetur Officium, & audiatur Missa, &c. t. 6. r. 45. §. 4. p. 444.

* Vide verb. *Causa, Consuetudo, Decisiones, Declarationes, Dubium, Facultas, Inferior, Jus, Legislator, Potestas, Prælatus, Princeps, Successor, Votum.*

Liber.

* Vide verb. *Legere, Retinere.*

Libitum.

Ad libitum an dispensationes revocari possint ? t. 2. r. 12. §. 1. pag. 251.

Et quid, si gratis dispensset Pontifex, & non per modum contractus ? ibid.

Et quid de dispensationibus concessis à Sacra Pœnitentiaria pro foro conscientiæ, ibid. §. 3. p. 251.

* Vide

Vide verb. *Licentia, Revocare.*

Licentia.

Cum licentia Pontificis Capucinus, Minimus, Mercenarius transirent ad Canonicos Regulares, vel ad Carmelitas Claustrales, non tenerentur ad eorum specialia vota tam rigidè ut antea. t. 1. r. 79. §. 9. p. 103.

Quam concessam alicui Antistiti ab Episcopo defuncto revocare an possit Capitulum Sede vacante ad conferendos Ordines, & exercenda Pontificalia? t. 5. r. 10. §. 4. & seq. p. 385.

Quid, si Capitulum non revocet dictam licentiam? ibidem, §. 3.

Sine licentia Capituli Sede vacante nullus Episcopus potest conferre Ordines Religiosis virtute suorum privilegiorum. ibidem §. 6.

Eamdem alicui Episcopo concedere Capitulum Sede vacante potest, ut ordines conferat Religiosis, & Clericis alterius Diœcesis. t. 5. r. 11. §. 1. & seq. p. 386.

Eamdem assistendi matrimonio an Capitulum Sede vacante, & ejus Vicarius dare possit? t. 5. r. 28. §. 1. p. 394.

Literas Regularium ad confessiones audiendas, & prædicandum an Capitulum Sede vacante revocare possit? t. 5. r. 33. §. 3. p. 396.

Licentiam an Capitulum Sede vacante dare possit Monialibus exeundi è Monasterio ex causa? t. 5. r. 35. §. 1. ibidem.

Item an erigendi nova Monasteria? t. 5. r. 39. §. 3. & seqq. p. 399.

Et quid de Monasteriis Monialium? ibidem.

Item an ut ædificetur Ecclesia, & acquiratur jus Patronatus? t. 5. r. 40. §. 1. p. 399.

Licentia celebrandi Missam vulgari lingua non conceditur nisi à Papa, & ex gravi necessitate. t. 6. r. 49. §. 4. p. 447.

Absque licentia Pontificis an possint vendi pensiones omnes pro libito. t. 6. r. 138. §. 6. p. 502.

* Vide verb. *Canonicus, Causa, Clericus, Communio Sacra, Equites, Eucharistia, Expirare, Extrema-Unctio, Facultas, Ingredi, Legere, Novitius, Pontificalia.*

Licentiatus.

Licentiatus in Sacra Theologia, vel jure Canonico in aliqua universitate, si Sacerdos sit, an possit audire Confessiones Secularium sine alia approbatione Episcopi? t. 1. r. 39. §. *Octavus casus.* p. 51.

* Vide verb. *Vicarius.*

Linea.

* Vide verb. *Affinitas, Consanguinitas.*

Lingua.

Qui lingua Italica, Hispanica, aut alia vulgari sine causa recitat Horas Canonicas, an peccet mortaliter? t. 6. r. 49. §. p. 447.

Quid, si lingua Hebræa, aut Græca recitet; ibidem §. 6.

Item est, si obligatio oriatur ex voto, aut pœnitentia à Confessario imposita. ibidem §. 1.

* Vide verb. *Licentia.*

Litania.

Litanias non recitare privatim in diebus S. Marci, & Rogationum an sit peccatum mortale, si quis non adesset in Choro, vel Processionibus; t. 6. r. 92. 93. & 94. p. 475.

Literæ.

Literis Pœnitentiarij credi potest asserentis sibi vivæ vocis oraculo commissum esse, ut dispenset in aliquo casu Pontifici reservato. tr. 2. resol. 81. §. 6. p. 227.

Summa in literis Pœnitentiariæ clausula. *Discreto viro Magistro in Theologia, & Confessori ex approbatis.* t. 2. r. 154. §. 1. p. 277.

Literæ supradictæ non frustrantur suo effectu, si apertiantur à non habente dictas qualitates, sed aff peccet illas aperiendo; ibidem. Ubi qualis debeat esse Confessarius, ut possit prædictas literas exequi, tam ad favorem mulieris, quam viri obtentas; ibidem §. 2. & seqq.

Ex literarum supradictarum virtute an Confessarius Yemel electus possit variari; t. 2. r. 155. §. 1. & seqq. p. 278.

Pro literis Pœnitentiariæ an dispensatio fieri debeat in sacramentali confessione; tract. 2. resolut. 157. §. 1. p. 279.

Pro literis his expediendis Regulares habent privilegium, quibus Superiores permiserint, etiam si non sint Doctores, vel Magistri. ibidem §. 6. p. 280.

In literis Pœnitentiariæ aliquando apponitur, ut conjux ignorans certior fiat de prioris consensu nullitate. t. 2. r. 164. §. 2. p. 284.

De literarum clausula Pœnitentiariæ. *Gratis ubique.* t. 2. r. 165. §. 1. & seq. p. 284.

Et multa alia explanatione supradictarum literarum. tract. 2. à Res. 154. usque ad 165. inclusivè, à p. 277. ad 285.

Literas testimoniales an Capitulum Sede vacante intra annum concedere possit? t. 5. res. 13. per tot. p. 387.

Literas in formam *Dignum*, quæ mitti solent in dispensationibus matrimonij Vicario Episcopi, an eas exequi possit Vicarius Sede vacante? t. 5. r. 77. §. 1. & seqq. p. 415.

Et quid de literis directis ad Vicarium Episcopalem, sub nomine Vicarij? ibidem. §. 3.

Et quid de literis directis Episcopo defuncto per Sacram Congregationem, & ab eo non executis? ibidem.

* Vide verb. *Dimissoria, Expirare.*

Locus.

Locum primum, & honorabiliorem an debeat habere Vicarius Capituli Sede vacante in processionibus, & aliis; t. 5. r. 76. §. 3. p. 415.

Lucrari.

An lucretur distributiones Vicarius Capituli Sede vacante absens; t. 5. r. 76. §. 2. p. 415.

Idem est de aliis Officialibus, & Visitatoribus electis à Capitulo Sede vacante. ibidem.

* Vide verb. *Distributiones.*

Lumen.

* Vide verb. *Extinguere, Missam celebrare.*

M

Magister.

* Vide verb. *Delegatus.*

Mandans, Mandatarius.

Mandatarius si excedat mandatum, ita ut mors sequatur, an mandans incidat in irregularitatem, & an ab Episcopo possit dispensari; t. 3. r. 43. §. 1. p. 322.

Mandans homicidium in persona unius, si omittatur in persona alterius, an incurrat irregularitatem, & possit ab Episcopo dispensari. ibidem. §. 2.

Mater.

* Vide verb. *Baptizare.*

Materia Sacramenti.

Materia certa Sacramentorum deficiente, an possit Pontifex præcipere, ut in articulo mortis ministrentur Sacramenta cum materia dubia; t. 1. r. 3. §. 1. pag. 4.

Et in dicto casu an sit obligatio Charitatis sic administrandi Sacramenta? ibidem. §. 8. p. 5.

Circa materiam Sacramenti Ordinis multa dubia? t. 1. r. 67. §. 4. & seqq. p. 87.

Index

Matrimonium.

Ut matrimonium contrahat sacris Ordinibus initiatus, an Pontifex dispensare possit? t.1. r.77. §.1. p.98.

Ut uxorem Religiosus ducat, an Pontifex dispensare possit; t.1. r. 78. §.1. p.99.

Ut matrimonium neatur inter socerum & nurum suam, inter novercam & privignum, inter victricum & privignam, inter socrum & generum, inter aviam, & nepotem, & inter omnes affines in primo gradu lineæ rectæ an Pontifex dispensare possit? t.1. r.80.81. & 83. p.105. Ubi an affinitates omnes supradictæ dirimant matrimonium jure naturæ, vel sit validum tale matrimonium etiam ipso jure naturæ?

In supradictis affinitatibus ortis ex copula fornicaria Pontifex pro foro conscientiæ dispensat. t.1.r.80.§.8.p.106.

Si matrimonio suæ novercæ, quis in Infidelitate fuisset copulatus, validum est tale matrimonium patre defuncto, nec est dissolvendum, cum ad Fidem converteretur. t.1. r.81.§.6. p.108.

Idem est, si quis duceret eam, quam Parens fornicariè cognovit. ibidem.

Ut matrimonium quis contrahat cum uxore fratris, vel fœmina nubat cum viro sororis suæ, an Pontifex dispensare possit? t.1. r.82. §.1.p.109.

Matrimonium nullus gradus affinitatis in linea transversa dirimit jure naturæ. ibidem. §.4.

Ut in matrimonium Pater sumat filiam suam an possit dari casus, ut Pontifex hoc præcipere possit? t.1. r.85. §.1. & 11. p.113.

Matrimonium inter Patrem & filiam an sit jure naturæ irritum? ibidem. Ubi etiam, an si daretur casus, quod in mundo superessent Pontifex, Pater & filia, an Pontifex teneretur sumere in uxorem illam fœminam, & dispensare secum in Cœlibatu? §.11. p.114.

Et quid in dicto casu, si Pontifex fuisset impotens, & inhabilis ad contrahendum; ibidem.

Si ad matrimonium contrahendum cum hæretica in aliquibus locis consuetudine legitima derogatum sit, ne petatur dispensatio, an hoc procedit etiam in Regibus? t.1. r.86. §.14. p.116.

Matrimonium clandestinum an Pontifex potuerit irritare, & constituere impedimenta dirimentia tale matrimonium; t.1. r.91. §.1. p.121.

Matrimonium clandestinum contrahere an sit licitum, ita ut sit ratum? ibidem. §.14. p.123.

Ut matrimonium ab aliquibus contrahatur an Pontifex præcipere possit; t.1. r.90. §.1. & seqq. p.120.

Matrimonium ratum, sed non consummatum an Pontifex habeat potestatem solvendi? t.1.r.94.§.3. & seqq. p.124.

Et in dicto casu an possit Pontifex dispensare ob communem partem, altero ex contrahentibus invito; ibidem. §.11. p.125. Ubi, quod non est de jure Divino, nec naturali vinculum, seu separationis prohibitio talis matrimonij.

In matrimonio rato Episcopus non potest dispensare. ibidem §.13. Ubi, quod si laicus est evectus ad Pontificatum ante matrimonium consummatum, potest dispensare in suo matrimonio rato. §.ult. p.126.

Et quid in dicto casu, si matrimonium est consummatum; ibidem.

Matrimonia rata suorum subditorum an Princeps Gentilis possit dissolvere; t.1. r.95. §.9. p.127.

Matrimonij carnalis vinculum morte solvitur, ita ut non teneatur adire quis resuscitatus? t.1. r.100. §.14. p.132.

Matrimoniales causas an Capitulum Sede vacante cognoscere possit; t.5. r.28. §.1. p.393.

* In indice primo hujus tom. 3. in tract. 2. *De dispensatione*, sunt quamplurimæ difficultates sup. hoc verbo *Matrimonium* à Ref. 93. usque ad Ref. 116. inclusivè.

* Vide etiam in hoc indice verb. *Affinitas, mia, Causa, Conjux, Consanguinea, Consanguinitas, Consensus, Contrahere matrimonium, Denunciationes matrimonij, Dissolvere, Errare, lis, Fratres, Ignorans, Impedimentum, Infans, fidelis, Inhabilis, Interdicere, Irregularis, Jus, Legitimatus, Lex, Notitia, Religiosus, Scandalum, Subreptio, Uxor.*

Medicina.

* Vide verb. *Beneficiarius, Clericus, Sacerdos.*

Medicus.

Quando Medicus dubitat, an propter timorem damni teneatur infirmus dicere Horas Canonicas; æger sit obligatus illas persolvere, vel dicto casu accurrendum sit ad Superiorem pro dispensatione; r.44. §.1. & seqq. p.443.

Mentaliter.

Si mentaliter omnia verba Officij Divini quis dicat, satisfaciat obligationi; t.6.r.45. §.5. p.444. & Ref.54. 55. & 56. à p.449. ad 451. Ubi etiam, de partibus Missæ cantatæ excepta consecratione, mentaliter dici possint; t.6. r.54. §.2. & ref.55. & ref.56. §.ult. à p.449. ad 451.

Idem est de obligatione ex voto, vel pœnitentia à Confessario imposita. t.6.r.56.§.4. p.452.

* Vide verb. *Verbum, Vox.*

Mentio.

* Vide verb. *Affinitas, Cognitio, Consanguinea, Crimen, Nullitas, Taciturnitas.*

Metropolitanus.

Metropolitanus an possit dispensare cum Episcopis suffraganeis; t.2. r.29. §.1. & seqq. p.191.

Et quid cum subditis suffraganeorum; t.2. r.30. §.1. seqq. p. 192.

Et quid, si Episcopus suffraganeus suis subditis dispensationem petitam deneget, an possit Metropolitanus per appellationis aditum dispensare? ibidem §.3.

Et quid, si subditis dispensatio non sit debita, sed grata; ibidem §.6.

Metropolitanus extra casus supradictos an possit eodem tempore visitationis dispensare cum subditis suffraganeorum, sicut potest confessiones audire, & absolvere. t.2. r.31. §.1. & seqq. p.192.

Metropolitanus an possit mittere visitatorem Ecclesiæ vacanti si Capitulum negligens sit in exequenda jurisdictione Episcopali ad se devoluta? t.5. r.58. §.2. p.398.

Quando ad Metropolitanum electio Vicarij devolvitur ob negligentiam Capituli Sede vacante, an Vicarius debeat eligi ex gremio ipsius Capituli; t.5.r.66. §.1. p. 410.

* Vide verb. *Archiepiscopus.*

Metus.

Per metum obtenta dispensatio an sit valida? t.2.r.80.§.1. p.226.

Minister Sacramenti, Ministrans, Ministrare, Ministratio.

Si Minister certus Sacramentorum non occurrit habens potestatem certiorem, an possint ministrari Sacramenta cum ministro dubio. t.1.r.3. §.8. p.5.

In ministrantibus Sacramenta cum opinione probabili an Pontifex suppleat jurisdictionem; t.1.r.4.§.1. p.6.

Et quid stante errore communi cum titulo tamen colorato? ibidem §.7.p.7. & in ref.5. §.1.p.8.

Et quid absque titulo colorato; t.1.r.5. §.2.p.8.

* Vide verb. *Baptismus, Baptizare, Confessarius, Confirmationis Sacramentum, Extrema-Unctio, Missam celebrare, Ordinis Sacramentum, Sacerdos.*

Rerum Notabilium.

Miscere.

de verb. *Aqua.*

Missam audire.

Missæ præcepto excusatur excommunicatus, aut interdictus, licet facilè possit absolutionem obtinere. t.1. r.112. §.12. p.137.

Missam audire in propriis Parochiis non tenentur fideles in diebus Dominicis & festis, stante consuetudine, & privilegiis. t.3.r.87. §.2.p.352.

Missam, si Episcopus ferat excommunicationem super hoc; ibidem. §.3. p.353.

Missam audit animo non satisfaciendi pro tunc, sed postea rogando, an satisfaciat præcepto cum illa prima audiit. t.6.r.146.§.1. p.445.

Missæ est de pœnitentia in sancta audiendi Missam, &c. ibidem §.4.

Missam audit sine attentione saltem virtualiter, an satisfaciat præcepto; t.5.r.47.§.1. ibid. & 5.

Missæ, si quis Missam audiat cum distractione voluntaria, ibidem §.2. & 5.

Missa talis possit absolvi, etiam si emendationem non proponat; t.6.r.48. §.1.p.446.

Missæ, si careat attentione extrinseca ex inadvertentia. ibidem. §.6.

* Vide verb. *Interdictum, Lex, Occupatio, Rubrica.*

Missam celebrare.

Missam celebrare pro dando Viatico moribundo an Sacerdos post prandium possit; t.1. r.1. §.1.p.1.

Missam absque vestibus sacris, sine altari, & absque azymo pane? ibidem §. 1. 2. & §. *Potest etiam tertio inferri.* p.1. & 2.

Missam celebrasset Sacerdos, & lumina extinguerentur ante consecrationem, nec amplius accendi possint, non potest prosequi Missam etiam pro dando Viatico alicui moribundo. Et quid, si post consecrationem lumina extinguerentur? ibidem. §. *Et tandem.*

Missas duas celebrare in die an Sacerdos in aliquo casu possit; t.1. r.54. §.5. p.72.

In Missa Papali Nativitatis Domini Cardinalis sumens Eucharistiam è manu Pontificis an possit antea, vel postea dicere saltem duas Missas; ibidem. §.11.

Idem est de Canonico Basilicæ D. Petri, qui canit Evangelium, & sumit Eucharistiam à Sacerdote celebrante. ibid. p.73.

Tres Missam alij Sacerdotes non possunt bis, aut ter in illa die Nativitatis Domini communicare. ibidem.

Missam celebret Sacerdos non jejunus an Pontifex dispensare possit? t.1.r.55.§.1.p.73. Ubi, an singulo quoque anno Pontifex dispenset in jejunio saltem tacitè cum Cardinali, qui celebrat coram eo in nocte Nativitatis Domini, vel an pro illa nocte in ejus Capella Pontifex anticipet diem naturalem; §.2.

Fratres S. Marci Veneti celebrans in illa nocte ante mediam noctem semper est jejunus. ibidem. §.3.

Missam Pontifex celebrat, si propter tremorem manus non possit elevare Calicem, nec frangere Hostiam, an possit secum dispensare super hos Ritus & cæremonias; t.1.r.102. §.1. p.135.

Quam habeat justam causam secum dispensandi super hoc? ibidem §.2. & seqq.

Quam ad id teneatur; ibidem.

Et quid cum aliis circa supradictos ritus? ibidem. Ubi, an fractio, & mistio Hostiæ pertineant ad essentiam Sacrificij.

Quod Carthusienses non elevant Sacrum Calicem pro conservatione suarum cæremoniarum. ibid. Ubi etiam, quod in sumptione utriusque speciei non concedatur abundantior gratia, quam sub una tantum. §.7. p.136.

Missam celebrare saltem ter, vel quater in anno an sit obligatio ex præcepto Divino; ibidem §.8. p.137.

Si Missam celebrare certa die concedat Pontifex Sacerdotibus certæ Religionis de aliquo S. Beatificato? tunc non possunt facere Octavam, neque in illa dicere Missam de dicto S. Beatificato; t.3.r.90. §.2. p.353.

Si pro Missarum celebratione quis mutaret notabiliter vestes, etiam quoad colorem tantum, vel formam, an peccet mortaliter; t.6. r.49. §.4. p.443.

Missam dicere mentaliter an quis possit, seclusis verbis consecrationis; t.6. r.54. §.2. 55. §.4. & 56. §.ult. à p.450. ad 452.

Missam celebrare an Regulares possint; qui privilegiis Mendicantium gaudent de SS. Sacramento in quintis Feriis, etiam Adventus, & Quadragesimæ, & de Conceptione B. Mariæ in Sabbathis novem lectionibus non impeditis; t.6. r.58. §.4. p.462.

Pro Missa celebranda, vel commemoratione facienda Sanctorum Beatificatorum aliqua notabilia advertuntur. t.6.r.91.§.4. p.475. Ubi quod quando in Bullis Beatificationis alicujus Sancti fit à Pontifice potestas celebrandi Missam determinatis tantum personis, an tunc non liceat celebrare per alias personas; §. *Notandum.* p.474.

Missam celebrare intra annum, nec commemorationem in Missa facere, aut recitare de supradicto S. Beatificato non licet. ibidem. §. *Sed quæritur.*

Si Missam celebrandi in diplomate Beatificationis est concessum Religiosis aliquibus in suis Ecclesiis, non licet sæcularibus in aliis Ecclesiis, Parochiis, aut Monasterio Religionis celebrare. ibidem §.ult. p.475.

* Vide verb. *Concelebrare, Consecrare, Diœcesis, Interdictum, Lingua, Sacerdos.*

Mistio.

Mistio Hostiæ an pertineat ad essentiam Sacrificij; t.1. r.102.§.2. p.135.

Modus.

Modum benedictionis Chrismatis an Pontifex possit variare? t.1. r.15. §.1. & seqq. p.21.

Modis variis dispensatio cessare potest. t.2. r.104. §.3. p.239.

Molendinum.

* Vide verb. *Facultas.*

Monachus.

Cum Monacho aliquo an Pontifex possit dispensare super habenda proprietate? t.1.r.78.§.2. p.99.

Monachis facultas concessa testandi an expiret morte concedentis? t.2. r.145.§.1. p.269.

Monachus an possit eligi in Vicarium Episcopi, vel Capituli Sede vacante? t.3.r.94. §.2. p.359.

Et si Monachus constituatur Vicarius Episcopi absque licentia Superioris, an teneantur gesta & acta per eum; ibidem. §.8. Ubi aliqua alia contingentia pro supradictis quæstionibus, & seqq. p.360.

Monasterium.

Monasteria Monialium Sedi Apostolicæ subjectarum an Capitulum Sede vacante, & ejus Vicarius visitare possint? t.5. r.36. §.1. p.396.

Ingredientes septa Monasterij Monialium, & cum sacra virgine incestum committentes, si casus sit occultus, an possint ab Episcopo absolvi? tr. 3. resol. 31. §.1. p. 314.

Et an possint supradictam absolutionem obtinere à quocumque Confessario, vigore Bullæ Cruciatæ? ibid. §.3.

Religiosi admittentes fœminas intra claustra Monasterij, an possint absolvi ab Episcopo, à suspensione inde incursa, si sit occulta, quod idem dicendum est de Prælatis Regularium? t.3. r.30. §.3. ibid.

* Vide verb. *Alienare, Ingredi, Licentia, Missam celebrare.*

Monialis.

Monialis è suo Monasterio ad malum finem egressa an possit absolvi ab Episcopo, vel Prælato Regulari, dummodo delictum sit occultum? t.3. r.30. §.3. p.314.

Moniales

Moniales extra Chorum an teneantur sub onere peccati mortalis persolvere Horas Canonicas; t.6. r.12.§.1. p. 423.

Et an hoc ex vi saltem consuetudinis præscriptæ ad culpam mortalem obligantem; ibidem. §.3. p.423.

Moniales an possint introducere consuetudinem, quæ apud ipsas habeat vim legis circa hoc? t.6. r.15. §.2. p.426.

Moniales omnes tam exemptæ, quam non exemptæ, sed sub Episcoporum regimine viventes an possint recitare Officium de SS. Sacramento in quintis feriis Adventus, & Quadragesimæ, & de Conceptione B. Virginis in Sabbathis novem lectionibus non impeditis; t.6.r.68. §.4. p.461.

Monitorium.

Monitoria ad effectum revelandi an Capitulum Sede vacante concedere possit; t.5. r.29. §.1. p.394.

Mori, Mors.

* Vide verb. *Expirare, Vicarius.*

Mos.

* Vide verb. *Aqua, Consecrare, Deglutire.*

Mulcta pecuniaria.

Mulcta pecuniaria à pœna an differat; t.4. r.3. §.2.p.377. Sed vide ibi omnes octo Resolutiones præcitati tractatus, & in tr.5 res.59. §.1. p.407.

* Vide verb. *Baptismus.*

Munus syndicandi.

Munus syndicandi an Capitulum Sede vacante exercere possit; t.5. r.34. §.2. p.396.

Mutare, Mutatio.

In mutatione Officij Divini pro alio Officio an detur parvitas materiæ; t.6. r.80.§.3. p.468.

Mutatio dicendi in Choro Officium sub ritu duplici, ubi sit dicendum de simplici, vel è contra, an sit tantum peccatum veniale, dummodo absit scandalum; t.6.r.90. §.9. p.474.

Si mutat Episcopus, vel Cardinalis Officium de Feria in recitatione Officij de Sancto, an socius cum illis recitans peccet venialiter propter dictam mutationem Officij? t.6. r.100. §.1. & seqq.p.481.

* Vide verb. *Curialis, Missam celebrare, Vestes.*

Mutilare, Mutilator, &c.

Qui mutilavit alicujus membrum, an sit irregularis, & ab Episcopo dispensabilis; t.3. r.40. §.1. p.321.

Et quid de Prælatis Regularibus circa suos subditos? ibidem.

Mutilator non est, qui alium excœcat, sed oculum foras non eruit, neque qui fœtum, antequam animetur occidit. ibidem. §.2.

N

Narratio.

* Vide verb. *Curialis.*

Necessitas.

In Necessitate urgentissima an possit Episcopus dispensare in impedimentis dirimentibus matrimonium ante contractum matrimonium? Et quid post contractum matrimonium? t.2. r.132. per totam §.1. p. 258.

* Vide verb. *Absolvere, Aqua, Confirmationis Sacramentum, Communio, Contactus, Votum.*

Negare.

* Vide verb. *Affinis, Consanguinea, Consanguineus.*

Nomen.

Sub nomine Episcopi an intelligatur Episcopus loci in quo aliquis ortus est, aut habet domicilium, vel saltem commoratur; t.2. r.43. §.5. p.200.

* Vide verb. *Errare, Falsum, Subditus, Vicarius.*

Notitia.

* Vide verb. *Effectus.*

Novitiatus, Novitius.

Ut ante Novitiatus annum emittatur professio, si Pon. dispenset, quomodo facienda sit renunciatio bon. juxta *Concilium Trid. sess.25.c.16.de Regular.* t.2. r. §.1. p.218.

Et quid, si minor sit Novitius sexdecim annis, a ita abbreviaretur tempus à jure præscriptum? dem.

Novitiatus annus debet esse continuatus continua physica, & non morali, ita ut si per unam, aut horas interrumpatur, non est validus, etian Novitius habitum Religionis retineat; t.2.r.171. p. 292.

Novitiis an Capitulum Sede vacante possit dare licen disponendi de eorum bonis temporalibus? t.5. r. §.1. p. 396.

* Vide verb. *Chorus.*

Nullitas.

De nullitate primæ dispensationis ad contrahendum trimonium obtentæ, an sit necessarium mentionem cere in secunda petenda de nullitate primæ; t.6. r. §.1. p.235.

Nuntius Apostolicus.

Si Nuntius adsit, & sit difficilis aditus ad Pontifi Episcopus possit dispensare in impedimenti mentibus matrimonium? t. 2. r. 134. §.5. & fin. p. 259.

Nuptia.

Qui nuptias ter, vel quater contraxit, non est necessa id exprimere in petitione dispensationis bigamiæ; r.62. §.3. p.212.

O

Obedientia.

In Obedientiæ voto an Pontifex dispensare pos Et quid cum Religioso facto Episcopo; t. r.66. §.1. p.218.

Obligare, Obligatio.

Obligare an Pontifex ita possit, in suis præceptis in ministratione Sacramentorum, ut aliquando excu tur ab observatione præcepti Divini; t.1. res.1. pag.1.

Obligatio, an sit habendi contritionem in articulo m tis ex alio capite, scilicet diligendi Deum; t.1. §.13. p.57.

Obligatio Castitatis in sacris Ordinibus initiatis an s solum ex præcepto Ecclesiæ directè præcipiente castitatem, vel immediatè sit ex voto Castitatis in ne sacro tacitè emisso; t.1. r.77. §.6. p.99.

Obligatio restituendi fructus beneficiorum an tolu per Regulam Cancellariæ de triennali possessione; t. r.168. §.7.p.287.

Ab obligatione restituendi fructus excusantur diver personæ, quæ etiam ex causis non obligantur ad Of cium Divinum? t.6. r.29. §.1.p.436.

* Vide verb. *Beneficium, Causa, Chorus, Consuetudo, Dignior, Dubium, Lingua, Missam celebrare, Occupatio, Præstimonia, Regulares, Sacristia, Stylus Curiæ, Votum.*

Observantia.

Observantia subsequens declarat verba legis, statuti, t.3. r.84. §.5. p.347.

Occidere.

Qui occidit fugientem in rixa an possit super irregula ritate ab Episcopo dispensari? t.3.r.46.§.2. paulo post initium. p. 324.

* Vide verb. *Fœtus, Homicidium.*

Occultum Delictum.

* Vide verb. *Delictum.*

Occultum homicidium.

* Vide verb. *Homicidium, Irregularis.*

Rerum Notabilium.

Occupatio, Occupatus.

Occupatus in docendo publicè in habenda lectione publica in Concursu, & Cathedra, in subveniendo proximo ægrotante, in sedando populi tumultum, vel componendo graves inimicitias, & in aliis similibus casibus, an possit omittere Officium Divinum, & præceptum audiendi Missam: t.6. r.29. §.1. p.416.

In dictis casibus, sicut eos necessitas excusat à peccato recitandi Horas Canonicas, sic etiam ab obligatione reddendi fructus. ibidem.

Occupationem inexcusabilem habens, qui non potest recitare Horas Canonicas statutis temporibus, an teneatur postea recitare? t.6.r.39.§.3.p.441.

Occupatio magna excusat à dicendo toto Officio Divino, non tamen excusat à dicendo Horas Canonicas, quas dicere quis commodè possit. t.6. res.98. §.4. p.480.

Officiales.

Officiales electi à Capitulo Sede vacante an debeant stare residentiæ, & rationem administrationis reddere Capitulo Sede vacante, ac pro admissis à Capitulo puniri, &c. t.5. r.81. §.2. p.417.

Vide verb. *Distributiones.*

Officium Divinum, & B. Virginis.

Officium B. Virginis an pensionarius teneatur sub mortali dicere; t.6.r.138. & 139. p.500. & seqq. Ubi alij casus pro pensionario circa obligationem recitandi Officium B. Virginis.

Officium B. Virginis pensionarius relinquens recitare, an teneatur restituere omnes fructus, vel tantum tertiam partem; t.6.r.139.§.1. & seqq. p.502. & seq.

* Pro Officio Divino in indice primo posito in principio hujus tom. 5. ex tract. 6. *de Horis Canonicis*, lege omnes ejus quamplurimas quæstiones, ubi reperies, quid sup. hoc occurrere potest.

* Vide etiam in hoc indice verb. *Hora Canonica, & ejus adnotationem, Omissio, Pensio.*

Officium civile, Ecclesiasticum, & Regulare.

Qui officium habet, & actionem continuam justitiæ, cum quibus consistere non potest Horarum Canonicarum lectio, an excusetur ab earum recitatione? t.6. r.28. & 29. p.435. & seq.

* Vide verb. *Officiales, Præfectus Chori, Prælatus, Regularis.*

Oleum.

* Vide verb. *Benedicere.*

Omissio.

Casus Officij Divini per tres vices in anno an constituat peccatum mortale? t.6.r.56.§.1.p.451.

* Vide verb. *Extrema-Unctio, Parvitas materiæ, Vesperæ.*

Onus.

Onus aliquod an possit imponere Episcopus, quando dispensat super aliqua irregularitate orta ex delicto; t.2. tr.1. §.4.p.196.

* Vide verb. *Causa, Inferior, Legislator.*

Opinio probabilis.

Opinione probabili an possit uti in administratione Sacramentorum relicta probabiliori; t.1.r.60. §.14. & seqq. p.81.

An opinio probabilis aliquorum asserentium in recitatione Officij Divini relinquentem unam Horam integram ex minoribus peccare tantum venialiter ratione parvitatis materiæ; t.6.r.78. §.1.p.467.

Amplectenda probabilitatem. t.6.r.88. §.3.p.472.

* Vide verb. *Doctor.*

Oratio.

* Vide verb. *Laudes.*

Oratorium.

* Vide verb. *Interdictum.*

Ordinis Sacramentum.

Ad ordinationis Episcopi valorem an requiratur, ut fiat tribus Episcopis; t.1. r.61. §.1. p. 81.

Ordines minores, & Subdiaconatum an sint sacramentalia, & non Sacramenta, ideo possit Pontifex auferre ab Episcopo potestatem conferendi Subdiaconatum, & minores Ordines; t.1. r.64. §.1. p.84.

Ordinum minorum collationes factas ab Episcopo excommunicato, suspenso, &c. invalidas habere an Pontifex possit? tr.1. r. 65. §.3. p.85.

Et quid quoad primam Tonsuram, ibidem. §.5. & seqq.

Ordines validè potest conferre Episcopus hæreticus, schismaticus, degradatus, &c. ibidem. §.1. & seqq. p.84. & seqq.

Ut Ordines minores, Subdiaconatum, Diaconatum, & Presbyteratum simplex Sacerdos conferat, an Pontifex dispensare possit? t.1. à Res.68. usque ad 72. inclusivè, à p.90. ad 93. Ubi pro praxi adducitur quædam Bulla, & facultas concessa quibusdam Abbatibus exemptis & pro Cardinalibus circa minores Ordines.

Ordines minores, Subdiaconatum, & Diaconatum, an Abbates Ordinis Cisterciensis possint conferre Religiosis ejusdem Ordinis; t.1. r.69. §.4. p.91.

Et an hoc privilegium quoad Subdiaconatum, & Diaconatum, sit revocatum per Concilium Tridentinum; t.1.r.70.§.3. p.92.

Ut Ordines minores, & majores simplex Sacerdos conferat, an Pontifex facultatem concedere possit ante consecrationem; t.1.r.73.§.1. p.94.

Et an hoc à jure Divino Pontifici, & Ecclesiæ conveniat; t.1. r.72. §.4. ibid.

Ut ordinet Diaconus alium Diaconum, vel saltem Subdiaconum, an Pontifex facultatem dare possit? t.1.r.74. §.1. ibid.

Ordines etiam minores conferendi potestatem Episcopus committere non Episcopo non potest. t.1. r.68. §.ult. p. 91.

Ut ad primam Tonsuram, vel minores Ordines ne in posterum promoveantur, nisi qui se voto solemni castitatis adstrinxerint, an Ecclesia constituere possit; t.1. r.76. §.10. p. 98.

Ad Ordines minores, & etiam sacros an possit Episcopus dispensare super irregularitate orta ex homicidio casuali in rixa subita & inopinata contingenti, quando est publicum; t.3. r.44. §.1. & seq. p.322.

Ut Ordinibus minoribus, imo & sacris utatur homicida voluntarius, an Episcopus dispensare possit, justa interveniente causa; t.3. r.49. §.1. & seq. p.325.

Ad Ordines sacros suscipiendos an in aliquo casu cum homicida voluntario Episcopus dispensare possit; t.3. r.52. §.1. p.327.

Ad Ordines sacros recipiendos, & exercendos Episcopus dispensare potest, quando irregularitas est occulta. t.3. r.55. post medium. p.328.

Quoad Ordines minores, & beneficium simplex, an irregularitas veræ bigamiæ sit dispensabilis ab Episcopo; t.3. r.58. §.1. p.329.

Ordines minores conferendo Episcopus in peccato mortali an peccet mortaliter; Et an Ordines minores, & Tonsura sint Sacramenta; t.3. r.80. §.3. & 4. p.345.

Quoad Ordines recipiendos Regulares subjecti sunt Episcopo. t.5. r.11. §.7. p.386.

Ordinare Diœcesanos suos per alium Episcopum Pontificalia exercentem an possit Capitulum Sede vacante intra eundem annum vacationis Sedis; t.5. r.12. §.3. p.387.

Si ordinet aliquem Capitulum Sede vacante intra annum contra formam Concilij Tridentini, an Ordinatus possit obtinere beneficium? t.5.r.15.§.1.p.388.

Quoad Ordines minores an Capitulum Sede vacante cum illegitimis dispensare possit? tr.5. res.171. §.1. p.389.

Et

Et quid de Vicario Capituli quoad hoc; ibidem.
* Vide verb. *Confirmationis Sacramentum, Contactus, Creare, Dimissoria, Expositus, Facultas, Fœmina, Illegitimus, Impositio, Infans, Interstitia, Irregularis, Ius, Matrimonium, Obligatio, Sacerdos.*

Ornamentum.

Ornamenta, & Insignia Pontificalia quænam sunt, tr. 3. ref. 77. §. 1. & seqq. pag. 342.

P.

Pallium Archiepiscopale.

* Vide verb. *Archiepiscopus.*

Panis.

* Vide verb. *Missam celebrare.*

Papa.

* Vide verb. *Confessarius, Pontifex.*

Parochia.

* Vide verb. *Cancio, Missam audire, Parochus.*

Parochiale.

Ad PArochialem Ecclesiam præsentatus à Patrono laico, an possit ab Episcopo examinari coram Examinatoribus non constitutis in Synodo; tr. 3. r. 109. §. 1. & seqq. p. 370.

In Parochialibus Iurispatronatus an requiratur examen per Concursum? ibid. §. 2.

Et quid, si Patronus laicus præsentet plures Clericos ad Parochialem; ibid. §. 4.

Et quid, si Parochialis esset Iurispatronatus misti partim Ecclesiæ, & partim laici; ibid. §. 4.

Et quid, si per duas partes pertineat ad laicum, & per unam tantum ad Ecclesiasticum, ibid. §. 4. & seqq.

Parochus.

Parochus, si difficilis est aditus ad Pontificem, & Episcopum, & adsit necessitas, an possit dispensare in voto castitatis absoluto? t. 2. r. 75. §. 3. pag. 224.

Parochus absens à sua Parochia ultra duos menses an peccet mortaliter, & teneatur fructus restituere; tr. 3. r. 71. §. 2. p. 339. Ubi aliqua contingentia in dicto casu in principio dictæ Resolutionis, an Parochus possit eligi in Vicarium à Capitulo Sede vacante, tr. 5. r. 67. §. 1. p. 411.

Parochus quid teneatur restituere pro omissione in recitatione Officij Divini cujuslibet diei, quid pro toto Officio, & quid pro singulis horis Canonicis; t. 6. r. 123. §. 2. p. 494.

* Vide verb. *Consuetudo, Examen, Extrema-Unctio, Ignorantia, Ius.*

Parvitas materiæ.

Si per paucos dies Beneficiarius omittat recitare Horas Canonicas, an excusetur non solum à restitutione fructus, sed etiam à peccato mortali? tract. 6. ref. 5. §. 1. pag. 419.

Et quid, si per tres vices in anno, t. 6. r. 56. §. 1. post medium, cursim in vers. primo, p. 451.

Parvitas materiæ an sit omissio unius integræ Horæ Canonicæ, vel constituat peccatum mortale? t. 6. ref. 76. §. 1. & seq. p. 466.

Et an sit probabilis talis opinio, t. 6. r. 78. §. 1. p. 467.

Et quid, si quis omittit medietatem Tertiæ, vel Sextæ, an satisfaciat præcepto, t. 6. r. 79. §. 1. ibid.

Et an parva materia sit in Officio Divino, quæ est minor octava parte, t. 6. r. 83. §. 1. & seqq. p. 469.

Et an minor pars relicta sufficiat in Choro ad peccatum mortale, quam in recitatione privata, tr. 6. r. 80. §. 2. pag. 468.

Parvitas materiæ an detur in mutatione Officij pro Officio? ibid. §. 3.

Parvitas materiæ an detur in præcepto non addendi, vel minuendi aliquid ex Officio Canonico, t. 6. r. 85. §. 1. pag. 470.

Vesperas Sabbathi Sancti omittens an peccet mortaliter; t. 6. r. 90. §. 11. p. 474.

Si per octo, vel decem dies Beneficiarius omittat Officium Divinum, an teneatur ad restitutionem? r. 115. §. 1. p. 489.

Parvitas materiæ an detur in obligatione restituendi fructus pro omissione Horarum Canonicarum? t. 6. r. §. 1. ibid.

Quænam pars omissa à Beneficiatio sit levis, ut non obliget ad restitutionem fructus, etiam si fructus respondentes illi parti omissæ sint magnæ, & notabilis quantitatis? Et quid, si pars fructus correspondens sit parva, ut non pertingat ad peccatum mortale in materia furti, an teneatur illam restituere sub mortali? t. r. 117. §. 1. p. 490.

* Vide verb. *Beneficium, Chorus.*

Pater.

* Vide verb. *Baptizare, Filia, Filius.*

Patientia.

Patientia Prælati an sufficiat pro dispensatione; t. 2. §. 1. p. 200.

Patrinus.

* Vide verb. *Baptismus.*

Patronus.

* Vide verb. *Parochiale, Resignatio.*

Pauperes, Paupertas.

Pauperes eligere an possit Capitulum Sede vacante, a quos hæreditas ad hunc usum relicta distribuatur, a nulli Curatores, vel executores ultimæ voluntatis dati? t. 5. r. 44. §. *Igitur.* ante medium. p. 401.

In paupertatis voto solemni an Pontifex possit dispensare t. 1. r. 79. §. 3. & seq. p. 101. & melius in t. 2. r. 66. p. 1

* Vide verb. *Proprietas.*

Peccatum.

Peccata mortalia interna an Pontifex reservare possit t. 1. r. 32. §. 1. p. 40.

Et quid de Episcopis & Religiosis? ibidem. §. 7. p. 41.

Peccata merè interna Ecclesia non potest afficere censuris. ibidem §. 3.

Peccata omnia mortalia an possit Pontifex reservare; an validè, licet illicitè; t. 1. r. 33. §. 1. p. 41.

A peccato mortali an sit necessarium, ut contritione, aliter justificati sint Hæretici, Schismatici, excommunicati, suspensi, &c. quando in articulo mortis aliquem absolvunt; t. 1. r. 43. §. 8. p. 58.

* Vide verb. *Absolvere, Veniale peccatum.*

Pensio.

Pensio non revalidatur per Regulam Cancellariæ de triennali possessione. t. 2. r. 168. §. 6. p. 286.

Pensio obtenta à Pontifice absque justa causa sine obreptione, aut subreptione an sit licita, & possit obtineri in foro conscientiæ; t. 2. r. 173. §. 1. p. 294.

Qui pensiones plures habet, an teneatur Officium Divinum pluries recitare? t. 6. r. 112. §. 5. p. 487.

Pensiones omnes an possint vendi pro libito absque licentia Summi Pontificis; t. 6. r. 138. §. 6. p. 502.

* Vide verb. *Beneficium, Officium B. Virginis.*

Percutere.

Qui percutit prægnantem in utero sine intentione caudi abortum, si postea sequatur ex hujusmodi percussione, an sit homicida voluntarius, vel possit ab Episcopo dispensari super irregularitate? t. 3. r. 43. §. 1. p. 322.

Peregrinus.

Peregrini an possint dispensari ab Episcopo, etiam si brevi tempore in ejus Diœcesi commorantur? t. 2. r. 13 §. 1. p. 274.

Periculum.

Si Periculum sequatur, an possit Episcopus dispensare in impedimentis dirimentibus matrimonium, quando contractum est mala fide. t. 2. r. 131. §. 1. p. 257.

Permissio, Permittere.

* Vide verb. *Confirmationis Sacramentum, Conservare, Contactus, Extrema-Unctio.*

Rerum Notabilium.

Persona.

Vide verb. *Concedere, errare, Missam celebrare, Vitare.*

Pestis.

Vide verb. *Extrema-Unctio.*

Petens, Petere.

Petens dispensationem à Superiore sine causa, an peccet mortaliter, vel venialiter; tr. 2. res. 11. §. 1. p. 181.

Quæ in dicto tract. 2. *de Dispensatione* alias multas difficultates invenies pro occurrentibus in petitione dispensationis.

Pœna.

Pœna per Episcopum mortuum impositas an Capitulum Sede vacante dispensare, & remittere possit? t. 5. r. 48. §. 1. n. 402.

Vide verb. *Prælatus, Regularis, Residere, Vicarius.*

Pœna pecuniaria.

In indice primo hujus tom. vide super hoc verb. omnes quæstiones tract. 4. de Pœnis, seu mulctis, & tr. 5. Res. 59.

Pœnitens.

Vide verb. *Facultas, Ignorantia, Pœnitentia, Sacramentali.*

Pœnitentia Sacramentum.

Pœnitentiæ Sacramentum an Pontifex interdicere possit non solum constitutis in articulo mortis, sed etiam sanis, t. 1. r. 2. §. 1. p. 2.

Quo Pœnitentiæ Sacramento an possit in articulo mortis supplere præceptum contritionis; tr. 1. res. 42. §. 8. pag. 36.

Pœnitentia Sacramentalis.

Pœnitentias in Confessione impositas an Pontifex, etiam si Sacerdos non sit, possit tollere; tract. 1. res. 44. §. 1. pag. 39.

Pœnitentiam sacramentalem non tenetur servare pœnitens, si probabiliter Indulgentiam lucratus est. Et quid, si pœnitentia sit medicinalis; ibidem §. 8. & 7. pag. 60.

Pœnitentiam à Confessario injunctam an adimpleat, qui habitam animo non satisfaciendi pro tunc, sed postea intrando, & tamen postea pertæsus vult satisfacere illa prima recitatione; tr. 6. r. 46. §. 4. p. 445.

Pœnitentiam à Confessario injunctam an impleat, qui eam mentaliter persolvit, t. 6. r. 56. §. 4. in fine, p. 352.

Qui ratione pœnitentiæ, & beneficij est obligatus in die recitare Officium Divinum, an teneatur pluries in die recitare, t. 6. r. 112. §. 5. p. 487.

Vide verb. *Indulgentia, Lingua.*

Pœnitentiaria, Pœnitentiarius.

In Pœnitentiaria dispensationes concessæ in foro conscientiæ non revocari possunt absque causa, t. 2. r. 122. §. p. 251.

An pœnitentiam per epistolam an debeat recurrere impotens ex aliquo justo impedimento Romam adire pro absolutione, vel possit ab Episcopo absolvi, tr. 3. res. 8. §. 1. p. 313.

Pœnitentiarios an Capitulum Sede vacante deputare possit cum potestate absolvendi ab excommunicationibus, de casibus Episcopo reservatis; tract. 5. resol. 31. §. 4. pag. 395.

Pœnitentiariam an Capitulum sede vacante providere possit tunc temporis vacantem; t. 5. r. 47. §. 1. p. 401.

Vide verb. *Litera.*

Pontifex.

In indice primo hujus tom. 3. tractatus primi *de potestate Pontificis quoad Sacramenta*, ipse titulus demonstrat, quod omnes quamplurimæ ejus difficultates pertinent ad hoc verbum *Pontifex*; Ubi invenies circa contenta in ejus titulo curiosas, & notabiles quæstiones.

* Eadem est ratio ferè in omnibus Resolutionibus, tr. 2. *De Dispensatione.*

Pontificis Confessarius ex veriori sententia non à jure Divino, sed ab ipsomet Pontifice habet jurisdictionem ad illum absolvendum, t. 3. r. 17. §. 3. p. 306.

An Pontifex solus dispensset cum illegitimis ad Ordines sacros, beneficia Curata, Dignitates, Canonicatus, &c. t. 3. r. 66. §. 4. p. 335.

Pontifex quo pacto dispensare potest in residentia Episcoporum, t. 3. r. 70. §. 1. p. 338.

* Vide verb. *Baptismus, Causa, Communio, Confirmationis Sacramentum, Dignior, Extrema-Unctio, Interdicere, Interdictum, Jurisdictio, Matrimonium, Ordinis Sacramentum,* & passim in multis aliis verbis hujus indicis.

Pontificalia.

Pontificalia nullus Episcopus exercere potest in Diœcesi, in qua est Sedes vacans sine expressa licentia Capituli, t. 5. r. 10. §. 1. p. 385.

* Vide verb. *Insignia, Ornamenta.*

Populus.

* Vide verb. *Concio, Consensus, Instituere, Missam audire.*

Postponere.

* Vide verb. *Chorus, Potestas.*

Potestatem tollere an possit Pontifex Episcopis circa sacramentalia; t. 1. r. 64. §. 1. p. 84.

Inter potestatem dispensandi & ipsam dispensationem est quoddam discrimen, ex eo quod dispensatio stricte est interpretanda, potestas vero dispensandi, etiamsi delegata sit, est latè interpretanda, seu intelligenda, t. 2. r. 1. p. 173. & melius in Res. 49. p. 204.

Potestatem habentes delegatam dispensandi in universum cum aliqua communitate cujus ipsi sunt partes, an possint secum dispensare; tractat. 2. resol. 5. §. 10. pag. 176.

Et quid, quando haberent limitatam potestatem dispensandi cum certis personis, ibid. §. 15.

Si potestas Episcopis in legibus Pontificis & Conciliis non restringitur, an possint Episcopi in eis dispensare; t. 2. r. 25. §. 1. & seqq. p. 187.

Et quid, si eis expresse potestas non conceditur, tract. 2. res. 26. §. 1. & seq. pag. 189. Ubi aliquid ex potestate Legati & Superiorum Regularium, an sit ordinaria, vel delegata, &c. Ubi etiam an possint eam delegare.

Potestatem tantam an habeant Episcopi in suis Diœcesibus, quantam habet Pontifex in universo orbe; tr. 2. r. 27. §. 1. p. 190.

Si potestas dispensandi & absolvendi in aliquo casu non sit in Prælato Superiore Regulari, an possit Episcopus cum Regularibus exemptis dispensare, si cedat exemptioni, t. 2. r. 43. §. 3. p. 200.

Et quid, si talis potestas esset in supradicto Prælato Regulari, ibid. §. 1. & seqq. p. 199.

Si potestatem delegatam dispensandi se habere aliquis diceret, an sit ei credendum; t. 2. r. 181. §. 1. p. 227.

Potestatem dispensandi & absolvendi Vicarius Episcopi ex generali commissione non habet in casibus Papalibus, quos potest absolvere, & dispensare Episcopus ratione alicujus impedimenti; tract. 3. resol. 4. §. 1. pag. 298.

Potestatem delegatam, vel ordinariam an Vicarius Episcopi habeat; t. 3. r. 92. §. 4. p. 356.

Idem est de Vicario Capituli Sede vacante, ibid. §. 9.

Si temporalem potestatem habet Episcopus, an Capitulum Sede vacante exercere eam possit in personas sæculares, t. 5. r. 7. §. 1. p. 384.

Et quid in criminalibus absque metu irregularitatis? ibidem, §. 2.

* Vide verb. *Archiepiscopus, Beneficium, Censura, Confessarius,*

Index

Confessarius, Dubium, Facultas, Fœmina, Eximere, Extendere, Impedimentum, Infidelis, irritandum, Judæus, Jurisdictio, Matrimonium, Missam celebrare, Privilegium, Taciturnitas.

Præbendarius.

Præbendarius non recitans in Choro an possit recipere distributiones, etiam si neque ibi, neque extra chorum recitet Officium Divinum? t.6.r.98.§.7. p.481.

Præbendarius qui Choro assistit confabulando, an possit hoc non obstante distributiones lucrari; t.6.r.133. §.1. pag.497.

Præbendarius submissa voce recitans in Choro suam partem, vel non recitans, sed solum attendens ad partem quam alius Chorus recitat, an lucretur dimidiam partem distributionum; tr.6. r.136.§.4. p.499.

In Præbendariis tres, vel quatuor dies absentiæ in anno à Choro absque tribus mensibus in anno à jure concessis illis, an absentia dicta à Choro non constituat culpam mortalem, ibid. §.3.

Præbendarius, si extra tempus Divinorum Officiorum possit expedire negotia Ecclesiæ propriæ, in cujus utilitate abest, an licite accipiat distributiones; t.6.r.137. §.1. ibid.

* Vide verb. *Canonicus.*

Præceptum, Præcipere.

In præcepto Confessionis an Pontifex possit dispensare, seu illud abrogare, ut quispiam nunquam teneatur confiteri, t.1.r.25.§.1.p.33. Ubi, quare in præcepto Confessionis Pontifex dispensare non possit, & dispenset quotidie in votis, tametsi utriusque vinculum à jure Divino ortum habet, ibid. §.3.p.34.

In præcepto Confessionis, ut aliquando quis non confiteatur, an Pontifex possit dispensare, seu abrogare? t.1. r.26.§.1.ibid.

Præceptum annuæ Communionis an possit Pontifex penitus abrogare? tr. 1.r.52. §.1.p.69.

Et si præceptum dictum Pontifex sine causa abrogaret in totum vel in solidum, quamvis peccaret, an valeret abrogatio; ibid. §.2.

* Vide verb. *Actus internus, Aqua, Baptismus, Baptizare, Clericus, Communio, Confessio, Confirmationis Sacramentum, Consecrare, Dubium, Eucharistia, Extrema-Unctio, Filia, Missam audire, Missam celebrare, Obligare, Rubrica, Sanguis.*

Prædicare.

* Vide verb. *Abbatissa, Expirare, Licentia.*

Præfectus Chori.

Præfectus Chori in suo officio quibus peccatis peccet; t.6. r.133.§.2. p.498. Ubi pro praxi sex peccata, vel sex casus proponuntur, in quibus Præfectus Chori peccare possit ratione sui Officij.

Præferendum.

* Vide verb. *Rescriptum.*

Prægnantes.

* Vide verb. *Percutere.*

Prælatus Ecclesiasticus.

Prælati & Superiores inferiores Papa an possint reservare peccata venialia? t.1.r.31.§.3. p.39.

Et an excommunicationem minorem, ibid.§.3.

Et an peccata mortalia interna reservare possint, t.1.r.32. §.1. pag.40.

Prælati Ecclesiastici directè possunt dispensare secum in omnibus in quibus cum aliis possunt, & illis absentibus eorum Vicarij, &c. tr.2. r.4. §. & 6. à p.175. & seqq.

Prælatus inferior an possit dispensare in legibus Superioris, si ei interdictum non sit? t.2.r.22.§.3.p.186.

Prælati Ecclesiastici inferiores Episcopo, habentes tamen jurisdictionem quasi Episcopalem, an includantur sub nomine Episcopi in Decreto Concil. Trid. *sess.24. c.6.* quoad dispensandū & absolvendum, t.3.r.5.§.1.p.299.

* Vide verb. *Absolvere, Causa, Dubium, Patiens, latus Regularis, Taciturnitas.*

Prælatus Regularis.

Prælati Regulares an possint absque Episcopi agnitione audire confessiones sæcularium? tr.1. rel. *Quintus casus*, p.50.

Prælati Regulares tam locales, quam Generales, Provinciales an possint directè dispensare secum in omnibus, in quibus cum aliis possunt; & illis tibus eorum vice-Rectores, vice-Priores, &c. t.2. 5. & 6. à p.175. & seqq.

Prælatus Regularis an possit licitè dispensare, quæ dubitat, an casus egeat dispensatione? tr.2. r.1. pag. 185.

Prælatus Superior an possit dispensare circa pœnas sitas à Prælato inferiori ipso renuente? tr.2.r.45. pag.201.

Et quid, si condemnatus finierit Officium suum?

Prælati Regulares cum suis subditis non possunt dispensare, ut non recitent Officium Divinum juxta Breviarij Pij V. ad quod tenerentur? tract. 2. rel. §.4. p.206.

Possunt tamen ex rationabili causa dispensare, ut alioquin, non tamen in perpetuum, neque per modum Constitutionis recitent Officium de Sancto die, quo recitaturi de Feria; ibid.§.5.

Ad Prælaturam, & Dignitates Regulares an possint sine nova dispensatione Regularis illegitimus missus ad ordines; t.2. r.54. §.6.pag. 208.

Prælati Regulares an possint se subjicere Episcopo, absolvat, vel dispenset vigore Concilij Tridentini c.6.t.3.r.7.§.4.p.301.

Prælati Regulares an possint absolvi, & dispensari ab cum potestate ab illis delegata, si inciderint in delictorum, de quibus agitur in Concil. Trid. c.6.t.3.r.17. §.4. p.306.

Prælati Regulares an possint absolvere à suspensione culta subditos admittentes fœminas intra claustra, r.30.§.3. p.314.

Prælati Regulares an possint dispensare cum subditis irregularitate ex defectu lenitatis, tract.3. rel. 35. pag.319.

Et an in irregularitate proveniente ex homicidio justo bello justo; t.3.r.38.§.1.p.320.

Et an in irregularitate ex mutilatione alicujus membri t.3.r.40.§.1.p.321.

Et an in irregularitate orta ex homicidio casuali etiam publico, t.3.r.48.§.1. & seq. p.325.

Et an in irregularitate orta ex bigamia propria, & interpretativa? t.3.r.55.§.1. p.328.

Et an in vera bigamia ante, & post susceptionem ordinum; t.3.r.57.§.6.p.329.

Si Prælatus Regularis mittit subditum pro ordinibus sipiendis, an iste possit absolvi, & dispensari ab Episcopo, qui eum ordinare debet ab irregularitate, vel quovis alio impedimento, t.5.r.62.§.1. p.332.

Prælatus Regularis non potest jure communi deponere, nec degradare suos subditos, nisi competat ei consuetudine, vel privilegio, t.5.r.18.§.2.p.390.

Ubi, an sit aliquod privilegium, quod extendi possit depositionem verbalem tantum?

Prælatus Regularis an possit supprimere beneficia Regularia suarum Ecclesiarum, tr.5.rel.45.§.1.p.401.

Prælatus Religiosis addictis Breviario Romano an possit in publica recitatione ex causa justa dispensare in Officio unius diei, una vel altera vice, tract.6. rel.108. §.1.p.485.

Prælatus Regularis cum suis Religiosis an possit dispensare circa obligationem recitandi Officium divinum. t.6.rel.109.§.1. & 3.p.485.

Et quid quoad Religiosos nondum in Sacris, ibid.§.2.

* Vide

* Vide verb. *Assistentia, Monialis, Patientia, Potestas, Prælatus Ecclesiasticus, Taciturnitas.*

Præmonere.

* Vide verb. *Examinare.*

Præsentare, Præsentatio, Præsentatus.

* Vide verb. *Dignior, Dignus, Parochiale.*

Præstimonia.

Præstimonia non sint propriè beneficia, tamen non est probabile ad Officium Divinum non obligare. t.6. r.2. §.7. p.418.

Prandium.

* Vide verb. *Missam celebrare.*

Presbyter.

* Vide verb. *Benedicere, Concelebrare, Confirmationis Sacramentum.*

Primicerius.

* Vide verb. *Missam celebrare.*

Princeps.

Princeps Supremus potest licitè dispensare sine causa. t.1. r.10. §.4. p.136.

Princeps Supremus sæcularis potest secum dispensare in his omnibus, in quibus cum aliis potest. t.2. r.5. §.18. & 21. p.177.

Princeps dispensans secum in legibus, quas ipse debet ex honestate observare, an peccet mortaliter, vel venialiter? t.2. r.8. §.7. p.180.

* Vide verb. *Matrimonium.*

Privare.

* Vide verb. *Beneficium, Communio, Sepultura.*

Privilegium.

Ex privilegio potest quis dispensare, potest ad eum confugere qui dispensationem voti à Pontifice impetravit; t.2. r.42. §.10. p.199.

Privilegia Bullæ Cruciatæ, & Jubilæi quatenus continent potestatem dispensandi an sint strictè, vel latè interpretanda; t.2. r.50. §.1. p.205.

Privilegium quatenus odiosum est, extenditur ad ea, quæ illi sunt necessario connexa, & sine quibus effectum suum habere non potest. Ubi aliqua pro praxi. tr. 2. r.56. §.1. p.209.

In privilegiis facultas conceditur ad aliquid faciendum, non expirat morte concedentis. t.2. r.145. §.1. p.269.

Privilegio Concilij Tridentini quoad dispensandum, & absolvendum an possit uti Episcopus electus & confirmatus, quamvis nondum consecratus, t.3. r.1. §.3. p.297.

Quid, si tantum est electus, & non confirmatus? ibidem §.4.

Cui hoc competat Episcopis carentibus Diœcesi? ibid. §.5.

An ubi non est receptum Concilium; Et quid ubi circa aliquam specialem legem, vel onus non est receptum; t.3. r.2. per totam. p.297.

Privilegiis concessis Episcopis non succedit Capitulum sede vacante cum sint personalia & odiosa. t.5. r.36. p.396.

Privilegium Eugenij IV. concessum Benedictinis, & Gregorij XIII. concessum PP. Societatis Jesu, ut eorum professi nondum in sacris constituti non teneantur persolvere Horas Canonicas, an sit communicabile aliis Religionibus; t.6. r.18. §.1. p.429.

Privilegium obtentum, ut quis possit dicere Matutinum antecedentis diei statim post meridiem, an extendatur ad sequentem? t.6. r.65. §.1. p.457. Ubi alia similia dubia enodantur circa alia similia privilegia pro aliis diversis, sed similibus casibus sæpè in praxi contingentibus.

Privilegiis Mendicantium gaudent, an possint recitare Officium Divinum de SS. Sacramento in quintis Feriis, & de conceptione in Sabbathis etiam Adventus, & Quadragesimæ non impeditis novem lectionibus; t.6. r.78. §.4. p.461. & ref.107. §.1. p.485.

Privilegium habet recitandi in Breviario breviori, vel dicendi Horas ante tempus, an possit socius recitare eodem modo cum illo absque culpa? t.6. r.99. §.1. p.481.

Qui cum Episcopis, Cardinalibus, &c. vel aliis habentibus privilegium recitandi cum socio, si supradicti velint in die feriali recitare Officium de Sancto, utrum talis famulus vel socius peccet venialiter propter dictam mutationem Officij? t.6. r.100. per totam ibid.

* Vide verb. *Concio, Equites, Expirare, Ingredi, Interdictum, Litera, Missam audire, Ordinis Sacramentum, Prælatus Regularis, Regulares, Vicarius.*

Processiones.

* Vide verb. *Locus.*

Procurator.

* Vide verb. *Fides Catholica.*

Profiteri, Professio.

In professione solemni Religiosorum in nullo eventu Episcopus dispensare potest. t.1. r.98. §.2 p.129. in fine.

Professio facta eodem die susceptionis habitus, vel complementi sexti decimi anni susceptionis habitus valida est. t.2. r.171. §.12. p.292.

Qui professionem emisit hora undecima ante meridiem an teneatur totum Officium illius diei recitare; tr. 6. r.23. §.1. p.433.

Et quid, si antequam professionem emitteret, recitavit totum Officium, an teneatur iterum illud recitare; t.6. r.24. §.1. p.434.

* Vide verb. *Novitiatus, Religiosus.*

Professio Fidei.

* Vide verb. *Fides Catholica.*

Prohibere.

* Vide verb. *Absolvere, Actus internus, Communio.*

Promissio.

* Vide verb. *Juramentum.*

Proprietas.

Super habenda proprietate an possit Papa cum aliquo Religioso, vel Monacho dispensare; tr.1. r.78. §.2. & seqq. p.99.

* Vide verb. *Paupertas.*

Provex.

* Vide verb. *Dignior, Dignus.*

Provincialis.

Provincialis an possit dispensare circa pœnas impositas à Prælato inferiori, ipso renuente; t.2. r.45. §.1. p.201.

Et quid, si condemnans finierit Officium suum; ibid.

Providere, Provisio.

* Vide verb. *Beneficium, Pœnitentiaria.*

Psalmus.

* Vide verb. *Clericus.*

Publicum delictum.

* Vide verb. *Delictum.*

Q

Quæstio.

Quæstio si aliqua gravis oriatur, & ideo convocetur Concilium Provinciale, an vota Episcoporum sint decisiva, & non consultiva? t.3. r.91. §.5. p.356.

Qualitas.

* Vide verb. *Jus, Litera.*

Quantitas.

Quæ quantitas reddituum beneficij obliget ad Horas Canonicas; t.6. r.10. §.1. p.423.

R

Radix.

* Vide verb. *Legitimatus.*

Ratio.

Ratio ubi eadem militat, debet militare eadem juris dispositio. t.4. r.3. §.3. p.377.

* Vide verb. *Jactura famæ, Compellere.*

Index

Recipere.

Recipere an quis possit aliquid pro expendendis dispensationibus; t.2.r.166.§.1.p.285.

* Vide verb. *Beneficium.*

Recitans, Recitare, Recitatio.

Ut non recitet Sacerdos in tota vita Episcopus dispensare non potest, tract.2. res.26.§.3.pag.189.

Ut non recitent subditi Officium Divinum juxta ritum Breviarij Pij V. ad quod tenentur, dispensare Episcopi & Prælati Regulares non possunt, t.2.r.51.§.4.p.206.

Ubi an ex rationabili causa possint dispensare, ut aliquando non tamen in perpetuum, nec per modum Constitutionis subditi recitent Officium de Sancto, die qua essent recitaturi de Feria, §. 5.

A recitatione Officij Divini an liceat dispensatio concessa Subdiacono, ut possit Uxorem ducere, tr. 2. r.52. §.1. p. 207.

Et quid, si fingamus Titium matrimonium ratum cum Catharina contraxisse, & deinde, clam ad Subdiaconi, vel Diaconi Ordinem esse promotum? ibid. Ubi alia notabilia.

* Vide verb. *Beneficiarius, Clericus, Ius, Regulares, Subdiaconus, Surdus, Votum.*

* In indice primo hujus tom.3. ex tr. 6. *de Horis Canonicis*, vide omnes ejus quamplurimas quæstiones sup. his verb. *Recitare, Recitatio, &c.*

Recursus.

* Vide verb. *Gallia.*

Redditus.

Ex redditibus Ecclesiasticis, an Episcopi & alij ratione majores doctrinæ, & Nobilitatis possint plus in suam sustentationem insumere; Et quid, si filius Regis in Episcopum eligatur; t.3. r.75. §.1.pag.341.

* Vide verb. *Fructus.*

Regula.

Regulæ aliquæ proponuntur, ex quibus Confessarij & Responsores casuum conscientiæ multos casus extricare possunt in cognoscendo, quæ falsitas vitiet rescriptum in quacumque dispensatione, t.2. r.102. §.1. pag.238.

Per Regulam Cancellariæ de triennali possessione an revalidetur titulus beneficij; Ubi alia multa pro intelligentia dictæ Regulæ, & contingentia pro proviso incapaci in aliquo beneficio, tr.2. r.168. usque ad 171. inclusivè, p.286. & seqq.

Regula de triennali possessione an habeat locum in conscientia, t.2.r.170.§.9. *Quæro secundo*, p.288.

Regulares.

Regulares an teneantur virtute suorum privilegiorum dispensationes votorum concedere petentibus? tr. 2. r.16. §.1. p. 184.

Cum Regularibus exemptis an possit Episcopus dispensare, si cedant exemptioni? & illi se subjiciant; tr. 2. r.43.§.1.p.199.

Et an hoc intelligatur casu, quo in Superiore Prælato Regulari non esset potestas absolvendi; Et qui sub nomine Episcopi intelligantur, ibid. §.3.& 5.

Regulares virtute suorum privilegiorum an possint absolvere, & dispensare in casibus Papalibus, quos potest Episcopus absolvere & dispensare ratione alicujus impedimenti, tr. 3.res.4. §. 3. & seqq. pag.298.

Regulares admittentes fœminas intra claustra an possint ab Episcopo absolvi à suspensione, si sit occulta vigore Concilij Tridentini, t.3. res. 30.§.3. p. 314.

Idem est de Prælatis Regularibus, ibid.

Regulares non in Sacris constituti, quando à Choro absunt, an teneantur privatim Officium divinum recitare? t.6.r.15.§.1.p.426. Ubi multa pro infirmanda hac consuetudine, & multa alia pro firmanda hac obligatione.

Regulares nondum in sacris, si saltem semel, iterum, aut tertio omittant Officium divinum, an peccent mortaliter, tr.6. r.16.§.2.pag.427.

Regularis Apostata fugitivus ejectus ad tempus, vel in perpetuum, si nondum est in Sacris, an teneatur ad Canonicas recitare? ibid.§.1.

Regularis non in sacris transiens ad Religionem, in qua non est consuetudo recitandi Officium Divinum in Choro, non adstringitur ad recitationē illius, quamvis prima Religione ad illud teneretur, t.6.r.17.§.5.p.

Regularis Confessarius, qui per totam diem audit Confessiones an excusetur ab obligatione recitandi Officium Divinum, t.6.r.29.§.2.p.436.

Regularis damnatus ad triremes an teneatur dicere Horas Canonicas, tr.6.res.31. §.1.pag. 437.

Regularis surdaster assistens Choro, & cum aliis Officium Divinum recitans, an satisfaciat suæ obligationi, etsi partem quam non percipit, non repetat, t.6.r.33. & 3.p.438. Ubi aliæ quæstiones pro Religiosis circa dicta obligationem extra Chorum.

Regularis cœcus an teneatur sub mortali assistere Choro ut ita possit alternatim dicere Officium? t. 6. r.35. *An vero*, & seqq. ibid. Ubi aliæ diversæ difficultates pro Religiosis cœcis extra Chorum circa supradictam obligationem.

Regularis Episcopus an possit recitare Officium divinum cum socio recitante per Breviarium suæ Ecclesiæ, t.6. r.99.§.1. p.481.

Regularis Franciscanus, an possit dicere Officium Divinum cum Carmelitano; t.6.r.101.§.1.ibid.

Regularis relicta consuetudine Religionis, secluso aliquo præcepto, an possit privatim Officium Divinum dicere secundum Breviarium Romanum, vel alterius Religionis & Communitatis, t.6. r.102.§.1. p.482.

Et quid quoad Communitatem Regularium in recitando Officio secundum Breviarium Romanum & alterius Communitatis & Religionis, tr.6. res.105.§.1.& seq. pag. 483.

Regularibus Commensalibus Cardinalium & Episcorum Clementina secunda de celebratione Missarum concedit, ut possint se conformare illis in modo recitandi Officium Divinum, & non tenentur aliud recitare, t.6.r.106.§.4. p.484.

Et an talem Regularem commensalem Cardinales possint eligere in Confessarium, nec non cæteris suæ familiæ eum deputare absque alterius Ordinarij approbatione, t.1. r.38.§. *Sed quæres*, p.49.

Regularibus pro audiendis confessionibus an Pontifex præbeat jurisdictionem audiendi confessiones, si Episcopus deneget illis injustè approbationem, ibid.§.3. *cundus casus*, p.48.

Regulares in itinere an possint eligere in Confessarium quemcumque Sacerdotem non approbatum ab Ordinario, tract. 1. res. 39.§. *Et tandem*, pag.51.

* Vide verb. *Confessio, Chorus, Debitum conjugale, Eucharistia, Illegitimus, Judex, Licentia, Litera, Mendicare, Missam celebrare, Novitiatus, Novitius, Ordinis Sacramentum, Prælatus Regularis, Privilegium, Religiosus, Vicarius.*

Reincidentia.

Ad reincidentiam debet absolvere Episcopus, quando impedimentum non est perpetuum adeundi Pontificem pro absolutione, t.3.r.28.§.ult.p.313.

Relaxandum, Relaxare.

Relaxare vota & juramenta an authoritate Divina Pontifex possit? t.2. r.2.§.7. p.174.

* Vide verb. *Juramentum.*

Religio.

In Religionis voto solemni an possit Pontifex dispensare? t.1. r.79. §.1.& seqq. p.101.

In Religionis voto solemni quæ causa sit justa ad dispensandum; ibid.§.10. & seqq.

* Vide verb. *Concedere, Equites, Expositus, Monialis, Prælatus Regularis, Regulares, Religiosus, Transire, Votum.*

Religiosus.

Ut Religiosus uxorem ducat, an Pontifex dispensare possit;

posse; tract. 1. resolut. 78. §. 1. pag. 99.
Religiosus transeat ex Religione strictiori ad aliam laxiorem ex justa existente causa, Pontifex possit dispensare, & soleat, t. 2. r. 79. §. 1. p. 101.
Religiosus legitimè professus transeat ad aliam Religionem, ut ibi denuò profiteatur, an vinculum prioris professionis dissolvatur, ibid. §. 9. & seq. p. 103.
Religiosis an tempore interdicti Extrema-Unctio ministrari possit; t. 1. r. 2. §. *De susceptione*, post medium, p. 2.
Religioso facto Episcopo, an in ejus votis solemnibus Pontifex dispensare possit, videlicet paupertatis & obedientiæ; tr. 2. res. 66. §. 1. & seqq. p. 218.
* Vide verb. *Compellere, Equites, Eucharistia, Extrema-Unctio, Ingredi, Licentia, Missam celebrare, Professio, Proprietas, Regularis.*

Reliquiæ.

Reliquiæ alicujus Sancti noviter inventæ an debeant ab Episcopo approbari; t. 3. r. 91. §. 1. p. 355.
Ex eo etiam oriuntur aliæ difficultates, quæ contingere possunt in approbatione sanctarum Reliquiarum, ibid.
* Vide verb. *Votum, id est Suffragium.*

Remittere.

* Vide verb. *Pœna.*

Renuntiatio, Renuntiatum.

* Vide verb. *Affinis, Consanguineus, Novitius.*

Repetere.

* Vide verb. *Dubium.*

Repudiare.

* Vide verb. *Fœmina.*

Rescriptum.

Si rescripti partes omnino sint separatæ, an subreptio in dispensatione circa unam partem vitiet alteram; Ubi pro praxi proponitur casus, t. 2. r. 84. §. 1. p. 229.
Rescriptis plurimis à Pontifice impetratis, quodnam sit præferendum; tr. 2. r. 153. per totam, p. 276.
* Vide verb. *Affinis, Consanguinea, Consanguineus, Error, Falsitas, Falsum, Regula, Vitiare.*

Reservare, Reservatus casus, & peccata.

Reservatio.

Reservare omnia peccata mortalia etiam pro tempore mortis an Pontifex possit? tr. 1. r. 33. & 34. p. 41.
Et an etiam peccata venialia? t. 1. r. 31. §. 1. pag. 39.
Reservare excommunicationem minorem an Superior possit, ibid. §. 3.
Reservare peccata venialia non possunt alij Prælati, & Superiores inferiores Papa, ibid.
Reservare peccata mortalia interna an Pontifex possit? tr. 1. res. 32. §. 1. p. 40.
Et an peccata externa? t. 1. r. 33. per totam p. 41. Ubi an valide, licet illicitè.
Reservare peccata interna an possint Episcopi & Religiosi, t. 1. r. 32. §. 1. & 7. p. 40.
Reservare absolutionem casus & excommunicationis an valide Pontifex possit, etiam in articulo mortis, tr. 1. 34. §. 1. p. 41.
Reservatio facta à Papa absque causa valet respectu omnium Confessariorum, non tamen esset licita, ibid. §. 2.
* Vide verb. *Casus, Creare, Facultas.*

Residentia, Residere.

Residentia Episcoporum an sit de jure Divino, & quo posito in illa Pontifex dispensare possit? t. 3. r. 70. §. 1. pag. 338.
Residentia per octo, vel decem dies ultra terminum trium mensium Episcopi absunt à sua Diœcesi, an peccent mortaliter? tract. 3. res. 71. §. 1. & seqq. p. 339.
Quibusque justa causa an possint à suis Ecclesiis Episcopi abesse? ibid. §. 3.
In dicto casu an teneantur fructus restituere pro rata temporis? ibid. §. 4
Residens Episcopus prope Diœcesim in loco non distanti ultra unum milliare an incurrat pœnas? ibid.
Quid est in omnibus supradictis de Parocho absente supra tempus concessum, nempe ultra duos menses à sua Parochia, ibid. §. 2. & seqq.
Non residens Episcopus an licitè possit continuare trimestrem unius anni cum trimestre alterius anni? tr. 3. r. 73. §. 1. p. 340.
Si residere Beneficiarius non vult, & ideo fructus non percipit, non excusatur à recitatione Officij Divini. t. 6. r. 2. §. 3. *In fine*, p. 418.
Super residentia alterius beneficij censetur dispensatus, cui committuntur duo beneficia curata, t. 2. r. 47. §. 6. pag. 204.
* Vide verb. *Beneficium, Clericus.*

Resignans, Resignare, Resignationes, &c.

Post resignationem alicujus beneficij factam in manus Episcopi, an possit illud conferre suis, vel resignantis familiaribus, affinibus, &c. t. 3. r. 115. §. 1. p. 373.
Ubi aliqua alia pro intelligentia Bullæ Pij V. de resignatione beneficiorum, §. 2.
Ad resignata beneficia an possit Patronus præsentare consanguineos resignantis, ibid. §. 3.
Resignanti an liceat nominare successorem non deducendo in pactum, ut detur ipsi, sed significando collatori, ut si velit, det ipsi, ibid. ad medium dicti §.
* Vide verb. *Beneficium, Dignior.*

Respondere.

* Vide verb. *Affinis, Consanguineus.*

Respuere.

An respuat dispensatio, extensionem & argumentum ex identitate rationis? t. 2. r. 47. §. 1. p. 203.

Restituere, Restitutio, &c.

Restituere an teneatur, qui aliquid acceperit à Papa sine causa dante? t. 1. r. 101. §. 8. p. 134.
Restituere aliquid interesse Vicario an teneatur Capitulum Sede vacante, si absque justa causa removet Vicarium; tr. 5. res. 75. §. 6. *in fine*, p. 414.
Quæ quantitas reddituum beneficij obliget ad Horas Canonicas, & restitutionem, t. 6. r. 10. §. 1. p. 423.
A restitutione fructuum beneficij an excuset in omnibus Horis Canonicis illa pars, quæ excuset à mortali in eorum recitatione, t. 6. r. 81. §. 3. p. 468.
Restituere an teneatur Beneficiarius fructus beneficij, si in die secunda Novembris recitat Officium Octavæ, & omittit Officium defunctorum, t. 6. r. 95. §. 2. p. 478.
* Vide verb. *Beneficiarius, Cœcus, Fides Catholica, Occupatus, Residere.*
* In indice primo hujus tom. ex tract. *de Horis Canonicis* lege plures quæstiones sup. his verbis *Restituere, Restitutio*, à Res. 110. usque ad 128. inclusive.

Restringere.

Restringere an possit Pontifex præceptum annuæ Communionis, t. 1. r. 52. §. 3. p. 69.
Restringere tempus octo dierum statutum à Concilio Tridentino pro Vicario eligendo an possit Capitulum Sede vacante; t. 5. r. 62. §. 1. & seqq. p. 408.

Resuscitatus.

Vir resuscitatus non tenetur redire ad uxorem, t. 1. r. 100. §. 14. p. 132.

Retinere.

Retineri possūt libri non omnino prohibiti, sed cum clausula donec expurgentur, donec opportunè eorum correctio, aut expressio sit indulta? t. 3. r. 84. §. 8. p. 348.

Revalidare.

* Vide verb. *Beneficium.*

Revelandum.

* Vide verb. *Monitorium.*

Revocare, Revocatio.

Revocari ad libitum an possint dispensationes, t. 2. r. 122. §. 1. p. 251.
Et quid, si gratis dispensset Pontifex, & non per modum contractus, ibid.
Si revocet Pontifex dispensationem in duobus casibus potest mortaliter peccare, ibid. §. 2. & 3.

Index

Revocare ad libitum ab Episcopo an possit Vicarius; t.3. r.93.§.1.p.358.

Et hoc ampliatur ad quemcumque Vicarium cujuscumque Superioris, ibid.

Et quid si Episcopus juraſſet non revocare vicarium? Ibidem, §.2.

Idem est in supradictis de Vicario Capituli Sede vacante, t.5.r.74.& 75.p.413.

Revocare an possit Capitulum Sede vacante statuta præcedentis Episcopi, si fuerit expediens, & contraria statuere quæ obligent totam Diœcesim, tr.5.res.27.§.3. pag. 393.

* Vide verb. *Libitum, Licentia, Pœnitentiaria, Restituere.*

Reus.

* Vide verb. *Crimen, Delictum.*

Res.

* Vide verb. *Beneficium, Communio, Dignior.*

Ritus.

Si sub Ritu duplici dicitur Officium Divinum, quando dicendum est de simplici, vel è contra, an sit tantum peccatum veniale; t.6.r.90.§.4. p.473.

Et quid, si mutatio fiat in Choro, modo absit scandalum; ibid. §.9.

* Vide Verb. *Missam celebrare, Rubricæ.*

Rubricæ.

Rubricæ omnes quæ habentur pro audienda Missa & recitatione Officij Divini flexis genibus, capite discooperto & inclinato, vel stando aut surgendo, vel hoc aut illo modo maximè præcipiuntur pro recitatione publica, & Missa solemni propter significationem Mysteriorum, in quorum memoriam sunt institutæ hujusmodi cæremoniæ, t.6.r.45. §.1. & seqq. p.443.

Et an Rubricæ dictæ non habeant vim legis, aut præcepti, sed solius directionis, & Regulæ, ut Officium magis piè, & Religiosè dicatur & audiatur, ibidem, §.4. p.444.

S

Sacerdos.

Sacerdos postquam Episcopus contulit potestatem consecrandi, si moriatur antequam illi manus imponatur, an verè maneat integrè ordinatus, & possit à peccatis absolvere; t.1.r.12. §.6. p.19.

Ut Sacerdotes plures conficiant Eucharistiam, an possit Pontifex in aliquo casu dispensare; t.1. r.48.§.1.p.64.

Et quomodo hoc licitè fieri possit; ibid. §. 2.

Sacerdos an possit exercere Medicinam sine dispensatione? t.2. r.152.§.1. p.276.

Sacerdos an licitè possit expectare ad incipiendam Missam paulo minus ante meridiem, etiam si prævideat se eam non posse finire nisi post meridiem, tract. 6. res. 66. §.3. pag.459.

* Vide alias quamplurimas quæstiones sup.hoc verb. *Sacerdos*, in verb. *Absolvere, Baptismus, Communio, Concelebrare, Confirmationis Sacramentum, Contactus, Creare, Extrema-Unctio, Impositio, Interdictum, Irregularis, Jurisdictio, Missam celebrare, Ordinis Sacramentum, Pœnitentia sacramentalis, Sanguis.*

Sacramentum.

Baptismi Sacramentum, ut laicus in casu necessitatis solemniter ministret, an Pontifex possit committere laico, t.1.r.8.§.1.p.13.

Materia certa Sacramentorum deficiente, an possit Pontifex præcipere, ut in articulo mortis ministrentur Sacramenta cum materia dubia? t.1. r.3.§.1. p.4.

Et in dicto casu an sit obligatio Charitatis sic administrandi Sacramenta, ibid.

Circa materiam Sacramenti Ordinis multa; t.1. r.67.§.4. & seqq. p. 87.

Si Minister certus Sacramentorum non occurrit habens potestatem certiorem, an possint ministrari Sacramenta cum ministro dubio. t.1.r.3.§.8. p.5.

In ministrantibus Sacramenta cum opinione probabili Pontifex suppleat jurisdictionem, tr.1.r.4.§.1. p.6.

Et quid stante errore communi cum titulo tamen colorato, ibid.§. 2.p.7.

Et quid absque titulo colorato? t.1.r.5.§.2.p.8.

* Vide verb. *Baptismus, Confirmationis Sacramentum, Eucharistia, Extrema-Unctio, Matrimonium, Missam celebrare, Ordinis Sacramentum, Pœnitentiæ Sacramentum.*

Sacrilegium.

* Vide verb. *Confessio.*

Sacristia.

Si in Sacristia Regulares & Canonici sæculares cantum Horas Canonicas ex aliqua justa causa an satisfaciant obligationi psallendi in Choro; t.6.r.22.§.1.p.437.

Et quid, quando Sacristia non est juncta cum Ecclesia vel habet fenestram versus altare majus, ibid.

Sanctus beatificatus.

* Vide verb. *Beatificatus, Missam celebrare.*

Sanguis.

Sanguinis speciem præbere an possit Sacerdos pro dando Viatico infirmo morituro, qui speciem panis deglutire non possit; tr.1.res.1. §. *Potest etiam inferri secunda*, pag. 2.

Sanguinem Christi sumere an aliquando licitum sit laico? tr.1. res.49. §.12.pag.67.

Sanguinis usum an potuerit Pontifex præcipere, sicut præcipit usum panis pro communione? tract.1. r.56.§.1. ibidem.

Scandalum.

Si scandalum sequatur, an possit Episcopus dispensare in impedimentis dirimentibus matrimonium, quando contractum est mala fide, t.2.r.131.§.1.p.257.

Scholares, Scholasticus.

Scholares an possint dispensari ab Episcopis, etiamsi brevi tempore in eorum Diœcesi commorentur? t.1.r.15. §.1. p. 274.

Scholasticus, si differat dicere Horas Canonicas in vespertinum tempus, an sit immunis culpa? tr.6. res.63. §.3. pag.456.

Sedes vacans.

Ordinare Diœcesanos suos per alium Episcopum Pontificalia exercentem an possit Capitulum Sede vacante intra eundem annum vacationis Sedis; tr. 5.r.12.§.6. pag.387.

Si ordinet aliquem Capitulum Sede vacante intra annum contra formam Concilij Tridentini, an ordinatus possit obtinere beneficium? t.5.r.15.§.1. p. 388.

Quoad Ordines minores an Capitulum Sede vacante cum illegitimis dispensare possit; tractat.5. resolut.17.§.1. pag.389.

Beneficium an possit obtinere ordinatus intra annum per Capitulum Sede vacante contra formam Concilij Trident. tract.5. r.15. §.1. & seqq.pag.388.

Quoad beneficium simplex obtinendum an Capitulum Sede vacante possit cum illegitimis dispensare, tract.5. r.17.§.1. p.389.

Et an Vicarius Capituli possit hanc dispensationem concedere? ibid.§.3.

Beneficia Regularia suarum Ecclesiarum an Prælatus Regularis supprimere possit? t.5.r.45.§.1.p.401.

In beneficiorum provisione ad Episcopum spectante an Capitulum Sede vacante succedat; tract.5.r.47.§.1. ibidem.

Beneficia ad Episcopum pertinentia an Capitulum Sede vacante conferre possit? Ubi alia difficultas circa hoc, tr.3.res.50.§.1.& seqq.pag.402.

Beneficiorum collationem necessariam an Capitulum Sede vacante facere possit, ut quando collatio est debita certis personis; t.5.r.51.§.1.& seqq.p.403.

Beneficia an Capitulum Sede vacante conferre possit

Rerum Notabilium.

...ferri devolutionis alias spectaret ad Episcopum; t. 5. r. 52. §. 1. & seqq. p. 404.
...ssionum refignationes an Capitulum Sede vacante ...ere possit; t. 5. r. 53. §. 1. & seq. ibidem.
...beficium juris Patronatus Episcopo competentis ...potest præsentare Capitulum Sede vacante. ibi...dem. §. 8. p. 406.
...m præter casus supra dictos possit aliquando Capitu...lum Sede vacante conferre beneficia; t. 5. r. 55. §. 1. ibid.

Sententia Degradationis.

* Vide verb. *Degradatio.*

Sepultura.

Sententia Ecclesiastica non potest Pontifex privari quam...vis non observet præcepta annuæ Confessionis, & Communionis, t. 1. r. 28. §. 2. p. 35. & in Res. 51. §. 2. pag. 68.

Signatum.

Signatæ, & concessa dispensatione à Pontifice an valeat in foro conscientiæ? t. 2. r. 140. §. 1. p. 264.

Simplicitas.

Per simplicitatem quis expressit causam & dispensatus est, an valide contraxerit? t. 2. r. 104. §. 1. p. 235.

Socius.

* Vide verb. *Ingredi, Privilegium, Surdus.*

Solemnitates.

* Vide verb. *Baptismus, Confirmationis Sacram.*

Solvere.

* Vide verb. *Debitum.*

Sorores.

* Vide verb. *Fratres.*

Species.

Sub specie una tantum consecratio Eucharistiæ efficia...tur, an Pontifex possit dispensare. t. 1. r. 47. §. 1. p. 63.

Sub specie panis tantum an sit falsum Novergos conse...crare ex dispensatione Innocentij VIII. ibidem. §. 5.

Sub utraque specie præceptum consecrandi Eucharistiam an sit divinum, vel Ecclesiasticum? ibidem.

* Vide verb. *Communio, Gratia, Sanguis.*

Spes.

* Vide verb. *Affinis, Consanguineus.*

Statuere.

Statuimus verbum signum est inditionis novi juris. t. 6. l. 5. §. 6. p. 420.

* Vide verb. *Impedimentum, Lex, Revocare.*

Statutum.

* Vide verb. *Exigere, Irritare, Revocare, Symonia.*

Stola.

Vide verb. *Extrema-Unctio.*

Stricte.

Vide verb. *Bulla Cruciatæ, Concedere, Jubilæum, Potestas.*

Stylus Curiæ.

Stylus Curiæ an obliget in conscientiæ foro; t. 2. res. 63. §. 1. p. 213.

Vide verb. *Subreptio.*

Subdiaconatus, Subdiaconus.

Si Subdiaconatum suscipit, an teneatur Ordinationis die ...rum Officium Divinum recitare? t. 6. r. 23. §. 1. p. 433.

Quid, si antequam Subdiaconatum reciperet, recitavit ...rum Officium, an teneatur illud iterum recitare. t. 6. l. 24. §. 1. p. 434.

Vide verb. *Consuetudo, Diaconus, Ordinis Sacr. Recitare.*

Subdelegare.

Vide verb. *Delegare.*

Subditus.

An subdito an possit Episcopus dispensare, ut nunquam ...tota vita jejunet, vel ut Sacerdos nunquam recitet? ...l. r. 26. §. 1. & seqq. p. 189.

An subditos an possit Episcopus uti facultate Concilij ...Trid. sess. 24. c. 6. ad eos dispensandos in suspensioni...bus, & irregularitatibus; & hoc etiam in absentia, & ...ne Episcopus, sive subditi sint extra Diœcesim? t. 3. ...r. 1. & 12. p. 302. & 303.

Ubi, an adsit necessaria sacramentalis confessio. t. 3. r. 10. §. 4. p. 302.

Sub nomine subditorum qui includantur in Concilio Trid. sess. 24. c. 6. ut possit eos Episcopus absolvere & dispensare in votis, irregularitatibus, & suspensionibus; t. 3. r. 13. §. 1. p. 303.

An Scholares, Mercatores, Medici, Alienigenæ, & foren...ses omnes non habentes firmum domicilium, &c. ibi...dem. §. 2. p. 304.

Vide verb. *Archiepiscopus, Causa, Irritare, Metropolitanus, Recitare.*

Subjicere.

Vide verb. *Prælatus Regularis, Regulares.*

Subreptio, Subreptitium.

Subreptio in dispensatione circa unam partem an vitiet etiam alteram, si partes rescripti sunt omnino separatæ? t. 2. r. 84. §. 1. p. 229.

Et quid, si in rescripto eodem obtineret quis pro impedi...mento ad matrimonium contrahendum, dispensationem voti Castitatis, & consanguinitatis; ibidem §. 4.

Subreptio dolosa, ut totum rescriptum vitiet, an sufficiat, ut sit etiam circa causam impulsivam; Et quid si subrep...tio sit circa causam finalem; t. 2. r. 85. §. 1. & seqq. p. 230.

Subreptitia an sit dispensatio quando tacetur aliquid quod secundum stilum Curiæ est necessarium declarandum? t. 2. r. 90. §. 1. & seq. p. 231.

Supreptitia an sit dispensatio ad matrimonium in uno vinculo absque mentione alterius? tr. 2. res. 200. §. 1. p. 236.

Et quid est agendum, quando aliud vinculum ad matri...monium est occultissimum, &c. ibidem §. 3. post me...dium p. 237.

Si subreptionis vitium adest quid operatur in dispensatio...nibus clausula *Motu proprio*? t. 2. r. 105. §. 1. & seqq. p. 240.

In subreptitia gratia beneficij non suffragatur, Regula Cancellariæ de triennali possessione; t. 2. r. 170. §. 16. p. 289.

* Vide verb. *Affinis, Cognatio, Consanguineus, Errare,*

Subsidium.

* Vide verb. *Exigere.*

Substantia.

Si substantia voti falso exprimitur, an dispensatio corruat; t. 2. r. 69. §. 1. p. 220.

* Vide verb. *Curialis.*

Succedere Successor.

Successor æqualis, si dispenset in lege æquali prædeces...soris sine causa, an dispensatio sit valida; t. 2. r. 39. §. 1. p. 196.

Succedere cum cura, & authoritate in exequendis ultimis voluntatibus an Capitulum Sede vacante possit; t. 5. r. 44. §. *Igitur.* p. 400.

* Vide verb. *Vicarius.*

Suffragari.

* Vide verb. *Subreptitium.*

Sumere, Sumptio.

Vide verb. *Confirmationis Sacramentum. Gratia.*

Superfluum.

Nisi superfluum erogat in Ecclesiæ Utilitatem, & opera pia qui habent plura beneficia Ecclesiastica, an sit eis à Confessariis absolutio deneganda? t. 2. r. 172. §. 6. circa medium p. 294.

Superior.

In inferioris lege an possit valide sine causa Superior dis...pensare? t. 2. r. 10. §. 1. p. 181.

Inferiores an possint in extraordinario aliquo eventu dis...pensare in legibus Superiorum, sive lex sit de matri...monio impediendo, sive de aliqua irregularitate, vel reservatione voti, & similium; t. 2. r. 32. §. 2. p. 193.

Quando inferior dispensat in lege Superioris, an possit imponere aliquod onus ei, cui dispensat: t. 2. r. 38. §. 1. p. 196.

Index

* Vide verb. *Causa, Dubitare, Facultas, Infirmus, Irritare, Medicus, Potestas, Prælatus Ecclesiasticus, Prælatus Regularis, Reservare, Taciturnitas.*

Superpelliceum.

* Vide verb. *Extrema-Unctio.*

Supplere.

* Vide verb. *Consensus, Jurisdictio, Pœnitentia Sacramentum.*

Supplicare, Supplicatio.

* Vide verb. *Explicare.*

Supprimere.

* Vide verb. *Canonicus, Prælatus Regularis.*

Surdus.

Surdus tam Ecclesiasticus, quam Regularis an teneatur recitare Horas Canonicas; t. 6. r. 32. & 33. p. 437. & 438. Ubi aliæ quæstiones pertinentes ad surdos & surdastros circa prædictam recitationem.

Surdus non assistens Choro gaudet distributionibus quotidianis. t. 6. r. 33. §. 6. p. 438.

Surdus an satisfaciat præcepto dicendi Officium Divinum, si recitat cum socio, quem non audit; t. 6. r. 60. §. 1. & seqq. p. 455.

* Vide verb. *Chorus.*

Suspensio, Suspensus.

Super suspensionibus omnibus in quibus absolvere & dispensare potest vigore Concilij Tridentini *sess. 24. c. 6.* an Capitulum Sede vacante etiam possit; t. 5. r. 19. §. 1. & seqq. p. 390.

Suspensus Clericus an teneatur recitare Horas Canonicas; t. 6. r. 31. §. 3. p. 437. & in res. 112. §. 4. p. 487.

* Vide verb. *Beneficium, Legatus, Prælatus Regularis, Subditus.*

Symonia.

Super symoniam an censeatur dispensasse Pontificem cum illo qui ex pacto dedit ei pecuniam pro beneficio? t. 2. r. 44. §. 6. p. 201.

Si in symonia fuerit complex ipse Episcopus, an possit secum dispensare? t. 3. r. 60. §. 4. p. 332.

* Vide verb. *Beneficium, Examinatores, Inhabilitas.*

Syndicandum, Syndicare, Syndicatus.

Syndicare an possit Capitulum Sede vacante Vicarium Episcopi defuncti? t. 5. r. 38. §. 4. p. 399.

Syndicatui an teneatur stare Vicarius Capituli Sede vacante; t. 5. r. 80. §. 1. p. 417.

Synodus.

Beneficium collatum per concursum, ubi non adsunt Examinatores synodales, sed alij deputati ab Episcopo sine celebratione Synodi, an possit ab alio impetrari. t. 3. r. 97. §. 2. p. 363.

* Vide verb. *Manus.*

T

Tacere, Taciturnitas.

TAciturnitas dispensationis prius petitæ & non obtentæ an vitiet sequentem dispensationem postea ab eodem Superiore obtentam; tr. 2. resol. 92. §. 1. p. 233.

Eadem est ratio, si negata ab uno Superiore obtineatur ab alio nulla facta mentione negationis ab alio Superiore datæ. ibidem.

Et quid, si Prælatus qui modò dispensat sit inferior illo qui dispensare prius noluit; ibidem.

Imò, qui dispensat habeat potestatem delegatam, qui verò dispensare noluit, habeat potestatem ordinariam; ibidem.

Taciturnitas prioris dispensationis obtentæ an reddat posteriorem invalidam; Ubi duo casus pro praxi. t. 2. r. 93. §. 1. ibid.

* Vide verb. *Causa, Subreptitium.*

Tempus.

* Vide verb. *Baptismus, Causa, Restringere.*

Terminus.

* Vide verb. *Currere.*

Testamentum, Testari.

* Vide verb. *Compellere, Expirare, Irritare, Licentia.*

Testator.

* Vide verb. *Capellania.*

Theologus.

* Vide verb. *Doctor, Votum.*

Titulus.

* Vide verb. *Beneficium, Error, Jurisdictio.*

Tonsura.

* Vide verb. *Interdictum, Ordinis Sacramentum.*

Tradere.

Tradere an possit Episcopus brachio sæculari ad puniendum Clericum degradatum propter aliquod delictum enorme, & qualificatum præter casus in jure expressos; Et quodnam sit delictum enorme? t. 3. r. 79. §. 1. p. 343.

Transferre.

* Vide verb. *Causa, Ecclesia, Festum, Jus, Vigilia.*

Transigere.

Transigere hæreditatem legatam Ecclesiæ & compromissum facere an Capitulum Sede vacante possit; t. 5. r. 44. §. *Igitur* in fine. p. 401.

Transire.

Transeundi ad dignitatem Ecclesiasticam in alia Diœcesi an Capitulum Sede vacante possit Clerico dare licentiam; t. 5. r. 49. §. 1. & seqq. p. 402.

* Vide verb. *Equites, Licentia, Religiosus.*

Translatio, Translatum.

Translato statim Episcopo ad aliam Ecclesiam, an gesta ejus Vicarij post translationem non teneantur, etiam si eo ignoratam; tr. 5. r. 6. §. 2. p. 383.

* Vide verb. *Causa, Ecclesia, Jus, Transferre.*

Triremis.

Ad triremes Clericus vel Religiosus damnatus an teneatur dicere Horas Canonicas; t. 6. r. 31. §. 1. p. 437.

V

Validitas.

* Vide verb. *Conjectura.*

Variare, Varium.

* Vide verb. *Chrisma, Modus.*

Tendere.

* Vide verb. *Pensio.*

Veniale peccatum.

VEnialia peccata an possit Pontifex reservare; tr. r. 31. §. 1. p. 39.

Et quid de aliis Prælatis & Superioribus inferioribus Papa? ibidem. §. 3. sub finem. p. 40.

* Vide verb. *Absolvere, Confessio.*

Verbum.

Verba formare an sit necessarium in recitatione Officij divini, vel satis sit dicere verba omnia mentaliter. t. r. 45. §. 5. post medium. p. 444.

* Vide verb. *Vox.*

Verificare, Veritas.

* Vide verb. *Causa, Dubium, Subreptitium.*

Vespera.

Veseperas Sabbathi Sancti omittens an peccet mortaliter. t. 6. r. 90. §. 11. p. 474.

Vestes.

Qui vestes sacras pro celebratione Missarum notabiliter mutaret quoad solum colorem & formam, an peccaret mortaliter; t. 6. r. 49. §. 4. in fine p. 447.

* Vide verb. *Missam celebrare.*

Viaticum.

* Vide verb. *Missam celebrare*, & si placet vide etiam verb. *Communio, Eucharistia.*

Vicarius.

Si juramentum interpositum sit in nominatione Vicarij a Capitulo

Rerum Notabilium.

Capitulo Sede vacante de non revocando Vicarium, an ab hoc Capitulum eum revocare & amovere possit; t. 5. r. 81. §. 4. & seq. p. 414.

Ad beneficium, an Vicarius Episcopi sine ejus speciali mandato concursum possit facere? tr. 3. ref. 95. §. 1. p. 360.

Illi an potestas conferendi beneficia possit committi ab Episcopo Vicario in spiritualibus tantum constituto; Et quid si Vicarius constitutus est in temporalibus p. 414.

Si nollet Episcopus non revocare Vicarium, an postea illinc possit illum revocare? tract. 3. ref. 93. §. 2. p. 358.

In causis Fidei jure ordinario Vicarius Sede vacante debet assistere Inquisitoribus. t. 5. r. 22. §. 1. p. 392.

Causis matrimoniales an Capitulum cognoscere possit; t. 5. r. 27. §. 1. p. 393.

Causis matrimoniales an Capitulum Sede vacante alteri, & non Vicario possit delegare; t. 5. r. 73. §. 3. p. 413.

Sine causa justa an possit Capitulum Sede vacante ad libitum revocare Vicarium? t. 5. r. 74. §. 1. ibid.

Et quid, si in nominatione cautum fuisset, quod possit Vicarius revocari, quoties Capitulo benè visum fuerit; t. 5. r. 75. §. 1. ibidem.

Et quid, si juramentum interpositum fuisset, de non revocando Vicarium? ibidem. §. 4. p. 414.

Si absque justa causa Capitulum removeat Vicarium, an aliquod interesse teneatur Vicario restituere; ibidem §. 6.

De causis delegatis Vicario generali Episcopi Vicarius Capituli Sede vacante an cognoscere possit, & exequi dispensationes in matrimonij impedimentis, & literas in forma *Dignum*? t. 5. r. 77. §. 1. p. 415.

Si coram Vicario Episcopi causa pendeat an possit Episcopus ad se revocare, & prohibere illi ne judicet in ea causa? t. 3. r. 93. §. 2. in fine p. 358.

In Vicarium Episcopi an possit eligi illegitimus Regularis absque alia dispensatione; t. 3. r. 94. §. 1. p. 359.

Et an alius Regularis illegitimus non possit dispensari per privilegia Religionis, ut sit Vicarius Episcopi; ibidem.

Tres aliæ difficultates pro supradicto Vicario Regulari illegitimo & pro aliis Religiosis & Monachis, (exceptis Francilcanis) non illegitimis, qui possunt eligi in Vicarios ab Episcopo & etiam à Capitulo Sede vacante.

Si Vicarius moriatur Episcopo existente in remotissimis, an in tali casu succedat Capitulum Sede vacante in ejus jurisdictione, ita ut possit eligere Vicarium; t. 5. §. 1. p. 383.

Vicarius Capituli Sede vacante an jure ordinario debeat assistere Inquisitoribus in causis Fidei? t. 5. r. 22. §. 1. p. 392.

Vicarius Capituli Sede vacante an possit dispensare in irregularitate debiti & concedere facultatem absolvendi à reservatis; Et an habeat facultatem dandi licentiam assistendi matrimonio & ingrediendi Monasteria Monialium? t. 5. r. 23. & 28. §. 1. & seqq. p. 392. & 394.

Vicarius Capituli Sede vacante an possit Clericos & fœminas punire pœna & mulcta pecuniaria in delictis mixti fori, vel pro dispensationibus & commutationibus imponere supradictam pœnam & mulctam, locis tamen piis applicandam, &c. t. 5. r. 59. §. 1. p. 407.

Vicarium eligere an debeat Capitulum Sede vacante ex gremio ipsius Capituli? t. 5. r. 66. §. 1. p. 410.

An hoc etiam procedat, quando devolvitur electio ad Metropolitanum ob negligentiam Capituli; ibidem.

Vicario eligendo à Capitulo Sede vacante, si in Capitulo non sint Doctores, nec licentiati in jure Canonico quid est agendum. ibidem p. 411.

Et alias multas quæstiones pro Vicario Capituli Sede vacante invenies in præcitato tract. 5. *de Capitulo Sede vacante* à Res. 61. usque ad 81. inclusive. à p. 408. ad 417.

* Vide verb. *Beneficium, Censura, Committere, Constituere, Creare, Degradatio, Delegare, Dimissoriæ, Distributiones, Doctor, Impedimentum, Interstitia, Monachus, Monasterium, Parochus, Potestas, Revocare, Translatio.*

Vigilia.

Quando Vigilia S. Mathiæ occurrit in Feriam tertiam post Dominicam Quinquagesimæ, an possit eam Episcopus transferre in Sabbathum præcedens? t. 3. r. 88. §. 3. p. 354.

Vinculum.

* Vide verb. *Religiosus, Subreptitium, Votum.*

Vinum

* Vide verb. *Consecrare.*

Vir.

Ad conjugem vir resuscitatus non tenetur redire. tr. 1. r. 100. §. 14. p. 132.

* Vide verb. *Resuscitatus, Uxor.*

Vis.

Per vim obtenta dispensatio an valeat? t. 2. r. 149. §. 1. p. 274.

Visitare, Visitator.

Visitare Capitulum Sede vacante an possit superveniens Episcopus; t. 5. r. 81. §. 1. p. 417.

* Vide verb. *Archiepiscopus Diœcesis, Distributiones, Metropolitanus, Monasterium, Parochus, Regularis.*

Vitiare, Vitium.

An vitietur dispensatio, si dispensans ex falso nomine in rescripto appositio intelligat personam sibi notam? t. 2. r. 106. §. 1. & seqq. p. 240.

* Vide verb. *Beneficium, Error, Rescriptum, Subreptitio.*

Unctio.

* Vide verb. *Extrema-Unctio.*

Unire.

* Vide verb. *Beneficium.*

Voluntarium.

* Vide verb. *Jurisdictio.*

Voluntas ultima.

* Vide verb. *Commutare, Compellere, Executores, Pauperes, Succedere.*

Votum, Voveus, &c.

Si de voto reservato lex sit, an in extraordinario aliquo eventu inferior possit dispensare; t. 2. r. 32. §. 1. p. 193.

Si quis votum habet castitatis & Religionis, & petit à Pontifice dispensationem unius, an teneatur alterum narrare? t. 2. r. 67. §. 1. & seqq. p. 219.

Qui vovit se perseveraturum in Religione, & explicet se vovisse Religionem, an dispensatio sit valida; t. 2. r. 68. §. 1. p. 220. Ubi, quod si voto Religionis superaddas votum illius perseverantiæ, an ad amplius obligeris: §. 2.

Facultas delegata ad vota dispensanda an extendatur etiam ad ea commutanda? t. 2. r. 70. §. 1. & seqq. p. 220. & 221.

Quando simul votum & juramentum soli Deo factum expressè adsunt, & non explicatur utrumque vinculum in dispensatione, an dispensatio sit invalida? t. 2. r. 71. §. 1. p. 221.

In voto castitatis absoluto, ac in aliis votis Papæ reservatis an possit Episcopus aliquando dispensare, si adsit necessitas, & difficilis ad Pontificem aditus? t. 2. r. 75. §. 1. p. 224.

Et si occurrat prædicta necessitas, & difficilis aditus etiam ad Episcopum, an possit Parochus dispensare? ibidem §. 3.

De

De quodam voto conditionali postea confirmato an possit per Episcopum dispensari ; v.g. N. febri acuta correptus magno cum vitæ discrimine vovit ingredi Religionem ad hoc ut pristinam reciperet sanitatem , quod votum postea sanitate restitutus confirmavit , an tale votum obliget ad ingrediendam Religionem, &c. t.2. r.77.§.1. p.225.

In dubio de voti reservati valore an possit Episcopus dispensare ? t.2.r.78.§.1. ibid.

Et quid de votis reservatis emissis ex metu cadente in virum constantem ? ibid.

Et quid in votis reservatis pœnalibus & conditionalibus, etiam pacificata conditione , & commisso delicto ? ibidem.

In voto bona fide dispensatus existimans adesse causam cum tamen non sit, an valeat dispensatio ; tr.2. res.79. §.1.p.226.

Si votum in tenera ætate emisisti, vel interveniente metu,aut tristitia, aliáve passione, vel errore circa causam impulsivam , vel quia causa ob quam motus fuisti ad vovendum cessavit,in his casibus justam habes causam dispensandi in voto, t.2. r.80. §.2. ibid.

Sed in dictis casibus semper cum dispensatione admiscenda est aliqua commutatio ; ibid. §.4.

Votum Religionis intelligitur attenta forma juris communis,quod annum probationis concedit ad experiendum, ideo satisfaciet voto animo experiendi , & si Novitiatus tempore exeat ex justa causa ? ibid.

Et quid, si exeat sine justa causa , & ex levitate, an tunc teneatur iterum ingredi ; ibidem.

Ad juramenta relaxanda soli Deo facta an extendatur potestas delegata dispensandi , vel commutandi vota ; t.2.r.73.§.1.p.222.

In votis omnibus in quibus Episcopus dispensare potest, an etiam Capitulum Sede vacante possit ; t.5.r.26.§.1. pag. 393.

Qui vovit recitare Officium S. particularis in die quo debet recitare de alio Sancto an teneatur duo Officia recitare?tractat. 6. resolut. 25. §.1. pag. 434.

Qui ex voto & beneficio est obligatus dicere Officium Divinum , an teneatur pluries recitare ? t.6.r.112.§.5. pag. 487.

* Vide verb. *Bulla Cruciatæ , Ingressus , Initium , Jubilæum, Juramentum, Legatus, Licentia, Lingua, Mentaliter, Obedientia, Obligatio, Ordinis Sacramentum, Paupertas, Privilegium, Regulares, Relaxare, Religio, Subditus, Substantia.*

Votum , id est Suffragium.

Vota Theologorum in approbationem Reliquiarum an sint consultiva tantum ; t.3. r.91.§.4. p.356.

* Vide Verb. *Quæstio.*

Vox.

Si quis vocem format movendo tantum labia , etiam si seipso non audiatur , nec audire possit , an satisfaciat ita privatim Officium divinum persolvendo ? tract. 6. res.45. §.5. pag 444. & melius in res. 51. 52. & 53. p.448. & seqq.

Ut sit vox quid requiratur ; t.6.r.45. §.5. ibid.

Cum qua voce quis satisfacit præcepto recitandi Horas Canonicas ; tr.6.res.53.§.1. p.449.

* Vide verb. *Mentaliter , Verbum.*

Vsus.

Usum Sacramentorum an possit aliquibus Pontifex interdicere ; Ubi aliqui notabiles casus pro praxi & omnium Sacramentorum ? t.1. r.2. per totam, p.2.

* Vide verb. *Baptismus, Communio, Confirmationis Sacramentum, Extrema-Vnctio , Infantes, Matrimonium, Ordinis Sacramentum, Pœnitentiæ Sacramentum, Vtens, Vti.*

Vtens , Vti.

* Vide verb. *Affinis, Breviarium, Causa, Consanguinea, Dubitans , Legislator.*

Vxor.

Ad uxorem non tenetur redire vir resuscitatus, tr.1.r.100. §. 14. p.132.

* Vide verb. *Matrimonium* , & verba omnia ejus annotationis, & verbum *Religiosus.*

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Biblio=
DIANÆ
Omnia
TO.III.IV.V
E. III

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bibliothek
DIANA
Omnia
TO. II. IV. V
E. III.

PLATE
T III N. V.

Th
545a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN